
9
23
6
28 N
19

P III nn

9 2. G. 11

# BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLINATIONE ROmanorum, Libri XXXI




BASILEAE
M D LIX

Biblioth. S. M. Magdalenae ... Romae
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# BLONDI FLAVII FOR-
## LIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLINATIONE RO-
## MANORVM IMPERII, LIBER PRIMVS

ROMANORVM Imperiȷ̃ originem incrementaq́; cognoſce-
re facillimum facit ſcriptorū copia, quam illius ad ſummum
uſq; culmen euecti tempora maximam habuerūt. Videmus
nanq; felicitatis Romanę urbis cumulo acceſſiſſe, ut qui ipſa
adoleſcente cœperūt, poetæ, hiſtorici, oratores, & cæteri ſcri
ptores, ſimul cum ipſa creſcente floruerint: Et quam primum
labefactari imperium, cōminui potentia, res affligi ac peſſun
B dari cœpit, penitus eſſe deſierint. Vnde factū eſt, ut illius qui
dem magnitudinis & gloriæ, cui par in orbe terrarum nulla
unquam uiſa eſt, monumenta habeantur, multorum præcla-
riſſimi ingeniȷ̃ uirorum literis ornata: ſed eiuſdem detrimen-
ta occaſumq́; celebritatis, maxima inuoluat tegatq́; obſcuritas. Viſum eſt itaq;, operæpre
cium à me factū iri, ſi annorū mille & triginta, quot ab capta à Gothis urbe Roma in præ
ſens tempus numerantur, ea inuolucra & omni poſteritati admiranda facinora in lucem
perduxero: Primum tamen incrementi Romanæ rei ordinem & tempora breuiter recen
ſere ducimus neceſſarium: ut qui gradus per quos ad culmen perducta eſt, in breue com-
pendium cōmode redactos inſpexerit, factam altera in parte, ad hanc tenuitatem rerum
declinationē certius recognoſcat. Culmen uero ipſum, & tanquam uerticem, Theodoſiȷ̃
ſuperioris quadrageſimi tertiȷ̃, ac decē annis poſtea Archadiȷ̃ & Honoriȷ̃ illius filiorū tē-
porib. fuiſſe dicimus: quia licet multas clades, multa incōmoda ſępe antea paſſa eſſet res
C Romana, breui tamen reſtaurata & in priſtinā authoritatē maieſtatemq́; redacta eſt. Ar-
chadiȷ̃ uero et Honoriȷ̃ anno x. poſt deletū cū exercitu apud Feſulas Radagaſum, magnā
inclinationē imperiȷ̃ dignitas iam tum ad ruinā uergēs, in Halarici, & deinde in plurimis
barbarorū colluuionibus facere cœpit. Et, quod oſtendere aggredimur, poſtq; tunc rue-
re cœpit, ad eum penè rerū ſtatum deducta eſt Roma, quem paruam & à paſtoribus con
ditam in primordiȷ̃s eam ſcribitur habuiſſe. Sed uetuſta primum percurrentes, augmenti
ſtatusq́; tempora breui catalogo præponamus: ab ipſis nāq; facta ſucceſſiuis temporib.
inclinatio qualis fuerit, melius intelligetur. Sub regibus ſeptē, Romulo, Numa Pompilio,
Tullio Hoſtilio, Anco Marcio, Priſco Tarquinio, Seruio Tullo, Lucio Tarquinio, per an
nos ducentos & tres ſupra quadraginta, non ampliuſquā uſq; Portum atq; Oſtiam intra
octauum decimū miliarium Romanum proceſſit imperium. Sub cōſulibus autem, inter
quos nonnunquā dictatores fuerunt, & decemuiri ac tribuni militares, per annos vȷ̃. ſu-
pra quadraginta & quadringētos, uſq; trans Padū Italia eſt capta, Africa Hiſpaniaq́; ſub-
D actę, Gallia & Britānia tributariæ ſunt factę, Illyrici, Hiſtri, Liburni, Dalmatæ ſunt domi
ti. Ad Achaiā tranſitum eſt. Macedones ſubacti: cum Dardanis, Meſis, & Thracibus eſt
bellatū. Ad Danubium uſq; peruentum: in Aſia pulſo Antiocho primum pedem poſue-
runt Romani. Mithridate uicto regnum Ponti eſt captū, & Armenia minor, quam idem
tenuerat, armis obtenta eſt: in Meſopotamiā Romanus peruenit exercitus, cum Parthis
fœdus initum: cōtra Carduenos & Saracenos ac Arabas eſt bellatū. Iudæa omnis uicta,
Cilicia & Syria in poteſtatē populi Romani uenerūt, Ægypti reges fœdera acceperunt.
Sub Imperatoribus aūt ab diui Auguſti initio imperiȷ̃ ad Theodoſiȷ̃ ſuperioris & Archa
diȷ̃ & Honoriȷ̃ tēpora, per annos quadringētos, & quadraginta, cum diuerſa populi Ro
mani fortuna multi principes imperauerūt, Cātabri & Aſtures, Hiſpani, ab ipſo Octauio
Cæſare ſubacti. Alpes maritimæ Cocciæq́; & Rhetiæ, Noricū Pānoniæ & Meſiæ Roma
no populo acceſſerūt. Omnis ora Danubiȷ̃ in prouincias eſt redacta. Pōtus omis & Arme
nia maior, Meſopotamia, Aſſyria, Arabia, & Ægyptus in imperiȷ̃ Romani iura conceſſe
runt: quemadmodū ea & eiuſmodi multa ex maiorum ſcriptis, quorū maximā extare co
piā diximus, facile eſt intelligere. At noſtra hæc quibus in lucē adducendis manum appo
ſuimus, nullos habent bonos ſcriptores, neq; annales libros uetere inſtituto, unde ſume-

remus paratos. Quin potius in eo qui ſimul cum præpotentis populi gloriæ ruina factus E
eſt, bonarũ artium interitu, uaria ac multis in locis inter ſe diſſidentia, temere ac ineptiſſi
me ſcripta, ſequi oportuit, labore maximo conquiſita. Quorũ digeſtio, ut unum habeant
hiſtoriæ corpus, maiorem eſt opinione omnium operã habitura. Fecerunt uero tempo-
rum in quibus ea geſta ſunt, quæ doctis caruerunt, calamitates, ut digniſſima relatu orna
tuq; pleraque, partim minus quàm decuerit copioſe, partim minus cõtinuate ſcribamus.
Digna profecto cauſa cui omnis liuor detractioue acquieſcat. Neq; enim, quod in ætatis
noſtræ duodecim hiſtoriarũ libris iam effecimus, omnia afferimus noſtra, ſed multorum
etiã aliud quàm res geſtas dicere intendentiũ, excerpta ſcriptis, ordine reformamus. De
ipſa igitur re paulo pòſt dicturi primũ, quod multis placuiſſe legimus, hãc de qua agimus
Imperij inclinationem, in C. Cæſaris dictatura cœpiſſe, ea ratione non approbamus, quia
aucta potius ꝙ imminuta fuit ſub Cæſarum multis Romana potentia. Pari ratione tranſ-
lationem ſedis imperij factã à Conſtantino Byzantium, quemadmodum remotam in-
clinationis futuræ cauſam fuiſſe nõ abnuerim, ita illius principiũ non conceſſerim appel F
landã, cum & ipſe & alij decem in imperio ſucceſſores, quos ea habuit trãslata Byzantiũ
ſedes, Imperij iura, partim auxerint, partim in maieſtate ſolita conſeruauerint. Pariter de
cauſis ſicut & de principio quid ſentiamus præfaturi, dicimus haudquaꝙ abſurde ſentire
qui eã imperij quaſſationẽ ab Cæſaris oppreſſione reipublicæ, ideo cauſam habuiſſe opi
nantur, quod ſimul cum libertate interierint, bene & ſancte uiuendi artes, & ſublato per
unius potentiã legum metu, principibusq; uirtutem & animi magnitudinẽ ducentibus
ſuſpectã, ignaui fortibus, bonis perditi, grauibus & ſanctis ganeones ac adulatores fue-
rint in magiſtratib. honoribusq; prælati. Nec eos aſpernãdos ſentimus, qui ab caduca &
fluxa rerũ mundi cõditione ſumpta ratione, dicunt Romanos eadẽ fatorũ ſerie orbis im-
periũ amiſiſſe, qua nõnulli populi, & magnitudinis propè paris urbes ad opum tenuitatẽ
maximam deuenerunt. Babylon nanq; illa (ut ſacræ tradunt literæ) prima urbs condita
poſt diluuiũ, ambitu & murorum altitudine admirabilis, primum ſexcẽtis imperauit an-
nis, exinde à Nino ſubiugata & miſerandũ in modum lacerata, tum deniq; à Semiramide G
inſtaurata regni Aſſyriæ caput eſt facta. Sed mox id regnũ translatum ad Medos: poſtea
capitur à Chaldæis, & demũ Babylonia à Cyro rege Perſarum, unica expeditione capta
atq; ſubuerſa eſt. Carthago autem Africæ Hiſpaniarum & adiacentium inſularum domi
na circa ſeptingenteſimũ eius conditæ annum, à Romanis quos penè aliquando ſubege
rat, in cinerem eſt conuerſa. Et Macedoniæ etiam regnum geſtarum rerum magnitudine
glorioſum, cuius regum unus Alexander Magnus Aſię partem maximã, & Europę non
minimam ſubegit, aliquanto minus ſeptingentis annis, à Carano ſcilicet uſq; ad Perſen,
quem Paulus Æmylius dux Romanus in triumphum illum glorioſiſſimũ duxit, protra-
ctũ eſt. Vt, quod ſcribit Oroſius, nulla ratione ſit mirandum, ſi quæ ſerua ſub regibus na-
ta eſt Roma, libertatem ſub conſulibus partã amiſit ſub decemuiratu, & trecenteſimo ſe-
xageſimo anno, poſtꝙ fuerat cõdita, à Gallis capta, & incẽdijs latiſſimis fœdata fuit: tan
demq; poſt mirandam inſtaurationẽ, cum potentia creſcente ſuperbia & uitijs diuitias ſu
petantibus, bellis eſt lacerata ciuilibus, ad extremumq;, circa ſeptingenteſimũ annũ, uni H
domino Cæſari colla ſubmiſit. Tertiã uero quæ affertur cauſam à neglecta religione ſum
ptam, quo magis eſt pia, duco ſuperioribus meliorem. Nanq; Romani Imperatores in il-
lo inſolentiſſimo faſtu dominationis immenſæ, exquiſitis in Chriſtianos tormentis graſ-
ſantes, nec ſtragum immanitate deterrebãtur, nec ſignis ab iniquo propoſito mouebau-
tur. Quamobrẽ poſt decem perſecutiones publico edicto in Chriſtianos factas, occulto
dei iudicio tracti fuere ad incognitã tunc ruinæ potentatus immeriti cauſam. Flauius ete
nim Cõſtantinus quem dixere Magnum, princeps Chriſtianiſſimus, admiſſę à Romano
populo in religionẽ ulciſcẽdæ impietatis miniſter, ea ratiõe à deo noſtro aſſumptus fuit,
ut cuius mutauit ſedem imperij, uires ex ſolidiore ſolio in lubricũ poneret, breui ad nihi-
lum unde creuerant redituras. Ipſam itaq; Imperij inclinationẽ, ſiue ob prædictas omnes
cauſas, ſiue ob earum aliquã ſit facta, dicimus principiũ habuiſſe à Gothorum in urbem
Romã irruptione. De quorũ origine & rebus quas ipſa gens ante inflictam populo Ro
mano eam cladem geſſit, pauca uidentur ad futurorũ euidentiã recenſenda. Eam gen
tem, quæ pro Gethica dicta eſt Gothica, cõſtat à Scythis originẽ habuiſſe. Scythas uero

primos

A primos eſſe in Europa ſub ſeptẽtrione, & ad Tanais limitẽ, feros ac paratiſſimos ad mor-
tem, apud omnes ſcriptores habetur. Sed Pompeius Trogus eorum originẽ quàm remo
tiſſimã repetens, multa dicit quæ Scythis Aſiam incolẽtibus magis, quàm in Europa ad
Tanaim ſedentibus accõmodari uidentur. Trogum poſtea ſecutus Paulus Oroſius pau-
ciora ꝙ oportuit, de Gothis dicit, quod Romanas ingreſſi prouincias ſocietatem Roma
nñ fœderis precibus quæſiuerũt, quã armis uindicare potuiſſent: & tamen eos à Lucullo
Romanorũ duce uictos, ac Mœſia pulſos tacet. Paulo aũt poſt dicit, qd' & quidã alij tra-
dunt ſcriptores, adiſſe eius gentis oratores Octauianũ Cæſarem Auguſtũ Tracone agen
tem, ut quã à uictore remotiſſimo peterent pacem, facilius impetrarẽt. Omittit etiã Oro-
ſius dicere, qd' Ablabius origine Gothus, & ut conijcio, Rauẽnę nutritus, ſcribit, eos ab
Agrippa Danubiũ trãſire cõpulſos, ſub Domitiano fuiſſe reuerſos: quo in tẽpore Opius
Sabinus primũ, & poſtea Fuſcus Cornelius Romani duces ipſis cõgreſſi Gothis copias
amiſerunt, & in prælio ceciderũt: & tamẽ Gothi, quibus uictoria haudquaquã fuerat in-
B cruenta, in Romanis prouincijs eo tempore remanſerũt. Quam complexus hiſtoriã Cor
nelius Tacitus numerũ interfectorum Romani exercitus ob magnitudinem cladis refer
re omiſit, idq; aſſerit Tacitus facere exemplo Saluſtij Criſpi numerum ſupprimẽtis occi-
ſorum in clade ſimili Romanorũ. Domuit tamẽ & Romanis prouincijs expulit Gothos
paulo poſt iſta inſignis princeps Traianus: ſed in ſuis barbarici ſoli ꝓuincijs, in quib. qui-
eſcere ꝓmiſerũt, dimiſit intactos, quos anno poſtmodũ ferè nonageſimo Antonius Baſ-
ſianus Caracalla in orientẽ cum exercitu tranſiturus, quod nõ ſatis quieturi uiderent̃, tu
multuarijs prælijs ſuperauit. Pariter anno ꝗ ſecutus eſt uiceſimo Gordianus iunior Go-
thos ad Danubiũ uenire parãtes, magis repulit leui prælio fuſos, ꝙ clade illata inſigniter
ſuperauerit. Quamobrem ijdẽ Gothi ferox & inquietiſſima gẽs, anno exinde octauo, cũ
Philippus, qui fuit primus Romanorũ principũ Chriſtianus, imperare cœpiſſet, Roma-
ni ſoli prouincias irruperunt. Et non ſolũ ipſi qui totiens, ut oſtendimus, uenerãt appella
tione Viſigothi, Danubiũ tranſmiſerũt, ſed & Oſtrogothos, Thriphalos, Aſtringos, No-
C miulos, Carposq; tunc primũ in reipublicæ prouincias, trecenta uirorum millia perduxe
rũt, à quibus Thracia, Mœſiaq; ſolito miſerabilius ſunt uaſtatæ. Miſit tamẽ in eos Philip
pus Decium Pannonẽſem legatũ ſuum, qui aliquot prælijs inferior, re infecta Romã re-
uertit, & poſtea Philippo cũ eiuſdem nominis filio fraude occiſo Imperator creatus, eam
gentem dimiſit intactã. Quæ quidẽ gens ſub Gallo & Voluſiano fœdus cum republica
innouauit. Obierũt uero diem hi ambo Imperatores, mox eo fœdere icto, & ſecundo an
no, ꝙ cœperant imperare. Quorũ temporum adeo obſcura & prope perdita eſt hiſtoria,
ut eorum mortis genus, locusq; diuerſimode tradat̃. Eſt naq; apud Euſebium de tempo-
ribus, eos apud Forumflaminij, uel apud Iteramniã, bello ciuili quod Æmilianus tyran-
nus in Mœſia ſuſcitauit trucidatos: & Trebellius Pollio dicit, ipſos ultra Danubiũ, peſte
illa ſuorũ temporũ ingẽti fuiſſe abſumptos. Ipſis itaq; Gallo & Voluſiano imperatorib.
ſublatis, ſecuta ſunt infeliciſſima Valeriani Imperatoris tẽpora. Eo naq; in uinculis Sapo
ris Perſarũ regis tunc agente, Galienisq; eius filijs imperãtibus, & triginta tyrannis Impe
D riũ lacerantibus, Gothi Bithyniã inuaſerunt, illiusq; ciuitatibus deletis, Nicomediã gra-
uiter uaſtauerũt. Exinde Thracijs occupatis Macedoniaq; ubiq; uaſtata, Theſſalonicam
obſederũt. Sed cum Macriani ducis uirtute ijdẽ Gothi in Achaia ſuperati per Achęos re
cedunt, alia eorundem Gothorum manus Aſiam uaſtat, qua in uaſtatione templum Dia
næ Epheſię ſpoliatũ primo, & poſtea eſt incenſum. Repreſſit uero Gothorum audaciam
mox latius uagaturã Claudius Imperator, eius nominis ſecundus, qui plura biennio, ꝙ
quiſquã Romanorum principum decennio, ſumma felicitate confecit, ut iuxta Trebellij
uerba, ſi diutius in ea eſſet cõmoratus republica, Scipiones bonos & Camillos, omnesq;
alios ueteres ſuis uiribus, ſuis cõſilijs, ſua prudentia fuerit redditurus. Quod uero ad Go-
thos attinet, quãta felicitate illos profligarit, indicat unica illius epiſtola, quã Trebellius
hiſtoriæ inſcrit, ad Iunium Brocum Illyricum tuentem, in hæc uerba ſcriptam. Claudius
Broco ſalutem. Deleuimus trecenta millia Gothorũ, duo millia nauiũ ſubmerſimus, te-
cta ſunt flumina ſcutis, ſpatis & lanceolis omnia littora opperiuntur, campi oſſibus latẽt
tecti, nullum iter purũ eſt, ingens Carthago deſerta, tantum mulorum & mularum cepi-
mus, ut binas & ternas miles poſſit adiungere: et utinam Galienum non eſſet paſſa reſpu

blica, utinam triginta tyrannos non pertuliſſet, ſaluis militibus quos uaria prælia ſuſtule- E
runt, ſaluis legionibus quas Galienus male uictor occidit, quantū eſſet additum reipubli
cæ? Noſtra diligentia pugnatū eſt apud Meſios, & multa prælia fuerunt apud Martino-
polim: multi naufragio perierūt, pleriq; capti reges, captæ diuerſarum gentiū nobiles fœ
minæ, repletæ barbaris ſeruis ſenibusq; cultoribus Romanæ prouinciæ, factus miles bar
barus & colonus è Gotho, nec ulla fuit regio quę Gothum ſeruū triumphali quodam ſer
uitio non haberet. Hunc itaq; Claudiū ob eam rem bene geſtā, ſenatus ſtatua aurea &
clypeo æquè aureo, quorū in capitolio illa, hic in curia ſunt poſiti, ornauit. Aurelianus itē
princeps fortiſſimus Canabum regē Gothorum nouos ultra Danubiū motus parantē,
cū quinq; millibus interfecit: quo in prælio captæ ſunt decem mulieres uirili habitu pug-
nantes, quas in triumphū ab Aureliano ductas, titulus pręferebat, ab Amazonibus ortas
eſſe. Iidē item Gothi anno poſtea trigeſimo, reſumptis uiribus, nouos intētauere motus,
Sarmatiā enim Europæ barbarici ſoli Romanorum prouinciam, ſuis conterminam Scy
thiæ finibus occupauerūt, quos Flauius Conſtantinus Magnus nō minore quàm Clau- F
dius clade profligauit: & tamē idem Conſtantinus, renouato cum ijs qui cladi ſuperfue-
rant fœdere, ipſis bello, quod contra Liciniū in oriente geſſit, eſt uſus. Continuerūt ſe po
ſtea Gothi, tot à Romanis acceptis cladibus, maiori ex parte intra Scythicū natale ſolū,
Romanis prouincijs adiacens, per annos circiter ſeptuaginta. Quo in tēpore Hunni, ma
lo Romanorū Imperij rerum initio Oſtrogothos accolas ſuo ſubiecerunt imperio. Sunt
aūt Hunni & ipſi Scythæ, ſed eo quàm Gothi efferatiores, quia montibus Riphæis pro-
pius incolentes, magis ſeptentrionū rigoribus exponuntur. Quod autem Oſtrogothorū
Viſigothorumq;, quibus diuerſarū ſectarū nominibus utimur, uarias appellationis cau-
ſas afferri uideo, quæ habeā comperta, explicare conſtitui. Paulus Diaconus, qui Eutro-
pij & Oroſij ſcriptis addidit, quemq; multi poſtea ſunt ſecuti, eius appellationis hāc aſſe-
rit cauſam: quod temporibus Valentiniani ſuperioris, cum intra Thraciæ fines Gothorū
populi tunc cōmuniter habitarent, per Alatheum & Frigiternum, biſariam diuiſi, decre-
uerunt utranq; rempublicā Frigiternus orientalem, Alatheus occidentalem opprimere, G
eosq; qui Frigiternū ſecuti ſunt, pro orientalibus Oſtrogothos lingua patria, & alios pa-
ri ratione Viſigothos pro occidētalibus appellatos. Hæc autē omnino falſa eſſe uel hinc
conſtat, quod multis ante Valentinianū temporibus, ſub Philippo Oſtrogothi aſſuetos
Romanorum uexationibus Viſigothos duces impulſoresq;, ſicut oſtendimus, ſunt ſecu
ti. Magis itaq; crediderim, q̃d aſſerit Ablabius, & alij nulla uerborū reddita ratione uſur-
pant ſcribere, ſuperiores ſedibus Oſtrogothos, Viſigothos inferiores: hos ab occiden-
tis, ab orientis illos plaga in quam uerſi habitarēt, fuiſſe in patria appellatos. Sed ad rem.
Scribit Oroſius gentē Hunnorū diu inacceſſis ſecluſam montibus, repentina rabie per-
citam, exarſiſſe in Viſigothos, eosq; ſparſim conturbatos ab antiquis ſedibus expuliſſe.
Qui quidem Hunnorū motus ille fuit, de quo beatus Hieronymus ad Oceanum ſcribēs
de morte Fabiolæ in hæc uerba dicit. Ecce ſubito diſcurrentibus nuncijs oriēs totus into
nuit. Ab ultima Mœotide inter glacialem Tanaim, et Maſſagetarum immanes populos,
ubi clauſis rupibus feras gentes Alexādri clauſtra cohibēt, erupiſſe Hunnorū examina, H
quæ pernicibus equis huc illucq; uolitātia cædis pariter ac terroris cūcta cōplerent. Con
tinuat autē Oroſius, Viſigothos trāſito Danubio fugiētes, à Valente ſine ulla fœderis pa
ctione ſuſceptos, ne arma quidē quo tutius barbaris crederetur, tradidiſſe Romanis: de-
inde propter intolerabilē auariciā Maximi ducis fame eos & iniurijs adactos, arma cor-
ripuiſſe, & uicto Valētis exercitu, per Thraciā ſeſe miſcētes, ſimul omnia cædibus, incen
dijs, rapiniſq; fœdaſſe. Diſſentit uero Ablabius, & quā Oroſius Valēti nominis Chriſtia
ni hoſti, cui erat infenſiſſimus, nitit̃ inurere temeritatis & imprudētiæ notam, is in patriæ
gentis perfidiā auertit. Nanq; affirmat, Oſtrogothis ad orientalē plagam ſedentibus, ab
Hunnis ſuperatis, Viſigothos occidētales metu percuſſos, in Romanorū fidē tutelamq;
cōfugere ſtatuiſſe: & miſſis ad Valentē oratoribus petijſſe, ut trans Danubium Mœſiam
inhabitare permitterent̃: fore pollicitos, ut & fidem acciperent Chriſtianam, et perpetuo
in poteſtate manentes, legibus quas dediſſet parerent, ac tanquā murus aduerſus Hūnos
cæteramq; barbariē Imperium ea in parte communirent. Quæ cum gratulabundus acce
piſſet Valens, permiſſi cū liberis et coniugib. Danubiū tranſire Viſigothi in Meſia ſunt
recepti,

A recepti. Dedit autē illis Valens Arianæ hæreſeos, cui miſerabiliter inſeruirēt, epiſcopos:
à quibus ea barbaries percepit peruerſa dogmatum rudimēta. Perfecit quoq; Imperator
Lupicinū ac Maximū Romanos duces, qui curarent neceſſaria aduenis importari. Sub-
ſecuta uero eſt multitudinē rerum inopia, cui ducum Romanorum auaritia quæſtū acer-
biſſime in cōmeatibus procurantium, addidit fomentum. Id cum aliquandiu toleraſſent
taciti, Frigiternus, Alatheus & Safra Viſigothorū reguli, tandem commoti ſunt atq; im-
pulſi à uulgo ſuā calamitatem ſine timore aliquo eiulante. Romanorum enim improbita
tem accuſabant, quod nō modo rerum inducerent caritatem, ſed corrupta & fœtida, &
ea quidē ſola ac pauca exponerent, quæ ipſi pecunia carentes, cogerentur mancipijs per
mutare: ſed breui futurū, ut his iam poſt pecuniam deficientibus, liberos ac uxores in an-
nonæ precium dare cogantur. Quibus ſtimulati ſuam fortunam miſerantium uocibus re
guli bellaces & feroci ingenio uiri Romanos inuaſerūt, & Lupicinū ac Maximum cum
B paruo, quod auariſſimi haberēt, præſidio interfecerūt: moxq; cœperunt Daciæ ripenſis,
Meſię, Thraciæq; poſſeſſoribus cōmeatum tributaq; imperare: & inde, Imperatoris bene
ficiorū nulla habita ratione, direptas regiones ſibi uiribus ſubiecerunt. Valens interea e-
greſſus Antiochia, cū ultima infelicis belli ſorte traheretur, ſera peccati maximi pœnitētia
ſtimulatus, epiſcopos cæterosq; ſanctos reuocari de exilijs imperauit. Itaq; quintodecimo
Imperij ſui anno, lachrymabile illud bellum, in Thracia cum Viſigothis, iam tunc exerci
tatione uirium, rerumq; abundantia inſtructiſſimis geſſit. Vbi primo ſtatim Viſigotho-
rum impetu perturbatæ Romanorū equitum turmæ, nuda peditum deſeruere præſidia.
Mox legiones peditum undiq; equitatu hoſtium cinctæ ſunt, ac primum nubibus ſagit-
tarum obrutæ: deinde tanquam amentes metu per deuia fugientes gladijs inſequentium
contiſcq; perierunt. Ipſe Imperator cum ſagitta ſaucius, uerſusq; in fugam, ægre in cuiuſ-
dam uillulæ caſam deportatus lateret, ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus ſubito ig-
ne conſumptus eſt. Qua elati uictoria Viſigothi, Conſtantinopolim obſederunt. Eam ta
C men urbem Dominica Valentis uxor, ingenti pecunia in populum diſtributa ſeruauit.
Et Gratianus, cui nepoti Valens occidentale commiſerat Imperiū, afflictis rebus pruden
tiſſime conſuluit. Nam Viſigothos Thraciam, Meſiam, Daciamq; ripenſem poſſidere,
ac Romano imperio imminere intelligens, reſiſtere conſtituit: & cū id ſibi extimaret ſo-
li impoſſibile fore, accerſitū ex Hiſpanijs Theodoſium, ingenti uirtute uirum, conſortē
Imperij declarauit. Nec fuit poſtea cur pœnituerit prudētis conſilij Gratianū. Siquidem
Theodoſius quamprimum Imperator declaratus, purpuramq; apud Sirmium eſt indu-
tus, ſummo principe digna geſſit. Viſigothis enim congreſſus, eos multis magniſq; præ-
lijs uicit, urbem Conſtantinopolim uictor intrauit, & ne paruam Romani exercitus ma-
num aſſidue bellando attereret, pacē fœdusq; cum Athanarico Viſigothorum rege per-
cuſſit: quanquā ſcribit Ablabius Theodoſium ſupradictis in prælijs uincētem morbum
incidiſſe grauiſſimū, eaq; ratione Gratianū pacem cum Viſigothis conſtituiſſe, cui Theo
doſius breui liberatus, ob collegæ honorē libentiſſime acquieuerit. Athanaricus autem
D Viſigothorū rex Conſtantinopolim ingreſſus, in magnā adductus eſt urbis illius admi-
rationē, & laxatum omnibus curis animū, in inſpicienda ædificiorum operumq; magnifi
centia intendit. Correptus uero eſt Athanaricus grauiſſima ægritudine, ex qua tertio mē
ſe, quàm erat Conſtantinopolim ingreſſus, interijt. Tuncq; Viſigothi carentes rege, cœ-
perunt Theodoſio & reipub. militare: paulo tamen poſt ea, Gratianus Imperator apud
Lugdunū Galliæ ciuitatem interfectus fuit. Quamobrem Theodoſius in Gallias profe-
ctus, Gothos uiginti, aut iuxta Oroſium decem armatorū millia ſecum duxit, geſſitq; im
perator ipſe aduerſus Arbogaſtū Eugeniūq; tyrannos ciuile illud bellum, Claudiani poe
tæ literis celebratū: in quo Gothi ab Imperatore præmiſſi, ad internecionē fuerunt occi-
ſi, quos utiq; lucrum fuit ante partā de hoſte uictoriam amiſiſſe. Poſtquam uero Theodo
ſius apud Mediolanum immatura reipublicæ morte præuentus eſt, Archadiū & Hono-
rium filios & in Imperio ſucceſſores, multæ ſuorū perfidiæ atq; inſidiæ agitauerunt. Com
miſerat Theodoſius in Imperio florens, tres potiſſimas Imperij partes tribus ducibus gu
bernandas: Ruffino orientalem, occidentalem Stilliconi, & Africanam Gildoni. Hic pri
mus de morte Imperatoris compertū habens, paruiq; faciens in puerorum manibus im-
perij uires, Africam ſibi retinere conatus eſt. Miſit uero in eum Honorius Maſtelzerium

ipſius Gildonis fratrē, atq; ob necatos filios inimicū, qui quidem Maſtelzerius Gildonē E
prælio ſuperatum cupientiſſime interſecit. Sed & Maſtelzerius poſt uictoriam, fraternæ impietatis imitator effectus eſt. Nam & ipſe Imperiū affectauit, unde à militibus eſt occiſus. Eodem uero in tempore Ruffinus oriēti præfectus, dum barbaris ad rebellionē concitatis imperiū ſibi parare contenderet, Archadio curante interſectus eſt. Tertius ducum Stillico, genere Vandalicus, ſummā erat poſt Theodoſij mortem apud nouos principes gratiā conſecutus, utpote factus bis ſocer Honorij Imperatoris, qui duas illius filias, cum prima obijſſet intacta, in matrimoniū accepit. Fuit uero & ipſe impijſſimus, ſed ſuā perfidiam maximis tegēs ſimulationibus, nihil apertū contra rempublicam eſt molitus, quin potius affectatū Eucherio filio Imperium non prius inuadere conſtituit, quàm imperatores maximis calamitatibus inuoluiſſet. Itaq; primum omnium immanes Sueuorum, Burgundionum, Alanorum & Vandalorū ſuorum gentes, proprijs excitas ſedibus concitauit ad Romani imperij Galliarū prouincias inuadendas: exinde Viſigothos, gentem, ut nouerat, ferociſſimam curauit ſtipendijs priuari ab imperatoribus, omnia ad eius præſcri F
ptum potius quàm conſilium facientibus: & nedum ſtipendia illis abſtulit, ſed omnē diſciplinæ militaris eorum in qua diu fuerant retenti abiecit curam, atq; etiā eos Thracia & Mœſia ob annonæ ſtipendijq; defectum ſenſim dilabentes, ſpernere ſimulauit: cuius machinationis hęc ratio fuit, quod ipſos Viſigothos rerum neceſſariarū indigentia compulſos optabat in Italiā ſe conferre, ut quamprimū profecti ex Germania Vandali, Burgundiones, Alani & Sueui Gallias irrupiſſent, Honorius illos ducere cogeret, & aut à tanta barbarie occideret, aut illo diſtineretur bello, ne poſſet cæteris Imperij partibus ſubuenire, eumq; in euentum deſtinauerat ipſe animo, bellum Italicum aduerſus Viſigothos ſibi aſſumere, & quicquid copiarū eſſet reliquum reipublicæ ſecum rapere, cum quibus Viſigothos, quod ſibi faciſſimum fore confideret, deleret, atq; eo impetu Roma, ac per ipſam imperio potiret. Cœpit autem eius machinationis executio in hunc modum. Anno imperij Archadij & Honorij octauo, qui fuit ſalutis Chriſtianæ ſeptimus & quadringenteſimus, Stillico ipſe & Aurelianus conſules ſunt creati, quo in anno Viſigothi ſtipēdio cō- G
meatuq; ſolitis deſtituti, relicta Thracia in Pannonias ſeceſſerūt, ubi regē quo per annos uigintiquinq; caruerāt, creauerūt. Nā poſt defunctū in Cōſtantinopoli Athanaricū, Viſigothi ſub Gratiāo et Theodoſio ſimul ſex annis: et poſtea ſub Theodoſio ſolo, undecim, atq; ſub Honorio & Archadio uſq; ad Stilliconis conſulatū octo, reipublicæ ſtipēdia meruerunt: & eo in tempore nullos gentis ſuæ reges alióſue duces, q; ab imperatoribus datos habere curarunt: fuitq; primus rex in Pannonia creatus Halaricus ex familia Balthorum, in Gothis nobiliſſima, oriundus. Cui in profectionem aliquā pendēti ſeſe adiunxit Radagaſus & ipſe Gothorū dux cum ducentis millibus. Is tamen Radagaſus qui fuerit, & unde aduenerit, aut ubi ea ducenta millia prius tenuerit, & Oroſius & Ablabius, apud quos ſolos id ſcriptū inuenimus, dicere neglexerunt. Prædicti itaq; duo Gothorum exercitus Thraciā & Pannonias, omnemq; Illyricum & Noricum, continentem quoq; illi primam Italiæ partē, miſerandis & aliàs inauditis ſtragibus direptionibusq; afflixerunt: Qđ
quidem beatus Hieronymus ad Paulā Euſtochiumq; per id temporis ſcribens in Sopho H
niæ prophetæ expoſitionibus in hæc uerba oſtendit. Iram quoq; domini etiam bruta ſentiunt animalia, & uaſtatis urbibus hominibusq; interfectis, ſolitudinem & raritatem beſtiarum quoq; fieri, & uolatilium piſciumq;, teſtis Illyricus eſt, teſtis Thracia, teſte in quo ortus ſum ſolum: ubi, præter cœlum & terrā & creſcentes uepres & condenſa ſyluarum, cuncta perierunt. Hi autem ambo exercitus Stillicone & Aureliano cōſulibus, tanta inter ſe temporis locorumq; diſtantia, quantam profecturis copijs cōmodam intelligerēt, Italiam ſunt ingreſſi. Quorū Radagaſus Apenninū tranſgreſſus, cum apud Feſulas conſediſſet, obuios habuit Vldin & Sariā Hūnorū et Gothorū duces, qui (ut ſcribit Oroſius, per cuius ætatē ea ſunt geſta) ad Romanorū præſidia inclinauerant: nec etiā repperi quo tēpore quóue modo hi Vldin & Sarias, cum Hūnis & Gothis, aut in Italiā uenerint, aut Romanorū ſtipēdia ſint ſecuti. Vnde cū Proſper in additione quā fecit Euſebio & Hieronymo de tēporibus, ſcribat Radagaſū duce Stillicōe delectū fuiſſe, illū ſequerer, niſi Oroſiū in ſuę ætatis hiſtoria licet ambigue ſcripta, ducerē præponendū. Qđ ſatis cōſtat, cōpulſus in Feſulanū montē Radagaſus, inops cōſilij & cibi, urgēte undiq; timore concludit,

A agminaq́ quibus dudum anguſta uidebatur Italia, latendi ſpe in unum ac paruum uerticem truduntur. Non diſpoſita in bellum acies fuit, nõ cædes acta, nõ ſanguis effuſus eſt. Poſtremo edentibus, bibentibus, ludentibusq́ Romanis, & eorũ mercenarijs militibus, tanti illi tamq́ immanes hoſtes eſuriẽtes, ſitientes, languẽtesq́ cõfecti ſunt. Rex uero Radagaſus ſolus ſpem fugę ſumẽs, clàm ſuos deſeruit, atq; in hoſtes incidit, à quibus captus & pauliſper retentus, ac deinde interfectus eſt. Tanta uero multitudo captiuorũ Gothorum fuiſſe refertur, ut in uiliſſimarũ pecudum modum, ſingulis aureis paſſim greges hominum uenderentur. Traxerat interea Halaricus in Italiam manũ illam Viſigothorum, Romanis ſtipẽdijs apud Cõſtantinopolim aſſuetã. (Cuius progreſſus quouſq; Romam irrupit, ex Guidonis ſacerdotis Rauennatis ſcriptis certioribus ut tenemus quàm alij habeãt quos legerimus ſcriptores, exequi conabimur, quod Oroſius aliũ in finẽ, q̃ ut bella referret ſcribẽs, ea ſibi tũc cognita quo ordine ſint geſta, diffuſius narrare neglexit. Ablabius uero ſcriptor ineptiſſimus, uel ea ignorauit, uel, qđ magis credimus, ſcribere neſciB uit.) Stillico Vandalorũ, ut inquit Oroſius, imbelli, auara & perfida gẽte editus, quod cõcupiuerat & fieri curauerat, ſui conſulatus initio effectum eſſe habuit exploratũ. Nanq; Vandalos ſuos, & aliam barbariẽ ſecum militantem intellexit ad Rheni ripas cõſediſſe, & frequentes à Rauenna Romaq́ nũcij Conſtantinopolim attulerunt, maximã Gothorum partem, cum eorum duce Radagaſo eſſe deletã: Halaricum uero nõ multo poſt Italiam ingreſſum Rauennã inter & Claſſenſe oppidum in loco cui dicitur Candianũ conſediſſe. Itaq; ratus nõ eſſe ultra differendũ, primo immiſit ex Cõſtantinopoli præſidia Rauennatibus. Et poſt parũ cum omnib. copijs, quæ in Thracia & apud Cõſtantinopolim imperatoribus militabant, terreſtri itinere ad Italiã properauit, fecitq́ iter per Aquileiam & Altinũ, inde per Patauinos, ad Padi ripas delatus in Rauennatem agrũ per ea loca, in quibus nũc eſt Ferraria urbs, tunc uicus muro immunitus, ſe cõtulit. Quæ cũ haberet Halaricus explorata, ſoluit à Claſſe oppido caſtra, & in proximos è regiõe poſitos Appẽnini colles, ad Pollentiã uicũ duo & uiginti millia paſſus à Rauenna receſſit. Eſtq; is Pollen-

C tiæ uicus, uetuſto Truentinorũ foro, quod nunc dicitur Bretenoriũ, ad paſſus duos mille propinquum. Stillico autem paulo poſt Rauennã eſt ingreſſus: qui dux excellens rei militaris, quã egregie nouerat, peritia fretus, illum barbaræ gentis exercitũ multo maiorem eo quẽ ex Cõſtãtinopolitana militia ipſe adduxerat, repreſſit, ſæpe fugauit, & quoties uoluit ita coarctauit, ut illũ uincere ac delere ſi uoluiſſet, potuiſſe cõſtiterit. Qua in trepidatione Halaricus annos circiter tres uerſatus, Honoriũ per oratores docuit perfidiã Stilliconis, orans obteſtãsq́ ſedes ſibi in ea Galliarũ parte dari, in quã Sueuos, Alanos & Burgundiones ducib. Vandalis, breui irrupturos apparebat. Reſciuerat uero Honorius pleriſq; alijs deferentibus, quid Stillico moliref: quare ad eum ſcribens iuſſit, ut pacem cum Gothis faceret, illiſq́ diem ſtatueret infra quã Italia profecti in Gallias ſe conferrẽt. Literis itaq; ab Honorio Imperatore acceptis, Stillico pacẽ cum Halarico Viſigothiſq́, prout iuſſus erat illico firmauit, & profecturis quæcunq; itineri duxerunt neceſſaria, ſumma cum amoris libertatiſq́ ſimulatione cõceſſit. Eos poſtea intelligẽs pacis fiducia & profe-

D ctionis ſollicitudine militarem diſciplinã contemnere, ac caſtris omnino immunitis, ſalutem ſuã nimia ſecuritate negligere, ſacrum delegit paſchæ diem, in quo partim religione ocioſos, partim epulis & uino obrutos, ad unũ omnes confodi poſſe confideret. Immiſitq́ Saulem ducem ſuum cum paratiſſimis copijs, ex Foropopilio, apud quã ciuitatem Pollentiæ ad quartum lapidem propinquã Viſigothis in eo bello fuerat oppoſitus. Erat autem Saul & gente & religionis perfidia Hebræus. Quamobrem Chriſtianos ſacratiſſimo in die ardentiori odio eſt aggreſſus. Irruens itaq; improuiſus magnã principio edidit cædẽ, & trepide ſine duce, ſine ordine Gothi, quã quenq; timor rapuit, concurſarunt: tantam tamẽ multitudinẽ minor multo Hebræi exercitus, tam celeriter cõficere nequibat, et dilapſi quiſq; hoſtiũ manibus, ad regis tabernaculum conuenerũt. Mirum uero, &, quod niſi concordi ſenſu omnes referrent ſcriptores, ſuppreſſurus fui, non paruã occiſi militis partem, quam repugnando potuit ſaluare Viſigothus amiſit, dum religione ſacratiſſimi Chriſtianis diei à pugna ceſſantes rex & cęteri duces ſeſe cõtinebãt, ſi forte ceſſaſſet hoſtilis perfidia expectãtes. Cum aũt nedum ceſſare hoſtem, ſed magis atq; magis inſtare conſpexerũt, rabidi inſtitere, & Hebræis militibus mirabili procella repreſſis, in fugamq́ cõ-

uerſis, eos pene ad internecionẽ cæciderũt. Cõſternatus animo ad eius ſtragis nuncium E
Stillico, in furentes & omiſſa ſediũ Galliæ cura in ſe ruentes Viſigothos, exercitum repa
raturus, ſupplementũ ab Imperatore poſtulauit. Immiſit uero Honorius duces, q̃ dignã
iuſtiſſimamq; ſumpſerũt de ſceleſtiſſimo ultionẽ: eoq; modo Stillico ipſe, qui iuxta Oro
ſij uerba, ut unum puerum purpurã indueret, totius generis humani ſanguinẽ dedit, cum
Eucherio filio, cui parabatur imperiũ, eſt occiſus: parua tamẽ prudentia in dolore iuſtiſſi
mo uſus eſt Honorius, qui in ſceleſtos patrẽ & filium animaduerſurus, neminẽ ſubroga-
uit exercitui ducẽ. Nam quæ impigro atq; pugnaciſſimo duce Stillicone uiciſſet Roma-
na militia, eo ſublato et uos uireſq; amiſit: & Viſigothi uel quotiẽs congrederenĩ uicto
res, uel nullũ quem timerent adeſſe, aut affuturum ducem intelligentes, Italiã per annum
liberius populati ſunt, urbẽ obſederunt, & nullo qui tutaretur exercitu reliquo, haudqua
quã magno, ſicut ſcribit Oroſius, negocio irruperunt. Sed cum beati Hieronymi, quem
illis temporib. apud Bethleem floruiſſe conſtat, uerba conſidero, non poſſum nõ ſuſpica
ri Oroſium, ut calamitatẽ temporibus Chriſtianis illatã attenuaret, de ea irruptione mul F
to minora, quàm oportuiſſet hiſtoricũ, narrauiſſe. ( Sunt enĩ uerba prædicti Hieronymi
de obitu Marcellæ ad Principiã uirginem in hãc formam. Terribilis de occidente rumor
affertur: obſideri Romã & auro ſalutẽ ciuium redimi, ſpoliatoſq; rurſum cruciari, ut poſt
ſubſtantiã uitam quoq; amitterent. Hæret uox, & ſingultus intercipiunt uerba dictantis,
capitur urbs quæ totum cepit orbẽ, imò fame perit antequam gladio: & uix pauci, qui ca
perentur, inuenti ſunt. Ad nephandos cibos erupit eſurientiũ rabies: & ſua inuicẽ mem-
bra laniarũt, dum mater nõ parcit lactenti infantiæ, & recipit utero quem paulo ante effu
derat. ) Cuius ſentẽtiæ Aurelium Auguſtinũ multis in locis eſſe uidemus. Siue igitur par
uo, ut Oroſius, negocio: ſiue poſt paſſam à Romano populo, ut alij uolũt, acerbiſſimã fa-
mẽ, Viſigothi duce Alarico rege urbem Romam rerum id temporis dominã irruperunt.
Qua die, quã Calendarum Aprilis fuiſſe ſatis conſtat, deſtinata hactenus Romanæ urbis
imperij inclinatio inchoauit. Quod itaq; nobis eſt reliquũ, gẽtis Viſigothorũ origine, &
ab illa geſtis ante Romanorum imperij inclinationẽ rebus, ac tanti mali cauſis quantum G
oportuit oſtenſis, nouã deſignandi geſtarum rerum tempora rationem inibimus: ut ſcili-
cet quale maioribus fuit, unde geſtorum ſupputatio ſumeretur, urbis conditæ initiũ: nos
pariter noſtrum habeamus inclinationis illius principium, à quo maximæ atq; mirabiles
res ipſæ, quas uix credat poſteritas, quo temporũ ordine ſint geſtæ, certius faciliuſq; poſ-
ſimus explicare. Annus ergo quẽ à condita urbe ſexageſimũ quartum & centeſimũ ſu
pra milleſimũ numerabant, qui & ſalutis Chriſtianæ duodecimus & quadringenteſimus
fuit, nobis primus erit ab inclinatione imperij cõſtitutus. Ingreſſus eo anno urbem Hala-
ricus rex, edictũ Viſigothis propoſuit, ut fugientes in ſacra loca, præſertim Petri & Pauli
baſilicas, illæſos ſeruarent: prædã uero ꝓ poſſe ingentẽ ubiq; facerẽt, ſed quoad poſſent
à cædibus & ſanguine temperarent. Quod quidẽ pro uictoris antea omnium gentiũ po
puli rem domeſticã defenſantis fortitudine, proq; barbarorum multitudinis auaritia atq;
inſolentia ſupra fidem poſterorũ obſeruatum fuiſſe omnes concordant ſcriptores. Et ta-
men aliquantis cædibus, ſtupris incendijſq;, urbem quondam orbis dominã conſtat fuiſ- H
ſe fœdatã. Ea uero in tantæ urbis direptione, duo tantũ quæ acciderint memoratu digna
referri cõperimus. Horum unum eſt, Gallam Placidiã Theodoſij ſuperioris filiam & Ho
norij Archadijq; tunc Imperatorum ſororem, in captorum ſortem abductã, uictoris bar
bari caſtra ſecutã fuiſſe: alterũ, uaſa Petri miniſterio ſacra, pondere, magnitudine & pul-
chritudine eximia, ad Viſigothi cuiuſpiã manus perueniſſe, & regis iuſſu in Baſilicæ cu-
ius erant arcã magna cum Romanorũ Viſigothorumq; admiratione fuiſſe relata. Profe-
cti urbe tertia die quàm ingreſſi fuerant Viſigothi, Campaniã, Lucaniam, & Brutios po
pulati ſunt: fretum poſtea trajcere ut Siciliã diriperent conatos tempeſtas coorta prohi
buit, quæ nauibus alliſis, aliquot cohortes abſumpſit. Ipſis exinde uarias in recedendi aut
iterũ ut trajcerẽt intentandi ſentẽtias pendentibus, moritur apud Conſentiã Brutiorum
urbem Halaricus: quẽ gens ſepulchri iacturã plurimi facere ſolita, ne ultio aliqua in mor
tui oſſa exerceri poſſet, in detiuati amnis Baſenti alueo cõdidit, locello ditiſſima regis ſu
pellectile completo: & ne poſt eorum profectionẽ, id ſepulchrum ab incolis ſciri poſſet,
amne in curſum reſtituto foſſoreſq; qui uterq; operi interfuerãt, trucidarũt. Subrogatus ue

ro eſt in regẽ Athaulphus ex Balthorũ gente Halarici cognatus, cui Galla Placidia pri-
A mo captæ urbis die fuerat deſponſata: quæ licet uiro nondũ copulata eſſet, ꝙd nuptias ſa
tis conſtat apud Forumcornelij fuiſſe celebratas, ſua prudentia regem barbarũ mirabili-
ter deliniuit, impetrauitq́ ut per urbem reuerſus, prædam quidẽ quod nequiſſet prohibe
re, identidẽ fieri permiſerit, à ſanguine uero curauerit & incẽdijs abſtineri. Nam quod in
tanta huiuſce cladis ſcriptorũ inopia, ſolus teſtatur Oroſius, paucis poſt ipſam acceptam
cladẽ aut annis aut mẽſibus, ſi quis populũ Romanum & multitudinẽ uidiſſet, & uocem
audiſſet: nihil mali factũ arbitratus fuiſſet, niſi aliquantæ exiſtentes ex incendio ruinæ ſot
te docuiſſent. Excedẽtes urbe Viſigothi, populo ne Romano, an cõſtitutis ex gente ſua
magiſtratibus eam dimiſerint gubernandã, nullus refert ſcriptor: multis tamen adducor
coniecturis, ut ipſos credã, nullo relicto aut præſidio aut magiſtratu, eam deſtituiſſe eue-
ſtigio futuram Imperatorũ, in quorum amicitiam fœderaq́ Athaulphum Placidia cœpe
rat inclinare. Quod em̃ Oroſius ipſe, beatiſſimi Hieronymi presbyteri teſtimonio ſcribit
B Barchinonenſem uirum nobilẽ narraſſe, cõcupiuit aliquando Athaulphus, Roma fundi
tus euerſa, alterã ædificare urbem, quæ in locum demortui nominis Romani, Gothicum
referret: & quẽadmodũ ea ciuitas Gothica Romæ ſuffecta eſſet, ſic & ipſe nouæ cõditor
urbis in Auguſtorũ ſubrogatus locum, poſteris imperij cognomentũ relinqueret Atha-
ulphũ. Is tamen barbarus & ferus memorante Placidia prudentiſſima muliere cõſidera
uit, Romanã rem creuiſſe, & ad ea tempora ſtetiſſe legibus & bonarũ artium diſciplinis,
à quibus Gothica barbaries abhorreret. Ideoq́ in tantũ mutauit ſententiam, ut Romanæ
dignitatis cuius eſſe nequiret immutator, fore optauerit inſtaurator. Hinc Honorij Ar-
chadijq́ Imperatorũ fœdera quæſiuit, quæ poſt factas apud Forũcornelij nuptias, omnẽ
emenſus Italiã, cum apud Barchinonẽ citerioris Hiſpaniæ conſediſſet, in dies magis ma-
gisq́ petiuit. Creuerat interim incendiũ illud maius, quod perfidum Stilliconem priuſ-
quam in Italiã duceret oſtendimus præparaſſe. Siquidem Vandali, Burgundiones, Sue-
C ui, & Alani aduerſus Romanũ imperiũ cõiurati, cœperunt in Gallijs atq́ Hiſpanijs de-
bacchari. Expedit hoc in loco qui fuerint barbari, quos à Stillicõe accerſitos impulſoſq́
diximus, & quę loca prius inhabitauerint dicere, quia multos de ipſis ſcribẽtes erraſſe ui
demus. Primũ Oroſius, cui notiſſima hæc ſi ad ſuam feciſſent intentionẽ, facillimum fuit
oſtendere, dicit Alanorũ & Sueuorum ac Vandalorum gentes ante biennium Roma-
næ irruptionis, per Stilliconẽ cõcitatas, inuaſiſſe Gallias, nec quibus exciti ſedibus, aut ꝗ
fuerint ultra narrat. Alioq́ in loco ſcribit Stilliconẽ gentes alias copijs uiribuſq́ intolera
biles, hoc eſt Alanos, Sueuos, Vãdalos, ipſoſq́ ſimul motu impulſos Burgũdiones, ultro
in arma ſollicitaſſe: unde cum ſatis conſtet, omnes qui de ea re ſcripſerunt, hæc ab Oroſio
& nemine alio ſumpſiſſe, miror, qua impudẽtia ducti ſcribant aliqui, eas gentes fuiſſe ex
Pannonia à Stillicone in Galliã concitatas. Nulla enim earum gentium ante id tempus
ultra Danubium populariter eſt profecta: habent uero omnes uetuſtã originem ex Ger-
mania, ſuntq́ priſcorũ Plinij Veronẽſis, Suetonij Tranquilli & Cornelij Taciti literis cẽ
lebratæ. Plinius nanq́ Germaniã ex Agrippæ traditionibus deſcribens, Vandalos, & eo
D rum partẽ, Burgundiones, unã eſſe dicit ex quinq́ interioris Germaniæ partibus, & pau-
lo poſt Sueuos illis proximos ponit. Alani aũt etſi origine ſunt Scythæ, in ipſis Vanda-
lorũ regionibus habitabant. Sed Sueuos Octauius Auguſtus, teſte Suetonio, ex Germa
nia in citeriores Rheni ripas tranſtulit, eiuſdemq́ Auguſti temporibus, ea pars Vandalo
rum, quibus Burgundionibus poſtea fuit nomen, ad octoginta armatorũ millia, ulterio-
res Rheni ripas inſederant, quos Druſus & Tiberius Cæſares, ſicut Cornelius refert, poſt
ſubactam interiorem Germaniam, in ſedes proprias repulerunt, & extra urbes munitaq́
loca diſſiparunt, à quibus habitandi uicatim modis, quos patrio gẽtis uocabulo Burgos
appellabãt, eos Burgundiones fuiſſe appellatos aſſerit Oroſius. Facta autem eſt poſtmo
dum alia in dictis gentibus mutatio: ſiquidem Vandali à fluuio regionis ſic dicti, paulo
poſtquã illi quos Stillico cõcitauit, patria erant profecti, ſe Sclauos dixere à nomine gen
tis, quæ à Boſphoro Cimmerio in Tanaim fluuiũ habitare ſolita, ſe cõtulit in ſedes Vãda
lorum Burgundionumq́ patria profectorũ. Nec tamen diu tenuere hi populi eam Scla-
uorum nominationẽ: ſed cum eorum pars Mauricij Imperatoris temporibus, in Dalma-
tiam Illyricumq́ emigraſſet, qui manſerũt domi, paulo pôſt mutarunt nomina, & partim
ſe Polonos

ſe Polonos, partim Bohemos nominauere. Sed ad noſtræ narrationis ſeriē: Vandali, Bur- B
gundiones & Alani à Stillicone impulſi Archadio ſextū, & Probo conſulibus, Rhenū
pridie Calen. Ianuarias tranſmiſerūt, Sueuosq́ in Eduis & circa ea loca repertos, in ſuam
aduerſus Romanos coniurationem faciliter traxerunt. Fuiſſe autem traduntur ab aliqui
bus trecenta, ab alijs quadringēta armatorū millia, quæ uxores filiosq́ non minorē mor-
talium uim traxere. Sed Franci & ipſi Germani ex ea prouincia quę nunc etiā Franconia
appellatur oriundi, tunc erāt in Gallijs. Eos autem primus Romanorū ducum domuit in
patria Frāconia Conſtātius Flauij Cōſtantini filius: eaq́ accepta clades tūc effecit, ut ſem
per poſtea uſq́ ad Honorij & Archadij tēpora fuerint in patria quietiſſimi. Eorundē ue-
ro imperatorū anno vij. mutandi melioris ſoli gratia, patrijs ſedibus relictis Rhenū tranſ
miſerūt. Et apud Treueros, Matricorenſes qui & Metenſes, ac Leucos qui & Tullenſes,
Veredunenſesq́ conſederāt. Quos Sueuis ob uetuſtas ſimultates inſtigantibus Vandali
Burgundionesq́ & Alani, Rhenū per uim & arma tranſire, & in Franconiam ſe recipe-
re compulerunt. Francis ultra Rhenū pulſis, Vandali, Halani & Sueui ad diripiendas ua E
ſtandasq́ Gallias ſunt profecti. Burgundiones aūt ſedes ilico capere conſtituerunt, easq́
delegerunt apud Eduos, Veſuntios, Lingonas, Cabilonenſes & Matiſconēſes, in quibus
proximisq́ ciuitatibus ad hæc uſq́ tempora manſere: ut ipſis in locis pars eius regionis
quæ prius Gallia Belgica fuit dicta, annos iam mille Burgundia nominetur. Vandali aūt
Sueui & Alani interea eā Galliarū partē quæ Aquitania appellata, à Ligeri ad Pyrenæū
Britannicumq́ mare pertinet, populationib. incendijsq́ fœdarūt: fuitq́ his barbaris ani-
mus Pyrenæo trāſmiſſo, in Hiſpanias irrūpere. Sed ab eius montis ſaltibus repulſi in Gal
lia mediterranea duxere. Quo in tempore apud inſulā Britanniæ Gratianus eiuſdem in-
ſulæ municeps, tyrannidē inuaſit, & in ipſo tyrānidis initio eſt occiſus. Suffectusq́ fuit in
eius locū à Romana militia iam in rebellionē reſpiciēte, nullo uirtutis merito, ſed ſola no
minis ſpe Cōſtantinus quiſpiā in infima militia cōſtitutus. Qui ilico cum exercitu omni
trāſmiſit in Gallias. Et ſe continēs apud Turonios, Cenomānos, Redones, Andegauos,
Nannetenſes, Coriſopitenſes, Ciantensq́ qui & Veneti, ac Oſſiſinios pacem cum Van- G
dalis, Sueuis & Alanis, aut inducias facere quæſiuit, ſed à barbaris petitæ pacis ſpē facien
tibus illuſus nullum attulit reipublicæ adiumentum. Miſit tamē Conſtantinus ipſe in Hi
ſpanias iudices, quos cū prouinciæ obedienter accepiſſent, Dindimus Seuerianusq́ Pa-
lentini fratres nobiles & in patria locupletes ſpreuerūt, non moliti magis tyranno reſiſte
re, q̃ ut contra eum & barbaros, Pyrenæi clauſtra Imperatori Honorio obtinerēt, ac ſeſe
& patriā conſeruarent: quod quidē multo tēpore fecerunt, nullo adiuti publico ſumptu,
ſed tantummodo ſeruorum uernaculorumq́ manu quam res familiaris aleret armaretq́,
per uices in ſtationem cuſtodiasq́ locata. Armauit uero immiſitq́ in iſtos Conſtantinus
barbaros Pictos, qui ab Honorio quietis ubiq́ rebus in fœdus recepti, & in militiā Britā
nicā adlecti, Honoriaci uocabantur. Eisq́ Honoriacis duce Conſtantio filio, quē ex mo-
nacho Cæſarē dixerat, in Hiſpanias miſſis, Dindimus & Veronianus interfecti ſunt. Vn
de ipſis ſublatis ciuibus Palentinis, Honoriaci proximū campeſtrē Palentinorum agrū,
permittente in præmiū Conſtantio tyranno, populati ſunt. Ea cum in Palentinis ageren H
tur, pagani proxima Pyrenæo incolentes, ipſius mōtis ſaltus clauſtraq́ pro patriæ & ſua
ſalute ut tuerentur, adniſi ſunt. Quos Conſtantius Honoriaciq́ uiribus deturbarunt. Et
ipſa Palentinorū primo ciuium mors, poſt paganorum deturbatio, Romanarum rerum
inclinationē maxime accelerauit. Nanq́ Honoriaci, paganis Pyrenæi ſaltibus deturba-
tis, ilico admiſerunt intra Hiſpanias Vandalos, Sueuos & Alanos, ut eorū freti auxilio,
in præda ſemel guſtata poſſent licentius deſæuire. Et barbari quidem patefacto Pyrenæi
clauſtro Hiſpanias peruagati, horrendas & aliàs in patria inauditas hominum rerumq́
ſtrages cōmiſerunt. Hi poſtquam omnia in Palentinis abraſerant, ad Aſturgam amnem
conceſſere, & ſecundum illius fluenta progreſſi, ad urbē eiuſdem nominis oppugnandā
iuerunt, & quamprimū eſt adita, expugnarūt. Inde ducturi ad maris inferi regiones To-
letum peruenere, rati eam urbem ſicut & Aſturgā fecerant, primo impetu capere. Sed cū
in urbe præclara facti eſſent ad reſiſtendum perferendamq́ obſidionem neceſſarij appa-
ratus, ſpe ſua barbari ſunt fruſtrati. Rapinis tamen incendijsq́ agrum illius proximosq́
lacerauerūt. Eius capiendæ urbis cum deſperatio illos cepiſſet, omiſſa eundi ad inferum

pelagus

A pelagus intentione,ſecundũ Tagi amnis fluenta,ad Atlanticũ deſcenderunt,nec prius q̃
ad Olyſiponis mœnia cõſedere: nõ tamẽ ſunt potiti,ſed pecunia per pactionem accepta
abſceſſere, duxereq́ quò furor eos aut prædæ ſpes certior attrahebat.Interea Cõſtantius
Cæſar,Conſtantini filius,quamprimũ barbaros ex Palentinis in Aſturgam profectos ui-
derat, Pyrenæũ traiecerat,ad genitorisq́ copias ſe contulerat. Conſtantinus aũt Arelati
erat, ſeſe illa in regione communiens aduerſus Honorium Imperatorem & Viſigothos,
quos fama eſſet cum ipſo Imperatore pacẽ habentes,aduerſus cæteram barbariem tyran
nosq́ eſſe ducturos. Qua adductus ſuſpicione Conſtantinus, filiũ Conſtantem Viennã
miſit:ut uẽturas ex Italia copias,ne ſe Viſigothis coniungerẽt,detineret. Erat per id tem-
poris circumactus itruptionis Viſigothorũ in urbem annus primus: Quo in tempore Ar
chadio apud Conſtantinopolim defuncto ſucceſſit Theodoſius minor eius filius. Et Ho
norius à Viſigothorũ agitatione reſpirans( nam apud Barchilonẽ & citerioris Hiſpaniæ
loca quieti ſedebãt) tyrãnos tollere ſtatuit,q ex ſua militia,uel ſubiectis Imperio populis
B facti erant:fore confiſus, ut his ſublatis facultas fieret cæterã barbariem opprimendi. Me
mor itaq; & ſuis edoctus ac reipublicæ malis, quàm eſſet pernicioſum, barbaræ originis
ducibus rempublicã cõmittere, Conſtantiũ Comitem Magiſtrũ militiæ declarauit, atq;
eum poſtea bello illi tyrãnico præfecit. Qui dux impiger,ex patricia gente Romanus,in
Gallias cum exercitu profectus, Cõſtantinum tyrannum apud Arelatum urbem clauſit,
cepit & occidit. Subſecutaq́ eſt præſtantiſſimi ducis uirtutẽ optima reipublicæ fortuna.
Siquidem tyranni ſeſe inuicẽ lacerantes,illum conficiendi labore ac periculo leuauerũt.
Conſtantium etenim Cõſtantini filium, Gerontius comes ſuus apud Viennã interfecit,
atq; in eius locum quendã Maximum ſubſtituit, ipſeq́ Gerontius paulo pòſt à ſuis militi
bus pariter occiſus fuit:quo ſublato Romani milites,q prius rebelles Conſtantinũ in Bri
tannia tyrannũ creauerãt,cum Honorio reconciliati ſunt, & Maximũ purpura exutum,
in Hiſpaniam ulteriorẽ relegarunt. quos quidem milites in Britãnijs militare ſolitos,Im-
perator Honorius in Africam traijcere iuſſit,& inde in Italiã reuocauit,Britanniam uero
C nullis munitã tyrãni præſidijs, idẽ Imperator miſſis legatis iudicibusq́ recepit. Iouinum
poſtea uirum Galliarum nobiliſſimũ,ſcribit Oroſius,quamprimũ tyrannidem aſſumpſit
occiſum, pariterq́ Sebaſtianũ fratrem in ipſo tyrannidis ortu cõfoſſum fuiſſe, ut uiſus ſit
ipſe Sebaſtianus propter id ſolũ ut moreretur tyrannidẽ affectaſſe: nec tamẽ qui fuerint
ille Iouinus ac Sebaſtianus, aut ipſe aliter dicit Oroſius, aut nos alibi ſcire potuimus. Et p
id tempus Athaulphus Viſigothorũ rex,petitam iniquis conditionib.pacem,ab Hono-
rio non impetrauit: Quare intelligẽs ipſum Imperatorẽ Italiæ clauſtra,ne in illam redire
poſſet,cõmuniſſe,ulteriorem Hiſpaniam capere,& inde in Africam trãſmittere eſt adni-
ſus. Autoritatẽ itaq; & fauores euertẽda republica ſibi cõparaturus, Athalum quendam
Romanum, in Imperatoris ſimulacrũ erexit, qui Athalus in Hiſpaniã uſq; Beticam naui
gio aduectus,iudices in Africam miſit. Sed miſſus ab Honorio ad Africæ conſeruationẽ
Heraclianus,cum iudices illos expuliſſet,claſſe comparata in Athalum tyrannum duxit,
quem maritimo prælio ſuperatũ,in terram fugere compulit. Is uero miſer Athalus,Hiſpa
D nis ſe credidit, imperio Romano, quantũ à barbarico ferro poſſent reſpirare, fauentibus.
Quidam Hiſpani eum ad Conſtanniũ Comitẽ uſq; Arelatum in uinculis perduxerũt:per
huncq́ modũ Athalus fraude captus, miſſus eſt ad Honoriũ, qui eum, ut Proſper ſcribit,
Romæ ante currum duxit in triumphum,& poſtea manu mutilatum,uitæ longioris ludi
brio apud Liparim inſulam cõſeruari iuſſit. Heraclianus autem conſulatum ob eam rem
bene geſtã adeptus,in perfidiam & ipſe prolapſus eſt. Sabino nanq; domeſtico ſuo,calli-
diſſimi ingenij uiro,in generũ aſſumpto,perículoſiſſimos omnium illius tempeſtatis cõ-
ciuit motus. Armarunt nanq; ambo in Africa claſſem cæteris maiorem,quas maria unq́
expeditione una legerimus pertuliſſe: quandoquidẽ Oroſius,per cuius ætatem id geſtũ
eſt, eã affirmat habuiſſe naues quatuor millia ſeptingẽtas. Qua littori Italico appulſa,cũ
Heraclianus exſcẽſione facta in urbem Romã duceret, occurrit illi cũ populo Romano
Marinus Comes:priusq́ quàm præliũ iniretur, Heraclianus territus fœdiſſimam commi
ſit fugam. Nam cum hoſtes inſtarent,arrepta onerariæ nauis ſcapha, ſolus Carthaginẽ re
dijt:atq; ibi militari tumultu interfectus fuit. Sabinus gener eius, Cõſtantinopolim fugit,
unde poſt aliquantũ tempus ad Honorium reductus, exilio eſt damnatus. Tertium iam

*Tertius inclinationis Imperij annus.*

annum declinauerat Imperiũ, quo in tempore tot tamq; uarijs aut tyrãnis aut inobedien E
tibus Ducibus magna felicitate ſublatis, adductus erat in ſpẽ Honorius, poſſe inſtaurare
collapſam occidentalis Imperij dignitatẽ. Nam in Africa, in Britãnijs & in Italia res erant
quietiſſimæ. Quod ergo erat reliquũ, ſtatuit Honorius barbaros inuadere, intra fines Ro
mani Imperij debacchantes. Et in Viſigothos prius ea ratione deſtinauit expeditionẽ, ꝙ
ea gens proximiora Hiſpaniæ citerioris loca teneret, unde in ipſam facilius ex Italia exer
citus mitti poſſet: accedebatq; ꝙ ea gente, unici regis Athaulphi ductu, multo cęteris bar
baris potentiore deleta, ſperabat facillimum fore, Alanos, Sueuos, Vandalos & Burgun
diones, remotiora colentes Imperij loca, & inter ſe, ut conſtabat, diſſidentes cõficere. Iuſ
ſus itaq; ab Imperatore Honorio Conſtantius Comes, apud Arelatũ urbẽ Galliæ, in qua
Conſtantinũ occiderat, conſtitutus exercitũ reparauit: & breui magna rerum gerendarũ
induſtria Athaulphũ regem, commeatu omni ora Galliarum & citerioris Hiſpanię mari
tima interclusit, Narbonamq; linquere, & in ulteriorẽ Hiſpaniam fugere coegit. Vnde in
illas adductus difficultates Athaulphus, uires reparare conatus eſt. Sed ſui Viſigothi fere F
bãt indigne, eum Gallæ Placidiæ uxoris blanditijs crediDiſſe, & triẽnio anteacto tempe
raſſe bellis, in quibus facile potuerat Honoriũ Imperatorem, tyrannorum motibus agita
tũ Imperio pellere, ac quaſcunq; maluiſſet prouincias occupaſſe. Hinc primo uocati nõ
paruerũt dicto, & demum regem ipſum dolo circumuentum, tertio anno quàm creatus
rex fuerat, obtruncarunt. Subrogatus aũt illi fuit Sigericus, in Romanũ, ut Viſigothi cre
diderunt, bellũ ardentius conſenſurus: Sed cum is etiam ad pacem quæ identidem offer-
retur, pronior eſſet uiſus, dolo ſuorũ pariter eſt occiſus. Huic ſucceſſit in regnum Vallia,
qui ad pacem & ipſe pronus erat, & tamen Viſigothorũ rabiem expleturus magnam eo-
rum manũ nauigio armisq; inſtructiſſimam, tranſmittere in Africam eſt molitus. Sed hi
omnes in Gaditani freti duodecim paſſuum milib. naufragio perierunt. Memor itaq; alte
rius, quam ſub Alarico in freti Siculi anguſtijs Viſigothi acceperant cladis, ultra adduci
non eſt paſſus, ut aliam expeditionẽ in Africam mitteret: quin potius ſpreto Viſigotho-
rum iudicio, pacem optimã cum Honorio Imperatore, datis lectiſſimis obſidibus, cõſti- G
tuit. Et Placidia, quam poſt Athaulphi mortẽ, honorifice apud ſe honeſteq; habuerat, fra
tri reddita, ſuam reipublicæ operã eſt pollicitus, aduerſum cæteras gentes quæ per Hiſpa
nias cõſediſſent. Ea pace firmata, Honorius Conſtantio Cæſari declarato, Gallã Placidiã
ſororem in matrimoniũ dedit: ex qua Valentinianum ſuſcepit, qui poſtea uixdum pueri-
tiam ſupergreſſus, ipſi Honorio fuit ſubrogatus, tertius eius nominis Imperator. Exinde
uſus Conſtantius Valliæ & Viſigothorũ auxilijs, in Alanos duxit apud Emeritã Luſita-
niæ metropolim incolẽtes. Barbari nanq;, Honoriacis, duce (ut oſtendimus) Conſtantio
Conſtãtini tyrãni filio prodẽtibus, Pyrenæi clauſtra ingreſſi, ilico Hiſpaniæ ulterioris ꝓ
uincias inter ſe ſortiti ſunt, ſolisq; Vandalis Betica, Alanis, Sueuisq; Luſitania ſorte obue
nit. Et ſorte iterum Alanos inter ac Sueuos ducta, hi Olyſiponẽ, & quicquid ultra perti
net ad Beticam, illi Emeritã cum omni Gallicia habuerũt. Soli tamẽ Cantabri & Aſtures
Galliciæ prouinciæ populi, ſummis laudibus extollendi, Romanorũ iudices cõſeruarũt.
Primum aũt Conſtantij Cæſaris bellum, Viſigothis adiuuantibus, geſtum fuit aduerſus H
Alanos, quos graui prælio apud Emeritã ſuperauit, & eorũ regem Achacem interfecit:
fuit uero ea uictoria maximo terrori cæteris barbaris Hiſpanias premẽtibus. Qui quidẽ
barbari rem Romani Imperij per Cõſtantij uirtutem & Viſigothorum pacẽ auxiliumq;
breui reſtitutum iri exiſtimantes, ab Honorio poſtularunt, ut pacem ſecum etiam conſti-
tueret, ipſosq; inter ſe barbaros ſineret decernere, & ſe inuicẽ lacerare, futurum prudẽtiſ-
ſime memorantes, ut apud quemcũq; fuiſſet, uel clades uel uictoria, Romanæ reipublicæ
inſtaurationi amplitudiniq; accederet. Diſtinebat̃ uero Conſtãtius, ne cœptam barbaro
rum uictoriam proſequeretur, magnis qui apud urbem interea concitati erant motibus,
quod eo in Gallijs Hiſpanijsq; dudũ tantis occupato bellis, & Honorio apud Conſtan-
tinopolim conſtituto, Tertullus uir patricius, Imperium in Roma aſſumpſit, cui non ma-
gis Romanorũ quædam factio fauit, quàm opitulati ſunt magna pars Italiæ populorum.
Is tamen in aſſumptæ tyrannidis initio, à Romanis fidẽ Honorio ſeruantibus eſt occiſus.
Nec propterea abſuit quin inuentus ſit alter Athalus, qui & ipſe Imperiũ Romæ inuaſit.
Tantis itaque adductis motuum periculis, Honorius uenit Rauennam. Et Conſtantius

A Vandalis ac Sueuis petitæ pacis ſpem maximam faciens, eamq; ob rem ad Imperatorem
proficiſci ſimulãs, Rauennã & ipſe cum Placidia uxore acceſſit. Quod cum Romę eſſet
renunciatũ, exortus eſt tumultus. In quo plebs Athalum tyrannum cepit, & iniectis cate
nis Rauennam perductũ, Imperatori Conſtantio & Placidiæ in munus dedit, qui illum
manu mutilatũ, Conſtantinopolim relegarunt. Conſtitutus Rauennæ Honorius, Con-
ſtantij ſororis ſuæ uiri, & Cæſaris à ſe facti, ipſiusq; Placidiæ ſororis uirtutem laudauit in
militũ & Rauennatis populi concione, quòd ille paucis pro hoſtium numero copijs fre-
tus, tyrãnos primo perfidosq; duces ſuſtuliſſet, inde tantã barbarorum colluuionẽ, ſupra
ſpem omnium repreſſiſſet: Galla autẽ Placidia puella, barbari cuius prius fuiſſet captiua
q; uxor, ingenium magno reipublicæ commodo mitigaſſet. Et bene merentibus hono-
rem ſimulq; maximũ Imperio præſidiũ adijcere ratus Honorius, Conſtantiũ purpura in-
dutum, occidentalis Imperij fecit conſortẽ. Prima uerò, quam Cõſtantius Imperator de-
B claratus, Honorio conſentiente ſuſcepit, hæc cura fuit: ſtabilito ꝗd cum Vallia Gothorũ
rege in Hiſpanijs iecerat fœdere, illũ cæteram barbariẽ armare: permiſit itaq; ſibi Tholo
ſam cũ aliquot Auxitanæ prouinciæ ciuitatibus, quæ omnis regio barbarorũ uocabulo
tunc appellata Vaſconia, id eſt, Latinis uerbis Gothia occidẽtalis, ad ætatem uſq; noſtrã
id retinuit nomen, licet magnã, ut cõijcimus, mutationẽ in prouinciæ finibus fecerit tem
poris longitudo. Poſtq; uero Imperatores ſatis multa de repub. adminiſtranda cõmenti
fuerant, Honorius Romã eſt profectus, Cõſtantius parandis ijs quæ expeditioni Hiſpa-
nicæ duceret neceſſaria, ſubſtitit Rauennæ, ubi ſeptimo Imperij ſui mẽſe immatura reipu
blicę morte pręreptus eſt. In cuius locũ gerẽdi belli ſubrogatus eſt ab Honorio magiſter
militũ, Etius patricius, uir fortiſſimus: genitor eius nomine Gaudentius, ex Doroſtana ci
uitate Meſiæ oriundus, ſub Romanis principibus militauit. Qui quidẽ Etius Burgundio
nes, nouos tunc primũ parantes motus, bello perſecutus cõpeſcuit, Francosq; qui itera-
tò Rheni ripas inſederant Gallias irrupturi, magna ſuperatos cæde repulit in Germaniã,
C & Alanos bello cœpit acerrimo agitare. Hi nanq; poſt acceptã à Conſtantio Cæſare cla-
dem, apud Olyſipponẽ ſub umbra & tutela Sueuorum quieuerant: Conſtantij autẽ mor
te audita, ad Emeritã reuerſi, eam quærebant Galliciæ prouinciam ſibi in patriã retinere.
Sed Vandali atq; Sueui metu Conſtantis liberati, pacis ſpem uoluntatemq; abiecerũt, in
quam eos diximus poſt Viſigothorũ pacem fuiſſe procliues: & in Romanũ Imperiũ cõ-
iurantes, arma iunxerunt, in Luſitaniamq; ad Emeritã ducentes, Alanis præſidio affuere.
Etius itaq; tanta irruẽte barbarorũ mole territus, in citeriorem Hiſpaniã ſe recepit. Tulit
eam rem grauiter Honorius, & Etij cauſam iniuſte extimãs, ignauiæ duxit ꝗd neceſſitas
facere coegiſſet. Eamq; ob rem Caſtinũ Comitem, genere Scytham, magiſtrũ militum &
poſtea Conſulẽ declarauit, miſitq; eũ Etio ſucceſſorẽ. Is nouus dux contractis undiq; au-
xilijs, exercitũ quem Etius habuerat, reparauit: & tamen in citeriori Hiſpania continuit,
ipſam nanq; belli molẽ ſupra modũ expauit: nec mouiſſet ex Hiſpania citeriori, niſi affu-
iſſet ſibi auxilio Bonifacius Comes, qui Africã pro Honorio procurabat. Fuit aũt Boni-
D facius paterna origine Thrax, ſed morũ ingenuitate Romanus: quẽ in Africa tribunum,
& poſtea domeſticorũ ac Africæ Comitem, beatus Auguſtinus Hipponenſis epiſcopus
ſumme uidet̃ dilexiſſe. Is ergo Bonifacius reipub. amantiſſimus, à Caſtino Comite in bel
li Hiſpanici aduerſus Vandalos, Sueuos & Alanos conſortẽ uocatus acceſſit. Geſſerunt
aũt ilico Caſtinus & Bonifacius duces cõiuncti, res laude digniſſimas: nec fuit tũc apud
quenq; dubiũ quin res Romana eorũ ductu auſpicijsq; breui erigeret̃. Sed cum Bonifaci
us gerẽdis rebus & cõſilio præcelleret, Caſtinus ab æmulatione uirtutis in odiũ uiri pro-
lapſus eſt, & imprudenti ingratoq; uſus conſilio, illũ in ulteriora Hiſpaniæ miſſum, tanq;
hoſtibus in prædam obiectũ, à ſe ablegauit. Quod quidẽ ægre tulit alti uir animi Bonifa-
cius, & ilico cõparatis occulte nauibus, in Africã cum exercitu nauigauit. Contigitq; tũc
uergentis in ruinã Imperij infortunio, Honoriũ Imperatorẽ Romæ diem obire. Nec ali-
quis tunc legitime ſuffectus eſt Romæ Imperator, aut aliter prouidit occidẽtali Imperio
Theodoſius. Sed accepit tyrannidẽ Ioannes quiſpiã, antedicto maxime curante Caſtino
Conſule, ꝗ nouũ Imperatorẽ cuperet de Bonifacio Comite à ſe trãsfuga ſumere ultionẽ.
Fauitq; eiuſmodi cõſilijs Etius patricius, tũ ꝗa acceptę ab Honorio reuocatiõis ex Hiſpa
nia iniuriæ ſtimulis agitaretur, tum quia uetuſtas inter ſe ac Bonifaciũ ſimultates uirtũtis

æmulatio adauxiſſet: quinimo eam ob iniuſtā reuocationis notā Etius nouos & om̄ium E
periculoſiſſimos Rom. Imperio cōciuit motus. nā cum apud Meſios à quibus paternam
ut diximus, habebat originē cōuerſatus eſſet, Danubij accolas, populos, regesq́ habebat
notiſſimos. Quare maximū animo agitans facinus, Hunnos ad Italiæ inuaſionē primus
excitauit, gentē ut oſtendimus Scythicā: quæ auditis Viſigothorum ſucceſſibus, eorum
exemplo finibus egreſſa, apud Pannoniam per id temporis conſedebat.

## HISTORIARVM BLONDI FORLIVIENSIS AB INCLInatione Imperij Romanorum, Liber Secundus.

IOANNE apud urbem Romam Imperatorē aſſumpto, Caſtinus Conſul, qui
dolos quantoſcūq́ poſſet in Bonifaciū Comitem tenderet, uetuſtas ſibi eſſe
cū eo Imperatore ſimultates præ ſe tulit: ſimulq́ uereri ſimulauit, ne hinc Viſigothi, inde Vandali, Sueui & Alani, ſublato Honorij Imperatoris metu, ſe
inuaderēt, quem Romanorū copiarum fauoribus deſtitutum, certiſſimū ma-
neret exitium. Quare nauibus undiq́ cōtractis exercitū impoſuit, ad Mazarq́, Tacatuā, F
Suluocū, Hipponem & Vlpum, Africæ loca tranſportauit. Et ad Bonifaciū ilico ſcribēs,
oſtendit ſeſe barbarorū reipub. hoſtium gladios fugientē, tamdiu in Africa futurum, quo-
ad explorato per nuncios noui Imperatoris erga ſe animo, aut tuto traducere in Italiam,
aut rebus ſuis poſſit aliter prouidere. Interea Ioānes Imperator doli quem Caſtinus ſtrue-
ret conſcius, Bonifaciū hoſtem publicū declarauit. Caſtinusq́ per id temporis apud Hip-
ponem conſtitutus, exercitū reparabat: & tamen quotiēs de Bonifacio incideret ſermo,
eum laudibus extollebat. Erat uero apud Carthaginē Bonifacius, copijs quas multis ha-
buiſſet annis abunde munitus. Quē beatus Auguſtinus de his quæ tunc intelligeret, fecit
per huiuſmodi literas certiorē: Africæ littus, ut audio, miles attigit tranſmarinus, ſed eius
exercitus dux à catholica ueritate diſſentit: quid aūt ſecum portet, ignoro. ab Italia es ho-
ſtis publicus nunciatus: pacem inter uos fieri uellē, ſi ſcirem plenius quod ignoro. Adeſt
quidē Africæ olim pacatū in Italia bellū. quieti Romanę fili chariſſime nō inuideo, ſed di-
co quod ſentio. Non dabit, deo iuuāte, catholicus hæretico terga. Tui cordis intentio di- G
rigatur ad deū, non militē timebis Hunnū, non Gothū. Reſpondit uero Bonifacius: Scio
ꝙ ſit tua ſanctitas pro mea uita ſollicita, & quæ aduerſus me ille ordinauerit ac diſponat,
anteq́ tuum ſacerdotiū ſcriberet, noui. Obuiamus ad mortē ultro tendentibus, quos no-
ſtræ uictoriæ, ut credimus, faciet Chriſtus addictos. Breui aūt poſt hæc, Caſtinus mediter-
ranea Africæ accedens, omnes ſecum ducebat copias: nec erat obſcurū, adniti illum, atq́
omnia intentare ut rebellione populorum concitata, uel captus ad ſe perducerec̄ Boni-
facius, uel adeo debilis redderet̄, ut illū opprimere, aut Africa poſſet expellere: aduerſus
quē aperto bello ut reſiſteret ſe parare cœperat Bonifacius. Cū Auguſtinus tantis obuia-
re motibus cupiēs, Bonifaciū primo tentatū ad pacem flectere eſt adniſus. Bonifacius ue-
ro etſi Caſtini perfidiā antea expertā ducebat ſuſpectiſſimā, tamen Auguſtino in hęc uer-
ba reſpondit: Caſtinus ille priuatus ex conſule, uitæ meæ ac nominis, ut omnibus notum
eſt, perſecutor, meis ſe in Africā defenſionibus tradidit cōmittendū. Omitto pater beatiſ-
ſime, olim mihi ab eodem ingeſtas miſerias, oſtenſa pericula: fugiēs eum nunc uſq́ uiuo. H
Thrax natus uix Scythā euaſi. Iuraui deo ſub Conſule miles. Sed diuina potentia, quæ no-
uit plantare ſublimia, & altius eleuare ꝓſtrata, fecit de ſuperbo quod uoluit: & hoſtē meū
me quieto uictoria mihi quā nouit, addixit. ſufficit mihi tanta deiectio. Timuit Senator
barbarū caput, timuit militē dux. Dolore dicunt̄ iſta pater ſancte cogēte. Nā ueneror illu-
ſtriſſimū conſulē, & primū conſpicio Senatorē. Sed ne conſueta fallacia, mali erga me, ut
ſolet, aliquid moliat̄: putetq́ ſuis fratribus aliquid Romanis ducibus profuturum, quod
in meo uertat̄ exitio, integrū de ſuis ſenſibus det tuæ beatitudini ſacramentū, ſi nullus in
eius corde uertit̄ dolus. Ego item per omnia quæ ſancta ſunt iuro, quoniā ſi apud eū ani-
mi reperero puritatē, eum incolumē ac ſublimē Italiæ Romæq́ reddā. Hoſtis aūt erit ani-
mæ ſuæ, ſi aliquid in eo ſiniſtræ partis inuenero. Ad quæ Auguſtinus reſcripſit: Vir illu-
ſtriſſimus Caſtinus ſacramento ſe prodidit, ꝙ ſit ab omni culpa & erroribus alienus. Quē
tibi, ut dicit, fœderatū, ille Soſinius adhuc in palatio poſitus falſis ſuggeſtionibus concita-
bat. Sed ne totū quod tunc agebatur, mittat̄ in medium, detur prolixitati compendium.
Dauid ille opilio inimicis parcendo, regnū obtinuit; Chriſtus pro Iudæis, qui eum cru-

A cis patibulo confixerunt, patrē ne iraſceret̃ rogauit, & indignis hominibus ueniā miſeri-
cors condonauit. Crede ergo homini qui mihi fidele tradidit ſacramentum, & quærit me
pollicente tua defenſione uitæ ſubſidiū. Scio enim ꝙ eius ſalutis mihi promiſſa cōplebis.
Non tamen potuit Caſtinus adeò dolū ſimulationib. periurijsq; tegere, quin Bonifacius
paratas ſibi inſidias deprenderit. Quare Auguſtino ſcribēs hæc dicit: Graue nobis eſt bel
lum, inimici mucro pectora noſtra pulſat, deo funde preces, ut ſoles, tua ſit nobis Comes
oratio. Rauca buccina, terrifica tuba, puto ꝙ & ſydera terreant, hoſtium clamor immanis
adeſt, ſed his nō terremur. Nouimus enī iſta nō hodie. Ergo uenerande Chriſti ſacerdos,
pete dominū ut iacula in hoſtes dirigat noſtra, ac ſe ipſi trucidēt mutua cæde. Reſciuerat
interea Auguſtinus Caſtinū ſibi mentitū fuiſſe, ac impudentiſſime peieraſſe: quare præ-
tereà quòd hominem ſecta Arianū prius nō diligeret, in illū odio exarſit, Bonifacioq; in
hęc uerba reſcripſit: Graui de pugna cō quereris, dubites nolo, utile tibi tuiſq; dabo conſi
liū: Arripe manibus arma, oratio aures pulſet creatoris: quia quādo pugnat̃, deus apertis
B cœlis ſpectat: & partē quā inſpicit iuſtā, ibi dat palmā. Tandē uentum eſt apud præliū,
cuius qualis fuerit exitus, Bonifacij ad Auguſtinū breuis epiſtola declarat: Manus ſuper-
ba deo iuuāte cecidit, quæ ante paululū audax, gladiū erecta portabat. Multi ex aduerſis
ceciderūt, de noſtris aūt Chriſto iuuāte, nullus eſt uulneratus. Ora igit̃ uenerabilis papa,
ut talis de inimicis ultio ſæpe procedat. Quamuis aūt Auguſtinus amici & catholici uiri
partes ſuperaſſe gauiſus ſit, tamē timere nō deſijt, Bonifaciumq; ad pacē ac fidē Romanę
reipub. ſeruandā, talibus eſt hortatus: Lecto me uacare nobilitatē tuā latere nō credo, ul-
timumq; diē mihi uenire exopto. Gaudio tuæ uictorię, ciuitatē quęſo defende Romanā,
tuos ut bonus Comes rege, nil de uiribus proprijs præſumas, de autore glorieris uirtutū,
& nullū curabis penitus inimicū. Caſtinus aūt eo ſuperatus prælio, ijſdē quibus exercitū
adduxerat nauibus, fractas quæ prælio ſuperfuerūt copias, in citeriorē Hiſpaniā reporta
uit. Ea cū intellexiſſet Ioānes tyrānus, copias omnes Honorio militare in Italia cōſuetas,
nouo delectu auxit, nauigioq; ingēti cōparato, aduerſus Bonifaciū Comitē in Africam
C ducere cœpit. Erant aūt interea magni motus in Africa ſuſcitati. Nā Bonifacius nullā ſibi
in poſterū cū Ioanne Imperatore futurā pacē peruidēs, Afros gentē durā ſemperq; rebel
lem, nullatenus prout cōſueuerat à uaſtationib. prohibuerat. Quo in tēpore ſanctus pa-
ter Auguſtinus q̃d potuit adniſus eſt amicū ſuū ad bonā fidei & integritatis in temp. fru-
gē ꝑducere. Deditq; ad illū longiuſculā epiſtolā, cuius aliqua hic capita ſubiecimus: Au-
di me fili, imò deū noſtrū per miniſteriū infirmitatis meæ. Recole qualis fueris, adhuc in
corpore cōſtituta religioſæ memoriæ priore uxore tua, & recenti obitu quō tibi uanitas
ſeculi huius horruerit, & quō concupiueris ſeruitutē dei: nos nouimus, nos teſtes ſumus
q̃d nobiſcū apd' Tubanas de animo & uolūtate tua fuerimus collocuti. Soli tecū eramus,
ego & frater Alypius. Nempe oēs actus publicos quib. occupatus eras, relinquere cupie
bas, & te in ociū ſanctū cōferre, atq; in ea uita uiuere in qua ſerui dei monachi uiuūt. Id aūt
ne faceres, q̃d te reuocauit? niſi quia cōſyderaſti oſtendentib. nobis, quantū ꝓdeſſet Chri
ſti eccleſijs q̃d agebas, ſi ea ſola intentione ageres, ut defenſę ab infeſtationib. barbarorū,
D quietā & tranquillā uitā agerēt: poſtmodū iſta q̃ omnib. patēt, ſecuta ſunt mala. Chriſtia
nus es, cor habes, deū times, tu ipſe cōſydera q̃ uolo dicere, & inuenies de quib. malis de-
beas agere pœnitentiā iuſtā. Te quidē dicis habere cauſam, cuius ego nō ſum iudex, q̄m
partes ambas audire nō poſſū. Sed qualiſcūq; ſit tua cauſa de qua modo quęrere nō eſt o-
pus, nunq̃d corā deo potes negare, ꝙ in iſtā neceſſitatē nō perueniſſes, niſi bona huius ſe
culi dilexiſſes? Quomō ergo poteris tot hominū armatorū, quorū fouēda eſt cupiditas,
timet̃ atrocitas, quō inquā poteris eorū concupiſcentiā qui diligūt mundū, nō dico ſatiā
re, q̃d fieri nullo modo poteſt, ſed aliqua ex parte paſcere, niſi ea facias q̃ deus ꝓhibet, &
facientib. cōminatur? ꝓpter q̃d uides tā multa cōmitti, ut iam uile aliquid q̃d rapiat̃ uix
inueniat̃. Quid aūt dicā de uaſtatione Africę quā faciūt Afri barbari, reſiſtēte nullo, dū tu
talis tuis neceſſitatib. occupatus, nec aliq̃d ordinas, unde iſta calamitas auertat̃? Quis aūt
crederet, quis aūt timeret, Bonifacio excubitorū & Africæ Comite in Africa conſtituto,
cū tam magno exercitu & poteſtate, q̃ tribunus cū paucis fœderatis, oēs ipſas gētes expu
gnando & terrēdo pacauerat, nūc fuiſſe tantū barbaros auſuros, tantū ꝓgreſſuros, tanta
uaſtaturos, tāta rapturos, tanta loca q̃ plena populis fuerāt deſerta facturos? Sed forte ad
iſta reſpōdeas, illis hoc eſſe potius imputandū qui te læſerūt, qui tuis officioſis uirtutibus

non paria ſed cõtraria reddiderunt: quas cauſas ego audire & iudicare non poſſum. Tuã E
cauſam tu potius aſpice & inſpice, quã non cum hominibus quibuslibet, ſed cũ deo te ha
bere cognoſcis: quia in Chriſto fideliter uiuis, ipſum debes timere, ne offẽdas. Si ergo bo
na ſunt tibi præſtita, quãuis terrena & tranſitoria ab Imperio Rom. (quia & ipſum terre-
nũ non eſt cœleſte, nec poteſt pręſtare niſi q̃d habet in poteſtate) noli reddere mala ꝓ bo
nis. Si autẽ mala tibi irrogata ſunt, noli reddere mala pro malis. Quid iſtorũ duorũ ſit, nec
diſcutere uolo, nec ualeo iudicare. Ego Chriſtiano loquor, noli reddere uel mala pro bo
nis, uel mala pro malis. Et, ſi adhuc in armis te uerſari opus eſt, fidẽ teneas, pacẽ quæras.
Dum uero hæc per literas & eadẽ ſimiliaq; per nũcios beatus Auguſtinus cũ Bonifacio
ageret, Ioannes Imperator littori Africano claſſem applicuit. Per eademq; tẽpora Theo-
doſius iunior quintũ iam annũ apud Cõſtãtinopolim, oriẽtale regebat Imperiũ: qui au-
dita Honorij patrui morte, Valẽtinianũ Placidię amitæ ſuæ ex Cõſtantio, ut oſtendimus
filiũ, Cæſarẽ declarauit: Iſq; Valẽtinianus & Galla Placidia genetrix, expeditiſſimas ad-
duxerũt in Italiã legiones. Eũ uero adoleſcentẽ ac genitricẽ inclytæ famæ mulierẽ, oĩes F
populi, exceptis Rauẽnatibus, Ioãni fauẽtibus, faciliter admiſerũt. Preſſerũt aũt ilico Cæ
ſar & genetrix Placidia Rauennã grauiſſima obſidione. Quã cũ diu ꝑferre nequiuiſſent,
Rauẽnates ſeſe & urbẽ mulieri notiſſimæ permiſerũt: nec tamen abſtinuit præſtãs fœmi
na, quin animaduerti iuſſerit in Rauennates tyranni noui hominis ſtudioſos. Aſt Caſti-
nus cõſul, cui profecturus Roma Ioannes, Italiã cõmendauerat: principio apud Marſiliã
deſcenderat, ſed cõperto de Valẽtiniani in Italiã aduentu, Romã petere cõtendebat. Ve
niebat uero per Galliã Ciſalpinã, ut urbes eius ac oppida cõfirmaret: in quẽ ſubito immi-
ſit Valẽtinianus Ardaburiũ Orientis præfectũ, famæ celebris ducẽ, qui Parthos ſæpenu-
mero profligaſſet: & cõmiſſum eſt ſub Vercellarũ mœnibus pręliũ, quod haudquaq; fuit
cruentũ, quia Caſtinus à ſuis derelictus, & ilico captus fuit, Etius etiam ipſe in Roma ca-
ptus, ad Valentinianũq; Rauennã eſt perductus: Cumq; duorũ huiuſmodi ducũ demeri-
ta, apud Valentinianũ Cæſarẽ aliquandiu eſſent diſcuſſa, Caſtinũ placuit in exiliũ agi. Eti
us uero ea maxime cauſa ſeruatus eſt, ꝙ Hunnis à ſe cõcitatis ſuadere ꝑmiſit, atq; etiã bre G
ui perſuaſit, ut ſeſe ubi cõſederãt, apud Pãnonias cõtinerent. Purgantẽ uero ab inuſta im
merito nota iuſti doloris aculeos Etium, Valentinianus hortãte Placidia exaudiuit, præ-
fecitq; Galliarũ urbibus ac regionibus, quas nec Viſigothus nec Burgundio poſſideret.
Eam cũ accepiſſet prouinciã Etius, ſe cõtulit ad Turonios, Andegauos, Cenomanos, Re
dones, Nãnetenſes, Coriſopitẽſes, Cijanteſq; qui & Veneti, Lugdunẽſis Galliæ Britãni
co mari expoſitas ciuitates, ut nõ minus inde Gallias, q̃ Britãnias & Taraconẽſem Hiſpa
niam tutaret̃. Fuerat aũt huiuſmodi cõficiendis in rebus mirabilis Valẽtiniani celeritas.
Quas ob res à Senatu populoq; Rom. accerſitus Imperator, & Theodoſij decreto Augu
ſtus fuit appellatus. Excitatũ aũt eſt per id tẽporis nouũ in Britannijs incendiũ. Conſtã
tino eñ tyrãno, ut ſupra eſt dictũ, apud Arelatũ interfecto, Honorius Imperator eam in-
ſulã militibus exhauſit, quos in Italiã reuocauit. Eamq; nacti occaſionẽ, Picti & Scoti Al
bienſes, cæteros Britãnos Rom. parentes imperio, incurſionib. populationibusq; agro-
rum non prius agitare deſierũt, q̃ Etium intellexerunt proximo in Galliarũ littore conſe H
diſſe: eius nanq; tranſitũ in Britanniã timuerũt. Etius uero nec ipſe tranſmiſit, nec copias
poſtulantib. Britannis dedit: quoniã multis deſtinebatur curis, nõ minus Burgundiones
Viſigothoſq; intra præſumptam prouinciarũ poſſeſſionẽ cõtinendi, q̃ prouidendi ne a-
liæ gentes barbaræ, hinc Franci, inde Hunni in Gallias ſe conferrent. Scoti itaq; & Picti,
animis ob Etij cunctationẽ aucti, cæteros Britãnos adeo infeſtarunt, ut nullo creato ty-
ranno rem ſuã ipſi capeſſentes, à rep. deſciuerint, taliaq; cum Pictis & Scotis fœdera inie-
rint, per quæ illis ſubijci uidebant̃. Paruo tamen tempore interiecto, primores Britãniæ,
maris, quod inſulã à Gallijs diuidit, accolæ, quid per imprudentiã ignauiamq; cõmiſſum
eſſet conſyderauerunt; & cum Romanorũ legibus moribusq; aſſueti, Pictorũ & Scotorũ
barbariẽ pati nequirent, ad Etiũ miſerunt præſidia implorantes. Dedit autẽ Etius legio-
nem unã, quæ mare tranſgreſſa, barbaros multa cæde repulit, Britanniaſq; quamdiu af-
fuit, pro Rom. Imperio cõſeruauit. Eandẽ autem legionẽ, poſt parũ Etius in Gallias reuo
cauit. Nam una legione apud Senones, Aurelianoſq; & Pariſios, alia apud Taraconen-
ſem Hiſpaniã, Sebaſtiano duce, præſidio relicta, quicquid copiarũ aut in citeriori Hiſpa-
nia, aut in Gallijs habebat, duxit in Burgundiones, nouos parantes motus, & uti appare-

bat, ſi

A bat,ſi quid durius accidiſſet,in Italiam tranſituros.Quamprimū uero de Etij profectionę
Britannis renunciatū fuit,Picti & Scoti Albiēſes,nauibus circūuecti,expoſita Britannia
rum oppida populationib. incendijsq; fœdarunt. Quod cum Valentiniano renunciatū
eſſet,legionē quam Etius Senonibus,Aurelianēſibus,Pariſijsq; præſidio attribuerat,per
Gallionē Rauennatē iuſſit in Britannias tranſportari. Cuius legionis aduētu,Britannia-
rū primores cōfirmati,Scotos,Pictosq; timere deſierūt. Per id uero tēporis in quo Va-
lentinianus Etiusq; tam multa tantaq; cū celeritate cōfecerant, Ioānes tyrānus in Africa
poſt multa uarijs in locis cōmiſſa prælia,à Bonifacio fuerat ſuperatus,&,ut Guido ſacer-
dos Rauennas aſſerit,interfectus. Valētinianus itaq; magna ad eam diem uſus felicitate,
Africam pertentare conſtituit. Cumq; Bonifacius arma deponere,& Imperatori prouin
ciam dimittere iuſſus recuſaſſet, ilico expeditio in illū publice eſt decreta. Dedit uero Im
perator illi expeditioni duces Mahertiū, qui Rauennæ eſſet,& Gallionē,quem oſtendi-
mus in Britānias nauigaſſe.Et Mahertius quidē per Italiā Narbonenſemq; Galliā,in cite
B riorem Hiſpaniā delatus,eas omēs copias quæ & iuſto delectu & tumultuarie haberi po
tuerunt,magna celeritate cōtraxit:Gallio aūt, Valentiniani iuſſu,eandē ducens,quam in
Britannias tranſportauerat legionē, & ipſe in citeriorē Hiſpaniam eſt delatus. Appulſis
eorū ducum copijs Africano littori, Bonifacius Comes ipſa in exſcenſione congreſſus,
eas profligauit,ducesq; ipſos prius penè ꝙ terram attingerēt,interfecit. Quę quidem ac-
cepta clades effecit,ut Franci denuo in Gallias irrūpere ſint auſi. Eſtq; res acta maxime in
hunc modū. Diximus ſuprà,Francos uetuſta origine ex Franconia Germanos,à Van
dalis,Burgundionib. & Alanis primo, & poſt ab Etio fuiſſe in Gallijs in patriā repulſos.
Hi ergo Etiū bello Burgundionū implicari,& Imperatorē amiſſis in Africa copijs,ener-
uatum uiribus audiētes,Clodione et Meroueo filio ducibus,ex Franconia ſunt profecti,
& Rheno tranſmiſſo nullis iam qui reſiſterēt reliquis, in Senonū prouincia, ſedem apud
Aurelianenſes Pariſiosq; ceperūt. Etius interea Burgundiones totiens profligauerat,ut
breui eos aut Gallijs pulſurus,aut ad internecionē cæſurus uideret. Sed tantos undiq; Im
C perio imminere labores intelligēs,pacē illis dolens mœſtusq; cōceſſit. Nec tamen pro
pterea remiſit Valētinianus recipiendę Africę intentionē,q Siſulfo quē haberet præſtā-
tiſſimū ducē illi pręfecto muneri, exercitū magno ſumptu,maximaq; diligētia reparauit.
Et Siſulfus quidē animo ac uirtute Bonifacio par, ſaluo exercitu, Africam eſt ingreſſus.
Qui ad Carthaginē ducens,ea urbe proximisq; oppidis breui eſt potitus:cuius impetum
fugiens Bonifacius in Mauritaniā ſe recepit. Interea dum Honorio Imper. uita functo,
hinc Ioānes tyrānus adnititꝰ capere, inde Valentinianus obtinet occidētale Rom. Impe-
riū, Viſigothi q̄d Cōſtantij temporib. iecerāt fœdus cū rep. ſeruauerāt. Et cum ſatis quie-
ſcere neſcirēt,ſtatuerūt bello finitimos agitare:primam tamen expeditionē deſtinarūt in
Vādalos, qui in captis prius à ſe Hiſpaniarū prouincijs habitarēt. Quod cū reſciſſent,tre-
merētq; Vandali,immutationē ſediū pendere cœperāt: Quādo Rom. Imperij fato expo
ſcente Bonifacius Comes,et ipſe in Africa à Siſulfo preſſus,deſperansq; ſalutē,Genſerici
Vandalorū regis auxilium implorauit,multa exorans prece, ut ſiue mallet ſtipendia,ſiue
D prædā urbiū, ſiue ipſas Africæ urbes,in præmiū accipere,opem ſibi aduerſus Imp. præſi-
diaq; afferret. Amplexus aūt ilico fuit Genſericus oblatā occaſionē, & Vandalos cū uxo
ribus ac liberis omniq; ſupellectile, facta quoq; tot per annos in Gallijs atque Hiſpanijs
præda,nauib. imponēs ex Betico Gaditenſi littore ſoluit, nō magis Bonifacio auxilium
afferre, ꝙ nouas accipere ſedes in Africā nauigaturus. Alani autē & Sueui manſere apud
captas p ſortē Luſitaniæ regiones, quas ſibi ſperauerant cōſeruare. Pauloq; pòſt hæc, Vi
ſigothi relictā à Vandalis Beticā receperūt. Valētinianus aūt Imperator compertū ha-
bēs Vādalos in Africā trāſmiſiſſe, Sebaſtianū Comitem ad recuperationē Luſitaniæ mi-
ſit. Qui dux ex Taraconēſi Hiſpania,cuius pręſidio ab Etio deputatus,mouēs in Alanos
duxit,Emeritā & Galliciæ regionē,ſorte prout oſtēdimus habitā obtinētes: Sebaſtianus
aūt Alanis cōgreſſus eos profligauit: ac omnino deleſſet ad internecionē,niſi illi relicta
ſine multa cōtentione,Gallicia atq; Emerita,ad Viſigothos in Beticā confugiſſent. Sue-
ui aūt & ipſi territi, Olyſippone & habitis ſorte cæteris Luſitaniæ urbibus ac oppidis ex-
ceſſere. Secutiq; Alanos in Viſigothorū & ipſi tutelā,ad Bethicam confugerunt. Appul-
ſa Mauritaniæ littoribus Vandalorum claſſe, Gēſericus ad permiſſas ſibi a Bonifacio ci-
uitates oppidaq;,copias impedimentaq; expoſuit. Fuere autem decreto & pactione con

ceſſa, quæcunq; à freto Septæ ad Cæſareã uel mari imminent uel littori ſunt propinqua, E
Boualica, Sala, Tamanuſida, Banaſa, Frigida Colonia, Tabernæ Zichis, Tingi colonia,
Cerſonaria, & Cunagus. Sed Vãdali gẽs effrenis, om̃ia ꝑ utraſq; Mauritanias Numidiãq;
hoſtiliter populati ſunt: nec ea ſolũ quæ Rom. Imperatoris fidẽ ſequerent, ſed quæ Boni-
facius obtinebat: Carthaginẽ uero & Hipponẽ proximaſq; ciuitates, Siſulfus à Vandalo
rũ impetu eſt tutatus. Ea cũ eſſent Valẽtiniano principi in Italiã nunciata, uires Imperij tã
to barbarorũ furori impares fore intelligẽs, petẽti Gẽſerico pacẽ dedit, & apud Tingita-
nã Mauritaniã, petitas ſedes largitus eſt inhabitãdas, Carthaginẽ, Hipponẽq; & reliquas
Africæ ꝓuincias in Libyã expoſitas, eo ex fœdere ſaluas reddere meditatus. Euenit uero
id Imperatori Valẽtiniano in ea re, q̃d merito omnibus accidere cõſueuit, qui male cõſu-
lendo prouidẽdoq; expectãt proſperũ rei ſucceſſum. Nã qui Vandalorũ perfidiã Rom.
dãno famoſam eſſe nõ ignoraret, nedũ aliquos in Africa nouos, ꝓut debuit, exercitus il-
lis oppoſuit, ſed paci cõfiſus recẽs cõſtitutæ Siſulfum ducẽ cũ ſuis militib. in Italiã reuoca
uit, ut illũ mitteret ad expeditionẽ, quã Etius Patricius in Gallijs ex omnib. Imperij uirib.
cõflabat. Genſericus uero Carthaginẽ Siſulfi ducis præſentia, omniq; præſidio deſtitutã F
cernẽs, fœdera ſpreuit ac pacẽ cũ Imperatore & repu. conſtitutã, Carthagineq; ocyus oc-
cupata, eã urbẽ cædib. ac rapinis rerũ omniũ etiã ſacrarũ ubiq; fœdauit. Nihil em̃ humani
habẽs, cũctis infeſtus maxime nobilitati & religioni, om̃ia diuina & humana exinaniuit,
epiſcopũ & clerũ omnẽ eccleſiæ Carthaginẽſis expulit, loca ſacra aut ſuis dedit inhabitã
da, aut Arianis attribuit inquinãda, Sicq; Carthago illa pridẽ & tunc etiã præpotẽs, à Vã
dalis capta eſt, anno 535. poſtq̃ Rom. cœperat eſſe ſubiecta. Obſcurus eſt & parũ nobis
notus Bonifacij Comitis uitę finis: nec aliud eſt q̃d de eo certius habeamus, q̃ eum paulo
pòſt beatũ Auguſtinũ nõ quidẽ uiolenta morte, ſed acerbiſſimis cũ animi angoribus, ui-
ta exceſſiſſe. Auguſtinum aũt ſatis cõſtat tertio mẽſe obſidionis Hipponi obijſſe, diuina
ſubtractũ clemẽtia, ne patriã ſuã, q̃d breui euenit, à barbaris capi diripiq; uideret. Nanq;
licet Genſericus om̃ia cepiſſet, q̃ à freto Gaditano ad Carthaginẽ uſq; ſunt ſita, Hipponẽ
tamẽ, ſicut Poſſidius in beati Auguſt. cuius fuit familiaris uita ſcribit, menſes 14. obſide-
re coactus eſt, priuſq; potuerit eã fideliſſimã reip. ciuitatẽ ad deditionẽ uel uiribus uel pa G
ctione pollicitationibúsue ꝑducere. Affirmat Poſſidius Bonifaciũ Comitatu Africę fun
ctũ, eã defenſaſſe urbẽ. Vnde credimus, ipſum poſtq̃ ſe à Vandalis deceptũ uidit, ad Au-
guſtinũ cõfugiſſe, & eius ſuaſione hoſtib. q̃ad potuit reſtitiſſe. Scribit tamen Proſper, to-
tius orbis pace & cõſenſione mirabili, Bonifaciũ ab Africa ad Italiã ꝑ urbẽ ueniſſe, acce-
pta magiſtri militũ dignitate: q̃ cũ reſiſtentẽ ſibi Etiũ prælio ſupetaſſet, paucos poſt dies
morbo extinctus eſt. Sed cũ Proſper partim multa illorũ temporũ ignorauerit, partim ſe-
culares huiuſmodi hiſtorias neglexerit, q̃ magis eccleſiaſticas curæ habuit, partim ita bre
uitati inſeruire conatus ſit, ut pauca dilucide, multa dixerit obſcuriſſime, in hoc Bonifacij
uitæ fine minus ſibi q̃ Poſſidio credimus. Quæ em̃ pax illa totius orbis eſſe potuit ea tem
peſtate, cuius motuũ euerſionũ ſtragũq; tanta fuit, tamq; multos annos cõtinuata calami
tas, ut nulla unq̃ ętas ſimilẽ ſit perpeſſa? Potitus Carthagine, totãq; immaniũ gentiũ rex
Gẽſericus Africã omnẽ, Ægyptũ uſq; & Æthiopiã facil iter ſuo ſubiecit Imperio. Per q̃d
tẽpus fatiſcentẽ Rom. Imperij occidẽtalis ruinã, Valẽtinianus & Etius Patricius, nullis H
artibus, nullis uirib. auertere potuerũt. Siquidẽ Hũni apud Pãnonias, poſt repulſam ab i-
pſo Etio habitã, ꝓut diximus, ſedẽtes, Oſtrogothos, Gepidaſq; & alias gẽtes uel Scythi-
cas, uel circa Danubiũ ſibi ꝓpinquas in maximũ cogerãt numerũ: à quibus exiſtimarũt
oẽs non niſi maximã poſſe cladẽ calamitatẽq; expectari. Effecitq; is terror, ut Britannias
tũc amiſerimus, quarũ populi cupiebãt ꝑſeuerare in Rom. Imperij ditione. Forte em̃ ꝑ
id tẽporis, Britanni à Scotis Albienſib. Pictiſq; agitati, ab Etio poſtularũt, ut copias ſibi
mitteret, in illarũ ſupplementũ, quas Valẽtinianus ex Senonib. miſſas, paulò poſt in Afri
cã fecerat tranſportari. Etiũ uerò Gallicanæ expeditionis cura in primis occupauerat, &
Hũnorũ apparatus, q̃ dietim nũciabant, deterrebãt, ne quas haberet copias diminueret.
Qua ratione nequit Britannorũ precib. ſatisfacere. Itaq; Rom. ciues, q̃ Britanniã frequẽ-
tes diuerſis reſpectib. inhabitabãt, & ipſi ſimul Britãni, ſalutis deſperatione animos faciẽ
te, arma ceperũt: & tũc quidẽ Scotos Albiẽſes, Pictoſq;, à q̃bus agitabant, prælio ſupera
rũt, ac in ulteriorẽ inſulę partẽ recedere cõpulerũt. Sed paulopòſt cũ Britãni ſeſe à Scotis
Pictiſq; diutius tueri diffiderẽt, Anglicos Saxones datis in ſtipẽdiũ pecunijs, ex ꝓximis

Germaniæ

A Germaniæ littorib.conduxerũt præſidio affuturos. Qui quidẽ Saxones cognomine An
glici,duce Vortigerio eorũ rege,inſulã ingreſſi,Scotos atq; Pictos repreſſerũt prçlio ſu-
peratos.Sed & ipſi poſtea mercenarij Saxones,ambitione ducti,magis Britonib.q̃ Picti
& Scoti hoſtes nocuerunt. Romanos eñ ciues,& Britannorũ primores,maiori ex parte
uario mortis genere interfecerũt,ex eoq; tẽpore cœperũt Saxones Anglici Britãnię do-
minari. Interea Gẽſericus poſtq̃ Africæ ꝑ annũ dominatus fuerat, ingentẽ cõtraxit claſ
ſẽ.Et cũ ea in Siciliã traijciẽs,magnã inſulę partẽ,incẽdijs rapiniſq; fœdauit. Eratq; is Gẽ
ſericus Siciliã breui potiturus, niſi Valẽtinianus apparatũ inuadẽdæ ex Hiſpania Africæ
oſtendiſſet.Sebaſtianũ nãq; Comitẽ,à quo Alanos & Sueuos Luſitania pulſos diximus,
iuſſit claſsẽ cõtrahere,& milites expedire in Africã traducẽdos.Gẽſericus itaq; cũ primũ
hæc in Luſitania fieri habuit exploratũ, relicta Sicilia in Africã eſt reuerſus.Sebaſtianus
tñ nõ perfidus magis q̃ leuis,Valẽtiniani labores adauxit.Nã & ipſe tyrannidẽ affectãs,
cũ Vãdalis & Viſigothis fœdera inijt, per q̃ ſperauit poſſe Luſitaniæ dominiũ obtinere.
B Nec Imperatoris Valẽtiniani uires formidabat,ſi mõ fœdera ſtetiſſent icta cũ barbaris, à
qb.Luſitaniæ latera fuiſſent aduerſus uires Imperij undiq; cõmunita.Sed ab ipſis barba-
ris deceptus occiſuſq;,ꝑfidiæ pœnas dedit.Sebaſtiano interfecto, Viſigothi,Sueui & A-
lani,Luſitaniã Taraconenſeq; Hiſpaniã,& Aquitaniã cæperũt,ut nihil Ligerim inter flu
uium, & eam Pyrenæi à qua orit̃ partẽ: à ſinuq; Aquitanico,quantũ maria Britannicum
oceanũ & Balearicũ ad Carthaginẽ nouã ambiũt:tũc fuerit reliquũ,quod nõ illi poſſede
rint barbari præter Aſtures Cãtabroſq;,q pro ſua fidei conſtãtia Rom.iudices conſerua-
rũt. Ea cũ intellexiſſet Theodoſius Imperator, Valẽtiniani uires ad occidẽtalis Imperij
tutelã & ſimul Africæ recuperationẽ nõ ſufficere intelligẽs,ex ſuo oriẽtali ſupplere cõſti
tuit,et ingentib.cõtractis copijs Ariouindũ et Anxillã duces pręfecit.Qui ilico in Siciliã
nauigarũt, & tamẽ mora ſuper morã traijciẽdo in Africã facta,inſulam diu preſſerũt,nec
ulla in re aũt nocuerũt Vãdalis,aut Rom.Imperatori auxiliũ attulere. Dum aũt ſic deſi
derit,Siciliãq; diripiũt,ab eodẽ Theodoſio reuocati fuerũt. Conſtãtinopoli nanq; & pro
C ximis ciuitatib.timere, & ad earũ partiũ tutelã,copias cõtrahere cogebat̃.Nam Bleda &
Athila Hunnorũ, Ardaricus Gepidarũ, Valamirq; Oſtrogothorũ reges, coactas in ma-
gnũ,ut diximus,numerũ copias,om̃e per Illyricũ duxerãt:& illius prouincijs ſęua popu-
latione uaſtatis,Thraciã ad extremũ inuaſerãt.Quare ut tantã barbariẽ repelleret Theo-
doſius,prædictos duces ex Sicilia cũ omnibus copijs reuocauerat.Athila aũt quis fuerit,
maxime docet Priſcus hiſtoricus.Is eñ Priſcus, à Theodoſio iuniore,cuius eſſet epiſtola
rũ magiſter,ad dictos Hunnorũ reges orator in Scythiã miſſus,Imperatori ſcripſit,ingent
tia ſe flumina trãſeuntẽ ad loca ꝑueniſſe, ubi dudũ Indigoia Gothorũ fortiſſimus, Sarma
tum dolo occubuerit:indeq; nõ longe ad uicũ in quo rex Athila morabat̃ acceſſiſſe:uicũ
in quã ad inſtar ciuitatis ampliſſimę.In quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata
uidit,quarũ tabularũ compago ita ſolidũ mentiebat̃,ut uix ab intẽto poſſet iũctura tabu-
larũ cõprehendi.Erãt triclinia ambitu prolixiore diſtincta, porticuſq; in omni decore di
ſpoſitę.Area uero curtis, ingẽti ambitu cingebat̃, ut amplitudo ipſa regiã aulã oſtẽtaret.
D Hęc ſedes erat Athilę regi barbariẽ totã tenenti.Hęc captis ciuitatib.habitacula præpo-
nebat.Is nãq; Athila patre genitus eſt Mũdizico, cuius fuere germani, Ottar,& Rohas,
qui ante Athilã regnũ tenuiſſe narrant̃. Poſt quorũ obitũ, cũ Bleda germano Hũnorum
ſucceſſit in regno.Erat uero Athila ſuperbus inceſſu , huc illuc circũferẽs oculos,ut elata
potẽtia ipſo q̃q; in motu corporis appareret:bellorũ quidẽ amator, ſed ipſe manu tempe
rãs,cõſilio ualidiſſimus : ſupplicãtib.exorabilis,ꝓpitius aũt in fide ſemel ſuſceptis:forma
breuis, lato pectore, capite grãdiore,minutis oculis,rarus barba, canis aſꝑſus,ſimo naſo,
teter colore,originis ſuæ ſigna præ ſe ferẽs.Ipſis itaq; Hunnorũ,Gepidarũ, Oſtrogotho-
rumq; regibus dum reſiſtere curaret Theodoſius, peſtilentia correptus interijt.Quod cũ
intellexiſſet Valẽtinianus,pacẽ cũ Genſerico Vandalorũ rege conſtituit,certiſq; ſpacijs
Africa Impatori Rom.& Vandalis eſt diuiſa. Eam eñ pacẽ Gẽſericus multũ anxie exo-
ptabat:quia ortã inter ſuos ſeditionẽ,factãq; in caput ſuũ conſpirationẽ, non prius armis
cõprimere audebat q̃ Rom.Imperatoris periculo leuaret̃:qui quidẽ Gẽſericus poſtea ca
ſtigatis in cõcione militibus,ſeditione cõpreſſa,ꝑfidos nihil ultra ſuſpicatus,militũ & du
cũ ingẽtẽ numerũ ſecuri ꝑcuſſit. Suffectus erat interim apd' Cõſtãtinopolim defuncto
Theodoſio

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Theodoſio Martiãus: Qui ut Hũnis, Gepidis et Oſtrogothis integer cęteriſq; ſolutus cũ B.
ris paratior reſiſteret, cũ Gẽſerico Vandalorũ rege, ſicut Valẽtinianũ feciſſe nouerat, atq;
cũ Perſis indutias eſt pactus: in Hũnos uero Gepidas & Oſtrogothos miſit Arneſtidem
magiſtrũ militũ, qui apud Martianopolim illis cõgreſſus, prælio ſuperior fuit: ſed poſtea
cũ auide nimis et incaute bellũ gereret, eũ Athila circumuentũ ſuperatumq; interfecit: Et
tamẽ nulli dubiũ tũc erat, quin Martianus Imperator pręſtãtiſſimus, quatuor reges illos,
Hunnorũ, Gepidarũ & Oſtrogothorũ, tantã barbarorũ colluuionẽ trahẽtes, aut ad diſſi-
diũ ſeductos, aut cõmeatu intercluſos breui fuerit cõfecturus, ſi modo in Illyrico & pro-
ximis Cõſtantinopoli prouincijs fuiſſent diutius cõmorati. In ea em̃ nobilitatis opumq;
paritate, nõ ſatis cõcordes erãt: quin cœperãt eorũ aliqui Martiano credere multa polli-
cẽti, ſi Athilã reliquiſsẽt. Sed unicus ardẽtioris callidiſſimiq; ingenij Athila ipſius Impe
ratoris conſiliũ occupauit. Nã fratrẽ ſuũ Bledã uirũ mitioris ingenij, cingẽdę muro urbis
Budalíæ operi intentũ, per fraudẽ peremit, quia & periculoſas ꝓhiberet expeditiones, et
reges q copias cõiunxerant, ſocios ac tanq; fratres, non ſubditos ab illo haberi, tractariq; F.
cõtenderęt. Ipſo aũt Bleda interfecto, Ardaricũ Gepidã, Valemiremq; Oſtrogothũ re-
ges ſubditos ſibi potius q̃ ſocios Athila habere cœpit, duxitq; poſtea eos tanq; ſui exerci
tus duces, quocũq; effrenis libido illũ audaciaq; traxerũt. Itaq; Athila præcluſum Martia
ni copijs, ad Cõſtantinopolim ꝓximaſq; ciuitates acceſſum intelligens, ſtatuit emigrare.
Neq; em̃ tãtos exercitus, in uaſtatis tãtoq; preſſis tẽpore Pãnonijs & Illyrici ꝓuincijs diu
tius alere potuiſſet. Verebaẽ uero ne Rom. et Viſigothi, cõmunes ſibi hoſtes, intellecta
quã deſtinauerat in occidẽtalis Imperij demolitionẽ ꝑfectione, fœdus armaq; cõiunge-
rent: hinc utroſq; anniſus eſt tãdiu quietos reddere, ꝗad in eorũ intima penetraret, ac illis
coeundi praeriperet facultatẽ. Etiũ itaq; amiciſſimũ hominẽ primo tẽtauit, cũ q̃ paterna
origine Meſio ipſe et Bleda frater, Ioãnis tyrãni tẽporibus, de trãſitu in Italiã fœdera, ꝓut
oſtẽdimus, inierãt: ipſi aũt Etio multa in Rom. Imperij inſtaurationẽ eſt pollicitus, ſi ꝓfu-
gas ſeruos ſuos Viſigothos, ꝑ ſuã & Romanorũ à bello ceſſationẽ, punire liceret: Theo-
dorico aũt qui ꝑ id tẽporis Valliæ in Viſigothorũ regno ſucceſſerat, perſuaſurus multis G
uarijſq; rationib. eſt uſus, maxime tamẽ acceptas ſæpenumero clades, impẽdenſq; conti
nuo à Romanis iniuriarũ tenaciſſimis excidiũ memorauit: orauitq; ut partitũ potius cũ
Hũnis, Oſtrogothis & Gepidis cõſanguineis, occidẽtale Imperiũ ſecurus retinere, q̃ ſub
perfido et ſuperbo hoſte Romano, tremẽs periclitari mallet. Effecit tamẽ uniuerſum iam
peruagata orbẽ Athilæ ſuperbia, & multarũ gentiũ prouinciarũq; calamitatis recens me
moria, eius ꝗd Athila tãtis quærebat artibus oppoſitũ. Nã quos fraudulẽtis pollicitatio-
nib. pellectos decipe conabaẽ: Romani & Viſigothi animos armaq; iũxerũt. Etius itaq;
fœderib. cũ Theodorico Viſigothorũ rege ictis, quãtacũq; potuit auxilia ex ſubiectis Im
perio ꝓuincijs Italiaq; cõtraxit, miſitq; ad om̃es Romanorũ quondã ꝓuincias oratores:
quorũ ſuaſionib. adducti Burgũdiones, Merouęus rex Francorũ, q Clodioni patri mor-
tuo ſucceſſerat, & rex appellatus erat, Saxões, Riparioli, Lãbriones, Sarmatę, Lutetiani,
in eadẽ cõtra Athilã fœdera cõſenſerunt. Cõtraxit uero pariter & patrijs eduxit ſedibus
Athila, nõ Scythię modo populos, ſed ad latiſſimã q̃q; Danubij orã undiq; expoſitos. In H
quib. notiſſimi fuere ſupradicti, Ardaricus Gepidarũ rex, Valemir, Theodemir, Vinde-
mir, fratres, Oſtrogothorũ reges, atq; Marcomanni, Quadi, Eruli, & Turingi, q̃ ad 500. ar
matorũ milia fuiſſe cõperimus. Cũ itaq; deſperaſſet Athila de quęſita ꝑ eas ſimulationes
fraudeſq; utriuſq; hoſtis pace, Germaniam eſt ingreſſus, & ea incẽdijs, rapinis, cędibuſq;
multis in locis uaſtata trãſiuit in Gallias: Primũ uero in Remẽſes ducens, eorũ urbẽ coro
na cinxit. Sed cũ ciues tãdiu reſiſtere conarenẽ, ꝗad diuitias in prædã ſpõte permiſſuri, ab
immaniſſimo hoſte ſeruiturẽ internecionẽq; deprecarenẽ, refractis ſubita ui mœnib. irru
pit exercitus, tantaq; ſæuitia cædib. & ſanguini indulſit, ut nec ſexui pepcerit gladius nec
ætati. Eaq; in ſæuitia in ſanctũ uirũ Nicaſiũ urbis epiſcopũ, ætate decrepitũ eſt graſſatũ:
ex cuius ore, poſtq; abſciſſum corpore caput iacebat, diuini eloquij carmina ſunt audita.
Poſt multas inde cõmiſſas minorib. in locis & oppidis cũ cędes, tum rerũ omniũ etiam ſa
crarũ direptiões, ſecũda ad Aurelianos Athila fecit caſtra. Sed duxerat interea in Vaſco
niã Etius, & Romanis legionib. Theodorici apud Tholoſam ſedẽtis, Viſigothorũq; co-
pijs coniunctis, ſociorũ copias ſummo ſtudio contrahebat. Quod cũ intellexiſſet Athila,

primo

A primo quid faceret, dubius fuiſſe fert. Nam qui ſemper paruifeciſſet Viſigothos, Alanos,
Sarmatas, Saxones, ab Hunnis ſæpe ſuperatos fugatosq;: Gallos itē & Frācos accedētes
facile ſpreuiſſet, niſi ſummā Etij uirtutem, & rei militaris peritiam ſibi cognitā timuiſſet.
Conuertit ergo animū homo barbarus ad gentis ſtoliditatem, & aruſpice accito, exta ri-
tu patrio inſpici curauit. Aruſpice autē dubium prælium ac magnam ſuorum cædem, ſed
primarij hoſtiū ducis necem portendi renunciante in præliū exarſit: haudquaq; dubius,
quin ſublato, ut ſignificari exiſtimauit, Etio, ſi etiā maiorē ſui exercitus partem amiſiſſet,
cū reliquijs copiarū, & ſupplementis quę facillimū duceret comparare, urbis imperio po
tiretur. Qua adductus ſpe, omiſſa Aurelianorū obſidione, in Vaſconiam duxit. Oppoſiti
tales tantiq; exercitus, quantos in Europā nullos unquam conueniſſe cōſtat: in ſubiectis
Tholoſæ campis, Catalaunicos tunc uocabāt, acies in hūc modū, prout refert Ablabius,
ſtruxere. Athila imbellē mulierum puerorumq; turbam inter carros, quorū uis maxima
ſuo exercitui inerat, ad proximos colles primū ſemouit, & inde ſtructa apertis cāpis aci-
B es, ſeſe cum Hūnis medium locauit, Oſtrogothos uero reges Valamirē, Theodemirē, ac
Vindemirem, ſiniſtro: Ardaricum Zepidam dextro, cornibus præfecit. Structuros autē
Theodoricum Etiumq; tardauit, comperta Singibaris Alanorū regis perfidia, quem re-
ſciuerunt ab Athila corruptū conſtituiſſe, cum primū pugnam conſeri eſſet cœptum, ex
cornibus in quorū altero locari ſperauerat, ad hoſtes trāſire, & laborantib. in prælio Ro
manis & Viſigothis, à tergo inſtare. Veriti tamen duces, ne ſi in perfidum Singibarē acer
bius decernerēt, Alanos peſſimo loco & tēpore abalienarēt, & duplici dāno eos quibus
carerent hoſtico adderēt exercitui: diſſimularūt. Singibareq; quid fieret ignorante, muni
cipij quod Tholoſæ proximū ille obtinebat portas ab extra obice munierūt, & ſtatiōes
ne Hunni poſſent ingredi addiderūt: ipſum uero regem cum Alanis curarunt acie media
inter auxilia cōtineri: Theodoricus exinde cū Thoriſmūdo filio & Viſigothis, ne Oſtro-
gothis concurrerent, ſiniſtrū: Etius cum Romanis & Burgundionibus, ac Meroueo Frā
corū rege dextrū cornua tenuere. Forte erat in campo tumulus, utriſq; caſtris pari ſpacio
C ꝓximus, de cuius opportunitate, ut apparuit, maxima, cū utriuſq; exercitus duces certaſ-
ſent, occupauit Thoriſmundus: concurrentib. inde cornibus prælium ubiq; eſt initū pro
numero & multitudine maximū, atrociſſimūq;: ſed in tanta barbarorū quæ utriſq; inerat
caſtris colluuiōe, adeo multiplex, adeo uariū, ut nec ipſi qui aderāt pugnatores intellexe-
rint, quo ordine ſit cōmiſſum. Cædem uero inauditā, riuos ac medio in campo ſanguinis
torrentē fuiſſe ſcribentib. faciliter cōſentio, quod neceſſe fuit accidere, cū hinc Romanæ
legiones armis inſtructæ, tantā haberent in quam iratæ ſæuirent, inconditā ac propè iner
mem hoſtium multitudinē: inde ardentes inter ſe ſummis odijs Scythæ mutua feritate ac
ſæuitia concurriſſent. Dum autē recedentes Hunnos & in fugā conuerſos ardentiori ani
mo inſequitur Theodoricus, ſuorū magis preſſura alliſus, quàm hoſtiū ferro interfectus
occubuit: & tunc præliū quod ad ſerum diei erat cœptum, in dubiamq; noctem cōtinua-
tum, interuentu umbrarū utrinq; diremptū eſt. Athila poſtq; ſe magna cū clade ſuperatū
uidit, intra carrorum ſepta cōfugit, ſcutatisq; in circuitum, ut ualli ſpeciem pro carris ſtan
D tes exhiberēt, diſpoſitis, ſagittarios adiūxit, uim hoſtiū quæ improuiſa fieret, quoad acies
ſtrueretur, propulſaturos. Et ne aut uiuus in hoſtiū poteſtatē ueniret, aut mortuus careret
ſepultura, iumentorū clitellas in ſtruē cōgeſſit: in qua ſi durius quid accidiſſet, ſe gladio à
domeſticis cōfodi, ac ſubiectis ilico flāmis cremari iuſſit. Cæſa fuiſſe eo in prælio ex utro
que exercitu centū & ſexaginta quinq; milia, qui minus: q plus, centū octoginta ſcripſe-
runt. Mane Thoriſmundus inuentū Theodorici genitoris cadauer, regij funeris pompa
Tholoſam deferri, & ſe à Viſigothis regē declarari ac ſalutari fecit. Et conuenientib. ad
Etij tentorium ducibus, Etiū Thoriſmundus cæterosq; exercitus duces, ut uictoria ute-
rentur, primus omniū eſt hortatus. Sed Etio non minus Viſigothorum, Alanorum, Sue-
uorūq; & Burgundionū ac Francorū, q̄ Athilę & Hunnorū ſuſpecta erat potētia, ideoq;
alia mēs ſibi aliudq; conſiliū fuit. Hunnos em̄ Zepidas & Oſtrogothos ſicut opinabatur
eneruatos, et diſciplinę militaris ignaros uoluit cōſeruare. Quia exiſtimauerit, eo ſublato
exercitu, alios qui ſecū uicerāt barbaros, prouinciarū Imperij direptionib. aſſuetos & Ro
manā militiā propè edoctos, reddi reip. damno ac excidio fortiores: hinc laudatū, in ma-
ximamq; ſpem erectū Thoriſmundū admonuit, ut fratrū qui domi manſerant ambitioni
occurreret,

occurreret,ad ſuſcipiendāq; paterni regni gubernationē feſtinus accederet.Quod cū ille E
libens facere pergeret,cæteri principes & populi,qui Romana ſecuti erant ſigna,Etio di
mittēte,in patriā ſunt reuerſi. Athila poſtꝙ tanto tremore,quantus non magis ipſum, ꝙ
eius inuaſerat exercitum, ſeſe uidit liberatum, in Tungros Trecenſesq; duxit, & ſtrages
ac maxima edidit incendia. Confractum inde & lacerum,ſed maximum trahens exerci-
tum,in Pannonias redijt. Variāt hoc in loco ſcriptores.Nā ſunt qui Athilā reparato exer
citu,iterato in Gallias,alij qui in Dalmatiā duxiſſe,& denuo in Pānonias prius reuertiſſe
dicant, ꝙ in Italiam ſe contulerit. Quorū errorem nobis manifeſtū refellere omittimus.
Athila nanq; copijs quas Catalaunici campi clades cōminuerat,ſupplemento & auxilijs
ad primi exercitus magnitudinē inſtauratis,nō ultra Gallias,ſed ipſam Italiā inuadere cō
ſtituit.In quam ducturus, primū Illyrici ſinus oram circumuectus eſt,& Tragurium,Sibi
licum,Belgradū,Iaderam,Signiam,Polam,Parentium,Hemoniam( quæ oppida tunc in
Martiani Imperatoris Conſtantinopolitani cura eſſent ) nullo firmato præſidio diripuit,
incendit.Ad Arſiā uero fluuium & Tergeſtinū ſinum Italiæ limites, nōnihil repperit co- F
piarum,quas præfectus Liburniæ & Aquileiæ Valētiniani dux,ut cōmiſſam ſibi prouin
ciam tutaretur,adduxerat.Sed ilico repulſus miles Romanus intra Aquileiam ſe recepit:
cuius fuga terrori addita, quē nomen Athilæ pridem dederat, effecit ut ciues Aquileiani
mulieres liberosq;, quorū ætas armorum impatiens eſſet, ad Grandenſem inſulam mitte
rent, theſauros illuc & ſacra ac ſupellectilē tranſportātes.Obſedit itaq; Aquileiā Athila,
ac omnia aduexit, excitauitq; machinarū genera, oppugnationibus neceſſaria.Sed urbs
ualidiſſimis cincta mœnibus, probe à ciuibus Romanoq; præſidio defenſabatur: quare
Athila ne illic ſedēdo tempus uſquaq; tereret, immunita regionis oppida expugnauit:
quorum pleraq; facillimū fuit capere,quia oppidani mulieribus liberis & precioſioribus
quibusq; eductis, in ꝓximas inſulas cōmigrarant: ſic Caprulas Cōcordienſes, Altinates
eas ſex incoluerunt inſulas,quibus nunc eſt ab Altini oppidi tunc opulenti ſex portis no
mē, Torcello, Maiorbo, Buriano, Amoriaco, Conſtātiaco & Aimano:protracta eñ eſt
triēnio ea Aquileiæ obſidio:quo in tempore ſatis conſtat Gratianū Conſtantinopoli im G
peraſſe:Genſericum apud Africā, Merouecum apud Francos regnaſſe, Burgundiones in
iam,prout & nunc,ſuis Galliarum ſedibus: Thoriſmundum,Sueuos,& Alanos in Hiſpa
nijs,Aquitania & Vaſconia quietos fuiſſe. Sed de Valētiniano tūc Romę imperante qđ
egerit,nihil referri inuenimus.Hinc cum Athilā barbarosq; iam capiēdæ Aquileię deſpe
ratio cepiſſet, ipſum regē ferunt uigilantiſſimū ſpeculandi, quod ſæpe faceret,gratia cir-
cum urbis mœnia equitaſſe: & caſu aduertiſſe ciconias ex altis turrib. pullos efferre:qua
lætatus augurij inſania, ſocijs dixit futurorum præſcias aues filios deportare urbe, quam
nouerint periturā: Barbaris exinde ſuis in præliū cōuocatis, ad arma undiq; eſt concur-
ſum. Cū Athila ſolito acrius in oppugnationē incubuiſſet,urbe quam diu obſederat bre-
ui fuit potitus.Sentiunt aliter hoc in loco,qui Venetorū reip.res geſtas ſcripſerūt,initijq;
dicūt monumētis eccleſiæ Aquileiēſis: narrāt enim eos ciues & Romanos qui Aquileiā
triennio defenſarant,cum famē diu toleratam ultra nequirēt perferre,ſtatuas omnes quę
in urbe ſunt repertę,per mœnia & in propugnaculis noctu diſpoſuiſſe,ut interdiu uiderē H
tur eſſe milites in ſtationē more ſolito collocati, eaq; fretos fallēdi opportunitate Aqui-
leiēſes, prius migraſſe gradum ꝙ huiuſmodi dolum hoſtis aduerterit:quem quidē hoſtē
faciunt uiſis auib. quæ ſtatuas ſecuræ inſiderēt,doli admonitum, refractis mœnibus irru-
piſſe. Quod ſi uerū fuiſſe concedeſ,gloria carebit mulier nomine Digna,quam cæteri af
firmant ſcriptores, uiſis conciuiū mulieribus,quæ forma præſtātes in libidinem ab hoſte
traherenſ,ne pudicitiā et ipſa amitteret,ex ſummis ædibus in ſubiectū Natiſonē fluuium
ſeſe obuoluto capite pręcipitem dediſſe.In quo autem nullus diſcrepat,ingreſſus urbem
Athila aduſq; ſolum eam ſubuertit.Inde mouens, Paduā, Vicentiam, Veronam, Medio-
lanum, Ticinum,quæ Papia dicitur,cepit:ciues enim excidiū quod timebant,deditionis
facilitate deprecari ſperantes, quamprimū aditi erāt, ſeſe Athilæ permittebāt.Sed eas im
manis barbarus ciuitates cōmiſſis ſine aliquo humani iuris reſpectu cędibus dirupit, &
quātū ꝑ incēdia fieri potuit,lacerari ſubuertiq; curauit. Romani tūc et cæteri Italiæ popu
li Athilā qui ſe dei flagellū terroremq; populorū diceret, ac re ipſa oſtēderet,horrēdo pa
uore expectabāt. Quod cū Leo pōtifex Roman. eius nominis primus cerneret,mœſtus

compa

A compatiensq; populis,atq; etiam hortante Valentiniano,legationē ad Athilam pro cun
ctorum ſalute ſuſcepit:repperit aūt illum apud Mincium caſtra habentem:ferūt nanq; re
gem ipſum quid faceret dubiū,ab ulteriori progreſſu à cōmilitonibus exercituſq; ſui du-
cibus aliquamdiu fuiſſe deterritū, quia illi memorarent ac in malū uerterent præſagium
Halarici caſum,qui parū captæ urbi ac Italiæ ſuperuixit.Pendentem tamē in Italiæ deſo-
lationē,ad quā eum ingenij ferocitas trahebat,facūdus pontifex orādo molliuit,effecitq;
ut omiſſa Italia,ad propria redire regna promiſerit. Quæ res omnē exercitū in admiratio
nē adduxit. Sciſcitantibus uero cauſam, reſpōdiſſe Athilā fama eſt,non ſe præſulis addu
ctū oratione id feciſſe:ſed magis duorū qui ſtrictos tenentes gladios adſtabant,necē ſibi
ac exercitui cōminantes, & hi Petrus & Paulus apoſtoli fuiſſe credunt.Profectū Italia &
iam in Norico ſuperiori, quā nunc eſſe partim Auſtriam, partim Bauariam diximus,ſta-
tiua ducentē Athilam Honoria Valentiniani Imperatoris ſoror,per eunuchum pellexit,
ut ſeſe cupientiſſimā in uxorem precibus miniſq; à fratre extorqueret.Id autē magna uer
B borū inſtantia Athila intentauit,impetraturumq; ſe nouit,& tamen homo luxu perditiſ-
ſimus cōtinere nequiuit, quin multis quas haberet,& ſecū in exercitu traheret uxoribus,
aliam cui Ildiconi erat nomē adderet:cuius nuptiarum beneficio,mors eum opportuna è
medio ſuſtulit.Nanq; poſt conuiuiū profuſius hilariuſq; celebratum,reſupinus alto in ſo
pore cū demerſus eſſet, ſanguis è naribus proflués,uitalibus oppletis meatibus,eū neca-
uit.Quod quidem illa nocte ſcribunt multi cognouiſſe per ſomniū apud Conſtantinopo
lim Martianū, cui uiſum ſit uidere Athilæ arcum, quo armorum genere Hunni in primis
uterentur,fractū eſſe.Quartū tunc & quadrageſimū Imperium annum inclinabat, prout 44. *anni incli*
facile intelliget,q ab undecimo Archadij et Honorij Imperatorū anno,in undetrigeſimū *nationis.*
Valentiniani principis, in quo Athila obijt annū, præteriti temporis rationē uolet com-
putare. Et intra id tempus Germaniā omnem, Datiamq; & Sarmatiā,& cæteras prouin-
cias ad Danubiū Rhenumq; ſitas,perdidit Romana reſpublica.Hiſpania quoq; ulterior,
Aquitania & Vaſconia,atq; illa Eduenſium Veſuntionumq; Galliæ pars,quam Burgun
C diones anno urbis captæ ſecundo ceperūt, ſunt amiſſæ: pariter factū eſt anno inclinantis
Imperij ſexto & uigeſimo,de Senonenſi Pariſiorū Francis ſubiecta. Quarum omniū pro 25. *anno incli-*
uinciarum nulla poſtmodum pro Romanorū Imperio eſt recepta. Athila mortuo, Vala- *nationis impe-*
mir & Theodemir fratres Oſtrogothorum, & Ardericus Zepidarum reges,primi ſeſe in *rij Franci.*
libertatē uindicarunt,eorumq; exemplum exinde ſecuti ſunt Marcomāni, Quadi,Eruli,
& Turingi,Hernacum & Eurich Athilæ filios, ne patris exemplo uiribus reaſſumptis ty
ranni fierent, relinquentes. Quod cum ipſi ægreferrent,Hunnorum reguli in Valamirē,
Theodemirem & Ardericum, ſeditionis autores, arma ſumpſerunt,eniſiq; ſunt incautos
eorū exercitus adoriri. Sed ad primos qui apparuerūt motus Ardericus Zepida rex con-
greſſus Hernaco,illū triginta armatorū milia habentem prælio ſuperatū interfecit. Vale
mir aūt Theodemirq; ſuis arma corripere iuſſis, tanto in Durich incubuerunt pugnandi
ardore, ut fractis Hunnis magnaq; cum occiſione repulſis, Regulus intra Scythiam fue-
rit,& ſemper poſtea Hūni in Oſtrogothos arma ſumere formidauerint. Anno qui mortē
D Athilæ eſt ſecutus, Valentinianū Imperatorem, Tranſila Etij commilito occidit Romæ
in ducis ſui de ſe deq; repub. optime meriti iuſtiſſimā ultionem: quod tamē facinus idem
Tranſila nunquā auſus fuiſſet, niſi eum impuliſſet adiuuiſſetq; idē maximus Patricius, à
quo Etius pariter fuerat interfectus. Agnellus uero Rauēnas qui geſta pontificū eccleſię
Rauennatis,anno nunc ſexcenteſimo tertiodecimo ſcripſit,eundem Valentinianū dicit
occiſum fuiſſe Romæ,in loco qui diceretur ad Laurū: ſed eo anno quo Athila Aquileiam
diruit, quo item anno Rauennam dicit tanto incēdio conflagraſſe,ut maiorē diuitiarum
partem abſumpſerit. Eſt etiam apud eundem Agnellum, Valentinianum,qui annū agēs
decimū Honorio patruo fuerit ſuffectus,magnā annorum triginta quibus imperauit par
tē,egiſſe Rauennæ,cuius urbis epiſcopo, quatuordecim ciuitatū ſubiecit epiſcopos,Ari
mini,Cæſenæ,Foriliuij,Foripopilij, Fauentiæ,Foricornelij,quæ & Imola,Brinti,Bono-
niæ,Mutinæ,Regij,Parmæ & Placentiæ. Eas enim ciuitates uidemus poſtea ab Aripertho
Longobardo,Pipino & Carolo Francis regibus,ſub Exarchatum Rauennatē,de quo di
cemus,fuiſſe cōſtitutas:& Brinthū dicit Agnellus,quę ciuitas erat propinqua Bononiæ,
ante ætatis ſuæ tempora fuiſſe deſtructā, in cuius locum cōijcimus caſtrū quod corruptē

diciтur Britonum,fuiſſe reædificatū. Opera Valētiniani narrat Agnellus fuiſſe ampliata E
inſtaurataq; Rauennæ mœnia,& pariter uel ipſius uel Placidię genitricis cura & impēſis
eccleſiā ſancti Ioannis euangeliſtæ, quæ nunc inſignis uiſitur,eccleſiā ſancti Stephani in
Arimino fuiſſe conſtructas. Ornauit itē Valentinianus Ioannē epiſcopū Rauennatē pal
lio ex candida lana cōfecto,quo ſolus tūc Imperator uteretur. Quod quidem ſuperbię in
centiuū effeciſſe uidemus, ut epiſcopi Rauennates eas habuerint cum Romanis pontifi-
cibus paritatis contentiones,de quibus ſuo tempore dicemus. Subrogatus aūt eſt Valen
tiniano Maximus Patricius Romanus ciuis, qui ipſum Etiumq; interfici curauerat. Is Eu
doxiam, quæ Valentiniani uxor fuerat,precibus minisq; renitentē rapuit,& ſibi uiolēto
matrimonio copulauit,legiones per eam & prouincias cōciliare confiſus. Id uero mulier
adeo ægrè tulit,ut ſcelus tyrāni ſtatuerit immaniſſimo ſcelere uindicandū: uiro enim pe-
tenti ſatisfacere ſimulans, nūcios quidē confirmandis prouinciarū magiſtratibus,ipſisq;
prouincialibus dimiſit, ſed per ipſorum nunciorū quempiam,cui plurimum fideret,Gē-
ſericum Vandalorum & Africæ regem hortata eſt ad urbis Romæ Italiæq; ſubijci prout F
oſtendebat,paratiſſimarū inuaſionem. Itaq; Genſericus tanto lætatus nūcio,omnes qui
arma ferre poſſent Afros & Mauros, æque ac Vandalos, trecēta,ut referū,hominū milia
nauigio impoſuit, & in Italiā nauigauit. Ad cuius improuiſi potentiſſimiq; exercitus ad-
uentantis nuncium exterrita ciuitas Romana,in mōtes ſyluasq; & munitiora oppida po
pulariter demigrauit. Maximus uero tyrannus,dum fuga & ipſe ſibi conſuleret,ab Vrſo
milite Romano occiſus fuit. Erat itē per id temporis ſuperſtes uir ſanctus Leo pontifex,
cuius prece & ſuaſionibus Athilā oſtēdimus Italia exceſſiſſe. Is pater pius in tanta omni-
um trepidatione,ſibi ſecuros paucos adducēs ordinis ſui conſeruos Chriſti ſuperbū adijt
Genſericū,eumq; priuſquam urbem ingrederetur orauit, ut ſi libitum foret,prædam ciui
lis gazę militi permittere curaret,ſacra dimitti intacta,& à ruinis incēdioq; urbis populo
uacuæ abſtineri: minime tamen ualuit ſancti pōtificis autoritas apud regem Barbarum,
qui Ariana hæreſi inquinatus,haud aliter quàm apud Africam fecerat,templa ſacrasq; ę-
des ſimul cum reliquis urbis partibus diripi permiſit. Quatuordecim dies Romanum po G
pulum urbe abfuiſſe, oīnes concordāt ſcriptores. Et cum Barbaros inde profectos Cam
paniam petiuiſſe dicant, conuenit inter eos, Eudoxiam & filiā ex Valētiniano ſuſceptā,
ſimul cum ſpolijs ex urbe cōtractis, intra eundem quartumdecimū diem iuſſu Genſerici
in Africam nauigaſſe, atq; opifices fabrosq; quoſq; peritiores ingētem turbam urbe edu
ctos,ſecum tranſportaſſe: unde crediderim ciues quidem ſenatorij equeſtrisq; ordinis,&
alios honeſto natos loco ditiores, urbe relicta ſeſe in tuta recepiſſe,alios uero opibus te-
nues māſiſſe. Quos irata Romanis mulier aſportauit. Egreſſi urbe Barbari, Campaniam
longe lateq; populati obſederunt Capuam, quæ ui expugnata direptaq; ad ſolū uſq; de-
ſtructa eſt. Quæ cauſa impulit ſanctum uirum Paulinum Nolanæ urbis epiſcopum, ut in
captiui unius redemptionem ſemetipſum dederit pro ſeruo in Africam deferēdum. Qui
factus ex epiſcopo hortulanus, tantā tribuente deo eſt apud Barbaros gratiam conſecu-
tus, ut omnes Nolanæ urbis captiuos ſibi donari obtinuerit, in patriā reducendos. Et cū
totius regionis Campaniæ oppida idem attriuiſſet Barbarorum furor,ad Neapolitanam H
urbem eſt uentū. Qua mœniū firmitate, & ciuium robore munita pertinaciter reſiſtente
Genſericus obſidione ſoluta,in Africā redijt. Sextus is erat Martiani Imperatoris annus,
ab Imperij inclinatione octauus & quadrageſimus. Quo in tēpore Romani urbe frequē
tata Auitum ſenatorij ordinis Romanū delegerunt Imperatorem, cum quo Martianus
mitiſſimi uir ingenij,damnis & periculis occurrere cupiens,quæ noui rerū motus parere
conſueuerūt, fœdera inijt, ſecundū quæ reſpublica utrobiq; ſalubriter adminiſtrari poſ-
ſet. Annos tunc ſeptem Thoriſmundus Viſigothorum rex,poſt Cathalaunici campi præ
lium, ſeſe continuerat intra Vaſconiam Tholoſamq;: partim namq; ſucceſſus Athilæ ti-
muerat, partim expectauerat, quem in locū euaderet res Romana. Qui Athilam necatū
Etium Valentinianumq; occiſos & Romam à Vandalis expilatam eſſe audiens,omnem
poſtergauit Romani Imperij reuerentiam. Romanū nanq; Imperium à ferrea firmitate,
in teſtaceam deuenerat fragilitatem. Cepitq; tunc Thoriſmūdus Hiſpaniam citeriorem,
& Galliæ ciuitates extra Burgundionum Francorumq; ditionem ac ultra Ligerim cōſti
tutas. Lugdunenſem uero Anitię prouinciā,uſq; Maſſyliā Burgundio occupauit: Et ſolā
Narbonen-

A Narbonenſem prouinciã cum his quæ Ligerim inter & Rheni fluẽta ſunt, tũc tutatus eſt
Geruandus quidã Romanus, qui in illa præfectus à Valentiniano fuerat conſtitutus. In-
terea Martianus cum orientalem rempublicã feliciter adminiſtraret, ſeptimo Imperij ſui
anno diem obijt, ſubrogatusq; eſt ſibi Leo, quem urbs Conſtantinopolitana primum ex
Græca progenie Imperatorẽ habuit: quanquã perhibent aliqui nõ Græca eũ, ſed Beſſica
progenie oriundũ. Per cuius tempora (ſedecim nam annis imperauit urbem Romam, Ita
liãq; & uniuerſum Romano principi cõmiſſum Imperiũ) uarij motus laboresq; agitaue-
runt: quibus referẽdis, ſi minime adiuuãt omnes, quos legerimus ſcriptores, dolendũ ma
gis quàm mirabile uidet, cum eo in ſeculo quod iam fluxerat, ingenia quæ prima clades
Gothica Romæ reperit, aut ipſo ſenio interiſſent, aut ferro: et bonarũ artiũ ſtudia interim
cum pace & otio eorũ fomitibus om̃ino ceſſaſſent. Itaq; primo Leonis Imperij anno, cũ
Auitus Romæ mortuus eſſet, Maioranum quendã, exercitus apud Rauennã Leone ſua-
dente, Imperatorẽ aſſumpſit, & anno Imperij tertio interfecit apud Terdonam Ciſalpinę
B Galliæ ciuitatẽ. Subrogatus uero eſt illi per Rom. Seuerianus, cuius patriam gentémue,
aut cognomen nullus refert ſcriptor. Sed is quicũq; fuerit, eius Imperij initio, Alani duce
Biorgo eorum rege, per montes Tridentinos Italiam ſunt ingreſſi. Fuerũt autem ex illis
qui primo inclinantis Imperij anno, cũ Burgundionibus, Vãdalis & Sueuis Gallias irru-
perunt: & poſtea ob acceptã à Conſtantio Comite cladẽ, ad Vandalos in Bethicam con
fugerunt, demũq; Vandalis in Africã tranſmittentibus, à Sebaſtiano pulſi ſeſe in Viſigo
thorũ poteſtatẽ permiſerunt. Miſſus in eos à Seueriano Imperatore Rithiner gente Go-
thus, ſed ipſius Seueriani ſenatusq; conſulto in Patriciũ allectus, Benacũ inter lacum &
Bergamũ urbem, ſeſe illi cum exercitu oppoſuit, conflixitq; de hoſtili exercitu magna oc
cidione ſuperato, Biorgum regem occidit. Seueriano interim tertio Imperij ſui anno Ro
mæ defuncto, Anthemius, qui fuerat Martiani Imperatoris gener, in Imperatorẽ eſt ſuffe
ctus. Cuius Imperij initio, Geruandus, quem oſtendimus fuiſſe Narbonẽſis Gallię præfe
ctum, tyrannidẽ aſſumpſit, qui ab ipſius Anthemij Imperatoris ducib. prælio ſuperatus,
C captusq; in exiliũ eſt actus. Nec prius ille ſedatus fuit motus, quàm alterum Romæ exor-
tum motum idem ſedauit Anthemius: à quodam enim ſuſcitatus erat, cui Patritio fuit no
men, tyrannidẽ affectante. Quam nactus uti exiſtimauit optimam tantorũ motuum oc-
caſionem Genſericus Vandalorum rex, ingentem ex omnibus Africæ litoribus cõtraxit
claſſem. Cui cum innumeras impoſuiſſet copias, ad littora Italię nauigauit, nequaquã po
tiri poſſe diffiſus Imperio urbis & Italię, quod pridem ardentiſſime cõcupiſſet. Eam claſ-
ſem cum in Africa parari intellexiſſet Leo Imperator, Anthemio principi Romano opẽ
ferre conſtituit, & Baſiliſco Patricij ordinis, cuius ſororẽ nomine Verrinam Anthemius
habebat uxorẽ, eius belli duce declarato, haudquaquam contemnendas illi dedit copias,
quas nauigio impoſitas ipſe Baſiliſcus in Italiã perduxit. Parauerat uero aliam claſſem in
Italia Anthemius, & ſeſe apud urbẽ, ad repellendum Gẽſerici impetum communiuerat.
Itaq; Baſiliſcus utraq; cõiuncta claſſe, contra Populoniæ littora hoſtib. primo occurrit: rẹ
cedebat uero Genſericus, præliũ detrectans: & ſi uẽtos nactus eſſet ſecundos, ſtatim uiſa
D hoſtili claſſe, in Africã reuertiſſet: nec tamen adeo potuit certamen ſubterfugere, quin ur
gente Baſiliſco, manũ conſerere ſit coactus. Cõmiſſum autem eſt prælium nequaq; pari-
bus animis, ſed quale conſueuit eſſe, cũ pars una in fugam pendẽs, id ſolum enititur, ut ſe
ſaluet, altera inſtãs & iam præſumpta uictoria audacior nihil timet. Gẽſericus nanq; prę-
lio ſe ſubtraxit, uel cum ſola qua uehebatur naui, Africã petiturus. Sed quamprimũ nauis
ſuæ prorã conuerti uiderunt, ſui ilico diſſipati in fugam & ipſi fœdiſſimã ſunt cõuerſi. Eo
ſuperatus prælio Genſericus, multis nauib. militibusq; amiſſis in Africam ſe recepit. Nec
tamen interea quietus fuit apud Conſtantinopolim Leo: Siquidẽ Aſpar quidã Patricius,
& Ardabur, Patriciolusq; filij, cum illũ inſidijs tentatum conficere nequiſſent, apertã uim
parauerũt: quibus ut reſiſteret Leo claſſem reuocauit, quã pulſo Genſerico Baſiliſcus re-
duxerat in Siciliã. Aſpar interim per eam quæ reuocanda claſſe facta erat à Leone morã,
copijs & fauore ciuiũ auctus, Ardaburẽ filium Cæſarẽ appellauerat. Vnde poſtq; exſcen
ſione in Conſtantinopolitano portu facta, exercitũ Leo accepit, aliquamdiu in urbe pari
certamine eſt pugnatũ. Vicit autem Leo, & captos Aſparem filiosq; iugulari iuſſit. Moti
bus prædictis, cũ principio inchoauerunt, intellectis Oſtrogothi reges Valemir, Theo-

demirq; fratres, qui Hunnis Athilæ filijs, ut oſtendimus ſuperatis, apud Pãnonias & circa E
Danubiũ quieti fuerãt, Illyricũ uaſtauere. Nec prius quieuere, q̃ Leo Imperator Pãnonijs
Meſiaq; permiſſis, induciarũ fœdera ſecũ inijt: in quorũ obſidẽ Imperator Theodericum
Theodemiris ex Arileua cõcubina filiũ accepit, tuncq; Valemir illis inniſus inducijs, ni-
hilq; permiſſis datisq; ſibi ad inhabitandũ ab Imperatore ꝓuincijs timens, in Scythiã du-
xit: qui cõmiſſo cũ Scythis prælio occiſus fuit, ſicq; Theodemir frater, Oſtrogothorũ per
miſſarũq; à Leone prouinciarũ regno ſolus eſt potitus. Quod cũ intellexiſſet Leo, gentẽ
ipſam, quã impoſſibile duceret ſuperare, ſtatuit in Romani Imperij amicitiã liberalitate
beneficioq; allicere. Theodoricũ itaq; unicũ filiũ Theodemir, tale munus nequaq; expe-
ctanti remiſit, regio indumẽto comitatuq; deductũ. Accepit libẽs Theodemir tantũ mu-
nus, & q̃d tacentẽ Leonẽ deſiderare intellexit, indutiarũ fœdera in optimã Romanæ rei-
pub. pacẽ cõmutauit. Quin etiã Theodemir ipſe reducis filij lætitiã cumulaturus, eum in
Sarmatas cũ copijs miſit: qui adoleſcens impiger annũ tunc duodeuigeſimũ agens tran-
ſito Danubio irruit improuiſus, & rege illorũ Babach interempto, uictor ad genitorẽ in F
Meſiam eſt reuerſus. Hæc quidẽ tunc apud Conſtantinopolitanũ Imperatorem. Romæ
autẽ tumultu maritimo, quem Genſericus conciuerat, uixdũ ſedato, Richimer Patricius
nouis ſtuduit rebus. Eum Anthemius Imperator Ciſalpinæ præfecerat Galliæ, ob rem in
ea prouincia bene geſtã aduerſus Alanos, in quos Seueriani Imperatoris temporib. miſ-
ſus fuit: quinetiã Anthemius iuncta Rihimeri in matrimoniũ filia, eundẽ ſibi generũ eſſe
cerat: neq; tamen tam multa potuerũt beneficia in hominem barbarũ collata peruincere,
quin uirib. Ciſalpinæ Galliæ cui præerat fretus, copias aduerſus ſocerũ cõpararet. Sed eũ
priuſquã ad concupitũ facinus proſiliret, cũ Imperatore in gratiã redire fecit ſanctus uir
Epiphanius Ticinẽſis epiſcopus. Rupit tamen pacẽ Barbarus, ictis ſolenniter fœderibus
conſtitutã, duxitq; in ſocerũ urbemq; Romam copias quantaſcunq; ex omni Ciſalpina
Gallia potuit cõtrahere. Diuerſa tunc fuerũt Romanorũ ſtudia, multis Anthemio, pluri-
mis Richimeri cupiẽtibus. Et licet Richimer metatus eſſet caſtra ad urbẽ, Anthemius Im
perator aliquandiu mœnia portasq; tutatus eſt. Suſtentabat autem Anthemiũ, ſuosq; in G
urbe fautores, Bilimiris qui expectabat̃ aduentus, ex prouincia Narbonenſi. Eum enim
Bilimirem genere Gothũ, Anthemius Geruãdo prout oſtendimus ſuperato, Narbonẽſi
Galliæ præfecerat. Qui fidelis dux quamprimũ de Richimeris perfidia certior eſt factus,
cohortes, quarũ præſidio prouinciã obtinebat, auxiliaq; tumultuarie cõtracta, ad urbem
duxit, Anthemio de ſe benemerito præſidiũ allaturus: cui uia Caſſia uenienti ut per pon-
tem Adriani urbẽ ingrederetur, ſeſe Richimer oppoſuit. Ea cum Leoni Cõſtantinopoli-
tano Imperatori eſſent nunciata, Olybriũ ducem ſuum cum exercitu in Italiã miſit. Qui
copijs in Rauennã expoſitis Anthemium Romanosq; de ſuo aduentu fecit per nuncios
& literas certiores, ut dũ equos maritima agitatione quaſſatos reficit, Rom. interea obſi-
dionẽ perferant, & ipſe ualeat quo tempore & modo ſubueniendũ ſit exploratius intelli
gere. Lætatus eo nuncio Anthemius, inſignia Imperij depoſuit, & in priuatã concedens
uitam, urbis cuſtodiã ſenatui & Romano populo cõmendauit. Dum hæc fierẽt, Bilimer
ad uiam Caſſiã delatus, in urbẽ properabat, cum illi occurrens Richimer, certamen inijt, H
adeoq; ardẽs animo inſtitit, ut Bilimer nequerit detrectare. Fuitq; ad ipſam Adriani mo
lem cõmiſſum id prælium, in quo Richimer uictor Bilimirem interfecit: tũcq; Richimer
ea potitus uictoria, urbẽ ingreſſus eſt, & ilico Anthemium ſocerum, quarto quàm impe-
rare cœperat anno ad ſe perductũ, iuſſit à carnificibus lacerari. Olybrius uero dum apud
Rauennã ſedet, Anthemium ſe Imperio abdicaſſe, Bilimirẽ prælio ſuperatũ occiſumq;,
& Richimirẽ urbe potitum, unico fermè die certior eſt factus. Sedit tamen apud Rauen-
nam, ut ipſam urbẽ cæteraq; eius regionis oppida defenſaret, ne uenirent in Richimeris
poteſtatẽ. Sed quæſito tanta perfidia Imperio, Richimer paruo tempore eſt gauiſus: nam
tertio quàm urbem erat ingreſſus menſe, acerbis morbi cuiuſpiã cruciatibus eſt conſum-
ptus, & Olybrius à populo Rom. uocatus, Imperatorq; appellatus, occidentalis Imperij
reliquiarũ gubernationẽ accepit, Gũdibaro nepote, quem cum exercitu Rauẽnæ dimi-
ſerat, in Patriciũ declarato. Is uero Olybrius, cum reſtituendæ rei Romanæ maxima inſi-
ſteret diligentia, poſt quartũ quàm aduenerat menſem Romæ obijt. Adniſi ſunt tũc Ro-
mani ſimul et Itali, repetita maiorũ diſciplina deligere per ſuffragia Imperatorẽ. Sed dum

conantur

A conantur & in cõmune conſultãt, obſtitit unius Gundibari Patricij audacia: eo enim inſtigante Glycerius quidam ſenator Rauennæ conſtitutus primum petijt, & per ſuffragia declarari Imperator tentauit: ſed cũ petitio illi nõ ſuccederet, Gũdibarus exercitu Rauẽna educto, ita fauores oſtendit, ut cõfracti malis, quæ tot per annos Romani uiderant, & ipſi Itali, eum potius Imperatorẽ deligere, quàm tyrannũ, prout uidebatur ipſis inuitis futurus, habere decreuerint. Quẽ Glyceriũ eodẽ anno Nepos Patricius Leonis Imperatoris autoritate, ac Romanorũ auxilio fretus, & deiecit Imperio, & apud Salonas epiſcopũ cõſtitui curauit. Cõciuit uero ea res magnos in Italia motus, q̃d Gundibarus eiecti Imperio Glycerij iniuriã ulturus, Rauẽnates & multos Italiæ populos in Nepotẽ Romanosq́ armauit: nec tamẽ inertes tũc & deiectis animis quieſcebant Romani, ſed & ipſi uim inferre potius quàm propulſare, maximo cum alterius partiũ incõmodo parabant: cũ ſanctus Epiphanius Ticinenſis epiſcopus, hos etiã ſicut Rihimerẽ & Anthemium, ſed meliore cũ ſucceſſu, ſua uirtute ad pacẽ perduxit. Interim apud Conſtantinopolim Leo Im-

B perator cum ſe mala correptũ ualetudine moriturũ intelligeret, Leonẽ ex Mariagne ſorore nepotẽ, & Zenonis Iſaurici filium inſtituit Imperij ſucceſſorẽ. Ipſe uero puer Leo, cũ paucis menſibus Imperiũ gubernaſſet, Zenonem genitorem manu propria coronatũ, fecit Imperatorẽ: ſed ipſo Zenone apud Chalcedonẽ agẽte, Verrina Auguſta eius ſocrus Baſiliſcũ fratrem ſuum Imperatorẽ in Conſtantinopoli appellauit, nec defuit plebis quorundamq́ nobiliũ aſſenſus. Quod cum habuiſſet compertũ Zeno, in Iſauriã ſe contulit, malẽs cum Mariagne uxore exulare, quàm ut ſui cauſa reſpublica bellis agitata ciuilibus aliquod acciperet incõmodum, cõmittere. Lætatus ea fuga Baſiliſcus, Marcum filiũ Cæſarem appellauit: ſed cum Baſiliſcus in hæreſim Neſtorianã prolapſus, & propter alias uitæ turpitudines populo eſſet inuiſus, cõuertit ſe ciuitas ad Zenonẽ. Isq́ Conſtantinopolim reuerſus, fauore populi adiutus, Baſiliſcũ Marcumq́ & Verrinam captos, in Cappadociã relegauit: Romæ autẽ Nepos Imperator, quamprimũ ſedatis Gundibari motibus, rem nactus eſt quietiorẽ, Oreſtem militię ſuę magiſtrum conſtituerat mittere in Gallias,

C tutatum ab inuaſione Viſigothorũ, Turonios, Celtas, Cenomãnosq́, Coriſopitenſes, & Venetos in mare Britannicũ uergẽtes, atq; etiã Narbonenſes & Aluernos, quæ Galliarũ partes ſolæ manſerant in Romanorũ Imperij ditione. Sed Oreſtes quamprimum Rauennæ cum exercitu applicuit, Auguſtulum filium ſuum qui Rauennæ erat, Imperatorẽ creauit. Id cũ audiſſet Nepos, nullas ſibi conſcius ad reſiſtendũ adeſſe copias, quia omnes Oreſti attribuiſſet, in Dalmatiã fugit. Auguſtulus uero Imperij inſula apud Rauennam ornatus, fœdera cum Vandalorũ rege Africam obtinente conſtituit: quibus in fœderibus ipſe & Oreſtes pater maxima exiſtimarunt & firmiſſima fore præſidia Imperij cõſtituta. Dum aũt ab Africa ſibi cauet, proſpicitq́ Auguſtulus, oſtendit ſeſe à uetuſto cladum Imperij fomite nouus turbo, quẽ Romani conciues illius æmuli ſuſcitarunt: Siquidẽ Heruli & Turingi, Odoacre uiro acris ingenij duce ſibi conſtituto, ab inferiorib. Danubij oſtijs ſunt profecti. Fuerunt aũt hi Heruli & Turingi, exercitus Athilæ, prout oſtendimus, reliquiæ, qui Hernaco & Durith Athilę filijs, à ſeipſis alijsq́ populis prælio ſuperatis, apud

D Danubij oſtia conſederũt. Ipſi itaq; Heruli & Turingi Italiã ingreſſi, Aquileia ad ſiniſtrã relicta, in Taruiſinos, Vicentinosq́ & inde in Brixianos flexerũt. Eodẽq; in tẽpore apud Britannias Ambroſius Aurelius, qui penè ſolus Romanus cædi ſuperfuerat, quã Anglicos Saxones Valentiniani Imperatoris temporib. in ea inſula feciſſe oſtendimus, ſeſe ducem exhibuit Britannis, qui cupiuerint Saxonibus ipſis uel cæſis uel pulſis, ſe in libertatẽ ſub Romano Imperio uindicare. Induitq́ purpurã Ambroſius, & Imperator à Britannis appellatur, tumultuarie primũ, poſt iuſta acie cum Saxonibus Anglicis ſæpenumero eſt cõgreſſus. Superati uero ſunt ad extremũ & Ambroſius & Britãni, ipſeq́ Ambroſius in prælio eſt occiſus. Qua uictoria Saxones crudeliſſime ſunt uſi: poſtquã enim eos interfecerant qui arma contra ſe induerãt, in omnis ætatis ſexusq́ multitudinẽ graſſari eſt cœptum. Nec ſolũ id cõtigit in locis prælio propinquis, calẽtibus adhuc ex uictoria animis, ſed ſuper multos dies urbes ſingulas uicosq́ diſcurrerũt, cædem ubiq; ſimilem cõmittentes. Ea impulſi neceſſitate Britãni conſtituerũt inſula populariter emigrare. Itaq; perterritis omnibus, naues ſibi quiſq́ lembũue aut ſcapham, prout affuit facultas, compararũt. Tantaq́ fuiſſe refertur, completis ubique littoribus, contentio conſcendere uolentium, ut mul-

ut multitudine atq; onere nonnulli deprimerent lembi. Itaq; Britannias tunc pro ſe cepe E
runt Anglici Saxones, quas ad ætatē uſq; noſtram retinuerunt, tantus aucti opibus, ut de
Francia cui pridem manū iniecerunt ſubijcienda, cum rege Francorum gerant bellū, mul
tos antea annos, maximis cum populorū ſtragibus continuatū. Britanni uero patria ex-
torres, eo anno, qui fuit, Zenonis & Auguſtuli Imperij & Odoacris regni initio, ab incli-
natione rei Romanæ ſexageſimus tertius, ſedē ceperūt Oceano tenus, in Turonibus, Ce
nomānis & Cyantibus, q & Veneti, ac per ea Galliæ Celticæ maritima loca, in quib. Bri-
tannicū nomen idiomaq; ad ætatem uſq; noſtram retinuerunt. Igitur Auguſtulus Impe-
rator, de Odoacris aduentu certior factus, immiſit Oreſtem genitorē, quem militiæ ma-
giſtrum præfectūq; principio declarauerat. Cuius ductu legiones Romanæ & contracta
accuratiſſime ex omnibus Italiæ populis auxilia apud Laudā ad diē conuenerunt. Con-
tulit aūt ilico caſtra, & primus pugnādi copiā fecit Odoacer: parantē uero ſigna educere,
& pariter pugnandi copiā facere Oreſtē, auxilia deſeruerūt. Quibus undiq; dilabētibus,
territæ legiones Romanæ, & ipſæ præliū detrectarunt. In eam adductus difficultatē Ore F
ſtes, ſolutis caſtris, in urbē Ticinū ſe recepit. Inſecutus illum Odoacer urbem corona cin-
ctā uallauit, recepitq; diu & ptinaciter oppugnatā. Eo in irruptionis ardore cædes ciuiū
Romanarumq; legionū primo, quanta nuſquā alibi in Italia, poſt Imperij inclinationem
eſt facta, & nedū direpta urbs Ticinū, ſed & cum agro igni ferroq; uaſtata. Oreſtē autem
captū, Placentiamq; perductum Odoacer ipſe inſpectante exercitu, gladio ſuffoſſum in-
terfecit: quibus territi crudelitatibus cæteri Italiæ populi, certatim deditionē facere perre
xerunt. Et Auguſtulus animo cōſternatus, Romā quidem ex Rauenna acceſſit, ſed inde
eueſtigio profectus in Lucullano Campaniæ oppido purpurā diademaq; abijciens, ſeſe
Imperio quod annū unum menſes duos tenuerat abdicauit: in quo uiro, cui fato & malo
rerum Romanarum augurio uidetur inditum fuiſſe diminutum id glorioſiſſimū nomen
Auguſtorum & Cæſarum qui ex Romana gente eſſent, finis fuit, Anno quingenteſimo
decimoſeptimo, poſtquam Octauius eo ſe modo cœperat appellare.

## HISTORIARVM BLONDI FORLIVIENSIS AB INCLINA- G
## tione Imperij Romanorum, Decadis primæ, Liber tertius.

AVGVSTVLI abominabile Romanis rebus factū ingratam mihi renouauit
memoriam indignitatis, quæ diu retraxit ſcribere meditantem. Etenim cogi
tantem operis mei initio, Imperij Romanorū, non magis inclinationem, q̄
occaſum, ſcribere pudor penè deterruit. Sicut nāq; inuſtæ ſibi, natis, uel fami
liæ, grauioris notę conſcijs accidere uidemus, ut omnem uel leuiſſimam eius
labis cōmemorationem uel ab amico homine imprudenter factam, conuitio ducant: Iti-
dem nos urebat, inflictum maioribus patriæq; dedecus repetere: ſed dedit animos, & ut
omni abſterſo pudore ſcriberemus, nos perpulit ſpes propoſita narrādæ originis nouarū
urbiū, pręſtantiſſimorūq; populorū decus, quorum & nouæ ſobolis excellentia, nō par-
ua ex parte Romanam reſtituit Italis dignitatem. Videmus nanq; dei noſtri, rebus Italiæ
indulgentiſſimi benignitate, multum creuiſſe Venetam, Senenſem, Ferrarienſem, Aqui H
lanam, Auerſanamq; ciuitates, & minora quædam oppida ab ipſis condita fundamentis.
Florentinam uero, Genuenſem, Mediolanenſem, ac Neapolitanam, & Bononienſem,
tunc paruas exileſq; urbes, intelligunt omnes in magnam amplitudinem auctas eſſe: per
quarū opes, uirorūq; qui in illis coaluerūt uirtutē, & dignitas adeſt & gloria Italiæ Roma
na republica deſtitutæ. Quin de induſtria factum apparet, ut ſucceſſiuis temporum curſi
bus Romana res minueretur, acciderentq; diminutæ ab ea uires Italiæ urbibus, ſiue quas
pridem conditas potentiores fieri, ſiue quas condi nouas Romanæ magnitudinis uicini
tas prohibebat. Quo enim modo in Italiæ ſolo, Roma florente conderentur, & ſe attolle
rent nouæ ciuitates, cū prius conditæ neceſſariò exinanirent, quod neq; bello fines pro-
pagare, aut opes mercatura augere poſſet populus aliquis tam potenti ſubiectus Impe-
rio, cui æqualia diuitijs tributa penderet, nec ſobole quam præſtantem ualidamq; gigne
ret, unaquæq; urbs inhabitaretur: uiri nanq; bonis artibus, induſtria, & ingenio præditi,
nulla uirtutis præmia, nullúmue honeſti quæſtus modum, extra Romam inueniebant, i-
deoq; in illam confugere, illam frequentare cogebantur: unde fiebat ut quicquid egre-

A gium Italia ubiq; haberet, Romanæ potentiæ & gloriæ addiceretur, Romaq; augeretur
ac ditaretur, cæteræ urbes & oppida exhaurirētur. Quamprimū uero inclinare & ceſſare
cœpit dominæ urbis potētia, dedit permiſitq; eius imminutio, quod abſtulerat prohibue
ratq; incrementum. Et prima inter omnes mirabili non magis modo quàm loco cōdi cœ
pit Veneta urbs: origo cuius in hunc modū fuiſſe uidetur. Athila Hunnorum rege Aqui
leiam obſidente, Aquileiēſes, ſicut oſtendimus, gradum Concordienſes, Caprulas, & Al
tinates, Torcellum, Maiorbum, Burianum, Amorianum, Conſtantianum & Aimanum
populariter cōmigrarunt. Patauini autem ea Aquileiæ obſidione durante, ſacra & ſupel-
lectilem precioſam cum imbelli multitudine, in Riuumaltum comportarunt, iuuentute
tutandis à potenti hoſte mœnibus retenta. Montiſilicēſes uero, Adeuſtiniq; & Euganeo
rum collium incolæ, Metamaucum & Albiolam, Peleſtrinam Clodiamq; confugientes,
Athilæ terrorē declinauere. Sed Patauio poſt Aquileiam, & Monteſilice Adeuſtoq; pri-
mum, exinde Vincētia Veronaq;, eadem Barbarorum alluuione dirutis, Patauini quidē
B plures potentioresq; ditionis ſuæ paludes, in qua ſua miſerant frequētauere, & aquis ele-
uatiora apud Riuumaltum, Dorſumq;, cui duro à ſoliditate fuit cognomē tenuere. Sic &
cæteri Venetiæ prouinciæ populi, premente metu ubicūq; potuerūt, eiſdē in paludibus
conſederūt. Eam uero prouinciā Abdua, Pado, lacu Benaco, Alpibus & Adriatico mari
conſtat terminari. Per hunc modū populi amœniſſimis & uberrimis omnium Italiæ ſoli
in regionibus nutriti, patriā auitosq; lares cōmutauere, informem in uliginem, ſtagnaq;,
omni uel puri littoris ſterilitati, ſi libera ſit per ſecuritatē electio, poſtponendā: ut nequa-
quam dubitandū ſit, illos dei munere coactos, cepiſſe loca breui futura optima, quæ tran
quillis ſecurisq; rebus, nulla prudentia elegiſſet. Sed iam ad Barbarum regē, qui primus
Romam & Italiam poſſedit reuertamur. Odoacer Herulus Oreſte interfecto, pacatisq;
ubiq; in Italia rebus ad urbem Romā pergere cōſtituit, quod cū exploratū haberent Ro-
mani, omnes prope populariter obuiā ſunt effuſi, illumq; ipſo in primo ingreſſu, regē Ro
mæ & Italiæ appellarū, ſummis honoribus in capitolium deduxerunt. Qui rex licet Bar-
C barus eſſet, Romā & Italiam principio, poſtquam aliquot annis quietiſſime gubernauit,
nec tamen natalis ſoli principatū ſpreuit, Feltheus qui & Fena dictus eſt. Rugorum gen-
tis rex erat, ulteriorem Danubij ripā incolentis. Is tūc potētiſſimus, Herulos qui in patria
poſt Odoacris profectionē manſerant infeſtabat, ac patria eijcere conabať. In quē Odoa
cer ex Italia exercitū paratiſſimum potentiſſimumq; duxit, & eo rege occiſo, ac Rugorū
gente penè ad internecionē deleta, prouinciā eorum, quæ diceretur Rugilāda, ne poſſet
inhabitari crudeliſſime uaſtauit. Fuit uero prælijs illis ab Odoacre Romanorū rege parta
uictoria, alterius in Italia futuræ calamitatis initiū: ſiquidē Longobardi, cuius gentis no-
mē tunc primū in Romanis prouincijs notū eſſe cœpit, duce Codooco rege ſuo, ea Ru-
gilandæ loca poſſeſſorib. uacua ſunt ingreſſi: quæ quidē loca uſq; ad tempora Andoini,
eorū regis noni, per annos paulo plus minus uiginti inhabitauere. At apud Conſtantino
polim omnia interim fuerāt quietiſſima, quod Theodoricus, Theodemiri patri Oſtrogo
thorū regi defūcto, ſuffectus erat: q Theodoricus Romanos magna ſibi & dulciſſima cō
ſuetudine in Cōſtantinopoli notos amabat: hincq; ad Zenonē uocatus ea ſe cōtulit faci-
D litate, qua Leo illū remiſerat genitori. Cōſtituit uero Theodorico regi Zeno exercituiq;
ſtipendia, et Patriciatus dignitate inſignito, regi equeſtrē ſtatuā ex ære in palatio locauit.
Fuit, ut cōijcio, ſed nullus habet ſcriptor, aliquot annos Theodoricus apud Zenonē: ſed
quantocūq; ibi fuerit tēpore, ſui Oſtrogothi licet ſtipēdia acciperēt, & Pānoniæ inſuper
Meſiaq; ꝓuinciæ, nō ad uictū modo, ſed ad gentis in patria omniū egenæ opulentiā, ne-
ceſſaria ſuppeditarent, angebanť & animis diſcruciabantur, quod audirent alios ex Scy-
thia Danubijq; clauſtris, ſecū uel ante ꝓfectos, opibus & gloria florere, Viſigothos, Sue
uos, & Alanos in Vaſconia, Aquitania & Hiſpania: Vandalos in Africa, Burgundiones
in Gallijs, & demū in Italia Herulos & Turingos. Tantis itaq; precibus, iurgijs atq; cōmi
nationibus apud Theodoricū inſtiterūt, ut eorū importunitati ultra nequerit obluctari.
Hinc Theodoricus rupto q tenebať pudore, animorū gētis ſuæ ferociā primū Imperatori
accuſauit, qd omnibus abundās rebus florensq; neſciret quieſcere. Et tamē poſtea à ſuis
Barbaris uictus, petijt quod Imperatoris & reip. cōmodo conducere æque ac ſuorū im-
portunitati ſatisfacere opinabatur. Oſtendit em̄ ſi Italia & urbs Roma ſibi permitterenť,

 futurum

futurũ ut aut Oſtrogothi ſui cũ Herulis & Turingis pugnando delerentur, ac Imperium E
tanto ſtipendiorum onere leuarẽt, aut uictores eſſent, ſicq; Herulis & Turingis inimicis
Imperio Barbaris ad internecionem cæſis, ipſi Oſtrogothi emolumento reipublicæ ho-
noriq; impoſterũ ſine ſtipendio forent. Ea Zeno cum ad ſenatum retuliſſet, peruicit ſen-
tentia, non æqua ſolũ fore, ſed ultro offerenda, quæ Imperio prout longa docuerat expe-
rientia effectus rex Theodoricus duxiſſet poſtulanda. Itaq; Zeno Theodoricũ ſacro ho-
neſtatũ uelamine, quod erat tunc maximũ conceſſionis à principe Romano factę ſtabili
mentum, dimiſſurus ſenatum ſibi populum Romanum & Italiam cõmendauit. Mouen-
tem uero cum Oſtrogothis Theodoricũ, priuſquam Pannonijs educere, & Noricum in-
gredi poſſet, aliquandiu diſtinuerũt ingentis illius Athilæ exercitus reliquiæ. Siquidem
Strapilia Zepidarum rex, qui erat Arderico defuncto ſubrogatus, primo, & poſtea Buſa
ris quidam Burgarorum gentis Danubij accolæ dux, illum in itinere aggreſſi ſunt, & in
maximas aliquãdo adduxerũt difficultates. Vicit tamẽ præſtantiſſimi regis Theodorici
pertinacia, & illis prælio ſuperatis, maximoq; affectis incõmodo, uiã ſibi ferro Oſtrogo- F
thus aperuit. Ingreſſus Italiã Theodoricus ad Sontium Aquileiæ dirutæ fluuium, caſtra
cõmuniuit. Eò Odoacer, qui om̃es eius motus anno ante habuerat exploratos, paratiſſi-
mũ adducens exercitũ, ſeſe illi tam propinquus oppoſuit, ut caſtra ſolo amnis alueo ſint
dirempta: primus tamen pugnandi copiã fecit Theodoricus, & cõmiſſum eſt prçlium: in
quo poſt multã cædem mutuo illatã, ſuperauit Oſtrogothus: Odoacer uero ad Padum,
cuius uada oppidaq; claſſe & præſidijs cõmuniuerat, delatus eo in loco ubi nũc eſt Oſti-
lia Veronẽſium, de fuga ſubſtitit. Deſtitit uero inſequi Theodoricus, & Veronã ducens
eam dedentibus ciuibus breui cepit. In qua præſidijs firmata prædam ubiq; factam impe
dimentaq; ea ratione conſtituerat deponere, ut Odoacrem quocunq; fugeret expeditior
ſequeretur: ſed Odoacer copijs breui reparatis, in campos proceſſit latiſſimos, Veronæ
ſubiectos, & copia pugnandi facta, Theodoricũ laceſſiuit. Eduxit itẽ Theodoricus fidu-
cia plenus, & prælio acri duces fortiſſimi dimicarunt: tamẽ Odoacer qui laceſſiuerat, ab
auxilijs Italorũ Padi accolarum deſertus, ſuccubuit, atq; etiam fugatus maiorẽ eorum qui G
ſecum in pugna perſeuerauerãt partẽ amiſit. Inde Romam petens Odoacer, cum portas
occluſas, ciueſq; de mœnibus repugnare uidiſſet, ſuburbiorũ ædificia, agrumq; latiſſimis
fœdauit incẽdijs. Romani nãq; de Theodorici aduẽtu ex Cõſtãtinopoli certiores facti,
ipſum iam ut dominũ expectabãt. Qui quidẽ Theodoricus omnib. Italiæ Tranſpadanæ
ciuitatibus oppidiſq; breui potitus, Mediolani cõſtitit, & exercitu auxilijs aucto, Romã
in Odoacrẽ ducere conſtituerat: Odoacer cum commeatibus, quos Romani in urbẽ mu
nitaq; oppida conuexerant, deficientibus, Rauennam ſe contulit. Ei tamen Odoacri po-
pulos Italiæ pertentanti, conſenſerunt plurimi, in quibus fuere ſignorum ſuorum apud
Oſtiliam deſertores Padi accolæ, à Tuſa Flaminiæ & Æmyliæ præfecto, magnæ autori-
tatis uiro, in ſpem maximã præmiorum, ſi uiciſſet Odoacer, adducti. Id cum exploratũ ha
buiſſet Theodoricus, curſu uictoriæ retardato, ſeſe intra Ticinũ cõmuniuit. Per id tempo
ris Gũdobaldus Burgundionũ rex, Italia per ſaltũ Domuſſulæ eſt ingreſſus, & præda in-
genti non rerũ magis ꝙ mortaliũ ex Comẽſibus primo, inde & omni illa regione quæ ad H
Taurinos pertinet, ac Iporediẽſes facta onuſtus in Burgundiã redijt. Eodemq; in tẽpore
Clodoucus Francorũ rex, Crotchildẽ Chilperici Burgũdionũ regis, quẽ Chilpericũ prę-
dictus Gõdobaldus frater ſuus occiderat, filiã per hũc maxime modũ accepit uxorẽ. Au
dierat Clodoueus Crotchildẽ forma egregiã, uirtute etiã puellas id ætatis præſtare. Itaq;
miſſis nũcijs præſtantib. uiris, ſecretè explorauit, nunquid illa uellet ſibi matrimonio co-
pulari. Puella uero cui regis Clodouei fama & regni potentia eſſet nota cõſenſit: nequaq̃
ẽm dubitabat patruum ob cõmiſſum pauloante fratricidiũ, ſi id reſciſſet, omnino prohi-
biturũ: eaq; in ſponſione id ſolũ eſt pacta Crotchildis, ut cum ipſa eſſet Chriſtiana, Clodo
ueus qui cũ ſuis Francis idololatra erat, fieret Chriſtianus: qua pactione facta accepit oc-
culte munuſcula, in matrimonij pignus data, & ea in tempus quod cõuenerat reſeruauit.
Reuerſo poſtea ab inuaſione Italica Gũdobaldo: Clodoueus Crotchildem iam uxorem
ſuã, ſibi ab illo dari popoſcit: nec abnuere eſt auſus Gundobaldus, regis propinqui potẽ
tiam reformidãs: Crotchildẽq; eo celerius tradidit, quo ſine dotis pactione aliqua fuerat
poſtulata. Quãq̃ uero pacta uxori Clodoue9 de baptiſmate ſuſcipiẽdo, in ſeipſo nequaq̃

ſeruauerit

A ſeruauerit, tamen duos filios ex Crotchilde ſuſceptos Chriſtianos fieri permiſit: at Theo-
doricus Oſtrogothorũ rex poſtq̃ Odoacrem ſeſe Rauēnæ uidit cõtinere, animis eſt au-
ctus, & matre ſororibusq́ ac Oſtrogothorũ mulieribus cũ impedimentis & imbelli mul
titudine in Ticino, cuius urbis mœnia arcemq́ cõmuniuerat, relictis Rauennam duxit.
Cepit aũt ilico omnes prouinciæ ciuitates oppidaq́, quamprimũ ea adijt, præter Arimi-
nũ & Ceſenã: Odoacrē uero in Rauenna per trienniũ obſedit caſtris ſecundum littus ad
orientalē plagã, in loco cui Candiano eſt eratq́ tũc nomen, ea ratione firmatis, q̃d poſita
pariter ad Ceſenã caſtra inde faciliter tutaretur. Fiebant tamē ab obſeſſis crebræ eruptio
nes: q̃d nanq́ ſumpſimus ex Agnello in uita Ioannis epiſcopi Rauennatis, Theodoricus
Odoacrē iuſta acie cõgredi auſum, in patentibus Candiani campis, bis prælio ſuperauit.
Qua elatus uictoria Theodoricus, ilico Ariminũ acceſſit, eaq́ urbe breui potitus, dromo
nes in Ariminenſi portu captos, miſit ad Rauennatē portũ Bidētis amnis, qui tũc Portel
lio dicebatͬ: nam apud Claſſem urbē, tunc erat maior portus omniũ Italiæ celeberrimus.
B Sunt aũt dromones, uerbo Græco, nauiculę ſubductiores, tabulatis undiq́ ad propugna
culi caſtelliue ſpeciē cõmunitæ. Itaq́ Theodoricus Protellionis oſtio dromonibus clau-
ſo, partem copiarũ in inſulã quam Bidens amnis Paduſaq́, Padus, & mare efficiũt, loca-
uit, ipſe cũ cætero exercitu Rauennam in circuitu obſedit. Vnde ad tantã rerũ penuriam
in urbe eſt deuentũ, ut ſordidas maligniq́ ſaporis herbas clauſi comedere cogerentͬ. Qua
impulſus difficultate Odoacer, hortante epiſcopo deditionē fecit. Ingreſſus eſt aũt Rauē
nam Theodoricus, epiſcopo Ioãne cũ clero & ſanctorũ reliquijs obuiã procedente. Con
tinuitq́ ſe Odoacer ea die & poſtea in palatio, quod dicebatur hilautũ, Rauennæ tũc inſi
gne, ſperans, quod cũ Theodorico ſolenni fœdere pactus erat, aliquã Italię particulã ſibi
& Herulis attribui poſſidendã. Sed Theodoricus miſſis qui illũ & filiũ adoleſcentē, pri-
moresq́ gentis interficerēt, Herulorũ plebē cõſeruauit. Breui exinde omni Italia, & poſt
Roma, Theodoricus ſummo ſenatus & populi Romani applauſu eſt potitus. Is autē rex
omniũ quos Italia & Roma pertulerint Barbarorũ miniſſimus fuit, quod quidem ſtatim
C initio regni unico in negocio oſtendit. Siquidē mittēs ſanctũ Epiphaniũ Ticinēſis eccle
ſiæ epiſcopũ in Burgundiã, ingentē illi pecuniarũ uim ex publico fiſco dedit, quarum im
pendio redēpti ſunt & in patriã reducti, multa mortaliũ milia, ex ijs quos Gundebaldus
rex Burgundionũ in prædam abduxerat: autorq́ eſt Agnellus, Epiphaniũ ſanctitatis ſuæ
meritis, & ſingulari prudentia, ab immani Gundebaldo obtinuiſſe liberationē ſex miliũ
captiuorũ, qui in ſumma precij, à Theodorico dati, nõ fuerant comprehēſi. Is uero Theo-
doricus, ſiue Romanorũ fidem adeo duxerit ſuſpectam, ut uitam ſuam illis cõmittere du
bitauerit, ſiue ut Imperatori Cõſtantinopolitano & alijs barbaris Imperij inuaſoribus ꝓ-
pinquior habitaret, Romã ſenatus curæ & gubernationi reliquit, ſedemq́ regni Rauēnę
cõſtituit. Oſtrogothis aũt ſub ipſo Theodorico, Romã & Italiã, ſumma in pacis qete ha-
bentibus, Franci itē regnũ adaugebãt. Nã Clodoueus rex, nõ multo poſtq̃ Crotchildem
acceperat uxorē, bellũ geſſit aduerſus Gundebaldũ uxoris patruũ & Burgũdiones: quo
in bello ciuitates & oppida, Ligcrim inter & Sequanã amnes ſita, ſuo adiunxit Imperio.
D Eo tamē bello interuētu Crotchildis ſedato, alterũ q̃d multos durauit annos ſuſcepit ad-
uerſus Alemanos, cũ qua gēte nõ minus q̃ ſua uiris fortib. armisq́ inſtructiſſima prælio
decertauit: quo in prælio ſuos in fugã cõuerſos uidēs, memor eſt factus promiſſionis, quã
multoties requiſitus uxori ſeruare neglexerat, et ipſam prelij aduerſitatē ob id ſolũ ſibi ac
cidere ſuſpicatus eſt. Hinc deo cœli & terræ, quē Crotchildis uxor prędicaret, uouit illius
cõſilio, precibusq́ acquieſcere, ſi ſui ſtrato hoſtili exercitu, uictoriã obtinerēt, tãtaq́ mox
facta eſt cõuerſio, ut q̃ multa cæde afflicti, & ui repreſſi, primo fugiebãt Frãci, hoſtē repel
lerēt, ac cęde cõmiſſa in fœdã cõuerterēt fugã. Alemãis in deditionē acceptis Clodoueus
tributa eis impoſuit quotãnis diſſoluenda, & in Franciã reuerſus, uigeſimoquinto regni
ſui anno à ſancto Remigio Remēſi epiſcopo, cũ omni Francorũ multitudine baptizatus
fuit. Ea uero felicitate, poſt multas agitationes, ab Imperij Rom. inclinatione perpeſſas,
dũ illa Galliarũ pars optimũ regē nacta gaudet, Roma pariter & Italia à ſuis agitationib.
reſpirarũt. Nam Theodoricus Oſtrogothorũ rex licet Rauēnæ ſedē habuerit, amauit ta-
mē ornauitq́ urbē Romã, & multa publice ꝓuidit, ac neglectæ inſtaurationis, ſupra fidē
eorũ q̃ Barbarũ fuiſſe meminerint, maximã ſuſcepit curã. Quod q̃ à fideli et copioſiſſimo
teſte

teſte uoluerit certius intelligere, legat Caſſiodori eius epiſtolarū ſcriptoris uariarū libros, E
in quibus uidebit ipſum regē, religionis Chriſtianæ, ſacrorū locorum, ceremoniarūq; &
pontificum Rom. dignitatis curā geſſiſſe. Senatui ſæpenumero cōmendauit loca urbis,
cum ſacra, tum etiā à maioribus ſummis uiris, reipub. et Imperij fundatoribus frequētata:
præfectos architectosq; inſtituit, ſacris ædibus, capitolio, palatio, thermis, theatro, cloa-
cis, aquæductibus, & cuiuſq; opificij officinis, in priſcam formā melioremue inſtaurādis,
præfecit uigiles, qui curā diu noctuq; ſuſciperent, ne urbis ornamēta, ſtatuæ & ingeniorū
monumenta ex ære aut marmore exciſa aſportarētur. Sepulchrum Auguſti in ualle Mar
tia, Tyberim inter & uiam Flaminiā inſtaurari curauit. Et amphitheatri, quod iam maio-
ri ex parte corruerat, ſaxa loco moueri, niſi in ſolam murorū urbis inſtaurationem prohi-
buit, ſtatuas principum æneas aut marmoreas, equeſtres pedeſtresq; nominatim multas,
& generali ædicto omnes iuſſit conſeruari, adhiberiq; curā, ne illæ interirēt, quibus fides
poſteris aſſereret, uiros fuiſſe præſtantiſſimos, uirtuti magis ꝙ fortunæ inniſos, per quod
in id magnitudinis Romana res creuit, legesq; et inſtituta ſeruari, malos ciuitatis mores à F
ſanctioribus corrigi: omnia deniq;, excepta militari diſciplina, ad uetuſtam ciuitatis, quā
primus reipub. oppreſſor Cæſar ſubſtulit, formā redigi optauit. Spectacula proprijs ſui fi
ſci pecunijs ex uetuſto more ædi, & alia munera publica exhiberi uoluit: & cū aurū argē
tumue in nūmos ſignari ſuis temporibus oporteret, nullum ipſe ſignū aliud quàm prius
ſtante repub. conſuetum cudi eſt paſſus. Vt autē ciues uel nouis erigendis uel inſtauran-
dis uetuſtiorib. ædificijs maiorē haberēt cōmoditatem, calcarias in quibuſdā Italiæ inſu-
lis fieri curauit, calcēq; poſtmodū ciuibus quorū principia ædificiorū cernerent, ſine pre
cio eſt largitus. Prohibuit aūt edicto, & curā impendit attentiorē, ne quis Romanus, aut
paterna origine Italus, nedū militaret, ſed arma domi haberet. Saionibus, ut ipſe appella-
uit, ex Oſtrogotha gente per urbē regionesq; Italiæ conſtitutis, qui præfectorū centurio
nūq; uice fungētes, Barbaros ſuos in pace & ocio, à ciuiū & prouincialiū iniuria prohibe
rēt, educerētq; in turmas & phalāges, cū belli aut tumultus ratio poſtularet. Simili itē pie
tate uſus eſt erga uniuerſas Italiæ urbes: q̄d maxime oſtendit edictū adhuc extans, in quo G
ciues iubet, toto anni tēpore, præterꝙ tribus meſſium & autūni menſibus, ciuitates et op
pida frequentare, obireq; munera, quibus antea quietiſſimis reip. temporibus, florere cō
ſueuerāt: non ſolū eñ agreſtes tunc, ſed honeſto nati loco, motibus fatigati, quibus tādiu
Italia agitata fuerat, rura incolebāt. Papiæ & Modoetiæ, quæ oppida poſt Rauennā ama
uit, palatia, Arimini ſancti Stephani, & Rauēnæ ſancti Martini in cœlo aureo baſilicas,
Spoleti quoq; amplas ædes magno ſumptu ædificauit, Sipontinā ciuitatē iam tum in rui
nā uergentē, ut inſtauraret tributorū uacatione donauit, Apponi balnea quę ager Padua
nus habet, muro cōcludi, ædesq; ſuperædificari curauit. Quib. alijsq; bonis artib. præſtās
princeps effecit, ut per omnes regni ſui annos, excepto extremo, & Roma & Italia, Octa
uij Auguſti, aut Traiani, Adriani, uel melioris cuiuſpiā principis tempora nō deſideraue
rint. Et cū Roma ipſa, ab inclinatione cœpta, pauliſper reſpiraret, creuit interim & opib.
aucta eſt Rauēna. Nā licet uetuſta eſſet, quæ, ut Plinius eſt autor, Sabinenſiū ante urbem
conditā fuit oppidū, tamē primū habuit incrementū ſub Auguſto Cæſare, qui apud eam H
claſſem tenuit, perpetuo anni tēpore expeditā, qua aut ſubitis in tumultibus, aut in deſti-
natis bellorū apparatibus, Illyricum, Epiros, Macedoniā, Achaiam, Propontidē, Pontū,
Cretā, Cyprum, directa nauigatione celerius petere poſſet, ꝙ ſi ex urbe, aut alijs Italiæ lit
toribus ſoluiſſet. Fuitq; maxima Rauennæ amplitudini acceſſio oppidū Claſſenſe, quod
militum turmarumq; eius claſſis cauſa, à mercatoribus conuenisq;, ſecundū portus Cau
diani littus ædificatum, multis poſtea annis fuit populo & quidem diuite frequentatum.
Rauennam item à Tyberio Claudio Germanico cinctā fuiſſe muro, qui nunc extat, indi
cant literæ, ad portam ipſius ciuitatis, cui Aureæ eſt nomen: quem tamen murum, Valen
tinianus poſterior, Gallæ Placidiæ filius, ut autor eſt Agnellus, uel inſtaurauit, uel parte
ex aliqua ampliauit. Et poſt translatū à Cōſtantino in Thraciam Imperium, magiſtratus
ſunt primum Rauennæ conſtituti, quorum munus fuit mutuas Romanis Conſtantino-
politanisq; cōmoditates, alternatim curare: profuit tamen amplitudini ſuæ plurimū Ro-
manorū Imperij agitatio, quod Imperatores regesue aut duces plurimi, prout ſupra oſtē
dimus, illam aut inhabitauerūt, aut magis præſidijs tenuerunt, ut nulli dubiū eſſe debeat,
quin

A quin iactis tamdiu tantis opulentiæ fundamentis magnum fecerit additamentum Theo
dorici pacatã urbem Romam Italiamq́ regentis, mora tanto tempore illic facta:quando
quidem præter ædem beati Martini de qua diximus, columnis marmoreis, & Conſtanti
nopoli, & alijs marmoribus cum ab urbe ex palatio Pintiano, tum etiam aliunde auectis,
Rauennã princeps prædictus ornauit, qui aquæductũ quoq́ eiuſdẽ ciuitatis, cuius nul-
lum extat ueſtigiũ inſtaurauit: proſpexit etiã prudentiſſimus princeps Theodoricus ex-
ternarũ gentium, à quibus ſolis tũc ſibi in Italiam timendum fuit, irruptionibus:& Heru-
lis poſt occiſum Odoacrẽ, ut oſtendimus conſeruatis, nouum regẽ conſtituit, cuius no-
men non exprimit Caſſiodorus:quẽ regem cum ſuis Herulis in extremis Italiæ partibus,
apud Auguſtã prætoriã, & ſub Alpibus Apenninoq́ habitare permiſſum ipſe Theodo-
ricus in filiũ adoptauit, Clodouei regis Francorum filiam nomine Andefledam Theodo
ricus in uxorẽ accepit. Sororem uero ſuam nomine Amalafredã, Honorico Vandalorũ
& filiarum unam Halarico Viſigothorũ:alteram Gundibaro Burgundionum, neptemq́
B Amalabergam Herminfredo Thuringiorũ regibus in matrimonium coniunxit. Eucha-
rio etiã nobili, ex Balthorũ proſapia oriundo, qui Veterici fuit filius, tertiã filiam Amala-
ſunthã in uxorem tradidit:quo genero per aliquot, quibus ſuperuixit, annos tanquam fi-
lio uſus fuit. Poſſedit uero & ex priſco Romanorũ principũ inſtituto adminiſtrauit Ro-
mani Imperij occidentalis prouincias, quæ à nullis dictarũ Barbararũ gentium regibus
teneretur. Nedum enim unquam cum Frãcis, Burgundionibus & Viſigothis bella ſuſce
pit:ſed eos aliosq́ barbaros Imperij oppreſſores, q̃ad potuit ſimul in pace continuit, miſ-
ſis oratoribus cũ epiſtolis quæ extant, ne aliqua inter eos nata diſſenſio, Conſtantinopo-
litanis Imperatoribus Romanisq́ uiam patefaceret ad iura Imperij reſumenda : ſed in Hi
ſpanijs nulla ui armorũ, quod quidem legerimus captis, inde cum ſcimus aliqua tenuiſſe,
quod Caſſiodori extant decreta ad Hiſpaniarũ gubernationem ædita : extãt & literæ ad
magiſtratus in illis conſtitutos datæ : quanquã noſtra eſt opinio, gubernationem Hiſpa-
niarũ, de qua innuit Caſſiodorus, inde proceſſiſſe, quia is princeps ſuſcepit curam Vaſco
C niæ, & eripiendæ Francorũ manibus & poſtea pro generi filio conſeruandæ . Cum enim
Clodoueus rex Francorũ, quod ſuo loco oſtendemus, Halaricum Viſigothorum regem
in campis Vogladenſibus interfeciſſet, Vaſconiamq́ cum aliquot Hiſpaniæ partibus ce
piſſet: Theodoricus rex arma induit, in ſocerũ pro generi ultione:quo in bello Franci ad
triginta hominũ milia, qui Vaſconiam Hiſpaniamq́, pro Almarico Halarici filio, nõ par
uo tempore gubernauit. Siciliam uero & adiacentes Italiæ inſulas, Dalmatiam, Liburni-
amq́, & Illyrici partem in Adriaticum uergentem, armis obtinuit, duxitq́ pacatiſſimam
expeditionem trans alpes, & prouinciam Romanam primum, poſt Rhodano tranſmiſ-
ſo Narbonenſem Galliam, ac ea Galliarum loca qui extra Burgundiã ad Teutonas per-
tinent, exceptis Aluernis, regno ſuo adiecit: quam quidẽ prouinciã ciuitatesq́ Theoda-
tus nepos eius qui poſtea fuit tertius gentis Oſtrogothæ rex, multo tempore adminiſtra-
uit, extatq́ Theodorici epiſtola per quam Arelati mœnia iuſſit ſumma diligentia inſtau
rari. Pãnoniam item Sirmienſem, tanto prius tempore à barbaris laceratam, & Noricos,
D qui nũc ſunt partim Auſtrini, partim Baiorarij, regno ſuo adiũxit, quibus prouincijs Co
loſſum ciuẽ Romanũ à ſenatu Romano præſidẽ dari uoluit. Nã poſt eius ex Thracia pro
fectionẽ, Bulgari relictis ſedibus, quas ad Danubij ripas, ſecundum Pannonias & Nori-
cum habere conſueuerãt, tunc Thraciam deuaſtabant . Nec poterat tunc reſiſtere Zeno
Imperator, cum propter cæteram Imperij debilitatem, tum quia temporibus illis Conſtã
tinopolitana urbs maximo conflagrauit incendio. Quin etiam Theodoricus, futuris pro
uidens temporibus, clauſtra Italiæ, ab ipſo Alpium maritimarũ initio uſq́ ad Tridẽtinos
montes attribuit Gothorũ proceribus inhabitanda. In tramitibus autem, per quos ipſe et
cæteri Barbari erant ingreſſi, oppida excitauit, ciuitate cui nunc Tridento eſt eratq́ tunc
nomẽ, muro cincta, & Veruca arce, ad Norici & Italiæ fines, eo in loco, cui nũc Montiſal
coni eſt nomẽ, à fundamẽto ædificata. Interea dum hic eſſet Romæ & Italiæ ſub Theodo
rico ſtatus, Zenoni defuncto, q ſexdecim annis apud Cõſtantinopolim Imperauerat, ſuf
fectus eſt Anaſtaſius Imperator, ꝑ cuius tẽpora, in Italia, Africa, Hiſpanijs, Gallijs, Pãno-
nijs, & alijs ꝓuincijs, Barbarorũ uirtute, res erãt qetiſſimę, ut in occidẽtali Imperio, nil ge
ſtũ eſſe cõperiamus memoratu dignũ, pręter aliquos motus in rebus eccleſię & Roman.
pontificum

pontificum ſuſcitatos.Ipſius nãq; Anaſtaſij Imperatoris Imperij initio defunctus eſt Ro- E
mæ pontifex Romanus,etiã nomine Anaſtaſius,tuncq; magnũ in clero & Romano po-
pulo diſſidiũ eſt ortũ. Symmachus nanq; in Lateranẽſi,quã appellabãt Conſtantinianã,
& Laurentius in beatæ uirginis,quę noua dicitur,ædibus,uterq; Romanus,in pontifices
ſunt electi.Quorũ controuerſiæ ſedandæ cauſa,cum Rauennam ad Theodericũ utriuſq;
fautores acceſſiſſent, cenſuit rex illũ qui prius,& à meliori parte fuiſſet electus,in pontifi
cem accipi, obtinuitq; Symmachus:q Chriſtiana uſus clemẽtia,Laurentiũ competitorẽ,
aduerſariumq; Nucerini epiſcopũ dedit. Sed Romani, quos parata per Theodericũ pax
iam faſtidiret,poſtq; Barbarus ceſſabat gladius,inteſtinis diſcordijs ſeſe inuicẽ lacerarũt.
Et Laurentio Romam reducto, cauſam iterum Rauennam deferri oportuit.Quam ut ſe
daret rex, canonũ ignarus,Petrum Altini epiſcopum Romam miſit,nõ magis ut de con-
trouerſia iudicaret,q̃ ut utroq; eiecto in pontificatũ ipſe ſe intruderet.Fuit uero conſtans
animo,& prudens Symmachus. Qui epiſcopis Italiæ ad centũ uiginti cõgregatis,primũ
ſe purgauit à criminibus,quæ falſo obiecta erant:inde clero per ſynodi autoritatẽ recon- F
ciliato,Petrum Laurentiumq; obtinuit relegari . Nec tamen deſtiterunt ab inceptis Ro-
mani,ſed Fauſto exconſule,pontificẽ clerumq; defendẽte,ac armis protegẽte , Probinus
item Exconſul,eò prorupit inſaniæ,ut plebẽ accuratiſſime cõcitarit. Vnde cædes ciuium
in prælio eſt cõmiſſa. Eoq; furoris eſt ꝓceſſum, ut in ſacerdotes uirginesq; ſacras Symma
cho fauẽtes à Probini ſatellitibus ſit graſſatũ. Per Anaſtaſij itẽ Imperatoris tempora,non
ſatis ualuerunt Theoderici regis conſilia, quin Barbari Romanarũ prouinciarum inua-
ſores,poſt quã ſe à Romanis armis tutos uiderunt, inter ſeipſos bello contenderẽt. Nam
Clodoueus rex Francorũ,quem Crotchildi uxore hortante,ad Chriſti domini fidem cõ-
uerſum & à ſancto Remigio epiſcopo baptizatũ oſtendimus : poſtquã regnum Franciæ
longe lateq; ampliarat, in Viſigothos exarſit,quos propter Arrianã labem iudicauit pro
infidelibus perſequendos.Is itaq; rex procerũ concilio apud Pariſios habito,cum ſatis de
bello gerendo conſtitũtũ eſſet,uouit baſilicam principi apoſtolorum,quæ nunc ea in ci-
uitate inſignis uiſitur,ſi uictoriã de eccleſiæ hoſtibus obtineret. Erat tũc apud Picthauos G
urbẽ Halaricus rex Viſigothorũ, qui Valliæ ſubrogatus, duodecimũ annum tunc regna
bát:duxit itaq; per Turonios Clodoueus,& in celeberrimo Martini tẽplo,multis pro ui-
ctoria uotis ſe obligauit . Inde Vizena amne uadato,conſtitit in cãpis Voglatenſibus,in
quos decimo à Picthauis miliario diſtãtes Halaricus & ipſe duxerat,ſignis collatis decer
nẽre paratiſſimus. Aluerni etiã originem ſuã in Italos referẽtes,Romanæ reipublicæ fidẽ
ad ea uſq; tempora ſeruauerãt.Ideoq; Apollinare quodã Romano, qui dudum apud eos
fuerat , hortãte, Viſigothorũ partes ſunt ſecuti,quoniã eis ſeruauerant pacem à Conſtan
tio comite conſtitutã.Itaq; cõmiſſum eſt præliũ:in quo Viſigothis & Aluernis ſuperatis,
rex Halaricus & Apollinaris ceciderũt.Secundũ id præliũ miſit Clodoueus Theodericũ
filiũ ex ancilla ſuſceptũ in Albienſes, Ruthenosq; Viſigothorũ ſubditos,ac in Auernos,
ut diximus,ſocios : quibus ſubactis & Francorũ regno additis,in Tholoſam tũc caput re
gni Viſigothorũ, Vaſconiamq; Theodericus arma conuertit. Almaricus uero, quẽ Hala
ricus unicum habuerat filium,ſeſe intra Pyrenæum cõmuniuerat. Quare licet Tholoſam H
cum paternis theſauris & Vaſconiã amiſerit,Hiſpaniam ulteriorẽ cum Pyrenæi ſaltibus,
prout pater poſſederat defenſauit. Cũq; pacẽ obnixe peteret , procliuis in illã primo fuit
Clodoueus:& tamen pauló poſt Arrianã hæreſim audiẽs in Engoliſma & Burdegalla ci
uitatibus,magis q̃ alibi in Viſigothorum regno feruere,eas aggreſſus ciuitates,cepit di-
ripuitq; ; & cæde Viſigothorũ ciuiumq; qui hæreſi abrenunciare diutius recuſarunt com
miſſa, epiſcopos in illis catholicos inſtituit. Ea cũ eſſent Anaſtaſio Imperatori renũciata,
gauiſus eſt ultionẽ de Viſigothis Romanæ rei euerſoribus Imperij ſui temporibus ſum-
ptam eſſe. Et ob eam rem bene geſtam, Clodoueo tunicam blacteam, epiſtolasq; miſit, in
quibus eum Patriciũ conſulemq; appellauit . Erat Turoni Clodoueus, quãdo tantum ab
Imperatore Romano munus accepit . Quare uotis rite ſolutis, poſt ſolẽnes Chriſtianorũ
cerimonias, eam induit ueſtem, & ſedens in equo numũ in multitudinem, quæ magna ex
Francorum regno ad id ſolenne conuenerat, diſperſit. Acclamauit uero tunc multitudo,
non patricium fore & conſulem ſolũmodo, ſed Auguſtum etiam Clodoueum. Qui ea ſo
ciatus pompa, Pariſios accedẽs, eorũ urbem, tunc primo regni Francorum ſedem, prout
in hanc

A in hanc diem eſt ſeruatũ, fore conſtituit. Quę intellecta Theodoricus Oſtrogothorũ rex,
tũc, ut oſtẽdimus, in Italia potẽtiſſimus, ægerrime tulit, uel quia ſoceri Clodouei audaciã
dãnarit, uel, quod magis credimus, quia illum indigne tulerit tantã cũ Romano Impera-
tore amicitiã iũxiſſe. Itaq; Theodoricus coactis lectiſſimis quibuſq; militibus, qui ad qua
draginta armatorũ milia fuere, maiori parte & Gepidarũ Ilbam comitẽ præfecit ducem.
Eiq; in Vaſconiã ducenti occurrerunt Franci, quos Clodoueus prouinciæ illius præſidio
deputauerat. Cõmiſſum aũt eſt præliũ utriq; exercitui periculoſiſſimũ, ſuperiores tamen
fuerunt Itali regis copiæ: & Francis qui in Vaſconia erãt, ad triginta hominũ milia profli
gatis magnaq; ex parte cæſis, recepta eſt pro Almarico defuncti Halarici filio Vaſconia,
quã illi certo tempore Theodoricus, prout ſupra diximus, proprio Oſtrogothorũ præſi-
dio defenſauit. Quia uero exercitus, quẽ Ilba in Hiſpanos Viſigothos duxerat per Ligu-
riam tranſiens eam afflixerat prouinciã, tribunus aliquot annorũ Liguſtinos & frumenti
copia ex horreo publico donauit. Quo in tẽpore ut aduerſus omẽs motus qui per Hiſpã
B nias aut Gallias orirent̃, paratior foret, naues omni in maritima Italiæ ora nouas fieri, &
Rauennã duci curauit. Dum ea in Gallijs & per Italiã agũtur, Hormiſda pontifex Roma
nus Fruſinone oriũdus, defuncto Symmacho ſuffectus erat. Hic epiſcoporũ prouincialiũ
ſynodũ apud urbẽ, hortãte Theodorico rege, coegit. In qua innouauit dãnationẽ hæreſe
ós Eutychanæ, & oratorib. quinq; ex clero, quorũ duo fuerũt epiſcopi, Cõſtãtinopolim
miſſis, Ioannẽ Cõſtantinopolitanũ epiſcopũ, ac per eũ Gręcos omnes ab illa hęreſi iuſſit
deterreri. Sed epiſcopus clerusq; Cõſtantinopolitanus, Rom. pontifici inobediẽtes fue-
rũt. Anaſtaſius etiã Imperator requiſitus decretis Rom. pontificis, in quib. Eutychus dã-
nabat̃, ſubſcribere recuſauit, addiditq; cõtumaciæ ſcelus, quod oratoribus Conſtantinopoli
eiectis ad Hormiſdã pontificẽ literas dedit, in quibus iuſſa illi à ſe accipienda, potiuſquã
ſibi præſcribenda fore cõtendit, ut merito eius mortẽ quæ breui eſt ſecuta, diuino iudicio
inflictã cõſtans omniũ fuerit opinio. Nam eodẽ anno, qui fuit Symmacho et Boetio Tor
quato cõſulibus, fulmine afflatus, idẽ interijt Imperator. Cui cũ eſſet ſubrogatus Iuſtinus
C ſenior, nedũ Eutychiana hæreſis, ſed in paucorũ annorũ ſpacio, omĩs labes ex Chriſtiana
religione, per uniuerſum orientale Imperiũ eſt ſublata. Mortuo interim Hormiſda, ſuffe-
ctus eſt in Romanũ pontificẽ Ioãnes natione Thuſcus, per cuius tẽpora Iuſtinus Impera
tor hæreſum radicib. per orientẽ extirpandis intentus, eiecit omnes eius ſectę epiſcopos;
priuauitq; cõmiſſis eccleſijs ſacerdotes. Tulit uero eam rem grauiter Theodoricus Italiæ
rex, ipſa Arianorũ labe, quã maiores ſui ſub Valente Imperatore imbiberãt, inquinatus.
Quanq; non magis moleſtã habuiſſe Arianorũ inſectationem quam ſuſpectam omnẽ boni
Imperatoris noui uitã duxiſſe uidet̃. Hinc optimos ciues Romanos. Symmachũ & Boe-
tiũ ſuſpectos habuit, eoſq; exacto cõſulatus anno, deferentib. Opilione & Gaudentio fa
ctioſiſſimis ciuibus, Papiã relegauit. Quo in tempore Theodatũ nepotem ex Narbonẽſi
prouincia reuocans Etruriæ præfecit, cuius prouincia nonnullas illis urbes attribuit iure
proprio poſſidendas: & ne Romani ciues ob Symmachi & Boetij relegationẽ, de ſolita
benignitate diffiderẽt, rex Senatui permiſit unũ ex gente patritia mitterent Theodato in
D Narbonenſi prouincia ſucceſſorẽ: & tamẽ eo qui ſecutus eſt anno Ioannem ſummũ pon
tificem, Agapitũ & Patriciũ conſules, ac Theodorum & Importunum, alterumq; Agapi
tum ſenatores, præſtantiſſimos ea tempeſtate uiros Roma eijcere, ac omnino tollere cõ-
ſtituit: Idq; ut aliqua ſimulatione tectius faceret, ipſos legationis nomine miſit Cõſtanti-
nopolim ad Iuſtinũ: utq; eam legationis ſimulationẽ melius concinnaret, eccleſiæ Rauẽ
natis epiſcopũ, ipſis oratoribus adiunxit: fuit uero legationis ſumma, ut agerent cum Iu-
ſtino Imperatore, de epiſcoporũ ſacerdotumq; Arianorũ reſtitutione, qua denegata aut
diutius dilata, ſeſe cõminatus eſt omnem Italiam, & urbem Romã cædibus & incendio
uaſtaturũ. Appulſa Conſtantinopolitanæ terræ naui, quæ tantos detulerat oratores, Iuſti
nus cum cleri & populi pompa obuiã eſt progreſſus, ad põtificiſq; pedes proſtratus, illũ
pro dei uicario adorauit. Is ſummus pontifex maximis honorib. introductus, mandata ſi-
mul cũ Romanis conſulibus ſenatoribuſq; & Rauennate epiſcopo expoſuit. Quibus ab
Imperatore auditis, magna utrinq; dicentiũ audientiumq; commiſeratio eſt oborta, hinc
fidei cauſa, ſi Ariani tolerarentur, inde urbis & Italiæ deſolatione, ſi impio regi nõ ſatisfie
ret animos diſtrahentibus: uicit tamen grauiſſimorũ in quibus timor domini ſanctus per

maneret,uirorũ ſentẽtia,poſtponendã,quæ ad tempus in integrũ reſtitui poſſet,fidei cau E
ſam urbis & Italiæ ſaluti,quarũ populos gladio occiſos nulla poſſet principum,nulla põ-
tificum, aut conſulũ potentia inſtaurare.Dimiſſurus etiã oratores Iuſtinus,ut in illorũ ho
nore,ſuo itẽ cõſuleret, à Ioãne pontifice, cõſulibus Romanis, ſenatoribusq; ſubminiſtrã
tibus,uoluit coronari.Adduxerũt uero impenſi effuſius Pontifici & Romanis à Iuſtino
honores Theodoricũ maiorẽ in ſuſpicionẽ.Et ꝗ prius ſumma digniſſimus laude tot ꝑ an
nos,meliorib. quos anteacta tuliſſent ſecula, principibus Romanis æquari meruit,ad ex
tremũ uitæ flagitijs ſe inquinauit.Nã tentos Rauẽnæ,Ioannẽ pontificem,cõſules & ſena
tores Rom.famis cruciatu in carcere occidit.Boetiũ uero & Symmachũ in Papia, ubi ali
quot exulauerat annis,iuſſit iugulari: ꝗ in tẽpore Eccleſius Rauẽnæ epiſcopus ab infau-
ſta legatione illa reuerſus,baſilicã ſancti Vitalis quæ nunc Rauennæ inſignis uiſit̃, ſimul
cũ Iuliano argentario exædificauit.Factum aũt uidetur in crudelitatis qua Theodoricus
præter mores ſuos uſus fuerat ultionẽ,ut apopleſi,ſiue ut uult Agnellus,uẽtris profluuio
interierit,nonageſimo octauo die, poſtq; Ioãnes põtifex et Romani illi obierãt, atq; an- F.
no duodequadrageſimo , poſtq; Italiæ dominio potitus erat. Quanq; Procopius in belli
Italici aduerſus Gothos principio refert, Theodorico poſt occiſos Boetium & Symma-
chũ cœnanti cũ eſſet caput piſcis oblatũ, horrendã in illo uiſam Symmachi faciẽ,quæ la-
bro inferiori mordicus apprehẽſo, ſibi toruis oculis minaret̃,eoq; conſternatũ pauore re
gẽ incidiſſe ægritudinẽ:in qua leuitatẽ ſuã confeſſus fuit,ꝙ ſcilicet pontificẽ ſanctũ uirũ,
& cũ eo alios inſignes Romanos,tũc maxime præſtantiſſimos uiros Symmachũ & Boe
tiũ,ad perditorũ hominũ ſuggeſtionẽ occidit , & paulo poſt eam confeſſionẽ ilico expi-
rauit.Simile certiusq; teſtimoniũ ſubitę mortis inflictę regi Theodorico ad pœnã iniqta
tis,affert ſanctus eccleſię doctor Gregorius in dialogo,ubi ſcribit Solitariũ magnę uirtu
tis uirũ apud Lipparim inſulã in eremo habitantẽ,qua die defunctus eſt Rauennæ Theo
doricus,Gotho cuidã nobili tunc dixiſſe uiſam à ſe Theodorici regis animã,quæ à Ioãne
Rom.pontifice & Symmacho,quos per id tẽporis occiderat,in ollam Vulcani mergẽda
portaret̃. Theodorico ſine uirili prole defuncto,Amalaſuntha filia tũc uidua cũ Athala- G
rico filio ſuo,quẽ ex Eucherio Oſtrogotho,magnę nobilitatis uiro ſuſceperat,octauũ an
nũ ætatis agẽte, in regno ſucceſſerũt. Adhibuit uero prudẽs regina ſingularẽ in ſubditos
cũ humanitatẽ,tũ diſtrictionis moderationẽ,quę cũ Gothos ſeuere ne quempiã læderẽt,
contineret,laxiore Roman. q; feciſſet Theodoricus gubernatione eſt uſa,& inter aliqua
quæ reſcidit à genitore facta,filijs Symmachi & Boetij patrimoniũ reddidit. Sed Athala
ricũ filiũ ea erudiri & Roman.moribus ac diſciplinis imbui diligẽtia curare cœpit,ut faci
le in optimũ principẽ fuerit euaſurus, niſi tres Gothi illius educatores rapinis ꝗbus aſſue
ti erãt inhiãtes , prudẽtis id reginæ conſiliũ peruertiſſent,nõ placere Gothis dicẽtes eorũ
regẽ ſub præceptoribus uiuere, formidinẽ ſibi per uerbera minasq; incutientibus,cũ ecõ
tra expediret uitã inter Gothorũ duritiẽ acturum,omni ſolutã maioris reuerẽtia,inter co
æqualesq; uiuentẽ arma & equos tractare, quibus animi uigor, generoſitasq; à maiorib.
accepta in dies augeat̃ . Quæ cũ Amalaſiuntha barbarorũ inſidias timẽs libenter audiſſe
ſimulaſſet, Athalaricũ paulo maioribus natu permiſit educandũ. Etſi uero puerũ ſodales H
omnib.uitijs ſtatim infecerũt, matri tamen obſequens erat, ꝙ eum Gothosq; educatores
ſuos terreret Iuſtini Imperatoris optimi uirtus, in quã Theodorico etiã potẽtiſſimo regi,
ut oſtendimus ſuſpectã, Romanos Italiæq; populos reſpicere formidarent. Hinc pacem
cũ Vandalis, Frãcis, Viſigothis, Burgundionibusq; & alijs barbaris à Theodorico para-
tam,cõmuni cõſilio cõſeruarunt. Turbauit uero hanc reginæ & nati concordiã,mors Iu-
ſtini, quæ ad primi anni illorũ regni finẽ,Lãpadio & Oreſte cõſulibus eſt ſecuta. Siquidẽ
ea in rerũ animorumq; cõmotione, quã principum mutationes efficiunt, Athalaricum ſo
dales metu Imperatoris liberati, facile in laſciuiorẽ uitã tranſuerſum egerũt,adeo ut nedũ
matrẽ audire, aut alloqui dignaret̃, quin potius ipſi inſidias parari pateret̃. Quibus artib.
cũ ſe regina priuari regno uideret, Theodatũ primo ſibi ex gẽte Amala conſobrinũ , mul
tas per Etruriã, ut oſtendimus ciuitates tenentẽ, & eam adminiſtrantẽ prouinciã, qui et i-
pſe pueri ſeductorib. cõſentiret, coercuit pecunijs multatũ diſſoluendis Etruriæ populis,
à quibus repetundarũ fuerat accuſatus . Inde filio Athalarico, cum ſodalibus ſuis Romæ
relicto Rauennã ſe cõtulit : & cũ nequiret filiũ à pernicioſa uita reuocare, ꝗd proximum
fuit,

A fuit,tres Gothorũ proceres,qui malorũ conſiliorũ puero ſuaſores erant,interfici curauit.
Eam aũt dicit Procopius,Iuſtiniano Imperatori,quem Iuſtinus ex ſorore nepotẽ reliquit
ſucceſſorẽ,ſuaſiſſe Italiæ recuperationẽ:q̃d cũ à prudentis fœminę quã omnes ſcriptores
ſummis efferũt laudibus,uita & motib.abhorreat,et nullus alius uel tenuiter innuat,uero
ſimile nõ uidet̃.Athalaricũ etiam quẽ moribus inquinatiſſimis,Procopiũ ſecuti fuiſſe di-
ximus,omĩa ad Theodorici exẽplar,& fortaſſis quantũ paſſa eſt ętas,meliora geſſiſſe,ex
Caſſiodoro eius etiã epiſtolarũ ſcriptore cõpertũ habemus. Siquidẽ licet ſecta Arianus
eſſe nõ deſierit,Bonifacium & Ioannẽ,cui Mercurio fuit etiã nomen, ſummos põtifices,
quos ſua habuerũt tẽpora,nõ ſolũ ipſe proſecutus eſt fauorib.& honore,ſed à Rom.ſena
tu ac populo honorari curauit.Decreta eius extãt,de epiſcopis à Rom.pontifice et nullo
alio ordinandis,de rebus ſacris à nemine diſtrahẽdis,& demũ de eccleſiaſtica libertate ſe
uerius cõſeruanda, ciues & Rom.& Italiæ oppidorũ urbes frequentare,ac bonis artibus
operã dare,edicto iuſſit:ſalarijs in urbe Rom.liberaliũ artium præceptoribus,q̃d multos
B annos fuerat neglectũ cõſtitutis:& inchoatã à Theodorico publicorũ urbis ædificiorum
inſtaurationẽ adeo cõtinuauit , ut marmora oportuerit aliunde aduehi,quæ in ruinis in-
ciperẽt deeſſe. Nec quippiã ab eo cõijcimus perperã factũ,præter Opilionis Symmachi
& Boetij delatoris ſublimationẽ ad comitiuã ſacrarũ largitionũ, quæ uidet̃ fuiſſe ærarij
pręfectura. Titubauit tamẽ ad extremũ pueri regnũ ob Francorũ Burgundionũq; in Ita-
liã aduentũ,q hunc maxime in modũ fuiſſe uidet̃.Clodoueo rege Francorũ mortuo,Clo
domir , Childebertusq; eius filij, in regni paterni diuiſiõe,partes Burgundionũ regni,A-
lemanorũq; quas occupauerat Clodoueus,& quęq; in alpibus ad Italiã ſpectãt,Theode-
berto eorũ nepoti,quẽ in Metenſib. regẽ conſtituerũt,regendã poſſidendamq; dederũt.
Is itaq; Theodebertus adoleſcẽs, rapinis pridẽ aſſuetus,utpote quẽ Theodoric9 pater in
Alemanorũ expeditiones duxerat,prouinciã Rom. cuius caput eſt Maſſilia Septimano
rũ,quæ regis Italici eſſet,inuadit.Quod cũ intellexiſſet Amalaſiuntha,ad reges Francorũ
mittẽs,pericula oſtendit ab Imp.Iuſtiniano tũc florẽte imminẽtia,ſi Rom.reipub.prouin
C ciarũ inuaſores,præſertim Italiæ propinqui,bellis inuicẽ diſſiderẽt, fœderaq; Athalaricũ
inter filiũ & Theodebertũ cõſtitui impetrauit.Etſi uero qualia fuerint fœdera,nõ ſatis ha
bemus compertũ,tamen conſtat Theodebertũ Rom. prouinciã in uim ipſorũ fœderũ te
nuiſſe.Acceſſit etiã pueri regis Athalarici incõmodis, q Theodatus ob acceptã à regina
Amalaſiuntha iniuriã,& quia Burgũdiones Francosq; tũc uicinos Italiæ timeret,cũ Iuſti
niano,prout autor eſt Procopius, egit, ut Italiæ receptioni per Hetruriã manus inijciens
pecunijs ſeditaret,quarũ adminiculo ocioſam in Cõſtantinopoli uitã degeret.Sed etiam
reginæ animi perplexitatẽ, & Theodati cogitationes in noua mutauit cõſilia Athalarici
regis obitus.Octauo eñ q̃ cũ regina matre regnũ aſſumpſerat anno,defunctus eſt.Tunc
Amalaſiũtha , cõmodius ſibi proceſſuram gubernationẽ arbitrata, ſi quempiã aſſumeret
adiutorẽ,Theodatũ ex gente,ut diximus,Amala,ſibi conſobrinũ ad ſe uocauit,& multis
in eam ſententiã dictis,ut facile potuerit homo cupidus illatã inultæ iniuriã anteactæ ui-
tæ potius q̃ reginæ ſimultati attribuere,illumq; poſt reconciliatã gratiã regni conſortẽ de-
D clarauit.Erat uero Theodatus, Latinis,Græciſq; literis eruditus,& inter philoſophos,q-
bus operã impenderat,Platonẽ maxime ſectabat̃, qui,ut aſſerit Caſſiodorus,temporum
ſuorũ hiſtoriã ſcripſit.Cæterũ qui omni in uita iners incõſtanſq; fuiſſet, tũc ætate iam grã
dior adeo imbecillis eneruiſq; fieri cœperat,ut nulli rei præterq̃ cumulãdæ pecuniæ, cui
auidiſſime inſeruiebat,uideret̃ idoneus. Et tamẽ regina impellẽte unicũ inito regno ædi
dit uirtutis munus.Nam dũ Amalaſiuntha ipſum in Rauennã regni participẽ fore conſti
tuit:Theodebertus Metenſiũ rex, Burgũdiones multa armatorũ milia in Liguriã atq; E-
miliã,Alemanos uero in Venetiã miſit,in quos delatus eſt cum Gothis Italiſq; militibus
Theodatus.Et licet multo minora fuerint q̃ de ſe per litteras Caſſiodori ipſe prædicat,u-
tranq; tamẽ gentẽ nõ ſine illorũ cæde Italia expulit, atq; etiã miſſo exercitu quẽ utraq; in
expeditiõe habuerat,prouinciã Ro. per legatos recepit. Tegebat aũt multũ ipſius regis
ineptias uirtus reginæ omnia adminiſtrantis. Hinc illa proceſſiſſe uident̃ quæ Caſſiodo
ri epiſtolæ oſtendũt,prouiſa prudẽter pax à Iuſtiniano Imperatore,& pariter à Francis re
gibus Theodebertoq; nepote per datas multiplices epiſtolas,miſſoſq; oratores etiã ex ſe
natu enixius potita. Hinc ſummi pontificis ueneratio & ſuſcepta accuratius cleri ſacra-

rumq́ꝫ rerũ protectio. Hinc auecta magnis ſumptib. ex Conſtãtinopoli marmora, quibus B
Romã ornari curauit. Hinc liberalitas proceſſit, qua in Ligures Æmyliẽſesq́ꝫ et Venetos
uſus fuit. Ipſis em̃ populis ob accepta à Burgundionib. & Alemanis dãna, tertiæ partis u-
nius anni annonã ex publico eſt largitus: quã quidem annonã Ligures & Æmyliẽſes ex
Terdonẽſi Papienſiq́ꝫ, Veneti ex Taruiſino atq́ꝫ Tridentino horreis acceperũt. Hũc etiã
regẽ ſcribit Caſſiodorus elephantos tũc ex ære uia ſacra ad naturalẽ beſtiæ magnitudinẽ
extantes, qui ruinã minabanť, inſtaurari iuſſiſſe, ea ut uideť ratione, ꝙ populi Rom. con-
duceret animorũ ſeruandę generoſitati, ſi pueri adoleſcentesq́ꝫ beſtias intuerenť, in quas
maiores pugnare nõ horruerint decori inſeruiẽtes. Sed cũ Theodatus rapinis pro ſui in-
genij uicio manum appoſuiſſet, diſſuaſiſſetq́ꝫ illi primo, & poſt obſtitiſſet Amalaſiuntha,
mox homo perditiſſimus, ſumma ingratitudine uſus, eã in lacus Vulſinẽſiũ inſulã relega
uit, occidiq́ꝫ permiſit à filijs & agnatis Gothorũ procerũ, quos Atalarici corruptores, re-
ginã oſtendimus interfici curauiſſe. Tulerũt eam mortẽ ægerrime, nõ Oſtrogothi modo,
ſed & Romani Italiq́ꝫ omnes, ut ſi aliquis apparuiſſet, ad quẽ tunc ſumma rerũ deferri po F
tuiſſet, fuerint defecturi. Fuit nanq́ꝫ mulier illa, ſi Caſſiodoro credimus grauiſſimo auto-
ri, inter primarias rariſſimasq́ꝫ adnumerãda, quã ille dicit uidere uenerandã, audire loquẽ
tem, fuiſſe miraculũ, quæ Græcis Latiniſq́ꝫ literis egregie imbuta erat, omniũ gentium na
tionumq́ꝫ quæ Romanũ inuaſerãt Imperiũ linguã ex illarũ uernaculo uocis ſono loque-
bať. Eã uero tantæ grauitatis, tantæ in ſimulãdo & diſſimulãdo prudẽtiæ prædicat fuiſſe,
ut cũ diſcolos inſolẽtesq́ꝫ & graſſatores cõpeſcere curaret, nullã illi ab ea offenſam ſe per
peſſos & dicerẽt & ſentirent: unde tantã comparauerat autoritatẽ, tantũ ſibi cõciliauerat
omniũ amorẽ, ut rem illi odioſam cõmiſiſſe, ſi etiã nulla timereť pœna, nephariũ ducere-
tur. Ita illius morte poſt factũ cõſyderata, anxius Theodatus, Oſtrogothis proprio timen
tibus periculo maxime memorantibus exiſtimare cœpit quantũ immineret periculi, ſi Iu
ſtinianus ſumpta occaſione necis Amalaſiũthæ, cuius uirtutẽ dilexerat, Italiã inuaderet.
Itaq́ꝫ placaturus Imperatorẽ inter multas quas ad illũ uxorẽq́ꝫ Theodorã dedit epiſtolas,
unã accuratius ſcripſit. In qua Romã Italiamq́ꝫ loquẽtes facit, pacẽ optimo regi, doctiſſi- G
mo principi, Romę & Italiæ amãtiſſimo patri mitiſſimoq́ꝫ domino implorare. Et cũ eſſet
uiſum in tanto timore ſuo parũ ſenatores Rom. mittere oratores, Agapitũ etiam pontifi-
cem ſummum miſit: nec tamen illũ commeatu in uiaticum iuuit, ut bonus pontifex uaſa
aurea argẽteaq́ꝫ ex beati Petri ſacrario ſumpta, fœnori ſubijcere, quo pecuniã ab uſurarijs
perciperet, ſit coactus. Quem cũ Iuſtinianus, ſumma ueneratione in Cõſtantinopolim de
ductũ, de Eutychiana hæreſi interrogaſſet, orta eſt inter eos de rebus fidei ultima alterca
tio. Iuſtinianus em̃ ab Anthemio Cõſtãtinopolitano epiſcopo ſeductus, petijt eam labẽ
à ſummo pontifice cõfirmari. Cui nedũ conſenſit Agapitus pontifex, ſed magno reſiſtẽs
animo, illũ pro Iuſtiniano appellans Diocletianũ reſipiſcere fecit, & Anthemio hæreſis
fautore eiecto, Mennã in Conſtantinopolitanum epiſcopũ ordinauit. De pace uero cũ
mãdata põtifex expoſuiſſet, ita adulãter et ſimulate reſpõdit Imperator, ut poſthac nimis
ſibi ſecurus rex Theodatus multa ſit auſus, quę illius ſtatũ ruere adiuuarunt. Siquidẽ Aga
pito quamprimũ Romã redijt defuncto, clerũ Rom. quod nullus ante tyrãnus intẽtauit, H
Theodatus rex in electionẽ quã faceret, illata ui cõſenſum promittere coegit, & pecunia
per pactionẽ accepta, Syluerium in pontificem creauit. Qua ex re, cum maximã cõflaſſe
inuidiã, & multos ſe delatũ Cõſtãtinopolim acceſſiſſe intelligeret, incœpit melioris uitæ
inſtitutionẽ populis oſtentare, tributis alicubi imminutis, & omnibus liberatis, qui fiſco
obnoxij, aut delicti in rempub. admiſſi cauſa in cuſtodia haberenť. Eius tamen ineptiſſi-
mi, & iã omnib. inuiſi regis conatus, maxime inanes reddere cœpit annonæ penuria per
uniuerſam Italiã orta. Cuius multo minorẽ, ꝙ uinorũ ſuſcepit curã. Nanq́ꝫ audiens in Ve
ronenſi agro acinaticũ eſſe uinũ odoris ſaporiſq́ꝫ ſuauiſſimi, magnã eius uim ſummo cũ ſi
ſci impẽdio Romã aduehi curauit. Vinũ etem̃ illud aſſerit Caſſiodorus colore purpureo
fuiſſe regiũ, ſapore præcipuũ, dulcedo cuius ineffabili ſuauitate ſentiebatur, cũ tamen &
tactus eius denſitate pingueſceret, ut carneus liquor aut potio edibilis uidereť. Sed anno
næ penuria ſubleuãdæ cauſa factũ eſt, ut ad tribunos maritimos Venetiarum dederit epi
ſtolã, q̃ nouę urbis Venetę, pauloante uti oſtẽdimus inchoatę, prima incremẽta qualia
fuerint, ante oculos ponit, & haud ſecus deſignat q̃ ſi ad tãti populi, tãq́ꝫ excellentis urbis
oſtenden-

A oſtendendam originẽ, tunc à Caſſiodoro Rauenna oriundo, & qui locũ inſpexit, perſcri
pta fuiſſet. Cũ nanq; miſiſſet Theodatus rex in Hiſtriã Laurentiũ quendã, procuraturũ an
nonã, quæ Rauennã aduheheret exercitibus & Italiæ populis diſtribuẽda, dictis Venetia
rũ tribunis in hæc uerba Theodatus ſcripſit: Data pridẽ iuſſione cẽſuimus, ut Hiſtria pro
uincia, uini & olei ſpecies, quarũ præſenti anno copia indulta perfruit, ad Rauennatẽ fe-
liciter dirigeret manſionẽ. Sed uos qui numeroſa nauigia in eius cõfinio poſſidetis, pari
deuotione grata prouidete, ut q̃d illa parata eſt tradere, uos ſtudeatis ſub celeritate porta
te. Similis erit quippe utriq; gratia profectionis, quãdo unũ ex his diſſociatũ impleri non
permittit effectũ. Eſtote ergo prõptiſſimi, ad uicina qui ſępe ſpacia trãſmittitis, infinita ꝑ
hoſpitia quodãmodo ueſtra diſcurritis, qui per patriã nauigatis: Accidit etiã ueſtris com
modis, quod uobis aliud iter aperit, perpetua ſecuritate tranquillũ: nam cũ uentis ſæuien
tib. mare fuerit clauſum, uia uobis pandit per amœniſſima fluuiorũ: carinæ ueſtræ flatus
aſperos eorũ cũ non paueſcũt, terram cũ ſumma felicitate cõtingunt: putant eminus per
B prata ferri, cõtingit alueũ nõ uideri. Tractę funibus ambulant, quę ſtare rudẽtibus cõſue
uerãt. Et cõditione mutata pedib. iuuãt homines naues ſuas. Vectricẽ ſine labore trahũt,
& pro panno uelorũ utunt paſſu proſperiore nautarũ. Iuuat referre quemadmodũ habi-
tationes ueſtras ſitas eſſe perſpeximus. Venetiæ prædicabiles, quondã plenæ nobilibus.
ab Auſtro Rauennã Padumq; cõtingunt, ab oriẽte iucunditate Ionij littoris perfruunt,
ubi alternus æſtus egrediẽs modo claudit, modo aperit faciẽ reciptoca inundatione cam
porũ. Hic uobis aquatiliũ auiũ morę, domus eſt nanq; terreſtris, modo cernit inſularis, ut
illic magis exiſtimes eſſe Cyclades, ubi ſubito locorũ facies reſpicis immutatas. Earũ qp-
pe ſimilitudine, per æquora lõge patẽtia domicilia uident ſparſa, quę nõ natura protulit,
ſed hominũ cura fundauit, uiminib. flexis inligatis, terrena illic ſoliditas aggregat, & ma
ritimo fluctui tã fragilis munitio nõ dubitat opponi, quãdo uadoſum littus moles neſcit
eijcere undarũ, & ſine uiribus fertur q̃d altitudinis auxilio nõ iuuatur: habitatorib. igitur
una copia eſt, ut ſolis piſcibus expleant, paupertas ibi diuitibus ſub æqualitate conuiuit.
C Vnus cibus oẽs reficit, habitatio ſimul uniuerſa cõcludit, neſciũt de pęnatibus inuidere.
& ſub hac mẽſura degẽtes, euadũt uitiũ, cui mundũ cõſtat eſſe obnoxiũ. In ſalinis aũt ex-
ercẽdis tota cõtentio eſt: pro aratris, ꝓ falcibus cylindros uoluitis, inde uobis fructus ena
ſcitur, quando in ipſis, & quæ nõ facitis, poſſidetis. Moneta illic percutit uictualis, arti ue
ſtræ omis fructus addictus. Poteſt aurũ aliquis minus quęrere: nemo eſt, qui ſal nõ deſide
ret inuenire. Merito, quãdo iſti debet omnis cibus, ꝙ poteſt eſſe gratiſſimus. Proinde na-
ues quas more animaliũ ueſtris parietib. alligaſtis, diligẽti cura reficite, ut cũ uos uir expe
riẽtiſſimus Laurẽtius, q̃ ad procurãdas ſpecies eſt directus, cõmonere curauerit, feſtine-
tis excurrere, quatenus expẽſas neceſſarias nulla difficultate tardetis, q ꝓ qualitate aeris
cõpendiũ uobis eligere poteſtis itineris. Habuit itaq; urbs Veneta, in eo duo de quinqua
ginta annorũ, Theodorici, Athalarici, & Theodati regũ quietiſſimo tẽpore, ſupra cõmu
nem conditarũ à fundamentis urbiũ conſuetudinẽ, mirabile incrementũ: Padua eñ urbe
euerſa, ſoli primũ Patauini optimates, Adeuſtini, & Mõteſilicẽſes, in Riuumaltũ, Metha
D mauricũ, Albiolã, & ad foſſas Philiſtinã, ac Clodiã confugerũt. Athila aũt poſt parũ cæte
ras prouinciæ Venetiæ urbes affligente, omnis illius nobilitas in eaſdẽ inſulas ſcopulo-
rumq; & littorũ munitiones, per Bachilonem, Atheſim, Minciũ, Padumq;, cũ penatib. &
ſupellectile, nauib. eſt delapſa: pariterq; factũ eſſe nõ dubitamus, à multis Rom. & aliarũ
Italiæ urbiũ ciuib. in tantis barbarorũ colluuionibus, quantas oſtẽdimus Italiã peruaſiſſe.
Nõ eñ aliter tã breui tẽpore frequẽtari potuerũt tã multę inſulę, ſcopuli & littora à Lau *Natalis Venetiarum.*
reto, q̃ eſt primus finiũ Padi uicus, ad aquas gradatas milia fermè paſſuũ octuaginta, quæ
oſtẽdit Caſſiodori epiſtola fuiſſe Theodati tẽporib. habitata. Multũ tamẽ repẽtino eiuſ-
modi urbis Venetiarũ incremẽto profuiſſe uidet pręſtantiſſimorũ ditiſſimorũq; uirorũ,
qui cũ opulẽta re familiari illuc cõfluxerunt potẽtia. Si eñ quod in condenda Roma acci
dit, paſtores illi fuiſſent, aut cõuenę quos res domi anguſta, aut flagitij cõſciẽtia patriã lin
quere, & in id aſylũ cõfugere cõpuliſſet, ꝓfecto multa oportuit ſecula euolui, priuſq; lon
giſſima in nauigationib. ſpacia trãmiſiſſent, priuſq; continuaſſent paruo tẽpore intermiſ
ſam merciũ ex Italia in Aſiã, ac deinde in Adriatici ſinũ traducẽdarũ cõſuetudinẽ, ex qua
magnis dudũ opibus aucta floruerat Aquileia. Primos aũt magiſtratus appellarũt Tribu

nos,Roman. exẽplo,à quibus illi tutelæ plebis cõtra nobilitatẽ fuerũt à principio inſtitu B
ti.Quo autẽ anno & die aut creati tribuni, aut ea ciuitas primum ſit cõdita,nequaꝗ̃ affir
mare auſim.Quin ſoleo mirari,qua adductus ratione Laurẽtius monachus, patria Vene
tus,ſcriptor ut in ętate ſua egregius,affirmauerit eius urbis fundamẽta vij.kal.Aprilis,an
no primo atq; uigeſimo ſupra quadringẽteſimũ ſalutis fuiſſe iacta. Nãq; eſt neceſſarium
ipſam urbẽ dicere,nõ prius ꝗ̃ eo anno cõdi cœpiſſe,in quo Athila Aquileiã,Paduã,Ad-
euſtũ & cætera Venetiæ prouinciæ oppida deleuit. Sicq; ſextũ ad minus & quinquageſi
mũ ſupra quadringenteſimũ ſalutis fuiſſe cõſtabit,in quo ea iacta fuerint nouæ urbis Ve
netæ fundamẽta: ſatis em̃ ſuperiore oſtẽdimus loco,Athilã quarto & quadrageſimo in-
clinationis Rom.Imperij anno,q̃ erat ſalutis quinquageſimusſextus ſupra quadringẽte-
ſimũ obijſſe: & ipſum Athilã conſtat unico in anno,qui fuit Valentiniani iunioris Impe-
ratoris undetriceſimus,regionẽ Venetiã afflixiſſe,ac poſtea cũ eſſet apud Minciũ amnẽ,
à Leone Rom. põtifice ſuaſum,in Noricũ ubi ſtatim obijt,receſſiſſe.Sed de Oſtrogotho
rum rege & Imperatore Cõſtantinopolitano ſuperius omiſſa proſequamur.Interea dum F
Theodatus rex Oſtrogothorũ urbis Romæ & Italiæ regnũ inepte ſimul ac auare admini
ſtrat,Italiãq; annonæ inopia premere incœpit,Iuſtinianus Imperator expeditionẽ in Ita-
liã deſtinauit: quã q̃a diu durauit,& uaria maximaq; habuit belli facinora,pauxillũ ſcribe
re differemus,& aliqua perſtringemus ex ijs q̃ ipſius Imperatoris temporib.in Aſia & A-
frica fuerunt geſta, ſecundũ quæ bellũ Italicũ inchoauit. Iuſtinianus Imp.à Iuſtino auun-
culo cõſtitutus, mox Parthos bella mouẽtes, miſſo exercitu cõpeſcuit,& fines proprios
tutans,Parthorũ multos afflixit: poſtea uero exercitus Rom. inito cũ Parthis certamine,
in fluuio Eufrate ſuperatus fuit. Exinde Erulos, Zepidas,& Bulgaros,Illyricũ deuaſtan-
tes Iuſtinianus ſæpe per ſuos iudices profligauit.Poſt diuturnũ aũt immanẽq; laborẽ,ad-
uerſus Parthos habitũ, per Beliſariũ Patriciũ,perq; Hermogenẽ magiſtrũ officiorũ & u-
trunq; legatũ,fœdus cũ Parthis eſt initũ,& munera ab utroq; principe ſibi inuicẽ ſunt miſ
ſa.Mox quoq; ſoluto ab oriẽtali parte exercitu eundẽ ductorẽ quẽ dudũ in orientẽ miſe-
rat,delegit Beliſariũ,cui fortiſſimos milites dedit,ad Africã à Vãdalis liberãdã. Et is dux G
excellẽs,fauẽte deo,magna cũ celeritate Vãdalos ſuperauit, Libyãq; ad corpus reip.iun-
gens, Bilimirẽ regẽ captiuũ cũ opib. ſpolijsq; Vandalorũ Cõſtantinopolim perduxit ad
principẽ.A quo muneratus Cõſulq; ordinarius mox deſignatus, de Vandalis triũphauit.
Beliſario itaq; poſt triumphũ Africæ apud Cõſtantinopolim agente, Theodatus qui re-
ſciſſet Iuſtinianũ ſibi infenſiſſimũ eſſe, cœpit ſolito magis trepidare, & tamẽ qua erat in-
genij tarditate,nihil ſolito accuratius prouidit: ſed ad ſuas cõfugiens ineptias,oratoresq;
ad Iuſtinianũ mittẽs, alias itẽ epiſtolas quæ extãt ad illũ dedit, in quib. pacẽ ab illo impe-
traturus,Romã & Italiã inter cætera dicere fecit: Et ſi Africa libertatis parte frui occœpe
rit,nõ tamẽ debere Iuſtinianũ optimũ principẽ,Italiã à qua Imperij nomẽ decusq; accepe
rat,in eandẽ libertatẽ animis erectã motibus exponere,qui inter oppugnandũ defenden
dũq; neceſſario orirent̃. Iuſtinianus uero reſpõdens regi,præ ſe tulit deſideriũ urbis & Ita
liæ liberandæ. Miſit nanq; ad eũ oratores, quorũ legationis ſumma hęc fuit: ut aut Italia,
& eius inſulis decedẽs Cõſtantinopolim Theodatus ſe cõferret, diuitias acceptutus ma- H
ximas,& in ocio q̃d à teneris annis fecerat, philoſophiæ operã daturus: aut ſi id facere re-
cuſaſſet,bello q̃d extunc ſibi indictũ eſſet,neceſſaria prępararet. Is uero hominũ ineptiſſi
mus,nec oblatis cõſenſit cõditionibus, nec ſe cõtra uim magis ſolito cõmuniuit. At Iuſti
nianus ubi ab oratorib. ſuis factus eſt certior, Theodatũ etſi poſtulatis non feciſſet ſatis,
omnia negligẽter ꝓuidere,Beliſariũ iubet ſimulata in Africã nauigatione claſſem ſolue-
re,& ea in Siciliã ducta incumbere pro uirib. inſulæ receptioni. Cauit tamẽ prius Impera
tor,ne cũ Vãdalos in Africa oppreſſiſſet, ſimilẽ intẽtaturus Oſtrogothorũ oppreſſionẽ,
alias Rom. Imperio dudũ inimicas gẽtes barbaras in ſe cõciret. Ad Clodemirẽ nãq; Chil
debertumq; & Clothariũ reges Francorũ,ut & ipſi quieſcerẽt & nepotẽ Theodebertum
Liguriã tenentẽ quieſcere facerẽt, multa & maxima miſit dona, additis litteris,quarũ fer
me ſententia hæc fuiſſe uidet̃: Graue fuit hactenus Oſtrogothos reges, qui Theodorico
indigni ſucceſſerũt tolerare, cũ propter illatas nobis ſingulos per dies iniurias, tum maxi
me propter Arianæ hæreſeos labẽ, qua urbẽ Romã & Italiã inficere nõ deſinũt. Inſuper
à nobis requiſitus rex Theodatus,needũ reſipiſcit,ſed cõuicia iniuriasq; uir petulãs adie-
cit:quod

A cit: quod cum diutius ferre Chriſtianos principes indignũ ducamus, bellũ illi indiximus,
ſpem maximã uictoriæ in ueſtris aliorumq; principũ Chriſtianorũ uiribus, nõ minus q̃ in
noſtris repoſitã habentes. Poſtq; uero reges reddiderunt epiſtolas, ſpem pacis facientes,
Iuſtinianus Mundũ quendã ducem ſuũ cum copijs Dalmatiã inuadere imperauit. Et Mũ
dus quidẽ, Gothis qui Salonas præſidio tenebant prælio ſuperatis, Salonas cepit, inuol-
uitq; tumultu Dalmatas omnes, Iuſtiniano ſubijci renitẽtes. Annos tũc urbs Roma duo
dequinquaginta, ſub Gothis regibus, Theodorico triginta octo, Amalaſiũtha & Athala
rico puero octo, ac Theodato ad duos adeo floruerat, ut nullã ipſa Imperij inclinationẽ
ultra ſentire uidereť, quin appareret, primũ quẽ forte creari contigiſſet excellentioris ani
mi atq; ingenij ſiue regẽ ſiue Imperatorẽ, illius ſtatum ubiq; ad integrum orbis Imperiũ
poſſe redigere. Sed quæ alluxit ob aduentum Beliſarij ducis præclari & uiri certe optimi
ſpes libertatis, per Imperatoris Iuſtiniani auaritiam atq; ſocordiam in contrariũ ſucceſſit.
Nanq; & libertas omnino perdita, & urbs intus extraq; diruta ac deſolata, ad ſtupendam
B prout poſteriores oſtendunt libri, calamitatem eſt perducta.

### BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLINAtione Imperij Romanorum, Decadis primæ, Liber quartus.

QVAE annis centũ duobusq; & triginta, per quos urbis Romæ Imperium ha
ctenus inclinauit, geſta ſunt, à nobis cõpertu difficillima fuere. Exiſtimẽt aũt
alij quicquid uolũt, blandimur nobis, multo plura ꝙ ferret ſpes ac opinio &
noſtra & illorũ qui nos hoc opus aggreſſos fuiſſe nouerãt, latebris eduxiſſe:
nec facilẽ habẽt indaginẽ quę ſequunť, licet aliquibus in ſeculis quoſdã fuiſ-
ſe inuenimus, qui aut gentiũ aut urbium ſuæ ætatis geſta ſcribere conati nobis afferãt ad-
iumentũ. Primus tamẽ Procopius in belli Italici aduerſus Gothos, quod ſumus ſcripturi
narratione, partim multum adiuuabit, partim non leuia alicubi afferet impedimenta. Vn
de præfari cogimur aliqua, explicandis ſcriptorũ controuerſijs plurimum conductura. Is
Procopius ex Cæſarea Palęſtina oriundus, in caſtris Beliſarij Patricij, prima in hac expe-
C ditione Italica, medicinã artem exercuit: & ut ſunt hominũ ingenia ad plures artes uerſa-
tilia, rerũ Iuſtiniani Imperatoris temporib. ubiq; geſtarũ ſcripſit hiſtorias. In quibus pars
fuit belli Italici aduerſus Gothos. Eam uero partẽ Græce ſcriptã, noſtra induſtria nuper
habuit Italia, quã nullus ſcriptorũ Latinorum qui Iuſtiniani Imperatoris & noſtrã inter-
ceſſerunt ætatem, legiſſe uidetur. Nos itaq; cum perdiſcendis literis Græcis parũ felices
fuerimus, ipſam belli Italici hiſtoriarũ particulã, traduci in Latinitatẽ curauimus, nõ qui-
dem manſurã, ſed ſolũmodo talẽ, ex qua Procopij ſcripta ſcire poſſemus, in noſtrã hiſto
riam confundenda. Exinde Leonardus Aretinus ſcriptor ætate noſtra clariſſimus, eandẽ
belli Italici aduerſus Gothos hiſtoriam decem & octo annos complexã ſcripſit, quæ ad
principiũ finemq; nihil plus habet ꝙ Procopius: & apud Procopiũ quidẽ ubi ſit integer,
huius Italici belli geſta à ſuis cognita principijs & ad finem perducta non dubitamus eſſe
gratiſſima. In hac aũt particula undiq; mutilata, quæq; meliora deſiderarẽtur, niſi nos tri-
bus in primis qui præceſſerũt libris, Gothorũ originẽ geſtaſq; res & pleraq; dixiſſemus,
D quæ ipſam abſoluunt illuſtrantq; hiſtoriam. Eademq; ratione illa quæ ad ipſius Italici bel
li finem dicemus, gratiora erunt, præſertim illis in quorum manus ſumpta ex Procopio
contigerit peruenire. Ipſe enim Procopius homo Græcus, licet in Italia fuerit, nõ eam ha
buiſſe uidetur rerum Italiæ peritiam, ut tantæ hiſtoriæ potuerit ſatisfacere: ꝗd quidẽ etſi
plurimis in partib. apparet, in unica oſtendere ſatis erit. Is deſcribens Rauennã quæ tunc
urbiũ Italiæ poſt Romã erat primaria, dicit illã à Pado mediã fuiſſe diuiſam. Et Rauennã
quæ nedũ diruta, ſed nunq; uſq; in hanc ætatẽ fuerit direpta, conſtat à Pado ſemper duo-
decimo milliario abfuiſſe. Siue igitur Procopius errauit, ſiue in Latinitatẽ perperã eſt cõ-
uerſus, multa in hac belli Italici hiſtoria, præter principij & finis defectum mendoſe ſcri-
pta uel abſurde addita cõperimus: in quibus explicandis ita uerſari eſt animus, ut non di-
ſputationẽ introduxiſſe, magis ꝙ hiſtoriã ad ueritatẽ dirigere uideamur. Beliſarius Patri
tricius à Iuſtiniano Imperatore, belli Italici aduerſus Gothos dux declaratus, claſsẽ para-
uit, militibusq; impoſitis in Siciliã nauigauit, ubi pręcepta Iuſtiniani ſecutus, tanq̃ nauiga
turus in Africã nihil hoſtile principio oſtendit: præfecerat uero equitatui, quẽ adduxerat
Valentinianũ, Innocentiũ & Magnũ. Et pedeſtres copias, quæ ſatis erãt magnæ, Conſtã

ṭinus & Beſſas Herodianuſq; ducebāt. Idoneo exinde captato tēpore, Catinā urbē repē- E
te adortus, occupauit. Poſtea Syracuſas cū duxiſſet, urbe munitiſſima dedētibus ciuibus
eſt potitus: fecitq; ſtatim Siculorū in Gothos odiū, ut q̄primū copias Beliſarius oſtētauit,
ꝓpoſitūq; aperuit, mirabilis uictoriæ curſus fuerit, populis urbes oppidaq; certatim Ro.
Imperio, cuius deſiderio pridē tenebanť, ultro offerētibus. Hortabať aūt ad id eos maxi-
me Beliſarij præſentia, q cū à Vādalis Africā liberaſſet, pariter ſperabať Siciliā a Gothis
Italiamq; erepturus, & adiuuabat Theodatl ignauia, qui nullos per Siciliā fecerat appara
tus. Attoniti itaq; ſubita ciuiū defectione Gothi, maiorē ſubito ſpē in fuga q̄ in reſiſtentia
poſuerūt. Vnica tamē in Panormo munita ciuitate cui ualidū inerat præſidiū, Gothi reſi-
ſtere ſunt adniſi. Sed Beliſarius dux peritiſſimus urbē in circuitu cōtēplatus, aduertit por
tū patere ad mœnia, quæ aliquot in locis à nauiū malis altitudine ſuperabanť: quamobrē
claſſe portū delata, propugnaculiſq; ꝓ malorū ſummitate diſpoſitis, ſagittarios fundito-
reſq; in illis poſuit, q ſubiectos hoſtes feriētes ilico mœnia defenſorib. nudauerūt, tū ſub-
euntibus ad mœnia ſine metu alijs militibus, territi ciues, ſeſe Beliſario permiſerūt. Hæc F
Theodato cū eſſent in Italiā nūciata, anxio animo legatos ad Iuſtinianū mittēs huiuſmo-
di mādata dedit. Sicilia ſe ſponte decedere, & in Italię tributū recognitioniſq; ſignū, coro
nā aureā librarū triginta, ac in omnē quancūq; iuſſerit Imperator expeditionē Rom. mi-
lites tria millia polliceri. Inſuper in epiſcopos uiroſq; ſenatorios iuriſditionē ꝑmittere: &
ut maieſtas Imperij in urbē & Italiā reſtituta eſſe uidereť, ſe curaturū nomen Imperatoris
inter ſacra cerimoniaſq; primū ꝓferri, ſtatuāq; nullā regi Italico, niſi ſecūdū Imperatoriā
locari. Indicat uero pictura, muſiuo opere facta, quā Rauēnæ uidimus in æde beati Mar-
tini in cœlo aureo, à Theodorico, ut diximus, ædificatam, Theodatū q̄d fuerat pollicitus
incœpiſſe. Ex eo nāq; muſiuo cæteris elegātiore, quæ Italia nūc uel noui habeat, uel uetu
ſti operis, Iuſtinianus & Theodora uxor, & ipſe Theodatus loco inferior, nūc picti cernū
tur. Quo in loco aliqua fuerūt ad ornatū addita, quę & ſcriptorū ſupplēt defectū, & certa
oſtendūt multa, quę ſcripta credere nolebamus. In pariete eñ qui eſt ad dextrā, Rauenna
qualis tūc erat, in hūc modū depicta eſt. Porta aurea Claudij Tiberij opus, qualis nūc ex- G
tat, propinquā habet inſignē beati Vitalis ædem, magna ex parte nūc integrā: palatiū po
ſtea illud ſuperbiſſimū, q̄d tanta cura impēſaq; Theodoricū exædificaſſe Caſſiodorus ſæ
pe memorat, quale fuerit nūc apparet: cuius quidē ac aliarū ædiū ut in pictura ſuꝑbiſſima
rū nullæ iam diu uel minimę cernunť reliquiæ. Sed illis in om̄ibus, ſiue ſacris ædibus, ſiue
porta & palatio, illud eſt cernere admirandū, q̄ ad omnes aditus, qui portæ aureæ & ædi
ſancti Vitalis bini, palatio aūt quaterni erāt, nec ligneæ, nec æneæ, nec ferreæ erāt ualuæ:
ſed in ea quā regū gentis Gothicę iuſticia & potētatus pręſtabant ſecuritate, cortinula ut
apparet aurea, quam uelū appellare conſueuerūt, pro ualuis & foribus utebanť: indicant
pręter picturā harpagūculi ex ære, qui in ſumma parte oſtiorū, quę habere diximus bina
ſancti Vitalis ædē, adeo tenues ſunt, ut cōſtet eos nihil pręter cortinulā ſuſtētaſſe: quanq̄
qui geſta Rom. ſiue pontificū ſiue principū, priſcis ſcripſere tēporibus, partes ædiū diuer
ſas exprimere uolētes, primū, ſecundū & tertiū uelū, à ſimili clauſura dicere cōſueuerunt.
Hinc Ælius Spartianus de Alexādro Seuero Imperatore dixit: Salutabať quaſi unus ex H
ſenatoribus, patēte uelo. In pariete aūt eiuſdē ſancti Martini ædis ſiniſtro Claſſenſe oppi
dū quale fuerit, pictura indicat: q̄d quidē oppidū tantis ædificijs ornatū fuiſſe apparet, ut
ſtupendū ſit nulla ipſius fundamēta, nullā partē, præter ædē S. Apollinaris quæ adhuc ex
tat inſignis, alicubi inculta uepribuſq; obſita, inueniri. Portū aūt q fuerit adeo patēs et na
uigio tutus, ut illū omni in ſiniſtro Adriatici littore Octauianus elegerit, in quo ſuā con-
ſeruaret claſſem, nuꝑ pene clauſum uidimus, ut nedū triremes & dromones multos ꝓut
pictura indicat, ſed nec ſcaphā piſcatoriā lēbūmue nunc perferat: cuius quidē rei cauſam
eſſe nō dubitamus Sapis fluuij qui illū facere cōſueuerit auerſionē: decē nanq; ab eo por
tu paſſuū milia aliud in mare oſtiū, q̄d Geruaſiū dicitur, multis ante ſeculis ſibi effecit. Eſt
nūc quidē ignorantib. ea quæ à maiorib. ſcripta ſunt incredibile, uel portū eius magnitu-
dinis uel oppidū in Claſſenſi loco fuiſſe, ubi nullæ nūc appareāt illorū reliquię: nobis ue-
ro maiorē affert admirationē, nulla fundamenta, nullas reliquias extare illius turris, quā
Plinius ſcribit ad illū portum fuiſſe, de qua lucernæ noctu portū nauigantib. indicarent:
quam quidē turrim Plinius aſſerit omniū maximam fuiſſe, quas Roman. Imperij portus

alicubi

A alicubi habuerũt. Sed ad regis Italiæ geſtorũ narrationẽ. Iuſtinianus cum regis legationẽ
benigne excepiſſet, ita reſpõdit, ut & pollicitationes amplecteretur, et Italiã omnino reddi
poſtulãs ſe Theodati rebus ꝓmiſerit et amplitudini conſulturũ. Interim Beliſarius Panor
mo recepto magnificos apud Syracuſas ludos ædidit, ac numiſma in multitudinẽ diſper
ſit. Erat eñ extrema dies ſui cõſulatus, quo ob honorẽ uictoriȩ de Vandalis partæ fuerat
ornatus, adeo fortunã habuerat fauẽtẽ, ut extrema cõſulatus die Siciliã uniuerſam reper-
tus ſit ſuperiorib. uictorijs addidiſſe. Hac in parte omiſit Procopius ſecundã Beliſarij ꝓfe
ctionẽ in Africã ad ſedãdos motus quos Storzas, ſicut Iordanus alijq; nõnulli habẽt, con
tra Imperatoris iudices cõcitauerat. Nã Storzas penè ultimus militũ & Martini cliẽtulus
tyrannidem arripiẽs autorq; ſeditionum effectus, Cyrillo et Marcello & Phara alijsq; di-
uerſis iudicib. dolo perẽptis, Salomonẽ agitabat, totamq; Africã deuaſtabat. Igitur Beli-
ſarius emenſo in Africã pelago ſolita felicitate rebelles fugauit, prouinciã liberauit, Salo
moneq; rurſus in Carthagine collocato, in Siciliã redijt. At in Dalmatia Gothi poſt Mũ-
B di ducis aduentũ copias reparauerũt, in Salonasq; ducẽtes eã urbẽ conſtituerãt obſidere.
Quib. cũ occurriſſet Mauricius Mũdi filius, adoleſcẽs egregius cũ parua equitatus parte,
obuiauit illi Gothorũ turma, quæ pariter ꝗd circa urbẽ fieret inſpiciẽdi gratia prodierat
ex caſtris, & præter utriuſq; exercitus expectationẽ cõmiſſum eſt præliũ, tanto animorũ
ardore, ut cũ multi præſtantioresq; ex Gothis cecidiſſent, ipſe etia Mauricius ſit occiſus.
Interim obequitãs mœnia munitiõesq; quas circũ ea faceret Mũdus, uno eodẽq; in tẽpo
re Mauritiũ filiũ in hoſtẽ pugnare, eundemq; primũ uincere, poſtea ſuperatũ mortuũq; eſ
ſe audiuit: quo ꝑculſus dolore homo bellicoſus ira incẽſus furẽsq; in hoſtẽ ruit. Viderant
itẽ Gothi prȩliũ à paucis quos caſtris emiſerãt cõmitti, quibus ut ſenſerãt maiori ex parte
occiſis, ad arma omnis exercitus cõcurrerat. Hinc nõ prius impetere improuiſus potuit
Mũdus, q̃ illi ex prȩparato pugnãdi copiã feciſſent, & cũ totis copijs hinc inde ꝑ multas
horas ſit certatũ: cȩdes utrinq; maxima eſt cõmiſſa: Gothi tamẽ q̃ ſenſim recedere cœpiſ-
ſent, urgente uehemẽtius Mundo fracti fœdã cõmiſerunt fugã. Nec deſtitit uictoria uti
C Mundus, quinimò profligatos lõge inſecutus, dũ in necis filij ultionẽ ſanguine nequit ſa
tiari, à fugiẽti agmine eſt occiſus. Repulſi eũ in modũ Gothi mœrẽtes in remotiora retro
ceſſere. Et milites Imperatoris nõ minore q̃ hoſtes cæde ꝓfligati, ob ducis necẽ mœrore
cõfecti attonitiq; Salonas deſeruere. Eam ciuitatẽ paulo poſt Gripa Gothus reparato ali
quãtiſper exercitu recepit, inclinatãq; in Dalmatia Theodati rẽ adeo reſtituit, ut Iuſtinia-
ni exercitus om̃ia quæ Mũdus cœperat linquere ſit coactus. Elatus tanta uictoria Theo-
datus & ſimul Beliſariũ audiẽs in Africã ad motus Storzæ cõprimendos traieciſſe, nedũ
ſpreuit ea quæ cũ Iuſtiniano agere cœperat, ſed illius oratores ne ab incœptis diſcederet
ꝑſuadere conatos, in cuſtodia haberi iuſſit. Et ut meliorẽ ſolito uitã inſtituiſſe Romanis
ac Italis oſtentaret, uaſa aurea & argẽtea quæ Agapitũ pontificẽ quando à ſe Cõſtantino
polim miſſus eſt, uſuris ſubieciſſe oſtẽdimus, ex fiſci pecunia redimi, & in beati Petri ſacra
rium referri curauit: quo in edicto, ut ſuam cõmendaret eius facti laudem, Alarici Viſigo
thorũ primi regis facto detrahit. Neq; eñ mirũ fuiſſe dicit, ſi uenerãda S. Petri uaſa reddi
D uoluit, q̃ erat tantæ urbis uaſtatione ditatus. Interim annonæ caritas uniuerſã Italiã, ſed in
primis Æmyliã & Liguriã atq; Venetiã premebat ob acceptã anno tũc tertio à Burgun-
dionib. & Alemanis cladẽ. Quare illos populos in rebellionẽ pẽdere intelligẽs, maxima
eos liberalitate ſolatus eſt. Nõ eñ tertia illos ſicut prius, ſed totali unius anni annona do-
nauit: multa in eius donationis decreto prȩfatus de ſua gloria, q̃ Burgũdiones in Æmylia
et Liguria occidione maxima afflixerit, Alemanos uero nõ ſine cõmiſſa cȩde extra Italiã
fugere cõpulerit. Tũ Imperator poſtq̃ intellexit quẽ in modũ ſucceſſerãt res & in Dalma
tia & apd' Theodatũ, Conſtantianũ belli Dalmatiæ ducẽ duxit, miſitq; illũ cũ ſupplemẽ-
to ad copias q̃ ſolitȩ ſub Mũdo militare in Macedoniã ſe receperãt. Eodẽq; in tẽpore Be
liſarius in Siciliã eſt reuerſus, quã ilico pacatã obtinuit. Quia uero trãſitũ in Italiã diutius
differre nollet, præſidia primũ ꝑ Siciliã ubi ſe abſente uiſa ſunt maxime opportuna diſpo
ſuit: inde è Meſſana ſoluẽs, Rhegiũ eſt delatus: eã urbẽ & quȩcũq; ad primã exſcenſionẽ
adita ſũt loca eueſtigio recepit, oppidanis ſe in deditionẽ ob ingẽs in Gothos odiũ offerẽ
tibus. Ea cũ fieri uidiſſet Embrimus, uel ut Iordã. appellat, Euermid Theodati gener Bru
tiorũ prouinciã adminiſtrans, ſeſe etiam ipſe permiſit Beliſario: à quo cum eſſet Conſtan
tinopolim

tinopolim miſſus, Imperator eũ Patriciũ adlectũ multis muneribus maximiſq; donauit. E
Moturus uero pedeſtri itinere ex Brutijs Beliſarius claſſem iuſſit pari ſpacio littori ꝓxi-
mã nauigare, quouſq; Lucanis nõ minori ꝙ Brutij fecerãt facilitate deditionẽ faciẽtibus
cõfirmatis, Neapolim eſt uentũ, quæ ciuitas ualido Gothorũ præſidio tenebaẽ. Vbi uero
àdmouit & circũ mœnia diſpoſuit terreſtres copias, claſſem in portu extra teli iactũ ſtare
ad ancorã iuſſit, nec multo poſt munita arce ſuburbana ꝑ pactionẽ eſt potitus. Cũq; obſi
dionẽ magnis apparatibus moliref, miſerunt ad eum Neapolitani Stephanũ quendã ma
gnæ inter eos autoritatis uirũ, maximiq; cõſilij. Qui fermè talib. mandata expoſuit, Opta
re quidẽ ciues Neapolitanos urbẽ dedere Imperatori, ſed facultatẽ deditionis ideo ſubla
tã eſſe, ꝙ eorũ uxores liberiq; quos Theodatus pridẽ Rauennã obſides miſerit, in cuſto-
dia haberenẽ. Tantũ item ineſſe Gothicũ præſidiũ, ut ſi armis correptis portas aperire ue
lint, ciues in ipſo apparatu ab armatis expeditiſq; militib. cõfodianẽ: ea ratione cõſultius
fore, fideliſſima Imperio urbe abſq; læſiõe relicta, ad urbẽ Romã properare, qua potitus
& Neapolim & omnẽ Italiã facile ſit recepturus. Reſpondit paucis Beliſarius, non ſe illũ F
conſilij directorẽ ad colloquiũ admiſiſſe. Si Neapolitani tempore uti uellent, cõditiones
peterẽt æquas, quibus impendẽs euitarẽt excidiũ, ꝙ ipſe non prius inde proficiſci conſti
tuerit, ꝙ̃ urbe expugnata exemplũ proponeret cæteris Italię urbib. & oppidis, quo digni
ſunt ſupplicio qui cõfractis ubiq; iam barbarorũ armis Rom. Imperatoris beneuolentiã
nõ præponerẽt. Quæ cũ Stephanus à Beliſario perſuaſus blandiore ꝙ̃ audiſſet oratione
Neapolitanis retuliſſet, plebs portas Impatoris exercitui aperiẽdas acclamare cœperat,
& Gothi ad octingẽtos ꝗ præſidio inerãt, nõ auſi repugnare in ciuiũ ꝓtectionẽ cõfugie
bãt. Cũ factioſi duo ciues, Paſtor & Aſclepiandotus, Gothorũ rebus ſtudẽtes, Stephani
quidẽ orationi nequaꝙ̃ ſunt aduerſati, ſed rẽ ita agendã eſſe dicẽtes ut deditio facta non
proditio uideref, tamdiu differri obtinuerũt quoad Gothis ad urbẽ defendendã animi re
dierũt. Et cũ multi itẽ ex plebe eiuſdẽ factionis ſeſe præſidio adiũxiſſent, Iudæis qui multi
in urbe erãt, arma ſunt data. Interea Beliſarius poſtꝙ̃ neminẽ prodire ad cõuentiones de-
ditionẽq; uidit, neceſſaria oppugnationi cõparauit. Non aũt dubitauit quin ad eam ciui- G
tatẽ mœnib. circundatã ualidiſſimis naturaq; loci munitiſſimã diutius ſibi ſedendũ foret:
qua ratione aquæductu ꝗ in terra defoſſus in urbẽ ꝑferret obicib. interſepto, aquã caſtro
rũ uſui deriuauit, curareq; cœpit cõportari materiã caſtellis et machinis undiq; excitãdis.
Quo in apparatu dũ aliquot detineẽ dies, forte miles quidã Iſauricus exiccatam aquædu
ctus partẽ ad muros ciuitatis pertinentẽ cũ uſq; ad urbis mœnia ſubrepſiſſet, aduertit pe-
tram quæ natiua urbis mœnia in loco ſuppleret, cuiq; aquæductus parietes extra & intra
adhęrerẽt foramẽ habere ſatis patẽs aquę, hominis ingreſſui ꝑanguſtũ. Opinatꝰ uero eſt
ſi petra patefieret, ꝑ oſq; illius milites penetraſſent aquæductũ, nõ minus in ciuitate ꝙ̃ ex
tra præſtaturũ militibus acceſſum. Id cũ ab Iſaurico intellexiſſet Beliſarius, milites illi fa-
broſq; dedit, ꝗ dilatãdo foramine ab ictu quidẽ ne ſonitus audireẽ tẽperarũt, ſed radẽdo
elimãdoq; ita circulariter cõminuerunt, ut armato militi facilẽ præſtaret ingreſſum. Inde
Beliſarius facta capiẽdæ urbis poteſtate, prudẽter & humane uti uolẽs, quibuſdã accerſi
tis ciuibus ea memorauit, quæ in captis per uim urbibus cõmitti conſueuerũt, uirorũ cæ- H
des, mulierũ ad libidinẽ raptus, & demũ incendia ac rapinas: proinde uſi tẽpore facerent
deditionẽ, ex qua cladẽ omnium maximã irent auerſum. Ea Neapolitani cũ ſpreuiſſent,
Beliſarius capiendæ urbis inſtituit huiuſmodi apparatus: quadringẽtos milites ex omni
exercitu ſelectos primis tenebris ad aquęductũ muro continentẽ ſilẽtio adeſſe iuſſos, ꝗd
facturi ſint, inſtruit: ipſe ſcalis in propinquo loco ſecrete diſpoſitis reliquũ exercitum ar-
ma capere iuſſum caſtris eduxit, & ad urbis partẽ aquæductu auerſam delatus ſimulat op
pugnationem uel eo ueſperi uel mane ſummis conatibus intentandam. Hunc tantũ qui
inopinate fieret apparatũ audientes à cuſtodibus Neapolitani in mœnia populariter cõ-
uolarunt. Noctis exinde interuentu, & differre in craſtinũ oppugnationem ſimulauit Be
liſarius, & quadringenti milites per aquæductum ſaxiq; foramen intra mœnia ſubrepſe-
rũt: ſed ea ratione urbem peruadere, aut muros capere nequiuerũt, quòd arduus ad ſaxũ
paruo interiecto ſpacio pertineret tumulus armato aſcẽſu difficilis qui ſuperandus eſſet,
ſi in urbẽ penetrare aut ad mœnia flectere uolebant. Eo in depreſſo tumulũ inter & mœ-
nia ſpacio, cum diu quid facerent dubij fuiſſent, miles unus armis depoſitis manibus pe-
dibuſq;

A dibusq́ rependo in tumulũ euaſit,& caſulã quæ unica in uertice erat accedẽs,anum in ea repertã minis ne clamare auderet detentã funiculũ popoſcit, cuius caput unũ oleaſtro in ſumma rupe exiſtẽti cũ alligaſſet,alterũ ad cõmilitones dimiſit,eiusq́ funiculi adminiculo ſinguli aſcẽderũt. Vbi uero in tumulũ omnes cõſtitere,q̃d cũ Beliſario cõuenerat ſignũ claſſico dedere. Cui ex aduerſo pari crepitu dux, reſpõdit. Is nanq; q̃ Neapolitanos ciues Gothosq́ ad eam partẽ urbis aquæductu auerſam, ad quam oppugnationis ſimulauerat apparatus,mœnia cõpleſſe ueſperi uidiſſet,cũ primũ noctis tenebræ eũ texerũt, loco excedẽs ad ſcalas redierat,quas ipſum aquæductui propinquas oſtẽdimus diſpoſuiſſe.Itaq; pari tẽpore ſui milites ab intra ceperũt mœnia, & magno totius exercitus cõcurſu ſcalæ ab extra ad primũ claſſici crepitũ ſunt admotæ. Multis itaq; longo ſpatio mœnia utrinq; habẽtibus,q̃ per aquæductũ intrauerãt milites, ad proximã delati portã cuſtodes interfecerũt,eaq́ ſubito refracta, Beliſarius de tertia uigilia cũ exercitu eſt ingreſſus. Interea ciues tam ſubito inopinatoq́ perculſi pauore, poſtq́ hoſtẽ prius irrupiſſe uiderũt q̃ ubi fie

B ret impetus ſatis intellexiſſent, anxiĳ amẽtesq́ ad tutanda ꝓpria ſunt reuerſi. Et debacchatus ubiq; Græcus miles hinc diripit incẽditq́ ædes,inde ciuiũ qui reſiſterẽt cõmiſſa cęde, uxores illorũ filiasq́ rapit. Quæ cũ fierẽt, Beliſarius militib. ſub ipſum ſolis ortũ ad cõcionẽ uocatis,talẽ habuit orationẽ: Videtis cõmilitones qualẽ urbẽ nõ armis magis q̃ conſilio adepti eſtis. Ea quidẽ duo corporis & animi uires cõplexa,quib. contingũt,ĳ merito dicendi ſunt felices. Sed quæſo attẽti audite, prudẽtis eſſe primũ illud maximumq́ ſcio et prædico,q̃d cõſilio parauetis cõſilio cõſeruare. Sedimus ad hãc urbẽ pro ipſius magnitudine,parũ,pro aliarũ quę poſthac gerẽdę ſunt rerũ multitudine,ſatis diu:labores ſubĳſtis incõmoda & pericula, ad quæ omnia ſi ueſtrã modeſtiam, ueſtrã noui in Imperatorem ac. rempub. fidem,non prædæ auiditas aut odiũ in Neapolitanos antea ignotos traxit: quin. gloriæ acti ſtimulis adniſi eſtis capere hanc urbẽ, cuius opportunitate freti Italiam barbarorũ manibus liberatã Imperatori ueſtro ſubĳceretis. Imprudenter uero Neapolitani inimice egerũt, qui tantillo Gothorũ pręſidio, quod facillimũ fuit eĳcere uel opprimere, Im

C peratoris gratiã, ſalutẽ ſuã, nominis Italici decus nõ antepoſuere. Verũ ꝓ imprudentia, ꝓ demerito ſatis dederũt pœnarũ, omni ſupellectile, omni quę quidẽ loco moueri poſſit re familiari & pecunia ſpoliati: Nemo eſt uſq; loci nec inter ipſos etiã Neapolitanos ciues, q̃ eam gazæ direptionẽ non ſit æquã, & demeritis correſpondentẽ iudicaturus. Sin uero ultra progredimur, modũ excedimus. Subditi eñ per arma ueſtra Imperatori Romano ſunt, nũc nõ hoſtes Neapolitani. Quibus ſeruatis, maximã inurimus notã ſpretę amicitię quã ultro petere debuiſſent, aliosq́ urbiũ Italiæ oppidanos quales intra mœnia admiſſuri ſint admonemus. Veſtra ſit ſupellex, ueſtra ſint quęcũq; potuerit miles efferre. Neapolitani uero uxores ſibi habeãt & filias, urbẽ frequẽtent, uobis poſtea æque ac ſibi cõmodo uſuiq́ futurã. Militib. ea oratione perſuaſis, Beliſarius nullũ Neapolitanorũ ultra occidi aut capi permiſit, mulieres maritis parẽtibusq́ è ueſtigio reſtitui curauit. In Gothos aũt q̃ in pręſidio fuerãt, nõ ſolũ ſæuitia nõ eſt uſus, ſed eos nõ ſecus honori habuit q̃ ſuos. Hactenus in his quę ad Neapolitanã inuaſionẽ ſpectãt, Procopiũ ſecuti aliqua diximus Tor

D dani epitomati penitus cõtraria, in quo aſſertũ eſt q̃d Pandulfus et multi alĳ tradiderunt, Neapolitanã urbẽ tunc ſpoliatã, & tam Gothos qui inerãt & Romanos q̃ Neapolitanos ciues trucidatos fuiſſe. Interea Theodato apud urbẽ torpeſcẽte Gothi & Romę & circũ ea loca degentes, cũ antea Theodati regis malignitatẽ occultis ſermonibus damnare cõſueuiſsẽt, auditis ĳs quæ apud Neapolim geſta diximus, ſegnitiẽ illius apertis maledictis lamentabanẽ. Et cum nequaq; dubitarẽt Beliſarium ad urbẽ properaturum, ſe ipſos cohortati cæterisq́ bellatoribus cõuocatis, trigeſimoquinto ab urbe miliario ad Regetam oppidũ, quod nunc Ruglate, caſtra fecerũt, ubi magnitudine imminẽtis periculi ſuadẽte poſt maturã deliberationẽ Vitigitem ſibi & Italicis regẽ creauerũt. Is nanq; etſi obſcuro genere ortus erat, magnitudine tamẽ animi, & rei militaris peritia cæteros Gothos facile excellebat. Eum regẽ declaratũ eſſe audiens Theodatus per deuia fugiẽs Rauennã petebat, ſed miſſus poſt eũ à nouo rege Optaris quidã Gothus, cũ equitatu illũ in itinere aſſecutus interfecit. Sicq́ Theodatus tertio q̃ regnare cœperat anno eũ habuit regni & deſidiæ finẽ. Exinde Vitigis Romã ueniẽs, Sylueriũ pontificẽ Romanũ, quẽ ut oſtendimus, pecunia corruptus ordinauerat Theodatus, & ſenatũ populumq́ Romanũ allocutus be

neficia

neficia Theodorici regis memorauit. Hortatusq́ eos ut in fide manerēt, tātas eſſe oſten- E
dit Gothorū uires, ut nemo ſine ſua pernicie ſit res nouas per Italiā moliturus. Cū Gothis
uero de gerēdi belli ratione multa diſſeruit, quib. lōga oratione ſuaſit cōducere præſenti
neceſſitati, pręſidio Romæ relicto Rauennā accedere, & Gothis quos per omnē Italiam
Theodoricus rex diſperſerat coactis cōgredi Beliſario. Profecturus itaq́ Roma Vitigis,
Luderim quendā cum electorū militum quatuor milibus pręfectū urbi & pręſidio decla
rauit, accerſitosq́ quoſdā ſenatorij ordinis Romanos in locum obſidum ſecum duxit: &
quamprimū Rauennę fuit, regnū honeſtaturus Mathaſiunthā Theodorici regis ex Ama
laſiuntha filia neptem inuitā accepit uxorem. Ipſa nāq́ licet prius à Theodato captiua fu
iſſet tenta, tamē Vitigitis noui regis ignobilitatē aſpernata recuſabat illius coniugio co-
pulari. Eā Vitigis ut deliniret, nuptias fecit celeberrimo apparatu, & tamē interea curan
dis omnibus quæ ad bellū pertinere intelligeret intētus, Gothos undiq́ cōuocauit, diſtri
buitq́ inter eos arma & equos, prout uirtus conditioq́ ſingulorū expoſcere ſunt uiſa. Et
hæc quidē tunc apud Gothos fiebāt. Beliſarius uero poſtq́ ſatis exercitū reparauit, præſi F
dio Neapoli & Cumis relicto, Romā uerſus uia Latina iter facere incœpit. Quod cū Ro
mani habuiſſent exploratū, Syluerio papa ſuadēte, publico conſilio cōſtituerunt, nō mo
do illū et copias quamprimū aduenisſet admittere, ſed ut acceſſum properaret per nūcios
adhortari. Miſſus ad eam rem Fidelius quiſpiā Mediolanenſis, Beliſariū quo maiori cer-
tioriq́ cū ſpe, eo acceleratiore gradu uenientē perduxit ad portam, quæ dicitur Aſinaria.
Viderāt Gothi præſidio à Vitigite impoſiti, intellexerantq́ Romani populi intentionē,
quare conterriti, fide publica à Romanis impetrata abire ſtatuerunt: præter unicū Bade-
rim, qui regis ſui crudelitatem timens ſeſe maluit Romanorū fidei permittere quàm cum
alijs proficiſci. Euenitq́ ut qua die, quā Iduū Decembriū quartā fuiſſe conſtat, Beliſarius
Aſinariā intrauit, eadē Gothi porta Flaminia ſint egreſſi. Receptus intra urbē Beliſarius
ſenatū ac populum multa dubijs ut erant rebus accōmoda potiuſq́uā dictu ſpecioſa allo
cutus eſt, & Luderi Gothorū præfecto Conſtantinopolim ad Iuſtinianum Imperatorem
miſſo, ſummā adhibuit diligentiam, non urbem tantūmodo, ſed & oppidis quæ cum illa G
uenerant in poteſtatem communiendis. Vrbis aūt mœnia non ſolum ubi ruinā minaren
tur, inſtaurauit, ſed propugnaculis ad ea ubicūq́ uiderent humiliora excitatis, aggere &
foſſa circūductis reddidit multò q́ unquam antea fuerant munitiora. Exinde Cōſtantia-
num & Beſſam præfectos ſuos cum copijs dimiſit, hunc ad Narniam obſidendam, illum
in Etruriam. Recepit breui Beſſa Narniā, ciuibus deditionem quamprimū ſunt aditi faci
entibus. Conſtantianus uero Spoletū primo, & poſt Peruſiam uiribus domitas cepit: &
quia compertū haberet Vitigitē ingentes copias parauiſſe, modico Spoleti relicto præ-
ſidio, cæteras copias in Peruſiā coegit, fore confiſus ut ſi Vitigitē eius capiendæ ciuitatis
libido cepiſſet, tam diu ad eam diſtineret, quoad urbi Romę ſatis à Beliſario prouiſum eſ
ſet. Et Vitigis quidē cum primū de Peruſiæ obſidione certior factus fuit, Nillā & Piſſiam
præſtantes Gothorū duces cū parte exercitus immiſit, ut eam ciuitatē ſuo præſidio cōſer
uarent: ſed cū Peruſiæ iam captę appropinquarēt, egreſſus eſt cū copijs in pugnā paratis
Conſtantianus, qui præliū cum illis nequaq́ detrectantibus cōſeruit. Pugnatū eſt utrinq́ H
certamine tam ambiguo, ut aliquādiu uterq́ exercitus dubitauerit ſuperari. Tandē Go-
this fractis, & poſt multā cædem fugatis, Nillas & Piſſias duces capti, & Romam ad Beli
ſariū fuerunt miſſi. Vitigis ubi ſuos male pugnaſſe accepit, conſultatione cum primori-
bus Gothorum habita, conſtituit omiſſis Italiæ ciuitatibus oppidiſq́ Romam petere, &
aut cum Beliſario, ſi copiam pugnandi faceret, congredi, aut illum, ſi detrectaret, in urbe
obſidere. Motis itaq́ ad nonas Februarij ex Rauēna ſignis cum centū & quinquaginta,
prout ſcribit Procopius, uel ut Pandulfus & quidā alij uolunt, centum milibus Romam
uerſus contendit. Id cū Beliſario eſſet renunciatum, ut tantam belli molem quantam in ſe
conuerti intelligebat ſuſtinere poſſet, Beſſam Conſtantianumq́ ad urbem reuocauit, qui
paruo præſidio in Peruſia, Spoleto & Narnia relicto, poſt ſecundū q́ profecti erant men
ſem cum omnibus copijs Romā ſunt reuerſi. At Gothi per Sabinos Tybur delati, ab op-
pidaniſq́ repulſi Anienē fluuium alicubi uado tranſmittere intentarunt. Id uero eos face
re prohibuit fluuij altitudo. Vnde in agrum Romanū ad uiam Numentanam deſcende-
runt, & pontē in eo loco caſtellis utraq́ in ripa cuſtodibuſq́ firmatum, quem Beliſarius

fecerat

A feceratoffendentes ad illũ caſtra fecerunt: Beliſarius nanq; qui ſuam non ignoraret mili-
tum paucitatem, nequaquam ſperabat poſſe hoſtes ultra Aniene continere: ſed illos cõ-
munitus tamdiu tardare curabat, quoad urbis mœnia cõfirmaret, perficeretq; excitata à
principio propugnacula, & interea ciuibus frumenti ac aliarũ rerum bello & perferendæ
obſidioni neceſſariarũ in urbem conuehendi longiorẽ faceret facultatem. Poſtquam aũt
uidit hoſtes ad ſuas munitiones ponti trans Aniene impoſitas conſediſſe, utile exiſtima-
uit caſtra ad eaſdem munitiones quæ dirimerẽtur fluuij alueo, hoſtium caſtris opponere.
Igitur poſtridic quã Gothi conſedetant, Beliſarius cum equitibus mille ut locum metandis
caſtris idoneum inſpiceret, & quid hoſtes agerent cõtemplaretur, ad ſolis ortum Roma
eſt profectus. Quamprimum uero attigit Anienem, ad pontem ſuũ ſtadio diſtantem itu-
rus, præter ſpem expectationemq; ſuam Gothorum equites habuit obuios. Milites nãq;
quos pontis & caſtellorũ cuſtodiæ deputauerat, ſiue minis & apparatu hoſtiũ deterriti,
ſiue pecunia corrupti, ſeſe & pontẽ nocte illa hoſtibus dediderant. Pręcipitatus in id dif-
B ficultatis periculiq; Beliſarius, attonitos milites ſuos & in urbem fugamq; reſpiciẽtes hu-
iuſmodi uerbis pro temporis breuitate habitis eſt hortatus. Gothos eſſe quibus obuiaue-
rũt, toties à ſe uictos fugatosq; & cęſos, quoties antea ſint congreſſi. Caſu quidem ſe cum
paucis adueniſſe, ſed qui Beliſariũ prælio intereſſe uidebunt hoſtes, nõ modo omnes in
Italiã traductas adeſſe copias, ſed ipſum etiam populum Romanũ populariter irrupiſſe
ſuſpicaturos. Proinde forti pugnarẽt animo, aut ingentem de ſtrage hoſtium gloriam re-
portaturi, aut ſeſe cum libuerit ſaluos in urbem proximã recepturi. Militibus igitur impe-
rata facientibus acriter eſt certatũ: & cum Beliſarius optimi ducis ac ſtrennui militis mu-
nera obiret, multi ex hoſtibus ceciderũt: Fuit tamẽ maximo in periculo Beliſarius, quod
Gothi illũ ducẽ eſſe noſcentes, denſi & in cuneos cõglobati maximos in eum impetus fe-
cerũt. Tutata uero eſt fortiſſimũ ducem tum uirtus propria, tum maxime domeſtica ma-
nus circa illũ ſedulo obuerſata, & ſuperata repulſaq; à paucis Gothorũ multitudo in pon-
tis munitiones eſt acta. Tunc effuſi caſtris nullo ordine Gothi tãto irruerũt impetu, ut re-
C pulſus Beliſarij equitatus aduſq; additas mœnib. foſſas Pincianãq; portã ſit fugatus. Pro-
dierant uero ex urbe iuuentutis Romanæ multi, quibus hoſtẽ in ſuburbio tũc impigre di-
ſtinẽtibus, expeditior fuit duci & pulſo equitatui intra urbẽ receptus. Cæſos refert eo prę-
lio Procopius ex Gothis mille, cũ Beliſariũ affirmet uix octuaginta deſideraſſe. Ingreſſus
urbem ſole iam occidẽte Beliſarius, ſingulas portas ſingulis præfectorũ ſuorum attribuit
cuſtodiẽdas: ciues uero partim uigilias pro mœnibus agere, partim intẽtos paratosq; cũ
armis ad tumultus ſi qui orirentur in urbe, ſedandos fore curauit. Ipſe urbem uicatim in e-
quo perambulans, hortando ſuadendoq; ciues in bonã ſpem erigebat, immittebatq; quę-
cunq; uſui fore auertendo præſentis noctis periculo uiderentur. Gothi nocte illa ad no-
uum Numentanę uiæ Anienis pontẽ cõmorati, mane cuius dies fuit nona calend. Martij
ad urbis obſidionẽ ſe parare cœperunt. Fuit uero hæc ratio obſidionis. Caſtra circũ urbẽ
ſex in locis poſuerunt à Flaminia uſq; ad Præneſtinã. His caſtris quinq; urbis portæ obſi-
debantur, & impediebãt uias quæ trãs Tyberim ferunt. Caſtra autẽ ipſa uallo & foſſa ac
D ligneis turribus munierunt, & tam citra quã ultra Tyberim poſſidentes omnia crebris in-
curſionibus peruadebãt. Beliſarius aũt contrà pro defenſione urbis hæc prouidit. Pinciã-
nam portam quæ contra maiora Gothorum caſtra maxime erat oppoſita, & Salariã huic
dextrorſum proximã, quicquid circa illas mari eſt, ſibijpſi aſſumpſit defenſandũ. Pręneſti-
nam uero portã Beſſæ, Flaminiã quæ eſt è ſiniſtra Pincianæ Conſtantiano attribuit, cæte-
ris quoq; portis alios præfecit. Gothi circa urbem profecti aquæductus omnes interrupe-
runt. Erant hi quatuordecim aquæductus mirabili opere effecti, per quos aqua in urbẽ la-
bebatur. Ea ex interruptione non tantũ aquarum incõmoda nocebant Romanis quan-
tũ carentia piſtrinorũ. Nã ex eo aquæductu qui ex ſummo Ianiculo quæ trans Tyberim
defluebat, utpote decliui ac rapido, magna uis piſtrinorum conficiebatur. Ex alijs quoq;
aquæductibus quibuſdã in locis eadem commoditas molendi fuerat inſtituta, qui tunc
interrupti magnas obſeſſis difficultates afferebãt. Aduerſus hæc incõmoda Beliſarius in
hũc modũ remedia excogitauit. Bini lembi paruo inter ſe diſtãtes ſpacio tignis cõiuncti
molas in medio continebãt, quę rapido fluminis curſu percite uoluebant. Funes uero ab
utraq; ripa quãmaxime intenti lembos in flumine ſuſtentabãt. Huiuſmodi lembos ſecus

pontē qui primus trās Tyberim fert, collocauit: poſt eos lēbos alios eodē ordine poſuit. B
Ne uero hoſtes mittendo de ſuperiori loco materiam et ignē officere lembis ualerent, ca
tenæ in flumine ad ipſum pontē obiectæ omnē materiā excipiebant, exceptam autē ho-
mines ab utraq; ripa diſpoſiti auferebāt. Et aduerſus piſtrinorū defectū hæc optime ſunt
prouiſa: lembi enī piſtrina largiſſime ſuppleuerunt. Aquarū uero incōmoda Tyberis ſu-
ſtentabat. Sed per mœnia pluribus locis inſtrumēta belli multiplicia ad feriendum repel
lendumq; hoſtes effecerat Beliſarius, ac ſolertiſſime oīa prouidebat. Gothi uero cōtrà
ad expugnationē urbis inſtrumenta & machinas huiuſmodi comparabāt. Primum arie-
tes quatuor, eſtq; forma eorū talis: Colūnæ ligneæ quatuor in altitudinē rectæ æqualiter
inuicē oppoſitæ collocantur. Hæ columnæ tignis octo uinciunt, quatuor ad imum colū
narum, totidē ad ſummū, efficiturq; ueluti quadratæ cuiuſdā ædiculæ forma, hæcq; corijs
eſt obtecta, ne qui intus ſunt, de mœnibus feriri poſſint: tranſuerſum deinde tignū impo
nitur, à quo trabes catenis alligata dependet, quaſi uſq; ad mediū altitudinis columnarū,
habet uero trabes in capite ferrū ingēs à baſi quadratū deſinēs in pyramidem. Machina F
tota quatuor rotis ad baſes columnarū poſitis defertur: mouēt autē arietem milites non
pauciores qninquaginta intra machinam exiſtentes. Qui poſtquā mœnibus machinam
admouerūt, trabem illam ſuſpenſam lorulis funiculóue retrahunt, moxq; cum impetu di
mittunt: trabes autē uiolentia & pondere in murum delata omnia diſijcit ac perrumpit.
Fecerant autē Gothi turres ligneas pari mœnibus altitudine, hæ quinq; rotis uehebant.
Scalarū preterea grandem numerū parauerant, & infinitam quandam uim faſcium ex ſti
pula & uirgultis. Cum ſatis omnia parata eſſent, Vitigis prima luce armatos oēs adeſſe
iubet, agminaq; diſtribuit: & quid agere quēq; uelit, preſcribit. Fit alacritas magna in Go
this & incredibilis pugnandi ardor: cū alij faſces quibus foſſas replere cogitabant, alij ſca
las ferrent, alij machinas admouerent. Beliſarius ante portā cum lectiſſimis militū ſuper
aggerem perſtabat, nec quicq; moueri à ſuis iuſſerat priuſquā ipſe ſignum dediſſet. Tur-
res quas paratas à Gothis diximus, boues cōuehebant. Hæ ante ceteras machinas admo
uebantur. Quod cum aſpexiſſet Beliſarius, riſit ſimplicitatē Gothorū, qui crederēt poſſe G
ad hoſtes armatos bobus machinā admoueri. itaq; coniectis ſagittis cito confecti boues
conciderunt, machinaq; deſtituta non potuit ulterius admoueri. Qui aūt ſtipulam & qui
ſcalas ferebāt, multitudine telorū ab aggere ueniente repulſi nec foſſas cōplere, nec mœ-
nia adire, nec arictes admouere ualebāt. Stabat nihilominus Gothorū acies, ac teſtudine
facta interdū ſubibat: ſed peruincere aggerem nunquā potuit: ſagittis & tragulis & omni
fariam telorum genere certabatur. Dum hæc ad Pincianam & Salariam portam gerunt,
tribus alijs locis Roma oppugnabatur. Nam Vitigis relicta parte copiarū quo Beliſariū
prælio diſtineret, ipſe ad Preneſtinam portā conuolauit cum multitudine pugnatorum,
eodemq; tempore alia Gothorū multitudo contra portam Fontinalem impetū faciebat,
alia inſuper hoſtiū manus portam Aureliam quæ eſt ad ſummum Ianiculum, expugnare
nitebatur. Ita quatuor ſimul locis Roma oppugnabat, ad Pincianam & Salariā portam
quas Beliſarius tuebatur, ad Preneſtinam cui præerat Beſſas, ad Aureliam, ad Fontinalē
portam. Sed hi qui ad Ianiculum pugnabant Gothi facile repellebantur. Sunt enī loca ar H
dua & ſaltuoſa, ut difficile ſit mœnia adire, nullo etiam repugnante. Tunc aūt Paulo Beli
ſarij prefecto cum ualida manu militum defendēte, conatus hoſtium in irritum cecidere.
Ad Caſſiam uero uiam maius periculum fuit, Via erat porticu contecta, per quā ad tem-
plum beati Apoſtoli uadebatur. Sub ea igitur porticu latentes Gothi, cū tempus rei ge-
rendæ uiſum eſt: egreſſi ex inſidijs repente ad molē Adriani inuadendam conuolauerūt,
ſcaliſq; admotis primum ambitum qui figura quadrata molem cingit repentino impetu
ceperūt. Hæc moles Imperatoris Adriani ſepulchrum fuit, eximio ac magnificentiſſimo
opere confectū: primus ambitus quadrati figuram habet, cōſtat uero totus ex marmore
Pario ſumma opificū diligentia exædificatus, in medio huius quadrati rotūda moles in-
ſurgit, excelſa quidē, latitudine uero tanta, ut in ſuprema eius parte area ſit, cuius diame-
ter uix iactu lapidis tranſigatur. Habet uero pontem ſuper Tyberim amnem, qui ab ipſa
mole ad aliā ripam extēditur. Hoc ædificium licet extra urbem eſſet (nam urbs quidē ad
Tyberim finiebatur, hæc aūt ultra Tyberim eſt) tamen quia pontē habet ad mœnia uſq;
pertinentē, & erat ueluti arx ac propugnaculū quoddā, Beliſarius ſuis occupandū cuſto

diendumq;

A diendumq́ prouiderat, eiusq́ rei curã mandauerat Conſtantino. Viderat autẽ Conſtan-
tinus paulo antè hoſtes ratibus in Tyberim miſſis ad eam partẽ urbis oppugnandã acce
dere, quæ Martium campum & ipſum Adriani pontem intercedit. Itaq; ueritus humilita
ti murorũ (nam erãt in ijs locis mœnia iuxta flumẽ non ſatis munita) ex Adriani mole cũ
manu militũ aduolarat, nec ſatis multos reliquerat molem ab hoſtibus defenſuros. Gothi
ergo, ut diximus, per abſentiã præfecti capto inferiori ambitu, molẽ ipſam expugnare ni
tebantur. Milites aũt de ſuperiori parte repugnantes, quo magis repellerent hoſtes, rem
nefariã effecerunt. Erant in ſumma parte molis undequaq; permagnæ ſtatuæ hominum,
equorũ, quadrigarum excellenti artificum opere confectæ. Has partim integras milites
demoliti in hoſtes præcipitarũt, partim cõfractas deiecerunt. Ita præclara opificũ opera
& multorũ annorum labores ac maxima eius ſepulchri ornamẽta militum ſiuè ruſticitas
ſiue malignitas paucis horis abſumpſit. Inter hæc Cõſtãtinus repulſis à flumine hoſtibus,
audito molis periculo ꝓ pontẽ ſuccurrit, addiditq́ ſuis animos, atq; ipſe ab inferiori par-
B te hoſtes inuaſit: per hunc modũ tandẽ moles eſt defenſa atq; hoſtes repulſi. Ad Præneſti
nã quoq; portã ubi Vitigis rex, & qui cũ illo uenerant Gothi pugnabãt, ingens periculũ
fuit. Erat eñ non procul à porta locus quod Viuariũ appellabant: Is locus mœnia habe-
bat duplicia aliquo ſpacio inter ſe diſtantia, ſolum inter bina mœnia planiſſimũ erat: mœ
nia uero ipſa nõ ſatis munita. Vitigis igitur & Gothi prima aggreſſi mœnia, etſi egregie
repugnabãt, tamẽ ea peruicerũt. Beſſas uero præfectus diffidẽs aduerſus tantã Gothorũ
uim reſiſtere poſſe, Beliſario ꝓpere ſignificauit quanto in periculo res foret, admonuitq́
ut q̃ celeriter opem ferret. Eo nuncio permotus Beliſarius relicto ad Salariã portam præ
ſidio, ipſe cum lecta manu militũ per urbem citus ſe contulit ad Viuarium: Aduentu ſuo
redintegrata pugna, creſcunt militibus animi ad præſentiam ducis: ipſe etiam cum ſuis in
præliũ deſcendit: Gothi murum ab inferiori parte perfregerunt, ac magna uis eorum in-
greſſa inter bina mœnia uerſabatur, pugnaq́ in eo loco acerrima erat. Tandem uero eũ
exitum habuit pugna, ut Gothi per eum ipſum locũ quo ingreſſi fuerãt, cũ magna ſuorũ
C ſtrage euadere cogerentur: poſtquã uero egreſſi ſunt, in eos perturbatos immiſſi milites
longe illos ſubmouerũt, eorumq́ machinas cremauerũt. per hunc modũ Roma eodem
die & oppugnata pluribus locis & defenſa fuit. Ceciderunt autẽ in his prælijs Gothorum
ad tria milia: obſidio tamen durabat. Romani uero etſi Beliſarij uirtutes admirabanẽ, ta
men querelã aduerſus illum erat, quod cõtra tantas Gothorum uires exiguis ipſe copijs
cõcitato bello Romã in præſentes difficultates cõiecisſet. Quod ſentiẽs Beliſarius, neq;
enim erat obſcurũ, etſi aliàs hæc eadem Iuſtiniano ſignificauerat, tamen tunc maiorẽ in
modum cõmotus uehementius ſcripſit, obſidionem urbis Romæ oſtendens, & paucita-
tem ſuorum, ac hoſtiũ multitudinem, Se enim in Sicilia ex eo quem ſecum duxerat exer-
citu Panormi & Syracuſis præſidia reliquiſſe, Neapoli uero & Cumis & alijs per Italiã op
pidis à ſe receptis, quod neceſſariũ fuerat pro illorum tutela milites poſuiſſe, ſibi tantum
modo ad quinq; milia militum reſtare, & Romam à Gothis centum & quinquaginta mi
lium exercitu obſideri, Romanos horum periculorũ inſuetos haudquaquã obſidionem
D toleraturos. His literis Iuſtinianus acceptis ualde cõmotus eſt, ac ſtatim copias quaſdam
iam paratas iuſſit in Italiã nauigare: præerant autem his copijs Valerianus & Martinus,
eaq; hyeme per Ætoliam & Arabiam hyemauerunt. Romanos hæc ſignificata in ſpem
continuere, aduentum eorum primo quoq; tempore expectantes. Dum hæc Romæ ge-
rũtur, Aſinarius & Vſigilaus Gothorũ duces, quos in Dalmatiam Vitigis cum exercitu
miſerat, claſſemq́ inſuper eis dederat, cõiunctis ſibi maximis Barbarorũ copijs, Salonas
mari terraq; obſederãt. Cõſtantianus enim impar tantis hoſtium copijs, munita prius af-
fatim urbe egreſſus maxima Gothis dãna mari terraq; inferebat. Et hoc etiã tempore gẽ-
tes Barbaræ à quibus Romanũ occidentale imperiũ oſtendimus inuaſum fuiſſe, in aper-
tas inimicitias aſperrimaq; inter ſe bella proruperãt. Siquidẽ Childibertus, Clodomiris,
& Clotarius Francorum reges hortante Crotchildi genitrice, in patris ſui, prout oſtendi-
mus, ea adhuc uirgine occiſi ultionem duxerũt in Sigiſmundum & Gothimarum fratres
Burgundionũ reges. Occurrit uero Sigiſmundus copijs tumultuariè comparatis, & præ
lio ad Agaunenſes cõmiſſo, fractis fugatisq; Burgundionibus, Sigiſmundus cum uxore
& liberis captus fuit: quos omnes ſimul Franci reges ad uicũ colũnæ in puteo necauerũt.

Exinde Clodomiris ſolus cõtra Gothimarũ geſſit bellũ, in quo fugatis Burgundionib. E
cũ ipſe perſequeret̃ Clodomiris à fugiẽte Burgundione ſuffoſſus cecidit. Cuius rei dolo
re cõciti duces Francorũ, qui ordines in eo exercitu ducebãt, ardẽtius prẹlio incubuerũt,
& Gothimaro occiſo, ac copijs pene ad internecionẽ cęſis, in agrum etiã eorũ imbelleꝗ;
multitudinẽ quæ domi manſerat eſt ſæuitum. Almaricus tunc Viſigothorũ rex Hiſpaniã
obtinebat, habebatq; in matrimonio dictorũ Franciæ regũ ſororẽ, nec tamẽ deſtitit Chil
debertus, quin cauſa prætẽſa, ꝗd indigna ſoror pateret̃, paratiſſimũ in Hiſpaniã exercitũ
duceret. Quod cũ haberet exploratũ Almaricus, naui fugere cõſtituit, ſed dum tarde per
git ad mare, à Francis præuẽtus occidit̃. Tũc Childebertus magis per Hiſpaniã factis po-
pulationibus, Toletũ urbẽ cepit, et theſauris quos haberet opulẽtiſſima ciuitas maximos
ablatis, ſororem uiduã in patriã reduxit. Et ilico poſtq̃ Franci reges præda ingẽti abacta
Toleto ſunt profecti, Viſigothi in defuncti Almarici regis locũ Theudã ſibi regem crea
uerunt. Sæuierunt etiã mox inter ſeſe Francorũ reges. Clodomiri defuncto ſuperfuerunt
duo filij infantes, ꝗs quia Crotchildis auia nimis charos habere, et ad paterni regni porti- F
onis ſucceſſionẽ alere uidebat̃, Clotharius & Childebertus terrę alliſos interfecerũt. Pau
lo exinde poſt Theodebertus dictorũ regum nepos cũ Childeberto patruo in alterũ pa-
truũ Clothariũ cõiurauit. Obſtitit tamẽ eorũ impietati Crotchildis genitricis prudentia,
quę aciebus in pugnã paratis dũ eſſent dimicaturi, eos ad pacẽ cõcordiamq; perduxit. Et
ne otiũ, ut ante, reges in armis nutritos in patria diſcordes teneret, ſuaſit ut Childebertus
& Clotharius Hiſpaniã inuadẽtes Arianæ ſectæ Gothos uel regno pellerẽt, uel ad ſynce
rum fidei Chriſtianæ cultũ facerẽt reſipiſcere. Theodebertũ aũt ut prouinciã Romanã ac
Italiã maximis agitatã motibus iterũ inuaderet eſt hortata. Itaq; Childebertus & Clotha
rius fratres in Hiſpaniã aduerſus Viſigothos duxerunt. Qui ad Cæſarauguſtam uſq; de-
lati, eam ciuitatẽ diu obſeſſam, uallatãq; magnis & prope aſſiduis oppugnationib. adeo
terruerũt, ut ciues Viſigothi, qui præſidio inerãt, uinci uiribus opprimiq; timuerint. Quo
in tremore maximo cũ anxia eſſet omnis multitudo, armiſq; diffideret, quæ iuuentus in
manibus dies nocteſq; pro mœnibus tenebat, in cœleſte auxiliũ mentes oculoſq; cõuer G
terũt. Et capite primũ Chriſtiano ritu cinere aſperſo, tunicã beati Vincentij quæ in ſacra-
rio illis erat, ſolẽni pompa à ſacerdotib. cleroq; ad mœnia deferri orauerunt: fecerũt ilico
ꝗd rogabant̃, trepidi & ipſi etiam ſacerdotes. Quorũ primarij tanq̃ ad diuinã rem parati
muri propugnacula cõſcenderũt, & beati Vincẽtij tunica in hoſtẽ prætẽſa ſupplici uoce
diuina implorauere præſidia. Tunc Franci reges inermẽ noui habitus turmam admirati
his qui in ſtatione erãt per militẽ gregariũ interrogatis quid fieret didicerũt. Qua intelle-
cta reuocatũ ad ſe regia fide ciuitatis epiſcopum iureiurando adegerunt, ne quempiam
Arianæ ſectæ in urbe & diœceſi ultra toleraret: quod cũ ille ꝓmiſiſſet, abeũtes eueſtigio
reges obſidionẽ ſoluerũt, & in Pariſios reuerſi ſancti Vincentij ædem, quæ nũc celebris
uiſitur, in ciuitate exædificarunt. Et per id temporis obijt decrepita Crotchildis eorũ ge-
netrix mulier præſtantiſſima. Interea dũ Childebertus & Clotharius Hiſpaniã agitarent,
Theodebertus eorum nepos prouinciã Romanã nullis munitã Gothorũ præſidijs occu
pauerat, minoreq; cũ labore ceperat Rhetias alpes, & Coccias om̃i cuſtodia derelictas. H
Qui deſcendens in Italiã omni Liguria eſt potitus, tradũtq; qui Francorũ geſta ſcripſere,
illum Etruriã ingreſſum uſq; ad Vituriniũ perueniſſe: ſed nos cum de Etruria parum cre-
damus, quod Liguriã omnẽ ceperit habemus compertũ: qui rex morbo correptus grauiſ
ſimo, præmiſſa ingenti præda quã in Italia fecerat, redijt in Metẽſes. Reliquit aũt Amin-
gum, Burelinũ, & Leotharium magni exercitus duces, per quos Liguriam, & quæcunq;
ceperat de Gothorũ prouincijs defenſauit. Gothi namq; trans Padũ ſeſe colligẽtes om̃ia
quæ Apenninũ inter & Padum atq; Alpes ſunt præſidijs cõmunita tenentes, Liguriam,
Alpes, Romanã prouinciã tunc ſpreuerunt. Sed Theodebertus paulo prius quàm Crot-
childis auia, interijt: cuius filius Theodoaldus in regno ſine contradictione ſucceſſit. Ro
ma inter hæc durius obſidebat̃. Vitigis em̃ quoniã expugnatio prius tentata turpiter eſ
ſucceſſerat, inquietior inde factus cũcta rimari ac perſcrutari nõ deſtitit, quibus obſeſſos
quammaxime affligeret. Portus erat iuxta mare à dextra Tyberis fluuij ripa, ſuperq; eo
urbs ualido muro cincta. Eo in loco naues cũcta quæ mari feruntur deponebant. Vitigis
igit̃ magnis ſuorũ copijs repente & inopinato miſſis urbẽ Portuenſem cepit. Oppidanis
contra

A contra ſubitã Gothorũ uim nequaquã ſatis ad reſiſtendũ paratis. Ex huius occupatione
urbis, magnæ confeſtim difficultates Romæ creuerunt, frumenti ac cæterarũ rerum quæ
uſui ſunt importandi facultate ſublata. Nam Gothi quidẽ præſidio militum ibi relicto op
pidum ac fauces Tyberis cuſtodiebant, nec importari quicꝗ patiebant̃. Nec multo poſt
Rauennã Vitigis miſit, qui ciues Rom. omnes quos obſides duxiſſe ſupra oſtendimus,
interficerent. Erant uero in his multi ex nobilitate, multi etiã ex plebe pręſtantes uiri, qui
omnes interfecti ſunt præter paucos, qui re prius cognita aufugerunt: in quorũ numero
fuerũt Teruẽtinus & Reparatus Vigilius, q poſtea papa fuit Germanus: hi eñ re præco-
gnita in Galliam fugiẽtes mortẽ uitarunt, cæteri perierũt. In hoc Romani populi dolore
ob ciues Rauennæ interfectos alius ſuperuenit dolor. Beliſarius eñ defectum annonę ti
mens, Romanis ciuibus edixit, ut filios & uxores, & omnẽ inutilẽ bello turbam Neapo-
lim mitterẽt. Idẽ milites ſuos facerẽ coegit, quibus uel ſcorta uel mancipia Romæ eſſent.
Viæ aũt abeundi per id tempus duæ ſupererant, una Oſtienſis iuxta ſiniſtram Tyberis ri
B pã uadentibus, altera mediterranea regione, per ea loca quæ à caſtris hoſtiũ erãt maxime
diuerſa: neq; eñ totam urbẽ à principio cinxerant Gothi, ut diximus, ſed ab Aurelia por
ta ad Prænestinã obſidebant: per alia uero loca non temere neq; ſæpe uagabãtur: nam &
damna incurrebãt ſi longius à caſtris ſuis uagarent̃, & ſine magno copiarũ apparatu diſ-
curſare non poterãt. Ex quo fiebat ut uia Appia & Oſtienſi per id quidem tempus tuto
uaderetur. Romani igitur uxores & liberos, & imbellẽ multitudinẽ emiſerunt: pars eorũ
in Campania, pars Neapoli, pars in Sicilia, prout cuiq; cõmodius fuit, conſtitere. Romę
autẽ annona iuſſu Beliſarij diligentiſſime per ſingula capita diſtribuebatur. Hoc in loco
traditur ex Procopio, Syluetiũ pontificem Romanũ, pro quo nominis errore ſemper po
nitur Lyberius, in exiliũ fuiſſe actum, ſuſpicione coorta, quod cum Gothis ſentiret. Sed
Pandulfus Hoſtiarius in uita ipſius Syluerij id narrat accidiſſe inducijs cõſtitutis, & me-
liores ꝗ̃ ipſe Procopius cauſas affert, prout in tempore oſtendimus. Romanis itaq; anno
næ penuria laborantibus, Martinus & Valerianus, quos à Iuſtiniano miſſos ſupra dixi-
C mus, Romam uenerunt, habẽtes equites ad mille ſexcentos. Erant uero hi magna parte
Hunni. Aduẽtu eorum equitũ recreatus Beliſarius, alia ratione quàm prius bellũ gerere
conſtituit. Non eñ ſtans intra mœnia urbẽ tuebat̃, ſed per ſingulos dies emiſſo equitatu,
ſubitis incurſionib. hoſtes uexabat: ex quo factũ eſt, ut mirificum hincinde accenderetur
certamen, & in omnẽ experientiã ueniretur. Beliſarius enim ipſe ſcientiſſimus præliandi
dux equites qua ratione agendũ foret cõmonebat, loca monſtrabat quouſq; progredi, et
ubi cõſiſtere oporteret: & modo per Salariã Pintianamq; portã ſubito emiſſis equitibus
proxima Gothorum caſtra fatigabat, modo per Aureliam portã, & alia Gothorũ caſtra,
quæ erant uia Caſſia, inter ſepulchrũ Adriani & Miluium pontem infeſtabat. His certa-
minibus Beliſarij equites præualere cœperunt, non quod totũ equitatum hoſtiũ ferrent,
ſed quod parẽ uel ampliorem numerũ ſuperare uidebantur, peritiaq; bellandi & audacia
anteire. In hunc modũ exercitatis equitibus & iam contemnere hoſtem aſſuetis cum ſpes
atq; animi obſeſſorum creuiſſent, eo deuentũ eſt, ut non leuibus iam certaminibus, ſed iu
D ſta acie decerneretur. Beliſarius eñ crebra præfectorũ ac militũ adhortatione fatigatus,
experiri tandẽ maiorẽ pugnã decreuit, copiasq; ſuas in hunc modũ diſpoſuit: primo aciẽ
unã per uiã Caſſiã exire, & ante ſepulchrũ Adriani ad hoſtes uerſam ſtare iuſſit, præfecit
autẽ huic aciei Valentinũ equitum præfectũ, eiq; ſupra equitatũ pedites quoq; attribuit
ex ueteranis militibus, ex populoq; Romano, qui uoluntarij id munus ſibi popoſcerãt:
hos uero pedites nõ unà cũ equitibus ſtare uoluit, ſed ſiniſtros mõtes, qui à Ianiculo diſ-
currentes planiciem ſupereminẽt, occupare. Valentino autem præcepit, ut quoniã maxi
mam expectationẽ inuadendi hoſtẽ præberet, cęterum pugnã non iniret, niſi fuerit laceſ
ſitus. Volebat eñ illam Gothorũ partem quę in his locis caſtra fecerat tantummodo de-
tineri, ne prælio, quod Salaria uia cõmittere decreuerat, auxiliũ ſuis ferret. Duas ſubinde
alias ſtruxit acies, unam ad Salariã portam, alteram ad Pintianã: in frõte equites, pedites
in ſubſidijs utriuſq; collocauit, atq; ita ſua quamq; porta exire & ad hoſtẽ progredi iuſſit.
Vitigis Gothorũ rex cum ex transfuga poſtridie futurum prælium cognouiſſet, Gothos
prima luce armari fecerat. In ſtruẽda acie pedites medios, à dextra & ſiniſtra equites qua
ſi alas diſpoſuit. Ita Beliſario obuiã progreſſus præliũ cõmiſit. Milites igit̃ ab utraq; parte

ſtatim acriter cõcurrerunt: duces uero poſt eos ſtantes, hinc Beliſarius, inde Vitigis ſuos E
adhortabant̃. Et ab initio quidẽ pugnæ Beliſarij milites longe prȩualebant, multiq; cade
bant ex Gothorũ acie, & ſub ipſis caſtris hoſtiũ pugnabat̃. Multitudine tamen abundan
tes Gothi, in cadentiũ loco alios ſubmittebãt. In hunc modũ neutra parte ſuperante, uſq;
ad meridiẽ eſt pugnatũ. Alacrius tamẽ Beliſarij milites dimicabant: Gothi ſolũ patientia
conſiſtebant. Interim quæ ad ſepulchrũ Adriani ſtabat acies, prælium cõmiſit: multitudo
enim populi Rom. ex collibus deſcendere in Gothos cœperat, & Valẽtinus implicatos
prȩlio ſuos cernẽs, aciẽ cui præerat à ſepulchro Adriani cõmouit, atq; hoſtes inuaſit. Nec
diu tulerũt Gothi, præſertim multitudine illa populi, quæ de ſuperiorib. locis deſcẽdebat
conterriti, & in eorũ caſtra ſe recipere nõ ualentes longius aufugerunt. Romanorum aũt
multitudo, quã de montibus deſcendiſſe ſupra diximus, ſtatim ad caſtra hoſtiũ diripien-
da cõtendit. Quo facto, nec ipſi perſecuti ſunt hoſtes, nec milites perſequi dimiſerũt. Ra-
pinam eñ ab eis fieri cernentes milites, ne expertes prædæ forẽt, omiſſa perſecutione ho
ſtium, ad caſtra diripiẽda ipſi quoq; cõuerſi ſunt: ita Gothi de manibus emiſſi, cum nemo F
perſequeret̃, in montibus proximis conſtiterũt. Inde caſtra ſua agi ferriq; uidentes, cum
neq; ordinẽ neq; diſciplinam ullam in hoſtibus cernerent, ſeſe tandẽ cohortati rurſus hõ
ſtes inuaſerũt, eosq; impeditos ac rapinæ intentos perfacile ſuperarunt, caſtraq; & prædã
illis abſtulerũt. Ad caſtra quoq; regia per hoc ipſum tempus mutari fortuna cœpit, pedi-
tatus enim permultus ex Gothorũ proximis caſtris equitibus Beliſarij obiectus, eũ quaſi
teſtudine ſcutorũ facta à frõte premeret, coegit tamen eos aliquando pedẽ referre: quod
cum uiderent equites hoſtiũ, dextræ alæ impetu maiore Beliſarij equitatum ex trãſuerſo
inuaſere, nec longe tulerunt impetũ equites, ſed terga ad extremum dantes, ad peditum
ſuorũ aciem ſe receperunt. Nec ea quidem ſuſtinuit uim hoſtium, ſed magna ſuorũ cæde
in fugã uertitur. In hoc tamen loco duorũ centurionum uirtus plurimũ eluxit, Principio
& Taruunti nomina illis fuere, qui in fuga cæterorũ locum ſuum non deſerentes, impetũ
Gothorũ diu ſuſtinuerũt, ſpaciũq; dederunt ſuis ſeſe in urbẽ recipiẽdi, donec Principius
toto corpore uulnerato pugnãs cecidit, & circa illũ cõmilitonũ ſuorũ quadraginta duo. G
Taruuntes aũt pari uirtute præditus, cum ſanguis permultus de uulneribus manaſſet, ui-
resq; deficerẽt, a fratre ex prælio ui retractus, & ad Pincianã uſq; portã deductus, ibi cor-
ruit. Poſt hæc milites effuſo curſu ad urbem refugerũt. Stantes uero in mœnib. Romani,
portas clauſerunt, ueriti ne hoſtes ſimul urbẽ intrarent. Itaq; nõ parua militũ pars excluſa
eſt, qui aggerẽ tranſgreſſi, terga ad mœnia, faciẽ ad hoſtes cõuerſi ſtabant, unicã habẽtes
ſalutis uiam, ſi è mœnibus defenderent̃: nam tela pleriſq; deerãt, quibus tueri ſe poſſent,
omnibus uel in fuga abiectis, uel in prælio cõfractis, ſed qui pro mœnibus ſtabant, eos la
pidibus tutati ſunt: pugna hæc ad caſtra Gothorũ ab initio cœpta, poſtremo ad portas ac
mœnia deſijt, cecideruntq; ex Beliſarij militibus permulti, ac maxime uirtute præſtãtes.
Qua ratione Beliſarius aliq̃t dies pugna abſtinere cœpit, cõtẽtus ſolũ mœnia defenſare.
Agebatur præterea maiori incõmodo, quod a frugũ penuria, quam Theodati regis tem
poribus inchoaſſe oſtendimus, ad inopiam rerum omniũ, acerrimamq; famem erat per-
uentum, adeoq; late id manauerat malũ, ut non ſolum in obſeſſa urbe ea laboraretur ino- H
pia, ſed uniuerſa premeret̃ Italia. Scribit nanq; Datius Mediolanenſis epiſcopus, qui per
ea tẽpora fuit, eò calamitatis quo tempore urbs Roma à Vitigite obſedebat̃, in ſua diœ-
ceſi peruentũ eſſe, ut ultra ſordidorũ, quibus multi manũ appoſuerunt eſum, inuẽta ſit mi
ſera genetrix, quȩ mortui ſame filioli carnes comederit. Fato itẽ Romani Imperij tunc fa
ctum eſſe uidemus, ut dum inopiæ & Gothorũ oppreſſioni malis breui ceſſaturis Roma
obſiſtit, Lõgobardi, quos diximus Odoacris Heruli regis Rom. temporibus, primũ ad
Danubij ulteriorẽ ripam ſediſſe, uires cœperint adaugere, breui exercẽdas in Romæ atq;
Italiæ detrimenta. Hi etenim Longobardi, duce Andoino, quem habuerũt nonum regẽ,
Danubio tranſmiſſo, Pannoniã inferiorem paulo ante inuaſerãt. Tulerat autem eius gen
tis acceſſum grauiter Turiſmundus rex Gepidarũ, pronepos Ardarici illius regis Gepi-
darũ potentiſſimi, quẽ ſub Athila oſtendimus, in prælio Cathalaunico militaſſe, nam &
ipſe Turiſmundus cũ ſuis Gepidis ſuperiorẽ Pannoniã incolebat. Congreſſis itaq; præ-
lio gentibus ferociſſimis, Andoinus Turiſmundo repreſſo captã inferiorẽ Pannoniã ob
tinuit. Cui defuncto, decimus in Longobardorũ regno ſucceſſit filius Alboinus. Et Ge-
pidæ

A pidæ Eurimundũ, qui defuncto itẽ Thuriſmundo genitori ſuffectus erat, nouũ regem ha
buere, quos inter recẽs creatos reges innouatũ eſt bellum, longe prout finis breui docuit
diſpar, q̃d Alboinus animi & corporis dotibus excellẽs Clotharij regis Franciæ filiã no-
mine Clothſuindã uxorẽ haberet, cuius gratia Auares cum Longobardis in Zepidas ar
ma ſumpſerunt: fuerunt aũt Auares, Hunni Athilæ proprij exercitus reliquiæ, quos dixi
mus primo defuncti ipſius Athilæ anno à Zepidis ſubijci recuſantibus ſuperatos. Nam
Durith Athilæ filius à Valemire & Theodemire Zepidarũ regibus intra Scythiã fugere
cõpulſus, ilico ab Hunnis ſui exercitus fuit occiſus. Suffectus autẽ eſt illi in Hunnorũ re-
gẽ Zeliorbes. Qui cũ uiginti Hunnorũ milibus, ut Paulus eſt autor, bello, q̃d Iuſtinianũ
cõtra Parthos feliciter geſſiſſe diximus, Quoſdroæ Parthorũ regi cõtra Romanos auxi-
lium attulit: ſed Coſdroas ſuſpectã ducens Hunni regis fidẽ, quod eum reſciſſet à Rom.
Imperatore munera accepiſſe, Hũnos incautos maxima oppreſſit clade, Zeliorbẽ uero
multis cõfoſſum uulnerib. interfecit. Quę quidẽ clades ſupra alias acceptas effecit, ut Hũ
B ni qui ſuperfuerãt cladi Hunnorũ nomen antea glorioſum exoſi ſeſe ab Auatio, qui Ze-
liorbi in regno ſucceſſerat Auares nuncupauerint. Qui quidẽ Auares tanq̃ à cætera bar-
barie profugi relictis Pannonijs in Noricũ receſſerũt. Vnde factũ eſt, ut Noricus prouin-
cia in hæc uſq; tẽpora unicæ literæ facta regio nomine additione dicta ſit Bauaria. Ea aũt
Norici prouincia habuit ab oriente Pannoniã, ab occidente Sueuiã, à meridie Italiam à
ſeptentrione Danubiũ: ſed eam Bauariæ partẽ, quę pertinebat ad Italiã, Auſtraſij ante an
nos centũ occupatã nunc tenẽt, ſimul Auſtriam cum alijs partibus eius prouinciæ appel
latã. Cũ itaq; Childebertus & Clotharius fratres, ac Theodoaldus pronepos Francorum
reges uſq; ad Bauariæ & Auſtraſiorũ fines ditionẽ protuliſſent, Auares adducti Cloth-
ſuindæ & genitoris Clotharij precib. ſuaſionibusq; Longobardorũ bello in Gepidas cõ
ſenſerũt. Ergo Zepidis magno apparatu, ſed maiori odio in Longobardorũ fines ducen
tibus, continuit ſe primo intra prouinciã Alboinus, quouſq; compertũ habuit Auares,
relicta ſine præſidijs Gepidarũ loca à tergo inuaſiſſe. Tunc Cõmundus in eas adductus
C difficultates, Longobardos premere accelerauit, fore cõfiſus, ut ſi eos uel delere, uel inſi-
gni clade poſſet debiles reddere, Auarorũ à tergo inſtantiũ iniurias facile uindicaret. Sed
Alboinus de Auarorũ impetu certior factus, furẽti Cõmundo cũ copijs occurrit, & nul-
la mora cõmiſſum eſt prœliũ: in quo Zepidis fractis fugatiſq;, ac inter fugã penè ad inter-
necionẽ acciſis, Cõmundus Alboini dextera cecidit. Exinde Alboinus cũ regis Cõmun
di caput pilo infixũ aliquot diebus per caſtra geſtari feciſſet, paterã ex eius cranio celatã
auro fieri curauit, bibitq; ea ſemper quoties cõuiuia aut ſolennes epulas exhibuit. Aucti
aũt ſunt ex ea uictoria magnis opibus Longobardi. Et Alboinus Roſmundã Cõmundi
regis filiã uirginem formaq; præſtantẽ, ſibi matrimonio copulauit. Ex illo tempore deſie
runt Zepidæ qui aut prælio nõ interfuerãt, aut cædi ſe ſubtrahere potuerãt, regẽ ducesq;
ſui generis habere, & partim in Longobardorũ nomẽ ſunt cõfuſi partim Auaribus ſubie
cti in ſuperiori Pannoniæ parte ipſa ſecuri paupertate manſerunt. Hæc quidem in Rom.
quondã prouincijs Tranſalpinis & extra Italiã tunc fiebãt. Romæ aũt Beliſarius poſt ac-
D ceptũ ex inuaſione regiorũ caſtrorũ apud Pincianã portã incommodũ, cõfirmatis paruo
tẽpore militũ animis rurſus educere illos cœpit, non tñ totis pugnare copijs amplius eſt
auſus, leuia tantũ prœlia ut prius cõſueuerat, facere pſeuerauit, ut fuerũt nõnulla ualde in-
ſignia, prœſertim aduerſus illa Gothorũ caſtra q̃ erãt citra Miluiũ pontẽ ad Caſſiã uiã con
uerſa: eſt em̃ ibi planicies equeſtrib. prælijs ualde apta, inq; ea planicie prata quæ poſtea
ſunt Neronicampus appellata, & theatrum eſt ad ludos gladiatorios uetuſtis temporib.
ædificatũ. Circa id Theatrũ maxima certamina fuerunt, quia aut Beliſarij milites id thea-
trũ occupabant & quaſi caſtris illo utebanť, uel Gothi præuenientes inſidias in eo pone
bant. Quin & ad portã Salariã, & ad Pincianã per ſingulos fermè dies leuia prælia cõmit
tebanť. Gothis igiť obſidionẽ in longũ trahi cernẽtibus unica peruincendi ſpes reliqua
uidebať, ſi fame Roma premereť: licet em̃ portus Romanis ablatus magnas difficultates
uiſus eſſet auferre, tamẽ, ut eſt hominũ induſtria, præſertim in indigentia ſolers, onerariæ
naues q̃ portũ ſolebãt petere, Antiũ petebãt, & inde expoſitũ frumentũ & alia neceſſaria
pedeſtri itinere Romã deferebanť. Volẽtes igiť Gothi cõmoditatem quoq; iſtã Roma-
nis auferre, octaua circa urbẽ caſtra inter uias Latinã & Appiã poſuerunt. Sunt em̃ in his

locis aquæductus duo altis fornicibus, qui interſecantes quaſi in duo brachia ſcindunt, E
relicto in medio aliquanto ſpacio iterū coeunt. Diſtat autem ab urbe hic locus milia paſ-
ſuum circiter quinq;. Hunc igitur medium locū occupantes Gothi, murū inter columnas
arcum undequaq; fecerunt ex lapidibus & luto, caſtraq; per hunc modū munitiſſima ha
buerunt, poſueruntq; in his caſtris ſeptē milia equitū, qui ſupra infraq; infeſtātes Latinā,
& Appiam, & Oſtienſem uiam impediebāt, omnem importandi facultatē Romano po
pulo præcidentes. Ex hoc admodū durior obſeſſis cōditio reddebatur, & fames intolera
bilis imminebat. Quamdiu em̄ ſegetes in agris fuerunt, milites noctu Roma egreſſi, fru-
menta cōportabant, ac magno precio ciuibus uendebāt, atq; ita indigentia ſuſtentabāt.
Vbi uero hæc quoq; facultas defuit, tunc deſperata omnia uidebantur. Iam ſolſtitiū uene
rat æſtiuū, & peſtis Romæ graſſari cœperat, frequentesq; moriebant̄, nō ex plebe modo
Romana, uerumetiā ex Beliſarij militibus. Res erant in ſummis difficultatibus atq; angu
ſtijs. Itaq; ad Beliſariū uenientes Romani, fortunā ſuam cōqueſti ſunt, quod fidem Impe-
ratoris ſecuti, in præſentes inciderāt calamitates: Suos em̄ ciues miſerabiliter interfectos F
Rauēnæ fuiſſe ab hoſtibus: Vrbē à Barbaris ignominioſe obſeſſam, extra mœnia uaſtata
omnia atq; conſumpta: intus uero fame ac omniū rerū penuria intolerabiliter ptemi: ro-
gare Beliſariū, ut ſe in hoſtem educat: præſtare enim ſibi armatis mori, quàm fame tabe-
ſcere, ac tantas calamitates dedecoraq; perferre. Beliſarius uero hæc audiens, clemēter il
lis reſpondit, eos quidē temere & inconſulte deferri inquit, quod ea ſit natura populorū,
ut impetu magis ꝙ ratione moueant̄. Se conſilio ac ratione, non impetu animi regi con-
ſueſſe. Expectaſſe ab Imperatore copias, quibus adiuncti ſi pugnandū fuerit, certam ſuis
uictoriā polliceri ualeat. Eaſdē illas copias infinitā quandā uim frumēti ſecū afferre: pro
inde abirēt, ac ſibi curā belli relinquerent. Romanis per hunc modū uel conſolatis uel de
territis, ipſe animū in eā cogitationē traducere cœpit, quemadmodū Gothis rei frumēta-
riæ difficultates quamplurimas inferret. Eius rei gratia hæc prouidit. Conſtantinū & Tra
ianum cum equitibus mille Terracinam, Martinū & Fruthim cum quingēis Tybur mi-
ſit. Aliā item manū equitum Albā deſtinauit: hiſq; omnib. præcepit, ut quāmaxime poſ- G
ſent cōmeatus impedirēt ad Gothorū caſtra deferri, & ſimul uolētes Romā petere adiu-
uarēt. Ne uero caſtra ad aquæductū poſita nocerēt, præſidiū apud templū Pauli apoſtoli
cōmuniri fecit, equitesq; eo in loco ſtationes habere iuſſit, & ꝙ late poſſent uicos à Go-
thorū incurſionib. tueri: eſt aūt eccleſia beati Pauli uia Oſtiēſi, diuerſa ꝓtinus e regione ab
eccleſia beati Petri, utraq; extra urbē, utraq; porticū habēs à porta urbis ad ipſam eccleſiā.
Hæc duo apoſtolorū tēpla Gothos in tota illa obſidione nunq; uiolaſſe, & ſacerdotes ut
prius libere in illis permanētes rē diuinā executos fuiſſe tradit̄ ex Procopio. Scribit uero
contrariū Hoſtiarius in uita Syluerij pontificis, cuius ſunt uerba, Gothos quo tēpore Ro
mā obſederūt, omnes eccleſiæ poſſeſſiones incēdio conſumpſiſſe, & eccleſias corporaq;
ſanctorū paſſim exterminaſſe. Cōſtantinus igitur & Traianus Terracinā profecti, cū ibi
Neapolim ꝓfecturā Beliſarij uxorē Antoninā reliqſſent, ipſi retro cōuerſi oppida illarū
partiū quæ Gothis dabāt ſubſidia peruaſerunt, breuiq; effecerūt ut nihil penitus ex locis
illis ad Gothos deferret̄. Martinus uero & Fruthis Tybur ꝓfecti, cū diſiecta eius oppidi H
refeciſſent, quotidianas Gothis moleſtias ex eo loco inferebant, & cōmeatum deferri in
caſtra prohibebant: & idem fiebat ab ijs qui Albā miſſi ſunt. Ex quo breui admodū tem-
pore euenit, ut Gothi obſidentes non minus afficerent̄ difficultatibus ꝗ obſeſſi. Et ſupra
defectū frumēti peſtilētia quoq; caſtra Gothorū peruaſerat. Inter hæc aliæ copiæ à Iuſti-
niano miſſæ in Italiā peruenerunt. Fuerunt aūt equites Thraces octingēti, quos ducebat
Ioānes Vitaliani fratris filius: ex delectu aūt equites mille trecenti, quib. præerāt Alexan
der, Maxētius & Zeno: preterea claſſe aduecti fuerāt peditū tria milia quos ducebat Pau
lus & Conō, erant etiā Neapoli pedites quingēti, quos parauerat noſter ipſe Procopius
Cæſariēſis: hæ oēs ſimul copiæ in unū conueniētes Romā petere cōſtiterant. Afferebant
uero ſecū multū ac magnū cōmeatū. Iter equitib. erat iuxta mare, claſſis aūt pedites defe-
rebat: & quanq̄ inerat claſſi magna uis frumēti, per terrā tamē magno uehiculorū nume-
ro frumentū etiā portabat̄: Beliſarius aūt ſentiēs eorū aduentū, ac metuens ne Gothi eos
inuadāt, hæc machinat̄: Portæ Flaminiæ, quā à principio obſidionis obſtrui fecerat, de-
moliri impedimēta per noctē iuſſit, ac milites prima luce ad eā portā ſtructos paratosq;
continuit:

A continuit. Traianũ uero & Diogenẽ cum mille equitibus per Pincianam portam emiſis,
iubens ut ad caſtra hoſtiũ magno tumultu diſcurrãt, & cum egreſſi in eos fuerint hoſtes,
fugam ipſi arripiant, nec prius conſiſtant ꝙ ad portam ipſam unde ipſi fuerant perueniſ-
ſent. Hæc facta cum eſſent, Gothiq; in eos exciti fugiẽtes perſecuti fuiſſent, & ad Pincia-
nam portã prælium cõmitteretur, Beliſarius cum reliquo exercitu repẽte Flaminia porta
egreſſus ad caſtra Gothorũ cõuolauit, imparataq; & uacua ab ea parte repperit: utpote q
à porta Flaminia iamdiu obſtructa nihil penitus ſuſpicabantur, itaq; non multum abfuit
quin caſtra ipſa caperent. Verſus deinde Beliſarius ad Pincianã portã, mediosq; nactus
hoſtes cum ipſe à tergo inuaſiſſet, illi uero qui prius fugerant à fronte repugnarent, incre
dibili cæde eos oppreſſit. Tantusq; fuit ex hoc prælio apud hoſtes terror, ut caſtris uigi-
liæ duplicarent, nec de ulla re cogitarent magis quàm ut ſe ab inſidijs Beliſarij tutos præ-
ſtarent. Per hunc modum impeditis & territis hoſtibus, copiæ nullo impedimento Oſti-
am peruenerũt. Gothi igitur multis incommodis fatigati cum inſuper nouas ueniſſe Be-
B liſario copias intellexiſſent, de diſſoluenda obſidione cogitare cœperunt. Iam enim mul
titudo ingens in eorum caſtris uel peſte uel ferro abſumpta perierat. Multi etiam morbo
aut uulneribus debilitati deſeruerãt caſtra. Itaque Vitigis legatione Romam miſſa, cum
multa hinc inde dicta reſponſaq; fuiſſent, de iuſticia cauſæ tandem ad Iuſtinianum Impe-
ratorem cõtrouerſias deferri conſenſit, ut ex eius autoritate res componerentur, legatiq;
ob hoc miſſi, ac trium menſium induciæ, donec redirent legati factæ, obſidesq; hinc inde
traditi pro inducijs ex fide ſeruandis. His confectis copiæ & commeatus quæ Oſtiæ e-
rant, terra & fluuio Romam deuenerunt.

## HISTORIARVM BLONDI FORLIVIENSIS AB INCLINAtione Imperij Romanorum, Liber quintus.

INTEREA dum Romani inducijs cum Vitigite conſtitutis ab hoſtium uexa
tione, & ob inuectos cõmeatus nedum ab inopia, ſed ab indigentia reſpira-
rent, facta cõperimus ea quæ ſupra diximus minus bene de Syluerio Pont.
C Rom. fuiſſe narrata. Siquidẽ Hoſtiarius in dicti Syluerij uita ſcribit, Theo-
dorã Auguſtam Iuſtiniani uxorẽ, poſtquã obijt Agapitus pontifex Roma-
nus, perſtitiſſe in ſua rabie reſtituendi Anthemiũ ad Cõſtantinopolitanæ eccleſiæ epiſco
patum. Diximus enim ſupra Agapitum pontificẽ Romanum relegaſſe ipſum Anthemi-
um Cõſtantinopolitanæ eccleſiæ epiſcopum, quia Eutychianæ hæreſeos fautor erat. In-
ſtigabat autem ardentem per ſe mulierẽ Vigilius diaconus ciuis Romanus tunc Conſtã-
tinopoli apocriſarius, qui ambiret Romanæ eccleſiæ pontificatũ. Is enim de conſtantia
Syluerij nequaq; dubitãs, quin cupiditati Auguſtæ reſiſteret, mulieri pollicitus eſt, ſi ipſe
in Petri ſedem poneretur, Menna deiecto Anthemium reducere, & alia facere quę domi
na imperaſſet. Scripſit itaq; Theodora Auguſta Syluerio in eam ſentẽtiam, ut aut Anthe
mium ab exilio reuocatum epiſcopatui præficeret, aut ipſe Cõſtantinopolim nauigaret.
Accepitq; pontifex litteras quo tempore cõſtitutis inducijs urbem copiæ ſunt ingreſſæ:
ſed ilico reſpondens papa multas profectioni prætendit difficultates, recuſauitq; hæreti
D cum iuſte à prædeceſſore damnatũ ab exilio reuocare. Eas literas cũ accepiſſet Auguſta,
Beliſario & Antoninæ uxori ſcripſit, ut Syluerio confictis quæſitisq; cauſis depoſito, Vi
gilius per quẽ illæ deferentur literæ, ſubrogaretur. Interea Beliſarius qui ſtatim poſtquã
uidit urbem per inducias, additaq; præſidia, & inuectos cõmeatus ſatis quieſcere, acceſſe
rat Neapolim, Romam cum Antinona uxore reuerterat. Is acceptis à Vigilio literis eam
deteſtatus rem delegauit uxori & Vigilio exequendam. Prodierũt itaq; ſubornati teſtes
iureiurando affirmantes Syluerium papam Vitigiti & Gothis per literas & nuncios fu-
iſſe pollicitum ſeſe, Aſinariam portam habitationis ſuæ Lateranenſis palatij ædibus ſub-
iectam proditurum, quamprimum illi ſtructas in aciem copias admouiſſent. Inhabitabat
tunc Beliſarius palatium Pincianum, cuius ruinę Flaminiã inter & Pincianã portam ma
ximæ nunc cernunt. Cũ itaq; uocatus ad Beliſariũ ueniſſet pontifex Syluerius, tenti ſunt
primo apud ueſtibulũ ſacerdotes & clerici, q illũ fuerãt comitati. Et introductus Vigilio
deducente Syluerius Beliſariũ Patricium offendit lectulo aſſidentẽ, in quo Antinona de
Neapolitano itinere quaſſata iacebat. Quæ ꝓcaci uultu uerboq; põtificẽ interrogare cœ-
pit, Quid tantũ mali Beliſarius & ipſa de ſe & de Rom. populo eſſent demeriti, ut hoſtib.

proderentur.

proderentur. Sed priuſquā pontifex reſpondere poſſet, acceſſerūt ſatellites qui pallio de- E
tracto, cucullam illum monaſticam induerunt. tunc egreſſi ad ſacerdotes clerumq́; Ioan-
nēs ſubdiaconus regionarius primæ regionis, & alij factionis ſuæ clerici, Vigiliū procla-
marūt in Romanum pontificem ſubrogatū. Paulo pòſt relegatum à Beliſario Syluerium
Vigilius retrahere ac fouere ſimulauit, & tamen deportari permiſit in inſulā Pontianam,
in qua uitam cū ſanctitatis opinione finiuit. Eo in ſtatu cum res Romana eſſet, bellumq́;
ceſſaret ob inducias factas, Beliſarius tamen Romā, Gothi caſtra munitionemq́; cuſtodi
rent, querelę & altercationes ortæ ſunt, pro indutijs cōtra fidē uiolatis: ex huiuſmodi cau
ſa. Præſidiū Gothorū erat apud urbē Portuenſem ut ſupra oſtendimus. Milites qui erant
in pręſidio, cū deficerent ſibi neceſſaria ad uictū, urbem illā deſeruerūt, deſertā uero Pau
lus Saurorū præfectus, qui Oſtiæ cū claſſe remanſerat occupauit: nec multo poſt Centū-
cellas urbem maritimā in Thuſcis deſertas eodē modo à Gothis, Beliſarij milites ſuſcepe
rūt. Albā quoq; urbē quæ eſt in Marſis, eodē modo deſeruerūt Gothi, & Beliſarij milites
occupauerūt. Vitigis cū has urbes captas ab hoſtibus cognouiſſet, oratores Romā miſit, F
qui ruptas contra fidē indutias quererent, Portū enim & Centumcellas & Albā Gotho-
rum oppida contra fas & æquū ablata fuiſſe, nec deſeruiſſe Gothos eas urbes, ſed uocatu
ſuo ueniſſe ad ſe qui erant in præſidijs, mox in eadem oppida reuerſuros, liberiusq́; id fi-
ducia induciarū factū eſſe à Gothis, nec licuiſſe Beliſario eas urbes per inducias capere,
itaq; reſtitutionem facere debere. His legatis Beliſarius reſpondit. Quæ de uocatu redi-
tuq; præſidiorū allegarentur, ab eo componi: cæterum omnibus patere quibus de cauſis
Gothi eas urbes pro derelictis habuerint, inducijs quidē eripere auferreq; uetari, occupa
re uero quæ à nullo poſſidenē nequaquā prohiberi. Ex hoc ſuſpiciones exortę ſunt, quę-
rentibus Gothis paria Beliſario referre. At enī tres illæ urbes à Beliſario ſuſceptæ perma
gnas ſibi opportunitates ad bellum afferebāt. Iam aduenìebat hyems, Beliſarius uero co
pijs abundans mittere in hyberna equites conſtituit. Miſit igitur & in alia loca, & in agrū
Picenum equitum duo milia: præfecit aūt his copijs quas in Picentes miſit, Ioannem Vi-
taliani, eumq́; admonuit quid faceret in locis. Eſſe quidē in Picētibus uxores ac filios Go G
thorū, uiros autem ad obſidionem Romæ populariter acceſſiſſe: ſi maneant induciæ, ni-
hil moueat: quod ſi Gothi contra induciarū fœdera moliantur, ipſum omnia prædari &
rapere, & oppida quammulta poſſet capere imperauit: ſi quod oppidū repugnet, id obſi-
dere iuſſit, nec ulterius progredi priuſquam id ceperit: neq; enim tutum fore poſt ſe ho-
ſtium oppida relinquentem ulterius proficiſci. His uerbis ac mandatis Beliſarius Ioan-
nem in Picentes cum exercitu miſit. Per hoc ipſum tempus Datius Mediolanēſis præſul
& cum eo ciues quidam Mediolanēſes ad Beliſarium uenientes urbem Mediolanum in
poteſtate Imperatoris fore dixerunt, ſi uel modicum præſidium eò mittat. Se quidem po
tentes eſſe nō Mediolano ſolū, uerumetiā uniuerſa ex Gallia Ciſalpina Gothos expelle-
re, modo Imperatorij nominis autoritas adſit. Hos Beliſarius benigne ſuſceptos, ac mul-
tis ampliſſimisq́; uerbis cōmendatos bonam ſpem habere iuſſit, ac ſe, cum tempus fuerit,
facturū quod poſtulent affirmauit. Eodem tempore cum proſpera ac læta uiderētur eſſe
omnia, periculū ſuperuenit horrendū, quod paruo momento cuncta penè ſubuertit. Præ H
ſidius erat quidā ciuis Romanus. Is cum Rauennæ habitare conſueuiſſet, ab initio huius
belli clam inde aufugerat, Romamq́; proficiſcebatur. In itinere autē Conſtantini milites
Spoleti degentes gladium huic precioſe ornatū abſtulerūt. Is ergo ſpoliatus, & iniuriam
ægre perpeſſus, querela apud Beliſarium expoſita, reddi ablata ſibi poſtulauerat, Beliſa-
riusq́; præceperat gladiū illi reſtitui: ſed bello & obſidione poſtea urgente dilata res fue-
rat, militibus occupatis, & ducem maiorū rerum cura abducente. In hoc demū tempore
cū lætiora eſſent omnia, Beliſario per urbem equitante, Pręſidius frenū equi apprehēdit,
magna & querula uoce multis audiētibus, nūquid hoc mereaē ciuis Romanus, qui apud
hoſtes relictis omnib. rebus ſuis aufugerit, ut à militibus eius ſpolieē, & iniuria afficiatur
interrogabat. Se quidē cōtra iniuriā & uim ſibi illatā ſæpius querelā poſuiſſe, nihil repor
taſſe, cū tamē illijpſi q̄ uim ſibi attulerint, & res habeāt ablatas, in urbe atq; in oculis eius
quotidie uerſenē. Hæc dicta Beliſariū cōmouerunt. Itaq; domū reuerſus, uocari ad ſe Cō
ſtantinū fecit, eius enim milites erant, qui gladium abſtulerant, ipſumq́; præſentē acriter
reprendit, q̄d ſępius iuſſa ſua reſtituēdi gladij contēpſiſſet. Ego uero, inquit Cōſtantinus,
potius

A potius eum gladium in Tyberim abijciam, quàm illi nebuloni tradam. Hæc ualde contu
maciter & proterue. Tunc Beliſarius, Nunquid tu mihi ſubes? Subſum, inquit, poſtq; Im
perator ita uult, uerum in hac una re nunquam tibi parebo. Cum hæc audiſſet Beliſarius,
magis irritatus eſt, ac uocari apparitores iuſſit. Conſtantinus aũt putans in perniciẽ ſuam
apparitores uocari, furibunde arrepto pugione qui ſibi ad coxã pendebat, in Beliſarium
ruit, eumq; paulo infra ſtomachũ percuſſit. Quos niſi circunſtantes ſubito accurriſſent,
ac ui extorto pugione ipſum in manibus apparitorũ tradidiſſent, ſuprema dies illa Beli-
ſario fuiſſet, eiusq; interitus cũcta ſimul ſecũ in ruinã traxiſſet. Gothiq; eodem die rerum
domini efficiebantur. Conſtantinus paulo poſt, iubẽte Beliſario, interficitur. Nec multo
poſtea Gothi furtim capere Romam tentauerũt, primo per aquæductũ quendam uiã
noctu quæſita, deinde ratibus traiecto amne iuxta Martium campum, ſed utroq; in loco
eos ſefellit ſpes. Nam & per aquæductũ conſpecta lumina fraudem illorum detexerunt,
& obſtruſo aquæductu facultas eis præciſa eſt inuadendi. Et ad campum Martium dete-
B cta proditio conatũ eorum irritauit. Fuit aũt proditio in hunc modum compoſita, Duo
ex infima plebe homines iuxta templũ beati Petri habitabant, qui ſermonem urbis pro-
dendæ cum Vitigite habuerũt. Quærebatur uero facultas talis, Infra campum Martium
quodam loco ualde inutilia et pene neglecta erant mœnia, confiſis ut puto ueteribus mu
nimento Tyberis. Vitigis igitur lintres & rates & omnifariam nauigia ad Pontẽ Miluiũ
parari fecerat, noctuq; latenter ſecundo amne dimiſſis ratibus militibusq; impoſitis urbẽ
inuadere conſtituerat: multitudine enĩ exercitus in exteriori ripa exiſtente perfacile fore
ſperabat, ut expoſitis primis militibus, alij atq; alij continuo ijſdẽ ratibus tranſirent. Vigi
les modo qui in eo loco ſtabant, cogitationẽ ſuam impedire uidebantur. Ad hoc quęſita
duorum Romanorũ ope pecunia ſibi illos conciliarat: traditumq; eis ſoporiferũ medica
mentũ uino iuſſerat admiſcere, ut uigilibus potum darent. His in hunc modum compo-
ſitis, alter eorũ pœnitentia ductus rem Beliſario patefecit, captoq; altero medicamentũ
quod ſibi rex dederat repertũ eſt, ac tota rei ſeries tormentis expreſſa. Huic igitur homi-
C ni iuſſu Beliſarij naſus & auriculæ amputatæ, ipſe aſino impoſitus per Pincianam portã
ad caſtra Gothorũ miſſus eſt, ut cognoſceret Vitigis detectam eſſe fraudem & conatum
ſuum patefactum. His ita deprehenſis Beliſarius poſthac ſeruandas ſibi indutias nequaq̃
exiſtimauit. Quare ad Ioannẽ ſcripſit, ut rem exequeretur. Ille igitur cum duobus equitũ
milibus agrũ Picenum peruadens uxores natosq; Gothorum cepit, prædisq; & rapinis
regionem totã inuoluit. Vglitheum Vitigitis patruum cum Gothorũ copijs ſibi obuiũ
præfectũ prælio ſuperauit, ipſumq; ducẽ cum magna parte copiarum occidit. Ita uictor
factus o͂mia peruadebat. Captis permultis agri Piceni oppidis cum Auximo copias ad-
mouiſſet, cognouit id oppidum nõ magno Gothorum pręſidio cuſtodiri, ſed locum eſſe
ualde munitũ. Itaq; nequaquã terendum in eo obſidendo tempus exiſtimãs, ad ulteriora
proceſſit. Idẽ quoq; ſtatuit de Vrbini obſidione: urbs enim munita & ualida longã obſi-
dionem neceſſario poſtulabat: ipſe in celeritate ſpem collocauerat, Fanum & Piſaurũ ce
pit, deinde Arimino copias admouit ductus illa ſpe quod ciues Ariminẽſes nõ bene con
D uenire cum Gothis audierat. Cũ ei municipio copias admouiſſet, tantum terrorem intu-
lit Gothis, ut diffiſi in eo loco conſiſtere, Rauennã omnes demigrarent: ciues aũt portas
ſibi aperuerunt. per hunc modũ Ioannes Ariminum cepit, relictis poſt ſe duabus ualidis
urbibus à Gothis cuſtoditis Auximo ſcilicet & Vrbino. Fuit hoc totum contra Beliſarij
præceptum: ſed ipſe præſtare cenſuit Ariminum capere, quàm contra Auximum & Vr-
binum inaniter deſidere. Inductus eſt inſuper illa ratione, quod Arimino tam propin-
quo Rauennæ oppido capto, non erat credendũ Gothos in obſidione urbis Romæ per-
manſuros, ſed potius eſſe celeriter abituros, quo Rauennam circumq; ea loca tuerentur;
quod & factum eſt. Simul enim atq; intellexerũt Gothi Ariminum eſſe captum, obſidio
nem urbis Romæ diſſoluere atque inde abire ſtatuerunt: itaque Vitigis paucis poſt die-
bus crematis caſtris cũ omnibus Gothorũ copijs abiuit. In ipſo quoq; receſſu magna de-
trimẽta accepit, propterea quod media iam exercitus parte tranſgreſſa pontẽ, Beliſarius
poſtremos à ſuis inuadi iuſſit, multisq; Gothorum interfectis, reliqui tanto tumultu & fe-
ſtinatione pontem tranſire coacti ſunt, ut ab utraque ſponda multi in flumen præcipita-
rentur. Durauit autem hæc obſidio urbis Romæ anno integro & diebus nouem, cum
ad nonum

ad nonũ kalendas Martij, prout oſtendimus, incepiſſet. Poſt ſolutã Romæ obſidionem, E
quę ab utraq; parte facta et prouiſa fuerint proſequemur. Vitigis enim licet Rauennã ire
properaret, urbes tamen Etruriæ & aliarũ prouinciarum cõtinere in poteſtate ſtudebat.
Quamobrẽ mille equites Cluſiũ, totidẽ Vrbeueterẽ miſit, Tuderi quingentos, Auximi
quatuor millia collocauit, Vrbini duo milia, Cæſenæ quingẽtos, Montiferetro totidẽ, ip
ſe cum reliquo exercitu ad obſidendũ Ariminum profectus eſt. Beliſarius autem poſt re-
ceſſum Gothorum Martinum & Ildigerem cum equitib. mille feſtinare Ariminũ iuſſit,
indeq; Ioannẽ & equites qui cum illo erant abducere, pedites uero ibi collocare: Id ea ra
tione faciebat quod optimũ equitatum nolebat ab hoſtibus circumſederi. Si enim pedi-
tum copiæ Arimini forẽt, uix putabat Gothos eam urbem obſidere uelle: & ſi obſiderẽt,
facilius toleraturos obſidionẽ pedites ꝗ̃ equites extimabat, cum equos in obſidione nu-
trire difficillimum ſit. Pedites autem ex Ancone, quæ ciuitas nuper in fidẽ uenerat, mari
Ariminũ poſſent cõmodiſſime importari. Ildiger ergo & Martinus celeriter profecti, di-
uerſis ab hoſte itineribus, Ariminũ præuenerũt. Nam Gothi multitudine exercitus face- F
re tardius iter cõpellebantur. Hi expediti longe anteceſſerũt. Cum ergo Ariminũ perue-
niſſent, ac mentẽ iuſſumq; Beliſarij ſignificaſſent, Ioãnes neq; ipſe parẽre uoluit, neq; Da
mianum patruelẽ cum ſuis equitibus, ad quadringẽtos hi fuerũt, parẽre permiſit. Quare
Ildiger & Martinus Arimino abeuntes omnẽ equitatum, quẽ Beliſarius Ioanni dederat
adduxerunt, relictis ſolũmodo peditibus, & equitatu proprio Ioannis & Damiani. Inter
hæc Vitigis ueniẽs Ariminũ obſedit, primoq; ſtatim tempore igneam turrim murorum
altitudini parẽ fabricari fecit: ducebant uero eam turrim non boues, ut Romæ factũ erat,
ſed milites intra machinã incluſi. Eam igitur Gothi contra illam muri partem, ubi facilior
erat aditus conſtituerunt, poſtridie urbem expugnaturi. Ioannes aũt per noctem eductis
militibus foſſam latã & profundã ab ea parte effecit, aggeremq; totũ ad eam partẽ foſſæ
quæ ad mœnia erat congeſſit. Ita longũ hoſtium laborẽ unius noctis opere fruſtratus, fa
cultatẽ admouendi turrim ad mœnia ſuſtulit. Vitigis nihilominus cõplere foſſam in ani-
mo habebat, totumq; exercitũ parare faſces & ſtipulã, & materiã iuſſerat. Ne uero turris G
ipſa nocte ſecutura ab hoſtib. cremaretᷣ, abducere eam retro uerſus caſtra ſtatuit. Id cum
facerẽt Gothi, Ioãnes eductis militibus illos opere occupatos inuadit, cõmittitur magnũ
& atrox præliũ circa turrim, multi Gothorũ cadunt: tandẽ poſt longũ certamen turrim
Gothi retraxerũt, ſed tanta ſuorũ cæde, tantoq; detrimẽto optimi cuiuſq;, ut ſpem abijce-
rent ui oppidũ expugnandi, ſed fame peruincere obſeſſos cogitarẽt. Per hæc ipſa tẽpora
Mediolanenſibus legatis qui Romã uenerant, auxiliares copias Beliſarius conceſſit: prę
fecit aũt cum omnibus copijs Mundilam unum ex familiaribus ſuis, uirum imprimis ſtre
nuum: iuit etiam ſimul copijs Fidelius Mediolanẽſis, quem Beliſariũ Romam deduxiſſe
diximus. Hi omnes ex urbe Roma claſſe Genuã delati, Theodoaldi regis Metenſiũ duci
bus fauores præſtãtibus, inde pedeſtri itinere Mediolanũ petiuerũt. Ne uero trãſitu Padi
detinerentᷣ, lembos uehiculis detulerũt, quibus tranſmittere amnẽ poſſent. Profecti igitᷣ
cum tandẽ tranſmiſſo Pado ad urbẽ Ticinũ, quæ nunc Papia dicitur perueniſſent, Gothi
ex eo oppido egreſſi illos inuaſerunt: quoniã eñ id oppidũ arcem habebat munitiſſimã, H
multa ac precioſa in ea ſepoſuerant, ac magno ualidoq; præſidio illam tuebantᷣ. Cõmiſſo
itaq; leui prælio Gothi intra urbem cõpelluntur. Mundilas uero & copiæ per pontẽ qui
iuxta urbẽ erat tranſiuerũt. In hoc loco Fidelius Mediolanenſis occiditᷣ. Nã orandi cauſa
templũ quoddam intrauerat, & abeũtibus ſuis ipſe poſterior ſecuturus equũ cõſcendere
feſtinabat: ſed dum adnititur equuſq; retractat, euerſus eſt, in terramq; proſtratus. hoſtes
qui pro mœnibus ſtabant hæc cernentes, impetu facto, illum occiderunt priuſquã Mun
dilas & milites id fieri reſpexiſſent. Eius uiri interitus magno dolori fuit & duci & mili-
bus. Erat eñ uir domi nobilis & potens, & qui multum iuuare ſuſceptum bellum ſua præ
ſentia potuiſſet. Mundilas igitur & alij Mediolanum profecti in urbem recipiuntur: inde
Comum & Bergomum & Nouaria & alię illarum partium urbes exemplum Mediolani
ſecutæ Mundilã ſponte ſua & milites admiſerunt. Vitigis cum ea quæ Mediolani accide
rant cognouiſſet, Variam fratris filium magno cum exercitu ad ea loca tranſmiſit, qui &
contineret in fide ciuitates, quæ nondũ à Gothis defecerant, & illas quæ iam defeciſſent
recipere conaretᷣ. Imperite hoc in loco traditur ex Procopio, Vitigitem tunc ſcripſiſſe ad

Theodebertum

A Theodebertũ regem Francorũ, quicum nuper fœdus fecerat, petẽs ut auxilia ſua Variæ
cõiungeret. Sed cũ Guido Rauennas ſacerdos planè narret Burgũdiones capta ut oſten
dimus Theodeberti regis Metenſium temporibus Liguriæ loca non prius deſeruiſſe, ꝙ
à Narſete eunucho fuerint pulſi, potuiſſe fieri aſſentior, ut ipſorũ Burgundionũ ex Ligu-
ſtinis auxilia Vitigis nõ ex Frãcia aut Burgũdia implorauerit, & hoc infra certius oſten-
demus. Quod aũt ipſe Procopius omittit, ſcimus Mediolanenſes eo fatigatos bello hor
tante Dacio eorũ epiſcopo miſiſſe Cõſtantinopolim legationẽ à Iuſtiniano Imperatore
præſidium oraturã. Fuitq; eius legationis princeps ipſe Dacius, quem beatus Gregorius
in dialogorũ tertio libro refert in eius legationis itinere cũ deueniſſet Corinthũ, largam
domum ad hoſpitandũ quæſiuiſſe, quæ totum eius caperet comitatũ: & cum nullam in-
ueniſſet, aliam aſpexiſſe domũ congruẽtis magnitudinis, iuſſiſſeq; eam ſibi ad hoſpitium
præparari: cumq; eiuſdẽ loci incolæ dicerent in ea ipſum ideo manere nõ poſſe, quia mul
tis iam annis diabolus inhabitaret, & ideo uacua remãſiſſet, uirũ dei abſq; ulla antiqui ho
B ſtis humani generis trepidatione ſecurũ intraſſe. Hæc quidem tunc fiebãt in Gallia Ciſal
pina. Beliſarius interim cũ matureſcerent iam ſegetes, Roma egreſſus exercitũ in hoſtes
duxit. Gothi uero qui Tuderti & qui Cluſij in præſidio relicti fuerant, Beliſariũ aduerſus
ſe uenire cũ exercitu ſentiẽtes, quoniam ſeſe impares fore tãtæ dimicationi exiſtimabãt,
cõfeſtim miſſis legatis pactione oppida dedidere. Inter hæc Vitigis alias inſuper copias
Auximũ miſit. Eam nanq; urbem retinere & reſeruare penitus cõſtituerat. Miſit & cum
his copijs nouum præfectũ qui urbi militibusq; præeſſet nomine Vacinium. Is ergo cum
ueteri præſidio nouas copias miſcuiſſet, Anconẽ finitimam urbẽ quæ Beliſarij præſidio
tenebatᷣ tentare cõſtituit. Quare præfectus omnibus copijs in Anconitanos duxit. Eius
ciuitatis per id tempus in mõte loca quãuis ædificijs frequentata eſſent, tamẽ nullis mœ-
nibus claudebantᷣ. Cum igitur aduentarẽt Gothi, Conon qui præfectus militum Anconi
præerat, timens ne ædificia ſuburbana habitatoresq; eorum ab hoſtibus uaſtarentᷣ, à ſupe
riori oppido diſcedẽs, cũ omnibus quas habebat copijs uenientibus ſe obiecit. Erat uero
C Conon admodũ impar, quippe aduerſus quatuor Gothorũ millia ipſe uix mille habens
milites congrediebatᷣ. Itaq; temerarij cœpti confeſtim pœnas luit. Cum eñ tantam mul-
titudinẽ hoſtium ferre nõ poſſet, profligatus ad extremum & in fugam uerſus, magnam
ſuorũ partem amiſit, & urbs ipſa uix atq; enixe ea die ſeruata eſt. Nam cum fugerent mili
tes effuſo curſu ad oppidũ, ciues ne mixti hoſtes fugientibus intra mœnia penetrarẽt por
tas trepidi clauſerunt, itaq; ſub ipſis mœnib. magna ſtrages eſt facta, adeoq; ingens peri-
culum fuit, ut Conon ipſe non aliter, quàm per funẽ dimiſſum in mœnia ſit receptus. Go-
thi uero ſcalis admotis capere urbẽ conabantᷣ, Alij igne iniecto ædificia omnia, quæ ſub
ipſam urbẽ fuiſſe diximus, cremauerunt. Paulo poſt hæc Anconi geſta Iuſtinus Illyrici li-
mitis dux, & Narſes quidã Perſa cum militum quinq; millibus in Italiam traiecerunt. Se
cuti præterea ſunt Erulorũ duo millia, quibus præerant & Sandrus & Phanateus. Beliſa
rius inter hæc audito Anconitanorũ periculo uenerat. In Picentes idem fecerant Iuſtinus
& Narſes, circaq; urbẽ Firmũ ſimul duces ipſi & exercitus in unum conuenerũt. Ibi cum
D de cõmuni bello conſultarent & quid potiſſimum primo quoq; tempore agendũ foret
quæreretur, difficultates quædã ſubeſſe uidebantur. Nam ſi Auximum obſiderent, Ioan
nes & qui cum illo obſeſſi erant Arimini manifeſto in periculo relinquebantᷣ, præſertim
cum iam neceſſaria illis defeciſſent. Sin Ariminũ uaderẽt, magnæ Gothorum copiæ quæ
Auximi erant, poſt terga remanebant cũ periculo exercitus ac prouinciæ detrimento. In
dicendis autem ſententijs pleriq; eorum qui ordines ducebant, temeritatem Ioannis ac-
cuſabant, quod cõtra iuſſum Beliſarij ſeſe Arimini incluſiſſet, quod ſuperbia & auaricia
ductus cõtra pro arbitrio fecerit mandato ducis penitus poſtergato. Id cum animaduer-
tiſſet Iuſtinus & Narſes, ueriti ne his rationibus Ioannes negligeretur, multis apud illum
uerbis contenderũt, obſidionẽ Auximi differendam, nihil uetare dicentes, quin poſt ali-
quot dies eandẽ aſſumerent. Subuenire autem militibus qui Arimini obſidentur, ſi nunc
dilatũ eſſet, non licere poſtea ſubuentionẽ facere, fame eñ domitos qui clauſi eſſent poſt
paucos dies ſeſe hoſtib. dedituros, hinc illuc eſſe properandũ ubi irreparabile urgeret pe
riculũ. Si uero non mereri Ioannẽ quis diceret, quia mandatorum ducis cõtemptor fue-
rit, et ſe ſponte ſua in id periculũ coniecerit: nõ tamen odio Ioannis & urbem Ariminum

tanta exiſtimatione dignã, & optimos innocẽtiſſimosq́ milites, q̃ in ea obſiderent amit E
tendos eſſe. Nullam eñ de ipſis & de Iuſtiniani exercitibus exiſtimationẽ futuram, ſi in
oculis penè ſuis perire ſocios & urbẽ obſeſſam capi ab hoſtibus ipſis ſedentibus ſpectan
tibusq́ permitterenr. Adiuuit Iuſtini Narſetisq́ ſententiã, quod literæ Ioannis ad Beliſa-
rium ſcriptæ per hoc ipſum tẽpus uenerunt, quibus fame confectos milites pepigiſſe mo-
rã ſeptem dierũ ſignificabat, opẽq́ ſibi propere ferri poſtulabat. Sentẽtia Iuſtini & Nar-
ſetis in cõcilio approbata cũ ſubuenire obſeſſis quamprimũ ſtatuiſſent, Beliſarius in hũc
modum prouidit, Primo Aratũ cum militibus mille in illis ipſis locis remanere iuſſit, eiq́
præcepit ne ſe cõmoueret, néue fortunã ullam tentaret, caſtra ſolummodo ſi hoſtis im-
peteret tueretur. Deinde claſſem ornauit impleuitq́ militibus, quibus Erodianũ & Vlia-
rum præfecit. Imperiũ uero totius claſſis penes Ildigerem eſſe uoluit, nauesq́ ſtatim Ari-
minum uerſus nauigare iuſſit. Partẽ uero exercitus Martino ducendam tradidit, iubens
ut æquis ſpacijs cum claſſe per littus iter facerẽt, cumq́ inconſpectum ueniſſent hoſtiũ,
tunc ignes de induſtria plures, q̃ pro numero in caſtris fierent, quo maiorem copiarum F
opinionem præberent. His ita per mare littusq́ conſtitutis, ipſe diuerſa à mari uia monti
bus iter fecit, uitata planiori uia quæ per Fanenſes Piſaurẽſesq́ Ariminũ ducit. Cum eñ
multo maiores hoſtiũ copiæ circa Ariminum eſſent quàm ipſe habebat, ualidas etiã Go
thorũ copias Auximi relinqueret ſibi poſt terga, cẽſebat ingenio potius & aſtu eſſe uten
dum aduerſus Gothos, q̃ iuſta acie dimicandum. Profectus igitur quibus diximus itine-
ribus, cum ad eos montes perueniſſet, qui cõtra Ariminum inſurgunt, quoſdam hoſtium
ut par eſt in magno exercitu per ea loca uagantes offendit, quibus uel interfectis uel ca-
ptis, nonnullos eorũ uulneribus faciem cæſos dimitti iuſſit. Illi uero in caſtra Gothorũ re
deuntes Beliſarium adeſſe cum toto exercitu nunciarũt, ac fidem uero huius rei uulnera
recens accepta oſtendebant. Erat uero meridies cũ hæc in hoſtium caſtris nunciata ſunt,
ſtatimq́ arma capere miles iuſſus, & in ſuos quiſq; ordines redactus: duces uero ſtructa
acie deſcenſum Beliſarij expectabãt, oculos cõtinuo ad montes unde uenire dicebañ cõ
uerſos tenentes. Beliſarius in montib. ipſis caſtra fecerat procul Arimino meridiei itine- G
re, nec ea die ad hoſtes deſcendit. Itaq; Gothi fruſtra expectantes tandẽ ad occaſum ſolis
aciem diſſoluerũt. Sed cũ aduenisſet nox, ignes permultos in littore diuerſa regione, qua
Beliſarius uenire nunciabañ intuentes (erãt autem ignes quos Martinus atq; eius caſtra
faciebãt) maximo in metu ea nocte uerſati ſunt, nec fuit eorũ quiſquam qui ſomnum ca-
peret uel arma exueret: die autem facta claſſem inſuper conſpiciunt ſtructã & paratã Ari
mino propinquantẽ. Itaq; à duobus ſimul exercitibus & à claſſe mari terraq́ circũuentos
ſe arbitrati ſoluta obſidione Rauennã petierunt. Ildiger cum claſſe primus Arimino ap-
plicuit, egreſſusq́ in terram caſtra Gothorũ diripuit: nec multo poſt Martinus & Beliſa-
rius cum exercitibus ſuperuenerunt. Cum uero Ioannẽ & milites qui cum eo obſeſſi fue
rant pallore & inedia confectos Beliſarius conſpexiſſet, cõuerſus ad Ioannẽ quaſi eius te
meritati illuderet, Permagnas, inq̃t, gratias Ildigeri debes. Ad hæc Ioãnes ſuperbe nimiũ
reſpondit, ſe Ildigeri quidẽ nullas debere gratias, ſed Iuſtino & Narſeti omnes, oſtende-
re uolens nullã Beliſario curam fuiſſe ſalutis ſuæ, niſi Iuſtinus ac Narſes cõpuliſſent. Ari- H
mini obſidione per hunc modũ ſoluta, Græci ad obſidionem Vrbini profecti ſunt, nõ ta
men eiſdẽ caſtris: ſed Beliſarius cõtra eam partem urbis quæ ad orientem ſpectat ſolem,
Iuſtinus uero & Narſes ad occidentẽ conſedit. Cum uero expugnare urbẽ Beliſarius ſta
tuiſſet, contra eam portam qua planior ad urbẽ eſt aditus uineas agere inceperat. Sed fe-
licitate quadã accidit, ut fons qui unicus Vrbini fuerat ſponte ſua exareſceret. Quare de-
territi qui obſidebañ pactione inita urbem dedidere, ut Gothi Vrbinatesq́ ciues Impe
ratori Iuſtiniano ſubeſſent æquo iure cũ alijs Italicis, qui Imperio parebant. Vrbino rece
pto, Beliſarius Iuſtinũ, Ioannemq́ miſit in Bononienſes, ut Æmiliæ ac Flaminiæ ciuita-
tes in fide cõtinerent & à Gothorũ inuaſionibus tutarentur. Ipſe uero quoniam nondum
Auximi tentãda obſidio uidebañ in Vrbeuetanos exercitũ duxit. Eius quoq; urbis diffi-
cillima obſidio erat, quoniã in ſaxo undiq; præciſo conſtituta, nullum ferè aditum expu-
gnantibus dabat. Sed ſpes erat in defectu frumẽti, longo eñ bello attrita Italia ac multis
exercitibus calcata ſingulæ ciuitates frumẽti penuria laborabãt. Qua etiã penuria Vrbſ-
uetus ad extremũ domita in Beliſarij poteſtatem deuenit. Iturus in Vrbeuetanos Beliſa-

A rius Ioannē Vitaliani cum exercitu miſit ad oppidū Cæſenam: ibi dum mœnia ſcalis ag-
greditur repulſus multis uulneribus frequentes ſuorū amiſit, & Pharnateus Erulorū dux
in ea oppugnatione interijt. Quamobrem Cæſena deſiſtens Ioannes ad Forūcornelij du
xit, eamq́ urbē dantibus ſeſe incolis cepit. Per idem tempus in quo Forumcornelij ciui-
tas ſeſe Ioanni dedidit, Mundilas & qui cū eo erant Mediolani maximis difficultatibus
inuolui cœperūt. Theodebaldus enim rex Metenſium à Vitigite rogatus decē millia ar-
matos ad Varaiam miſerat ex Liguſtinis ſuisq́ militibus, qui Liguriā præſidio tenebant:
qua ille multitudine fretus nō procul Mediolano caſtra faciebat, & Imperatorē frumēta
ri cæterosq́ cōmeatus omnes impediebat. Mundilas nanq́ copias ſuas Comi & Bergo-
mi & Nouariæ neceſſario diſpertitus fuerat: ipſe uero non magnum equitum numerū ſe
cum habebat. Sed non erat in defenſione urbis difficultas, Mediolanenſes em̄ ciues una
nimiter ad defenſionē concurrebāt: ſed defectus annonæ in urbe populoſiſſima timeba-
tur, ſi barbari ſtare in his locis diutius ſinerētur. Hæc igit̄ intelligēs Beliſarius, Martinum
B & Vliariū cū magnis copijs miſit, ut Mundilæ cōiuncti barbaros ſubmouerent. Hi cum
ad Padum perueniſſent, quod diſtat Mediolano unius fermè diei iter, nō auſi tranſire flu
men timore hoſtium diu in his locis deſederunt, ſpem Mundilæ & obſeſſorū dietim fru-
ſtrantes: polliciti enim ſeſe trāſituros eſſe Padū, & ad Mediolanum acceſſuros, nihil pro-
miſſorū exequebantur. Obſeſſis uero in dies ſpes ac uictus deficiebat. Tandem uero poſt
longam expectationem Martinus & Vliarius ueritatē faſſi Beliſario ſignificarunt, ſe ſo-
los contra tantas hoſtiū copias tranſire nō poſſe, niſi uelint ad manifeſtam perniciē pro-
ficiſci, daret operā ſi ſibi uideretur ut Ioannes & Iuſtinus qui exercitum non procul Bo-
nonia haberent, ſecū iungerentur. Beliſarius his auditis confeſtim Ioanni & Iuſtino ſcri-
bens, præcepit ut copijs ſuis cum Martino cōiunctis ad Mediolanum feſtinarent ad libe
randum obſidione ſocios in extremo periculo conſtitutos. At Mediolanū indies acrius
premebatur, & fame iam intolerabiliter laborabat: eas nāq́ ciuitas illa tunc pertulit diffi
cultates & anguſtias quæ uix hominibus perferendæ ſunt. Tandem ad extremā neceſſi-
C tatē perducti Mundilas & milites priuſquā Iuſtinus & Ioannes ſeſe Martino & Vliario
iungere ac opē ferre poſſent, Mediolanū Gothis dedidere, pacti ut incolumibus ſibi abi
re liceret. Mediolano à Gothis capto Beliſarius exercitu trifariam partito ipſe cū una co
piarum parte ad obſidendum Auximum eſt profectus. Aliam uero partem cum Cypria-
no & Iuſtino præfectis Feſulas miſit. Tertiam copiarū partem Martino & Ioanni Vita-
liani ducendam cōmiſit, iubens ut circa Padum cum his copijs caſtra faciant, Varaiamq́
& copias eius in illis locis quammaxime fieri poteſt detineant, ne in Tuſcos uel in Picen
tes ad diſſoluendas obſidiones uenitent: quod ſi continere illū ab aduentu nequirent, ue
nientem ponè conſequantur. Martinus igitur & Ioannes cum ea quam diximus copiarū
parte in Galliā profecti, Dertonam urbem iuxta Padum ſitam occupauerūt, indeq́ Va-
raiam & Gothos infeſtare cœperūt. Cyprianus uero & Iuſtinus cū alijs copijs Feſulas ad
eūtes, quanq̄ difficillima eius urbis erat obſidio, propter naturā aſperitatemq́ ſitus: tamē
de ſuperiori loco, qua planior eſt aditus, caſtris quamproxime admotis eam urbē obſe-
D derunt. Beliſarius autē ipſe cum longe ualida manu Auximum circumſedit. Vitigis opti
mum quenq́ Gothorū Auximi collocauerat, ſummaq́ illi cura fuerat eius urbis munien
dæ, coniectans id quod ueriſſimū erat nunquam Beliſarium ad oppugnandam Rauen-
nam eſſe profecturū, niſi Auximū prius in poteſtatem redegiſſet. Cum ſitum naturamq́
loci Beliſarius ſpeculatus eſſet, ſpem omnem depoſuit Auximū per uim expugnandi: ſi-
ta enim eſt urbs in monte ſatis arduo, ac inſuper manus delectorū militum eam tuebatur,
uel in cāpeſtri certamine repugnare apta. Spes uero unica ſupererat fame ac inopia rerū
domandi, præſertim cū multitudo ingens intra urbem obſideretur. Quare Beliſarius op
pugnationem omittēs circa montē undiq́ poſuit caſtra, intentus quammaxime nequid
importari ad obſeſſos ualeret. Cæterū erat ea circuitio caſtrorum ad prohibendā impor-
tationem, inutilis contra ſubitas hoſtium inuaſiones. Nam qui obſidebantur contra quas
libitū erat caſtrorum partes de ſuperiori loco repentinos impetus faciebant: cæteræ uero
partes longe aberant, nec opē ferre milites facile poterāt. Hoſtes igitur per hunc modum
aſſidue caſtra fatigabant, crebraq́ ex eo prælia cōmittebantur. Erat præterea non procul
ab urbe locus quidā irriguus, in quo herba plurima oriebatur. Hic locus quaſi cāpus fuit

quotidianorum certaminū, cum obſeſſores & obſeſſi pabulationem ex eo quærerent,& E
accēſis hincinde animis nonnunquā totis penè caſtris eò cōcurrentibus certaretur.In his
prælijs Beliſarij milites multitudine,Gothi ſitu præualebāt,uirtute pares utriq; habeban
tur.Hæc eadē certamina Feſulis erāt. Nam & inuaſiones frequētes & quotidiana propè
prælia inter obſidentes & obſeſſos cōmittebantur,& unica ſpes obſidentib. erat fame ac
defectu rerum neceſſariarū obſeſſos peruincere. Nam ui expugnādi urbem munitiſſimā
nulla erat ſpes. Quare undiquaq; circūdantes oppidū ſtationibus militū opportunis lo-
cis diſpoſitis omnē importandi facultatem abſtulerant.Cum hæc eſſet conditio belli,Au
ximumq; in Picentibus,Feſulæ in Thuſcis enixe obſiderētur, nouæ protinus res circa Pa
dum exoriuntur. Frāci eñ & Burgundiones Liguriæ poſſeſſores iuſſu quidem Theodo
baldi eorum regis tranſito Apennino ad Padum deſcēderunt. Cauſa uero tranſitus eorū,
ut poſtea cognitū eſt illa fuit:quia cū audiſſet Theodobaldus per citeriorē Galliam bel-
lum geri,dolebat finitimam ſuis regionē præmium eorum qui uiciſſent futuram, ſuos ue
ro ſpectatores ocioſos ſedere. Eos eñ ex utriſq; rex ducebat ſuſpectiſſimos,quos captis F
à ſe de Italia urbib.uicinos uictoria præbuiſſet. Hæc igit̃ regi ferociſſimo mittendi ultra
Apenninum eas copias cauſa fuit. Varaias per id tempus crebris ab Vitigite literis euo-
catus Padum tranſierat,Rauennā cum exercitu petiturus:Martinus aūt & Ioannes à Be
liſario nuper miſſi ad Varaiā peruenientes caſtra nō procul ab eo fecerāt,ut ſi quà poſſent
tranſitu prohiberent. Diſtabant uero eorū caſtra ab Varaiæ caſtris millia paſſuum circi-
ter ſeptem. Inter hæc Franci & Burgūdiones ſupradicti multa armatorum millia circum
ea repēte loca ſuperuenerūt.Hos Varaias & Gothi auxiliares ſibi ut ſuperiori anno Me-
diolanenſi bello fecerāt,ueniſſe arbitrabant̃.Erant uero Francis & Burgundionibus qui
tunc Apenninū tranſierant adiūcti Liguſtini. Ipſorumq; omniū perpauci equites erant,
cætera uero multitudo pedeſtris. Arma uero ferebāt,non pila,nō arcus,ſed ad protegen
dū corpus ſcutū & galeam: ad feriendum aūt hoſtem, gladium & ſecurim bipennem. In
prælijs autem maxime ſecuribus utebantur,quibus ex cōpoſito ferientes;ſcuta & galeas
hoſtium perfringebant,ut nemo aduerſus tantā uim reſiſtere ualeret.Hi ergo tunc ut ami G
ci Gothorū uenientes prius apud Padum Placentino in agro conſtiterunt, quàm Gothi
illos intelligerent aduenire.Ex ſummis nanq; Apennini iugis in Placentinos breuis faci
liſq; eſt deſcenſus:ubi aūt caſtris Varaiæ propinquarūt, ſiue conſilio ſiue temeritate mul
titudinis,rixa & prælio cū Gothis implicātur: nec prius finis præliandi fuit, quàm Gothi
in fugam uerſi caſtra ſua deſeruerunt,fugienteſq; non longe à noſtrorum caſtris admira-
tionem plurimā Beliſarij militibus intulerunt. Ipſos enim Francos & Burgundiones no
ſtri nequaquam Apenninum nouerāt trāſcendiſſe. Quare uidentes Gothos fugere tan-
quam prelio profligatos,Beliſariū ignotis abditiſq; itineribus ueniſſe ad opprimendum
Varaiam exiſtimabāt. Armis igitur raptim ſumptis cū aliquāto progreſſi fuiſſent,inopi-
nato Francis & Burgundionibus occurrunt,inuitiq; pugnare coacti cito franguntur: neq;
repetere caſtra auſi ſola fuga ſibi cōſuluerunt. Franci & Burgundiones uictores una ea-
dēq; die Gothorū & Beliſarij copiarū caſtra utraq; ceperūt. Varaias ex fuga Rauennam,
Beliſarij aūt copiæ per Placentinorū & Parmenſiū fines ſuperato Apennini iugo in He H
truriam abierūt. Cogimur hoc in loco longiore, quàm ſuperius polliciti ſumus ſermone
errores refutare, quos ſupra tanquā ex Procopio traditos omiſimus.Primum ubi Narſe-
tem Perſam cū Iuſtino Illyrici limitis duce in Italiā ueniſſe diximus,traditum erat ex Pro-
copio Narſetem eunuchū fuiſſe illum, qui ea quinq; millia adduxerit in Italiam. Ne uero
tantā rem coniecturis agamus, quæ pro nobis multæ eſſent, aliorum ſcriptis innitemur.
Agnellus in Vrſicini Rauennatis epiſcopi quē Iuſtiniani tēporibus fuiſſe conſtat,uita di
cit Narſetem chartulariū eo anno primo ueniſſe Rauennā,in quo integris adhuc Totilæ
rebus Beliſarius ex Rauenna Cōſtantinopolim nauigauit.Docebit etiam Narſetis char-
tularij aduentus, cū à nobis deſcribetur,nunquid uir fuerit,qui pati uoluiſſe uideatur,aut
ſub Beliſario,aut illi par cū quinq; millib.in Italia militare. Hinc uana erūt,quæ de ipſius
cum Beliſario ſimultatibus ſunt dicta, ex quibus Mediolani deſtructionē ſecutam fuiſſe
uolunt: quam quidē deſtructionem nequaquam tunc fuiſſe cōſtanter aſſerimus.Dacius
nanq; Mediolanenſis epiſcopus multa de ſui ſeculi calamitatibus ſæpe in epiſtolis cōme
morat,Mediolanumq; patriam ſuam pro cuius ſalute Romam & Conſtantinopolim ac-
ceſſit,

A ceſſit, à Gothis quidem obſidione preſſam dicit, ſed ſolo euerſam aut direptā nuſquā re-
fert. Paulus etiam qui Longobardorū hiſtoriam ſcripſit, captam & poſſeſſam ab Alboi-
no rege urbem Mediolanū narrat & nihil de ea euerſione dicit. Si enim à Gothis deſtru-
cta fuiſſet ea ciuitas, non potuit in annorū quindecim ſpacio quot Gothorū inter & Lō-
gobardorum tempora interceſſerūt, ita inſtaurari, ut à ciuibus eam dedi potius q̃ pro de-
relicta permitti oportuerit. Facit item, ut nihil de hac noſtra opinione, quin ſit uera, du-
bitemus, ſanctus pōtifex Gregorius, qui ſæpenumero multa narrat de ijs quæ crudeliter
facta ſunt in Italia, uel paulo ſupra ætatem ſuā à Gothis, uel ſe pōtifice à Longobardis: &
tamen eam ciuitatis opulentiſſimæ direptionem exciſionemq;, & occiſa ciuium triginta
millia, nec tenui quidē indicat coniectura. Non ergo interfuerunt huiuſmodi urbis dire-
ptioni decē millia Burgundionū miſſa à Theodeberto, qui tunc mortuus erat. Sed eſto
error nominis erit, & pro Theodoto filio ſit poſitus genitor Theodebertus, nunquam ni
ſi ſemel quiſpiam ipſorum regū in Italiam uenit: cum dicat Sigibertus in regum Franciæ
B geſtarum rerum hiſtoria Theodebertum ſemel Italiam fuiſſe ingreſſum: & Iordanum ui-
deamus pariter cum Caſſiodoro affirmare, id primis obſeſſę urbis temporibus accidiſſe:
quanquā quis credat octuaginta armatorū millia potuiſſe Alpes tranſmittere & Padum
tranſire, binaq; caſtra prius inuadere ac capere, quam de eorum aduentu exploratum ha-
buiſſent utrorumq; caſtrorū duces: præſertim cum Iuſtiniani partium duces Dertonam,
& alia oppida medio in illorū itinere obtinerent, & in Gothorum cuſtodia ac poteſtate
eſſent, cum cætera in Tranſpadanis, tum maxime oppida & caſtella ad ſaltus meatusq;
Alpium ſita. Abſurde præterea dicitur tot armatorū millia eſu bouinarum carnium & a-
quæ Padi potu ita contabuiſſe, ut poſt partam de caſtris hoſtium uictoriam haud ſecus,
quàm in aere fumus uento agitatus ualidiſſimo ex Italia aufugerint, nemine exturbante.
Aperte autem dicit Guido Rauennas ſacerdos, Burgundiones Francosq; qui Liguriam
pro Theodebaldo tenebāt, mercede à Gothis cōductos Mediolanenſis urbis obſidioni
interfuiſſe: & poſtea quando Beliſarium uiderunt Italia ferme omni potitū obſidere Vi-
C tigitem in Rauenna, proprio proſpicientes periculo fauiſſe Gothis, & ſeſe ita caſtris Beli
ſarij oſtendiſſe, ut ab eo fuerint uiribus repellendi. Harum rerū ueritas apud quos ſit, illo-
rum iudicio linquimus, qui parum ornate à ueteribus ſcripta non faſtidiunt, quosq; poti-
us laborando inueſtigandoq;, ſicut nos fecimus ueritatem cognoſcere, quàm torpeſcen-
do ignorare delectabit. Obſidione qua Feſulas premi oſtendimus diu protracta, Gothi
cum fame premerentur ac ſæpius poſtulata auxilia à Rauenna non uenirent, tandem pa
ctione urbem Cypriano & Iuſtino dedidere. Illi autem receptis Feſulis àc prȩſidio militū
impoſito, cum reliquis omnibus copijs Auximū profecti ſunt. Nam Vitigis cū toto Go-
thorum robore illis qui Auximi obſidebantur, laturū ſeſe opem promittebat. Et Varaiæ
præſentia hoc ipſum polliceri uidebat̄. Quare Beliſarius quoq; eo copias undiq; contra-
here coactus eſt, ne longus obſidionis labor in irritum caderet. Verum cum auxilia ſæpi
us promiſſa obſeſſis nequaquam uenirēt, ipſi tamen præter opinionem pertinaciter du-
rarēt, ſtatuit Beliſarius eos neceſſitate aliqua ad deditionem compellere: cuius rei gratia
D hæc machinat̄: Fons erat perēnis aquæ extra mœnia Auximi ab ea parte oppidi quæ ad
ſeptentriones ſpectat, ita propinquus mœnibus, ut intra iactum lapidis foret. Eum fontē
Beliſarius tollere conſtituit, quoniā animaduerterat obſeſſos ex eo tantummodo fonte
aquam habere. Huius igitur rei conficiendæ cauſa ſub primā ſtatim lucem armari exerci
tum iubet, atq; ex compoſito ad mœnia accedere. Gothi uero oppugnationē oppidi pa-
rari exiſtimantes, per mœnia opportunis locis conſtiterūt. Beliſarius quinq; uiros huius
artificij gnaros cum dolabris & malleis adhoc ipſum paratis multorū clypeis protectos,
ad fontem effodiendū deſtruendumq; ſubmiſit. Qui poſtquam eò uentum eſt, fornicem
quo fons deſuper contegebatur, ſubeūtes ſecuri iam à telis, quæ de mœnibus mittebant̄
demoliri fontē cœperunt. At enim Gothi poſtquā intellexere omnem conatum fieri ad
fontem demoliendū, egreſſi oppido prælium acerrimum inierunt: pugnabatur ſub ipſis
mœnibus loco difficili & procliui, Gothis ad fontē tutandum accedere nitētibus, Beliſa
rij militib. enixe repellentibus. In hoc prælio multi ceciderunt: plurimi tamen ex Beliſarij
militibus. Nam Gothi de ſuperiori loco ferientes perfacile hoſtes conficiebāt, ſed aderat
Beliſarius adhortator, preſensq; magna uoce ſuos impellebat, nec pedē referre patiebat̄

Integros in ſauciorum & cadentium locum continuo ſubmittebat:id certamen ad meri- E
diem uſque peruenit,cum ferè ab ortu ſolis cœptum fuiſſet.Tandem maiore conatu ſub-
miſſi milites Gothos intra mœnia refugere cõpulerunt.Moxꝗ retro abeuntes eos quos
ad demoliendum fontem miſerant reuocarunt,putantes opus iam pridem eſſe perfectũ.
At illi uix paruam aliquam receptaculi partem demoliti fuerant:cauſa uero huius fuerat,
quod antiquitus tanta diligẽtia exædificatus fuerat,ut multo facilius de uiuo ſaxo,quàm
de muro eius demeretur.Cum igitur labore irrito id certamen ſuſceptum appareret, Be-
liſarius quod reliquum erat, & ſucco herbarum maligno & cadaueribus iumẽtorum in-
ficiendam eius fontis aquam curauit,quoad eam penitus inutilem reddidit.Gothiꝗ iam
penuria aquarum laborantes, uix atque anxie puteis quibuſdam exiguam corruptamꝗ
præbentibus aquam ſuſtentabantur. Poſthæc Beliſarius neque prælio amplius laceſſe-
re obſeſſos,neque moleſtias inferre ullas curauit,ſed quieſcendo aſſidendóque finem ex
pectabat. Orta demum mentio eſt deditionis, poſtulantibus Gothis incolumitatem &
aſportationem rerum ſuarum in urbem Rauennam profecturis. Quæ audiens Beliſa- F
rius ſecum ipſe ambigebat. Nam tot tamꝗ egregios bello homines dimitti & augeri ho
ſtium uires qui Rauennæ conuenerant,alienũ ab utilitate publica exiſtimabat,& ſeden-
do ad Auximum tempus in longum terere periculoſum arbitrabatur, præſertim cum
Franci & Burgundiones dicerentur, poſtquam in Æmylia fuerant,ad Gothorum auxi-
lia inclinaſſe:maxime uero refragabantur milites, qui ex longa obſidionis erumna præ-
dam oppidi præſidijꝗ affectabant, nec ulla pactione ſe illa priuari patiebantur.Demum
cum Gothos penuria & defectus rerum, Beliſarium autem opportunitas temporis urge
ret,compoſita eſt res magno Beliſarij labore, ut dimidia pars rerum militibus daretur,re
liquam Gothi retinerent, utꝗ Gothi qui erant Auximi in exercitu Beliſarij remanerent
æquo iure cum alijs militibus. Per hunc modum compoſitæ res ſunt,& oppidum pactio
ne traditum. Auximo recepto Beliſarius intelligens Francos & Burgundiones ſe intra
Liguriam recepiſſe,aduerſus Vitigitem & Rauennam ducere conſtituit,contractisꝗ un
dique copijs eò profectus,ſtatim primo aduentu Maximum unum ex præfectis ſuis cum G
parte copiarum ad obſeruandas cuſtodiendasꝗ Padi ripas miſit,nequid exinde Rauen-
nam importari ualeret. Vnum enim eius fluminis os, cui Spinetico priſcis temporib. fuit
nomen à Spina urbe Diomedis opibus ut autor eſt Plinius condita, cuius fundamenta
etiamnunc cernuntur,non procul Rauenna mare influit. Volens igitur ante omnia hanc
opportunitatem auferre Beliſarius Maximum cum parte copiarum ulteriori ripæ, cum
citeriorem Paduſa obtineat palus,cuſtodiendæ præfecit. Venit etiam ex Dalmatia Vita
lis cum copijs à Beliſario euocatus, & in eadem amnis Padi cuſtodia deſedit.Accidit ue-
ro per hoc tempus res mirabilis & prius inaudita.Nam cum magna nauigiorum multitu
do ex Gallia Ciſalpina ueniret, frumentum cæterúmque commeatum Rauennam feren
tium, flumen ipſum uſqueadeo decreuit, ut pleraque nauigia deſtituerentur: ex quo fa-
ctum eſt,ut à militibus Beliſarij omnia caperentur:nec multo poſt ea capta flumen in ſu-
am magnitudinem redijt: hoc fortunæ iudiciũ primum fuit cœptis Beliſarij fauentis.Flu
mine igitur Padi facultas importandi Rauennam per hunc modum ſublata eſt. Mari ue- H
ro importari nihil poterat, cum hinc Ariminum & Anconẽ Beliſarius teneret,inde Ve-
neti Imperio ſubditi Romano Gothis aduerſarentur. Venetos autem ſatis eſt ſupra oſtẽ-
ſum,iam tunc tenuiſſe ac frequentius habitaſſe domicilijs eam Adriatici ſinus oram,quæ
à Rauennæ finibus pertinet ad Liburniam.A terra uero Beliſarius urgebat, nec importa
ri quicquam patiebatur. Cum Rauenna in hunc modum obſideretur,Francorum legati
ad Vitigitem uenerunt,offerentes Francorum in Italiam tranſitum ad liberationem obſi
dionis copiarumꝗ Beliſarij certiſſimam cladem, ſi in ſocietatem dominationis recipere
Francos malint.Hæc magna uerborum iactantia per legatos Francorum explicata men
tes audientium extulerunt.Quingenta enim armatorum millia tranſitura in Italiam pol-
licebantur, quæ Beliſarius ſi ſapiat nunquam ſit expectaturus. Hæc tam grandia partim
extollebant Vitigitem & Gothos, partim deterrebant. Nam uenturos in Italiam Fran-
cos, ac uictores fore non dubitabãt, ſed regni ſocietatem ſeruaturos eſſe nullo modo cre
debant. Hanc eorum ſuſpicionem augebat Beliſarius. Dux enim ſagax & rebus geren-
dis aptus,confeſtim ubi ueniſſe legatos cognouit,ſuos & ipſe legatos Rauennam miſit,

qui &

A qui & concordiam Gothis cum Imperatore Romano offerrent,& infidelitatem Franco
rum commemorando ab illorum ſocietate deterrerent. Gothi igitur Francorum & Beli
ſarij hincinde auditis legatis quid optimum foret conſultantes, poſt longam diſceptatio
nem Imperatoris concordiam prætulerunt. Per hunc modum legati Francorum irrita le
gatione dimiſſi ſunt, & frequentes poſthac cum Beliſario tractatus habiti: deniq; tracta-
tarum rerum hic exitus fuit ut controuerſiæ omnes ad arbitrium Imperatoris Iuſtiniani
delegarentur. Huiusq; rei gratia oratores ad Iuſtinianũ miſſi, & induciæ quædam inter
obſeſſos & obſidentes conſtitutæ.Inter hæc accidit horrea publica,quæ erant Rauennæ
cum omni frumento cremari,quę quidem res in maximas difficultates Gothos adduxit:
cum & frumenta incendio conſumpta eſſent, & Beliſarius importari non fineret illa ut
aiebat ratione,quo magis ad æquas conditiones Gothi deſcenderent.Suſpicionem uero
non paruam afferebat Vitigiti, quod unde proueniſſet incendium ignorabatur:alij ful-
mine icta cõflagraſſe horrea putabant,alij de induſtria iniectum ignem à quibuſdam ma
B leuolis,alij opera Beliſarij factum ſuſpicabantur.Regina quoq; in ſuſpicionem huius in-
cendij ueniebat, quoniam cum inuita ac repugnans uiolentis, ut oſtendimus nuptijs ab
Vitigite fuiſſet in matrimonium accepta,inimico atq; infenſo animo erga uirum eſſe pu-
tabatur.Hoc igitur frumẽti incendium Vitigitem ac Gothos plurimũ turbauit,& quaſi
in deſperationem adduxit:defectus nanque annonæ breuiter impendebat.Per hoc tem-
pus Gothi qui Alpes incolebant, pleriq; ſe Beliſario dedere uelle ſignificarunt:erant ue-
ro ex illis quos Theodoricum regem oſtendimus in Alpibus conſtituiſſe. Siſigis ergo u-
nus ex Gothorum proceribus primus omnium caſtella, quæ in Alpibus habebat, Beli-
ſarij militibus cuſtodienda dedit, & alios ut idem facerent ſuadebat. Erat per id tempus
Varaias in citeriori Gallia exercitumq; parabat,quo Rauennam proficiſceretur:college
rat uero iam in exercitu ad quatuor millia militũ.Horũ magna pats Alpini erãt,qui poſt-
q; audiuerunt Siſigim ad hoſtes defeciſſe,caſtella uero & arces in quibus ipſi natos uxo-
resq; habebant tentari,ante omnia eo ducere Varaiam cõpulerunt.Igitur cum omnib.co
C pijs quas parauerãt in Alpes Varaias profectus Siſigim & milites Beliſarij obſedit.Hæc
rurſus cum audiſſet Ioãnes Vitaliani & Martinus qui caſtra tunc per Galliam faciebant,
ſine ulla mora & ipſi in Alpes profecti caſtella quædam in ipſo itinere ceperunt. In his
frequentes uxores & filij eorum qui cum Varaia militabant capti ſunt. Quæ poſtquam
intellexerunt parentes ac mariti eorumq; propinqui, deſertis Varaiæ caſtris ad hoſtes
transfugerunt,quo ſuos recuperarent.Per hunc modum Varaias à militibus ſuis deſtitu-
tus cum paucis in Galliam reuerſus,parandi amplius copias aut ſuccurrendi obſeſſis co-
gitationem abiecit.Ita Vitigis & Gothi qui Rauennæ erant deſerti à ſuis ac omni ſpe de-
ſtituti obſidebantur,maioresq; continuo difficultates ſubibant. Cum hæc eſſet conditio
rerum apud Gothos,legati ab Imperatore uenerũt Dominicus & Maximus ambo ex ſe
natu,ſerebant uero Iuſtiniani reſponſum ad ea quæ Vitigis & Gothi de concordia poſtu
lauerant.Summa decreti Iuſtiniani hæc erat.Vitigis omnia trans Padum loca retineat,ci
tra Padum uero cuncta dimittat.Mediam uero pecuniarum regalium partem Imperato-
D ri tradat,reliquam retineat.Gothi uero omnes qui citra Padum incolunt ſubiecti Roma
no Imperio ſint.Locuti uero prius cum Beliſario legati deinde Rauennam ingreſſi man
data expoſuerunt, quæ lætis animis ab Vitigite cæterisq; Gothorum proceribus audita
& comprobata ſunt. Beliſarius autem hæc magno cum dolore audiebat,ſecum ipſe indi
gnans ac grauiter ſerens,quod cum plenam habere uictoriam de Gothis poſſet, ſibi auſe
rebatur.Itaque redeuntibus paulo poſt legatis ac ſubſcriptionem eius poſtulantibus ſub
ſcribere noluit.Quæ quidem res permagnas apud Gothos ſuſpiciones peperit,uerentes
ne doloſa pacis ſimulatione decipiantur, palamq; dictitare cœperunt: ſe niſi conſentiat
Beliſarius nihil de pace eſſe facturos: legati uero ipſi & qui ordines in exercitu ducebant
Beliſarij factum ualde indignabantur, eúmque non parere Iuſtiniani decretis inter ne-
faria reponebant.Hac in parte aſſeritur ex Procopio,Gothos & ipſum Vitigitem Beliſa
rio ſuaſiſſe,ut rex Italiæ eſſe uellet,additúmque eſt Gothos trans Padum incolentes cum
uidiſſent Beliſarium id nolle, Ildouadum regem creaſſe: qui poſtquam induerat pur-
puram Beliſario obtulerit ipſam ad eius pedes depoſiturum, ſi promiſſa de ſuſcipiendo
regno non renueret adimplere. Huius autem oblationis regni, nec Iordanus nec alij

uerbum faciunt. Quin aperte indicant Iordani & Agnelli uerba in Vrſicini & Maximia- B
ni uita, Beliſarium poſt diutinos obſidionis labores Rauenna potitum, captos Rauenna
tum opera Vitigitē & Gothorum duces Conſtantinopolim perduxiſſe. Beliſarius nanq;
poſtquā Iuſtiniani conceſſiones diu obſeruare diſtulerat, reſumpſit bellum, & breui Ra-
uenna potitus, claſſeq; parata cum Vitigite & cæteris Gothorū principibus, cumq; the-
ſauris regijs Cōſtantinopolim nauigauit, quinto anno poſtq; bellū in Italia gerere incœ-
perat. Cōcordant autem ſcriptores, gubernationē Italiæ poſt Beliſarij profectionē apud
Ioannē & Beſſam & Vitalem Iuſtiniano iubente remanſiſſe. Pōſtquam uero Beliſarius
ex Rauenna ſoluerat, uenit Conſtantinus ex Dalmatia, qui & ipſe numero gubernatorū
additus erat. Sed cōfeſtim apparuit quantū inter gubernationem horum & Beliſarij in-
tereſſet. Vt enim omittam rei militaris ſcientiā, qua omnes ętatis ſuæ duces longiſſime ſu
perauit, erat in illo humanitas ſumma, per quam pauperi æque ac opulento ſeſe impartie
batur. Acceſſus uero ad eum faciles ac liberi cuiq; generi hominum, præterea liberalitas
admiranda. Ruſticorum uero tantam habebat curam, ut in ducendo exercitu neminē eo F
rum uiolari, nemini damna inferri pateretur. Milites enim ſui ne poma quidem in arbori
bus pēdentia attingere audebant. Hac ille ſeueritate diſciplinæ conſequebatur, ut caſtra
eius abundantiora eſſent, quàm ullum in urbe forum. Qui uero in gubernatione ſucceſſe
runt, neq; humanitate, neque uirtute, neque abſtinentia pares fuere. Nam & ipſi rapinas
prædasq; ſectabantur, & milites in omnem licentiā prolabi permiſerūt. Superbi quidem
in ſocios, in hoſtes uero non ſatis feroces: itaque res breui tēpore retrouerti, & in ruinam
tendere manifeſte cœperunt. Id cum intelligerēt Gothi animos reſumpſerunt, & Varaiā
regem facere conſtituerunt: quod ille paſſus non eſt, maxime ſe illa ratione excuſans, q̄d
cum fratris Vitigitis filius eſſet, neq; pia neq; honeſta facere uideretur, ſi illo uiuente re-
gnum aſſumeret. Hac ille ratione probabili ſanè & honeſta ſe excuſans autor fuit, ut Ildo
uadus rex conſtitueret; uir magnę inter Gothos autoritatis magnæq; potētiæ, & qui lon
go tempore Veronæ dominatus eſſet. Is ergo tunc ex urbe Verona Papiam uocatus pur
puramq; indutus rex Gothorum appellatur, & de ſalute gentis ſuę cogitare iubetur. Qui G
ſumma cū diligentia rem ſuſceptā exequi cœpit. Gothos enim omēs & Italicos qui cum
Gothis ſentiebant, arma capere & Papiæ ad diem cōuenire iuſſit: paruus quidem ab ini-
tio exercitus fuit, ſed cōtinuo augeſcēs ac ſpem aſſumens indies meliorē. Adiuuabat ue-
ro non mediocriter Gothorū partes auaritia & iniuria aduerſariorum. Exactores enim
pecuniarū fiſci nomine à Iuſtiniano in Italiā miſſi, populos uexare mirabili acerbitate cœ
perunt, & ad indebitā pecuniarum ſolutionem compellere. Rationes ſiquidem repoſcē
tes omnium quæcunq; ſub Theodorico primo Oſtrogothorum rege, uel ſub alio dein-
ceps regum Italici adminiſtraſſent, & magiſtratuum quoſcūq; per ea tempora quiſquam
Italorum geſſiſſet, ciuitates quoq; promiſſarum dudum Gothis pecuniarum in diſquiſi-
tionē uocātes, easq; pecunias repoſcentes, & ſingulis priuatim hominibus & publice ci
uitatibus tantam deſperationem attulerunt, ut Gothos iterum fieri dominos rerum opta
rent, multiq; uoluntarij ad Ildouadum proficiſcerētur. Erat quoq; non diſpar querela in
exercitu Imperatoris. Qua enim auaricia exigebantur pecuniæ indebitæ ab Italicis, ea- H
dem auaricia militibus pecuniæ debitæ non ſoluebantur. Vna duntaxat cura erat, ad ex-
plendam Iuſtiniani cupiditatem pecunias cogere, nihil erogare. Quas ob res Iuſtinianū
ipſum, & quia Beliſario duce præſtantiſſimo uti neſciuit, quin potius omnia aut fortunæ
inconſideratus permiſit, aut ad Theodoræ uxoris libidinem inconſtantiamq; adminiſtra
uit, ſupradiximus, & identidem affirmamus, ſocordis ingenij Imperatorem fuiſſe. Itaque
milites pariter atq; Itali tantis iniurijs compulſi ruinam Imperij affectabant. His creſcens
indies Ildouadus omnes trans Padum, omnesq; Venetiæ regionis urbes in poteſtatem
recepit, & Italorum Gothorumq; multitudine exercitus eius completus eſt. Quamobrē
haud multo poſt educere in aciem ac fortunam pugnę tentare non dubitauit: præliū hoc
non procul Taruiſio fuit aduerſus Vitalē, qui unus erat ex Iuſtiniani ducibus. Victorq; Il
douadus tanta ſtrage Vitalis exercitum concidit, ut uix dux ipſe cum paucis euaderet, re
liqui omnes aut interficerētur à Gothis uel captiui ducerentur. Ea uictoria & magna &
clara mirabile quantū Gothorum animi creuerūt, quantumq; auctæ ſunt aduerſariorum
uires, ut non ſolum trans Padum per Galliā & Venetiam, uerumetiam citra Padum Go-
thorum

A thorum partes confirmarentur,nomenq́ Ildouadi celebre fieret apud Iuſtinianū Impera
torem, aliasq́ nationes.Nec multo poſt Varaiam maximū inter Gothos hominē Ildoua
dus ad mortē uſq́ perſecutus eſt, ſuſpicione prætenſa,quod cum hoſtibus ſentiret:rc au-
tem uera motus eſt partim,quia contentiones quædā inter reginā & Varaiæ uxorem in-
cidiſſent,partim quia ſibi ſuſpectus erat hominis genere et uirtute conſpicui potenratus.
Nam genus Oſtrogothorū ſicut & Viſigothorū prout aliquādo oſtēdimus,& in ſequen
tibus oſtenſuri ſumus,non ſatis ſuis regibus fidele fuit.Mortē Varaiæ permulti Gothorū
improbarūt. Cuius cauſa Ildouadus ipſe à Builla uno ex cuſtodibus ſui corporis dū ex-
hiberet proceribus conuiuiū occiſus fuit. Suffectus illi Araricus paruo regnauit tempo-
re.Nam quinto poſtquā rex creatus fuerat menſe & ipſe etiā eſt occiſus.Duobus his regi
bus intra bienniū interfectis,ad Totilam qui & Badiulla,magno Gothorum conſenſu re
gnum peruenit.Fuitq́ res ipſa in hunc maxime modū acta. Ildouado rege inrerfecto Ba
duilla nepos ſibiipſi timēs in Taruiſio ciuitate Venetiarū,quā paterna hęreditate obtine
B bat,ſeſe cœpit cōtinere,miſitq́ clàm Rauennā, & cum Iuſtiniani ducibus pepigit ad eos
tranſire.Interea Gothi pœnitētia ducti quod Araricū regem creaſſent hominem nequa-
quā tanti ut Gothorū gentem defendere aduerſus tātas uires hoſtiū ualeret, ad Totilam
Ildouadi propinquū reſpicere atq́ illum regem optare cœperūt.Quare cū de ipſius To-
tilæ cum Iuſtiniani ducibus fœdere reſciſſent,tandem in maiorē ſalutis ſuæ adducti conſi
deratione,Ararico de medio ſublato Totilam ipſum regem creauerūt. Cognouerat inte
rea Iuſtinianus ea quæ in Italia cōtigerant, & ducū ſuorum imperitiā increpauerat,quod
in tantis hoſtiū diſcordijs, tantisq́ motibus,ipſi opportunitatē rerū agendarū nacti nihil
effeciſſent. Quibus increpationib.permoti duces Rauēnæ ſimul omnes cōuenerunt,ibi
cum de inferendo bello conſultarēt,placuit ante omnia ad urbē Veronā ducere,cuius ca
piendæ urbis ſpes aliqua offerebatr. Erant uero hi duces undecim,quorū præcipui habe-
bant Cōſtantianus & Alexāder in Italiā nuper à Iuſtiniano miſſus ad pecunias colligen-
das. Profecti igitur cū ingentibus copijs ubi Veronæ propinquarunt, ſpem dudum ſibi
C præbitā experiri decreuerunt.Erat enim Martianus uir quidā domi nobilis,caſtellum ha
bēs nō procul Verona:is quia partes Imperatorias animo præferebat,cuſtodē unius por
tarum ad exercitū Imperatoris recipiendū induxerat. Re igitur arcane cōpoſita cum eò
perueniſſet exercitus,pręmittitr Artauades Armenius cum manu delectorū militum qui
portam ante capiat,ac cæterū exercitū præſtoletur: nihil præmiſſorū in hoc loco defecit.
Nam intempeſta nocte cū ad portā ueniſſent milites, proditor aperiens intra urbem eos
recepit:illi portā ingreſſi mœnibus quoq́ ſuper eam captis exercitui ſignificarūt,& Go-
thi ſentientes hoſtes eſſe in urbe per diuerſam portā aufugerūt.Duces uero captam à ſuis
portā audiētes, iter quidē ſtatim ingreſſi ſunt:ſed antequā ad urbē uenirent de præda in-
ter ſe diſceptātes quinq́ millia paſſus ab urbe conſtiterunt: inter hæc dies eluxit. Arx eſt
Veronæ urbi ſupereminēs, ex qua intra urbē & extra proſpectus eſt.Gothi igitr qui in ar
cem refugerant, cernentes paucos inrra urbē hoſtes:exercitū uero extra urbem exiſtere,
nedū mœnibus appropinquare,ſubito ex arce impetu facto urbē peruicerunt,et portam
D quæ tenebatur ab hoſtibus receperūt atq́ clauſerūt.Milites uero qui per noctem fuerant
ingreſſi,partim oppreſſi ſunt,partim ad mœnia cōfugientes deſuper repugnabāt.Venie
tes autem paulo poſt duces cum portā clauſam reperiſſent, quanquam intus eſſent mili-
tes qui eos uocabāt, ac ne ſe deſererēt precabantur,tamē eueſtigio abierunt.Militū uero
pars è muro ſe demittens euaſit,quorum è numero fuit Artauades Armenius eorum præ
fectus.Cæteri uel capti uel interfecti ſunt.Per hunc modum prauitate & auaricia ducum
res apud urbem Veronā petiere.Poſt hæc Iuſtiniani duces quoniam Veronæ cœpta fla-
gitioſe turpiterq́ euaſerant,diſcordes inter ſe & alijs alij ſuccedentes ex his locis abierūt,
tranſmiſſoq́ Pado amne Placentiam ſunt profecti. Totilas Papiæ per id tempus dege-
bat,cognitoq́ hoſtium aduentu quaſcunque potuit copias propere contraxit.Duces in-
ter hæc ultra Placentiā progreſſi ſecus ripam Padi amnis caſtra faciebant: Totilas autem
quanquam foret admodū impar, tamen cum his quas habebat copijs obuiam illis exire,
ac fortunā pugnæ experiri cōſtituit. Cum igitur in propinquo eſſent caſtrā,ac pugna de-
cernere utriſq́ placuiſſet, Totilas per noctem partem equitatus præmiſit,quibus iuſſit ut
uiginti ferè ſtadijs ultra hoſtiū caſtra Trebiam flumē tranſirēt: & cum pugnare cœptum
eſſet,

eſſet, hoſtem à tergo tumultu quàm poſſent maximo adorirentur: ipſe uero cum tempus fuit ad hoſtes duxit, idē fecerunt Iuſtiniani duces. Erat ante aciem Totilæ uir Gothus nomine Valaris, qui equo inſigni uectus, ipſe quoque inſigniter armatus in ſingulare certamē omnes prouocabat. Aduerſus hunc cæteris ſubſiſtentibus, Artauades Armenius, cuius in ingreſſu Veronæ mentionem fecimus prodijt, ſpectantibusq; utrinq; aciebus concurrerunt infeſtis ſeſe cuſpidibus petentes. Artauades Gothum dextro latere haſta transfixum occidit, ipſe uero in haſtam interfecti caſu hærentem ſolo, ui atq; impetu equi adactus cuſpide trāſfigitur, ruptoq; thorace uulneratur, ex quo mox die tertia interijt: acies ſimul congreſſæ prælium acerrimum inierunt, omniſq; ferri experientia in eo certamine uerſabatur. Cum ferueſceret maxime bellum & ab utriſq; enixiſſime pugnaretur, neutrā adhuc in partem uictoria inclinante, equites Totilæ tranſmiſſo Trebia flumine terga Iuſtiniani ducū inuaſere, tumultuſq; maior inde exortus cum multitudo ingēs crederetur, exercitum Iuſtiniani primo turbauit, mox in fugam cōuertit. Solutis enim ordinibus cū ante retroq; inſtaret hoſtis, cito diſſipat̄, multiq; à Gothis perſequentibus interfecti ſunt, multi etiam ſeſe per deuia quæq; præcipitantes euaſere. Captiuorum aūt ingens multitudo fuit, & quod nunquam ante contigerat, omnia militaria ſigna Imperatoris exercitus in eo prælio capta ſunt ab hoſtibus & ad Totilam relata. Inſigniorē hanc uictoriam Totilæ fecit, quod ipſe cum dimidia ferè parte minoribus copijs ſciens ac uolens contra maiores copias prælium iniuit, quodq; militari induſtria uictoriam nactus eſt. Ipſam quoq; uictoriam humaniſſime exercuit, nemini captiuorū moleſtus, multis etiam gratuito dimiſſis, quæ quidem humanitas famam eius plurimū adauxit. Iuſtiniani duces ex prælio fugientes Placentiā primo, inde in diuerſa loca abierunt, & copijs quantum fieri potuit reparandis intenderunt. Non multo poſt hanc uictoriā Totilas maiora iam animo concipiēs exercitum in Hetruriam miſit: præfecit uero huic exercitui tres Gothorum præſtantiſſimos, Beldam & Rodericum & Vliariū. Erat in Hetruria Iuſtinus unus ex Iuſtiniani ducibus qui prælio interfuerant. poſtq; id tempus nunquam ceſſauerat copias reparare, oppida munire. Is cū exercitus Totilæ ſuperuenit, circumdatus ab hoſtibus intra Florentiæ mœnia obſidebatur: terrebat uero Iuſtinum rei frumentariæ defectus. Nam importari ad obſeſſos nihil poterat, & intus quod erat frumentum breui defuturum uidebatur. Rauennam igitur ad cæteros duces mittēs Iuſtinus quo in periculo res foret oſtendit, rogauitq; ut ſibi opem ferrēt. Ob eum nuncium permoti Beſſas, & Cyprianus, & Ioannes cum ſuis copijs in Hetruriam uenerunt. Gothi uero poſtquam intellexerunt illos appropinquare ſoluta ilico obſidione retro mouerūt caſtra, profectiq; unius diei iter in loco qui Mucialo dicitur conſtiterunt. At poſtquam exercitus amicorum Florentiam peruenit, placuit ducibus ut paucis in præſidio Florentiæ relictis ipſi cum reliquis omnibus ad hoſtem cōtenderent: in itinere uero dum eſſent, ſtatuerunt ut ducum unus celeriter antecederet ad inuadendum detinendumq; hoſtes: alij uero mature ſequerentur. Sorte igitur ducta Ioāni contigit antecedendi munus. Ille profectus cum ſuo agmine ad hoſtes properauit. Hoſtes uero deterriti aduentu copiarum deſerto loco in quo prius habebant caſtra in proximum montem arduum quidem & difficilem tranſierunt. Neq; ob id cunctatus Ioannes ubi ad ea loca peruenit, aciem ſuorū aduerſus montem direxit ac magno animo ſurſum uerſus anniſus peruincere conabatur. Reſiſtebatur fortiſſime ab hoſtibus. Hic dum nititur Ioānes & inter primos pugnatores uerſatur, quidam ex comitibus iuxta latus eius pilo trāſfixus occiditur, falſaq; ſtatim credulitas inde exorta eſt Ioannem interfectum fuiſſe, fuga hinc fieri cœpta. Hęc fama delata in eos qui cum reliquo exercitu ueniebant, cum inſuper fugam & trepidationem mirabilem uiderent: ipſos quoq; in fugam turpiſſimam conuertit. Nec modus ullus erat in fuga: itaq; duces quoq; ipſi à nullis hoſtibus pulſi fugam arripere coacti ſunt, neq; poſthac in unum conuenerunt, ſed alius alibi, prout ſe ex fuga receperant, oppida tenuerunt. Gothi tamen ad obſidionem Florentiæ nequaquam reuerſi ſunt, magnitudinem ueriti copiarum, quę quanquam diſſipatę eſſent, per oppida Hetruriæ conſtiterant, & hyems ſuperuenit, finiſq; fuit ſeptimi anni huius belli poſtquam geri à Beliſario cœptum erat.

A HISTORIARVM BLONDI FORLIVIENSIS AB INCLINA-
tione Imperij Romanorum, Liber ſextus.

TOTILAS eo qui ſecutus eſt anno ut primũ educendi copias fuit tempus, coacto exercitu in Flaminiã uenit. Vbi & Iordanus & Agnellus Rauennas affirmant apud Fauentiam prælium fuiſſe, quod ſupra ſcripſimus apud Placẽtiam geſtũ eſſe. Sequiturq; Procopius Totilam Cæſenã & Petram oppidum obſediſſe, cætera quoq; eius regionis oppida permulta uel ui uel pactione cepiſſe. His per ea loca confectis, Totilas in Hetruriam cum exercitu tranſiit & inde Tyberim amnem tranſgreſſus per Vmbros & Sabinos & Marſos in Campaniã profectus eſt. In his locis Beneuentũ urbem captã mœnibus ſpoliauit, nolebat enim in urbe munitiſſima hoſtes ſi quãdo cõtingeret ſedem belli habere. Neapolim deinde obſedit, multis primo uerbis conatꝰ humaniſſime, ut Neapolitani amicitiã eius ꝗ inimicitiã mallẽt. Sed erat in præſidio eius urbis Conon Iuſtiniani præfectus, nec pauciores mille militib. ſecũ
B habebat, itaq; nihil decerni libere in cõcione potuit. Quod cũ intelligeret Totilas poſitis nõ lõge caſtris urbẽ obſedit, non tñ oppugnauit, ſed quietẽ agẽs incubabat: interim uero parte exercitus miſſa, Cumas & alias quaſdã urbes per ea loca recepit, ex quibus pecuniarum magnã uim adeptus eſt, Mulieres etiam ex nobilitate Romana capi in his locis cõtigit, quas omnes Totilas cũ ſumma benignitate cõſeruatas liberas eſſe iuſſit, ac parentib. maritisq; cũ honeſto comitatu remiſit. Cum uero per has regiones neq; dux neq; exercitus eſſet, qui conatibus Totilæ repugnaret, partẽ ſuarum copiarum mittendo Apuliam & Lucaniam, & Calabriã cum uniuerſis eorum oppidis in poteſtatem redegit. Ex quo factum eſt ut Iuſtiniani ducibus militibusq; mille amplius ex his locis pecuniæ ſoluerent, quæ quidẽ res magnã hoſtibus incõmoditatem attulit & quaſi cũcta euertit. Milites eñ cũ pecuniæ deeſſent, nec ſtipẽdia eis ſoluerent, neq; parere ducibus, neq; in expeditiões ire uolebãt, ſed per oppida incluſi res amicorũ prædabant, rapinisq; & maleficijs omnia fœdabant. Duces quoq; ob has difficultates intra mœnia conſiſtentes oppida tantũmo-
C do ab hoſtibus tutabantur, partitiq; inter ſe urbes Ioannes Romã, Beſſas Spoletum, Cyprianus Peruſiã, Iuſtinus Feſulas, Conſtantinus Rauennã gubernabat. Inter hæc Neapolis durius obſideri cœpit. Totilas eñ parata claſſe, neq; mari neq; terra importari quicq; patiebatur. Ex quo palàm erat, niſi quis opẽ ferret, eam demũ urbem in manibus hoſtiũ eſſe perunturã. Hæc igit audiens Iuſtinianus ac pro tantis Italię cladibus, proq; Imperij dedecore indolens, Maximinũ præfectũ prætorio ad corrigendas reparãdasq; res in Italia miſit. Dedit autẽ ſibi claſſem & exercitum ex Thracibus & Armenijs: præerat autem Thracibus quidã Herodianus, Armenijs uero Phaſas, Hunni præterea nõ pauci ea claſſe uehebantur. Maximinus Byzantio profectus in Epirũ uenit, ibi cum res Italiæ ex propinquo cogitaret, inter ſpem ac metũ dubius tarditate ac deſidia tẽpus amiſit. Erat enim Maximinus uir bonus & ad pacis negocia nõ inutilis, belli uero imperitus om̃ino, & ob hoc timidus & cũctator in ſingulis, ac plurimũ ambigens. Res uero tunc & cõſultandi & agendi celeritatẽ flagitabant. Maximino igitur paruam de ſe ſpem afferente Iuſtinianus
D Demetriũ quendam qui ſub Beliſario dudum in Italia militauerat cum alia claſſe in Siciliam miſit, iubẽs ut ſi opus foret, in Italia quoq; res adiuuaret. Is cũ in Siciliam nauigaſſet, audita Neapolis obſidione ac eorũ qui obſidebantur difficultatibus, ſtatuit cõfeſtim auxilium ferre: cũ uero aperta uia id efficere poſſe deſperaret, quoniã neq; eius claſſis neq; exercitus ad tantã rem ſufficiens erat, hæc excogitauit. Naues cõplurimas ex uniuerſa Sicilia contraxit, fecitq; ex his claſſem ad aſpectum permagnã, impoſitoq; frumento Neapolim cõtendere perrexit. Ea res & ſpem magnã obſeſſis & formidinem non paruã Gothis præbuit. Audiebãt enim multitudinẽ nauium, ac magnum in ijs exercitum uenire opinabant. Quod ſi primo ſtatim curſu Neapolim petiſſet, cuncta proſpere ſuccedebant, & urbs obſeſſa indubie ſeruabat. Hoſtes enim conterriti magnitudine claſſis ne reſiſtere quidẽ tentauiſſent. Sed ipſe cõſcius imbecillitatis ſuæ Neapolim adire nõ auſus Romam petijt, quo militib. inde aſſumptis naues impleret, atq; ita Neapolim magis robuſtus nauigaret. Sed milites qui Romæ erãt claſſem aſcẽdere noluerũt. Victi ſiquidẽ duplici prælio à Gothis eos immodice formidabant. Itaq; hac deficiẽte ſpe cũ his duntaxat nauibus quas Cõſtantinopoli duxerat aduerſum hoſtes proficiſci Demetrius cõpellitur. Totilas

naues

naues egregie ueloces in portu ipſo Neapolis aſſidue ſtructas paratasq́ꝫ tenebat, curāq́ꝫ B
de Demetrij claſſe diligentē ſuſceperat. Cū igit̃ ex urbe Roma Neapolim nauigare De-
metrium cognouiſſet & applicuiſſet iam propinquo littori, profectus repēte Totilas cū
ueloc ib. nauibus ex improuiſo Demetrij claſſem inuaſit. Adeoq́ꝫ ſubitus & inopinatus
fuit impetus, ut conterriti nautæ atq́ꝫ milites in fugā conuerterent̃. Quos Gothi ueloc ib.
inſecuti nauibus, poſt magnā cædem omnes Demetrij naues cum ipſis oneribus, ipſisq́ꝫ
uiris plenas ceperunt. Nulli enim euaſerūt ex ea claſſe niſi qui in lembos ſtatim ab initio
proſiliētes latuerūt: inter quos Demetrius ipſe dux claſſis fuit. Poſt hæc Maximinus cum
maiori claſſe maioreq́ꝫ exercitu ex Epiro in Siciliā nauigauit, cumq́ꝫ Syracuſis applicuiſ-
ſet, eadē ignauia qua prius cunctando tempus amiſit, neq́ꝫ difficultatibus obſeſſorū, ne-
que precibus uocantiū mouebat̃. Tandem uero ubi præcepta & minę Iuſtiniani ſuperue
nere, nec ob eas quidē nauigare aduerſus hoſtes ſuſtinuit, ſed claſſem Demetrio & Hero
diano & Phaſſę ducendā tradidit, ipſe in Sicilia remāſit. Erat uero iam planè hyems cum
hi nauigare cœperūt, neq́ꝫ arte ulla reſiſti potuit, quin ad ipſum littus ubi caſtra erant ho- F
ſtiū adigerētur. Gothi uero iſta cernētes concurſu ad littus facto nulla difficultate naues
ceperūt, & ſi qui repugnabant interfecerunt, reliquos uero captiuos duxerunt, in quorū
numero Demetrius fuit. Herodianus aūt & Phaſſas cū & ipſi capti iam eſſent, caſu quo
dam poſtea occiſi ſunt. Hunc finē habuerūt eo anno Iuſtiniani claſſes in Italiā miſſæ. To-
tilas Demetriū in uinculis ad mœnia Neapolitanæ urbis adduci iuſſit, ibi uocato Cono-
ne præfecto militibusq́ꝫ & Neapolitanis ciuibus, Totila uolente Demetrius uerba fecit,
ſuaſitq́ꝫ ne ulla amplius uexilla expectarent. Obſeſſi uero pridē fame macerati cū Deme-
triū captū & omnē ſpem ſublatā uiderent, in fletū ac lamentationē conuerſi quid agerēt
aut quò ſe uerterēt neſciebāt, eratq́ꝫ ciuitas tota mirabili tumultu & trepidatione plena.
Totilas autem cū ſenſiſſet Neapolitanos ad colloquium uocatos, in ipſis mœnibus ſtan-
tes allocutus eſt, nullā ſe cōtra eos uel iram uel indignationem habentē obſidere urbem
illā perrexiſſe, ſed ut ipſis inimico ſeruitutis iugo liberatis referre gratias ualeret eorū q̃
hoc ipſo bello pro fide Gothis ſeruanda ab hoſtibus pertuliſſent. Solos quippe Italicorū G
omnium Neapolitanos inuitos ac repugnātes in poteſtatē Græcorū cum ultima penè ci
uitatis clade uulnerib. ac cruore cōpulſos deueniſſe. Itaq́ꝫ quod nunc ſimul cum hoſtibus
obſidione eos fatigari à ſe neceſſitas fuerit erubeſcere, quāobrem debere Neapolitanos
beneficia potius à ſe & Gothis q̃ ultionē expectare, hoſtibus uero qui eſſent in urbe ſeſe
non acerbū eſſe uelle. Dedentibus enim urbē uel militandi ſecū æquo iure cum alijs mili
tibus, uel abeundi cum omnibus ſuis rebus quocunq́ꝫ uellent facultatem ſe daturum. Ad
extremumq́ꝫ dixit ſe hæc omnia iureiurando ſancire cum uoluerint paratū fore. Laudaue
rūt & Neapolitani & milites Totilæ ſermonē. Quo tamen deditio honeſtior foret, trigin
ta dierum inducias poſtularunt, quibus uideret̃ an quæ auxilia ſuperuenirēt. Ad hæc To
tilas, non triginta dierū modo, ſed ter triginta dierum ſpacium ſe dare reſpōdit. Quam li
beralitatem admirāti obſeſſi clareq́ꝫ deprehendētes nullā eſſe auxilij ſpem, intra paucos
dies apertis portis Totilā & exercitum intra mœnia receperūt. Totilas igitur Neapolim
ingreſſus neminē malo affecit, nulli moleſtus fuit, quinimmo tāta humanitate uſus eſt, ut H
nequaquā conuenire barbaro homini uideretur. Cū enim multi propter inediā deficien-
tibus uiribus ægrotarēt, ne ſubita affluentia cibi immodice ſumpti periculū illis afferret,
ſumma cura diligentiaq́ꝫ prouidit, ut non ſolū Neapolitanis ciuibus, uerumetiam militi-
bus cibaria bis in die ad certū pondus traderent̃, diligētiſſime obſeruato ne alicūde plus
caperent, & ſingulis diebus modicū ſuperadderet̃. Cononi aūt & militibus abire uolen-
tibus nauigia præbuit. Cum illi uēto diurius retenti nauigare intra præſcriptum diē non
potuiſſent, liberā nihilominus poteſtatē illis ſeruauit. Quinetiā cum longius duraret uen
tus, & illi pedeſtri itinere abire ſtatuiſſent, equos iumentaq́ꝫ eis tribuit, & uiaticū inſuper
largitus eſt, Gothosq́ꝫ cū his miſit qui tuto deducerent. Hac igitur & huiuſmodi humani
tate in alienos Totilas utebatur: in ſuos uero tantā diſciplinæ ſeueritatē ſeruabat ut nul-
lum malefactū impunitum eſſe pateret̃. Raptori ac uiolatori pœna mors erat & publica-
tio bonorū, quæ quidem bona uiolentiam paſſo tradebantur. Itaq́ꝫ & caſtra & ingreſſus
Gothorū per amicas ciuitates & gentes omni ſcelere carebant. Ducibus autē Iuſtiniani
per hoc ipſum tēpus diuerſa erat cōditio. Nam nec duces ipſi abſtinētes erant, & milites

A in omnem licentiã traducti à nullo maleficio temperabãt,nec quicquã miſerius erat per
ea tempora,ꝙ Italiæ populi qui imperatori parebant, cum extra mœnia quidem ab ho-
ſtibus,intra mœnia uero à militibus diriperentur: duces em̃ munitas tenẽtes arces,nihil
de ſubiectorum iniurijs curabãt.Ob hæc flagitia cũ indies magis ac magis deſperatio ſe
quereretur,coactus eſt Iuſtinianus iterato in Beliſarium mentẽ animumq; conuertere.Nã
cæteri quidẽ duces nedum perdita recuperare, ſed ne illa ipſa quæ tenebãt diutius tueri
poſſe uidebanẽ.His igiẽ de cauſis Beliſarius ad curam Italici belli rurſus delectus eſt, cũ
medio tempore aduerſus Coſdroem Perſarum:uel ſi Iordano credimus , Parthorũ regẽ
bellum geſſiſſet,quod necdum planè finitum erat. Cũ ergo milites nouos ſcribere opus
eſſet(nam ueterem exercitum Martino ſucceſſori tradiderat,)Thraciã totam circumiẽs
Beliſarius pecuniasq; abunde largitus,uoluntariorũ ad quatuor millia coegit,quib.claſ
ſe impoſitis unà cum Vitali præfecto Illyrici,ꝗ nuper ex Italia uenerat, nauigauit Salo-
nisq; applicuit.In hoc ipſe itinere Hydruntũ Calabriæ oppidũ obſidione liberauit. Qui
B em̃ in eo obſidebanẽ à Gothis,defectu rerũ neceſſariarum cõpulſi ad certam diem pacti
fuerant oppidum dedere,niſi prius auxiliũ eſſet allatum. Quod intelligẽs Beliſarius Va
lentinum eò nauigare iuſſit,ac frumentum cæteraq; neceſſaria inferre, ſuſceptisq; militi
bus qui diutius obſeſſi fuerant nouos imponere.Hæc om̃ia factu facilia fuerant.Nã Go
thi poſt inducias negligẽtius cuſtodiebant, nec uenturum eſſe quenquam ſuſpicabanẽ:
itaq; repente inopinata superueniẽte claſſe trepidare ac obſidionẽ ſoluere,longiusq; abi
re coacti ſunt: Valentinus oppidũ ingreſſus priores milites ex arce abduxit, nouosq; im
poſuit,integriq; anni frumentũ illis reliquit,ipſe cum his quas abduxerat nauib.Salonas
ad cæteram claſſem redijt.Poſt hæc Beliſarius Polam nauigauit,ibi exercendis tyronib:
quos in Thracia ſcripſerat aliquanto cõmoratus , tandem cum tota claſſe Rauennã per
uenit.In eius aduentu deteriora omnia opinione ſua per Italiã reperit. Hoſtes em̃ ubiq;
præualere,ac optima ſpe eſſe uidebanẽ.Amici uero ubiq; per Italiã fracti, ac in deſpera-
tionẽ adducti: ciuitates quidem & populi ob iniurias militum,milites aũt ipſi ꝙ multa ſi
C bi deberenẽ ab imperatore ſtipendia contumaces & aduerſi,nec parere ducibus nec ire
in expeditiones uolebant,erantq; ad exiguũ numerum redacti. Aduentus quoq; Beliſa
rij deſperationem auxit:licet enim optimus dux & ſine cõtrouerſia præcipuus habereẽ;
tamen cõtemnendas admodum copias adduxerat,tyronum quatuor millium,pecunias
uero nullas quæ militib.darenẽ. Itaq; concionantem Rauennæ cauſasq; aduẽtus ſui do-
centem,cohortantem deniq; ad capeſſendum bellum,nec oppidani nec milites lęto ani
mo audiuerunt.Deniq; Beliſarium ipſum confeſtim quod in Italiã ueniſſet pœnitere.In
ter hæc Totilas Tybur inuaſit, ex diſcordijs oppidanorũ & militum ſeditione coorta,ꝑ
quam ab utraq; parte urbem accepit.Imminet autem Tybur urbi Romę, nec plus ab eã
diſtat,ꝙ ſexdecim millib.paſſuũ.Ea res magnas Romanis difficultates cœpit afferre,ac
per Latiũ cũcta impedire . Poſt hæc Totilas cognito Beliſarij aduentu in Picentes cum
exercitu tranſiit,& citra urbem Auximum cõſedit. Beliſarius uero per hoc ipſum tẽpus
in Bononienſes miſerat Vitalẽ cum magna manu Illyricorũ.Is cum oppidum quoddam
D per ea loca cepiſſet,& Bononia in urbe fuiſſet receptus,Illyrici nulla prius iniura affecti
Vitalem deſeruerunt,factoq; agmine domum abierũt. De qua quidẽ re poſtea apud Iu-
ſtinianum excuſatione illa uſi ſunt:quod dum in Italia militarẽt,exactores tributorũ pa-
trimonia ſua uenundabãt,uxoresq; & liberos eorũ domo pellebant , quamobrẽ coacti
ſint ad ſuos defendendos domum redire.Hac fuga Illyricorũ Totilæ nunciata cõfeſtim
miſſæ ab eo ſunt Gothorũ copiæ,per quas Vitalẽ & cæteros opprimere poſſe ſperaue-
rat,ſed illi præuenientes Rauennã ſe receperunt. Cũ uero ꝗ Auximi erãt, obſidione pre
merenẽ,Beliſarius ſubſidium ad eos miſit equitum mille:præfecit autem his equitib.du
ctores tres, Teramuntem,Ricilã & Sauinianum,qui clàm noctu Auximũ ingreſſi cũ po
ſtridie ad pugnã exiuiſſent,unus ex præfectis Ricilas interficiẽ.Cæteri aũt poſt paucos
dies abire ſtatuerunt:hoſtib. em̃ illic ſtantes nocere nõ poterant,& amicis neceſſaria mi
nuebant.Noctu igiẽ egreſſi oppido cũ iam circiter millia paſſuũ tria ꝓfecti eſſent,in in-
ſidias hoſtiũ inciderunt,à quib.circũuenti & in fugã uerſi ducentos ex ſuis amiſerũt,ue-
ſtesq; & arma & impedimenta om̃ia cũ iumentis quæ illa ferebãt. Reliqui fugiẽtes poſt
longã uiam ſe Ariminũ receperũt . Fanum & Piſaurum ſunt urbes iuxta littus Adriatici

maris inter Auximũ & Ariminũ ſitę. Eas urbes Vitigis ab initio huius belli incẽderat, ac E
mœnia uſq; dimidiũ altitudinis deſtruxerat. Ex his Beliſarius Piſaurũ reficere cogitauit,
ac equitatũ in ea collocare. Miſſis igiť clàm artificib. qui menſuras portarũ exactiſſime
caperẽt, Rauennæ fabricari portas fecit, ac ferramẽtis quib. opus erat ſtructis, deniq; na
uib. impoſitas Piſaurũ deferri fecit, præfectiſq; & equitib. qui Arimini cõſtituti erãt ſcri
pſit ut repẽte occupato oppido portas imponerẽt, ac mœnia tumultuario opere refice-
rent, foſſas purgarẽt, ac undiq; cõmunirent: cõmeatus aũt omnis generis ut mari ad eos
deferreť prouidit. Equites igiť Arimino profecti cũ Piſaurũ occupaſſent, omnia ſecũdũ
Beliſarij mandata fecerũt. Senſit hæc Totilas, & cũ magnis copijs ad ea prohibenda ꝓfe
ctus eſt. Sed tanta fuerat militũ diligẽtia in purgãdis foſſis ualloq; & aggere, muniendo
oppido, mœnibusq; & ꝓpugnaculis reſarciendis, ut admirareť rex tãtas res tã ingenio-
ſe tam paucis dieb. fieri potuiſſe. Quare aliquãto circa ea loca moratus, quoniã uidebat
nil ꝓficere poſſe, in caſtra ad Auximũ irrito conatu reuerſus eſt. Animaduertentes uero
Totilas & Gothi Beliſariũ & imperatoris copias necubi per Italiã in certamẽ ꝓdire, ſed F
oppidis incluſas mœnia tantũmodo tueri, ſtatuerũt nõ aſſidere ſolũmodo ad Auximũ,
ſed alijs quoq; ciuitatib. bellũ inferre. Itaq; profectus Totilas cum exercitu Aſculũ & Fir
mũ in Picentib. circũſedit. Beliſarius uero cum obſeſſis opẽ implorãtib. ferre nõ poſſet:
nec eñ tantas habebat copias ut exire aduerſus Gothos ualeret, in mœrore maximo uer
ſabať, & hanc ignominiã permoleſte ferebat: tandẽ uero Ioanne Vitaliani ad Iuſtinianũ
miſſo, conditionẽ Italiæ per eũ demonſtrauit. Ioannes uero etſi Iuſtianiano uires hoſtiũ
in Italia, ſuorũ uero paucitatẽ oſtendit, & copiarum ſupplementa pecuniasq; popoſcit,
quodã tẽpore cõmoratus nihil niſi tarde & anxie proficiebat. Inter hæc Totilas, Firmũ
& Aſculũ, quando quidẽ nemo obſeſſis auxiliũ ferebat, pactione cepit: deinde ex Picen
tib. in Vmbros tranſgreſſus Aſſiſiũ & Spoletũ obſedit: præerat Spoleto quidã Herodia
nus, Aſſiſio aũt Siſifredus. Herodianus igiť quanq; haberet munitiſſimã arcẽ, tñ pauco
rum dierũ inducias pactus, cum interea nullũ auxiliũ ſuperueniſſet, cõſtituta die urbẽ &
arcẽ tradidit, & ipſe cũ militibus ſuis ad Totilã trãſiit. Siſifredus aũt fortius ſe geſſit: de pa G
ctione eñ nunq; audire quicq; uoluit, licet minus ualida urbe incluſus, ſæpeq; eruptiões
in Gothos egregias fecit, & aliquot prælijs laudabiliter dimicauit. Ad extremũ uero cir
cũuentus pugnans occidiť. Ciues autẽ Aſſiſiani eius uiri præſidio deſtituti paucis poſt
dieb. ſeſe ac urbẽ Totilæ dediderunt: deinde Peruſiã exercitus à Totila ductus eſt: præe-
rat aũt Peruſiæ Cyprianus, cuius ſupra inter Iuſtiniani duces fecimus mentionẽ. Eũ Toti
las cũ neq; ui neq; ꝓmiſſis flectere ualeret, Vliario quodã ex armigeris ſuis pecunia cor
rupto, per eũ dolo ac fraude Cyprianũ interfecit. Milites tñ poſt mortẽ Cypriani Vliari
um perſecuti urbẽ egregie defendebant. Itaq; circa illã cõmorari diutius Totilas nolẽs,
ſoluta Peruſiæ obſidione Romã petere cõtendit. Cumq; eò perueniſſet, opportunis lo-
cis Romã circunſedit, nõ tñ agricolis moleſtus. Nã toto hoc bello Totilas ruſticos & a-
gricolas offendi à ſuis militib. nũquã permiſit. Romæ in præſidio erãt Beſſas unus ex Iu
ſtiniani ducib. & Conon ille qui dudũ Neapoli præfuerat. Miſerat quoq; eò Beliſarius,
Artaſirẽ genere Perſam & Barbationẽ Thracẽ cum nõ cõtemnẽda militũ manu, qui cu H
ſtodiæ urbis unà cũ cæteris intenderẽt. Cum igiť circa urbẽ Romã cõſtitiſſent Gothi, e-
greſſi cũ militib. Artaſiras & Barbation præliũ inierunt, ac primo quidẽ Gothos in fu-
gã uerterũt: ſed ipſi lõgius ſecuti, tandẽ circumueniunť à Gothis, maioriq; parte amiſſa,
uix atq; anxie in urbẽ refugerũt. Atq; ex illo tẽpore deficiente ſpe, caritas annonę prius,
mox etiã fames ſecuta eſt. Neq; eñ terra importari quicquã poterat aſſidentib. Gothis:
neq; mari, quoniã claſſis dudũ à Totila in obſidione Neapolis cõparata, tunc rurſus ſtru
cta, onerarias nauigare ꝓhibebat. Et intra urbẽ Romã per hoc ipſum tẽpus ſuſpicio pro
ditionis ingens uerſabať, ob quã Cetheus princeps ſenatus Roma pulſus Centũcellas
aufugit. Dum hæc Romæ gerebanť, alius Gothorũ exercitus Totila iubente Placentiã
obſedit. Ea eſt urbs magna iuxta Padũ, ſolaq; ex omnib. eius regionis ciuitatib. in Iuſti-
niani partib. permanebat. Beliſarius aũt cũ hęc intuereť, ac de periculo urbis Romę plu
rimũ ſollicitus eſſet, ac ex urbe Rauenna opẽ ferre nõ ualeret, ob loca interiacẽtia ab ho
ſtibus poſſeſſa, & paucitatẽ copiarum ſuarũ, abire illinc & alia uia auxiliũ ferre cõſtituit.
Itaq; Iuſtino cum manu militũ Rauẽnæ relicto, ipſe per Dalmatiã Dyrrachiũ profectus,
ibi

A ſibi uẽturas ab imperatore copias expectabat. Roma interea hæc duriſſime obſidebat̃. Va
lentinus eñ & Focas à Beliſario miſſi Portuenſem urbẽ tenebant, atq; inde moleſtias &
damna, ꝓpè quotidianis incurſionib. inferebant hoſtib. Cum igit̃ aliquo tempore ea pro
ſpere feciſſent, magnaq; ob hoc auxilia præbuiſſent obſeſſis: tandem præcipitati in inſi-
dias, & ab hoſtib. circumuenti interficiunt̃, paucíq; ex eorum militib. uix & anxie in por
tum refugientes euaſerunt. Traxit uero hæc præfectorũ & militum cædes ſtatim poſt ſe
incõmodum maius ꝓpter frumenti amiſſionem, ꝗd frumentũ mitteret Vigilius põtifex
Ro. tunc apud Cathiniam urbem Siciliæ cõſtitutus. Vt aũt cõſtet qua ratione Vigilius
tunc in Sicilia eſſet, altiuſcule repetẽda ſunt, quæ de ipſo ſuperius ſunt narrata. Diximus
ſupra in fine obſidionis primæ quã Beliſario pręſente per annum pertulerat urbs Roma
na, Theodoram Auguſtam inſtigante Vigilio apocriſario, q Romanæ eccleſiæ põtifica
tum ambiret, iuſſiſſe Syluerium tunc Romanum põtificem deponi, cui ſucceſſerit ipſe
Vigilius, ob factã reginæ ꝓmiſſionẽ reſtitutionis Anthemij hæretici ad Cõſtantinopo-
B litanæ eccleſiæ epiſcopatum. Eadem itaq; Auguſta cui petulantiſſimæ mulieri haudqua
quam erat minor q̃ſocordi uiro dignitatis imperij & urbis Romæ ſalutis cura, hoc etiã
difficillimo tempore ad ſuam reſtituendi Anthemij inſaniam eſt reuerſa. Vigilio nanq;
põtifici Romano ſcribens ualde inſtitit, ut ꝗd ſibi in Cõſtantinopoli fuerat pollicitus, re
ſtitueret Anthemium. Reſcripſit uero Vigilius ſeſe in beati Petri ſede cõſtitutũ nõ poſ-
ſe, qđ dum erat apocriſarius imprudentiſſime ꝓmiſerat, adimplere. Eas cum accepiſſet
literas regina furens inſaniensq; cõſtituit, eundem põtificem ſicut & Syluerium põtifica
tu eijcere: & cum nullus eſſet Romæ quẽ cõfideret, ſicut Beliſarius fecerat in Syluerio, ſi
bi in hoc etiã deponendo ſatisfacturũ eſſe, Anthemium Scribonẽ miſit Romã, literaſq;
ad Romanos dedit, ut requiſitus ab eo nuncio Vigilius ſi recuſaret accedere Cõſtanti-
nopolim in uinculis mitteret̃: ꝓfectus eſt itaq; pontifex. Et cum eſſet in Cathinia Siciliæ
ciuitate, multos ſacris initiauit, & aliquot ad diaconatus presbyteratuſq; ordines ꝓmo-
uit. Atq; etiã id de quo diximus, frumentum impoſuit nauib. laborãti fame Ro. pop. per-
C ferendum. Gothi aũt id ſentientes cum iam appropinquarent naues in portum, præue-
niunt & poſt murum ædificiaq; latentes inſidias ſtruunt. Milites q erant in oppido haud
multo prius amiſſis præfectis cæſiſq; maxima ex parte ſocijs pauci ipſi relicti aduerſus
hoſtes exire nõ auſi, de mœnib. ac ꝓpugnaculis quaſſatione ueſtium & manib. & clamo
re nautis ſignificabant inſidias eſſe in portu: proinde cauerẽt, neq; illuc accederent. Nau
tæ uero utpote q neq; de aduerſa pugna neq; de cæde præfectorum quicquã audierant,
illa quæ fiebant ſigna perinde accipiebant, quaſi læticiæ adhortationiſq; ſigna forent. I-
taq; ob hoc ipſum magis ꝓperantes ſecundo curſu portum ingreſſi, à Gothis inſidentib.
capiunt̃, cum ſumma deſperatione populi Romani, q ab expectatione eius frumenti to
tus pendebat. Et fames quidem nõ iam tolerabilis Romã premebat. Gothi autẽ ob hoc
ipſum audacius inſtabant. Erat per id tempus Romæ Pelagius quidam diaconus, qui in
hac difficultate & fame permulta ac maxima pietatis opera in plebẽ Romanã ediderat,
pecunias erogando, ac ſuccurrendo indigentię ſingulorum, ob quam liberalitatẽ nomẽ
D eius prius magnum etiam clarius factum erat. Ad hunc igit̃ Romani cõueniunt, poſtu-
lantq; ab eo ſuppliciter ut pro ſalute populi Romani legatus ad Totilã proficiſcat̃ pau-
corum dierum inducias petiturus, quib. diebus niſi auxilium perueniat, deditionẽ urbis
Totilæ promittat. Pelagius autẽ quando ita neceſſe erat populo paret, in caſtra ad Toti-
lam cum his mandatis accedit. Totilas uero hoc ipſum fore cõiectura ſuſpicatus, ex trãſ
fugis eñ difficultatem obſeſſorum extremam cognorat, uenientem ad ſe Pelagium ho-
norifice ſuſcepit. Sed anteq̃ Pelagius mandata exponeret, ipſe præueniens lõga & acer
ba oratione cõtra Romanos inuectus eſt, beneficia Theoderici Gothorũq; exprobrãs
ac perfidiã Romanorũ in Gothos redarguẽs, ad extremum cõcluſit nullã eſſe colloquij
uel pactionis uiã, niſi euerſis mœnib. ſeſe ac ſua in arbitrium poteſtatemq; Gothorũ Ro
mani permittãt, eas paſſuri leges quas uictor tradiderit. Hãc acerbitatem cõtumeliamq;
orationis Pelagius audiens, non ultra cum eo inſiſtendum ratus: Quandoquidẽ, inquit,
tu Totilas uocẽ legati audire non ſuſtinuiſti, ſed anticipans præcidiſti omnem colloquij
uiã, ad deum cõfugiemus, qui ſolet ſuperbas ac ſupra modũ elatas hominũ mentes ſuo
iudicio deprimere. Hæc fatus eueſtigio in urbem reuerſus eſt. Romani autem Pelagium

re infecta rediſſe cernentes,q̄d agerent,aut quò ſe uerterent,neſciebant. Hinc em̄ fames E
intolerabilis premebat:illinc uero Gothorum Totilæq́; crudelitas ante oculos uerſaba-
tur:potiusq́; inedia mori,q̄ in ſæuiſſimas Gothorū manus deuenire ſtatuebant. His ra-
tionib.ea perpeſſus eſt pop.Ro.quæ etiam eſt cōmemorare miſerrimum. Inter hæc Iuſti
nianus Ioannem cum exercitu ad Beliſarium remiſit,præbuit uero nec tunc magnas co
pias:ſed maiores parabat uere ꝓximo tranſmittendas.Cuius regi gratia Narſetem cubi-
cularium ad Erulos miſerat, & ad cæteras nationes barbaras circa Hiſtrū incolentes. Et
iam in Thraciam quidam eorū tranſierant.Sed cum Dyrrachium perueniſſent copiæ,ac
de gerendo bello cōſultaret̄,oēs uno ore ferendam opem Romanis cenſebant.Quō au
tem id fieri deberet uariæ fuerunt ſententiæ.Ioannes em̄ ſuadebat cum om̄ib. copijs per
Calabriam & Apuliam proficiſcendum eſſe, atq; ita Romam petendum,ſimul em̄ eun-
tes perfacile uictores eſſe poſſe.qđ ſi diuidant̄ copiæ, & alij terra, alij mari proficiſcant̄,
nullam partem hoſtib. parem futuram.Beliſarius hanc ipſam ſententiam laudaturum ſe
dicebat,ſi pop.Ro.in tanta extremitate conſtitutus non eſſet.Nunc autem maxime feſti F
nato opus eſſe. habere uero per Calabriam & Apuliam iter per ſeipſum longitudinem
magnam,& ab hoſtibus occurrentib.moras inferri poſſe: mari uero ſi uentus adſit quin
ta die in portum Romanum claſſem peruēturam, ac ex propinquo certam ſpem Roma
no populo allaturam.Audierat em̄ præfectorum ſuorum aduerſam pugnam,cognoue-
ratq́; frumenti Siculi amiſſionem . Ex hoc deſperationem ac difficultatem Romani po-
puli deprendebat.Hac igit̄ ſententia in conſilio approbata Beliſarius cum claſſe Dyrra
chio profectus Hydrūtum peruenit.Gothi autem q̄ id oppidum obſidebant , præſentia
Beliſarij conterriti obſidionem diſſoluerunt, fugienteſq́; ab eius conſpectu Brunduſiū
ſe receperunt:quod diſtat ab Hydrunto uia pedeſtri duorum dierum itinere.Cōfeſtimq́;
ad Totilam mittentes ſignificauerunt Beliſarij aduentū,credentes eum terra iter eſſe fa-
cturū.Quod cum audiſſet Totilas ſtatim ſe cōparauit cū exercitu obuiam proficiſci.Sed
cum Beliſarius poſtea mari ferret̄,idq́; Totilas cognouiſſet,ad reſiſtendum circa urbem
Romam totus incubuit,maxime in eo ſollicitus, ne Tyberi importari ad obſeſſos quic- G
quam poſſet.Cuius rei gratia hæc prouidit:locū eligēs procul ab urbe Roma undecim
millib.paſſuū,ubi Tyberis amnis maxime in arctū cogit̄: trabes lōgas ab una ripa ad al-
teram in modum pōtis cōſtituit.In utraq; deinde ripa turrim ligneam fecit,catenam inſu
per ferream ante pontē ipſum collocauit:præſidiaq́; duo ab utraq; ripa ad catenæ capita
exædificauit. Turres aūt ac præſidia militib.cōpleuit,q̄ pontem cuſtodirēt. Beliſarius in
ter hæc ad portum Romanum peruenerat:ibiq́; expoſitis copijs Ioannem & exercitum
q̄ cum illo erat,expectabat.Romani uero Beliſarij cognito aduentu meliori ſpe difficul
tates oēs tolerabant.Ioannes poſt diſceſſum Beliſarij traiecto freto Gothos nil tale ſu-
ſpicatos inuaſit:multaq́; cæde in fugam uerſos perſecutus eſt:ac primo impetu Brundu-
ſium cepit.Cōciliatis deinde ſibi Calabriæ populis , & ad beniuolētiam Iuſtiniani tradu
ctis:multaq́; illis pollicitus Brunduſio abijt: quintiſq́; ſubinde caſtris ad urbem Cannu-
ſium peruenit.Id quoq; oppidum in poteſtatem redegit. Nō longe à Cannuſio uicus eſt
Cannæ,in quo memorabile illud prælιū inter Hannibalē & Romanos fuiſſe perhibet̄. H
In hoc loco Tullianus quidam Venantij filius,cuius nomen magnaq́; autoritas in Luca
nis erat,Ioannem adit:docetq́; Lucanos & Brutios nō ſpōte ſua,ſed cōtumelijs Græco-
rum coactos hoſtib.adhæſiſſe. Si beniuolentiam & humanitatem ſeruare erga illos impè
rator uelit,ſponte ſua populos eſſe redituros.Huic homini ampliſſime cōmendato Ioan
nes omnia pollicet̄,eiuſq́; opera plurimum eſt uſus.Totilas uero cum iam appropinqua
ret,Ioannes delectum ſuorum equitum Capuam miſit, iubens ut intra mœnia cōſiſtant,
demonſtrationemq́; ſui q̄ minimam faciant.Sed cum præterierit exercitus hoſtiū, tunc
à tergo ipſi ſubſequant̄:cætera uero ſibi curæ fore inquit. Hæc res adeo conterruit Ioan
nem,ueritum ne ab hoſtibus circumueniat̄,ut omiſſa ad Beliſarium profectione,in Bru
tios & Lucanos iter cōuerterit.Erat in Brutijs Richimundus quidam Gothus, à Totila
cū exercitu miſſus,quo eam prouinciā in fide contineret,ac circa Scyllam & Charibdim
aditū cuſtodiret.Hunc improuiſo aggreſſus Ioan. primo impetu profligauit:cæſaq́; ma
gna parte copiarum,reliquos unà cum duce in deditionem accepit.Ob hoc iam Lucani
& Brutij oēs à Gothis deficientes imperatorias ſecuti ſunt partes. Et Ioan. quidē in his
erat,

A erat.Beliſarius aũt aſſidue expectans incredibili dolore cõficiebatur, damnabatq́; Ioan
nis ignauiã,quod nõ aduerſus equitatum,qui Capuæ fuerat,conflixiſſet:præſertim cum
ipſe uel optimũ Hunnorum equitatum haberet,qui facile peruincere poterat, & profli-
gatis hoſtibus iter ſuũ continuare:neq;,quod turpiſſimũ fuerit,motu cõuertere.Hæc &
huiuſmodi Beliſarius culpabat:cæterum querelæ inanes erant, Ioannes enim in Apulia
ſtatiuis poſitis quieſcebat,cogitationemq́; Romã petẽdi omnino abiecerat.Timens igi
tur Beliſarius ne obſeſſi deſtitutos ſe putent, ac ob deſperationẽ ſiniſtrũ aliquid molian
tur,ſtatuit per Tyberim auxiliũ ferre. Nam per terrã quidẽ non tãtas habebat copias, ut
congredi aduerſus hoſtes ualeret:flumen & ingeniũ ſpem ſibi afferebant per aquam ad
urbem peruadendi.Hac igitur cogitatione inſurgens,naues ducentas parauit,ex eo ge-
nere nauiũ,quas uerbo Græco diximus dromadas appellari.Aduerſus aũt pontẽ ac cæ-
tera impedimẽta in flumine appoſita hæc excogitauit,rates duas ferreis repagulis,ac ti-
gnis inter ſe firmiſſime colligatas,in flumine cõſtituit: ſuperq; his turrim ligneã ædifica
B ri fecit,maioris altitudinis quàm eſſent hoſtiũ turres ad tutelã pontis conſtructæ. His ita
paratis,frumentũ & alia neceſſaria ad uictũ, quæ Romã deferre conſtituerat, dromadi-
bus impoſuit,ac fortiſſimos pugnaciſſimosq; milites conſcendere in eas iuſſit.Cęteram
uero multitudinẽ iuxta ripã Tyberis incedere ac trahere rates cũ turri mandauit.Per hũc
modum claſſe ſtructa parataq; ad hoſtes contendit.ipſe quidem unam dromadũ ingreſ-
ſus princeps ducebat:cæteræ ſequebantur. ibat unà & pedeſtris exercitus iuxta ripam il
lam qua portus eſt.Miſerat quoq; Romã Beliſarius ad Beſſam, ut eruptione per id tem-
pus facta hoſtes quàm maxime diſtineret.Sed Beſſas neq; hoc neq; aliud quicquam op-
portunũ tota obſidione illa fecit.Claſſis igitur à Beliſario per eum modũ ſtructa contra
curſum fluminis contẽdebat.Gothi uero nullo in loco obuiã egreſſi ſunt,ſed intra muni
tiones quieti perſtabant.Cũ prope pontẽ eſſet claſſis,ſtationẽ hoſtiũ reperiunt & præſi-
dium unũ ad caput catenæ impoſitum:hoc igitur præſidium Beliſarij milites primo im-
petu expugnarunt,ſublataq́; catena ad pontem iuerunt . Ibi pugna duriſſima orta eſt cõ
C nantibus Gothis pontẽ defendere,Beliſarij uero militibus pontẽ peruincere:Gothi eñ
ex caſtellis quæ erant ad capita pontis,per pontẽ ipſum diſcurrentes fortiſſime dimica-
bant.Milites aũt Beliſarij nauibus ad pontẽ ipſum adactis Gothos feriebant,nec in pon
te cõſiſtere patiebantur.Inter hæc Beliſarius , rates in quibus turris erat quàm proxime
ad turrim hoſtiũ admoueri iuſſit:cũ hæc adhæſiſſet,uaſa ſulphure ac pice plena , quæ ad
hoc ipſum in ſumma turris parte ſuſpenſa ferebantur,incendi & in hoſtiũ turrim de ſupe
riori loco dimitti præcepit.Id cũ factũ eſſet,incidens in hoſtiũ turrim ignis, confeſtim il-
lam cũ omnibus Gothis qui in ipſa erant,cremauit:fuerunt aũt non pauciores ducentis,
qui eo incendio perierunt:& cũ his præfectus eius præſidij,uir omniũ Gothorũ pugna-
ciſſimus.Inde maiori alacritate milites in cæteros Gothorũ ruentes,terga dare eos cõpu
lerunt:pontemq́; ceperunt,quẽ cõfeſtim inciſuri erant, & cũ tota claſſe Romã profectu
ri(Neq; eñ impedimẽta ſupererant ulla,quo minus peruenire ad urbẽ, & frumentũ cæ-
teraq; neceſſaria inferre poſſent)cũ ſumma Beliſarij gloria,qui claſſem illiuſmodi exco-
D gitarit.Sed fortuna,ut uidetur,aliud conſtituerat.Impedimentũ enim non ab hoſtib.ſed
à ſuis coortũ,mirabili caſu omnia peruertit.Oſtiã urbẽ tenebant Gothi, quæ erat in ſini-
ſtra Tyberis ripa iuxta mare,Portus aũt in dextra.Cũ igitur Beliſarius cũ claſſe ꝓficiſce-
retur,uxorẽ & res ſuas in Portuenſi urbe reliquit,præfecitq; oppido Iſaacẽ uirum ſtrenu
um & fidelẽ cum ſatis grandi præſidio:iubens & obteſtans , ne quocũq; caſu ex oppido
diſcederet,ſed ibi conſiſtens oppidũ tueretur . Cũ igitur turrim hoſtiũ Beliſarius incen-
diſſet,ut diximus,uolant confeſtim nuntij ad Portuenſem urbẽ:atq; ut fit, uictoriam ma
gnam etiã grandius extollunt. Quibus nuntijs Iſaaces exultãs lætitia ac ſeſe animo attol
lens,quaſi ueſanus quidã prꝗceptorum Beliſarij oblitus,milites capere arma iubet:ardo
req; & impetu delatus,ad inuadendã ſtationem hoſtium,quæ erat in alia ripa,nõ procul
ab Oſtia cucurrit,inuaditq́; ſubito Gothos,ac primo impetu pellit:ſed hoſtes paulopoſt
ſeſe colligentes,cohortãteſq; aduerſus Iſaacẽ redierunt : cæſaq; magna parte militum,q
cũ illo erant,ipſum diſcuſſa eius ueſania ceperunt.His ita geſtis , equites quidã celeriter
Beliſario detulerunt Iſaacẽ captũ eſſe ab hoſtibus:quo quidẽ nuntio perculſus Beliſari-
us,nihil ultra perconctatus eſt,nec ubi,nec quomõ:ſed ita accepit quaſi hoſtes cepiſſent

Portum,uxoremꝗ,ac ſua omnia haberent in manibus.Itaꝗ tanto ſtatim dolore affectus E
eſt,ut loqui non ualeret:retroꝗ cõuerſus claſſem ac milites curſim reduxit,certiſſimo ꝓ
poſito uel oppidũ recuperandi rebus adhuc recentibus,nec ab hoſte ſtabilitis,uel in prę
lio moriẽdi:per hunc modũ uictoria iam parta à Beliſario deſerta eſt. Cum ad Portũ per
ueniſſet,ſaluũ eſſe oppidum,ac errore ſe deceptum cognouit,tãtumꝗ dolorẽ ex hoc ſu-
ſcepit,ut ægritudine correptus iaceret, ſecutaꝗ ſubinde febris lõgo ac periculoſo mor-
bo eũ detinuit.Iſaaces cunctorũ malorũ cauſa,iuſſu Totilæ in uinculis occidit̃ ob uindi-
ctam Roderici præfecti præſidij,q ex uulnere in pugna ſuſcepto deceſſerat. Et omnino
Totilas humanitatẽ illã,quã ab initio regni oſtenderat,in ſuperbiã crudelitatemꝗ cõuer
terat,ſiue ſucceſſib.animos facientib.ſiue quod ficta ab initio uirtus diu ſimulari nõ po-
tuit:de populo certe Romano ſic acerbe loquebat̃, ut hic terror cauſa fuerit famẽ perti-
nacius tolerandi,qđ formidabant homines illius ſęuitiam atꝗ immanitatem.Quamdiu
igit̃ tempus fuit auxilij à Beliſario expectandi,ſupra uires,ſupraꝗ,ut ita dixerim, huma
nitatem,pop.Ro.famem tolerauit.Omitto cætera,equorum aſinorumꝗ & mulorũ car- F
nes in delicijs per id tempus Romæ fuerant.Canes & mures,ac cætera immunda anima
lia quidam edebant,herbasꝗ omnis generis quas etiã pecudes non attingunt.Radicib.
herbarum & corticibus arborũ ueſcebantur. Sed cum de auxilio iam deſperarent, in la-
chrymas lamentationesꝗ conuerſi,alij ſponte ſua uitam finiebant, alij latitantes per no
ctem ſtationes hoſtiũ fallere nitebantur. Multos etiam fames & inedia intra parietes ꝓ-
prios necauit.In his calamitatib.cũ eſſet ciuitas, quatuor milites Iſauri de prodẽda urbe
conſilium inierunt.Hi cuſtodiã agebant ad portam Aſinariam,qui fune per noctẽ mœ-
nibus demiſſo per eum deſcenderunt, Totilamꝗ adeuntes ꝓdere ſibi urbem pollicent̃.
Totilas uero hortatus eos,ac multa pollicitus,quoſdã ex ſuis cum illis miſit,qui inſpice-
rent locũ,& an fieri poſſet,conſiderarent.Iſauri ad mœnia eos ducentes, per eundẽ funẽ
illis ſpectantib. cõſcenderunt.Ita re diligenter inſpecta cum fidẽ his adhibuiſſet,cõſtitu
ta ad facinus nocte,Totilas de prima uigilia armari exercitũ, & ad ſe cõuenire iubet. Id
cum factũ eſſet,quoſdã ex ſuis qui per funem cõſcenderent,præmiſit. Ipſe cũ exercitu ſe G
cutus non procul à porta conſtitit.Miſſi à Totila ut cõpoſitũ erat,ab Iſauris recepti mœ
nibus,moxꝗ inde intra urbem ad portã deſcendentes, ſecuribus freti portas aperuerũt.
Totilas igit̃ per hunc modum Romam ingreſſus,exercitũ ad portam cõtinuit, neꝗ ſuo
rum quenquam diſcurrere per urbẽ paſſus eſt,ſed retinens apud ſe milites diem expecta
bat.Clamor ſubito ab ea parte exortus,hoſtes eſſe intra mœnia ſignificauit:inde intra tre
pidatio & fuga fuit.Abibant enim fugientiũ agmina per eas portas quæ diuerſiſſimę e-
rant ab ingreſſu hoſtiũ:multi etiã ex nobilitate & plebe ad eccleſias cõfugerunt.Cũ dies
tandem eluxit,per totam urbem diſcurrerunt hoſtes, quoſcũꝗ nacti ſunt ciuiũ ſine ullo
delectu interfecerunt.Totilas uero ipſe à Laterano,ubi per noctẽ conſtiterat,mouẽs,ad
beati Petri eccleſiã ꝓfectus eſt, quaſi uotum exoluturus, iter faciebat per urbẽ ſtipatus
cateruis ferociſſimorũ hominum,qui nudis gladijs ac ſanguine diſtillantib. quoſcunꝗ
obuios occidebant.Emenſo totius urbis ſpacio cũ in Vaticanũ ad beati Petri limina per
ueniſſet,Pelagius,de quo ſupra diximus,præſentiã eius formidans, ſolẽni religionis ha- H
bitu indutus,euangelia Chriſti tenens,ac genua ſubmittens,Parce,inqt,Pelagi,mihi ſup
plicaturus ueniſti? Ad hæc Pelagius:Nunc,inqt,quãdo deus te mihi dñm eſſe uoluit:mi
ſerere igit̃ domine ſeruorũ tuorũ.Ex hoc Totilas,quaſi lenita ira præcepit,ut nemo poſt
hac feriretur,ſed finis eſſet licẽtiæ gladiorũ:præcepit etiam ut nulla ingenua fœmina,ſeu
mulier,ſeu uirgo,ſeu nupta,ſeu uidua foret,uiolaret̃:idꝗ ſeuere cũ omni diligẽtia cuſto-
diuit.Bona duntaxat Romanorũ ciuiũ, in prædam militibus conceſſit, corpora libera
eſſe iuſſit. Volens autẽ Gothorum mentes uictoria elatas deprimere,ubiꝗ concionabũ
dus memorabat mutationes fortunæ & rerũ humanarũ fragilitatem.Romamꝗ dicebat
quondam dominatricẽ orbis terrarum,in eorum manus tunc ueniſſe,& pariter Gothos
ducẽta armatorũ millia,qui poſſediſſent uniuerſam Italiã,cum Sicilia,Corſica,Sardinia,
& Dalmatia,à ſeptem millibus Græcorũ,duce Beliſario,fuiſſe omni ꝓpè dominatu pul
ſos:ſe paulopoſt cũ quatuor millib.ſuperaſſe uiginti millia Græcorũ, qui præter Papiã,
Veronam,& Taruiſium,omnia per Italiã obtinerent.Proinde ipſi non ſuperbirent, ſed
deũ timentes,fortunæ mores ac uiolentiam expaueſcerent.Poſt hæc Romanis ad ſe uo-
catis,

A catis, illorũ ingratitudinẽ, erroresq; redarguit, qđ cum prius fuiſſent in manibus Odoa
cris, opera Theoderici & Gothorũ, ab illius tyrãnide liberati, tãta accepiſſent beneficia
quãta uix ſciuiſſent optare, ꝓpter quæ diuites atq; beati, multos annos uixiſſent. Demũ
uero nulla affecti iniuria, cõtra fidẽ ac iuſiurandũ, ad Græcos defeciſſent homines leuiſ
ſimos, & ſine ulla uirtute: q ſtatim obſeſſi à Vitigite nunquã prodire in aciẽ auſi fuerint,
ſed intra mœnia incluſi, ac fame macerati, omne dedecus tolerauerint. Qui poſtq; non
armis, ſed ꝓditionibus ac fallacijs facti ſunt domini ciuitatũ, publicanis exactoribusq;
& delatoribus omnia refarſerunt. Qui ciuitates populosq; Italiæ mirabili acerbitate ad
ſolutionẽ eorũ tributorũ cõpulerint, quę tam multis annis à Theoderico cæterisq; regi
bus fuerant eis cõdonata atq; remiſſa: Romanos quidẽ nihil unquã mali à Gothorum
regibus, nihil unquã boni à Græculis accepiſſe: & tñ Gothos in Italia natos, & in ea nu
tritos, minus q̃ peregrinos & ignotos placuiſſe. Igiť Romanos pœnas merito luiſſe, at
que in poſterũ luituros. His dictis, Romanos ſine ulla ſpe bona dimiſit. Per eoſdẽ dies
B acta eſt cauſa Ruſticianæ nobilis mulieris: accuſabant illã Gothi, qđ ſtatuas Theoderi-
ci regis confringi delerię; feciſſet, ob uindictã Boetij mariti, ac Symmachi patris, quos
Theodericus interfici fecerat. Qđ obijciebať mulieri de ſtatuis, uerũ fuiſſe putabať, ſed
excuſabat eã iuſtus dolor, qđ magnos illos uiros iniuſte necatos fuiſſe cõſtabat. Qua ra
tione Totilas eã abſoluit, & ab impetu Gothorũ tutã ſeruauit. Poſt hæc legatos mittere
ad Iuſtinianum decreuit. Fuerũt aũt legati, Pelagius, de quo ſupra diximus, & Theodo
rus quidã Romanus orator. Hos Totilas grauiſſimis iuramentis obligauit, qđ manda-
ta fideliter exequerenť, redirẽtq; q̃ celeriter in Italiam. Summa mandatorum fuit: Si im
perator ipſum & Gothos in amicis habere uelit, ſe urbẽ Romã ſeruaturũ, & in cunctis
expeditionibus permagna ac fidelia auxilia præſtaturũ. Sin aũt bellũ cũ Gothis habere
malit, Romã ad ſolũ eſſe dirutur um: quoniã neq; illam in bello occupatus tueri, neq; ho
ſtibus relinquere uelit. Legati igiť cum his mandatis nauigarunt. Totilas aũt expectãs
illorũ reditum Romæ cõſiſtebat. Et Beliſarius apud Portum febre ac dolore animi con
C fectus quieſcebat. Inter hæc Ioan. in Lucanis & Brutijs multa innouare perrexit, quare
Totilas quoq; mittere in Lucanos, ac bellũ reſumere coactus eſt. Dũ hic eſſet Romæ &
in Italia rerũ ſtatus, oratores à Totila miſſi, ad Iuſtinianum peruenerunt, à quo benigne
accepti, expoſuerunt mandata, precesq; ac ſupplicia cũ lacrymis addiderunt, ꝓ ſalute ur
bis Romæ, quam ipſi affirmabant, cõtendebantq;, haud ſecus q̃ ſæuiſſimus Totilas ꝓ-
teſtatus eſſet, niſi poſtulata imperator conceſſiſſet, funditus euertendã. Imperator uero,
qđ ſæpe antea diximus, & hanc maxime ob rẽ identidẽ affirmamus, ſocors, ignauusq;
nihil aliud reſpondit, q̃ Beliſarium eſſe in Italia, in cuius libertate ac arbitrio res Italiæ
cõmiſiſſet. Nec tñ ea cum reſpõſione, quam primo in congreſſu habuerant oratores ꝓ-
ficiſci uoluerunt, ſed aliquot morati dies orãdo flendoq; ſingulos prenſabãt imperatori
charos, ut eum flecterent ad ſalutẽ Romæ, qua diruta & incẽſa imperij dignitas nulla in
poſterũ eſſet futura. Implicitus uero erat tunc Iuſtinianus Vigilij põtificis Romani cau
ſæ, quã annũ tunc ſecundum agitabat. Nã poſtea q̃ pontifex ipſe iuſſu Theodoræ Au-
D guſtæ, ab urbe Roma tractus fuerat, in Siciliã nauigauerat, & frumentum illud Romam
miſerat, qđ Gothos apud Portum Romæ oſtendimus intercepiſſe: inde Cõſtantinopo
lim delatus, à Iuſtiniano adoratus, & ꝓ Chriſti uicario honoratus fuerat, clero ac popu-
lo ſolẽni põpa obuiã effuſo. Et tñ imperator cauſam acturus uxoris, quæ ſtomachãs in-
dignãsq; quod põtifex præſcripto nõ paruiſſet, eam agere nolebat, in id negociũ totus
animo & corpore incubuerat. Reſiſtebat uero Vigilius, & male ꝓmiſſam Anthemij re
ſtitutionẽ ut exequereť, nullis precibus, nullis minis, mortis'ue terroribus adduci po-
terat. Re igiť hac in cõtentione annos ꝓpè duos uerſata, Pelagium adhibuit imperator,
à quo Romanũ põtificem precibus duci in ſententiã poſſe ſperauerit. Pelagius aũt ſce-
lus põtifici nequaquã ſuadebat, ſed ut in tãta legationis neceſſitate imperatoris præſen
tię ſæpius intereſſe, illumq; cõmodius demulcere poſſet, ſeſe tractatui immiſcuit. Vnde
poſtmodũ opinio in uulgus manauit, Pelagiũ fauiſſe imperatori, & cauſam fuiſſe ut Vi
gilius paulopoſt in exiliũ ageretur. Nec tamen hæc Pelagij diligẽtia, aut ſuæ, Theodo-
riq; collegę preces ac lacrymę ualuerũt durũ ſtupidũq; imperatorẽ mouere: Et ipſi dolẽ
tes cũ prima reſpõſione ex Cõſtantinop. littore ſoluerunt. Iuſtinianus uero imperator,

poſtq̃ nec Pelagij ſuaſiones,nec ſuæ preces,aut minę,Vigiliũ ad Anthemij hæretici re- E
ſtitutionem trahere potuerãt, furere cepit, & Rom.põtificem manibus ſatellitum cædi
eſt paſſus,quem pro Chriſti uicario adorauerat. Confugit aũt illico Vigilius in ſanctæ
Sophiæ ædẽ,& columnã altari proximam amplexatus,ſeſe ab impiorũ manibus tutum
reddere conabat̃. Tunc accedens lictor laqueo illum tãquã pecudem uinctum,ab ædis
ſacratiſſimæ penetralibus abſtraxit,& per urbẽ Cõſtantinopolitanam uicatim ductum
truſit in carcerẽ.Romanos aũt presbyteros & diaconos qui põtificẽ comitari erãt,impe
rator in Galipſum & Procõneſum inſulas relegauit.Interea Pelagius Theodorusq; Ro
mã reuerſi Totilæ expoſuerãt,quæ reſpõderat imperator.Qua audita reſpõſione Toti-
las,quid ageret primo perplexus animo fuit.Exinde negari ſibi cernens, qđ æquiſſimè
poſtulauerat,Ioãnis etiã factũ indignatus,qui ſe quieſcentẽ,ac nuntios ꝓ cõcordia miſ-
ſos expectantẽ,bello laceſſiſſet,de euertenda urbe Roma cõſiliũ ſumpſit.Itaq; inſurgẽs
mirabili crudelitate,mœnia Romę pluribus locis ad ſolũ euertit:fuit aũt illa quę euerſa
eſt ferè tertia pars totius ambitus murorum:Capitolium deinde incẽdit.Circa forum & F
ſuburrã & uiam ſacram,omnia cõflagrauit:fumabat Quirinalis mons. Auentinus flam
mã incendij emouebat:fragor ruentium domorum ubiq; audiebat̃. Inter hæc incendia
multitudo urbana cũ cõiugibus & liberis, ſedibus patrijs educebat̃, ne deplorandi qui
dẽ miſerias ſuas libertatẽ habens. Totilas populum ac turbam, per oppida Campaniæ
diſperſit.Senatores uero ac patritios,obſidũ loco circa ſe retinuit.Roma poſt hæc cũ to
to exercitu egreſſus,eã deſolatã penitus ac uacuam dereliquit, ut neq; uir quiſquã neq;
fœmina in illa remaneret. Inde Totilas partẽ exercitus contra Portũ collocauit,in loco
qui dicit̃ Algidone,ne Beliſarij milites quicquã moliri per eius abſentiam ualerẽt, ipſe
cum reliquis copijs aduerſus Ioannẽ in Calabriam ꝓfectus eſt.Ioãnes uero ſimul ac ue-
nire Totilã aduerſum ſe cognouit:nõ prius cõſtitit,q̃ Hydrũto ſe recepit,quod eſt ulti-
mum Calabriæ oppidum.itaq; ubi ad eas partes Totilas peruenit,paruo momento Lu-
canos & Brutios & Calabros oẽs,præter Hydruntinos recuperauit.Per hoc tẽpus Spo
letum à Gothis defecit.Cuſtodiebat̃ tunc ſolummodo arx. Nam mœnia Spoleti Toti- G
las euerterat.Arx uero facta erat ex Amphitheatro, qđ antiqtus in ea urbe exædificatũ
erat.Autor uero defectionis fuit Martinianus quidã Cõſtantinopolitanus,qui cum in-
ter cuſtodes eſſet,inita cum decem & octo militibus cõiuratione, præfectũ præſidij in-
terfecit,arcẽq; Beliſario tradidit.Eodẽ ferè tempore Tarentũ repoſitum eſt, cum prius
deſertum ac deſolatũ fuiſſet:repoſuerunt eã urbẽ Calabri & alij populi bello domo pul
ſi.Nec primũ eius urbis magnitudinẽ,ſed partem illius quandã iuxta port᷑ mari utrinq;
cinctã occupãtes,faciliter eius aditus à terra munierunt.Totilas redactis in poteſtatem
cunctis Lucanis & Calabriæ oppidis,præter Hydruntũ,cum inde abire ſtatuiſſet,præſi
dio militũ apud Acheruſam urbem relicto, ipſe cum reliquo exercitu Rauennã petere
cõtendit.Inter hęc Beliſarius,longa febri liberatus, audax cœptũ ac ut multi putaſſent,
temerariũ moliri aggreſſus eſt,quod tñ poſtea magnanimũ & laudabile apparuit:cõſti-
tuit ẽm urbem Romam,tunc deſolatã,occupare ex improuiſo,atq; munire. Hoc igitur
in ſe celans cõſiliũ, relictis apud Portũ paucis militibus in præſidio eius oppidi, ipſe cũ H
cæteris omnibus quas habebat copijs ꝓfectus, nemine uel ſuorũ uel hoſtiũ id ſuſpican
te,Romã occupauit,& incredibili celeritate munire illã perrexit.Quà ẽm ſubuerſa erãt
mœnia,tumultuario opere muri aliquid refecit:foſſas ꝓfundas ante muros egit. Agge-
rẽ peracutis arborũ ramis ab ſtipite ſub terram fixis,& inter ſeſe cõnexis cõmuniuit: tur
res ligneas & ꝓpugnacula ad tutelã refecti muri impoſuit. Hæc ſumma militũ uolunta-
te & opera uigintiſeptẽ diebus Beliſarius perfecit. Nauesq; ilico à Portu frequentes af-
fuerunt,frumentũ ac cætera ad uictũ neceſſaria importantes. Romani ciues quorũ mul
titudo per finitima oppida cõſtiterat,audita reſtitutiõe urbis,incredibili deſiderio in pa
triã remigrabant, præſertim cum ibi frumenti copia haberet̃,cuius defectu alibi preme
bantur. At ẽm Totilas poſtq̃ iſta ſenſit,relictis cæteris curis, Romam petere feſtinauit.
Nondum portas urbi imponere Beliſarius ualuerat,cum hoſtes ſuperuenerũt.Neq; ẽm
fabrorum facultas aderat,à quibus refici potuiſſent. Gothi prima die non longe ab ur-
be,contra portam Salariam caſtra fecerunt. Poſtridie uero ſub ortum ſolis maximo tu-
multu atq; clamore,ad expugnationem urbis acceſſere. Beliſarius pugnaciſſimũ quẽq;
militem

A militē delectum ad portas, reliquos ꝑ mœnia & ꝓpugnacula collocauit, ac ſubeuntem
deſuper ferire hoſtē iuſſit. Pugnatum eſt uehemēter ab utriſq;. Nam Gothi ea ſpe uene-
rant, ut primo ſtatim clamore urbē cōſiderent ſeſe eſſe capturos: qui cum uiderent con-
trà, atq; ipſi rati fuerant reſiſti, furore & ira incenſi ferebant̃, temereq́; ſubeuntes de ſupe
riori loco ꝑcuſſi cadebant: maximo conatu & incredibili ꝑtinacia illa die utrinq; certa-
tum eſt, pugnaq́; mane cœpta ad noctem durauit. Poſtq̃ uero tenebræ factæ ſunt: Gothi
in ſua caſtra redierunt. Beliſarij aũt milites, partim in mœnibus & ꝓpugnaculis, ut erãt,
conſtiterunt: partim ſtationes ad portas egerunt. Ne uero hoſtes per noctem adirent,
tribulos ante portas frequētes iecerunt. Altera quæ ſecuta eſt die Gothi eodē ordine ad
urbem acceſſerunt. Beliſarius aũt & ſui eodem modo reſiſtebant. Sed cum in lōgum tra
heret̃ oppugnatio, milites ꝗ ſtationem habebant ad portam, ſubito egreſſi, pedem con
ferre aduerſus Gothos, ac repugnare ex æquo auſi, tandem ab ea parte in fugam hoſtes
uerterunt, ac lōge à porta multis uulneribus ſubmouerunt: ita finis oppugnationi impo
B ſitus eſt. Poſt hæc multis diebus interpoſitis, cum interim uulneribus curandis, & armis
reparandis intendiſſent, rurſus ad urbem oppugnandam Gothi ſubierunt. Beliſarius ue
ro milites ſuos magis fidentes, porta eduxit: & nihilominus turrib. & ꝓpugnaculis aliã
multitudinē imponit. Cōmittit̃ ante portam prælium atrox & uehemens, in quo cũ ſi-
gnifer Totilæ lancea transfixus quo cecidiſſet, ſignumq́; ꝓſtratum eſſet, ſummo ſtudio
cōcurſum eſt ab utriſq;: à Gothis quidem, ut ſignum ſeruarent, nec tantam ignominiam
ſuſciperent: a Beliſarij uero militibus, ꝗ ſigni capti gloriam nanciſcerent̃. Tandem hu-
ius pugnæ exitus fuit, ut Gothi quidem ſignũ reciperent, Beliſarij uero milites corpus
ſigniferi obtinerent, præter ſiniſtrã manum: in qua, quia annulus erat aureus magni pre
cij, Gothi eam abſciderunt, ne hoſtes eo potirent̃. His actis Totilas quia ſe fruſtra cona-
ri uidebat, prælium diremit: ac poſtridie abiens Tybur cōceſſit. Eam quippe tenebat ur
bem, ut ſupra diximus, maiorē in modũ munita arce: ijs quaſi caſtris aduerſus Romanos
utebat̃. Romani uero ne ſubitis incurſionibus ab ea parte infeſtarent̃, cunctos Anienis
C pontes euerterunt. Habet uero fluuius præaltas ripas, & aquarum ꝓfunditate nō tranſ-
meabilis eſt. itaq; pontes ſuper eo principalioribus uijs exiſtebant, ceu Salaria & Numē
tana & Tyburtina. His igit̃ tunc pōtibus reciſis, fieri diſcurſiones aduerſus urbē Romã,
niſi magno & periculoſo circuitu nō poterant. Beliſarius poſt Gothorũ diſceſſum, por
tas urbis earumq́; ferramenta quieto iam fabricari fecit: clauesq́; urbis Romæ, quaſi ite-
rũ ab ſe partæ, ad Iuſtinianũ imperatorē miſit: finisq́; fuit duodecimi anni eius belli. Pro
ximo dehinc anno ut primũ uer incepit, Totilas Tybure ꝓfectus Peruſiã duxit. Ea urbs
iã pridem obſidebat̃ ab alia Gothorum manu. Cumq́; deficerent iam frumentum, & cæ
tera neceſſaria ad uictum, Totilas eò ꝓfectus eſt, quo obſidionē magis urgeret, ac om-
nem ſpē obſeſſis auferret. Dum circa Peruſiam urbem Totilas commorat̃, Ioãnes cum
audiſſet Totilã ea in obſidione occupatũ eſſe, ſenatores uero ac patritios urbis Romæ,
quos ſecũ Totilas eduxerat, per Campaniæ oppida ſub militum cuſtodia reliquiſſe, fa-
mam ſui nominis extendere ꝑ illorum liberationē cogitauit. Mouens igit̃ ex Calabria,
D cũ delecto equitatu neq; die neq; noctu intermiſſo itinere, in Campaniã peruenit. Toti
las quoq; per idipſum tēpus hæc eadē ſuſpicatus, ualidam Gothorum manum in Cam-
paniam deſtinauerat. Hi cũ Minturnas perueniſſent, ibi ſubſtiterunt, partemq́; ſuorum
præmiſerunt, ꝗ oppida ſpecularent̃: forteq́; fortuna accidit, ut Gothi equites præmiſſi,
in Ioannē eiusq; equitatum inciderent: ſtatimq́; prælium inter eos cōmiſſum eſt: in quo
præualens Ioannes, multis ipſorũ occiſis, plurimis uulneratis eos in fugam uertit. Ea ꝓ-
fligatione etiam hi ꝗ Minturnis erant cōterriti aufugerunt: & Ioannes abducendi quos
uoluit permagnam habuit facultatē. Nam oppida Campaniæ ſine mœnibus erant: iam-
pridē eñ Gothi illa euerterant. itaq; ex ſingulis oppidis Romanos capiens, oēs qui ibi
reperti ſunt, de manibus Gothorum liberauit, atq; abduxit, præter Clementinũ & Ho-
reſtē: quorum alter abire noluit, imperatorem formidans: alter defectum equorũ cauſa
tus, in ambiguo remanſit. Nō multi eñ ſenatores in Campania reperti ſunt, ſed mulieres
ſenatorum cōplurimæ. Viri eñ nocte illa qua Totilas urbem cepit, pleriq; militũ agmē
ſecuti in Portuenſem urbem refugerant. Totilas uero cum hæc quæ a Ioanne facta ſunt,
cognouiſſet, ualde cōmotus eſt: pœnasq́; à Ioanne ſumere conſtituit. itaq; parte copia-
rum in

tū in obſidione Peruſię relicta, ipſe cū reliquo exercitu magnis itineribus per Picentes, E
Pelignos & Samnites, in Apuliam properauit, trāsuerſiſq; itineribus, ꝓfectus, nō prius
deſtitit, ꝙ in Calabria repertū Ioannē repēte inuaſit, & cū toto exercitu ꝓfligauit, caſtra
etiam cepit. Nō tn̄ permagna cędes facta eſt à Gothis. Nā erat nox cum aggreſſi ſunt ca
ſtra. Quare faciliter latitādo milites in proximos mōtes euaſerunt. Ioannes & Arnulfus
Erulorū ductor, ꝗ unà cū Ioanne militabant. Hydruntū ex fuga ſe receperunt, militeſq;
poſtmodū diuerſis itineribus ad eos cōuenere. Hæc Totilę uictoria maxime nomē eius
inclytū reddidit: præclarū em̄ uiſum eſt, regem à Peruſiæ mœnibus in Calabriā uſq; tan
ta celeritate iter feciſſe, quantū uix nudus uiator graderet̄: nec ipſe lectica aut rheda de
latus, ſed pari cum militibus labore equo ꝓuectus, armiſq; ſuis oneratus inceſſit. Haud
multo poſt id præliū aliæ à Iuſtiniano copiæ in Italiā miſſæ Hydrunto applicare cœpe-
runt. Permotus em̄ imperator crebris Beliſarij literis, ꝗ cōditionē belli ſignificās ſupple
menta poſtulabat, nouas in Italiā copias mittere decreuerat, & Beliſario ſcripſerat ut in
Calabriā ſe trāsferret ad recipiendos milites & bellū aduerſus hoſtes illic gerendū: du- F
ctores uero nouarū copiarū erāt, Valerianus Armeniorū ductor, & Verus Erulorū. Be
liſarius uero cū imperatoris literas mādataq; ſuſcepiſſet, cæteris Romę & apud portā re
lictis copijs ſub cura & gubernatione Cononis legati, ipſe cū nongētis militibus dele-
ctis, quorū ſeptingenti equites, ducēti pedites fuerunt, mari delatus Calabriā petere cō
tendit. Erat uero ꝓpoſitū eius Tarēti copias exponere, qđ abeſt ab Hydrunto bidui iti-
nere, eoq; in loco relictū exercitū cogere. Sed uento aduerſante cōtra ꝓpoſitū animi ſui
Crotonis in portu copias exponere coactus eſt. Vi em̄ tēpeſtatis nec ante nec retro na-
uigare poterat. Crotone igit̄ expoſitis copijs, quoniā in his locis pabulādi facultas non
erat, equites à peditibus ſeparare cōpellit̄. Ipſe cū cū peditib. & uxore Crotonis reman
ſit, ꝗ Ioannē cū cęteris copijs ad ſe uocaret. Equites uero ultra ꝓgredi iuſſit & in finibus
Thurinorū cōſiſtere. Sic em̄ perfacilè ſibi & equis opportuna reperturos, ac futuros tu-
to in loco ratus eſt, quoniā Lucani mōtes in Brutios diſcurrentes, duas ualles arctis adi
tibus faciūt, nec ꝓcul ab altera ualle iuxta littus maris, Ruſſia eſt Thurinorū caſtellū, ſu- G
praq; illud eſt oppidū remotius à mari arduo loco ſitū, qđ Ruſſianum uocāt, id oppidū
Ioannes præſidio militum cuſtodiebat. Beliſarius igit̄ equites ſuos ad hæc loca dimiſit,
eiſq; pręfecit Phaſſam genere Hiberū, prēſtātiſſimum bello uirum, & Barbationē Thra
cē cuſtodireq; aſſidue aditum iuſſit. His equitibus cum ad ea loca ueniſſent, caſu quodā
obuij fiunt equites hoſtium, quos Totilas ad tentādum id oppidum miſerat, qđ ſupra di
ximus Ioānis pręſidio cuſtodiri: prælioq; cōmiſſo, Beliſarij equites licet pauciores nu-
mero, tn̄ facile ſuperarunt, ac ſupra ducētos ex hoſtibus occiderunt: ſtātes uero in his lo
cis, utpote uictores & ꝓcul ab oculis ſui ducis cōmorātes, neq; ordinē neq; diſciplinam
militarē ſeruabāt, uagantes ꝓcul à ſignis uigilias negligētes, nec exploratores mittere,
nec ſpeculatores habere curabāt, nec arcta uallis, quæ facile arcere hoſtē poterāt cuſto-
dire. Quæ poſtꝙ Totilas cognouit, cum tribus equitū millibus ꝓfectus, eos nihil ſuſpi-
cantes inuaſit: fauces em̄ illas aditusq; difficiles prius trāſgreſſus eſt, ꝙ Beliſarij equites
uenturum ſenſiſſent. Hinc cædes & ꝓfligatio ingēs fieri cœpta. Phaſſas & Barbation e- H
rant pręfecti, quorū Phaſſas cū turma ſuorū equitum Totilę occurrēs, mirabilia uirtutis
opera edidit, ipſeq; cum omnibus ſuis equitib. ad extremū occubuit. Barbation cū duo
bus tātum equitib. aufugit, cæteri uel capti uel interfecti ſunt: fuerunt etiā ꝗ ſtatim fugā
arripiētes, ad Beliſariū tātæ cladis nuncij euaderēt. Beliſarius amiſſo equitatu, cū ſuſpi-
caret̄ hoſtes aduerſus ſe eſſe uēturos, naues ꝓpere cōſcendit, ac magno cum dolore uē-
tis ſeſe permittēs, eadē illa die Meſſanā in Siciliā delatus eſt, quæ diſtat à Crotone millia
paſſuū circiter nonaginta. Totilas cū ea ꝑfeciſſet, ac uires hoſtiū turbatæ eſſent, Ruſſia-
num oppidum obſedit: erant em̄ in eo oppido trecenti equites à Ioāne collocati, ac pe-
dites cētum à Beliſario nuper miſſi, pręterea Italorū equites & pedites magno numero,
quibus ſatis mature deſuturi cōmeatus uidebant̄. Per hoc tēpus milites à Beliſario Ro-
mæ relicti Cononē pręfectum ſuum interfecerunt: irati & indignantes qđ ille mercatu
ra frumētaria clandeſtine inita, preciū annonæ quotidie augeret. Qui milites à Iuſtinia-
no per legatos poſtularunt huius delicti abolitionē, aſſerētes niſi id cōcedat imperator,
ac ſtipēdia inſuper eis debita perſoluat, ſe Romā Totilę eſſe daturos: quo quidem metu
omnia

A omnia illis ſunt cõceſſa. Obſeſſi uero apud Ruſianũ oppidũ, cũ defectu annonæ preme
renť, ſermone cũ Totila habito, certi tẽporis inducias paciſcunť, intra quod tẽpus niſi
ueniant ſubſidia, oppidũ dedere ꝓmiſerũt. Ex hoc iã apparatus fiebat à Ioanne, ut illis
opẽ ferret ac Totilã ꝓhiberet. Inter hæc Beliſarius ex Sicilia Hydruntũ uenerat, & Va-
lerianũ militesq; nouos à Iuſtiniano miſſos ſuſceperat. Itaq; copiarum abunde erat, nec
deerãt naues quibus ad liberãdos obſidione ſocios ueherenť. Omnibus igiť paratis, ac
militibus in naues impoſitis, Ruſſianũ nauigarũt. Obſeſſi claſſem cernẽtes (nã oppidũ
celſo in loco ſitũ mare ꝓſpicit) ingẽti lætitia exultãtes, cõſtituta die deditionẽ facere no
luerunt. Nec multo poſt claſſis uento diſſipata uarijs in locis naues dimiſit: deinde cum
in Crotonis portu ſimul cõueniſſent, rurſus inde mouẽtes, Ruſſianum petierũt. Totilas
cũ appropinquarẽt, Gothos armari fecit, ac eos per littus cõtra proras nauiũ diſpoſuit,
haſtis & ſagittis appellere claſſem ꝓhibẽtes. Quos cũ uiderent Græci, ac periculũ hor-
rerẽt, cõmorati aliquo tẽpore iuxta littus, quaſi mox deſcẽſuri, tãdẽ re deſperata, cõuer
B ſis retro proris abierũt. Cõſultantibus deinde quid agendũ foret ꝓ obſeſſorũ ſalute, pla
cuit ut Ioãnes & Valerianus cũ equitatu ac cæteris copijs in agrũ Picenũ ꝓficiſcerenť,
ibiq; bellũ tumultuoſe inferrent, quo Totilas ſuccurrere ſuis rebus, ac obſidionẽ ſolue-
re cogereť. Beliſarius aũt cũ claſſe Romã nauigaret, ad ſeditionẽ militarẽ, de qua ſupra
diximus, cõpeſcendã, ac frumentũ claſſe conuehendum, his in conſilio decretis, Ioãnes
mature iter arripuit per Apuliã, Samnites & Pelignos, in Picentes uadens. Valerianus
claſſe deferri maluit: itaq; nauibus delatus, Ancone milites expoſuit, ac ſe cũ Ioãnis exer
citu cõiunxit. Nec ob eã tñ rẽ Totilas obſidionẽ diſſoluit, ſed duobus equitũ millibus
in Picẽtes miſſis, ꝗ aduerſus Ioãnis Valerianiq; copias tuerenť oppida, ipſe cũ reliquo
exercitu in obſidione permãſit. Obſeſſi uero cũ penitus iã neceſſaria deficerẽt, nec ulla
ſpes auxilij ſupereſſet, Cleoferũ Italicũ & Godillã Thracẽ, ad Totilam mittunt, ſalutem
ac ueniã poſtulantes. Hi præter expectationẽ ſuam, perfacilẽ Totilam repererunt. Vni
ſe dũtaxat fœdifragiũ imputare dixit, eiusq; unius pœna fore cõtentũ, cæteris omnibus
C impunitatẽ cõcedere, ſi ſecũ militare uellẽt, omnia ſua retenturis: ſin abire malint, cũ ſin
gulis ueſtimẽtis abituris. Per hunc modũ recepit oppidũ, & Colegeriũ præfectũ præſi-
dij, ꝗ autor fuerat oppidi ſecundũ cõuẽta nõ reddẽdi, uerberatũ prius ac mutilatũ inter-
fici iuſſit, cæteris ꝓmiſſa ex fide ſeruauit. Remãſit uero cũ Totila magna pars militum,
ꝗ res ſuas retinerẽt. Alij relictis armis & equis ac rebus ſuis omnibus, cũ ſingulis ueſti-
mentis Crotonẽ abierũt. Oppidanorũ bona in prędã militibus ſuis Totilas cõceſſit, cor
pora tñ libera eſſe iuſſit. Per hoc tẽpus Antonina Beliſarij uxor Conſtantinopolim eſt
profecta, quo Theodorã Iuſtiniani uxorẽ rogaret ꝓ Beliſarij ab Italia reuocatione. Sed
cũ Theodorã paulo ante defunctã eſſe reperiſſet, ipſa Iuſtinianũ adiẽs, multis precibus
cũ illo egit, ut maritus ex Italia reuocareť: & impetrauit quidẽ faciliter, pręſertim cũ bel
li Parthici metus ingẽs adeſſet. Ita Beliſarius ex Italia reuocatus, quinquẽnio fere poſtq̃
uenerat in Græciã, redijt: non eadẽ fortuna fretus in hac ultima expeditione, qua fretus
fuerat in prima. Romæ uero abiẽs tria millia delectorũ militũ in præſidio reliqt, ſub du-
D ctu & gubernatiõe Diogenis legati, uiri prudẽtis & bellorũ gnari. Eo abeũte Gothi Pe
ruſiã lõgo tẽpore obſeſſam, ui & armis ceperunt. Totilas expeditis Calabriæ Apuliæq;
rebus, ad obſidionẽ urbis Romæ redire cõſtituit: faciebãt uero ſibi animos Beliſarij re-
ceſſus, & ubiq; ꝑ Italiam proſperæ Gothorũ res, Græcorum aduerſæ. Cõtractis igiť un-
diq; copijs, cum ſatis parata eſſent omnia, Romã ueniens, urbẽ obſedit. Erant Romę in
præſidio delectorũ militum tria millia, cum Diogene eorũ duce, uiro ſingulari. Hi uigi-
lando & agẽdo & opportunis locis repugnando, urbẽ quamoptime tutabanť. Itaq; in
lõgum tempus protracta obſidio eſt, nec ſpes ulla Gothis niſi in fame relicta. Durante
apud urbem obſidione, permulti Italiæ uiri, qui tunc Cõſtantinopoli erant, ſummo ſtu-
dio Iuſtinianum precabanť, ut Beliſarium cum magnis copijs in Italiã mitteret, ad obſi
dionem urbis Romæ diſſoluendam, alioquin res ad manifeſtam tendere ruinam oſten-
debant. Hæc eadem Godingus uir cõſularis, à populo Romano miſſus orator precaba
tur. Iuſtinianus autem ſibi curæ fore res Italiæ reſpondebat. Cæterum differẽdo ac ꝓ-
craſtinãdo nihil efficiebat. Tandẽ uero cum acrius infeſtaretur, Liberium quendam ex
nobilitate Romana Italico bello ducem pronunciauit, apparatibusq; faciẽdis ab initio

uehemens

uehemẽs fuit:mox alijs ſuperueniẽtib. curis intermiſit, itaq; irrita expectatiõe inter mo E
ras & apparatus tẽpus tranſiit:Roma uero interea durius obſidebatur, Gothi eñ expu
gnata Portuẽſi urbe ne quid per Tyberim ad obſeſſos importari poſſet, effecerãt. Oppi
da quoq; finitima urbi ferè omnia in poteſtatẽ ſuã redegerant, ne qua ſubſidia inde Ro
mã deferrent. Sed erat legati & militũ incredibilis diligentia: iam pridem enim hęc præ
uidentes, omnia intra urbẽ loca quæ uacua ædificijs erant, frumento conſeri fecerãt. Ex
quo factũ eſt, ut deficiente uetere frumẽto nouũ intra pomeria natum ſuperueniret: per
hũc modũ lõgo tempore obſidionẽ pertulerunt. Deniq; ſeruaſſent urbem, niſi ad extre
mum paucorũ ꝓditio eos peruertiſſet. Ad portã enim Capenã quæ eſt in uia Oſtienſi,
qua ad beati Pauli apoſtoli eccleſiã itur, ſtatio erat militũ Iſaurorũ. Hi poſt lõgam obſi-
dionẽ queſti inter ſe quod multorũ annorum ſtipẽdijs fraudarentur, ſimulq; grãdia ſpe
rantes præmia, clàm ad Totilã profecti tradere ſibi eam portã, cui præſint, paciſcunt,
tẽpusq; & modum ad rem parandã conſtituunt. Cum uero nox conſtituta proditioni
aduenit, Totilas hæc machinat. Duab. nauiculis in Tyberis flumine dimiſſis tubicines F
impoſuit, iubens ut ꝑ aduerſum fluuiũ nauigãtes ſub ambitu murorũ penetrent: cumq;
ibi fuerint, tunc repente clangorẽ tubarũ quàm terribilem emittant. Ipſe uero cum exer
citu ſilentio ꝓfectus, nõ longe ab ea porta, de qua diximus, cõſedit: omnia ſucceſſere ſe
cundum Totilæ optata. Romani eñ hoſtes ad eam partẽ eſſe rati, in qua clãgor audie-
bat buccinarũ, ad eũ locum undiq; conuolarunt, & qui uigilias circa urbẽ obibant, eò
trepidi occurrerunt: dumq; oẽs cõcurſant, ac cætera negligunt, ꝓditores ſoli relicti, por
ta refracta Totilã & Gothos intra urbem receperunt, ſtatimq; cædes fieri cœpta eſt Ro
manorũ & militum: nec iã de reſiſtendo, ſed de fugiendo cogitatum, fugiebãt uero per
diuerſas maxime portas. Diogenes præfectus quoniã nulla remedia ſupereſſe uidebat,
cũ parte militum Roma egreſſus, Centumcellas petere cõtendit. Sed Totilas hoc fore
ſuſpicatus (nã cæteris amiſſis id ſolum relictũ erat oppidum) inſidias eo itinere colloca
uerat. In quas incidẽs Diogenes, magna parte militũ amiſſa, ipſeq; grauiter uulneratus,
uix atq; anxie euaſit. Erat Romę inter cęteros ductores Paulus ex Cilicia pręfectus eq. G
tum turmæ. Is in hac turbulentiſſima nocte cũ per urbem captam pluribus locis prælia
iniſſet: tandẽ ad molẽ Adriani cum ſuis equitibus ſe recepit: orta demũ luce per urbem
redundãtibus Gothis, cũ & capitolium & exquiliæ ac cætera urbis loca iã capta eſſent:
ad molẽ tamen Adriani uehementiſſime pugnabat. Habebat enim Paulus equites qua
dringentos, cum quibus & molẽ & pontẽ qui iuxta eſt, egregie defendebat, pugnaq; in
ipſo ponte cõmiſſa, multos Gothorum occiderat. ac demum ultra põtem ſubmouerat.
Quę cernens Totilas, ſuos à pugna reuocauit. Nullo meorum ſanguine mihi cõſtet, in-
quit, horũ interitus, ego uel ſedens iſtos conficiã: cum nec ipſi nec equi habeant, quo in
craſtinũ uitã ſuſtẽtent. Ita reuocatis à pugna ſuis, & ſtationibus militum contra põtem
molẽq; poſitis, nullas obſeſſis inferri moleſtias iuſſit. Paulus & equites diẽ illã totã & no
ctẽ inſecutam abſq; cibo cõmorati, poſtridie conſultabant quid agendum ſibi potiſſi-
mum foret. Erant qui equorum carnibus ſuſtentandã obſidionem ſuadebant. Hoc rur-
ſus cõſilium horrorẽ quẽdam inſoliti cibi habere uidebatur. Fugæ uero ſpem circũfuſa H
Gothorũ agmina præcidebãt: teſtabat deditio, ea uero plena terroris ac dedecoris erat.
Itaq; Paulus ſuſcipiẽs uerba: Vtcũq;, inquit, nos uertamus cõmilitones, extrema nobis
adeſſe uideris. Nam fugæ quidẽ nulla facultas eſt, circunfuſis hoſtiũ copijs, ac nos impi-
gre obſeruantibus: deditio aũt ſupra turpitudinem uilitatemq; conſilij cruciatus inſu-
per excarnificationesq; portendit. Barbarorũ eñ ſæuitia ſimplici mortis genere cõten-
ta eſſe nõ ſolet: durare uero in obſidione ac cibo equorũ paſci, eorũ forſitan eſſet, qui au
xilia ſibi uẽtura expectatent: nobis autẽ carentibus ea ſpe, nulla ratio ſuadere hanc tole
rantiã poteſt, niſi uiliſſima detrectatiõe mortis, ceu pueri formidoloſi dolore cõfici ma
lint q̃ ferro ſecari. Ego uero dedi hoſtib. & tabeſcere inedia, eorũ puto q̈ cor & ſangui-
nẽ nõ habent. At nobis manu ſtrenuis & præliorũ nõ inſuetis, glorioſa mors eſt cõple-
ctenda. Sic eñ moriamur, ut ſanguine hoſtium madentes, nõ inulti cadamus, ne rideat
hoſtis noſtri interitu, ſed fleat, nec iugulum noſtrũ præbeamus hoſti, ſed iugulum ſuum
ferro noſtro perfringamus: quid eñ paucorũ annorum acceſſio nobis prodeſſet, cũ &
ſi nũc ſeruati paulo poſt ſimus obituri? Gloria extendere uitã hominibus poteſt, natura
non

A non poteſt. Ite igitur mecum ad glorioſam mortẽ, quã ciues ſimul & hoſtes admirabuntur, ac laudibus in cœlum perpetuis ferent. His dictis incenſi equites, ſeſe morti deuouerunt. quare cõplexi ſeſe inuicem & oſculati, certiſſimo moriẽdi propoſito, ad dimicandum ſe parant. Erat uerò cõſilium in proximã ſtationem Gothorum ruere, factaq́; permagna hoſtium cæde, pugnãdo interire. Quos cùm uideret Totilas ad extremũ caſum parari, ueritus ne hominum deſperatorum conatus maiorẽ quàm pro numero cladem Gothis afferret, caduceatore ad eos miſſo, electionẽ permiſit, malléntne relictis armis & equis incolumes abire, an omnia retinẽtes ſecũ militare æquo iure cum alijs militib. Ea cùm audiſſent equites, lętati ſunt, ac primo ſua relinquere, & Cõſtantinopolim abire malebãt. Poſtea uerò cogitãtes longum iter, & inſidias uiarum, elegerunt omnes apud Totilam remanere, præter Paulum eorum ducẽ, & Mũdum Iſaurũ, hi duo quia natos & uxores domi habebãt, abire maluerũt, quos Totilas uiatico & cæteris opportunis liberaliter adiutos Cõſtãtinopolim remiſit. Romanos aũt quotquot ad ſacras ædes cõfuge-

B rũt, Totilas inuiolatos eſſe iuſſit, in urbemq́; Romã neq; deſęuijt amplius, neq; deſolare eã, ut prius fecerat, pertexit. Sed ciues tũ ex Cãpania, tum ex cęteris locis ſtudioſiſſimè reuocauit, ludoſq́; equeſtres ac cætera magnificẽtiæ opera, quæ tranquillis florẽtibuſq́; ciuitatibus fieri cõſueuerunt, inſigni apparatu Romæ edidit: quo ciues bonã ſpem ſuſciperent, ac deſiderio urbis allicerẽtur: ædes quoq; uel euerſas, uel incendio prima illa deſolatione conflagratas, reſtituere ac reparare niſus eſt: deniq; tãtum frequẽtandi Romã ſtudium oſtendit, quãtum prius oſtẽderat deſolandi. Hanc tantã uarietatẽ mutationẽq́; uoluntatis, alij ex uoto apoſtolis facto proueniſſe credũt, quorum tẽpla euertiſſe uideri poterat, cùm ciuitatẽ euertit: alij ad utilitatẽ opportunitatemq́; belli totũ referebãt: alij poſtulãti nuper Totilę regis Frãcorum filiæ matrimoniũ, fuiſſe reſpõſum tradũt, nõ eſſe Totilam Italiæ regẽ, cùm urbem Romã euerterit, qua infamia permotũ ferunt, ad urbẽ reparandã animum cõuertiſſe. Sed nos potiſſimã huiuſcemodi bonæ uoluntatis Totilę cauſam fuiſſe credimus illã, quæ a ſancto Papa Gregorio ſcribitˀ in dialogo. Cùm nanq;

C Totilas poſt captã prima uice Romã, eandemq́; à Beliſario receptã, eſſet in Campania, audiẽs beati Benedicti ſanctitatis famã, ad illum ſe cõtulit. Erat tunc is ſanctus pater in ſuo monaſterio, qđ in Bauto caſtello & demolito Apollinis tẽplo multis antè annis extruxerat. Tentare autẽ uoluit Totilas, nunquid famã prophetici S. ſanctus uir operibus adimpleret, & uno ex comitibus, quẽ regia ueſte ſua ornauerat pręmiſſo, ipſe inter cõmilitones ad ſubornati regis obſequiũ ſequebatˀ. Prodierat in tẽpli ueſtibulũ Benedictus, regẽ ſuperbum humillimè excepturus, cum turba illi obuia, ſeſe in duas ſcindẽs partes, mediũ reliquit ſuperbiſſimo gradientẽ inceſſu illum qui Totilã ſimulabat. Sed uir deo plenus, quod nunquã uiderat cognouit, & mentito rege ad cæterum comitatum iuſſo, Totilam oculis manuq́; indicatum euocauit. Congreſſus ſancto uiro Totilas, prophetiam ea quam uiderat maiorem audiuit, quam partim ipſe expertus eſt, partim ſui uiderunt impletam: monito nanq; & graui oratione ſuaſo, ut à malis operibus temperaret, prædixit futurum, ut Romam caperet, Siciliamq́; intraret, & demum nono regni ſui anno ſuperatus occumberet. His itaq; beati Benedicti ſuaſionibus effectum eſſe credide-

D rim, ut qui partem uaticinij ueram eſſe de urbe Roma uidebat, Totilas à crudelitate & malis abſtinendo, poſtremum cladis & necis ſuæ pręſagium auerteret. Ea igitur de cauſa factum eſt, ut reſtituere ac reparare urbem intenderit.

## HISTORIARVM BLONDI FORLIVIENSIS AB INCLINAtione imperij Romanorum, Decadis primæ, Liber ſeptimus.

POTITVS urbe Roma Totilas, expeditionem in Siciliã parauit, eiuſq́; rei gratia permagnã longarũ nauium claſſem effecit. Addidit etiã onerarias naues permultas. Dumq́; ea parãtur, Cẽtumcellas, quę una urbs nõdum in poteſtatẽ ſuam peruenerat, mari terraq; obſidere cõſtituit. Præerat ei urbi Diogenes, quẽ nuper fugiſſe Roma oſtẽdimus, collegerũt uerò manum ſatis ualidã militũ. Cùm igitur Gothorũ exercitus Centumcellas adijſſet, ac prope mœnia eius urbis poſuiſſet caſtra, Totilas ad Diogenẽ legatis miſſis, ut uel pugna decerneret aduerſus Gothos, uel urbem dederet, poſtulauit.

Nam expectare à Iuſtiniano auxiliũ nequaq̃ cũ debere, cùm Romę tãdiu obſeſſæ nũq̃ B
ſubuenerit, niſi fortè exiſtimet illũ Cẽtũcellas pluris facere q̃ Romã. Ad hæc Diogenes
reſpondit: Sibi quidẽ pugna decernendũ in præſentia nõ uideri, dedere uerò urbẽ ſalua
exiſtimatione ac fide ſua nõ poſſe, niſi Imp. cõmonefacto, ac auxilijs poſtulatis. Atq; ita
cum honeſta & iuſta dicere uideret, cõuentio quędam fit inter Diogenẽ & Totilam, niſi
Iuſtinianus Imp. certior factus, per ſe uel aliũ opem tulerit, ad cõſtitutã diem Centũcel-
las Diogenẽ eſſe traditurũ, Totilam uerò interea moleſtias nullas inferre debere: ꝓ his
ſeruãdis obſides dati. Poſt hęc ita cõuenta Totilas obſidionẽ ſoluit, & paratis iam omni
bus quæ paranda fuerãt, ad bellũ Siciliæ cõuerſus eſt. Et naues quidẽ ad fretũ Siculum
præſto ſibi fore mãdauit. Ipſe uerò pedeſtri itinere Rhegiũ uſq; profectus, eam urbẽ ex-
pugnare adortus eſt. Præerant urbi Thermũdus & Amercus, à Beliſario dudũ ibi collo
cati. Hi ſępius expugnare conatos multis uulneribus Gothos repulerũt. Quamobrẽ de
ſperãs Totilas ui poſſe urbẽ peruincere, lenta obſidione ad famẽ redigere inſtituit. Itaq;
manu quadam Gothorũ ibi relicta, cæteram multitudinem claſſe ad expugnandum Ta F
rẽtum duxit, ac faciliter eam urbem cepit. Tranſgreſſus deinde in Siciliam cùm minora
quædam oppida uel ui, uel pactione in poteſtatẽ ſuam redegiſſet, tandẽ Syracuſas mari
terraq; obſedit. Per idem tẽpus Gothi, quos in Picentes aduerſus Ioannẽ & Valerianũ
miſſos oſtendimus, magnis ſupplemẽtis acceptis, ac ſuperiores bello facti, Ariminũ ce-
perunt. Nec procul Rauennam cõſerto prælio Verum Erulorum ducem cum omnibus
copijs interfecerũt. Et qui apud urbem Rhegium obſidebant Thermũdus & Amercus
deficiente cõmeatu ſeſe ac oppidum Gothis tradiderunt. Hæc in Italia cùm fierent, Ce-
thæus Albinus, & Baſilius uiri cõſulares, qui Roma in ultimo Totilæ ingreſſu profugi
ad Iuſtinianũ cõfugerant, quotidie illi memorabãt, inſtabantq; ut afflictæ Italiæ ac urbi
Romanæ maximis miſſis copijs ſubueniret. Nec tamen prius eos exaudiuit Imperator,
q̃ ex multis Italiæ ciuitatibus, ea ſimul omnia ſub unum tẽpus ſibi nunciata fuere, cùm
enĩ & Rhegium, & Tarentum, & Ariminum capta, & tranſitum in Siciliam Totilæ au-
diſſet, attonitus tot rerum motibus, Germanũ patruelẽ ſuũ Italię belloq; Gothico ducẽ G
ꝓnunciauit, magnoſq; ſubinde apparatus fieri iuſſit. Huius rei fama cũ in Italiã perueniſ
ſet, hoſtes cõterruit, & amicos in ſpem maximã erexit. Erat enĩ Germanus uir alti animi,
nec minoris cõſilij, liberalitate egregia, ac ſumma apud populos militeſq; gratia. Et acce
debat his, q̃ Mattaſunthã Theoderici neptem poſt mortẽ Vitigitis uxorem acceperat,
quæ quidem res fauorem Gothorũ ſibi plurimũ cõciliarat. Cùm eſſet in Illyrico Germa
nus, Sclauinorũ gẽs tranſmiſſo Danubio Romani imperij prouincias inuaſit, genus ho
minum crudele atq; immane, qui cùm ſe in Macedoniã Thraciamq; cõuertiſſent, tantũ
Iuſtiniano metum intulerunt, ut Germanũ iter in Italiam cœptum intermittere iuberet.
Ea mora interueniente, Gothi per Italiã & Siciliam peruadẽdi omnia tẽpus facultatẽq;
plurimam habuere. Inter hæc dies cõſtituta aduenit, qua Diogenes Centũcellas tradere
promiſerat, & Totilas ad eum mittens urbem popoſcit: Diogenes uerò Germanũ ducẽ
nouiter præfectũ Italiæ belloq; allegabat, ob id mutatam cõditionem rerũ, nec poſſe ſe
urbem tradere aſſerebat, cùm ipſe Germanus rei dominus in itinere exiſtat, ac propediẽ H
ſit in Italia futurus. Totilas in Sicilia Syracuſas obſidebat, exercituſq; Gothorũ nullo re-
pugnãte per uniuerſam Siciliam diſcurrẽs, omnia prædabatur. In Italia uerò Rauenna, &
Ancõ, & Hydruntũ, & Centumcellæ, cum alijs quibuſdã oppidis durabãt in partibus,
cętera Gothi poſſidebãt. Vna modo ſpes homines ſuſcitabat Germani aductus, quę &
ipſa deficit. Nam cùm uehemẽter in Italia expectaretur, magno cum dolore ſuorũ in Illy-
rico diem obijt. Habebat Germanus filios duos, quos ſecũ in Italiã ducebat. Eos Impe-
rator proſequi paternũ Italiæ cœptũ mandauit unà cum Ioanne Vitaliani, noto iam per
Italiam duce, ipſorũ affine. Nam Ioannes filiam Germani uxorẽ habebat. Itaq; Ioãnes ac
Germani filij exercitũ ducẽtes, Salonas peruenerũt, & quoniam hyems erat, hybernare
illic cõſtituerant, primo ſtatim uere Rauennam traiecturi. Per hæc ipſa ferè tẽpora Ly-
bus à Iuſtiniano cum claſſe in Siciliã miſſus, Syracuſas ingreſſus eſt, Gothis q̃ ſtationẽ in
portu habebãt, ꝓhibere ingreſſum nequaq̃ ualẽtibus: ſed mox ueritus rerũ neceſſariarũ
defectũ, quẽ ſuorũ multitudo in urbe obſeſſa breui tempore inductura uidebatur, abire
cõſtituit. Itaq; paucis poſt diebus cum eadẽ claſſe Syracuſis abiẽs, Panormũ nauigauit.

Inter

A Inter hęc Iuſtinianus mutato propoſito, Narſetē eunuchū Italico bello ducē pręfecit, & Ioāni ſcripſit ne in Italiā traijceret, ſed Salonis manens, aduentū Narſetis pręſtolaretur. Valebat uerò Narſes eunuchus multū gratia & potētia apud Iuſtinianū, unuſq; hic Imperatoris aulā plurimū gubernabat: Idē, quod maximū eſt, pecuniarū Imperialiū receptor & diſpēſator, idem cōſiliorū omniū particeps, & interdū autor: quę quidē omnia ſuę uirtutis merito minora habuiſſe uidet, quādoquidē uir fuit ad omnia officij munera natus: ꝗ & ſi militaris diſciplinę peritia magnus eſt habitus, pietate tamē in religionē Chriſtianam excelluit: ea em̄ fuit religionis ipſius fama, ut Paulus qui ante annos quingētos ſcripſit, eū dicat fuiſſe uirū pijſſimū, religiōe catholicū, munificū in pauperes, in reſtituēdis baſilicis ſtudioſum, uigilijs & orationibus adeò intentū, ut plura ſupplicationib. ad deum profuſis, ꝙ armis obtinuerit. Clementia autem, liberalitate, & eximio in ſubditos ſibi populos amore ſuperauit omnes, quib. cōmiſſa imperia, cōmiſſas fuiſſe adminiſtratiōes publicas legerimus. Narſes igit̄ ſuſcepto impigrè negocio, magnas undiq; copias
B parare inſtituit. In quibus cōparandis gratia eius ac potentia plurimū adiuuabat. Erant em̄ illi permagnæ amicitię & clientelæ cum regibus proceribuſq; Barbarorū. Apparatibus factis, & copijs in Illyrico adeſſe iuſſis, ipſe ingreſſus iter, Philippopolim, quæ eſt in Thracia peruenit. Sed cōſiſtēdi ac morādi in ea urbe neceſſitas ſibi incubuit. Hūni ſiquidem magno exercitu Macedoniā Thraciāq; ingreſſi, cūcta populabāt̄, ac uias pręcluſerant: tandē uerò cum pars Hunnorū una Theſſalonicā, altera Cōſtātinopolim petijſſet, ꝓfectus inde Narſes iter ſuum proſecutus eſt. Iam Totilas cognito apparatu hoſtiū, in Italiā redierat, Siciliēſi autē bello quatuor ex ducibus ſuis pręfectos reliquerat, ipſe quę opportuna uidebant̄, per Italiā ꝓuidebat. Vt uero & ipſe potētiā ſuā aduerſum Gręcos oſtētaret, ac uice uerſa eos inuaderet, claſſem magno nauiū longarū numero in Græciā miſit, iubēs ut ꝙ maximo fieri poſſet tumultu cūcta popularent̄. Ea claſſis Corcyrā primo ac ꝓximas inſulas diripuit, mox in cōtinentē tranſgreſſa per Epirū & Acarnaniā, & Ætoliā cuncta incēdijs rapiniſq; fœdauit, mareq; obſeruās, multa Gręcorū nauigia quę
C in Italiā Illyricumq; nauigabāt, excepit, totumq; id mare infeſtū & inutile nauigantibus reddidit. Dum hæc per Græciā à Gothis gerūt̄, Totilas nouo exercitu in Picētes miſſo, Anconē terra mariq; obſideri iuſſit: duces uero pręfecti huic expeditiōi tres, Scipuarē, & Vlidā, & Gothildū, quibus etiā claſſem attribuit nauiū longarū quadragintaſeptem. Obſeſſa igit̄ Ancone, ac terra mariq; oppugnata, maximo in ꝑiculo ea ciuitas uerſabat̄. Quamobrē Valerianus, ꝗ Rauēnæ præerat, quoniā per ſeipſum ſuccurrere obſeſſis deſperabat poſſe, Ioannē Vitaliani, ꝗ Salonis erat, ꝑ literas hortatus eſt, ad opē ſimul obſeſſis ferendā. Ioannes uerò & ſi mādatū ſibi à Iuſtiniano fuerat ante Narſetis aduentū in Italiā ne traijceret, tamē in tāto ſociorū periculo minime ſibi quieſcendū ratus, milites è toto exercitu delectos, nauibus decē & octo impoſuit, ꝓfectus Salonis, Rauennā uerſus nauigauit, & nauigāti obuiā proceſſit Valerianus cum duodecim lōgis nauibus, ꝙ optime ad pugnā ſtructis. Collocuti inter ſe duces, & quę optima factu uidebāt̄ cōmuni cōſilio decretis, tota ſimul claſſe ad hoſtē nauigarūt: cumq; Anconitanę urbi ꝓpinquaſ-
D ſent, littori applicuerūt in loco quē Duaſum incolę uocāt. Id poſtquā ſenſerūt Gothorū duces, & ipſi ſe ad pugnā cōparantes, delectis militibus naues ſuas cōpleuerunt, cumq; ſatis ſtructi paratiq; eſſent, ꝓgreſſi aliquāto aduerſus hoſtes ſeſe pugnę obtulerūt. Erant Gothorū naues quadraginta ſeptē, Gręcorū aūt triginta: duces uerò claſſis Gręcorū Ioannes & Valerianus: Gothorū autē Vlidas & Gothildus. Nā Scipuar cum reliquis copijs ad tuenda caſtra remāſerat. Hortati igit̄ utriq; ſuos, & ad ſpem uictoriæ militari oratione, animis militū accēſis, ex cōpoſito cōflixerūt, ſtatimq; ab initio pugna fuit acerrima, obuiā cōcurrētibus proris, & omni nixu ſeſe mutuo inuadētib. magniſq; utrinq; animis res gerebat̄. Nec quiſq; erat in tāto numero ſegnis, ſed & ſagittis, & cōtis & gladijs, tanꝙ in terreſtri certamine pugnabāt: procedēte uerò pugna, Gothorū claſſis deteriori loco eſſe cœpit: pugnatores em̄ quāuis egregij, tamen rerum maritimarū experientiam nō habentes, ſeipſos cōturbabant. Naues quibuſdam locis ſimul plures conglobatę, ſeſe mutuo impediebāt. Aliæ hoc ipſum uitantes, ſeparatæ à ſuorum tutela, circumueniebātur ab hoſtibus. Gręcos uerò ſcientia ac diſciplina rerū naualiū adiuuabat: ſeruati ordines, nulla cōglobatio, nulla extra tutelam ſuorū ſeparatio conſpiciebatur. Itaq; ut par

fuit, tādem ſuperiores pugna Græci fuere: ſubmerſæ aliquot Gothorū naues, cū ipſis pu E
gnatoribus & nautis perierūt. Quod cùm uiderēt Gothi, fugā demum arripuerunt, de-
cem tātummodo Gothorū naues integræ refugerunt ad littus, cæteræ uel captæ uel ſub
merſę ſunt: uirorū autem & in prělio & in fuga plurima ſtrages fuit. Qui ad terrā refuge
rant Gothi, crematis cōfeſtim nauibus, ne illis potiret̃ hoſtis, in caſtra redierūt. ibi trepi-
dantibus cunctis placuit obſidionem diſſoluere: ita properè deſertis caſtris, Auximū ſe
receperūt. Ioānes & Valerianus cū uictrice claſſe, ſumma lætitia & incredibili Anconi-
tanorum gaudio portū ingreſſi, hoſtiū caſtra inuadere properabāt, ſed deſerta reperien
tes, omnem cōmeatum qui illic erat, in urbem deferri fecerūt. Ipſi autē paucis poſt dieb.
abeuntes, Valerianus Rauennā, Ioannes Salonas reuerſi ſunt. Hæc pugna uehementer
fregit Gothorū animos, & quaſi fuit initium ruinæ eorū. Totilas em̄ hac percuſſus plaga
magnā copiarū partē ex Sicilia reuocauit. Itaq; Artauades Iuſtiniani dux, qui Lyberio
ſucceſſerat, claſſemq; ab eo ſuſceperat, potentior per Siciliā factus nō ſolū liberauit obſi
dione ſocios, uerūetiā Gothos pluri b. locis per oppida obſedit. Nec multo poſt Croto- F
niatas lōga obſidione Gothorū laborātes, claſſis Græcorū inſperata ſuperueniēs libera
uit, ac hoſtes multa cæde perſregit: ſugientiū Gothorū pars Tarētum petijt, pars proxi-
mū in mōtem ſe recepit. Quæ quidē ſuperiori cladi adiūcta, multo magis perfregit Go-
thorū animos, præſertim cùm de aduētu Narſetis in Italiā, deq; eius apparatibus, multa
crebri rumores circūferrent. Ac defectiones quædā iam tunc fieri cœptæ ſunt aduerſus
Totilā. Reginaris ſiquidē uir inter Gothos clarus, q Tarēto prĕerat, & Moras qui Ache
ruſiæ, cum oppidis quæ cuſtodiebāt, & cū militibus qui erant in præſidijs, ad partes Iu-
ſtiniani tranſierāt, & motus quidā in Sardinia aduerſus Gothos facti nunciabant̃. Cùm
hæc eſſet cōditio rerum per Italiā, Narſes coactis per hyemē copijs, ad iter ſe cōparauit.
Habebat uerò exercitū tātum, quantū uix alij ſimul om̄es duces in Italiā hoc bello addu
xerant, pecunijs em̄ abundè à Iuſtiniano cōceſſis, ipſe etiā in erogando & largiendo ma
gnificus, nō ſolū ex Thracia & Gręcia, uerūetiā ex alijs locis copias ingētes cōtraxerat.
Nā & Lōgobardorū, ut Procopius quinq;, ſed ut Paulus & Sigibertus & Guido Rauē- G
nas ſcribūt, XII. millia pugnaciſſimorū hominū accepit. Eos Albuinus eorū rex cōceſ-
ſit, quē in Pannonijs uicto & occiſo Cōmundo, oſtēdimus cōſediſſe. Et Erulorū tria mil
lia ad eum uenerūt. Hunnorumq; multitudo ingēs cōfluxit, odio maximè adducta, quo
gentē ipſam oſtēdimus Oſtrogothos perſequi cōſueuiſſe. Prĕterea Cumades Perſa, Ro
manæ militiæ aſſuetus, cum nō cōtēnenda Perſarū manu ad eum ſe cōtulit, & Aſſuades
pugnaciſſimus adoleſcēs cū quingētis bellatoribus Gepidarū gētis. Et Ioānes cogno-
mēto Fagas, cum Græcorū Thracumq; exercitu, Ioānes etiam Vitaliani ſuum ac filiorū
Germani exercitum, quē Rauennæ habebant, illi cōiunxerant. Has igitur copias habēs
Narſes, ut primū aduētare uer cœpit, ex Illyrico mouēs p Dalmatiā & Liburniā, circui-
to maris ſinu, in Italiā tranſiit. Primoq; ingreſſu ad Aquileiā cōſtitit. Duæ erant uiæ, qua
rum altera illi ꝓficiſcendū erat, una ſecus Adriaticū mare, altera per mediterraneā regio
nē, ſed utraq; maximas habebat difficultates. Nā ſecus mare Medoacus primo, dehinc
Ateſis & Tartarus amnes ſtagna faciunt, quæ pluribus foſſis in mare egerunt̃: & Padus H
pluribus oſtijs in mare defluens, multis in locis interrūpit iter, locaq; om̄ia à Veronenſi
agro, in Rauēnę urbis mœnia ſecundū Padi ripam ſunt impedita ac paluſtria, ut ſine ma
xima difficultate exercitus traduci nō poſſint. A mediterranea uerò regione, quę altera
relinquebat̃ Narſeti uia, Taruiſiū Totilas paternæ hæreditatis ciuitatē, & quęq; ad Ve-
ronam pertinēt, prĕſidijs obtinebat. à Verona aūt ad paludes, quas diximus, itinera Ra
uennam uſq; impedire Ateſis fluuius cāpos millia paſſuum uiginti interſcindit: eſtq; is
fluuius adeò prĕaltus, aquis ripiſq; munitus, ut rarò poſſit uado tranſiri, & pauci milites
in aduerſa pugnātes ripa, magnas ualeāt copias tranſitu arcere: quanq̃ ultra Ateſim itu-
ros ad ripam Padi, quæ eſt è regione Bryxilli, Mincium offendit, qui magnā poteſt ꝓhi-
bentibus opē munitionēq; afferre. Iſtis etiā ſuperatis amnibus maior eſt reliqua trāſmit
tēdi Padi difficultas, in quo pauciſſimi lēbi magnū exercitū ratibus nauibúſue traijci fa
ciliter ꝓhiberent. Poſtquā itaq; Totilas de magnis apparatibus, deq; aduētu Narſetis in
Italiā habuit cōpertum, eas difficultates de quib. diximus ſibi notiſſimas cōſiderans, ex
Picētibus mouit. Et Papiā ueniēs hauquaquā magnas adduxit copias, quarum partem
Teiæ

A Teiæ attribuit, quē unum haberet tūc gens Gothorū præſtantiſſimū ducem. Miſit uerò
eum Veronā, ut Narſetē tranſitu Ateſis ꝓhiberet; aut ſi uiribus tranſiſſet, pònè ſequens
quocūq; uaderet à tergo premeret: nequaq; em̄ diffidebat Totilas quin Narſete Ateſis
& Padi tranſitu ꝓhibito, ipſe cæterā Italiā retineret. Hæc Narſeti cū eſſent apud Aqui-
leiam nunciata, Longobardos, quorū uirtuti & fidei plurimū fideret, aduerſus Totilam
Teiamq; mittere ſtatuit. Vnde qđ ſuprà diximus, duodecim potius millia, ſicut Paulus
Sigibertus & Guido ſcribunt, q̄ quatuor, ſicut aſſerit Procopius. Hi Lōgobardorum e-
quites fuiſſe debuerūt: nec tamen mirandū uidetur, ſi in numero errauit Procopius, quē
Totilā Teiamq; ueniſſe in Galliam Ciſalpinā, & Lōgobardos cōtrà fuiſſe miſſos uide-
mus ignoraſſe: quod quidē accidere potuit, quia nō interfuit, qui cum Beliſario in Con
ſtantinopolim nauigauerat. Et nō ex Paulo ſolū hiſtoriē Lōgobardorum ſcriptore, ſed
pluribus ex aliꝭs ſcriptoribus, celebre eſt facinus, qđ Lōgobardi in Totilā Gothoſq; edi
derunt. Cuius narrationi manū eueſtigio apponemus. Ratio aūt qua adductus fuit Nar
B ſes, ut Lōgobardos per mediterranea mitteret, hæc fuit: Ea tempeſtate in qua hæc geſta
ſunt, omnia ad Padi ripam, quæ pertinet ad Venetos expoſita aduſq; Mincij amnis o-
ſtium, quo Benacum in Padū exonerat, Rauennatis agri erant. Nec habebat ea ripa tūc
oppidū aliquod, aut caſtellū. In altera uerò ripa Rauennā inter & Placētiam urbes, uni-
cum erat oppidum Bryxillum, cuius oppidani omnibus in motibus, quos tot tantoſq;
Italiā poſt Romanorū imperij inclinationem agitaſſe oſtēdimus, ſemper in Rauennatū
partibus manſere: unde quidquid à Bryxillo Rauennā uſq; habet ea Padi ripa, fuit etiā
Rauennatū. In Mediterraneis uerò eius regionis Tannetū oppidū uetuſtū, haudquaq;
lōge à Pado Bryxilloq; diſtans, ſemper cum Bryxillo fidē Rauennatibus ſeruauit: eſtq;
id oppidū nūc Regijlepidi ciuitatis uicus. Eas regionis cōditiones intelligēs à Venetis
Rauēnatibuſq; Narſes Lōgobardos iuſſit Bryxillum Tannetumq; accedere, & Totilā
diſtinere, ut illo abſente urbem Romā cæteraſq; Italiæ ciuitates facilius recipere poſſet.
Profecti ab Aquileia Lōgobardi, nullo ꝓhibiti impedimēto, ad Ateſim peruenerūt. E-
C rat aūt tūc Iulius mēſis, quādoquidē Agnellus in uita Vrſicini Rauēnæ epiſcopi ſcribit,
Narſetem menſe Iulio & quinta feria Rauennā cum maximo exercitu ingreſſum fuiſſe.
Quare Longobardis tunc facile fuit uado aut ponte facto, Ateſim tranſmittere: exinde
Tartarū & Mincium, qui amnes per æſtatis ſydus parum aquis tumēt, tranſgreſſi nullo
prohibente, ad padi ripā e regione Bryxilli peruenerūt. Nam Teias paucitati copiarum
ſuarum diffiſus, nō eſt auſus cōgredi Lōgobardis. Mātuæ uerò & Cremonæ nulli erāt,
qui tātum equitatū hoſtiū prohibere tranſitu potuiſſent. Traducti Padum Lōgobardi,
apud Bryxillum ſtatiua poſuerūt. Interea Narſes uiam per littus Adriatici maris elegit,
quoniā illa erat breuior Rauēnam ituro, apud quā urbem om̄es belli apparatus ſtruere
cōſtituerat. Hanc autē uiam ab Aquileia Rauennā eas paludū foſſarūq; & oſtiorū Padi
difficultates quo emenſus ſit modo Narſes, quib. ſupaucrit adminiculis, nobis eſt ad rei
geſtæ ueritatē certius exponendū, q̄ utraq; habet Procopij translatio. Procopius quidē
ita, Venetiæ in qua prouincia Aquileia & Verona & paludes exiſtūt, poſuit nomen, ut
D om̄ia quæ illic cōtigerunt Narſeti, ad ipſam prouinciā referat trāſlator. Sed nos honore
ſuo carere nō patiemur, cōditam tūc recēs inter ſtagna Venetā ciuitatē. In ipſa em̄, quā
ſatis cōſtat nullā hucuſq; paſſam uim hoſtilē, nulla facile inuenitur ædes ſacra, cuius cō-
ditoris nomē, cuiuſq; tēporis & impenſæ, certa nō extat memoria annalibus libris, aut
ſingularū ædium priuilegijs cōtenta. Scimus aūt beati Theodori martyris ædiculā, quā
ſancti Marci tēplo poſtea cōprenſam uidemus, Narſetis eunuchi iuſſu ſumptibuſq; ex-
ædificatā, pariterq; cōſtat ſanctorū Mennæ & Geminiani epiſcopi ſacellū, qđ in capite
Brolij cernitur, eiuſdē Narſetis impēſa factū fuiſſe. Quas quidē eccleſias monumēta di-
cunt Narſetem patritiū Iuſtiniani Imp. cubiculariū, ex Gothorū manubijs poſuiſſe. Niſi
ergo & nouā urbem perluſtraſſet Narſes, & Venetorū in ſtagnis habitātiū nauigio ad-
iutus fuiſſet, eam ſacrarū ędium impēſam feciſſet in urbe Rauēna tum florentiſſima, aut
in Aquileia, quā habemus cōpertum fuiſſe ab ipſo, aut dū Italiā adminiſtraret, iuſſu ſuo
primū inſtauratā, poſtea q̄ ab Atila Hunnorū rege fuerat deſtructa. Profectus eſt ergo
Narſes per Filiſtinā Clodianāq; foſſas, per Padi ac Capreſiæ, quæ nūc magna Vacca di-
citur oſtia, & pōtes fecit è nauibus, ubicunq; flumina & aquę interrumpebāt. Cum Ra-

uennę applicuiſſet Narſes, Valerianus & Iuſtinus duces, q̃ in pręſidio ibi erãt, cũ ſuis co E
pijs ſeſe illi cõiunxerũt. Erãt uero per Italiã ueterani milites permulti, quib. ſtipẽdia mul
ti tẽporis debebant, & ob hoc inſenſis mẽtibus expeditiões obibãt. His omnib. Narſes
ſtipendia perſoluit, animosq; illorũ ſanauit. Qui itaq; ducis iſtius apparatũ belli, priusq̃
ab imperatore proficiſceret factũ cõſiderabit, intelliget nequaq̃ eſſe credendũ, id quod
ſupra ex Procopij trãſlatione dicebat: illũ quinq; millia habentẽ ueniſſe in Italiã, ut ſub
Beliſario, aut illi par bello Gothico intereſſet. Cõmoratus Rauennæ dies nouẽ Narſes,
poſtq̃ exercitũ ſatis recreauerat, inde mouẽs Romã petere cõtendit. Vſdrialas per id tẽ
poris Arimino præerat, uir inter Gothos bello inſignis. Is, cũ in agrũ Ariminenſẽ prima
Narſetis agmina perueniſſent, tranſitũ eorũ impedire conabat. Amnis em̃ qui præterfluit
Ariminũ imbribus creuerat. Pons uero ſuper eo amne ita ſub ipſo oppido cõſiſtit, ut fa-
ciliter impediat. Egreſſus igit Arimino Vſdrialas cũ ex ulteriori ripa repugnaret, nõnul
liq; iam flumẽ tranſiiſſent, pugna nõ longe à mœnibus oppidi cõmittit. In qua Herulorũ
quidã eques, cominus pugnans Vſdrialã occidit, milites q; eius morte ducis cõterriti, in F
oppidũ trepidi refugerũt. Caput Vſdrialæ ad Narſetẽ eſt relatũ. Narſes uero lætatus au-
gurio, q̃d primo congreſſu princeps aduerſarius à ſuis interfectus eſſet, ſpe bona plenus
iter cõficiebat. Licet enim Arimini capiendi certiſſima facultas adeſſet, tamẽ circa id cõ
morari noluit, ne tãtas copias in obſidiõe unius oppidi diſtineret. Itaq; Ariminũ prętergreſſus, iter ſuũ profectus eſt. At Lõgobardi ſtatiua apud Bryxillũ habentes, multas in-
terea ex Parmenſibus Placẽtinisq; abegerant prædas, multa cõmiſerant incẽdia. Quare
Totilas copijs undiq; ex Trãſpadanis raptim cõtractis, in Lõgobardos ducere perrexit:
adeoq; feſtinauit, ut accerſitus ex Verona Teias, nõ prius Ticiniũ amnẽ attigerit q̃ fue-
rit debellatũ. Fuit uero Totilas ſciẽs in ferociſſimã gentem & maiorẽ ſuo paratioremq;
equitatum habentẽ, qui tamen hoſtis peditatu eſſet inferior. Id cum intelligerent futurũ
Longobardi, nequaq̃ pręliũ detrectauerũt, ſed copijs eductis, & oppidanis maximo cũ
populo adeſſe iuſſis, pugnãdi copiã fecere. Ferunt Totilã q̃d extremo uitæ tẽpore mul-
tis ſæpe præſtantiſſimis euenit ducibus, nunq̃ melius ſtruxiſſe aciẽ, nunq̃ attentiori o- G
culo, quid hoſtis, quidúe ſuus ageret miles circũſpexiſſe, nunq̃ deniq; fortius, nunq̃ pru
dentius dimicaſſe. Sed erat illi certamẽ cum militũ robore gentis Longobardorũ, quæ
cũ ſub alijs ducibus, tum maxime ſub Alboino rege maximis erat innutrita bellis, & cæ
teram barbariẽ Hiſtri ripas undiq; incolentẽ per multa tẽpora ſuperauerat. Prælij uero
iſtius, qua forma, quóue modo geſtũ fuerit, nõ ſcribit Paulus, ſed Totilã tantũmodo di-
cit à Lõgobardis Narſeti militantib. interfectũ, omnesq; Gothorũ copias ad internecio
nem cæſas fuiſſe. Guido aũt Rauennas ſacerdos, quẽ in hac Narſetis hiſtoria maxime ſu
mus ſecuti, Totilã itẽ à Longobardis interfectũ, eiuſq; copias fuiſſe deletas dicit. Sed ita
Bryxilli & Tãneti oppidorũ nomina implicat, ut ſatis cõtuliſſe ad Bryxillũ utrãq; gentẽ
ſigna & pari promptitudine dimicãdi copiã feciſſe intelligã, ſed utrũ eadẽ die, eodemq;
loco fuerit debellatũ, ambigere cogar: tãta erat eius ſeculi ineptia ruſticitasq; ſcriptorũ.
Siue igit ad Tannetũ, ſiue ad Bryxillũ, inferior prælio Totilas, ac omnino ſuperatus, oc
cidit: & qui ex ſuo exercitu cædi ſuperfuerant, Padũ amnẽ tranſgreſſi, Papiæ ac circũ ea H
loca primũ de fuga ſubſtitere. Secũdũ hoc præliũ ſcribit Paulus, Totila occiſo, Gothisq;
ad internecionẽ cæſis, Longobardos multis honoratos muneribus ad propria remeaſ-
ſe. Illud idẽ paucioribus penè uerbis habet Guido, & alij omnes, qui poſteriores tẽpore
ſcripſerunt, quos oẽs uidemus cauſas præterire quibus adducti Narſes & Longobardi,
aut ille permiſerit, aut hi uoluerint inchoatã uictoriã intermittere. Neq; enim q̃d ſcribit
Paulus, ad internecionẽ cæſi ſunt Gothi, ſed apud Papiã colligentes, Teiã regẽ creaue-
runt, cuius regis opera facti ſunt belli apparatus, quos Narſetẽ oportuit formidare. Nã
uicinos ſibi Bucelinũ, Amingũ, ac Lotharium duces Burgundionũ ac Francorum, idẽ
Teias rex in huius belli ſocios aſciuit, erãtq; duces, quos diximus relictos fuiſſe à Theo-
debaldo rege in Liguſtinis Alpibusq; & ꝓuincia Narbõenſi. Itaq; trãſgreſſi Apenninũ
duces ipſi, maximasq; adducẽtes copias ad Claſtidiũ cõſedere, quod eſt agri Papienſis
oppidum Pado uicinũ, quò intelligebãt cõmeatus facile ad eos undiq; cõportari. Teias
aũt q̃primũ rex declaratus fuit, theſauros quos Totilas Papię cõgeſſerat, ſuſcepit: ac ma
gna diligẽtia & rerũ gerendarũ experiẽtia, uires ad primã Gothorũ potentiã reparauit.

Nunciata

A Nunciata eſt Narſeti Totilæ mors cũ oppidũ Loceolim oppugnaret. Fuit uerò id oppidũ, ubi nũc põs eſt Luceolis dictus, Cãtiano oppido ꝓximus, Vrbinũ inter & Eugubiũ ciuitates in uetuſtiſſima olim Flãminia uia. Eo potitus oppido Narſes quinis profectus caſtris Narniã obſedit, qua dedẽtibus ciuib. recepta, apd' eã paucos dieſedit d es, u p ius q̃ Romã iret, ciuitates & oppida quæ in poteſtatẽ uenerãt ordinaret, ꝓuideretq; ijs quę Gothorũ præſidijs defenſata poſt terga remanebãt. Spoletinis aũt in primis milites cõceſſit, qui pręſidio ſibi forẽt, donec eorũ mœnia à Gothis euerſa reficerent. Miſit quoq; Filimõtem & Ioãnem Vitaliani in Hetruriã, qui deditionẽ fieri poſtularẽt, & eã regionẽ pręſidio obtinerẽt. Erãt Peruſię duo pręfecti militũ Meligadius & Vlithus, hi diſſidẽtes inter ſe plurimũ differebãt. Meligadius eñ urbẽ dedere cupiebat. Vlithus uerò cõſcius ꝓditionis & cædis quã dudũ Cypriani effecerat repugnabat, pœnã meritã reformidãs. Ita ſeditione orta, Vlithus interficiť, Peruſiaq; à Meligadio Narſeti tradiť. Qui poſt hęc

B Romã ꝓfectus, eam obſedit. Sed ad primũ eius obſidionis tẽpus moleſtiſſimus ad eum nũcius eſt allatus, de belli ſocietate à Burgũdionibus & Frãcis cũ Gothis inita, & copijs quas Teias rex ſupra opinionẽ omniũ reparauerat. Quare in maximas adductus erat difficultates, maioraq; impẽdere illi uidebanť belli onera, q̃ quibus reſiſtere potuiſſet: niſi forte & ſua ferẽte fortuna, eodẽ tẽpore noua eſſet nactus auxilia. Siſualdus eñ rex Brętorum pactione poſtulata, regni poſt Gothorũ excidiũ propagãdi ſocietatẽ belli obtulit Narſeti. Erat uerò is Siſualdus ex ſtirpe Erulorũ, quos occiſo in Rauẽna Odeacre oſtẽdimus à Theoderico rege in Alpiũ Apẽniniq; ſinu intimo apud Auguſtã pręroriã intra Taurinos Eporediẽſeſq; fuiſſe locatos, rege ipſis dato quẽ idẽ Theodericus & generum ſibi effecit, & in filiũ adoptauit. Icit aũt cũ Siſualdo petita fœdera Narſes, & Valerianũ, q Rauẽnæ præerat cũ ſuis copijs mittẽs iuſſit ut circa Tannetũ Bryxillumq; cõſiſtẽs Gothos diſtineret, ne in Hetruriã aut Rauennã uerſus in Italiã penetrarẽt. Quinetiã Romanæ urbis obſidionẽ intelligens multo minorib. copijs q̃ ipſe adduxerat indigere Gothos, plurib. in locis agitare cõſtituit. Et Ioannis Fagæ copijs quas ex Græcia Thra-

C ciaq; adduxerat, aliquot addẽs turmas, ipſum ducẽ iuſſit ea qua aduenerat uia Ariminũ redire, ut eius oppidi uel obſidiõe uel uirib. potireť. Cumadẽ uerò Perſam Spoletũ miſit, ut Spoletinorũ ductu auxilioq; fretus Picenũ ingredereť: & ſi Gothos inferiores copijs eſſe intelligeret, caſtra faciẽs urbiũ oppidorúmue eius regiõis receptioni intẽderet. Si uerò ꝑ minimas hoſtiũ uires apertis negret cãpis metari, cõferret ſe Anconẽ. Ex qua urbe agitatos Picẽtes arbitrabať ad deditionẽ facile tutoq; cõpelli. Vrbis aũt Romę quã interea Narſes obſidebat, hæc erat cõditio, Ciues ſuperioribus calamitatib. afflicti nõ admodũ multi in urbe uerſabanť. Solitudo nõnullas uias totas habebat, ædificia plurib. in locis collapſa aut cremata cernebãť: neq; eñ Totilas reparatiõi ſuffecerat, pręſertim ciuibus exinanitis, ac maxima ex parte deletis. Itaq; Gothi magnitudinẽ urbis tueri poſſe diffiſi, locũ elegerãt nõ magnũ iuxta põtẽ Traiani, quẽ egregie foſſa ualloq; munitũ ad cętera mœnia cõiunxerãt, cõgeſtiſq; in eũ locũ reb. ſuis illo ꝓ arce ac præſidio utebanť. Nec tñ cuſtodiã urbis deſeruerãt, ſed eã quãtũ poterãt tuebanť. Narſes igiť cũ expugnare urbẽ ſtatuiſſet, plurib. ſimul locis mœnia aggreſſus eſt. Concurrentes uerò ad ea loca

D Gothi de mœnib. repugnabãt. Dum iſta fiũt ac gerũť, milites quidã Narſetis remotiora petẽtes loca, cũ ibi ſolitudo eſſet ſcalis mœnia cõſcenderũt: inde clamor factus captã urbẽ oſtẽdit. Gothiq; omiſſa defenſiõe, alij Portuẽſem urbẽ fuga petierũt: alij ad ſepulchrũ Adriani in arcẽ ſe receperũt. Per hũc modũ Narſes Roma potitus eſt. Arcẽ uerò tũc obſeſſam haud multo poſt tẽpore pactione recepit. Erãt in Cãpania nõnulli patritij gñis, ꝓpter maiorũ autoritatẽ & gratiã Totilas in urbẽ redire nõ paſſus fuerat: alij pręterea ex ſenatorio ordine, quos ut ſuſpectos Gothi eò miſerant. Hos oẽs cũ filijs & agnatis eorũ Gothi interfecerũt. Trecẽtos inſuꝑ adoleſcẽtes Romanos Totilas quaſi milites delegerat, re aũt uera obſides eduxerat, ac trans Padũ in expeditionẽ miſerat, qui oẽs poſtquã Roma in poteſtatẽ Narſetis deuenit, à Gothis interfecti ſũt. Per idẽ tẽpus Tagnaris qui Tarẽto præerat, cũ Teiã factũ regẽ Frãcoſq; & Burgũdiones in ſocietatẽ ueniſſe audiſſet, pœnitentia ductus, ꝙ ad partes Iuſtiniani trãſiſſet, ad Gothos redire ſtatuit. Vt uerò ſuos reciperet obſides, hæc machinatus fuit. Ad Machuriũ Hydrunti præfectũ miſit, & auxiliũ popoſcit aduerſus Gothorũ copias quas cõtra ſe uẽturas cognouiſſe ſimulauit. Machurius autẽ nihil fraudis ſuſpicatus, quinquaginta milites ad eum Tarentum miſit,

quos Tagnaris ſtatim in carcerē coniecit, & Machurio ſcripſit, ſi milites ſuos uelit obſi- E
des eius reddat, quos penes ſe ſub cuſtodia retinebat. Hoc audiēs Machurius, cōturba-
tus eſt, paucisq; militib. in præſidio Hydrūti relictis, ipſe cū cæteris copijs aduerſus Ta-
gnaridem eſt ꝓfectus. Tagnaris uero nihil moratus milites quos acceperat oēs occidit.
Egreſſusq; Tarēto aduerſus Machuriū, prælio cōmiſſo ſuperat, multisq; ſuorū amiſſis,
in fugā conijcit. Qui cum Tarentum redire nequiret, omnibus uijs pręcluſis, Acheruſiā
ſe recepit. Narſes inter hæc Portū miſſis eò copijs obſedit, ac tādē recepit. Poſt hęc Cen
tumcellas eodem modo aggreſſus, in poteſtatē reduxit. In Gallia aūt Ciſalpina res per
id tēpus aliter ſe habebant, q̃ propoſita nobis ex Procopio hiſtoria habeat. Vnde eam
omnino linquimus. Nam præter omiſſam Totilæ mortē, præter errorē Francorū, quos
aſſerit noluiſſe huic bello Italico ſe immiſcere, nimis cito finē imponit bello, ſupprimēs
aut forte minus notas habens motus maximos, quibus citerior Gallia tranſpadana poſt
mortē Totilæ fuit agitata: qui quidem motus per duos annos, quibus Teia regnauit, &
poſtea per Siſualdi rebellionē magis Narſetem quàm uniuerſæ Italiæ & eius inſularū re F
ceptio agitauerūt. Itaq; dum Narſes oppida Romā urbē circūſtantia recipit, Bucelinus,
Amingus, & Lotharius Theodebaldi regis duces pecunijs à Teia abūde adiuti, Bryxil
lū obſidere ſtatuerūt. Sed audiētes Valerianū ex Bononia ubi copias cōtraxerat mouiſ-
ſe, ut Tannetū Bryxillūq; tueretur, ſe apud Placentiā continuerant. Per eos etiā dies re-
uerſi ſunt Siſualdi Brentorū regis oratores, quos miſerat ad Narſetem. Iſq; Siſualdus rex
poſtquā intellexit fœdera ad uotū eſſe conſtituta in bellū Gothicū exarſit. Ad id namq;
animos ſibi feciſſe uidetur nō propria magis potentia q̃ hoſtium in illa regione debili-
tas, & eius gerendi belli maxima opportunitas. Siquidē ea, quę Heruli mutato nomine
Brentos ſe dicētes, in eo angulo Alpiū & Apennini poſſidebāt, grumoſa ſunt, & multis
riuis torrentibusq; inuicē interciſa: qui quidē torrentes ſunt ad triginta amnē Tanarū fa
cientes: nec ulla eſſe poſſet ab inferioribus ueniēs tam magna potentia, quā regionis il-
lius incolæ formidarēt. Ab Alpib. uero & Apennino, unde uis facile inferri poſſet, tutū
ſe uidebat Siſualdus, poſtquā Theodebaldi duces omnē ſecum traxerant iuuentutem. G
Siſualdus itaq; ſuis arma raptim capere iuſſis, in ſubiectos Eporedienſes Taurinosq;, &
omnē eam regionē late impetū fecit. Erant uero in agris omnia ſicut in pace & locis nul
lam omnino hoſtilē uim formidantibus ad manū expoſita, & nedū caſtella ac oppida
tenebant præſidijs, uel aliqua ſeruabāt cuſtodia: ſed urbes ipſæ portas die noctuq; aper
tas habebant, q̃d multos ante annos nullū ea regio belli motū, nullū experta erat tumul
tū, cuius cauſa Gothi præſidia imponere ac cuſtodię curā habere uoluiſſent. Fecit ergo
Siſualdus prædā, quantā ſui aut uoluerunt capere, aut abducere potuerūt. Id cum Teiæ
eſſet renunciatū, magno cum apparatu eò ducere conſtituerat, cum nouæ ſunt obortæ
difficultates, ꝓpter quas in uaria cōſilia, uariasq; ſententias pendere cœpit. Ioannē namq;
Fagam copijs Ariminū ductis eam premere urbem, & pariter Gumadē Perſam omnia
in Picētib. tumultu impleſſe nunciatū eſt. Quare Teias nō Gothorū modo, ſed Theode
baldi regis copiarū ducibus in cōſiliū uocatis aperuit, quāta undiq; immineret belli mo
les, conſulens ſingulos quō tot difficultatibus cenſerent prouidendū: fuitq; plurimorū H
ſententia, omnibus locis ſimul ſubueniendū fore: in quam maxime ſententiā Teias ſeſe
facile duci dixit Narſetis hoſtis ſui exēplo, qui nullo loco integer caſtra habeat, ſed par
titis multifariā copijs uexet oēs Italiæ regiones. Placuit itaq; Francos ac Burgundiones
trans Padum gerere bellum aduerſus Siſualdum, Teiam uero ceteram tuentem Italiam
ducere in Narſetem. Deſtinauit autē animo Teias primū omnium Arimino ſubuenire,
quod conſiliū ſuos celauit omnes, etiā quibus occulta quæq; conſueuerat aperire: time
bat enim ne ſi emanaſſet, Valerianus ex Tanneto aut Bononia obuians reſiſteret. Hinc
ſimulata in Hetruriā profectione tanq; iturus Lucā, in qua ciuitate copias habebāt Fili-
munti & Ioanni Vitaliani oppoſitas, ſumma tenuit Apennini iuga ad ea uſq; loca quæ
Bardonis Alpē Paulus alijq; appellāt, quæ loca ex eius deſcenſu exercitus Lucēſem in-
ter & Parmenſem agrū eſſe cōijcimus. Nā cū ex ipſo Bardonis iugo in ſubiecta Macræ
amnis fluēta deſcēdere, q anteriori præerāt agmini occœpiſſent, flexit in ſiniſtrā Teias,
& iter eius diei ꝓperanter emenſus ad Rhenū Bononiēſem primis conſtitit caſtris. Erat
tunc Tanneti Valerianus, & Teiam audiens in Hetruriam ducere, fertur riſiſſe hominis
impruden-

A imprudentiã, qui tãtũ exercitũ in retia duceret. Nouerat eñ Filimuntẽ & Ioannẽ Vita-
liani in Hetruria eſſe, qubus facile foret Gothos, ſi illàc trãſirẽt opprimere. At uerò Go-
thos apud Bononiã eſſe audiẽs Tertius, ac prope inſaniens cũ copijs aduolauit. Sed &
Teias interea id futurũ ratus tãta celeritate iter cõfecerat, ut prius ipſe Arimino q̃ Valę
rianus Bononiæ applicuerit. Nec tñ Fagas quem diximus Ariminũ poſſediſſe, incõmo
dum accepit, qui de Gothorũ & noui eorum regis aduentu certior factus obſidione illi
co ſoluta receſſit in mõtes. Teias cum paucis Ariminũ ingreſſus, exercitũ ad Puſam tor
rentem reliquit: diſtat autẽ is torrens pariter ab Arimino & Cæſena. Et Ioãnes Fagas ne
hoſtes ad inuadendũ aliquam nanciſci poſſent occaſionem, caſtra per mõtes ſæpe mu-
tabat, maximè in animo habens, ſi qua poſſet ingredi Cæſenã, ut id oppidũ ſimul & co-
pias cõſeruaret. Id cũ intellexiſſet Teias, retro mouit copias: & caſtra admouẽs Cęſenæ
id oppidũ recipere eſt adniſus. Inchoabãt tunc brumæ tempora, & pauculos dies in qui
bus ducere in Picẽtes potuit Teias infelici rebus ſuis cõſilio partim in Arimino, partim
B ad Cęſenæ oppugnationẽ cõſumpſit. Nanꝗ priuſquã machinas aduerſus Cæſenã exci-
tare, aut alios oppugnatiõi neceſſarios apparatus poſſet facere, nix quãtã indigenę mul
tos ante annos non uiderant cecidit, quæ diutiſſimè preſſit terrã, ut Gothorũ exercitus
equos culmis calamiſꝗ tectorũ ſuſtẽtare cogerent, pabulo ubiꝗ niuibus obruto: & Fa-
ga qui Rauennã ſe cõtulerat, Valerianoꝗ prohibentibus, ne lõge nimis accederent pa-
bulatum. Dumꝗ ea obſeſſus impedituſꝗ niue Teias apud Cæſenam hæreret, Cumades
Perſa maximã Picentum partem ad Iuſtiniani partes redire cõpulit. Vere autẽ exorto,
Teias Cęſenæ obſidionẽ ſpõte diſſoluit, & Ariminum delatus per ea loca exercitũ repa
rare curauit, equi eñ partim fame interierãt, frigoreꝗ partim qui ſuperfuerãt inutiles fa-
cti erant. Quãobrem ęſtas iam media erat priuſquã Teias duceret in Picentes. Fecit aũt
prima ad Cingulũ caſtra, quo oppido ob aquæ defectũ potitus obſedit. Septẽpedates,
quod oppidũ nunc uidet eſſe ſanctũ Seuerinum. Sed poſt parum potiri poſſe deſperãs
flexit in Ricinates campeſtre oppidũ: ſed Cumadis pręſidio firmiſſimum: quod uerò id
C oppidum medium eſt, & fermè cẽtrum Piceni obtinet, ſuntꝗ circa parũ diſtãtia pleraꝗ
oppida, ad illud diutius ſedit Teias: priuſꝗ ꝙ eo potiri poſſet, nõnulla ad eũ ex circunſtã
tibus defecere. Interea Narſes tam diuturnã ab hoſte quietem nactus omnes Campanię
ciuitates præter Cumas, multaſꝗ in Lucanis, nõnullas in Brutijs per duces ſuos recepe-
rat. Ipſe eñ ſatis pro tempore cæteris belli opportunitatibus factũ eſſe intelligẽs Romę
manebat, eiuſꝗ reparationi atꝗ frequẽtationi ꝓuidere curabat. Captæ fuerãt quibuſdã
in Cãpaniæ oppidis Gothorũ nobiles aliquot fœminæ, quarũ una Totilæ quõdã amica
tem prius Narſeti incognitã indicauit, Totilã dũ uiueret, pecunias partim Papię cõgre-
gaſſe, partim Cumis in arcẽ ſepoſuiſſe, quãobrẽ Totilę frater eidẽ arci per id etiã tẽporis
pręſidebat. Id cũ intellexiſſet Narſes, illico miſit q Cumas cũ parte exercitus obſiderẽt.
Sed eo in tẽpore in citeriori Gallia Siſualdus Brentorũ rex priuſꝗ aliquæ hoſtiũ copiæ
aduerſũ ſe mitterent, Eporediã cepit urbẽ in regiõe primariã. Taurinũ uerò prima belli
æſtate & ea quæ ſecuta eſt hyeme cũ obſediſſet, capere nequit, ꝙ ualido cinctæ muro ur
D bis & loci natura munitiſſimę populus inerat frequentiſſimus, q odio magis Erulorũ q̃
Gothorũ amore & bñuolẽtia egregie reſiſtebat. At Theodebaldi regis Metenſiũ duces
nihil magis ꝙ prædã quærẽtes, æſtatis hyemiſꝗ eius belli primæ tẽporibus, prædandis
quę circa Padũ ſunt nõ Iuſtiniani magis q̃ Gothorũ iuriſdictionis, uacauerũt. Æſtate au
tem quę eſt ſecuta, duces ipſi occultã cum Siſualdo rege pactionẽ inierũt. Violauitꝗ u-
traꝗ barbaries prima fœdera, quę Siſualdus cum Narſete, Bucelinuſꝗ, Amingus & Lo
tharius cũ Teia rege ſolẽniter cõſtituerant: partiti uerò ſunt inter ſe uniuerſam Tranſpa
danæ Italiæ regionem: Frãci quidem nõ ut ciuitates dominio poſſeſſuri, ſed prædam ex
ſubiectis ſeſe fidei permittentibus abducturi. Siſualdus autem finitima ſibi ſubijcere eſt
adniſus. Sicꝗ Bucelinus Paduã, Taruiſium, Aquileiam, & omnem peruagatus Libur-
niam maiora populis ſub amicitię nomine, quàm ſi hoſtis apertus fuiſſet, intulit damna.
Et demum ad Caprariam delatus inſulam, oppidum in ea cõditum diripuit atꝗ incen-
dit: in ea nanꝗ inſula Iuſtinus ſenior, à quo Iuſtinianum nepotem oſtẽdimus Imperato-
rem creatum fuiſſe, optimates Hiſtriæ locauit, Barbarorũ impetum declinãtes, & oppi-
dum ex ſuo nomine Iuſtinopolim appellauit: qđ ætate noſtra, pꝛout multos ante annos

caput

caput Hiſtrię eſt uocatũ. Amingus, Vincentia, Verona, Mantua, Brixia, & Bergomo in E
ſuã partẽ retentis, ipſas urbes propè hoſtiliter eſt prædatus. Tertio duci Leothario attri
butũ fuit tanq̃ ſi Siſualdo fuiſſet oppoſitus, quicquid Padũ inter, & Abduã fluuiũ perti-
net ad Taurinos: qua etiã in parte uidentur fuiſſe omnia quæ Papienſem inter agrum &
Siſualdi oppida erãt ſita: ipſeq; Leotharius nequaq̃ minora q̃ alij duces edidit rapinarũ
ſcelerũq; facinora. Teiã interim dum in Piceno lente uictoriã exercet, Cumas obſideri
certior eſt factus. Quare pecuniarũ quę in illa erãt arce ſtimulis actus, ijs qui obſidebãt
ferre opẽ ſtatuit, ꝓfectus per Pelignos Marſosq; & Sãnites in Apuliã peruenit. Ea em̃
uia lõgior, alioquin cõmodior fuit, q; ſaltus Caſinẽſem Venafrinũq; & Eſerniẽſem Nar
ſes præſidijs cõmuniſſet. Poſtq; uero de Teię aduẽtu Narſes intellexit, Ioannẽ Vitaliani
cũ parte exercitus ex Hetruria reuocauit, Filimuntẽq; reliq̃t, ut Gothis reſiſteret, quos
audiuerat apđ Lucã copias cõgregare. Ipſe uero cũ multis copijs ꝓfectus contulit ſe in
Cãpaniã: nec tñ adeò potuit Narſes ꝓperare, quin Teias prius Nuceriã obſediſſet, & op
pidanis dedẽtib. recepiſſet: quanq; nõ erat in partibus Iuſtiniani Nuceria, ſed ꝓſpicien- F
tes periculis ciues, nec Gothorũ habebãt præſidia nec Narſetis. Qui Narſes exiſtimãs,
quantũ alterutrã in partẽ habẽt momẽti primę rebelliones eiuſmodi in bellis, quorũ du
ces & uirtutis & uiriũ opiniõe ſunt pares, ad Teiã ducere ſtatuit, certiſſimo ꝓpoſito de-
certandi. Nec alterius etiã erat ꝓpoſiti Teias, qui Nuceria potitus, & ipſe in Campaniã
ducere ſtatuerat, cũ Narſetẽ adeſſe fuit ab exploratoribus nunciatũ. Narſes nãq; montẽ
q̃ Cãpaniã ab Apulia diſterminat præmiſſis turmis occupauerat, & in Nuceriã ducere
properabat. Quantũ uero pares erãt & copijs & uirtute duces, tantũdẽ alterutrũ time
bãt. Hinc Teias obſideri timẽs, Nuceria educẽs ad ꝓximũ amnẽ cõſedit: q̃ in tẽpore ad
eundẽ deſcẽdes amnẽ Narſes, caſtra ocyus cõmuniuit. Sicq; utraq; caſtra Tãtilo fluuio
ſunt dirẽpta. Sed erat hoc ſolo ſuperior Teias, q̃d pontẽ q̃ unicus fluuiũ iungebat, occu
patũ ualido pręſidio cõmuniuit. Hincq; cũ placeret educere in aciẽ & pugnãdi copiã fa
cere, atq; etiã ſubitò impetere potuiſſet, quib. Narſes opportunitatib. om̃ino priuabat:
erat tñ alia ratione inferior Teias, quod om̃es illi cõmeatus mari adducti, Sipontino in G
portu tenebant, & inde Nuceriã triginta fermè paſſuũ milia portabant: & licet quando
caſtra loco ſunt facta, uer ꝓpemodũ eſſet exactũ, uel potius inchoata æſtas, aliquãdo ta
men à frumẽto cæteriſq; cõmeatibus in ſuo exercitu laboratũ eſt, procellis forte præter
littoris tẽpeſtatiſq; cõſuetudinẽ mare tenẽtibus impeditũ, ut niſi frumẽta in agris quod
ſoli & regiõis fert natura, tũc matureſcere occœpiſſent, ſibi fuerit recedendũ. Acciditq;
æſtate iam plane inchoata, claſſis illius partẽ dum accipiendis ex Salentinis Calabriſq;
cõmeatibus, it reditq; frequens, uiolento agitante uento portũ petere Brunduſinũ, ubi
fide publica decepti, gubernatores in uincula ſunt cõiecti. Brũduſini enim cũ nec ab im
peratore defeciſſent, nec ſatis plenã illi obedientiã præſtitiſſent, uiſis ijs quæ ꝓſpere Nar
ſes in Italia gereret, per eam gubernatorũ claſſis Gothorũ deceptionẽ cũ Imperatore in
gratiã redire quæſiuerũt, tuncq; claſſis q̃cquid erat reliquiarũ breui diſſipatũ, nulloq; poſt
hac Gothis uſui fuit. Qđ cũ intellexiſſet Teias, ueritus eſt ne Narſes parte exercitus ul-
tra amnẽ ponte facto aut nauib. trãſportata pabulatione frumẽtationeq; ſuũ prohiberet H
exercitũ. Eaq; ratiõe ſtatuit ſibi prælio decernendũ. Nã præter eam, de qua diximus, ne-
ceſſitatẽ adductus erat in nõ uanã, ut ſibi uiſum erat, uictoriæ ſpem, q̃d duobus in menſi
bus, quot ad eũ amnẽ erat ſeſſum, leuia aliquot prælia & ſingularia fuerãt certamina. In
quib. miles Gothus aliquando ſuperior erat factus audacior. Ex ripis etiã fluuij quæ par
uo diſtabãt ſpatio, quoties ſagittis, q̃d frequẽter fiebat, certabãt, Gothus ad id natus nu
tritusq; multo plura q̃ ipſe acciperet uulnera inferebat. Ea igit̃ ſpe fretus Teias educere
trãs pontẽ exercitũ & pugnandi copiã facere cõſtituit, atq; aliquoties incœpit. Sed ilico
Narſes tanta celeritate atq; animorũ ſui exercitus alacritate copiã pugnãdi & ipſe fecit,
ut ſemp Gothus paueſcẽs territusq; abſtinuerit. Interea incœperãt frumẽta proximis in
agris deficere, & lõgius ire frumentatũ, nec pauci poterãt, Narſete multa in regione op
pida tenẽte, quibus præſidia inerãt paucos hoſtiũ palantes faciliter cõfectura: nec mul-
tos caſtris frumentatũ emittere audebat Teias cui hoſtis ꝓpinquus, ac propè contiguus
cõtinuo imminebat. In eã adducti difficultatẽ Gothi, caſtra retro mouere in cõſilio deli
berant, nec tñ amnẽ deſeruere, ſed ad eius ripã profecti, in montẽ proximũ receſſerunt.

Eſt uero

A Eſt uerò is mõs arduus, difficilíſq; aſcẽſu. Occupato mõtis uertice Gothi ab hoſte quidẽ
tutiſſimi erant: ſed poſt parum ſolito magis cõmeatuum penuria laborarũt, tãtis copijs,
quãtæ illis inerãt caſtris, omnia ubi cõſiſterent paruo in tempore cõſumentibus. Secu-
tus autẽ illico fuerat Narſes, & caſtris ad mõtis radices metatis, ſi hoſtẽ armis deturbare
nequiret, rerũ penuria cõficere eſt aggreſſus: ſumma nanq; diligentia curauit, turmas in
uaria dimitti loca, ex quibus frumẽtatores quotquot mõte deſcenderẽt, opprimerent.
Quæ effecit nimia optimi ducis prouidẽtia, ut in maximũ diſcrimẽ res ſua fuerit perdu-
cta. Qui ẽm deſperarãt uictoriam, atq; Romanum exercitũ formidare cœperãt Gothi,
priuſquã adeò coarctati eſſent in fugã pendebant, incruentamq; Narſeti uictoriã breui
reliquiſſent. Ad id aũt difficultatũ adducti, ut aut fame cõficerentur, aut frumẽtatũ ituri
gladios hoſtiũ nequirẽt effugere: cõſtituerunt aut glorioſam oppetere mortem, multo
ſanguine hoſtibus ſtatuiã, aut uictoriam uel cruentiſſimã obtinere. Struxerũt itaq; Go-
B thi in mõte aciem, & Narſetem nil tale ſuſpicantẽ, improuiſi adoriẽtes: maximã in prin-
cipio fecerunt cædẽ. Colligentes autẽ ſe Narſetis milites, pugnando in ordines cõceſſe-
runt. Et Narſes ſubita in re haudquaq; animo territus per acies cõuolabat, immittẽs re-
tractanſq; ſingulos, prout repẽtini prę̃lij ratio poſtulabat. Fuit aũt ideo pedeſtrę, & ſine
aliquo cõmiſſum equitatu id prælium, quod Gothi per decliue delati equos in mõte re-
liquerãt, & Narſetis milites ſuos ſi uoluiſſent ea in re ſubita ſternere nequiuiſsẽt. Pugna
tum eſt utrinq; nõ ferociter modò, ſed penitus inhumanè, cũ nullus in cæde modus, nul
la ſeruãdi captos fuerit clemẽtia. Edidit uerò Teias eo in prælio maximum uirtutis ſuæ
ſpecimen, & ſe dignũ oſtendit qui regno gẽtis fortiſſimæ potiretũ. Etenim media in acie
quãdoq; in cornibus pugnãs, quoſcunq; cõgredi auſos obtruncauit, cùm ipſe in pugna
ciſſimum quemq;, quẽ audacius pugnare uidiſſet delatus plurimos interfecerit. Ad ex-
tremum tamẽ dum militis potius q̃ regis & ducis munera intemperãter obit, prælium
illud magno militũ Narſetis cõmodo frigeſcere fecit: ſiquidẽ ſcutum depoſiturus iacu-
lis quæ immiſſa hæſerãt prægrauãs, dum aliud acciperet telo inter corporis auerſi motũ
C cõfoſſus cecidit. Ad cuius occaſum & ſi fugam nõ cõmiſerũt, aut prælium intermiſerũt
Gothi, tamẽ lentius pugnauere, à cædibus hoſtis quantum poterãt temperãtes, ut pacẽ
quã pugnãdo petebant à Narſete facilius impetrarẽt. Et cùm nõ exaudiret Narſes, præ-
lium quod ad ſolis ortum erat inchoatũ, in primas noctis tenebras eſt protractũ: noctis
interuentu pauliſper uterq; exercitus ſe cõtinuit, & arma retinẽs diem poſterã expecta-
uit. Ad primã diei lucem eiſdem quibus prima die animis in prælium eſt reditũ, maiorq;
per eam diem cædes utrinq; eſt facta, Gothis deſperatione, Narſetis militibus ſpe & ani
mo delendæ gentis acerrimè dimicantib. Et tamen priuſquã adueſperaſceret, mittentes
ad Narſetẽ Gothi pacẽ impetrauerunt, quã Narſes ſpõte & inhortantibus qui in exer-
citu ſuo ordines ducebãt, cõceſſit, quoniã nimis multos ex ſuis peruidebãt caſuros, pri-
uſquã fortiſſimã gentem armis delerẽt obſtinatis deſperatione animis ſupra morẽ uiriũ
humani corporis pugnaturã. Fuerunt cõditiones datę pacis, ut Oſtrogothi & qui cis &
qui ultra Padum patrios haberent lares, nõ prius ad illos redirent, q̃ oppidum ciuitáſue
quã incolerent, poteſtatis Iuſtiniani Imp. magiſtratuum facta eſſet. Erant ẽm illi in ſep-
D tuaginta duobus annis qui à Theoderici in Italiam aduentu tunc finiebanẽ, omnes in I-
talia geniti & nutriti. Interea tamẽ in Campania, & apud urbem Romã morantes arma
deponerent, illa nunquam prius aut aliter ſumpturi, q̃ ab urbis Romæ magiſtratibus iu
berenẽ. Eoq; modo deletum eſt Oſtrogothorũ nomen. Neq; ẽm iuſſi fuerunt à Narſete,
quod tanq̃ ex Procopio traditũ uidimus, Italia excedere. Sed priuſquã Longobardorũ
gẽs in Italiã uenerit, quod pauciſſimis poſt id prę̃liũ annis fuiſſe oſtẽdemus, euanuit no-
men Oſtrogothũ, nec extra Italiã, neq; in ipſa qui fuiſſent ex ipſa gẽte ſuperſtites in Lõ-
gobardorũ aduentu alicubi ſciebaẽ, omnibus ipſis Oſtrogothę quondã gentis ſe Italos
prout erant facientibus. Superfuerunt tamẽ huic prælio nõ cõtemnendæ Oſtrogotho-
rum reliquiæ in Italia Tranſpadana. Quibus perſequendis atq; omnino uel delẽdis, uel
ad deditionem cõpellendis Narſes animum adiecit, ne quod Beliſarij temporibus acci-
derat, relicta eius gentis pars nouum aliquando incendiũ excitaret. Hinc arcem intelli-
gens Cumanã nõ poſſe breui uiribus expugnari, partem copiarum reliquit, quę ad Cu-
mas ſederet, ne quicquã cõmeatuũ mari terráue importareẽ diligẽtiſſimè curatura. Ipſe
præmiſſis

premiſſis uia Latina copijs paulo poſt uia Appia eſt ſecutus, ut aliqua per Campaniã or E
dinaret. Narſeti aduenıẽti ſenatus populusq́ Romanus obuiã effuſus illum ouantẽ de-
duxit. Qui paucos dies in urbe moratus in Etruriã eſt ꝓfectus. Interea Oſtrogothi Trãſ-
padum & per Ciſalpinã Galliã incolentes Teiæ regis & ſui exercitus clade audita, duas
Galliç Ciſalpinç ciuitates, Lucã & Forũcornelij inſtauratis mœnibus, impoſitoq́ præſi
dio ac cõmeatu cõmuniuerant. Cũ Theòdebaldi uero Metenſiũ regis ducibus accurate
egerant, ut ſecũ Narſeti reſiſtentes Tranſpadanas urbes cõſeruari adiuuarẽt, fore dicen-
tes, ut q̃d poſt Vitigitis & Totilæ clades cõtigit, uires ipſi repararẽt, & iteratò Italia po-
tiantur. Bucelinus aũt Amingus & Lotharius, & ſi talia cõmiſerant propter quç Teiam
ſibi infenſum eſſe non dubitabant, eius tamen audita morte magis q̃ eo uiuente cœpe-
rant formidare. Ei nanq; etiã uictori poſſe reſiſtere, & intra Liguriã Alpesq́ ſe ſaluos fa
cere nequaquã dubitabant. Narſetis uero uirturẽ, cuius fama erat celeberrima, ita duce-
bant ſuſpectã, ut illum cætera potitum Italia exiſtimarent ſe nedum Liguria, ſed & Alpi
bus & prouincia Romana deturbaturũ. Quã ob rem rati cõſultius fore bellum aliena in F
terra gerere, nõ ſolũ quod rogabantur Oſtrogothis promiſerũt, ſed eos cœperũt cõtrà
ac conſueuerant demulcere, utq́ Narſeti, cuius apparatum belli habebant exploratũ, q̃
longe à finibus ſuis ſe opponerẽt, Placentiã delati eò ingẽtes copias cõtraxerunt, Forũ-
cornelij & inde Ariminũ ꝓfecturi, ſi Narſes in itinere diutius moraretur. Venit uero opi-
nione omniũ celerius ad Lucã urbem Narſes. Et caſtris ad Auſerim amnẽ metatis com
munitisq́, illuc oẽs cõtraxit copias, quæ ſaluis uel urbibus uel oppidis educi poſſe pro-
uinciarũ præſides iudicarũt. Sed cũ uarias oppugnationes per multos intentaſſet dies,
intellexit nõ poſſe urbem ualido circundatã muro, & quã probi defenſarent milites, niſi
diuturnè ſedendo capi. Hinc diuiſis copijs partem ſibi retinuit neceſſariã, alias uero oẽs
Dagiſteo & Antiocho attribuit, eos iubẽs duces in Forũcornelij ducere, & Valeriano
ex Rauenna accerſito Cornelienſem urbẽ expugnare Fecerũt imperata duces. Et Foro
cornelio in circuitu obſeſſo nihil eſt omiſſum, q̃d ad oppugnatiões urbiũ cõſueuerit ad
hiberi. Reſiſtebatur uero & ab oppidanis, quib. eſſet cũ Rauẽnatibus æmulatio, & à præ- G
ſidio quod Oſtrogothi impoſuerãt ſelectiſſimũ. Eo aũt in tẽpore poſtq̃ Franci duces &
Oſtrogothi uiderunt Narſetẽ aliquot iam menſes ſediſſe ad urbes Lucã Forumq́ Cor-
nelij, animos auxerũt, & ex Placẽtia mouentes Tannetũ obſederũt, eo animo, ut eius op
pidi potiti Bononiã obſiderẽt, & inde ſuis ſubuenirẽt, qui in Luca & Forocornelio obſi
debantur. Quç cũ Valeriani magiſtratus Tanneto impoſiti renunciaſſent, Dagiſteus, An
tiochus & Valerianus re in cõſilio diſcuſſa, eam integrã Narſeti remiſerũt. Cenſuitq́ &
ducibus mandauit Narſes, ut Antiocho Valerianoq́ obſidionẽ Foricornelij cõtinuan
tibus, acciperet partẽ copiarũ Dagiſteus, & Bononiã delatus ſi nõ cenſeret cũ potenti
hoſte confligendũ, ſaltem Tannetanis opem ſubſidiumq́ oſtentando eos in ſe foueret,
quouſq́ Luca expugnata, ipſe cũ toto exercitu aduolaret. Dagiſteo apud Bononiã ſe-
dente Tãnetaniſq́ impigre Burgũdo & Oſtrogotho hoſti reſiſtẽtibus, Luca urbs ſepti-
mo obſidiõis mẽſe per ciuiũ præſidijq́ deditionẽ eſt recepta. Quo in tẽpore Antiochus
Forocornelij per oppugnationẽ potitus, eam urbẽ ad ſolũ uſq́ ſubuertit. Sed Burgundi H
Oſtrogothiq́ præcipitato ad primũ Dagiſtei aduentus nunciũ conſilio, Bononiã aduo
larunt, & aciebus ſtructis pugnandi copiã fecerunt. Id cum uidiſſet Dagiſteus, & ipſe in
aciem ducens primus manũ conſerere eſt aggreſſus. In quẽ illi nullis ſeruatis ordinibus
tota copiarũ mole incubuerunt, adeò ut & in fronte, & à lateribus, & ad ipſam aciẽ ſub-
ſidiariã eodem tempore ſit pugnatum, apparuitq́ Romanum exercitũ, niſi ordines con
ſtanter ſeruaſſet, diſſipari ac opprimi debuiſſe. Sed qui ad ſubitũ territi impetũ primo ti
tubauerãt Dagiſtei milites, poſtq̃ rẽ nulla geri diſciplina intellexerũt, ſeſe inuicẽ cohor
tari ſunt, & Dagiſteus tanq́ aperta ferro uia Tannetũ profecturus ſigna ꝓcedere iuſſit:
tunc ilico facta eſt à Romano milite in hoſtiũ aciẽ in fronte pugnantẽ impreſſio, & ho-
ſtes impetũ ferre nõ ualẽtes ſunt fracti: q̃ uero hoſtiũ ad latera ad ſubſidiaq́ pugnabãt,
uiſa ſuorũ fuga, & ipſi in fugã fœdiſſimã ſunt conuerſi. Tunc Dagiſteus ſuis conſiſtere
iuſſis, acies cõuertit, & in palantes undiq́ hoſtes bifariã dimittens turmas, iuſſit ut cædi
hoſtiũ incumbentes, nõ ultra dilaberentur, q̃ unde claſſicũ ad ſua ſigna reuocans exau
dirent. Eo in prælio interfectus eſt Bucelinus. Lotharius aũt frater, Amingusq́ de fuga
Placentiam

A Placentiã petiuerũt. Cæſar in hoc prælio ſcribit Guido Rauẽnas tot milia, ut illi nõ cre-
dã, q̃ in prælio in q̃ Teias apud Nuceriã occiſus eſt, centũ milia Oſtrogothorũ cecidiſſe
tornato nimis mẽdacio dixit. Quicunq; aũt fuerit Francorũ Burgundionũq; & Oſtro-
gothorũ à Dagiſteo interfectorũ numerus, Dagiſteus ea potitus uictoria, Bryxillum ſe
cõtulit, copiasq; inſtituit reparare, Padũ q̃ poſſet celeriter trãſmiſſurus. Qui uero Placẽ
tiã de fuga cõceſſerãt Frãci duces rapinarũ cõſciẽtia Oſtrogothos formidabãt, uerebã-
turq; ne ciuitates Trãſpadanæ quãprimum eſſent à Romanis aditæ rebellarent. Qua ra
tione Vuidim quendã Oſtrogothũ nobilem in ducem aſſumi curarunt, polliciti ſeſe illi
& Oſtrogothis nullatenus defuturos. Id cũ Dagiſteo renũciatũ eſſet, priuſq; nouus dux
autoritate in Oſtrogothis cõparata, ciuitates cõfirmaret, aut copias reparare poſſet, Pa
dũ ut trãſmitteret accelerauit. Sed dũ Dagiſteus nauigio ratibuſq; Padum traijcit, Vui-
dis Francíq; duces Veronã acceſſerunt: in qua urbe natura loci minutiſſima ſperabant
diutius reſiſtere, aut ſi aliq̃d durius accidiſſet, ex ea in Germaniã & ad regẽ Theodebal-
B dũ in Gallias ꝓficiſci. Erat Veronæ Etheus uir in gẽte Oſtrogotha nobiliſſimus, q̃ nec
Vuidinẽ fieri ducẽ cõſenſerat, nec ad eũ eligẽdũ Papiã uocatus acceſſerat. Quare Vero
nenſibus in cõſilio ſuaſit, nec Oſtrogothũ nec Francos duces intra mœnia accipiẽdos,
ne tãtã belli molẽ quantã imminere cõſtabat, ſi fugientes accepti eſſent, in urbis Vero
næ excidiũ traherẽt. Ethei uox quãprimum in cõſilio audita eſt, à cunctis eueſtigio cõ-
probatẽ, eo maxime quia Amingus adeſſe nunciaretẽ, quẽ unum experti fuerãt atrociſſi
mũ prædatorẽ. Vuidis interea cum Veronæ applicuiſſet, aditũ ſibi ſocijſq; ducibus de-
negari intelligẽs Papiã reuerti cõſtituit. Quem Leotharius linquẽs decreuit in Germa-
niã ſe cõferre. Et quia Ateſis ꝑ Veronæ põtes tranſmittendi non eſſet facultas, fluuium
uero præaltum rapidumq; uado ut tranſiret nõ uiſum eſt intentare, ad lacum Benacũ ſe
cõtulit. Vuidis uero & Amingus per Mantuanos Brixianoſq; ꝓfecturi, Mincium põte
iunxerunt, uix dumq; in alterã delati ripã Mantuanum attigerant agrum, quando Dagi
ſteum adeſſe, ut in eos Veronã duceret fama præuia intellexerũt. Hinc quid facerẽt du
C bij ad Minciũ receſſere, ut dũ caſtra tumultuarie munirentẽ, poſſet in cõſilio diſcuti quid
agendũ à pluribus cenſeretẽ. Occupauit uero Dagiſteus, q̃ de hoſtis aduentu certior fa-
ctus, tã repente aduolauit, ut nec caſtra cõmunire, nec aciẽ ſtruere potuerit. Tanta uero
erat apud hoſtes Dagiſtei uirtutis fama, tantus nominis terror, ut prius penẽ ꝓfligati q̃
aditi, prius oẽs capti fuerint, q̃ prælium ordine potuerit inchoari: captũ Vuidinẽ Dagi
ſteus ſeruauit, ad Narſetẽq; miſit, qui illum Cõſtantinopolim ad Iuſtinianũ perduci cu-
rauit. Amingũ uero captum permiſit interfici Dagiſteus. Eodẽq; aut proximo die Leo-
tharius cũ Benaco ad ſiniſtrã relicto flexiſſet in Tridẽtinos, febre correptus interijt. Ex
cũ eſſet parta de hoſte uictoria, multi ex Oſtrogothis, ꝑ urbes oppidaq; regionis Tranſ
padanæ aut domi manẽtes, aut in præſidijs locati eaſdẽ petiuerũt, impetraueruntq; a Da
giſteo pacis cõditiones, quas Narſes ſuperatis apud Nuceriã alijs cõceſſerat Oſtrogo-
this. Solus tunc ſupererat in Italia hoſtis Siſualdus, q̃ perfidiẽ cõſcientia ſeſe in mõtibus
grumoſiſq; arcibus cõtinebat. Eum tñ Dagiſteus ducta expeditione breui ſuperauit, et
D captum iuxta Pauli uerba de alta trabe ſuſpendit. Tuncq; Dagiſteus præfectos cum tur
mis dimittẽs omnia recepit quæ trãs Alpeis citraq; Metẽſiũ rex Siſualduſq; tot ante an
nos occupata tenuerunt. Ab Oſtrogothis aũt urbiumq; & oppidorũ ciuibus Italis in
Venetia & cæteris regionibus Trãſpadanis, certatim deditiones ſunt factæ, fuitq; tunc
temporis uere belli Oſtrogothi finis octauodecimo anno q̃ fuerat inchoatum. Narſes
interea poſtq̃ apud Rauẽnã cõſtitutus Ariminũ recepit, & eodẽ ferè tẽpore Dagiſteũ
ducẽ ſuũ Francos Oſtrogothoſq; apud Tannetũ ꝓfligaſſe intellexit, ad urbẽ Romã ire
cõtenderat: præmiſerat aũt Antiochum ducẽ cum copijs: qui per Picentes ꝓfectus rece
pit ciuitates & oppida omnia quæ Oſtrogothorum præſidijs firmata poſt cladẽ Nuce-
rinã in rebellione perſtiterãt. Cumq; Narſes paucos in urbe Roma dies fuiſſet, aduolan
tes attulere tabellarij Dagiſteũ in Trãſpadanis feliciter debellaſſe. Quare omnia cernẽs
pacatiſſima, nihil ultra accuratius egit, q̃ urbẽ Romã ciuibus frequentare, cõfracta col
lapſaq; mœnia, & urbis ædificia inſtaurare, & quibuſcunq; poterat modis ciuitatẽ ita re
formare, ut in priſcã rediret, cũ potentiã amplitudineq;, tũ etiam dignitatem. Nec tamẽ
aliquod nunc extare ſcimus apud urbem Romã tanti uiri monumentũ, præter egregiũ

Anienis in uia Salaria pontẽ,qui ut carmina marmore inciſa docẽt,illius opſbus eſt cõ- E
ſtructus.Hinc cõſiderãs Frãcos,Burgũdionesq;,& Viſigothos,nominis Romani pro-
pè oblitos,qđ ante annos octuaginta neminẽ in Italiæ bellis, niſi Herulum, aut Oſtro-
gothũ audiuerãt nominari,Romanos illis cõſtituit opponere.Itaq; Amatum patritium
ciuẽ Romanum,declarans ꝓuinciæ Narbonenſis Aniiienſisq; & Romanæ & Alpium
præfectũ copias illi attribuit,quibus & eã tutaret̃ prouinciam , & illa in parte aduerſus
Francos,Burgũdiones,& Viſigothos clauſtra Italiæ cõmuniret. Francionẽ inſuper ci-
uẽ Romanum,quẽ magiſtrũ militũ ſibi aſſumpſerat,illi præfecit Ciſalpinæ Galliæ parti
citra Apenninũ Alpesq;,& ſupra Papienſem Mediolanenſemq; agrũ, quam uel Siſual
dus rex, uel Oſtrogothi paulo ante tenuerãt . Vt hic a Maſſilia urbe Varum uſq; fluuiũ
extra Italiã , inde in Italia à Genua Auguſtaq; prætoria & Verona urbibus, Aſiaq; flu-
uio in fretũ Siculum Ioniumq; mare nulla urbs,nullũ fuerit oppidũ,qđ nõ Narſetis du-
ctu Romano pareret imperio. Vrbis aũt Romæ ad priſtinã dignitatẽ inſtaurandæ tan-
tã Narſes ſuſcepit curã,ut diligentiſſimi patris familias ſolicitudinẽ ſuperauerit. Eius ui F
ri bonitatẽ cum Romanus clerus perſpectam haberet,apud illum inſtitit , ut poſtꝙ dei
munere & ſumma eius uirtute librra erant à barbarorũ iugo Romanorũ ciuium corpo
ra,animarum quoq; ſaluti ꝓuideret:qđ quidem nullo efficacius modo fieri poſſe cenſe
bant,ꝙ impetrata a Iuſtiniano imperatore Vigilij põtificis relegatione : id Narſes cum
facere ſpopõdiſſet,imperatori ſcripſit.Eæq; literæ imperatorẽ mouerunt, qui ad Procõ
neſum Galipſumq; inſulas mittens Vigilium,& ſimul ſacerdotes clericosq; Rom.ad ſe
perduci iuſſit:nec tñ potuit cõtinere imperator, quin eos tentauerit ſacerdotes, ſi Pela-
gium uellent,potius ꝙ Vigilium in Romanũ põtificẽ habere qđ cum illi cõſtanter ab-
nuiſſent,eos oẽs ſimul cum Vigilio dimiſit Romam , quãdo eſſet libitum nauigaturos.
Sed appulſa Sicilię naui Vigilius ualitudine correptus lateris dolore cõſumptus eſt.Sa
cerdotes uero qui cum ipſo fuerant,poſtꝙ in patriã reuerterãt, memores Iuſtiniani im-
peratoris uoti,Pelagium creari ſummum põtificẽ curauerunt: tam paucíq; ſunt in clero
Romano inuenti, quibus ea Pelagij electio fuerit grata,ut illũ oportuerit à duobus epi G
ſcopis Peruſino ac Ferẽtinate & Oſtiẽſi, quodã presbytero ordinari. Pelagius nãq; qđ
ſupra diximus,quando apud Iuſtinianũ orator fuit,laborabat infamia delati apud impe
ratorẽ Eudoxiamq; uxorẽ Vigilij,ut in ipſum Pelagium referrent̃ mala atq; incõmoda,
quibus tot per annos bonus põtifex fuerat agitatus. Exhibuit uero Narſes ſeſe inter diſ
ſidẽtes clerũ ac põtificẽ ſequeſtrũ , & ſupplicationi ꝑ omnia templa ac ſacra loca ſolẽni
ritu inſtitutæ interfuit ipſe,ut cletus populusq; põpam frequentior ſequeret̃.Cumq; ad
ſancti Petri baſilicã eſt uentũ,Pelagius pulpitũ cõſcendit, & euangelia Chriſti cernens,
tangens,diraq; in caput ſuũ,ſi mentiret̃,execratione facta, iureiurando negauit ſe pon-
tifici Vigilio nocuiſſe,aut in eũ fuiſſe aliqua machinatum:unde clero recõciliatus & po
pulo Pelagius,multa in põtificatu ſuo fecit laude digniſſima. Eſſent hoc in loco narran
da,quæ Narſes omni Italia & adiacentib. inſulis potitus egerit.Sed qđ ſæpe alias queſti
ſumus,uel perierunt ſcripta,uel nulli ea in tẽporũ turbulẽtia fuerunt ſcriptores.Oẽs em̃
quos uidere potuimus rerũ geſtarũ uix prima attingentes capita habent, quo tempore H
primũ Narſes Italiã reddiderat pacatã , Iuſtinianũ imperatorẽ obijſſe anno quadrageſi-
mo,ꝙ cœperat imperare:ſuffectũq; ab eo Iuſtinũ iuniorẽ in imperio ſucceſſiſſe . Cuius
imperij initio Romani ciues quidã perditiſſimi uiri Narſetẽ gloria & diuitijs tãta cũ ho
neſtate paratis florere uidentes,in eius inuidiã exarſerunt.Et ad ipſum mittentes impe-
ratorẽ leuiſſimũ hominẽ ei ſuggeſſerunt , Rom. ſe barbaris ꝑmiſſuros ſi diutius ei præ-
eſſent Narſes & Græci,quorũ exoſam haberent,intolerabilẽq; ducerent petulantiã.Ea
dẽ ipſa Sophiæ Iuſtini imperatoris uxori inſuſurrarũt delatores,quæ nequã muliercula
ilico cõmota eſt:& haud ſecus ꝙ ſi eam rem nulla ſubnixã ueritate haberet cõpertã,pen
dentem uirum in ſcelus impulit, ut Lõginum quendam patritiũ Narſeti mitteret ſucceſ
ſorem.Nec ſatis fuit pręſtantiſſimũ ducẽ , & optime de republica meritum priuare, qđ
ille ꝓ ſua modeſtia uidet̃ optaſſe,niſi & cõuicia procax infauſtaq; Romanis rebus muli
er addidiſſet:illi em̃ cõminata eſt futurũ,ut poſthac nõ ſolũ degeret priuatus , ſed quod
eunuchũ deceat diſpartiendis inter ancillas penſis à ſe deputet̃.Qua indignitate nõ cõ-
moueri nõ potuit uir ingentis ſpiritus Narſes.Cui rerũ à ſe geſtarũ magnitudinẽ & pieta
tis inte-

A tis integritatiſq; cõſcientiam cum tanta ingratitudine atq; nequitia mente &animo me
tienti ita incenſi ſunt animi, ut cõtinere nequiuerit quin aduerſus uirum & uxorẽ eo in-
dignos imperio ſuã ulciſceret iniuriam. Quamprimũ itaq; Lõginum in Italiam uentu-
rum intellexit, ſeceſſit Neapolim urbem optime de ſe meritam. Ea in urbe cum aliquot
fuiſſet menſes, ad Alboinum regem Lõgobardorum ſibi amiciſſimũ miſit, q ſuaderẽt,
ut Pannoniã, qđ uſu antea cõpertum erat, ſemper nouis Barbarorum incurſibus expo-
ſitã linquens, gentẽ Lõgobardam traduceret in Italiam, terrã omnium orbis terrarum
primariã, & cuius poſſeſſio illos etiã nolentes ad orbis imperiũ ſublimaret. Sed interea
dũ tantæ molis ꝓfectionẽ parat Alboinus, defuncto Pelagio ſuffectus eſt in Romanũ
põtificem Ioãnes. Qui gentis patritiæ Ro. ciuis merita Narſetis de urbe Roma deq; Ita-
lia nouerat: & cum nulla obcæcaretur animi paſſione, intelligebat ingratiſſimum & ſi-
mul periculoſum fore talẽ uirũ ſpernere, ac diutius tenere animo abalienatũ. Acceſſit
itaq; Neapolim põtifex, & à Narſete uiro omnium mitiſſimo facile qđ uoluit impetra-
B uit. Venerunt nanq; ambo Romam, & populus Ro. honores Narſeti cupiens meritos
exhibere, eum & Baſilium gentis patritię Romanum cõſules declarauit. Vnde conatus
eſt ſecretè Narſes ꝑ nuncios & epiſtolas Alboino perſuadere, ut ſeſe in Pannonia cõti-
neret. Oportuit nunc quid antequã Longobardi à Narſete accerſiti in Italiam uenerint,
fuerit Romæ & in Italia geſtũ, dicere: ſed ea quam ſæpe deploramus ſcriptorũ raritas ac
imperitia facit, ut annos fermè decẽ intermittere cogamur. Satis nanq; certum eſt, Nar-
ſetem à Ioanne papa primo ſui põtificatus anno Romam fuiſſe ꝑductum. Conſtat item
ambos eodẽ anno Romę diem obijſſe: & is põtifex annos duodecim Romanam rexit
eccleſiam. Sed qđ interea ab ipſis alijſq; Romæ & in Italia ſit geſtum, penitus ignoratũ.
Ipſius Narſetis opera & interceſſione factũ eſt, qđ ſcribit Agnellus, ut poſt partam de
Gothis uictoriã Iuſtinianus imperator bona Gothorũ principũ publicata eccleſiis Ra-
uennæ donauerit. Hinc habẽt cathedralis eius urbis baſilica & ſeptẽ monaſteria poſſeſ
ſionũ ius ampliſſimarũ in omni terra, quę tunc ad Rauennatẽ ſpectauit iuriſdictionem:
C quæ qdẽ terra ab Apẽnino Picentum inter & Padum Placentiam uſq;, & ultra Padum
ad Mintij amnis fluenta in paludes & mare Adriaticum ꝓtendebatũ. Extat uero eius do
natiõis à Iuſtiniano pars formulę in hæc uerba, Sancta mater Rauẽnas eccleſia uera ma
ter, uere orthodoxa, cum cæteræ multę eccleſiæ falſam ꝓpter metũ & terrores principũ
ſuperinduxerint doctrinã, hęc ueram & catholicam tenuit fidem, nunquã mutauit, flu-
ctuationem ſuſtinuit, à tempeſtate quaſſata immobilis ꝑmanſit. Extruxit autem Narſes,
& ꝓpria ornauit impenſa in Claſſenſi oppido monaſterium baſilicamq; ſancti Apolli-
naris, cui tã operum magnificentia, q ornatu pares pauciſſimę nunc in Italia uiſuntũ. Et
ſacella duo, de quibus ſupra eſt dictũ, in noua tunc urbe Veneta ædificari ornariq; cura
uit. Regno Oſtrogothorum, qđ ſeptuaginta duos annos in Italia eſt protractum, fundi
tus ſublato, Viſigotha gens in Hiſpanijs manſit incolumis: quinimo de induſtria fieri ap
parebat, ut quantum Oſtrogothi inclinarent minuerenturq;, tantundem Viſigothi glo
ria & potentia augerentũ. Supra oſtendimus Anaſtaſii imperatoris temporib. Theoderi
D cum Oſtrogothum in Italia regem, Almaricum Viſigothorum regem puerum nepotẽ
ſuum à Francorum oppreſſionibus protexiſſe: q in negocio cõfirmatum fuiſſe conſtat
Viſigothę gentis regnum, quod aliàs fuerat occaſurũ. Vandali enĩ tunc in Africa opu-
lenti, Saxones Anglici in Britannia: Britanni, Burgundiões & Franci capta quiſq; Gal
liarũ parte ſua cõtenti erant: & ſi Franci maioris populus ambitionis fines protendere
uoluerint, proximas habuerunt Alemãnorum Germanorumq; partes, & Italiã, in quib.
potuerunt ſuo ſatisfacere deſiderio. Hinc ꝑ illos qui ab Anaſtaſii morte in finẽ imperij
& uitę Iuſtiniani interceſſerunt quinquaginta annos, multi qdẽ fuerunt reges Viſigo-
thorũ à ſuis interfecti: ſed occiſo alio aliũ ex eadẽ gente ilicò ſubrogabant. Sicq; Theu-
da, q Almarico ſucceſſit, regnauit annis decẽ & ſeptẽ: cui cũ ſucceſſiſſet Theudegilaus,
anno regni ſecundo ſuorũ dolo interfectus fuit: & pariter ei ſuffectus Agilãtes, anno re
gni nono fuit in cõuiuio obtruncatus: ſucceſſor eius Athanalgidus, q tẽpore Oſtrogo
thi in Italia ſunt deleti, regnũ Hiſpaniarũ habebat quietiſſimũ, qđ annos uiginti duos
pacificũ cõſeruauit. Ea in lõgæ pacis quiete Viſigothis Hiſpanias citeriorẽ ulterioremq;
pacatiſſimas habentib. Halani cũ Viſigothis ita coaluerũt, ut in illius gẽtis nomen ſuũ

ſenſim cõfuderint atq; amiſerint. Eos em̃ Halanos oſtẽdimus noluiſſe cum Vãdalis in E
Africã nauigare:& poſtea pulſos à Sebaſtiano Valentiniani imp. duce, ex Bethica quã
ſperauerãt retinere, ad Viſigothos cõfugiſſe: ꝗ quidẽ Viſigothi eos ducẽtes ſuſpectos
nunquã ſimul uno in loco ſtatiua habere permiſerũt: imò ne unquã poſſent aut per ſe-
ipſos rebellare, aut in Vãdalos gẽrem amicã reſpicere, cõtinuerunt illos in Hiſpania ci-
teriori, quę ex populorũ mixtura facta eſt: quę ætate etiã noſtra permanet gẽtis utriuſq;
nominis cõpoſitio, & qui eo modo incoluerũt citeriorẽ Hiſpaniã Gothi & Halani, nũc
dicunt̃ corrupro uocabulo Gothalani, gẽs ꝓfecto ferociæ illius, quæ generi ſuo in om̃i
bus reſpõdeat. Et ſiue caſu factũ ſit, ſiue ex ingenio, bene habet qđ primam cõpoſito in
nomine obtinet partẽ Gothica gẽs præſtantior, quæ & Romã capere potuerit florentiſ
ſimã: & capta paulopoſt Hiſpaniæ regna mille iã annos ſupraq;, licet aliquando minus
integre cõſeruauerit. Quod ergo in hac repetira altius narratione quęſiuimus oſtẽdere,
magno in poſterũ leuati ſumus onere recẽſendi Romanorũ imperij inclinationẽ extra
Italiæ fines in Europa factã, qđ neq; in Gallijs, neq; Hiſpanijs, aut Germania, ſiue in in- F
ſula Britannia, & prouincijs quæ Danubiũ adiacent, aliqualis ultra fuit Romano impe-
ratori aut Romanæ reipub. iuriſdictio. Quantum autẽ attinet ad Italiam, uocatus à Nar
ſete patririo, Alboinus rex Lõgobardorum Pannoniam linquere, & Longobardos in
Italiã ducere cõſtituit. Ipſi aũt Longobardi quibus nutrita barbæ longitudo patrio idio
mate dedir nomẽ, à Scãdinauia Germanici inſula Oceani originẽ habuerũt. Ex qua pro
fecti primos Aionẽ & Thatonẽ habuerunt duces: ijſq; fato functis primũ ea gẽs Agel-
mundũ ſibi regem impoſuit. Eoq; à populis quos dicũt Bulgaros Hiſtri accolis interfe-
cto, Lamiſſio ſubrogatus eſt. Qui Agelmũdi necẽ ulciſci cupiẽs, in Bulgaros arma mo-
uit, eoſq; maxima afflixit clade. Lamiſſioni defuncto tertius rex lethu eſt ſuffectus. Qui
cũ annis quadraginta regnaſſet Hildooch filiũ ſibi inſtituit ſucceſſorẽ, & poſt eum quin
tus Godooch Lõgobardorũ regno præfectus eſt. Quẽ in geſtis ab Odoacre Italiæ rege
oſtendimus primũ Longobardæ gentis regẽ duxiſſe eam in prouincias Romanorũ, &
cepiſſe Rugilandã prouinciam Danubio contiguã, à qua Odoacer Rugos incolas pe- G
puliſſet Godooch uita functo ſucceſſit Claffo. Eiq; mortuo ſubrogatus eſt in ſeprimũ
regẽ filius Tharo, qui profligatis Herulis paulopoſt interfectus fuir. Octauus regũ Vua
cho, Valtarirh filiũ habuit ſucceſſorẽ: poſt quem decimus & non nonus, prout ſcripſit
Sigibertus, Longobardoũ rex fuit Andoin, à quo primũ ea gens in Pannoniã traducta
fuit, poſtq; annis duodequadraginta Rugilandam prouinciã habitauerat. In Pannonia
aũt ſub ipſo Andoino primum, & poſtea ſub Alboino eius filio, qui undecimus rex fuit
annis quadragintaduobus Lõgobardi habitauere, dignitate aucti & maximo potenta-
tu, quandoquidẽ per id tẽporis Alboinus Cõmundũ Gepidarũ regẽ, prout oſtẽdimus
interfecit, eiuſq; filiã Roſmundã ſibi matrimonio copulauit. Et imperatoris Conſtanti-
nopolitani eiuſq; ducũ amicitia ſibi parata eis cõceſſit duodecim millia equitũ, ꝗ in ex
peditionem Italicã à Narſete ducti Totilã interfecerũt. Ducturus in Italiam Alboinus
magna uſus prudentia ſibi undiq; ꝓſpexit. Nã ne in Pannoniã, ſi aliqua ingrueret neceſ
ſitas, præcluderet̃ reditus, illã Hunnis cõceſſit precario inhabitandã: quos quidẽ Hun- H
nos nequaquã ex Scythia tunc ueniſſe, ſed ex illis fuiſſe cõperimus, ꝗ toties poſt Arhilę
mortem incõmodis affecti & uarijs cõflictati cladibus, partim Auares ſe dixerunr, par-
tim in Pannonijs & circa Danubiũ cõſedere, omnibus ſubiecti uel Gepidarũ uel Lon-
gobardorũ gentibus, quas illis in regionibus cõtigit habitare. Eumq; in modũ Hunni
gens præclariſſima uariã habuerunt rerũ ſuarum ſortem, qui Viſigorhos patrijs expu-
lere ſedibus, Oſtrogothoſq; prius ſubiectos & ſimul Gepidas Eruloſq; Scythia eduxe-
rũt: & aliquãdo duce Anila in Romanis ꝓuincijs ac in Italia potẽtiſſimi fuerũt, quãdoq;
poſt illius mortem ea quæ ſupra ſunt dicta acceperũt incõmoda. Et tandẽ præter ſpem
uel ſuã uel eius qui cõceſſit Alboini ſedes ſunt nacti, in quibus ab eo tẽpore in noſtram
uſq; ætatẽ floruere, nullatenus inferiores uel gloria uel opib. uel diuitijs alicui illarũ gen
tiũ, quas ipſas Scyrhia uel pepuliſſe uel eduxiſſe docuimus: in hoc uero feliciores quod
ſoli ex omnibus ꝓuinciæ quã obtinuerũt ſuum dedere nomen: pro Pannonia em̃ uide-
mus ſemper poſtea Vngariã eſſe dictã. Nec uero Alboinus reditui ſolummodo proſpe
xit, ſed uiolentiæ cauit, quacũq; poſſe fieri eſt opinatus. Nã ut munitior intraret Italiam,
uiginti

A uiginti millia Saxones ſibi adiunxit: q̃ qdē Saxones ſicut & Lõgobardi uxores filioſq́;
cũ ſupellectile carris impoſitos traxere. Inſuperq́; duxere ad fœtus ſuſcipiendos equarũ
boumq́; armēta, præter iugandos aratro boues & innumerã animalium multitudinē ci
bo mortalium ſuffecturã. Fuit uero ea migratio, Saxonum alijs etiã populis accõmoda.
Clotharius nãq; & Sigibertus Frãcorum reges Sueuos ad Rhenum ſedētes in deſerta à
prędictis Saxonib. loca Germaniæ trãſtulerũt: quoniã nec illos nihil mali de ſe meritos
delere uellent, nèq; in Galliarũ partibus ſibi uicinis coaleſcere æquanimiter tolerabãt.

## HISTORIARVM BLONDI FORLIVIENSIS AB INCLINA tione imperij Romanorum, Decadis primæ, Liber octauus.

LONGOBARDORVM in Italiã ingreſſum fuiſſe cõperimus, anno incli
nationis Romanorum imperij centeſimo ſextoq; & quinquageſimo,
Benedicti papæ, qui Ioãni ſucceſſit, põtificatus initio. Et Iuſtino mino
B re annum iã tertiumdecimum apud Cõſtantinopolim imperante, fece
runt iter Lõgobardi per patentem malo noſtro portã, quæ ab ipſo con
diti orbis initio relicta fuiſſe uidet̃ Barbaris ad Italiæ inuaſionē. Dece-
dentes nanq; Pannonia per Noricum quæ prius Bauaria, nunc in ea
parte dicit̃ Auſtria, peruenere Liburniã, quæ tunc, ſicut & nunc dicta eſt prouincia Fo-
rijulij. Oppidoq; Forouilio cum ipſa cui dat nomē ꝓuincia per incolarum deditionem
potiti ad Planē fluuium cõſederunt. Tunc delectum ex omni exercitu primum ducem
Siſulfum nepotem adoleſcentē Alboinus præfecit prouinciæ Forijulij. Præerat eccle-
ſiæ Aquileienſi Paulus patriarcha uir ſanctitatis fama cõſpicuus. Is urbis Aquileiæ pau
loante nouo parumq; ualido muro cinctæ munitioni diffiſus cum clero ſanctorum re-
liquijs & omni ſacra ſupellectile migrauit Gradum, quã inſulã magna pars Aquileien-
ſis populi quæ illuc Athilæ tēporibus cõfugerat, hoc ipſo itē tempore incolebat. Præe-
rat etiã Taruiſinæ eccleſiæ Felix epiſcopus Rauenna oriundus, uir ut ea tēpeſtate do-
C ctus, & cùm uita integer, tum etiã animo in pietatis opera ardētiori. Is Lõgobardos ad-
eſſe intelligens ad Alboinum ire cõtendit, Taruiſinis ut nouerat iratum: quia ad primã
requiſitionē recuſarant facere deditionē, & tñ bonus præſul humili blandaq; prece po-
puli Taruiſini ſalutē & bonorum eccleſiæ ſuæ cõuerſationē impetrauit. Erat tunc Rauē
næ Lõginus, quē diximus à Iuſtino imperatore Narſeti fuiſſe ſuffectum. Is de Lõgobar
dorum in Italiã aduentu certior factus Cæſareã cõmuniuit, quæ fuit ciuitas Rauennam
inter & Claſſenſe oppidũ ſita, & ita utriq; propinqua, ut ſimul una ciuitas uiderent̃. Sed
quia florētibus primo Romanorum poſt Gothorum rebus ſemper habuerat latus unũ
ad mediterranea apertum, Lõginus tũc ad illud foſſam uallumq; ceſpiticium adiecit, &
in eam urbē cõtraxit quicquid copiarum uel ipſe ex Thracia adduxerat, uel ex Italia po
tuit cõgregare. Nãq; oẽs copiæ quas habuerat Narſes, eo dimittente exceſſerant Italia,
aut per eam diſſipatę nequiuiſſenra Lõgino faciliter inſtaurari. Exinde Lõginus Vene
tæ regionis urbibus, quarũ munitioni magis fidebat, præſidia impoſuit: fuerunt aũt Pa-
D tauium, Monſilicis, Cremona, & Mantua, & in mõtibus oppidum Vulturnia, qđ ualli,
quã nunc corrupte Telinã uocant, dedit nomē. Confidebat nanq; Lõginus, ſi ea eſſent
ſeruata loca, aut Lõgobardos nunq; ultra ꝓgreſſuros, aut ſi eſſent ꝓgreſſi, multis à ter-
go incõmodis poſſe affici. Prudēs ſanè cõſiliũ, ſi affuiſſent exercitus in hoſtē ducēdi, ad
Padumq; uel in Venetia cominus cõgreſſuri. Sed Roma recens à Narſete inſtaurata, &
Italia pridē tantis agitata motibus nullas habebant copias, & quas habebãt nullus ade-
rat qui cogeret educeretq; dux, qualē tanta res expoſcere uidebat̃. Quin Mediolanum,
Papia, Brixia, Verona, & oĩa regionis oppida quæ Dagiſteus gubernauerat eo a Nar
ſete dimiſſo à populis ſine magiſtratu ac præſidio regebant̃. Amato aũt & Francilioni
ducibus ſatis ſuperq; erat cõmiſſas ſibi ꝓuincias defenſare. Cœperunt autē tũc urbs Ro
ma & Italia nouã habere gubernationis formã, ex qua dignitatem, gloriã & apud orbē
terrarum timorem magis amiſerunt q̃ omnibus ex illis calamitatibus quæ eas centum
& ſexaginta annos attriuerant, atq; aliquando Romã fecerant relinqui feris & obſcœ-
nis auibus habitandã. Longinus nanq; nouum in Italiam adduxit magiſtratus nomen
exarchatus Italiæ, q̃ interpretabat̃ ſummus Italiæ magiſtratus. Et Rauennæ ſe continēs

nunquã iuit ad urbẽ Romam uel qualis eſſet inſpiciẽdam. In adminiſtratione uero Ita- E
liæ & urbiũ, quæ in Iuſtini imperatoris partibus cũ Roma & Rauẽna durauerant, hunc
primus ſeruauit morẽ, ut nõ prouincię aut regioni præeſſet præſes ſiue quiſpiam magi-
ſtratus, ſed ſingulæ urbes ſingula oppida à ſingulis cuſtodirent̃, regerenturq́ magiſtrati
bus, quos appellauit duces. Parẽ itaq́ faciens urbẽ Romã alijs Italiæ uel urbibus uel op
pidis, hac una in re illam honorauit, quod impoſitũ tunc magiſtratũ præſidẽ appellauit,
ſed qui ſucceſſerunt ſunt appellati duces, ut poſtea p̃ multos annos ſic Romanus appel
laret̃ ducatus, ſicut Narnienſis Spoletanusq́ eſt dictus. Neq́ poſt Baſiliũ, q cũ Narſete
cõſul fuit, uel cõſules Roma habuit, uel ſenatũ legitime coactũ, ſed à duce Græculo ho
mine, quẽ exarchus ex Rauenna mittebat, res Romana per multa tẽpora adminiſtrata
eſt. Profectus à Plaue fluuio Alboinus urbes Lõgini pręſidio firmatas declinauit. Et pri
mã Venetæ regionis urbẽ adijt Vincentiã, qua & paulopoſt Verona dedentibus popu
lis potitus, nullos habuit labores in capiẽdis cæteris uel urbibus uel oppidis Venetę re
gionis, nullo Longini præſidio cõfirmatis. Inde Abdua amne trãſmiſſo Mediolanũ du F
xit: eãq́ urbẽ dedentibus Honorati epiſcopi ſuaſione ciuibus, breui cepit. ſperauit aũt
Honoratus per deditionis facilitatẽ barbarorũ ſęuitiã mitigare: ſed breui cõtrarium cer
nens Genuã ſe cõtulit, quæ urbs in fide Romani populi permanebat. Erat tunc ſextus
ab ingreſſu Alboini in Italiã exactus mẽſis. Quo in tẽpore prima Lõgobardos firmare
caſtra oportuit cõtra Papiã. Cui urbi & Bryxillo Longinus quicquid egregij militis ha
buerat, præſidio impoſuerat. Eaq́ tẽpeſtate fames uniuerſam fatigauit Italiã, ut Longo-
bardis nullũ fuerit negociũ urbes oppidaq́ adita oppugnare, populis ultro ſe dedenti-
bus, ut peragrando, cibos ſibi qualeſcunq́ poterãt cõpararẽt. Nam cum Alboinus par-
tẽ copiarum ad Papiæ oppugnationẽ ſibi ſufficere intelligeret, reliquum miſit exercitũ
ad Italiã inuadendam. Ducta uero eſt primũ in Hetruriã expeditio, & urbes oppidaq́
de Hetruſcis capta, maiori uaſtauerunt crudelitate Lõgobardi, q̃ tũc uel unquã poſtea
aliàs afflixerint Italiæ regiones. Ex Hetruriaq́ Apenninũ trãſgreſſi duces Alboini Ari-
mino, cui nullũ Lõginus impoſuerat præſidiũ, ſunt potiti. Interea Iuſtinus imp. de Lon- G
gobardorũ in Italiã acceſſu, & fame dietim inualeſcente certior factus, miſſis in Africã
nauibus, frumentũ Romã importari curauit: unde Roma eã tolerauit famis acerbitatẽ,
ſuuitq́ frumẽto proximas ciuitates, quæ ſecũ Lõgobardis eo in principio obſtiterunt.
In quibus urbibus & oppidis fuiſſe inuenimus, Tybur, & omnia in Latio ſita: & cis Ty-
berim, Sutriũ, Nepeſum, Ameriã, Polimartiũ, Bletã, Ortã, Vrbemueterẽ, & Narniam:
& in ora maritima, portũ Romanũ, Oſtiã, & Centũcellas. Rauennam uero & in fide ſe
cũ manentia, Lõginus aduectis mari cõmeatibus ſuſtẽtauit. Ea fuere ſeptem cis Padum
ciuitates & oppida, Bryxillũ, Fauẽtia cũ oppido ſuo Tyberiaco, quod tũc dictũ eſt Ad
caballos, & nunc eſt Bagnacauallũ: Forũliuij, cũ oppido ſuo Salſubio, qđ nunc eſt Ca-
ſtrũcarum: Forũpopilij: Forũbretenorũ, qđ pridẽ forte Noriũ, & nunc Bretenorũ: Cæ-
ſena, & Claſſis. Et in Trãſpadanis, Cremona, Mantua, Vulturnia, Mõſilicis, & Patauiũ:
treſq́ alij tunc uici, Ferraria, Comaclũ, Argẽta: quos uicos intra Padũ paludeſq́ ſitos in
ea Rauẽnæ, cuius urbis erant ager, potentia nunquã uſq́ ad id tẽporis expediuerat mœ H
nibus cõmuniri. Interea dũ hęc Alboinus p̃ ſuos duces exequit̃, Papiã triẽnio obſeſſam
cepit, eratq́ illi animus, atq́ iurauerat ipſam delere urbẽ ciuibus, impoſitoq́ p̃ Lõginũ
pręſidio trucidatis: ſed forte & q̃ deus ipſe fecit, collapſus ſub eo ante limẽ portę equus,
cũ in uitæ diſcrimẽ adduxit, nec aut equus ſurgere, aut ipſe à comitibus poterat ſubleua
ri: cũ diri eius ꝓpoſiti cõſcius comitũ unus illum admonuit, mutata in eã urbẽ uolũtate,
mutato crudeli ꝓpoſito, fore ut ſaluus integerq́ cõſurgeret. Ad cuius uiri boni uocẽ &
mutauit mẽtẽ Alboinus, & ſurgẽti equo illæſus inſedit. Erat tũc tertius & dimidius exa
ctus ab ingreſſu Lõgobardorũ in Italiã annus, q̃ in tẽpore Alboinus omĩ penè Hetruria
& Arimino ac in Ciſal. Galliæ partib. à Bononia Papiã uſq́ omnib. excepto Bryxillo,
potitus uel urbib. uel oppidis, Veronã ſe cõtulit: in qua urbe uxorẽ diuitiaſq́ & omnẽ
regiam ſupellectilẽ habebat, diſpoſitus in ea cõſtituere regni ſedẽ. Rebus aũt ut erant
tũc in ea gẽte lętiſſimis ludos celebrauit: & qđ omĩa apud eã barbariẽ ſuperabat ludorũ
lętitięq́ genera, cõuiuijs eſt ebrietatibuſq́ indultũ. Bibebatq́ rex ea patera, quã ipſum
diximus, ex Cõmũdi Gepidarũ regis à ſe in Pãnonia interfecti cranio laminib. circũda-

to aureis

A to aureis parauiſſe, & cum immoderatius hauſiſſet, hilarior ac ꝓpe amẽs redditus, miſit
Roſimundæ uxori e regione diſcũbenti paterã mero plenã, ipſe alta inclamitans uoce ut
cũ patre Cõmundo bibẽs læta eſſet. Quæ uox adeo alte inſedit pectori mulieris, ut ea ex
hora ſtatuerit paterni cranij ludibriũ uiri interitu uindicare, egitq́ tãtã rẽ maxime in hũc
modũ: Helmechildis erat Lõgobardus & nobilis & in armis ferox, q̃ adoleſcẽtia florẽs,
& corpore formoſiſſimus, puellã deperibat Roſimundæ obſequio inſiſtentẽ. Qď cũ nõ
ignoraret regina, effecit ut puella q̃d ardenter cupiebat, ſeſe illi in cõcubitũ permitteret.
Eũ poſtea adoleſcentẽ his artibus ad laſciuientis animũ in ſententiã trahẽdũ ut rata erat
efficaciſſimis pellectũ, Roſimunda in regis caput armare tentauit: q̃d cũ obſtinatius ille
recuſaſſet facere, aliã regina uiã ad facinus eſt aggreſſa. Ancillã nãq; monuit ut Almel-
childẽ allocuta laſciuiẽdi locũ deſignaret in ędib. ſecretiſſimũ, id ſibi denũciãs nequaq̃
eo in loco tẽpus uerbis blãditijs ꝯterẽdũ, quin potius oporteret tacentẽ illũ accelerãtẽq;
potiri, ac ſe illico dimittere, cui foret ad reginæ obſequia properandũ. Re ut iuſſerat con
B ſtituta, induit regina ancillæ ueſtes, & in deſignatũ cõcedẽs angulũ uel ipſo die tenebro-
ſum expectauit. Venit ad horã Helmechildis, & notã ancillæ ueſtẽ cũ manu palpitãs of
fendiſſet ut erat cõſtitutũ, tacẽs, ꝑperansq́ impleuit. Sed iamiã ut recederet, monentẽ re
gina interpellãs quæ nã ipſa eſſet interrogauit. Cui cũ Almelchildis reſpõdiſſet ſatis diu
ſibi cognitã eſſe ancillã. Imò illa ſum, inq̃t Roſimunda, ut iã nequeas ultra reluctari, quin
aut ipſe regi accuſatus pereas, aut illo obtruncato Lõgobardorũ regno & hoc ipſo am-
plexu, his ſuauijs ꝑpetuo perfruaris. Tũc uero uictus ſpopõdit Almelchildis q̃d prius fa
cere recuſaſſet, & in cubiculũ ab impudica ductus Alboinũ qeſcentẽ ad primũq; uulnus
acceptũ reſiſtere conatũ obtrũcat. Eo ad funus maximis Lõgobardorũ lachrymis ſingul
tibusq́ elato, anniſa eſt Roſimunda, Helmechildẽ declarari regẽ. Nedũ uero aſſentiri uo
luerũt Lõgobardi, ſed aliquãdiu reginæ cõminati arma in illã Almechildẽq́ capere con
ſtituerãt. Vnde ſibi timens regina fide publica à Lõgino habita, q̃cquid pecuniarũ & re
giæ ſupellectilis habuerat Alboinus impoſuit nauib. & Alſuindã filiã ex Alboino ſuſce
C ptã abducẽtes adulteri, ſecũdo Ateſi in Padũ ſunt delapſi: Inde Adriatico nauigantes mẽ
ſe Auguſto, ut ſcribit Agnelles, Rauẽnæ applicuerũt. Vbi à Lõgino magnis excepti ho
norib. aliq̃t mẽſes quietiſſimi fuerũt, multa interim machinati, ut Lõgobardi aut pellerẽt
Italia, aut ipſos regẽ reginãq; haberẽt. Interea Lõginus forma mulieris, uel qď magis cre
diderim, auri, q̃d illa tuliſſet, cupiditate incenſus, illã ꝑtentauit, ut Helmechilde ſublato ſi
bi in matrimoniũ iungeret: uerè tũc futura & Lõgobardorũ & Rauẽnæ Italiæq́ regina.
Nec tñ mulieri fidẽ fallere quæſiuerat Lõginus. Obierat per id tẽpus imperator Iuſtinus
& Tyberius quẽ ille adoptatũ reliquerat ſucceſſorẽ, illico ad bellũ Parthicũ tractus fue-
rat. Quare ſperauit Lõginus, ſi Roſimundã habuiſſet uxorẽ, rex fieri Longobardorũ, e-
iusq́ gentis fretus armis Italiã ſibi ſubijcere cõfidebat. Præbuit itaq; aſſenſum Longino
impudiciſſima incõſtãsq́ muliercula, & Helmechildẽ balneo exeũtẽ interficere cupiẽs,
potionẽ illi ueneno medicatã tãq̃ ad laſſitudinis inſtaurationẽ ꝓpinauit. Cuius partẽ cũ
Helmechildis hauſiſſet, cõmotisq́ inteſtinis qď erat uenenũ ſibi ab uxore datũ ſuſpica-
D ret, Quin tu, inq̃t, reliquũ epota. Detrectauit uero mulier & ꝑcacẽ exhilarans uultũ nõ
ſe reſpõdit balneo debilẽ exiſſe, cui reparandis uirib. cõfortandoq́ ſpiritui potio ſit ſumẽ
da. Inſtitit uero acrius Helmechildis, & arrepto gladio necẽ niſi biberet cõminatus illã bi
bere coegit: qua die ambo in mortis genere ſic fuerũt pares quẽadmodũ ſtrenui regis Al
boini necem, pari cõſenſu ſumma cũ ignominia ꝑpetrauerãt. Eorũ uero pecunias ditiſſi
mãq; ſupellectilẽ Lõginus ſimul cũ Alſuinda Tyberio imperatori Cõſtantinop. trãſmi
ſit. Longobardi interea apud Papiã cõuenientes, Clephim in ſua gente nobiliſſimũ regẽ
creauerunt. Qui uir truculentiſſimus fuit. Nõ modo eñi in aduerſantes ſibi & Imperato
ri parẽtes Italo, ſed etiã deſæuit in illos q ſe ſpõte dediderãt Alboino, & quotq̃t in ſuã po
teſtatẽ redigere potuit, uel Ro. uel ex Italia præſtãtes uiros trucidauit. Cuius terrore cru
delitatis pręſtãtior quiſq; ex Venetis uel urbib. uel oppidis in paluſtrẽ ſed tutã iã uiris fre
quentiſſimã ciuitatẽ Venetã cõfugit, ut tũc uideatĩ fuiſſe eius urbis altera ædificatio. Tã-
netũ oppidũ qď Alboino Papiã obſidẽte Lõgobardis paruiſſet, Clephis ſolo æquauit,
unica in re, ſed malo ꝓpoſito, bonus ipſe rex, qď ubi Forũcornelij fuerat ab Antiocho
Narſetis pręfecto demolitũ Imolã fecit: ſic tũc primo dictã ab arcis noĩe, quã eminẽtiori

 & uni-

& unico in tumulo Forumcornelij ciuitas habuiſſet. Fuit aũt Imolæ ædificationis cauſa, E
ꝗd præſidio impoſito Fauẽtinos Foroliuienſesq;, & ipſos Rauẽnates inde uoluit agitari. Ariminũ aũt ſuã ciuitatẽ delatus ex ea in Claſſenſe oppidũ duxit. Cui oppido ocyus capto, & maiori ex parte ſpoliato Lõgobardos impoſuit, q & Longinũ in ꝓpe cõtigua ciuitate Cæſarea & Rauennates in cõſpectu poſitos dies noctesq; agitabant. Mittẽs uero in urbẽ Romã duces ſuos Clephis, oẽs ciuitates & oppida quę Alboini ducib. reſtiterant, Tybure excepto, cepit, ut Tybur & Ro. Portus ſola cũ urbe oppida fuerint tunc ſeruata. Ea cum fierent in ipſo penè Clephis regni initio, obijt Benedictus papa, quarto exacto ſui põtificatus anno: cuius ſucceſſor Pelagius eius nominis ſecũdus abſq; imperatoris decreto cõtrà ac fieri cõſueuerat fuit ordinatus: quoniã Lõgobardis eo modo Romã propemodũ obſidentib. facultas mittendi Cõſtantinopolim nulla fuit. Nõ aũt erat tunc apud quenq; dubiũ, quin ſi diu ſuperſtes fuiſſet Clephis, captã Rauennã urbemq; Romã uel deleſſet, uel ipſas urbes ciue ꝓprio denudatas Longobardis daturus fuerit inhabitandas. Sed unius ſuorũ dolo anno regni ſecũdo nõdũ exacto fuit interfectus. Et qa in ſuos F
etiã Longobardos tyrannidẽ crudelitatemq; exercuerat, factũ eſt ut poſt eius mortẽ nullum Lõgobardi regẽ habere uoluerint: ſed urbibus inter ſe diſtributis ſuã unuſquiſq; aſſumpſit gubernandam. Fuerunt uero duces triginta Clephi defuncto immitiores. Qui ꝑ Ariminũ & Vrbinũ delati ſunt in Vmbros, & ea capta regione, Picentes, Pelignos, Marſos, Samnitesq; peruaſere, & ducib. ſuæ gentis uno apud Spoletũ, altero apud Beneuẽtũ cõſtitutis, Cãpaniã & oĩa quæ aut in maritimis aut in mediterraneis Tybur uſq; & Romã ſunt, ſibi ſubiecere. Inter quę utrũ Neapolis tũc fuerit capta, nõ ſatis certũ habemus: eam tñ ciuitatẽ ipſos ſcimus Longobardos haud multo poſt in ſuis partib. habuiſſe. Omnia aũt quæ à Neapoli in fretũ Siculũ & à Siponto in Salentinos, à Beneuentoq; in Calabros ſita ſunt, ſiue mediterranea ſiue mari expoſita, Cõſtãtinopolitano imperatori ab illis triginta ducib. remanſerunt intacta. Potiti tã multis Italiæ regionib. Longobardi in urbẽ duxerunt, nec tñ diu illã obſederunt: cuius rei cauſam fuiſſe credimus, qa prædæ inhiantes, quã tñ ſpe ſua maiorẽ fecerant in agro Romano pridẽ à ſuis ſpoliato, conſiſtere G
nequiuerunt. Qđ uero omnib. ſicut & nobis miraculo futurũ nõ dubitamus, oĩa quæ ſupra ſunt dicta geſſerunt triginta tyrãni anno unico. In quo uix poſſibile uideať potuiſſe a uiatore tot ꝓuincias peragrari. Et tñ nõ prædas modo aut incẽdia cõmiſere, ſed maiora intulere captis urbib. & oppidis damna q̃ tot per annos Eruli & Oſtrogothi: Baſilicas nanq; & ædes ſacras, theatra quæ illis in regionib. erant multa, omnẽ deniq; publicũ ornatũ demoliti ſũt. In uiros uero haud ſecus q̃ in pecudes ab ea barbarie eſt ſęuitũ. Nec erat q opẽ ferret, qđ Tyberius imperator poſtq̃ Perſas uicerat, & Romanis expulerat ꝓuincijs, mala correptus ualitudine, Mauriciũ ſibi tradita filia generum aſſumpſerat, declaraueratq; ad imperiũ ſucceſſorẽ. Itaq; Romani in eã adducti ſalutis deſperationẽ, Pelagio pontifice & Germano præfecto hortantib. rei ſuæ in hunc modũ cõſulere ſtatuerunt. Ad Longobardos eñ mittentes orauerũt, ut meliora de ſe deq; alijs Italiæ populis ſperaturi malis imponerent finẽ, & ea quæ ceperant tenẽtes ſecũ inducias cõſtituerent.
Cõſenſerunt uero Lõgobardi, & petitis inducijs illico acceſſerunt. Cauſam aũt quæ eos H
uictores efferatosq; uiros ad id traxit impulitq;, hanc fuiſſe cõpertũ habeo: per id temporis quãdo obijt Iuſtinus imperator, Theodebaldus ille Metenſiũ rex, quẽ ſæpe diximus ꝓuinciã Romanã Alpesq; & Liguriã tenuiſſe octauo ad urbẽ Engoliſmam milliario, & amnẽ inter Catenã & ſyluã Buxã interfectus fuit in bello ciuili, qđ cõtra Chilpericũ patruũ magna perfidia, magnisq; cõmiſſis incendijs ſuſcitauerat. Cuius regnũ poſtq̃ alter patruus accepit Clotharius Francorũ rex, & ipſe breui apud Pariſios eſt defunctus. Superſtites uero fuerũt Clothario filij quatuor, q regni diuiſionẽ magna faciẽtes cõcordia, partes ex cõuento in hunc modũ ſinguli acceperunt, Arithpertus maior apud Pariſios, Guntannus apud Aurelianẽſes, apud Sueſſiones Chilpericus, & in Metẽſib Sigibertus. Quæ quidẽ Theodebaldi primo, & poſtea Clotharij mors effecit, ut eo in rerũ turbine, q in aductu Longobardorũ Italiã agitauit. Amatus in Romana Anitiẽſi, Franciſioq; in ſua Italiæ ꝓuincia fuerint quietiſſimi. Nã fratres ipſi quatuor Francorũ reges ægre tulerũt Longobardos Italiã occupaſſe, & in ipſo Alboini ingreſſu Amato Franciſioniq; pridẽ exoſis auxiliũ attulere magna ui copiarũ data, quo cõmiſſas ſibi ꝓuincias ꝑ Ro. pop.

conſer-

A conſeruarent. Inſuper dicti fratres conati Longobardorũ uires minuere, Saxonib. ſuaſe
runt, ut relicta Italia in qua ſeruirent, in patriã ſe reciperent. Quod cum Saxones aliq̃t an
nos facere diſtuliſſent, tandẽ ducib. Longobardis bello Cãpaniæ occupatis, Alpes tran
ſcendere cõſtituerunt. Id cũ Longobardi reſciſſent, nõ ultra differendũ rati, periculis oc
currere cõſtituerunt, quæ eos multa manebãt, ſi res Galliæ ſpernerent, & Amatus Fran
ciliocꝙ diutius eſſent ſalui. Hinc petitas à Romanis inducias facile cõceſſerunt. Quib. cõ
ſtitutis ac iureiurando firmatis, alios duces duos pręter Beneuẽtanũ & Spoletanũ in Vr
beueteri unũ, alterũ in Narnia dimiſerunt. Erat eo tẽpore in urbe Roma magnæ ſpei uir
Greg. Gordiani uiri ſenatorij filius, q deo & religioni chriſtianæ deuotus ſex apud Sicili
am monaſteria ex paternæ hęreditatis facultatib. ędificauerat, & ad extremũ paterna do
mo in monaſteriũ dedicata, magno fuit in ipſis afflictis rebus ſolatio ciuitati. Nã ſuaden
do hortandocꝙ, & qđ tunc magis ad rem faciebat, largiendo plebẽ Romanã in ſpe ſuſtẽ
tabat. Cõſiderãs itaꝙ Pelagius põtifex, nõ paruũ ſibi periculũ ab Imperatore imminere,
B ſi forte copias mitteret in Italiã, eo q̃d ſe paſſus eſſet ſine principis decreto eligi ac ordina
ri, ſtatuit Gregoriũ mittere Cõſtantinopolim, ut & ſe à neceſſitate purgaret, & alia quæ-
dã ageret eccleſiaſtica, & Romanæ rei præſidia opemcꝙ imploraret. Lõgobardi uero ſe-
cundũ cõſtitutas cũ Romanis inducias in citeriorẽ Galliã duxerunt, fuitcꝙ eorũ conſiliũ
prius opprimere Francilionẽ. Igitᷣ ducto in illũ exercitu Taurino Eporediacꝙ & oppidis
quæ ad Alpes pertinent breui ſunt potiti, cõfeciſſentcꝙ illũ, niſi Comũ cõfugiens ſeſe in
ea urbe, & lacus Larij inſula, quæ diceretᷣ Comacina, cõmuniſſet. Eo tñ in aliud reſerua-
to tẽpus Alpes tranſcenderunt, & captis regionis oppidis, per Niceã urbẽ, Romanã pro
uinciã ſunt ingreſſi. Amatus interea copijs fretus, quas à Francis regibus acceperat ad-
ueniẽti occurrens hoſti præliũ cõmiſit. Et ſuis ꝓfligatis cũ fugeret interfectus eſt. Cæſa
ſunt eo in prælio multa Burgundionũ milia, & Lõgobardi magna ditati præda, in Italiã
ſunt reuerſi. Necꝙ enĩ illis in ꝓuincia diutius cõſiſtere placuit, ꝙ urbes eius oppidacꝙ Bur
gundionũ pręſidijs firmata eſſent, nec ipſi ad oppugnationẽ haberẽt neceſſarios appara
C tus. Viſũ eſt etiã ipſis nõ ſatis cõſultũ extra Italiã diutius cõmorari. Interea Gũtanus rex
& Sigibertus Lõgobardos ſuſpicati iterũ in Gallias reuerſuros, Enniũ Mumolum ciuẽ
Romanũ fauorib. ꝓſecuti ſunt, ut in locũ Amati ſuccedẽs prouinciã acciperet Romanã.
Et pactione inita ſecũ, ut Lõgobardis aduerſaretᷣ, multa illi militũ milia attribuerũt. Qđ
cum reſciſſent Longobardi, diuerſo tramite iterũ Gallias irruperũt. Nec uero tũc Roma
nã prouinciã ſunt ingreſſi, ſed ꝓpria Francorũ inuadere ſtatuerunt. Hinc ad Ebredunẽ
ſem delati agrũ, omnia ad quæ itum eſt cædib. incendiócꝙ fœdarunt. Ad cuius ingẽtis tu
multus nunciũ cõcitus Ennius in illos duxit. Sed ꝙ regio pleraꝙ ſyluis late fuſis impedi
ta eſt, & difficile ab externis noſcuntᷣ tramites, Ennius Lõgobardos à tergo improuiſus
inuaſit, magnãcꝙ illorũ edidit ſtragẽ. Qua afflicti clade Lõgobardi in Italiã ſunt reuerſi.
Per id etiã tẽpus in q̃ cõſtitutis apud urbẽ inducijs, Lõgobardi primo duxerant in ꝓuin
ciã, Saxones à Francis regib. ut oſtendimus, ſuaſi in patriã reſpicere cœperãt. Qđ quidẽ
ea maxime cauſa uidetᷣ factũ fuiſſe, q̃a nollet ipſa gẽs ſubijci Lõgobardis. Profecti itaꝙ
D Italia Saxones perpetuo itinere in Remenſes ſunt delati, & apud Strablonẽſe rus caſtris
poſitis, nõ paruo tẽpore ibi fuerunt quieti, nec dãna prouincialib. intulerũt, qui eos iuſſu
regũ cõmeatib. adiuuabant. Quamprimũ uero Saxones intellexerũt Burgundiones cla
dẽ illã accepiſſe, Amatumcꝙ eſſe interfectũ, & Lõgobardos in Italiã reuertiſſe, mutarunt
mores, & omnia in Remenſib. tumultu implentes pręddam undicꝙ abigebant. Mumolus
interea Amato ſuffectus Lõgobardos ſuperauerat, & propter cõparatam ex ea uictoria
autoritatẽ, copijs à Frãcis regib. auctus erat. Quare ab Arithperto Pariſiorũ rege iuſſus,
q̃d facere optabat, duxit in Saxones nil tale timẽtes, & haud ſecus q̃ ſi nihil hoſtile com
miſiſſent, omnẽ curã cuſtodiæ negligẽtes. Aggreſſus itaꝙ Mumolus, eos primo impetu
fudit, diſſipatoscꝙ ꝑſecutus magnã in illis edidit cædẽ. Colligentes tñ ſeſe, & inuicẽ ad-
hortati, Saxones pręlio uolebãt & iuſta acie cũ Mumolo decertare. Sed multi hinc inde
miſſis à Francis regib. nuncij, utrunꝙ exercitũ ꝑduxerũt ad pacem. Cuius fuerunt cõdi-
tiones, ut Saxones relicta præda, & certa auri ſumma in damni inuecti cõpenſationẽ diſ
ſoluta, in Italiã qua aduenerãt remearẽt. Qđ quidẽ Saxones ilico fecerunt. Sed cũ eſſent
in Italiã reuerſi, Longobardos ſolito magis elatos offendentes iterũ emigrare cõſtituũt.

Et ad

Et ad Sigibertum mittentes Metenſium regem ſolidiora tunc ꝙ primo inierũt fœdera. B
Quib. innixi cum uxorib. filiijſq; & omi ſupellectile Italia exceſſere. Ne aũt quà incede-
rent prouincialibus nimis graues eſſent, & cõmeatib. ipſi indigerent, ſeſe in duas partes
diuiſerũt. Earũ una per Niceã, altera per Ebredunẽſes iter tenuit. Et tñ oẽs ſimul deducẽ
te amicabiliter Mumulo ad Sigibertum peruenerunt. Interuenerat uero in fœdere, qđ
regẽ inter & Saxones ictum erat, ut eos ille in patrias reſtitueret ſedes, quas anno quin-
todecimo liquerant, cum Lõgobardis in Italiam profecturi. Optaueratq; Sigibertus id
facere, & Sueuis perſuaſerat ut regionẽ partiri paterenť, uellentq; æquo iure cum Saxo-
nib. habitare. Saxones uero econtra cõtendere, patriam ſibi totam non dimidiam ex fœ
dere adiudicandam: & cum altercationib. aliquandiu res protracta eſſet, inſtitere Saxo-
nes, ut ſi nollet rex, aut nequiret Sueuos aliena deturbare terra, æquo ferret animo, ſi ar-
mis ipſi iuſtiſſimis quærerent qđ tanta cum iniuria negabať. Paſſus uero eſt ille Saxões
in Sueuos ducere, neq; interea deſtitit quærere pacẽ inter eos, fœderaq; cõponi. Sed nul
lis uerbis, nullis pollicitationib. molliri Saxonũ pectora potuere, quin ferro experiri po F
tius, ꝙ pacto tranſigere uoluerint. Et uentum eſt ad prælium, in quo ſuperatis & magna
occidiõe cæſis Saxonib. mãſit regio Sueuis, quã prout initio acceſſus illuc ſui facere cœ
perant, etiã ætate noſtra Sueuiã appellãt. Dum hæc in Gallijs poſt cõſtitutas à Ro. pop.
cum Longobardis inducias agunť, Greg. Gordiani Romanę eccleſiæ leuita apud Con
ſtantinopolim fuit, & præter curatã optime rem eccleſiaſticã, rei etiam Romanæ & Ita-
liæ ſubueniri apud Mauriciũ Imperatorẽ contendit. Nã Pelagius pontifex ex urbe Ro-
ma eum per literas & nũcios ſæpe fecit certiorẽ, quo eſſent loco res Romanæ, quantiſq;
a Lõgobardis per ſingulos dies afficerenť incõmodis. Hæc aũt cum aliunde, tum maxi-
me cõperta habeo ex ipſius Pelagij epiſtolis, ex quarũ unis hæc duximus breuianda. Pe
lagius epiſc. Gregorio ſalutẽ: Omnia quidẽ quæ neceſſaria fuere, per Oratũ notariũ tibi
curauimus indicare, quẽ cũ fratre & coepiſcopo Sebaſtiano ad dilectionẽ tuam dii exi-
mus, ut qa Rauennæ cum Donno Decio Patricio fuit, ipſe poſſit quæcunq; iudicaueris
Donno imperatori ſuggerere: qa tantę calamitates ac tribulationes nobis a perfidia Lõ G
gobardorum illatæ ſunt, cõtra iuũ propriũ iuſiurandũ, ut nullus poſſit ad referendũ ſuffi
cere. Promiſit autẽ nobis ipſe Sebaſtianus, neceſſitates & pericula totius Italiæ pijſſimo
dño imperatori narrare. Loquamini ergo & tractate pariter quõ poſſitis noſtris celeri-
us ſubuenire periculis: qa ita hic coanguſtata eſt reſpublica, ut niſi deus principẽ inſpira
uerit, ut unum magiſtrum militũ, & unum ducẽ digneť concedere, in omni ſimus angu-
ſtia deſtituti: quia maximæ partes Romanæ omni præſidio uacuatæ uidenť, & exarchus
ſcribit nullũ nobis poſſe remediũ facere, qppe qui neq; ad Rauennę partes cuſtodiẽdas
ſe teſtať poſſe ſufficere. Imperet ergo Imperatori deus noſtris uelociter periculis ſubue-
nire, priuſq; nefandiſſimæ gentis exercitus loca quæ adhuc à rep. detinenť præualeat oc
cupare. Tandẽ uero Greg. ipſe, & quos miſerat Pelagius pont. oratores a Mauritio im-
petrauerũt, copias parari, quibuſcũ Smaragdus uir patricius, alter exarchus Lõgino ſub
rogatus in Italiã mittereť. Venit aũt ſtatim in Italiã Smaragdus, cũ quo Greg leuita Rauẽ
nã eſt delatus. Et quidẽ Smaragdus Rauennæ cũ copijs nauigio appulſus expectationi H
quã de ſe Itali habuerãt, aduentus ſui principio ſatisfecit. Poſt Clephis ſecũdi Lõgobar
dorũ in Italia regis mortẽ Feroaldus quidã gentis Lõgobardæ dux Claſſenſe oppidum
tenuerat, Rauennateſq; & Cæſareæ oppidanos perpetuis pene ſingulorũ dierũ prælijs
adeò agitauerat, ut Lõginus ille primus exarchus ſemper cuſtodiendis ambabus ciuita-
tib. fuerit occupatus. Quo aũt tempore à Saxonib. cõtra Sueuos male pugnatũ fuit Do-
trula qdam gente Sueuus, cũ Lõgobardis in Italia militabat, & qa fortis uir erat, ac mili-
tiæ ſcientiſſimus, pari cũ Longobardis procerib. iure inter duces triginta fuerat conſtitu
tus. Is aũt intelligens Longobardos ægre ferre, non magis Saxonum cladem ꝙ Sueuo-
rum uictoriam, ad decus amplitudinemq; Francorũ ceſſuram, ſibiq; ipſi ꝓpterea timens
tranſiuit ad Romanos, & Longini nondum Rauenna ꝓuecti permiſſione intra Bryxilli
mœnia receptus oppidũ illud copiarũ ſuarũ præſidio conſeruauit. Sed Smaragdus quã
primũ Rauennæ cõſtitutus ꝓuinciæ cõditiones intellexit, nihil ſibi cenſuit antiquius, ꝙ
Feroaldũ Claſſenſi oppido pellere, ut poſſet remotiora expeditior cõnſeruare. Itaq; intẽ
taturus Claſſis oppidi expugnationẽ, Dotrulam Bryxillo accerſiuit. Delapſus uero eſt
nauigio

A nauigio Dotrula ſecundo Pado, ut uiginti illa paſſuũ milia, quæ à Spinetico Padi prima
rio oſtio ad Claſſenſe interiacent oppidũ, Adriatico adnauigans in Feroaldum duceret.
Sed Feroaldus & ipſe impiger dux, quãprimũ reſciijt Dotrulã nauigio in ſe ducturũ, illi
ad Spineticũ obuiauit. Et ſeſe ad Vatreni amnis oſtiũ quo tunc Padũ influebat, cõtinẽs,
prælio per ſingulos dies cũ hoſtib. decertabat. Nec minus habebat animorũ, aut inferior
erat robore uirorũ Dotrula, licet eſſet nauiũ genere multo impar, q̃d dromonib. uehebã
tur Feroaldus & Lõgobardi. Dotrula uero exercitum ſuũ lintrib. ſcaphisq́ impoſuerat.
Obtinuit tñ in Vatreno Dotrula maxime præſidijs adiutus, quę per paludẽ Paduſam &
Aſconij foſſam, à Rauẽna ſubmittebant. Repulſum uero Feroaldũ Dotrula, ad Claſſen
ſe oppidum mari perſecutus eſt. Smaragdus interea Claſſenſe oppidũ undiq́ circumſte
terat, & aliquot cõmiſſis oppugnationib. fuiſſet potitus, niſi reuerſus cum nauigio Fero
aldus pendentes in deditionẽ ciues cõfirmaſſet. Sed quãprimum apparuit inimicum q̃d
fugientẽ Feroaldũ inſequebat nauigium, deditio eſt à ciuib. facta. In ea deditione Fero-
B aldus Lõgobardiq́ magna manus capti, & qua in multos ipſi fuerant uſi crudelitate ad
unum gladijs ſunt occiſi. Ea uictoria celebriorẽ fecit Smaragdi aduentũ, adeoq́ ſunt per
omnẽ Ciſalpinã Galliã erecti oppidanorum animi, ut iam multi defectiones ad eum uo
luntarias facere cogitarent. Quamobrẽ territi duces Longobardi cõmuni cõſilio decre
uerũt regẽ unũ creare decimo anno poſtq́ Clephis fuerat interfectus. Creatusq́ eſt ipſi-
us Clephis filius Antharis nomine: cuius adoleſcẽtis fama multis ſtrenue & fortiter ędi
tis uirtutis documentis, apud gentẽ ſuã apudq́ hoſtes celeberrima ferebat. Vt autẽ regia
obire munera imminẽtibusq́ ſubuenire periculis poſſet, eũ ditiſſimi duces dimidio qui
bus abundabãt pecuniarũ ſinguli donauerũt. Dotrula interim poſt claſſis receptionẽ re
uerterat Bryxillum, apud quã urbẽ peruidebat ſummã eius belli cõtentionẽ per id tẽpo
ris futurã: nec feſellit eum cõſilij Lõgobardorum opinio. Siquidẽ creatus rex Antharis
tãta celeritate ad Bryxilli obſidionẽ ſe cõtulit, ut donationẽ pecuniarũ & cæteros regni
apparatus illis in caſtris fieri oportuerit. Fuit uero dura atq́ etiã diuturna hinc oppugnã
C tium, inde defendentiũ pertinacia, q̃d quidẽ neceſſariũ fuit accidere. Longobardi nanq́
in urbẽ infeſtiſſimã in ducemq́ perfugam: Sueui aduerſus ſpretam odioſiſſimamq́ gen
tem ꝓ capite & fortunis, proq́ ſumma, ſicut rebant, totius belli acerrime dimicabãt. Per
uicit tñ noui regis cùm potentia, tum etiã belli opportunitas gerendi, q̃d ingentẽ in Pa-
do lintrium uim haberet, & innumeras à terra adhibuiſſet copias, quæ dies noctesq́ op
pugnationib. intentę, nullum obſeſſis ad quietẽ ſpatium tẽporis reliquiſſent. Quare Do
trula deditionis facta mentiõe, permiſſusq́ cum præſidio excedere, Rauennam adnaui-
gauit. Antharis uero Bryxilli in poteſtatẽ facti mœnia ſolo æquauit. Creditũ eſt tũc & a-
pud Rauennã uulgatũ, Antharim regẽ ilico poſt Bryxilli exciſionẽ ducturũ in Frãcilio
nẽ Romanũ ducẽ, q Comũ urbẽ & eius inſulã Larij lacus annis tunc decẽ & ſeptẽ ꝓbè
defenſarat. Sed Antharis cõfirmandi regni ſtudio primus induciarũ cum Smaragdo Pa
tricio cõſtituendarũ fecit mentionẽ. Exarchus uero libens cupiẽtiſſimusq́ cõſenſit. Nõ
eñ ſatis cõfidebat poſſe nouo potentiſſimoq́ regi reſiſtere, & ſimul Frãcilionẽ ac diſper
D ſas & offenſioni expoſitas ciuitates in fide manentes defenſare. Erãt eñ trans Padũ hinc
Comũ, inde Vulturnia remotiores, & Pado Rauennæq́ ꝓximiores Cremona, Mantua,
Patauiũ, & Monſilicis urbes: cis Padũq́, Parma, Bononia, Fauentia, Forumliuij, Forum
Popilij, Bretenoriũ & Cæſena. Nã Lõgobardus Imolã Ariminũq́ tenebat. Duæ ſunt ue
tuſti nominis & à maiorib. in hiſtorijs celebratæ Parmã inter & Bononiã ciuitates Rhe-
giũ Lepidũ & Mutina, quarum ſiue ſuperiorib. in Viſigothorũ, Erulorumq́ & Oſtrogo
thorũ, ſiue in præſentib. Lõgobardorũ geſtis rebus nunq́ memoria eſt facta. Vnde q́d
aliq̃ habent paruæ autoritatis ſcriptores, credimus Mutinã ſtãte adhuc republica bellis
in ciuilib. fuiſſe deſtructã. Et uetuſta quidẽ quæ nunc uiſunt in cãpis fundamenta oſten-
dũt, hanc quæ nũc eſt Mutinã aliquot paſſuũ milia diſtantẽ à prima fuiſſe ædificatã. Rhe
gij autẽ nomẽ qua ratiõe adeò ſit ſuppreſſum, nihil habemus q́d certius aſſeramus. Sed &
induciæ Antharim inter & Smaragdũ pactæ utrũ Romanã rẽ & duces Lõgobardorum
Spoletũ Beneuẽtũq́ & Narniã tenẽtes cõplexæ fuerint, nec Paul. nec Agnellus ſcribũt.
Sed quãtũ in Pelagij primo, poſt in Gregorij põtificũ geſtis reb. intelligere licet, uniuer
ſales ubiq́ in Italia fuerũt inducię: quãq́ neq́ in primis à 30. ducib, neq́ in iſtis ab Anthari:
concessis

cõceſſis fidem ſeruauerunt Lõgobardi, quin multas & propè quotidianas Romanis Ra E
uennatibusq; intulerunt moleſtias. Qđ aũt cõſtar, ipſis cõſtitutis inducijs miſit Smarag-
dus ad urbẽ Romã Germanum Patritij ordinis Cõſtantinopolitanum, quẽ & ipſe præfe
ctum appellauit, profectus Rauenna cum eò præfecto Greg. Leuita tunc primum ex le
gatione Cõſtantinopolitana Romã eſt reuerſus. Quẽ Pelagius pontifex & Romani ci-
ues ſummis gaudijs exceperunt. Erat tũc tẽporis Ro. pop. haudquaꝙ leuiter recreatus,
quoniã Smaragdi fama ſpẽ præbebat poſſe aliquando gentẽ Barbarã Italia pelli, & Gre
gorij ciuis optimi ac omĩũ iudicio ſanctiſſimi præſentia diuinæ opis præſidia ſpõdebat:
ſed noua ilico maximaq; ſuperuenit clades, quæ multas prçteriti lõge tẽporis ſuperauit.
Nã uiſa ſunt elementa in Romanç urbis & Italiæ excidiũ cõiuraſſe, ut q̃d tantç, tamq; fre
quentes Barbarorũ alluuiones nequiuerant, ira cœleſtis neruos uireſq; Romani populi
& omnis Italiç exinaniret. Imbrib. nanq; multos dies cõtinuantib. diluuiũ fore apparuit.
Tyberis tũc menſe Octobri propè exacto adeò aqs intumuit, ut Romæ mœnia alicubi
ſuperauerit: unde regiones urbis fluuio proximæ maxima acceperunt incõmoda. Per I- F
taliã uero ubiq; latuerunt cãpi, & ex mõtib. collibusq; omĩs mota aratro gleba in cœnũ
liquefacta ſimul cum aquis ima eſt delapſa, ut fluminib. poſtmodũ intra ripas coactis cã
pi aqua deſtituti limo nihilominus manſerint obtecti, & ſata quæ tunc primas iecerãt ra
dices putrefacta ſint, nec eo autumno, obtinente omnia luto, aliud ſemen terræ potuerit
magdari. Vnde fames maxima breui eſt ſecuta. Sed nedũ ſamẽ ea attulit aquarũ inunda-
tio, quinetiã aeta ſicut & terrã corrũpens, peſtilentiã oriri fecit adeo ingentẽ, ut maximã
populorũ partẽ ubiq; per Italiã abſumpſerit. Ea tactus labe Pelagius pont. Romæ obijt.
Quamobrẽ omĩs auertendæ dei iræ, & pacis ab eo poſcendæ cura in Greg. Leuitã incu-
buit. Ipſe uero in tanta ciuitatis deſolatione animo erectiſſimus, nequaꝙ id munus detre
ctauit: ſed pro ſua in pop. Ro. ardentiſſima charitate oẽs cõueniebat, hortandoq;, & tole
rantiã ſuadendo miſeros ciues cõſolabaẽ. Et qa in ciuitate tam magna unus ubiq; nequi
ret intereſſe, cõuocato apud ſacratiſſimæ uirginis ædẽ, quç dicit̃ Noua, Romano popu
lo, illã habuit prçclariſſimã orationẽ, cuius in toto orbe pridẽ diffuſç principiũ eſt: Opor G
tet fratres dilectiſſimi, ut flagella dei quæ metuere uentura debuimus, ſaltẽ præſentia &
experta timeamus. Et cum dicendi finẽ feciſſet, ſeptiformẽ illã inſtituit letaniã, in qua po
pulũ Romanũ ad rẽ diuinã centuriauit, ac tanꝙ in turmas legioneſq; diſtribuit: ut quem
admodũ ſeruatis ex diſciplina militarib. ordinibus Ro. pop. multas aliquãdo ſubegerat
prouincias, ita tunc oratiõe ad deum ordine & per humilitatẽ fuſa pacẽ impetraret, qua
diutius dilata de gẽte Romana actum iri uidebat̃. Diſtribuit uero eas populi turmas ma
xime in hunc modũ: ut clerici oẽs à ſancti Ioannis baptiſtç: uiri ſeculares à ſancti Marcel
li: monachi à ſanctorũ Ioannis & Pauli: ancillæ dei à ſanctorum Coſmæ & Damiani: fœ
minarum cõiugatarum à ſancti Steph. uiduarum à ſancti Vitalis: pauperũ & puerorũ à
beatæ Ceciliæ eccleſiis ꝓcederent: habitaq; per omĩa tẽpla ſupplicatione ad ſanctæ Ma
riæ nouæ reuerterent̃. Tanta aũt erat tunc uis morbi, ut populo in cõcionem coacto, o-
ctuaginta ad terram corruentes obierint. Peruicit tñ ſedula apud deũ ſerui ſui Gregorij
oratio, ac populi ſupplicatio, ut ea peſtis tunc ſedata breui ceſſaret. Secundũ eam pacem H
à deo impetratam prima fuit Ro. pop. cura, põtificem deligere, nec multa ſcrutatiõe, aut
inter cõpetitores diſcuſſione opus erat, q̃d unicũ Leuitam Greg. oẽs in põtificem poſce
bant. Is uero cõtrà obſtinatius renitebat̃. Erat tunc moris eum, quem delegiſſet clerus &
pop. Ro. nõ prius aſſumi, ꝙ Imperator ex Cõſtantinopoli per literas eũ põtificem cõfir-
maſſet. Hinc Greg. populi erga ſe ſtudiũ timens, quamprimũ obierat Pelagius, Impera-
tori Mauritio & omnib. apud eũ gratioſis epiſtolas ſcripſerat, in quib. etiam nunc extan
tib. petijt & enixe cõtendit, ne petitioni Romanorũ, ſi quã de ſe faceret, præſtaret̃ aſſen-
ſus. Sed Germanus præfectus, cũ quo ipſum Gregoriũ oſtendimus Romam à Rauenna
reuertiſſe, Gregorij cõſilium occupauerat. Nanq; nuncio quem Greg. mittebat interce
pto, epiſtolas eius retinuit. Et ipſe prçfectus Imperatori ſcribens facile impetrauit, ut ſan
ctum uirũ quem pop. Ro. delegerat cõfirmaret. Is uero ſanctus põtifex ꝙ primũ in Petri
cathedra ſedit, maximam ſuſcepit urbis Romæ ſalutis curam: q̃d nanq; eius epiſtola ad
Paulũ ſcholaſticũ oſtendit, urbem Romã foris Lõgobardi ſine ceſſatione premebant, et
immiſſi ex Cõſtãtinopoli præſidio urbis Grçculi milites ſeditionib. inter ſe cõtendebãt.

A Nec ſatis profeciſſe uidenſ aut Leo excõſul, aut Dõnus Laurentius chartularius, quem
Mauricius imperator ſummo apud ſe in honore cõſtitutũ ad cõponendã urbis rẽ miſit,
quin omnia in peius quoridie laberenſ. Inducijs quas Smaragdus Italię exarchus cũ An
thari rege conſtituerat expletis, miſit ipſe Longobardus rex exercitũ in Hiſtriam Libur
niæ cõtinentẽ, tantiſq; cædibus, incẽdijs & rapinis eam afflixit prouinciã, ut multis auri
milibus Hiſtri pacẽ redimere ſint coacti. Sed & Francilio dux Romanus Como, quã ur
bem uiginti defenſauerat annis pulſus fuit, qui in lacus Larij inſulã ſe recepit. Erat uero
tunc ea in inſula oppidũ mœnibus munitiſſimũ. In quo cum Francilio ſex menſibus du
riſſimã pertuliſſet obſidionẽ, pactus eſt deditionẽ. Et cum uxore, liberis ac ſupellectili
abire permiſſus, Rauennã adnauigauit. Ea ex inſulę & eius oppidi uictoria, Antharis in
genti ditatus eſt theſauro, quẽ ex omni Ciſalpinę Galliæ, quæ quidẽ Padũ inter Abduã
& Ticinũ ad Alpes pertinet, direptione Frãcilio cumulauerat. Auctus his opib. Antha
ris Longobardorũ rex, Childebertũ regem Francorũ miſſa legatione orauit, ut pacẽ ſe-
B cum perpetuã initurus ſororẽ ſibi in matrimonium traderet: deſpondítq; Francus, & eo
uſq; ſponſio proceſſit, ut munuſcula uiciſſim ex more ſint tranſmiſſa. Sed cũ Viſigothæ
gentis rex Ricaredus ex Hiſpania mittẽs eandẽ popoſciſſet puellã, mutauit ſententiam
Childebertus, quoniã poſt factum cõſideraſſet Longobardũ & inueteratũ hoſtẽ & ido
lolatrã eſſe, & Viſigothum audiſſet recens accepiſſe catholicam Chriſti fidẽ. Nam cum
Hermengildus Lemugildi Viſigothorum regis filius ad Leandri Hiſpalenſis epiſcopi
prædicationẽ ſuaſioneſq; Arianę hæreſi abrenunciaſſet, & ſe catholicũ declaraſſet, geni
tor iuſſit eum in carcere iugulari. Leandrũ uero inſectatus maximis affecit incõmodis.
Sed paulopoſt Lemugildũ periculoſiſſima ægritudine ex qua obijt correptũ & occiſi fi
lij & ſancti epiſcopi perſecutiõis pœnituit. Hinc accerſitũ ad ſeſe Leandrũ poſt impetra
tam peccati ueniã orauit, ut talẽ redderet Ricaredũ qui unicus ſupererat ſibi filius, qua-
lẽ prius effecerat Hermengildũ. Lemugildo itaq; defuncto, Ricaredus rex nouus ad Le
andri exhortationẽ ſexaginta duorũ epiſcoporũ ſynodum, apud Toletum coegit. Qua
C in ſynodo Ricaredus, Ariana hæreſi abdicata, catholicã Chriſti fidẽ tunc primum in Vi
ſigotha gente habere curauit. Igiſ regis Francorũ ſorore Ricaredo Viſigothorũ regi in
coniugẽ data, Antharis aliã ſibi quæſiuit, Teudelindamq; Garibaldi Bauarorum regis
filiã accepit uxorẽ. Sed quod ſæpe facit perperã facti conſcientia, Childebertus Franco
rum rex, poſtq̃ Antharim Lõgobardum ſpreuerat & ea affecerat ignominia, exiſtimàre
cœpit q̃ primum nactus eſſet occaſionẽ, omnia in Frãcos mala intentaturũ. Quare eum
priuſq; noui regni uires confirmaret, bello perſequi cõſtituit, nec ea proteruia in Anthá
rim ſolum uſus eſt Francus, quin etiã affines illius nouos ſtatuit inſectari: Duxit tamen
prius in Bauaros, adeoq; potẽs fureſq; illorum fines eſt ingreſſus, ut deſperãs ſalute Ga
ribaldus Teudelindã filiam in Italiã cõfugere curauerit. Cui cũ fratre Gondoaldo adue
niẽti Antharis rex ex Verona proceſſit obuius. Cumq; in cãpo Sardicẽſi ſeſe ſpõſi exce
piſſent amplexibus, cõiugium ibi ſolenni adſtipulatione firmatũ eſt. Childebertus autẽ
rex Frãcorũ pulſo patria Garibaldo Bauarorũ regno potitus eſt, & inde in Lõgobardos
D ducẽs, Tridentinoſq; fines ingreſſus, incẽdia cædes ac populationes maximas in regiõe
longe lateq; cõmiſit. Eos Francorũ Longobardorũq; & Bauarorũ motus cũ principio
inchoauerunt habẽs exploratos Mauricius imperator, Childeberto ingentẽ uim pecu-
niæ eſt pollicitus, ſi Lõgobardos ſaltẽ Gallia Ciſalpina pellere ad eã prouinciã ſibi red-
dere uoluiſſet. Spopondítq; rex Francus, & pecunia accepta in Italiã deſcendere cœpit.
Quoniã uero intellexerat Childebertus Longobardos duces regẽ ſine quo decẽ annis
fuerãt iniquo animo pati, multos ex ipſis tentauit, pollicitus ſi Antharim opprimi ſine-
rẽt, capta de Italia linquere eorũ ſiue triginta ducũ, ut prius ſiue pluriũ ductu gubernan-
da: quæ quidẽ ſponſiões timori additæ, quẽ Frãcia regis potẽtia & inchoata uictoria fa
ceret, aliquot ex ducib. pellexere, ut Childeberto cõſentiẽtes Anthari rebellarint, fuitq;
primus Mimulfus inſulæ ſancti Iuliani dux. Quẽ ilicò ſunt in rebelliõe ſecuti, Gãdulfus
Bergomẽſis dux, & Vlfari Taruiſinus. Sed Frãcus rex conſiderãs futurũ ut Longobar-
dis uel pulſis Italia uel debilitatis Mauricius imperator uires nimis augeret, mutauit ꝓ-
poſitũ, & fide imperatori facta Antharim in Italia dimittens intactũ redijt in Franciam.
Eoq; uix dum in patriã reuerſo, Antharis eſt defunctus, anno poſtq; Teudelindã acce-

peratuxorem exacto. Tunc Lōgobardi publico cōſilio ad Childebertū mittentes lega E
tionē,ut pacē eis daret humiliter orauerūt. Et habita de nouo rege creādo cōſultatione
cùm nequirēt in aliquem cōſentire, cōuenerunt ut quēcunꝗ Teudelinda ex Lōgobar-
dis ducibus ſibi delegiſſet maritum,is in regē ab omnibus acciperet. Fuit nanꝗ ingētis
uirtutis mulier Teudelinda,& profecto digna cuius iudicium tanti facerēt Lōgobardi,
quemadmodū & ex beati Gregorij epiſtolis & ipſius reginæ operibus ſuo tēpore oſtē-
demus:Ea itaꝗ iudicio de ſe facto uſa Agilulfum qui erat Thaurinēſiū dux,uirū bellico
ſum adoleſcētia formaꝗ florentē,ſibi maritum & Lōgobardę gentis regem apud Lau-
melum Papienſium oppidū declarauit.Prima uerò cura quā nouus ſuſcepit rex Agilul-
fus fuit,captiuos redimere,quos Childebertus de Tridētinis abduxerat,&ſimul ab ipſo
rege pacē implorare:ad quæ miſit binos oratores,Agnellum epiſcopū & Enniū ducem
Tridentinos,hunc ut quærēdæ paci, illum ut captiuorū redemptioni operā impēderet.
Epiſcopus aūt ſicut prior iuerat,ita prius in Italiam reuerſus,haudquaꝗ multos reduxit
ex captiuis,quos Brunichildis Francorū regina mulier pijſſima ꝓpriæ pecuniæ impen- F
dio cōparauerat.Ennius autē dux feliciori uſus legatione pacem Franci regis cum Lon
gobardo amplis conſtitutā cōditionibus impetrauit.Peropportunè uerò eam pacē na-
ctus eſt Agilulfus,niſi eam tūc impetraſſet, nunꝗ potuiſſet cōpeſcere duces ſuos,qui ſe
poſt eam Francorū factam pacem omni alia externi belli cura ſolutum multo tēpore fa
tigarunt.Et interea Mauricius Imp.poſtquā Childebertum regem Francorū Galliæ Ci-
ſalpinæ pro imperio recipiēdę manū appoſuiſſe cognouerat,Smaragdo Italiæ exarcho
dederat ſucceſſorem,nomine Romanū, attributis ſibi copijs cum quibus Romā acceſ-
ſurus Lōgobardos & ipſe Cāpania ac alijs urbibus oppidiſꝗ Italiæ pelleret. De ducib.
autem Longobardis quæ diximus in hunc modum fuerūt. Creatus in regem Agilulfus
ilico cōſtituit eos ex dictis ducibus qui Anthari fuerant rebelles punire, & Mimulfum
inſulæ S.Iuliani ducem primū interfici curauit. Id cùm reſciſſet Gandulfus Bergomēſis
dux,illius exēplo territus ſibi ꝓſpicere cœpit,&in Bergomo ſe cōtinens parauit ea quę
cōtra uim ſi qua à rege intentaret,ducebat neceſſaria. Sed uſus eſt prudētia & modera- G
tione Agilulfus. Nam miſſis ex gente Longobarda amiciſſimis, ea cōditione Gādulfo
recōciliatus eſt,ut datis obſidibus obedire promitteret.Tāta aūt erat Gandulfi ex rebel
lionis cōſciētia ueniæ regis & ſynceri amoris diffidētia, ut paulò poſtq̃ dederat obſides
iterū rebellarit. Nanꝗ accedens ad inſulā Cōmacinam,deceptis cuſtodibus oppido eſt
potitus, theſauroꝗ qui Antharis tēporibus pulſo, Francilione in ea repertus fuerat di-
repto,bellum reparare decreuerat. Agilulfus autē cōtractis tumultuariè copijs in illum
ducēs oppidū corona cinxit,& tamē Gandulfum uenia petita deditionē pollicitū abire
permiſit. Exinde munitioni inſulæ & oppidi diffiſus, theſaurū illū qui opinione omniū
uidet fuiſſe maximus, Papiā deferri, & in eius arce per fidiſſimos curauit cuſtodiri. Sed
& Vlfari Taruiſinus dux eodem tēpore res nouas eſt molitus. In quē ductus eſt exerci-
tus,&is captus ac in uinculis ad regē perductus eſt.Per id uerò tēporis in quo Agilulfus
Longobardorū rex tantis ducum ſuorū agitatur motibus, exarchus ille nouus nomine
Romanus,Patauium,Montemſilicē, Mantuam & Cremonā muniuit copijs: quæ cum H
ipſas ſeruarēt ciuitates,tum Lōgobardos undiꝗ agitarēt,& urbis Romę quieti cōſultu
rus ad illā ſe cōtulit:exercitu autē quem ſecū ex Rauenna duxerat Romę adaucto intē-
dit receptioni urbiū,quas Longobardi poſt cōſtitutas à triginta ducibus inducias occu
pauerāt,recepitꝗ æſtate unica Sutrium,Polimarcium,Hortam,Tuderium,Ameriā,Pe
ruſiam,Luceolum,& cōplura oppida ac caſtella.Quo item in tēpore beatus pont.Gre-
gorius rem Romanā ſuis tēporibus aliquantiſper reſpirare gauiſus,intēdere cœpit ani-
mum Chriſtiani nominis amplitudini. Nanꝗ miſſis in Angliam, Melito, Auguſtino &
Ioāne ſacerdotibus,quibuſdamꝗ ex ſuo monaſterio, in qđ paternas dedicauerat ædes,
gentem Anglorū conuertit ad cultū fidei Chriſtianæ. Tuncꝗ cœpit urbs Roma per ar-
ma ſolito feliciora,ſeruorum ſcilicet Chriſti prædicationem & ſummi ponti. autoritatē
Britāniæ inſulæ & eius incolis Saxonibus Anglicis denuo imperare. Vt merito uir ſan-
ctus exultet in Moralium libro, linguā Britannicā quæ nihil aliud nouerat q̃ barbaricū
frendere,tūc in dei laudē Hebræa uerba reſonare: & oceanū quōdam tumidū,ſanctorū
pedib.proſtratū ſeruire cœpiſſe.Barbaros nāꝗ quos Romani principes ferro prius ma-

gna

A gna cum difficultate domauerãt, ſacerdotes S. põtificis ſimplicibus uerbis pro dei reue-
rentia ligauerũt. Angluſq; Saxo qui infidelis ac idololatra pridem pugnãtium nõ timue
rat cateruas, tunc fidelis effectus humilium linguas timuit. Nec mirũ ſit cuipiã talia pa-
traſſe Gregoriũ, qui pro ſua uitæ integritate & ſumma prudentia nomen Chriſtianũ in-
ter barbarorũ perfidiã titubãs & rempub. ab ipſis oppreſſam barbaris facile inſtauraſſet,
niſi fuiſſent impedimento & omnia peruertiſſent Imperatoris Græci & miſſorũ ab eo in
Italiam magiſtratuũ malignitates. Exarchus eñ nomine Romanus, ſed moribus & gen
te Græcus, poſt partam ſupradictarum ciuitatum uictoriam in oĩa uitia eſt prolapſus,
primũ ut rapinis quietior uacaret, occultè Lõgobardis cõſenſit, & q̃d Gregorij epiſtola
ad Ioannem epiſcopum Rauennatem oſtendit, nec pugnare cum hoſtibus uolebat, nec
pop. Romano permittere ut pacem induciáſue cum illis cõſtitueret: quãquã paucis uer
bis ipſius perditiſſimã uitam narrat Gregorij ad Sebaſtianum Firmienſem epiſcopum
epiſtola per hæc uerba: Quæ autem de amici noſtri domini Romani perſona hac in ter-
B ra patimur loqui minime ualemus, breuiter tñ dico, quia eius in nos malitia gladios Lõ
gobardorum uicit, ita ut benigniores uideanť hoſtes qui nos interimunt, q̃ reipub. iudi
ces, qui nos malitia ſua rapinis atq; fallacijs cõſumunt. Sed & ipſe Mauritius Imperator,
à quo præſidia tunc afflictis Romæ & Italiæ rebus fuerant tranſmittenda, ſanctum põti-
ficem magis q̃ perditus ille exarchus fatigauit. Tulit is Imperator legem, ut qui militiæ
Romanæ eſſet aſſcriptus, niſi finita militia aut debilis effectus deo militare non poſſet.
Cui Gregorius forti reſiſtit animo, inter cætera dicens nullum ante Mauricium Imp. ta-
lem tuliſſe legem, & deum qui permiſerit ipſum Mauricium de notario comitem excu-
bitorum, de comite Cæſarem, de Cæſare Imperatorem fieri, eam legis inſolentiã uindica
turum. Emerſit uero interim alius hauquaquã minor Gregorio labor, cum Imperator &
ſui iudices fomẽta dederũt, ut quemadmodũ Romam & Italiam à barbaris omnino de-
leri opinabanť curabãtq;: ita Põtifici autoritas ſubrepta Cõſtantinopolim demigraret.
Ioannes eñ Cõſtantinopolitanus epiſcopus ſynodo Græcorum coacta, ſe œcumenicũ,
C quod latinè proferebãt uniuerſalem appellari uoluit. Monuitq; Mauricius Gregorium
per epiſtolas ut acquieſcens pacem cum Ioanne ſeruaret. Cui reſpõdẽs Gregorius quæ-
dam adeo magnificè eſt locutus, ut uerè Romanũ ſeſe & patritio ſanguine oriũdum, &
ſummo põtificatu digniſſimum oſtenderit: primum nanq; ipſum mordens Imperatorẽ
& ignauiã auaritiamq; cautè improperãs dicit, ſe uiginti tunc & ſeptẽ annos in urbe Ro
mana inter Lõgobardorum gladios agentem uidiſſe eccleſiam multa erogaſſe in quo-
tidianos reipub. uſus, quæ mittenda fuerãt à Rauenna urbe, ubi ærariũ totius Italiæ eſſet
poſitum. Si uerò Imperatori eſſet libitũ, debitos in re pecuniaria ordines nõ ſeruare, ſal-
tem à perturbãdis eccleſiaſticis temperaret, ſeſe eñ illum eſſe ſolum à quo capite unico
cauſæ pendeãt eccleſiaſticæ: & paulo poſt: Claues regni cœlorum nõ eſſe dubium quin
Petrus acceperit, poteſtaſq; ligandi eidem ſit tradita, curamq; eidẽ totius eccleſiæ fuiſſe
cõmiſſam, & tñ Petrum non uocari œcumenicũ, quod Ioannes uſurpare conareť: unde
ſubjunxit Gregorius exclamationem illam, quæ qualis tunc fuerit rerũ ſtatus expreſſit.
D O tẽpora, ô mores, ecce cuncta in Europæ partib. barbarorũ iuri ſunt tradita, deſtructæ
urbes, euerſa caſtra, depopulatæ prouinciæ, nullus terrã cultor inhabitat. Sæuiunt & do
minanť quotidie in morte fidelium cultores idolorũ, & tñ ſacerdotes qui in pauimento
& cinere flentes iacere debuerunt, uanitatis ſibi nomen expetunt. Interea dum ea in cõ-
flictatione eſſet Gregorius, moriť Rauennæ Romanus exarchus. Miſſuſq; eſt eius ſuc-
ceſſor ex Cõſtantinopoli Gallinicus, quem quartũ Italia habuit eius nominis magiſtra-
tum. Fuit uerò Gallinicus & à rapinis temperãs, & belli aduerſus Lõgobardos gerendi
cupientiſſimus: tñ principio aduentus ſui à motibus tẽperauit, ut & copias cõpararet,
& res Italiæ defuncti exarchi iniquitate peſſimum in locum adductas ſolidè repararet.
Qua ratione & Gregorij ſuaſionibus inducias cum Agilulfo Lõgobardorum rege cõ-
ſtituit. Sperauit uerò tunc põtifex Gregorius rem Romanã Italicamq; poſſe reſtitui, &
uſus tẽpore ſuis prudentiæ ac religionis artibus præſidia ſibi noua quæſiuit. Nanq; per
Theudelindã mulierem religioſiſſimã furorem Lõgobardorum aliquandiu cõpeſcuit:
Hinc ut prudenti fœminæ rem faceret gratã, illi inſcripſit dialogorum libros: quos cum
perlegiſſet religioſa mulier, mentem animumq; religioni ſolidius addixit, & ab Agilul-
fo uiro obtinuit, gentem Lõgobardam ab omni idololatria & hæreſeos ſpurcitia ſe ab-

dicare. Inſuper Agilulfus rex bona eccleſiarū quæ à Longobardis ubiq; tenebantur, di- B
mitti intacta curauit, donationeſq; multas quarum extant priuilegia fecit eccleſiis. Sed
& Childebertus Frācorum rex ſaluberrimis adductus Brunichildis uxoris monitis, ui-
tam moreſq; cōpoſuit. Hinc Bauaria prouincia, quam tyrannicè tenebat relicta, regem
in illa Taſſillonem inſtituit, cum quo id ſolum egit, ut Sclauinos gentē Danubij accolā
& idolis ſeruientem nunquā bello perſequi deſiſteret quouſq; fidem acciperet Chriſtia
nam. Taſſillo quidem Sclauinorum ingreſſus regionē, magnam uim prædæ pecoris ho
minūq; abegit. Sed paulo poſt cū Bauari ad duo millia armati, præda primo facta illecti
iterū in Sclauinos duxiſſent, ab illorū rege Cacanno circumuenti, & ad internecionem
cæſi fuerunt. Inducijs etiam Agilulfum inter & Gallinicū ſtantibus obijt Childebertus
Francorum rex, accepitq; regnum Brunichildis pro Theodeberto & Theodorico uiri
nepotibus gubernandū: & paulopoſt obijt etiā tertius regum Franciæ Guntanus, par-
temq; regni eius quę erat in Aurelianenſibus, eadem Brunichildis pro dictis nepotibus
cōſeruauit. Ea de regum Franciæ morte factus certior alter Cacannus rex Hunnorum, F
exiſtimauit adeò infirmas eſſe in mulieris manibus tanti regni uires, ut illud uiribus ſpe-
rauerit obtinere. Et ex Pannonia Turingiā ſuo Pannoniæ regno cōtinentem ingreſſus
eſt. Sed dū illius prouinciæ populationi occupatus differt in Franciā ducere, Brunichil
dis copias cōparauit, quæ in Turingiam ductę multis uarijſq; prælijs Hunnos agitaue-
runt. Quare decidens potiundi ſpe Cacannus prædā per pactionē reſtituit, & accepta à
Brunichildi pecunia in Pannoniā eſt reuerſus. Interea Mauricius Imp. cum multa præ-
clarè geſſiſſet, & cis & ultra Danubiū Hunnos Pannonia pellere eſt aggreſſus, & multa
per Theodoſiū filiū ac Germanū ſocerū legatos ſuos prælia feliciter geſſit, adeo ut Ca-
cānus quotiēs cōgreſſus fuit inferior receſſerit, Pānoniæq; pro Imp. Mauricio ſint rece-
ptæ: & niſi feliciſſima eſſent uſi ignauia, Hunni ad internecionē cæſi fuiſſent. Nanq; tri-
nis quaterniſue in prælijs profligari fugā populariter cōmiſerunt, ad Sclauoſq; delati ſa
lutē ab illis ſupplices orauere. Texerūt uerò Hūnos Sclaui armis repēte correptis. Sed
poſtq̄ cōſyderauere Sclaui quātā in ſe belli molē incōſultius traxiſſent, & ipſi à finitimis G
quib. ſcirēt Mauricij potentiā fore ſuſpicioſam, pręſidia implorauere. Aſſenſi uerò ſunt,
& in petita fœdera præcipites ruerūt Frāci, Bauari, & Lōgobardi. Id cùm reſciſſet Mau
ricius, copias quidē in Pānonias & Turingiorū finibus ultra Danubiū cōtinuit: ſed nul-
lum in Sclauos motū uoluit intentari. Sclaui uerò tātis aucti ſociorū regum fauorib. ſua
& Hunnorū eius militantiū arma mouere cōſtituerūt: & cum clauſam Mauricij armis in
Pannoniā aliaſq; orientalis imperij prouincias uiam cernerēt, retro ſunt cōuerſi. Horta-
tus nanq; eſt eos Agilulfus Lōgobardorū rex, oſtendēs paratā eſſe in Hiſtris ingentem
prædā, ſi in eam ducerēt prouinciā, quæ induciarū ab eo cū Italiæ exarcho cōſtitutarum
cōfidentia quieſcebat, & nullis erat Romanorū præſidijs cōmunita. Itaq; irrumpentes
improuiſi in Hiſtriā Sclaui & Hunni, Iaderæ, Signię, Polę, & omnis eius regionis agros
populati ſunt. Agilulfus aūt propter eam regum populorumq; ſocietatē ſuperbiens, &
ſimul ut Hiſtrię populationē ſe inſcio fieri ſimularet, in ſuos animaduertit, qui aut pridē
ſibi rebellauerāt, aut aliter diſplicerēt. Rangulfum nanq; Veronenſiū, Varnecautiū, Pa- H
pienſiū duces rebellionis inſimulatos, & Gandulfum Bergomenſem, qui ut oſtēdimus,
bis apertus hoſtis fuerat, interfici curauit. Sed & Lōgobardi qui Beneuēti erāt inducias
uiolarūt: Zoto eñ qui erat dux Beneuentanus monaſteriū Caſinenſe inuaſit, & abbate
monachiſq; cū ſingulis ueſtimētis, & unico codice ordinis regulā cōtinente fuga ꝓlapſis,
ſacrū id cœnobiū à barbarie illa ſpoliatū, ac ſolo tenus deſtructū fuit: quæ celeber-
rimi monaſterij clades illa fuiſſe uidet, quā Gregorio teſte S. pater Benedictus futuram
prædixit, affirmās uix apud deum potuiſſe obtinere, ut ex eo loco ſibi animæ concede-
rentur. Bonitus autē qui tūc erat quartus à beato Benedicto abbas cum monachis euo-
lans, Romā ſe contulit. Sed Zotoni paulo poſt eam cōmiſſam impietatē defuncto, ſub-
rogatus eſt ab Agilulfo rege in Beneuētanū ducē Arrigis, ad quē aliquot beati Grego-
rij extāt epiſtolæ: ſed illa inſignis, per quā illi Caſinenſis monaſterij inſtaurationē uene-
rationemq; ſuaſit. Sed nec Romæ tunc pepercerūt Lōgobardi. Nanq; Ariulfus Hetru-
riæ dux, quā prouinciā omnē præter Vrbemueterē, Balneumrhegiū, Polimartiū, Ble-
dam, Sutriū & Peruſiā tenebat, in agrū Romanū delatus illum ad uſq; urbis mœnia po-
pulatus eſt. Et quia coloni pacis fiducia liberè in agro erāt, multos Lōgobardi ceperūt
mortales,

A mortales,quos iuxta Gregorij uerba in Franciã ducẽtes, pro ſeruis uenũdabãt.Quin eã
in populatiõe multos ex Romanis interfectos,multos ſcribit Gregorius fuiſſe mutila-
tos. Gallinicus uero Italiæ exarchus Longobardorũ iniurias iniquo prout debuit ferẽs
animo,cladẽ in agro Ro.Hiſtris & Caſinẽſi cœnobio acceptã ulciſci cõſtituit.Et Parmã
Longobardorũ ciuitatẽ inuadens,ea potitus eſt, filia Agilulphi regis cũ Godeſcalco e-
ius uiro in oppido captiuatis. Eam aũt filiã ſuſcepit idẽ rex ex prima uxore, quã dũ eſſet
Taurinenſiũ dux habebat.Nãq; Theudelinda primũ eo in tẽpore ſibi peperit filiũ nomi
ne Adoaldũ.Habitabatq; cum regina Modoetiæ,partim in palatio q̃d primus Oſtrogo
thorũ rex Theodericus ornatiſſimũ ædificauit,partim in altero q̃d illi ſimile ipſa extru-
xerat. Et ut uoris ſe exolueret,quib.beato Ioãni Baptiſtę ſe obligauerat ſi maſculũ pepe
riſſet,baſilicã in eius ſancti honorẽ quæ nunc Modoetiæ inſignis uiſit̃ à fundamẽtis ex-
trui ac magno ornari ſumptu curauit. At Agilulfus amiſſæ urbis Parmę,& captorũ filię
etiã tunc prægnãtis,ac generi dolore incẽſus, in Gallinicũ quidẽ exarchũ ducere nõ eſt
B auſus,ꝙ illũ magnas apud Parmã Bononiãq; copias habere intelligeret. Sed iram exer-
cuit aduerſus Trãſpadanas urbes,quę ſemꝑ poſtq̃ à Narſete fuerãt receptæ,in Romano
rum partibus manſerãt,Rauennatiq; paruerãt magiſtratui. Duxere autẽ primũ in Pata-
uium Lõgobardi,quã in urbẽ Gallinicus ex Rauẽna præſidiũ miſerat ualidiſſimũ,diuq;
illã hinc obſederunt preſſeruntq; Longobardi, inde defenſarũt pro uiribus Rauẽnates.
Erat tũc Padua urbs ſine mœnibus lateritio uel lapide cõpactis uallo plãciſq; tantũmo
do munita,& omnis ciuiũ habitatio rariſſimas tunc habuit muri pinnas. Ea eñ primaria
ſemper inter Italię urbes habita à prima demolitione tẽporibus Athilę facta, per annos
circiter ſexaginta ſine mœnib. aut uallo atq; etiã ciuiũ frequẽtia fuit,primũq; ſub Theo-
derico Oſtrogothorũ rege frequẽtari,& uallo foſſaq; muniri cœpit. Quare illis in annis
ꝓpè cẽtũ,quor ab ea inſtauratiõe ſub Theoderico facta ad huius obſidiõis tẽpora inter-
cedebãt,om̃ia tam publica q̃ priuata ædificia ex materia aſſeribusq; quib. abũdat regio,
cõſtructa erat. Id cũ cernerẽt Lõgobardi,uẽtos nacti ualidiores faculas ignitasq; ſagit-
C tas ſcorpionib. iniecerũt,& prima quę hæſit ædificio ſagitta incẽdiũ inchoauit,quo pro
pinqua ilico corripiẽte urbis pars maxima eſt cremata. Ea adducti neceſſitate Rauẽna-
tes præſidio impoſiti fecerũt deditionẽ, & Lõgobardi omnib. q̃ inerãt ſiue militib. ſiue
ciuibus,quò fuit libitũ per pactionẽ abire permiſſis,urbẽ incẽdio uaſtauere. Monſilicis
etiã ciuitas quẽadmodũ uel Athilæ deſolationis uel Theoderici tẽporibus factę inſtau
rationis cõmunẽ habuit cũ Padua ſortẽ:ita & tunc pari cũ illa euẽtu,nõ quidẽ incendio
abſũpta,ſed à Lõgobardis aliter eſt deſtructa. Quia uero Gallinicus exarchus nũciaba-
tur magnas cõparaſſe copias,q̃bus tunc oppreſſis Trãſpadanis ciuitatibus opem ferret
Agilulphus Cremona & Mãtua intactis, Veronã & inde Ticinũ eſt reuerſus. Et maiores
aduerſus illas urbes uere ꝓximo copias ducturus ad Sclauos mittẽs auxilia poſtulauit,
edixitq; omnib. Lõgobardis ducibus, ut & ipſi copijs ſũmo conatu cõtractis,ad prima
ueris ſigna Mediolani adeſſent. Et ne aliq̃ deeſſent, Gordoaldũ Tridentinũ, Agilulfũq;
Foroiulienſẽ duces q̃ adeo ſibi erãt infenſi,ut rebellaturi uiderent̃, pollicitatiõibus mu
D neribusq; cõciliatos iuſſit expeditioni neceſſaria cõparare. Quo aũt tẽpore Monſilicis
urbs à Lõgobardo capta eſt,Gallinicus illi ſubuenire adniſus,Rauẽnæ obijt. Creatusq;
à Mauricio Imperatore iterũ exarchus Smaragdus ad Italiã nauigauit. Et Mauricius im
perator,ne dũ interea rei Romanę aut Italię aliã ſuſcepit curã, ſed Gregorio põtif. ſupra
uires ꝓuidẽti aduerſabat̃. Erãt Romæ ante Gallinici obitũ, ſed eo inſtãte ab imperato-
re miſſi Gregorius pręfectus,& Caſtorius magiſter militũ ambo Gręci,habebãtq; mili-
tes numero q̃dẽ paucos,ſed uirtute præſtãtes. Nã poſtq̃ Theodoſius filius & Germanus
ſocer Mauricijs Hũnis ꝓfligatis & Pãnonia pulſis ſeſe ultra Danubiũ,citraq; ſine bello
cõtinuerunt,iuſſit Mauricius partẽ militũ Theodoſij poſt Caſtoriũ Romã petere, uene
runtq; ut uidet̃,ad mille milites ueterani,quos à duce ſuo Romani Theodoſiacos appel
lauere. Tanta aũt erat Mauricio in rebus Romanis negligẽtia,tanta itẽ auaricia,ut debi
ta magiſtro militũ Theodoſiacisq; ſtipẽdia nollet ex Cõſtantinopoli aut Rauẽna tranſ-
mitti:quicq̃d uero pecuniarũ à Romanis poterat abradi,id nihilominus Rauennã deferri
obſtinatiſſime cõtẽdebat. Quare pon. Gregorius operę & pręſidij militũ neceſſitatẽ in
urbis Romę cuſtodia cõſiderãs,publica eccleſiaſticaq; frumẽta illis diuiſit & paulopoſt

prefecto & magiſtro militũ in cõſiliũ uocatis, de pace, cuius cõſtituẽdæ Ariulfus Hetru B
riæ dux fecerat mẽtionẽ, qd cẽſerẽt interrogauit: præfecto aũt & magiſtro militũ, quib.
pericula urbis ante oculos uerſarẽt, pacẽ cõſtitui laudãtib. ſcripſit põtifex Smaragdo I-
taliæ exarcho, atq; etiã ad Ioãnem Rauẽnæ epiſcopũ dedit epiſtolã, cuius ſũt hęc uerba:
Et quãdo locus eſt obtinẽdi, agat apud exarchũ tua fraternitas, ut pacẽ cũ Ariulfo quã-
do poſſumus faciamus, qa miles de Romana urbe ſicut ipſe nouit amotus eſt. Theodóſi
aci uerò q hic mãſerũt, ſtipẽdia nõ accipiẽtes, uix ad murorũ quidẽ cuſtodiã ſe accõmo-
dãt. Et deſtituta ab omnib. ciuitas, ſi pacẽ nõ haber quomodo ſubſiſtet? Smaragdus ue-
rò ſiue iniuſſu principis paci noluerit aſſentiri, ſiue armis poſſe hoſtes cõpeſcere ſit cõfi-
ſus, nihil Gregorio reſpõdebat. Quare põtifex uidẽs urbẽ ſummo in piculo cõſtitutã eſ-
ſe, præfecto & magiſtro militũ hortãtibus pacẽ cũ Ariulfo cõſtituit. Miſit uerò tunc ad
Mauriciũ Imp. Smaragdus Nordulfum quendã Lõgobardum, ſed perfugã, qui Rauen
næ habitabar: per cuius mendaciſſimi nebulonis aſſertiones exarchus ipſe conatus eſt
omnẽ ſiue malignitatis tẽporum, ſiue ſuã, ſiue Imperatoris negligẽtiæ culpã in põtificẽ F
Gregoriũ reijcere, tanq̃ pax Ariulfum inter & Romanos facta uires Lõgobardorũ tũc
tẽporis adauxiſſet. Et tñ paulo poſtquã Nordulfum miſerat, Smaragdus intelligẽs uires
Lõgobardorũ tãtas eſſe, ut ſui exarchatus Rauennatis oppidorũ defenſioni diffideret,
tẽpori ſe accõmodauit, & quod Gregoriũ põtificem præfectumq; & magiſtrũ militum
cũ Etruico Lõgobardorũ duce intellexerat feciſſe, pacẽ ipſe etiã cũ Agilulfo cõſtituit: p
cuius ictum fœdus Parmã ciuitatẽ primũ reddidit, exinde regis filiã generumq; dimiſit
illuc honeſtiſſimè deducẽdos: nec potuit illis remittẽdis tantã adhibere diligẽtiã, quin
puella prægnãs motu itineris periclitata abortu facto exceſſerit è uita. Nordulfus inter-
ea Cõſtãtinopolim peruenerat, quo audito pſuaſus eſt illico Mauricius atq; gratiſſimũ
habuit eã ſibi oblatã eſſe cauſam, cuius obtentu uiſus ſit ſibi iuſtã tutatę negligẽter atq;
ignaue urbis Romæ & Italiæ notã abolere. Hinc ira in põtificẽ excãdeſcens magnã mi-
litum qui Romæ erãt partem euocatã Narniæ & Peruſiæ præſidijs adiunxit, & ne põti-
ficis autoritas alicuius momenti in poſterũ foret, Theodoſiacos ex urbe & alios milites G
ex Peruſia Narniaq; præcepit, bellũ in Etruſcos Ariulfo ſubiectos inuouare. Nec tñ ob
id Ariulfus bellũ in urbẽ retulit: magis nãq; prout cõpertum habuit põtifex, Romanos
ille debiles uicinos, q̃ Agilulfum Italiæ dominũ habere deſiderauit: qua ratione contrà
ac exiſtimauit Imperator pacis ille fœdera pridẽ icta cũ Gregorio innouauit. Interea A-
gilulfus Lõgobardorũ rex audita Mauricij cũ põtifice & Romanis diſſenſione, ſpẽ cõ-
cepit Roma & Italia potiundi. Vnde licet Theudelinda hortãte magnã ſpẽ pacis cõſti-
tuendæ Gregorio pontifici præbuiſſet, expeditionẽ æſtate pręterita in Mantuã Cremo-
namq; urbes deſtinatã ad urbẽ Romã ducere cõſtituit. Siquidẽ Sclaui multitudo ingẽs
à Cacãno miſſi uenerũt, & Lõgobardi duces prout iuſſi erant Mediolani ad diẽ cũ co-
pijs affuere. Eò cũ maximo apparatu profecturus rex primũ omniũ magnis cõminatio-
nib. impulit Ariulfum Hetruriæ ducẽ, ut bellũ undiq; innouarer. Tuncq; Ariulfus regis
imperio uictus pfidia in põtificẽ Romanoſq; eſt uſus. Nãq; improuiſus bello indicto in
uadẽs Balneũregiũ & Vrbẽueterẽ ciuitates in fœdere nominatim aſſcriptas occupauit. H
Paulopoſt Agilulfus traductis Pado copijs Hetruriã eſt ingreſſus. Quæ cũ Romæ eſſẽt
nũciata, ilico põtifex & magiſter militũ prętore in urbe relicto, q curã gereret ne qd de-
trimẽti ciuitas acciperet, Nepeſum acceſſerũt, & cõfirmatis ciuitatũ oppidorũq; regiõis
incolis prędidia ſingulis addidere. Agilulfus uerò cũ eqtatu aduolãs tãto irruit impetu,
ut parũ abfuerit qn põtifex magiſterq; militũ fuerint intercepti. Obſeſſa itaq; eſt Roma,
& maximã eo tẽpore ptulit calamitatẽ. Qđ ut certius & maiori cũ audiẽtiũ indignitate
explicemus, uetba ipſius põtificis afferre eſt libitũ, quę multis ex eius epiſtolis ſũt excer
pta: eruntq; ſimul multa ex quib. Mauricij impietas in urbẽ Romã Italiãq;, & perſecutio
agitatioq; põtificis Gregorij quãta fuerit facilè cognoſcet. Scripſerat Mauricius Grego
rio, eum cõuicijs lacerãs ſimplicẽq; appellãs, q Ariulfo crediſſet pacẽ ſubdole offerẽ-
ti. Ad quæ Gregorius: Ego ab Ariulfo deceptus ſimplex appellor, ſed is toto corde ue-
nire ad rẽpu. paratus fuit: dumq; mihi nõ credit, imò magis Nordulfo creditũ eſt q̃ mihi,
uideor eſſe mẽtitus. Verũ ſi terrę meę captiuitas p quotidiana momẽta nõ excreſceret,
de mea deſpectiõe & irriſione lętus tacerẽ. Sed hoc me uehemẽter affligit, qa unde ego
crimen

A crimen falſitatis tolero, inde Italia quotidie ducit̃ ſub Lõgobardorũ iugo captiua, dũꝙ
meis aſſertatiõib. nõ credit̃, uires hoſtiũ immaniter excreſcũt. Et paulopoſt: Multas eñ
plagas accepi, quas breuius enumero, q̃ tãta res dici poſſe uideat̃. Primo mihi pax ſum-
pta eſt, quã cũ Lõgobardis in Tuſcia poſitis ſine ullo reipub. diſpẽdio feceram. Deinde
corrupta pace de Romana ciuitate milites ablati ſunt, & quidẽ alij ab hoſtib. occiſi, alij
Narniæ & Peruſiæ poſiti, & ut Peruſia teneret̃, Roma relicta eſt. Poſt hęc grauior plaga
fuit aduẽtus Agilulfi, ita ut oculis meis cernerẽ Romanos more canũ in colla funib. liga
tos, qui ad Frãciã ducebant̃ uenales. Et quia nos intra ciuitatẽ fugimus, deo protegẽte,
manus eius euaſimus. Inſup de glorioſis uiris, Gregorio præfecto & Caſtorio magiſtro
militũ nõ mediocriter ſum affectus. Qui oñia quę potuerũt fieri, nullo modo facere ne
glexerũt, & labores uigiliarũ ac cuſtodię ciuitatis uehemẽtiſſimos ꝑtulerũt: & poſt hęc
oñia graui dominorũ indignatiõe percuſſi ſunt, de quib. patiẽter intelligo quia eos nõ
ſua acta, ſed mea perſona grauat, cũ quo ꝗa pariter in tribulatiõe laborauerũt, poſt labo
B rem pariter tribulant̃. Mauricius irẽ ne aliquid omitteret, in quo famę ſancti uiri poſſet
detrahere, cũ inſimulatus eſt necaſſe in cuſtodia Malchũ epiſcopũ, qui in furto deprehẽ
ſus ad iudiciũ ſeruaret̃. Ad quæ reſpõdens Gregorius ea uſus eſt uerborũ magnificẽtia,
quæ illũ facile oſtẽdit pręter religiõis ac morũ ſanctitatẽ uirũ fuiſſe animo excellẽtẽ. Sa
biniano nanꝙ ſcribẽs, inquit: Vnũ q̃d te oramus ſuggeras Mauritio Imp. ꝗa ego ſeruus
ſuus, ſi in mortẽ uel Lõgobardorũ me miſcere uoluiſſem, hodie Lõgobardorũ gẽs nec
regẽ, nec duces, nec comites haberet, atꝙ in ſumma cõfuſione eſſet: ſed ꝗa deũ timeo in
morte cuiuslibet hominis me miſcere formido. Malchus aũt epiſcopus neꝙ in cuſtodia
fuit, neꝙ in aliqua afflictione, ſed die qua cauſam dixit ſubito mortuus eſt inuẽtus. Mirũ
uerò potuiſſe Gregoriũ q̃d effecit, tãtos inter turbines aliquid dictare uel ſcribere: & tñ
licet eius cithara ſæpe uerteret̃ in luctũ, homilias populo ſæpe dicebat, multa ſæpe ſcri-
bebat, quorũ hęc ſunt in expoſitione Ezechielis: Quid eſt quod iã in hoc mũdo libeat?
Vbiꝙ luctus aſpicimus, undiꝙ gemitus audimus, deſtructæ urbes, euerſa ſunt caſtra, de
C populati agri, in ſolitudinẽ terra redacta eſt: nullus in agris agricola, penè nullus in urbi
bus habitator remãſit, & tñ ipſæ paruæ humani gñis reliquiæ adhuc quotidie & ſine ceſ
ſatione feriunt̃: alios in captiuitatẽ duci, alios detrũcari, alios interfici uidemus. Ipſa aũt
quę aliquãdo mũdi domina eſſe uidebat̃, qualis remãſerit Roma cõſpicimus, immenſis
doloribus multipliciter attrita deſolatiõe ciuiũ, impreſſione hoſtiũ, frequẽtia ruinarũ:
iam de illa omnes potẽtes ablati ſunt, ubi eñ ſenatus, ubi iã populus? omnis in ea digni
tatum ordo extinctus. Et tñ ipſos nos paucos qui remãſimus adhuc quotidie gladij, ad-
huc quotidie innumeræ tribulationes premũt, iam uacua ruit Roma: ruinis nãꝙ creſcẽ-
tibus ipſa deſtrui ædificia uidemus, & poſtq̃ defecerũt homines, etiã parietes cadũt. An
gebat̃ etiã eo tẽpore Gregorius nõ minus prouincialiũ ꝗ̃ urbis Romæ calamitatibus.
Nã in eodẽ tempore in quo Romã Agilulfus per annum obſedit, Saraceni, Arabes, Si-
ciliam ingreſſi, omnemꝙ maritimã oram prædati, incẽdio quoꝙ uaſtauere. Qđ cũ Gre
gorius intellexiſſet futurũ, ſcripſit uniuerſis Siciliæ epiſcopis, ut ad redemptoris Chriſti
D remedia ſe referrẽtes, quibus nequirent uirtute reſiſtere, lachrymis obuiarent, & cõtra o-
mnes barbaricę crudelitatis inſultus ſupnæ ꝓtectionis auxiliũ implorarẽt. Et cũ Sclaui
Hiſtriæ imminerẽt, eius ꝓuinciæ epiſcopis ſcribit. Equidẽ de Sclauorũ gẽte quæ uobis
imminet, & affligor uehemẽter & turbor. Affligor in his quæ in uobis iã patior, cõtur-
bor ꝗa per Hiſtrię aditũ iã ad Italiã intrare cœperũt. Quãq̃ uerò Gregorius plura de hac
Sclauorũ in Hiſtriã irruptione nõ ſcribat, tñ nos cõpertũ habemus eã gentẽ, quã ultra
Danubiũ ſedes habere & ſocerũ filiũꝙ Mauricij illis oppoſitos fuiſſe diximus, tunc pri-
mum orã Adriatici ſinus dextri littoris occupaſſe, & ita habitationẽ in ea cõtinuaſſe, ut
quicq̃d prius Hiſtria & Dalmatia dicebat̃, ad tẽpora uſꝙ noſtra dicat̃ Sclauonia. Nec tñ
omnis illa gẽs reliquit primas ad Danubiũ ſedes, quin ijdẽ mutato nomine magnã ob-
tinent partem illius regionis. Siquidẽ locutionis ſimilitudo ac penè proprietas oſtendit
eos qui nunc Poloni & Bohemi dicunt̃ ex Sclauorũ reliquijs fuiſſe. Incoluerant autem
prius, ut ſuprà diximus, ea loca Vandali, quos credendũ eſt quãdo ad Romanorũ inua-
dẽdas prouincias ſunt profecti, partẽ gẽtis in patria reliquiſſe. Quare Sclaui paulopoſt
ſuperuenientes ita locutiones cõmiſcuere, ut ex utraꝙ tertiã effecerint, quæ pro regionis

& ducū diuerſitate,partim Boemica,partim Polonica poſtmodū ſit dicta. Sunt etiā cer B
tiores proximis in regionib.Sclauorum reliquię apud Saxones,quorum coloni maiori
ex parte puram habent,qua Dalmatæ nunc utunt̄,Sclauonicā locutionem.Sed ad Gre
gorium.Is ſanctus pōtifex,licet diſtineret̄ hinc belli terroribus,inde ſcribēdi laborib.tn̄
fidei Chriſtianæ inſtitutioni & per Italiā, & extra illam intentus erat. Sæpe em̄ Ricare-
dum Viſigothorū regem Hiſpaniā obtinentem ad perſeuerandū in ſalubri diſciplina à
Leandro epiſcopo habita eſt hortatus, & illum unis in epiſtolis dignè laudauit, ꝙ inte-
gritatem uitæ prętulit magnæ ui pecunię,quā Hebræi ſoluere obtuliſſent,ſi decretū ille
mitigaſſet,ꝙ aduerſus eorū perfidiā protuliſſet. Sed Agilulfo urbē obſidēte,& omnem
uaſtāte regionem,Gregorius ad Theudelindā reginā,cui prius dialogos inſcripſerat a-
lias dedit epiſtolas:quarū duæ ſūt de trib.capitulis,quę ex ſynodo Chalcidonēſi regina
& Lōgobardi nōdum ſuſceperāt, priuſq̃ impetrauit pōtifex q̄d uoluit à gētis barbaræ
regina,q̃ à multis Hiſtrię epiſcopis.Seuerus nāq; Aquileiēſis patriarcha ut ea ſuſciperet
capitula nō prius adduci potuit,q̃ à Smaragdo exarcho, ſimulq; Antonio eccleſiæ de- F
fenſore Rauennā fuit perductus. Vbi à Ioāne epiſcopo Rauēnate perſuaſus hęreſi abre
nūciauit.Et tn̄ paulo poſt idē Seuerus Mauritij Imp.Gregorio & fidei Chriſtianæ quo-
ad poterat aduerſantis pręſidio fretus ad uomitū redijt.Cuius pſeudoepiſ.pertinacia eſt
factū,ut Aquileienſis eccleſia in duas ſedes ſit diuiſa.Eo nāq; defuncto, Ioānes à Siſulfo
Forojuliano Lōgobardorum rege apud Aquileiā,& Candianus in Venetis apud Gra-
dum à pōtifice Romano in patriarchas ordinari fuere. Quid ꝙ Agilulfum regē ſi armis
Gregorius ſupare nequibat,in cauſis fidei & religionis ſuccūbere fecit.Nā cùm Lauren
tius Mediolanēſis epiſcopus è uita exceſſiſſet,& Lōgobardi unū ex ſuis delegiſſent epi
ſcopū,Gregorius defenſori patrimonij Ligurię ſcripſit,ut coactis Mediolanēſib.in Li-
guria habentibus illum cōfirmaret,quē illi cōcordes ducerent eligendū. Ad ea em̄ uſq;
tēpora & aliquot itē annis poſtea,om̄is Liguria intra uetuſtiſſimos Macrę & Vari am-
nium Apēniniq; iugorū fines ſemper in Romanæ rei fide permāſit,poſtq̃ à Narſete fuit
Francorū manibus erepta.Itaq; tam multi ex Mediolanenſibus Lōgobardorum ſęuitiā G
declinauerāt in Liguriam,ut electionē epiſcopi ab ipſis fieri poſſe iuſtiſſimus pōtifex iu
dicauerit.Annus interim obſidiōis Romę tāto apparatu, tātiſq; cū copijs factæ elapſus
erat.Quo in anno Agilulfus rex nunq̃ efficere potuit, ut agris Beneuētanus Lōgobar
dorū dux,aut in caſtra ad ſe iret,aut ſubiectis Imperatori & Rom.fauentib.Beneuenta-
no ducatui uicinis bellū inferret. Tenebat uerò Arrigis eo ſub ducatu pręter Neapolim
& Puteolos,quicquid uetuſto nomine Cāpania regio eſt cōplexa,illiq; ſuberāt Samni-
tum pars maxima à Beneuēto Eſerniaq; & Aimonis Vaſto,Aternū uſq; amnē,qui nūc
eſt Piſcaria, & inde quicquid Pelignorū Marucinorumq; & Marſorum nominib. cōti-
net̄.Piceni aūt pars ad Apenninū pertinēs Spoletano duci Lōgobardorū ſuberat.Exin
de quicq̄d urbiū oppidorumq; à Rauēna in Sipōtinam urbē & ultra ad oram maritimā
quicq̄d in Italię ambitu ad Neapolim eſt ſitū.Et à Sipōto Nuceriā,inde in Lucanos Nea
polimq; quicquid mediterranea regio in Salētinos Calabroſq; & Brutios habet,Impera
tori tunc parebat,ut nullo pacto ſit dubitādum,quin Mauricius potuerit urbi Romę & H
Italiæ ſubuenire,niſi mala illi mēs,malus animus fuiſſet.Itaq; Agilulfus poſtq̃ nullā po
tiundi Romę ſpē reliquā uidit,obſidione ſoluta in Etruſcos receſſit,& inde Mediolanū
ſe cōtulit.Interea Mauricius iudicio dei deterritus à Gregorij pſecutione ceſſauit: fama
eſt & in S.Gregorij ſcriptis inuenimus,uirū quendā monachi ueſtimētis indutū,tenen-
temq; ſtrictū enſem Cōſtantinopoli in forū ueniſſe,& cū ad ſtatuā uſq; æneā gladiatoris
ipſum circūtuliſſet enſem exclamaſſe:Imperatorē gladio moriturū.Quambrem Mauri-
cius à moleſtijs Gregorio inferendis ſe cōtinuit,adniſuſq; eſt om̄ia facere,ex quib.iram
dei poſſet auertere.Interea uerò dum ſupplicari à ſeruis dei pro ſe ſtudet,& ſe in luctu ac
lachrymis anteactæ uitæ pœnitentia macerat: in ſomnis uidit ſe,& Cōſtantinā uxorem
cū filijs & filiabus,omniq; cognatione tradi Focæ militis gladio perimendū.Cumq; eui
gilaſſet Philippico gn̄o, quem affectati imperij ſuſpectum habuiſſet ad ſe uocato, falſæ
de illo ſuſpicionis culpam eſt cōfeſſus,& erroris ſui odium deprecatus, illum interroga
uit,nunquid aliquem in omni reipub.militia Focam audiuerit uocitari: reſpōdit Philip
picus,unum ſe Focam noſſe qui nuper eſſet cōſtitutus in exercitu procurator. Et quum
Mauricius

A Mauricius qualis ille eſſet Focas inquireret, ait Philippicus, ætate iuuenẽ temerariũq́;,
ſed timidũ eſſe. Ad quod uerbũ cõſternatus Imperator, ſi timidus inquit, profecto & ho
micida. Qui tamen in pœnitentiæ & ſupplicationũ ſollicitudinem totum ſe demerſiſſet
Mauricius, nequaquã interea à cupiditate ac auaricia abſtinebat: quinimo ne exercitus
eum ſtipendij & annonæ impendio grauaret, illũ ultra Danubiũ hyemare coegit in re-
gione Sclauorum, ut perpetuis incurſionibus per uim & arma ſibi quærerent alimenta.
Qua ex re cõmotus in ſeditionẽ exercitus, Focã centurionẽ exaltatũ ſuper clypeũ, ſibi
in exarchum acclamauit. Eo tumultu in exercitu cõmoto, Theodoſius filius & Germa-
nus ſocer Imperatoris fugã arripuerunt. Ducentes tñ in exercitu ordines, ſiue quia indi-
gnè ferrent Focam centurionem eis eſſe prælatũ, ſiue quia differendo ſperauerint multi
tudinis furorẽ poſſe deliniri, publico cõſilio ad Theodoſium Germanumq́; miſerũt, ut
alter eorũ Imperator effici pateretr̃. Cumq́; illi renuiſſent, Focas ab exarchatu concordi
B exercitus uoto ad imperium ſublimatr̃. Ea cùm eſſent Cõſtantinopolim nunciata, Mau-
riciusq́; aliquot cum populo habuiſſet contentiones, tumultuari in urbe eſt cœptum. Et
Mauricius diſſimulato habitu, cũ uxore & filijs dromonẽ cõſcendẽs fugere eſt adniſus.
Sed apud Chalcedonẽ uno & uigeſimo imperij ſui anno captus eſt, ſecuriq́; percuſſus.

## HISTORIARVM BLONDI FORLIVIENSIS AB INCLI-
## natione imperij Romanorum, Decadis primæ, Liber Nonus.

FOcas apud Cõſtantinopolim magno populi exercituſq́; applauſu Im-
perator declaratus, nihil duxit antiquius, q̃ quærere ut pari quoq́; Ro-
manorum uoto cõfirmatus uniuerſo orbi oſtenderet ſe iure & ordine
imperium accepiſſe. Scripſit itaq́; põtifici Gregorio & Romanis, cum
hiſq́; epiſtolis ſuam & uxoris Leontiæ imaginem Romã deferri cura-
uit. Et cùm ſæpenumero fauſtũ Imperatorem felicem Auguſtum bonũ
reipub. patrem Focam, fuiſſet acclamatum, imago Auguſtorum in ora
C torio S. Cæſarei Lateranenſis palatij ſacello locata fuit. Dedit uerò Gregorius pontifex
ad Focã literas, in quibus de imperij ſuſceptione gratulatus, illum hortatus eſt inter cæ-
tera, ut libertate ſingulis ſub iugo imperij reſeruata, memor eſſet illud inter reges gen-
tium, & reipublicæ Imperatores diſtare: q reges gentium domini ſeruorũ ſunt, Impera-
tores uerò reipublicæ domini liberorum. Paulopoſt Gregorius mittẽs ad Focam quod
ille popoſcerat, diaconẽ unum ſpiritales palatij Cõſtantinopoli cauſas directurũ, cala-
mitatem exponi iuſſit, qua eo tempore à Lõgobardis Roma & Italia premebantr̃. Sma-
ragdi nanq́; patritij aduentus parum profuerat ciuitatibus & oppidis in Romanorũ &
Rauennatũ fide ſolitis permanere. Et Agilulfus quamprimũ intellexit imperium apud
Cõſtantinopolim ob res nouas à Foca intentatas uacillare, copias quibus in obſidione
urbis Romæ uſus erat denuo cõtraxerãt, ducebatq́; in expeditionẽ anno ante ſecundo
aduerſus Mantuã, Cremonamq́; tãtis apparatibus deſtinatã. Curauit uero Agilulfus ut
Hetruriæ & Spoletanus gentis ſuæ duces Romanos eorũq́; oppida quãtis poſſent mo-
tibus agitarẽt. Profectus Mediolano ęſtate iam media Agilulfus, primũ Cremonã urbẽ
D obſedit, quã intra trigeſimũ diem expugnatã ad ſolũ uſq́; demolitus eſt. Exinde in Man
tuam eſt ductũ, quæ urbs fortiter repugnauit, q inerat præſidiũ à Gallinico, quãdo Par-
mã cepit immiſſũ. Sed Lõgobardi admotis arietibus mœnia alicubi aperuere: quãobrẽ
Rauennatũ Gręcorũq́; milites qui præſidio inerãt, ſalute rebuſq́; proprijs per pactionẽ
impetratis, urbẽ intra trigeſimũ & ipſi diẽ amiſerũt. In eam urbẽ nõ eſt à Lõgobardis ali
ter ſæuitũ, q̃ q mœnibus magna ex parte euerſis reddita eſt immunita. Interea Vultur-
nienſes cùm uidiſſent duabus his urbibus, Pado proximis, nullũ à Rauenna ueniſſe ſub
ſidium, ſeſe Lõgobardorum fidei permiſerũt. Erant in Brixillo tunc Rauennatum mili-
tes, q demolita olim ab Anthari rege eius oppidi munimenta tumultuario opere inſtau
rauerãt, id ſolum adniſi, ut ibi haberent pręſidium, in quod cum ex agro hoſtili abigerẽt
prædã, tutos ſe redderent. Et hi etiã Cremonæ & Mantuę excidij exemplo territi, pręſi-
dio igni ferroq́; demolito, Rauennã nauibus ſunt delapſi. Ea cùm agerẽtur in Italia, Fo-
cas anno imperij ſui primo oẽs Aſiæ & Europæ, atq́; etiã Africæ prouincias quæ Mau-
ricio ſubiectæ fuerant, cõfirmauerat, tantumq́; de ſe ſpei prouincialibus imperio parere

aſſuetis

aſſuetis dederat, tantũ ecõtra formidinis hoſtibus incuſſerat, ut fama probitatis ſuæ in I- E
taliam perlata, Agilulfum & Lõgobardos terruerit. Hinc Smaragdũ inter & Lõgobar-
dos in aliquot menſes induciæ primum, & poſt in annum pax cõſtitura eſt: quo in anno
Agilulfus ut pręſidia ſibi aduerſus nouũ Imperatorẽ pararet, affinitatem cum Theude-
berto Frãcorũ rege quæſiuit, filia Theudeberti Adoaldo ipſius Agilulfi filio uixdũ quã
drimo per internuncios diſpõſata. Ea pace cõſtituta, quã Romanos etiam & omes Lõ-
gobardorum duces ubiꝗ cõſtitutos tenere uoluerunt, beatus Gregorius anno imperij
Focę ſecũdo & põtificatus ſui quartodecimo migrauit ad cœlum. Suffectus uerò eſt illi
Sabinianus. Qui & ipſe pacẽ cum Lõgobardis in alterum annum fecit: per cuius põtifi
cis tempora, & ſi omnis Italia ab hoſte Lõgobardo quieuit: fames tñ ualida populos nõ
minus ꝙ anteacta bella feciſſent, afflixit. Qua ſuadẽre fame Agilulfus Lõgobardorum
rex, & quia noui Imp. Focæ potentiam formidaret, Stablictanum notarium ſuum miſit
Cõſtantinopolim ad Focam, cum quo pacem cõſtituit triennio in Italia obſeruandam,
eiuſꝗ pacis bñficio quieſcente Roma, ſuffectus eſt defuncto Sabiniano Bonifacius põ F
tifex qui fuit eius nominis tertius. Is inſolentiã Cõſtantinopolitani patriarchæ œcume-
nicum ſe, prout beati Gregorij tẽporibus cœperat, appellantis cõpeſcuit. Focas etenim
ipſius põtificis ſuaſione, publica & ad uniuerſum orbẽ Chriſtianũ dimiſſa ſanctione cõ
ſtituit, ut Romanę eccleſiæ Romanoꝗ põtifici omnes orbis eccleſiæ obedirẽt. Eo autẽ
põtifice immatura morte poſt nonum menſem uita functo ſucceſſit alter Bonifacius ex
Marſis & urbe Valeria oriũdus, qui & ipſe ab eodẽ Foca impetrauit, ut templũ Romæ
celeberrimũ à Marco Agrippa ædificatũ, & omnib. dijs gentilitatis prophanatũ, muta-
to nomine S. Mariæ & omnium Chriſti ſanctorũ eccleſia uocaret̃. Quæ autem Romã
& Italiam tanto prius tempore preſſerãt agitationes, ad Focæ imperij extremũ tempus
in Aſiam translatæ uident̃. Nanꝗ Praſini primum, & Venetici, ſinus Arabici Ægyptũ
inter & Aſiam accolæ multis cõmiſſis prælijs ſeſe cædibus maximis lacerarunt. Eorum
uerò populorum odia uetuſtã habere originem cõijcimus, cùm ipſos cõſtet Ælij Anto
nini Veri Imp. temporibus ſimile bellum paraſſe: quibus dum Imperator autoritate & G
miſſis legionibus obſiſtit, Praſini quidẽ facile imperata fecerũt: Venetici autem Anto-
ninum ſuſpicati in hoſtium fauores procliuiorẽ fuiſſe, illum Romã redire properantem
iniurijs incõmodiſꝗ affecerunt. Sed & Perſarum rex Coſdroas per idem ipſum tempus
in quo Praſſini Veneticiꝗ tãtos cõciuerant motus, Ro. imperij prouincias inuaſit, tan-
taꝗ celeritate, tãto cũ apparatu irrupit, ut prouinciæ urbeſꝗ quaſcunꝗ tentauit pari tẽ-
pore ſint & aditæ & occupatæ. Focas nanꝗ alijs qui in Africa exorti nũciabant̃ ſedãdis
motibus adeo implicitus perplexuſꝗ erat, ut prius omnia & ſimul uitã amiſerit, ꝙ ſatis
quid ſibi prius agendum foret cõſtituere & prouidere potuerit. Priſcus quidã patricius
ſummo honore apud Focam in Cõſtantinopoli fuit, qui cõiuratione inita cũ Eracliano
ſocero Africæ ꝓprætore Eraclio eius filio & ſuæ uxoris fratri imperiũ affectauit. Quã-
primum itaꝗ Praſinis Veneticiſꝗ tumultuantibus Coſdroas Meſopotamiã occupauit,
Eraclianus item prout cũ gño conſtituerat Imperatori in Africa rebellauit: tum Priſcus
cõponendis ſoceri cum Imperatore rebus ſequeſtrẽ ſe exhibuit, Eracliuſꝗ Cõſtantino- H
polim tanꝙ paternę fidei obſes uenit, & copias Eraclianus quãtaſcũꝗ ex Africa potuit
cõtrahere tanꝙ Imperatori ſubſidium allaturus parauit. Quib. copijs nauigio in Thra-
ciam tranſportatis Focam coniurati obtruncarunt, Eraclioꝗ Imp. per uim & arma con
ſtituto, Eraclianus pater ad tuẽdã Africam eſt reuerſus. Per id etiã extremũ Focæ impe-
rij tempus licet Itali & Romani quietẽ, de qua diximus, à Lõgobardorũ pace nacti eſ-
ſent, eorũ tamen hoſtes Lõgobardi cædes, quibus tãta crudelitate in noſtros diu fuerãt
debacchati, ſunt experti. Auares nanꝗ Hunni à quibus Noricũ prouinciã à ſe Bauariã
prius appellatã oſtẽdimus inhabitari, Tranſpadanas ſibi cõfines Venetiæ & Forijulij
ꝓuincias inuaſerũt: queis intima Forijulij iam habẽtibus, Giſulſus eius ꝓuinciæ dux cũ
omnibus prouincialib. Lõgobardis qui arma ferre potuerũt, occurrit, pręliũꝗ ſine mo-
ra magnis utrorũꝗ animis eſt cõmiſſum: ſed Lõgobardos multitudinẽ alioquin ingẽtẽ
maior multò Bauarorũ exercitus corona cinxit, pugnatũꝗ eſt utrinꝗ atrociter: & licet
Bauaro uictoria nõ ceſſerit incruẽta, Giſulfus multis cõfectus uulneribus cecidit, Lon-
gobardiꝗ multa pugnatorum millia penè ad internecionem fuerunt cæſi. Secũdum id
prælium

A prælium Bauari in multas diuiſi partes prouinciã ubiq; rapinis incendijſq; latiſſimis ua-
ſtauere. Erat Bauaris rex dictus ex gentis cõſuetudine Cacannus, qui audiẽs Romildã
Giſulfi ducis uxorẽ cum filijs Rodoaldo & Grimoaldo, cumq; uxoribus & gaza prima
riorũ gẽtis Lõgobardæ, quæ in prælio ceciderãt, ſeſe intra oppidũ Forijulij cõmuniſſe,
illuc duxit, firmiore propoſito & certiore ſpe uel obſidione uel uiribus potiũdi. Nãq; in
oppidũ poſt Aquileiæ urbis excidium ante annos fermè ducentos ab Athila factũ, eius
ꝓuinciæ metropolis & tanq; arx fuerat, in quod Heruli, Oſtrogothi, & ipſi ad extremũ
Longobardi prædam cum alijs in Italia regionibus, tum maxime in Tranſpadana factã
cõgerere conſueuerãt: qua ratione & quod in ipſis Italiæ faucibus ſitum id oppidũ bar-
baris qui noui aduenisſent opponebat, firmiſſimis mœnibus munitum erat. Obſedit tñ
oppidũ Giſulſus, & machinis excitãdis fecit maximos apparatus. Sed qua pridẽ uſi erãt
Lõgobardi fortuna iam flacceſcẽte, per inuſitatũ ꝓditionis genus oppido Bauari ſunt
potiti. Romilda nanq; Cacannũ mœnia obequitantẽ cõſpicata flauo criſpãtiq; capillo,
B forma atq; ætate florentiſſimũ eſſe, in illius libidinẽ exarſit, miſitq; e ueſtigio nũcios qui
pacto cum rege ſuo ipſius matrimonio, pollicerẽtur oppidi proditionẽ: ſpopõdit uerò
rex, & oppidũ ingreſſus, introductis copijs Romildã unica nocte in thorũ admiſit, fide
poſtmodũ laudãdo perfidiæ modo ſalſa, impudicã mulierem Bauaris militibus in cõcu
bitu proſtitutã ad laſſitudinem agitari iuſſit, & ſeu auiditate prędæ ſeu gẽtis Lõgobar-
dæ odio adductus, om̃es tam fœminas q̃ mares & omnis etiã ętatis in oppido repertos
porta foras educi cuſtodiriq; iuſſit, pollicitus ſeſe illos ad Pannonię loca, unde primũ ab
Alboino rege in Italiã traducti fuerãt, reducere liberãdos, ut priore in patria cõmanerẽt.
Exinde præda oppido aſportata, ignis ędificijs eſt ſubiectus, nec prius inde mouit rex q̃
oppidũ munitiſſimũ opulentiſſimumq; ſolo uidit æquatum: & profecto maximã eo in
excidio Bauaros adhibuiſſe diligẽtiã hinc cõſtat, ꝙ multos ante annos celeberrimi op-
pidi in patria cui dedit nomẽ ueſtigia ignorãt. Fuerũt tamẽ nõnulla prouinciæ Forijulij
oppida editis grumoſiſq; in locis ſita Longobardis ſalua, Cormona, Nemaſum, Oſopũ,
C Arcenia, Reuma, Glemona & Ibliginũ: ea in oppida quos ſors & melior fortuna perdu
xit, ij maiorũ gentis Longobardæ copiarũ aduentũ ſalui ſecuriq; expectarũt. Etenim ad
primum irruptionis Cacanni in Foroiulianã regionem nunciũ, qui ad Lõgobardos du-
ces per Italiã eſt perlatus, ilico omnes Papiæ ad regiam conuenerũt. Vbi de clade acce-
pta, & excidio oppidi prius certiores facti ſunt q̃ potuerint ſubuenire. Graſulſum tñ Gi
ſulfo fratri defuncto ducẽ Forijulij, Agiſulfus rex duceſq; ſubrogarũt. Bauari interim I-
talia egreſſi cũm primũ in patria cõſtitere, captiuos pubertatẽ ſupergreſſos in cãpo, cui
ſacro poſtea ob id facinus fuit nomẽ, interfecerũt. Pueros uerò & fœminas, partim ꝑ ſer
uis pellicibuſq; habuerũt, partim haſtæ ſubiectos tanq; gentẽ barbarã uendiderũt: pue-
ros tamẽ Rodoaldum & Grimoaldũ, Giſulfi ducis defuncti filios ſuga prolapſos ſolus
inter multos ſcriptores aſſerit Paulus. Per id etiã tẽporis imperio Cõſtãtinopolitano tu
multibus illis in Africa & Aſia agitato, Sclaui quos oſtendimus in Dalmatiæ & Hiſtrię
ora cõſediſſe, quęcũq; ꝓpinquis in regionib. imperio parẽtia inuaſerũt, & militib. quos
D Focas præſidio impoſuerat ſubita irruptione acciſis, omnẽ Dalmatiæ & Illyrici Adriati
co adiacẽtis prouinciã ſubegerũt. Nec potuerũt Italici eorũ qui tũc in imperio ſuſcitati
erãt motuũ ſeſe om̃ino expertes inſonteſq; ſeruare. Pace Lõgobardorũ ubiq; per Italiã
cõſtituta, Focas, Ioannẽ Lemigiũ Thracẽ, Smaragdo patricio in exarchatu Italię dede-
rat ſucceſſorẽ, qui ſua iudicumq; ſuorũ muliebri turba in Italiam trahenda diu per Græ-
ciam eſt moratus, tam diuq; deſedit & nauigare tardauit Ioãnes, ut nõ prius inire potue-
rit magiſtratum q̃ de Focæ caſu in Italiam ſit perlatũ. Itaq; appulſis Rauennæ nauibus,
quæ exarchũ iudiceſq; per oppida & urbes Italiæ regẽdæ diſtribuẽdos aduexerãt, Gręe-
ca uirorũ uxorumq; & ſpadonum mollities omnia quæ aduenis collibebãt, imperat, &
diutius dilata, cõminationibus uerberibuſq; nititur à Rauẽnatibus extorquere. Erãt tũc
Rauennates, quod opulẽtis in urbibus aſſolet, tot tãtiſq;, quãtæ undiq; obſtrepebãt oc-
ciſi Imperatoris, profligatorũ cęſorumq; ad internecionẽ Lõgobardorũ, atq; oppreſſo-
rum à Sclauis Hiſtrorũ nouis rebus, animis ſuſpenſi. Dũ igitur Græci haud ſecus quàm
ſi res imperij integræ eſſent, importunè Rauẽnatibus moleſti ſunt, facile exortus eſt in-
certo autore aut cõcitatore tumultus, & Ioãne exarcho cum magna iudicũ parte occiſis

in petu-

inpetulãtem uxorũ ſpadonumꝗ turbã petulãtius eſt graſſatũ. Roma ni etiã licet nullos E
rẽpublicã imperiũue decus cõcernentes cõciuere motus, Bonifacio tñ quarto uita fun-
cto uſꝗ adeo in ſucceſſoris electione diſcordes fuere, ut prius elapſi ſint octo menſes ꝙ
in ſucceſſorem potuerint conuenire. Erat Neapoli Ioannes Cãpſinus ex gente patricia
Cõſtantinopolitanus, quem Focas pręſidio illiꝗ urbi præfectũ, ſiue prout Græco uoca
bulo appellabãt, archõta impoſuerat. Is eam Romanorũ in põtificis electiõe diuturnio
rem ſolito altercationẽ maiores pariturã motus exiſtimauit, & occiſorũ Rauennæ ex-
archi ac iudicũ cõmotionem apertã rebellionem parere eſt opinatus. Vnde urbis Nea-
politanæ, & ſimul Lucaniæ, Brutiorũ, Apuliæ, & urbiũ oppidorumꝗ Cãpaniæ quæ nõ
parerẽt Lõgobardis, tyrãnidẽ ſuſcepit, fore ſperãs, ut imperio in Aſia à Perſis oppreſſo,
Rauennatibuſꝗ in rebellione permanẽtibus, regno etiã ipſe occupato quietus potiref.
Eo anno qui fuit inclinationis imperij Romanorũ occidẽtalis ducẽteſimus, Eraclius in
Auguſtũ quinquageſimũ aſſumptus, & à Sergio patriarcha Cõſtantinopolitano coro-
natus orientale accepit imperiũ, adeo in Aſia mutilatũ, ut cõſtet eius imperij inclinatio- F
nem ipſo anno initium habuiſſe. Prouidit tñ omnia & principio, poſtꝙ aliquandiu ma-
gnificè geſſit Eraclius. Primum nanꝗ Eleutherium gẽtis patriciæ Cõſtantinopolitanũ
imperialis aulę cubiculariũ & ducẽ rei bellicæ ſcientiſſimũ in Italiã miſit, deditꝗ illi co-
pias & pecunias quo res Italiæ cõfirmaret. Et copias quaſcunꝗ Focas in proximis Aſię
& Europę ꝓuincijs habuerat, quaſꝗ genitor Eraclianus ex Africa miſerat, & indies mit
tere potuit inſtruxit, miſitꝗ aduerſus Coſdroẽ, quo prouincias in fide manẽtes ab illius
impetu cõſeruaret. Nã prius ꝙ Foca occiſo imperiũ Eraclius in Cõſtãtinopoli potuerit
ſtabilire, Coſdras Meſopotamia Palęſtinaꝗ occupatis, Hieroſolymã inuaſerat, eaꝗ ur-
be tunc opulẽtiſſima potitus in Chriſtianos quorũ ad nonaginta millia ſicut multi tra-
dũt ſcriptores, gladio interemit, deſęuierat, diruerat eccleſias, & loca ſancta quoad pote
rat pollui inclinariꝗ curauerat: quãq̃ nõnihil uenerationis uideẽ ſacratiſſimę cruci domi
nicæ exhibuiſſe, quãdoquidẽ eum graues tradũt ſcriptores illius partẽ quã Helena Cõ-
ſtãtini Magni genitrix in Caluaria locauerat, inde aſportatã pòſuiſſe in patria, locatã in G
throno quẽ mirabili opere auro gẽmiſꝗ ornatũ exædificauerat, ea ratione ut licet extre
ma rotunditas ad cœli inſtar circumagereẽ, ipſe tñ immotus in cẽtro ſederet, dominica
cruce ſupra uerticem cõmunitus. Nanꝗ ſuis prędicat Perſis fore, ut quãdiu ſacroſanctę
inhæreret cruci, ab omni iniuria & mortis periculo tutus eſſet. At apud urbem Romã q̃
primũ eſt auditum accepiſſe Eraclium imperij iura, ilico Deuſdedit Romanũ ciuem pa
tre Stephano ſubdiacono pontificẽ elegerũt. Intereaꝗ Eleutherius patritius Rauennæ
applicuit, qui ſine controuerſia admiſſus poſtꝙ exercitũ nauigio eduxit, milites qui Ra
uennæ & in illius exarchatu erant, ad edictũ cõuenientes nouo adegit in Eracliũ ſacra-
mento: exinde cõfirmatis rebus habita conſciorũ exarchi Ioannis & iudicũ reipublicæ
necis quæſtione noxios puniuit. Poſtea accedens Romã à Deuſdedit pontifice popu-
loꝗ Romano honorificè eſt acceptus. Eo ex loco pertẽtare uolẽs q̃ eſſent quos Ioãnes
Cãpſinus fautores haberet, omnes qui ſub Foca Romano imperio ſtipẽdia facere ſoliti
erant, edicto ad ſacramentũ accipiendaꝗ ſtipẽdia cõuocauit: ſed ad nullos milites uete- H
ranos ſtatiua citra aut circũ Neapolim habere ſolitos, peruenit edictũ, ꝙ omes Campſi-
nus in Neapoli coactos pecunijs, frumẽto, ueſteꝗ donauerat. Quę cauſa Eleutheriũ im
pulit, ut poſtꝙ copijs abũdè munitus erat, ad obſidendã Neapolim properaret. Copijs
ꝙ plurimũ Eleutherius applicuit ſtructa acie obiectis Neapolitanæ urbis portæ: Cam-
pſinus & ſi inferiorẽ ſe uiribus intelligebat, nõ eſt auſus pręlium detrectare, ꝙ uereretur
ciues Neapolitanos, quibus magnã de ſuo exercitu ſpem prębuerat ſe præliũ retractãte
ad ſuperioris potẽtatus patricij obedientiã inclinare. Cõflixit itaꝗ Cãpſinus, & ipſa in
porta ſuperatus interfectuſꝗ fuit. Potitus Neapolitana urbe & rebus Italiæ illius ore cõ
poſitis Eleutherius Rauennã redijt. Vbi nõ ſolum debita militibus æra perſoluit, ſed u-
numquenꝗ donãs, prout dignitas ordoꝗ expoſcere uidebaẽ, omnes beneuolentia de-
uincere ſibi conatus eſt. Conſciuſꝗ ſibi quãtũ eſſet facinus quod animo deſtinaſſet, no-
uam cum Lõgobardis pacem amicitiamꝗ quæſiuit. Illis autẽ ob acceptã à Bauaris cla-
dẽ ultro aſſentiẽtibus, ueteri paci aliquot etiã mẽſes ex formula obſeruãdæ noua in de-
cennium eſt addita. Cœpitꝗ primũ oſtenſę uirtutis fructũ Eleutherius, ꝙ Eraclius mul-
torum

A torum literis, quę in Italia ille geſſiſſet gereretꝗ intelligens, illum Italiæ exarchum ſolitæ
attributa poteſtate cõſtituit. Per ea enĩ tempora Eraclius rerũ imperij cura in duces ſuos
reiecta apud Cõſtantinopolim deſidebat, ocio luxuiꝗ immerſus. Nam cum uxor Eudo
xia Cõſtantinũ anno imperij ſecundo peperiſſet, & ipſo in partu obiſſet, Martinã ex ſoro
re neptem inceſtuoſo ſibi matrimonio copulauit: ex qua anno cõiugij primo ſuſcepit fi-
liũ nomine Eracleonem. Romæ interea Deuſdedit papa poſt annũ põtificatus tertiũ ui
ta functo, Bonifacius eius nominis quintus illi ſuffectus eſt. Sed priuſꝗ potuerit põtifex
ex more cõſecrari, Eleutherius patricius & nouus exarchus ſeſe apud Rauennã Italiæ re
gem declarat, legiones ſibi per largitionẽ conciliatas unum in exercitum cogit, iterꝗ in
gredit̃, Romã ſibi & cunctam Italiam ſubacturus. Duces uero militię Rauennatis quib.
plurimum fidere cœperat, eum apud oppidũ Luceolũ interfecerunt. Qui duces cũ exer
citu Rauennã redeuntes caput tyrãni Cõſtãtinopolim Eraclio miſerũt, ſuſceperuntꝗ cu
ram, ne res Italica exarcho deſtituta quicꝗ acciperet detrimenti, quouſꝗ Iſacius patrici
B us & ipſe Cõſtantinopolitanus demandatũ ſibi ab imperatore accepit Italiæ exarchatũ:
In cuius aduẽtu Agilulfo Lõgobardorũ regi uita functo, Adoaldus filius puer cũ Theu
delinda genitrice Longobardis cupientiſſime fauentib. ſucceſſerant. Ea enĩ regina quã
à principio aduentus ſui in Italiã, ſibi cõparauerat Longobardorũ gratiam, adeo conſer
uauit, indieſꝗ adauxit, ut duces militeſꝗ Longobardos uerbo magis regeret, ꝗ reges il
los armis cõpeſcere potuerint. Hinc nullis fœderum innouata conditionib. pax Longo
bardos inter & Italicos per decẽ annos, quib. puer in regno uixit quietiſſima fuit: quin e-
tiã eiuſmodi pacis bono multa uariaꝗ regina cumulauit in Italicos beneficia, ꝙ non mo
do eccleſiis pijſꝗ locis pueri regis nomine donationes maximæ ſunt factę, ſed urbes op
pidaꝗ alicubi inſtaurata. Eſſent hoc loco motus Francorũ & regũ eius gentis Theodori
ci, Theodeberti & Clotharij fratrũ explicandi, eſſet eorũ inter ſeſe crudelitas diffamãda,
ꝙ Theodoricus à fratrib. in prælio ſuperatus, & inde cũ ingenti exercitus iam captiui oc
cidione interfectus ſit, Theodoricoꝗ poſt parũ uita functo eius filios Clotharius, ut ſo-
C lus regnaret, occidit. Sed ea tragicis, quib. fuerunt digna relinquimus, ad illaꝗ ſtylũ con
uertimus, quæ ad nuper inchoatã à nobis orientalis imperij Romanorũ inclinationẽ ſe-
cuta ſunt. Anno imperij Eraclij ſexto, Perſæ omni Aſia quę in meridiem uergit potiti ad
Aegyptum arma uerterunt. Alexandriaꝗ capta pauliſper ſe cõtinuere, ꝙ Eraclianus im
peratoris pater magnum in Africa exercitum terreſtri uia in Aegyptum Aſiamꝗ ducen
dum paraſſe nunciaret̃. Sed obijt eo in tempore Eraclianus: qđ cum eſſet Perſis renũcia
tum, ilico in Africã ducentes Carthaginẽ ceperunt. Inde potiti Africæ imperio impoſi-
tiſꝗ illi cũ præſidijs, tum etiã magiſtratib. in Aſiã ſunt reuerſi. Petiuerat eo in tẽpore Era
clius à Coſdroa pacẽ, quã magno cũ Ro. imperij dedecore fuerat accepturus. Sed barba
rus rex uictorijs inſoleſcens, ut illi cõſentiret paci nullis precib. præmijúe pollicitationi-
bus adduci potuit. Quamobrẽ imperator timore potius ꝗ uirtute animos faciẽte, expe-
ditionẽ in barbaros deſtinauit, primumꝗ omniũ Cõſtantinopolis defenſioni ꝓſpectu-
rus Cõſtantinũ filiũ Cæſarẽ declaratũ regni cõſortem accepit, Sergio uenerabili patriar
D cha, & Bonoſo patricio ſpectatæ uirtutis uiro illi in adminiſtrationis ſocios attributis.
Exinde rei diuinæ ex Chriſtianorũ inſtitutis religioſiſſime intendens, accuratiſſimã per
ſacri ieiunij tẽpora omnib. in ſacris ædib. ſupplicationẽ habuit: poſtmodũ celebrato pa-
ſchate ꝓfecturus dexterã ſaluberrimo telo armauit, tabula ſcilicet ſaluatoris Ieſu, uel ſi-
cut aliqui habent, glorioſę uirginis imagine picta, quã diu uenerantiſſime in ſacrario ſer
uatã fama eſſet tanꝗ de cœlo cecidiſſet, nullo fuiſſe hominum opere fabricatã. Ingreſſus
Syriã Eraclius audiens Coſdroẽ ſe apud Azotũ urbẽ potentiſſimã cõtinere illuc duxit.
Qđ cũ intellexiſſet futurũ Coſdroas inde ꝓfectus eſt: faciebat uero iter in Perſidẽ Coſ-
droas, & ne hoſtis perſequendi facultatẽ haberet quacunꝗ incederet maturas flaueſcen
teſꝗ tunc in agris ſegetes igni ferroꝗ uaſtabat. Inſecutus tñ eſt plurimis caſtris Eraclius
& ubi Coſdroẽ in uaſtatione ſegetũ uidit laboraſſe, ipſe in regionis ædificia deſæuit. Eo
in itinere factus eſt certior Eraclius Coſdroẽ curſu accelerato intra Perſidẽ cõfugiſſe, re-
lictis duob. præfectis, Sarabago & Sarabaſſe, q noſtrorũ impetũ morarent̃. Quare impe
rator mutato perſequendi cõſilio id munus & ipſe legatis demandans flexit in ſiniſtrã, et
magnis cõfectis itinerib. peruenit ad Taurũ, ipſoꝗ ſuperato mõte reperit Sarbarũ Per-

ſem Coſdroæ ducũ primarium magno circuitu facto anteueniſſe, & ad pontẽ qui iunge B
bat Sarũ amnẽ ſeſe illi cũ magno exercitu oppoſuiſſe. Proceſſit uero Eraclius, & caſtris
citeriori in Saronis ripa ad pontẽ poſitis tranſire conatus eſt. Dumq́ aliquandiu ipſo in
ponte uaria eſſent edita certamina, Eraclius ꝓpugnaculũ expugnauit, qđ ſua in ripa Sar
barus tumultuario opere cõmuniuerat: ea in ꝓpugnaculi oppugnatione cum ſe inferio
rem cerneret Sarbarus dux rei militaris ſcientiſſimus, cõſilium in tempore cepit, ex quo
res Eraclij adducta eſt maximũ in diſcrimen. Munitiones nanq́ etiã priuſq̃ ab hoſte eſ-
ſent captę reliquit, magnamq́ ſui exercitus partẽ ad amnis ripas ſurſum deorſumúe ſece
dere, & depreſſis in locis inſidere curauit: iuſſitq́ ut quamprimũ Romanos ſe in patẽtes
campos recedentẽ inſecutos eſſe uidiſſent, eadẽ quà perrexiſſent, ocyus reuerſi ad põtẽ
præſidiumq́ à ſe impoſitũ redirent, diſtinerentq́ prælio Eracliũ, ne ſuis in campo pugnã
tib. ſubueniret. Turmis ut Sarbari imperata facerent citato dilabentib. curſu, ipſe pariter
in campos ꝓcurrens fugere ſimulauit. At Eraclij exercitus præſidio potitus hoſtes qua-
quauerſum fugere cernens, ordines quidẽ ſoluit, ſed nõ minus turmas ad amnis ripas fu F
gientes q̃ ipſum Sarbarũ in campos eſt ſecutus: quæ maior q̃ opinatus fuerat dux Baua
rus Romanorũ militũ diſſolutio cladem auertit, quã neceſſario imperator maximã acce
piſſet ſi in ſolũ Sarbarũ agmina ꝓruiſſent. Illis nanq́ turmis quæ ad ripas fugiebant, ut ſe
tuerent cõpulſis, relata eſt ilico in pontem pugna, & Eraclius de incõmodo qđ iam ma
gnum acceperat à ducib. certior factus pugnãtes ubiq́ milites accuratiſſime reuocauit.
Deturbatus eo ponte Sarbarus tranſuerſis itinerib. in Perſidẽ ſe contulit. Quẽ Eraclius
ſingula per caſtra e ueſtigio eſt inſecutus. Ea cũ eſſent Coſdroæ nunciata, Saym famæ ce
lebris ducẽ dedit Sarbaro ſucceſſorẽ, qui nouis magniſq́ copijs exercitui, quẽ Sarbarus
duxerat additis Eraclio ſe oppoſuit, uentumq́ eſt ex cõdicto ad præliũ, copijs hinc inde
in aciẽ explicatis: quib. aciebus ſtruẽdis cum dies una ꝓpè eſſet exacta, pacti ſunt duces
ꝓximum ſolis ortum per inducias expectandum: q̃d uero ad crepuſculũ potius q̃ ad ſo-
lis ortum inierunt præliũ, multa utriuſq́ exercitus cæde in ueſperã eſt ꝓtractum, & incli
nabat ad Saym Perſaſq́ uictoria, niſi dñs exercituum, quo adiutore id bellum Eraclius G
gerebat, ſubſidium attuliſſet. Exortus magnã in tempeſtatẽ imber grandine mixtus in fa
ciemq́ hoſtium fulminans & obcæcabat pugnantes Perſas & impetu ꝓuoluebat, cum
Romanas acies aut minime à tergo lęderet, aut ipſo turbine in hoſtem ferret. Cõfractus
eſt itaq́ & magna occidione proſtratus Says exercitus. Ad eius ingentis acceptæ cladis
nunciũ territus Coſdroas oẽs effudit regnorum uires: copijs nanq́ quotquot Perſia tũc
habuit cõtractis, Razatenẽ bellis feliciter adminiſtratis præclarũ ducẽ præfecit. Oppo-
ſitus Eraclio nouus dux magna conflixit audacia, idq́ item præliũ perpetuo continuatũ
die in ueſperã eſt protractũ. Sed ad ſolis occaſum cum multa in utroq́ exercitu milia ce-
cidiſſent, Razatenes ſuperatus interfectuſq́ eſt. Relata ſunt ex eo prælio uiginti ſeptem
Perſarũ militaria ſigna, & maiore exercitus parte uel occiſa uel capta uires Coſdroę con
ciderunt. Qui armis diffiſus quæ in Perſia haberet reliqua, ultra Tigridem ſe recipere cõ
ſtituit: prius tñ q̃ proficiſcerer̃ Medarſem filium Syroe, quem natu maiorem probumq́
adoleſcentem haberet præterito, regni cõſortẽ appellauit. Tulit uero ægerrime Syroes, H
adeoq́ in patrem animo exaſperatus, ut ad Eraclium miſerit, qui regnũ Perſidis ſibi paci
ſcerentur, ſi Coſdroe & Medarſe captis omnem regiã ſupellectilem Romanis permitte
ret diripiendã & Conſtantinopolim aſportandã. Eraclius uero poſtulata concedens id
ſolũ egit in fœdere, ut Syroes captiuos de Romano exercitu prouincijſq́ liberaret, exin
de pontem Tigridis cum præſidijs quæ ad utraq́ illius capita erant, ſibi permitteret Ro
mano milite cuſtodiendũ. Ea cũ ex formula eſſent impleta, Coſdroas perfidia nati intel-
lecta fugere adnitebatur: ſed de fuga à Syroe filio retractus, & cum Medarſe filio uxori-
buſq́ in uincula & carcerem eſt coniectus. Potitus tanta uictoria Eraclius crucẽ domini
Ieſu à Syroe petijt: qua habita, pacem cum illo Perſiſq́ conſtituit. Et inniſus paci Syroes
cum præſidia & oẽs magiſtratus ex Romani quondam imperij prouincijs urbibuſq́ re
uocaſſet, genitorem fratremq́ necari iuſſit. Tantis totq́ rebus ſexto expeditionis illius
anno q erat imperij duodecimus feliciſſime geſtis, Eraclius dominicã crucẽ anno quar-
todecimo poſtquã in barbari manibus fuerat, reduxit. Eodemq́ in anno Africam, Aegy
ptum & perditas de Aſia prouincias Romano recuperauit imperio, Arabia dũtaxat ex
cepta

A cepta, à cuius rebellione ingentia in orbe terrarũ mala initium habuerunt. Macome tus
quidã, ut aliqui, Arabs, ut alij uolunt, Perſa fuit nobili ortus parente deos gentiũ adoran
te, ſed matrem Hebraicę gentis habuit Iſmaelitã: is ex duabus huiuſmodi omnino ſibi in
uicẽ aduerſantib. ſuperſtitionũ ſectis originẽ trahens, nulli earũ omnino adhæſit, ſed ho
mo acerrimi callidiſſimiq; ingenij inter Chriſtianos conuerſatus pniciosiſſimũ humano
generi ex duarum huiuſmodi gentium legibus conflauit incẽdium. Nanq; inter Arabes
apud quos magnũ ambiret honoris locũ publice cõcionatus eſt, nõ iniuria Coſdroẽ cũ
omni familia deletum eſſe, quòd ſe pro deo adorari feciſſet homo omniũ ſceleſtiſſimus,
qui & ipſe idola ſculptiliaq; manufacta adorare ſolitus fuiſſet. Subſequenter de lege He
bræorum quam magna ex parte Arabes ſectabantur, Chriſtianorumq; traditionibus ita
diſputabat, ut unam eandemq; eſſe utranq; affirmaret, licet magnis utraq; gens abduce-
retur erroribus: quos quidem errores ita ipſe moderabatur, ut Hebræos reprenderet Ie-
ſum Chriſtũ ex uirgine natum negantes, quod ſui maiores futurum expectandumq; prę
B dixerant aduenisſe: Chriſtianos uero redargueret leuitatis, quibus perſuaſum ſit Ieſum
dei amiciſſimũ & ex uirgine natum, opprobria & demũ crucis mortem à Iudæis perpeti
uoluiſſe: & ſuã ipſe prædicans legem, quã ſuperuacaneum duximus narrare, futurum aſ
firmabat, ut ſi eam acciperent cuſtodirentq; Saraceni, & ſibi diuino ad id nũcio obieque
rentur, ſeſe in libertatẽ aſſerãt, & principatu regnoq; in finitimos potianť. Eam rebellio-
nem cũ audiſſet Eraclius, in Arabiam mittens Saracenos ea maxime ratione pacauit, ꝙ
eorũ aliquot milia quibus arma publice erant permiſſa, in reipublicæ ſtipendia accepit,
& Perſide pfecturus ipſos Saracenos cum Romanis legionibus in Thraciã præcedere
curauit. Ipſe ingenti præda ſpolijsq; ditatus ampliſſimis Cõſtantinopolim ad triumphũ
redire anhelãs, eatenus Chriſtianæ religioni detulit, ut prius crucem dominicã uoluerit
Heroſolymã importare. Acceſſit itaq;, & Zacharia patriarcha ciuibusq; Hieroſolymis
in patriã, à qua profugi exulesq; aberant reductis, pompã inſtituit ſolenniſſimã: qua de-
ducente crucẽ domini ipſe ſic manibus ulnisq; geſtauit, ſicut illam Ieſus Chriſtus primo
C & poſt Ioſeph ab Arimathia ceruicibus baiulauerant: procedebant uero pompa eodem
uico, per quẽ à Caiaphę prætorio Ieſus à ſatellitibus phariſeisq; fuerat attractus: uentum
eſt ad portã quæ in locũ Caluariæ foras ducit, & exiuerat turba quę Eracliũ pręcedebat,
ipſe aũt ad iter cœptum anhelans uiribusq; ſubnixus nullo tenente ante portã ſubſtitit,
quantoq; magis in exitũ conabatur, eo immobilior permanebat. Tunc patriarcha qui la
teri hærebat ad illũ conuerſus, quin tu inquit inuictiſſime imperator uide ne dum Ieſum
dominum crucẽ ſibi baiulantẽ in cæteris æmularis, nõ ſatis recte facias, qui purpura ia-
ſpidibusq;, quibus ille paupertatis magiſter caruit oneraris. Ad quã uocẽ humiliãs ſe im
perator & ueſtẽ mutauit plebeiam, & iter nudis pedibus eſt ingreſſus. Tunc quæ clauſa
illi uidebatur porta patuit, & ipſe greſſu expeditiore crucẽ domini in Caluariã detulit.
Hinc tractũ eſt ſeruatq; religioſiſſime populus Chriſtianus, ut ea in paſſionis Chriſti cõ
memoratione quã ſingulis annis facimus, adoraturi crucẽ omni depoſito auri gemma-
rumq; ornatu illam diſcalceatis pedibus adeamus. Dum ea in orientali Romanorũ impe
D rio fierent, Roma & Italia fuerãt quietiſſimæ. Bonifacio nanq; poſt quintũ pontificatus
annum defuncto, ſuffectus erat Honorius pontifex eius nominis primus. Et cum Iſacius
Italiæ exarchus integre & prudenter magiſtratũ adminiſtraret, Lõgobardi partim illius
metu, partim Theudelindæ imperio pacẽ ſeruauerũt, adeoq; ualuiſſe uidetur ea parum-
per continuata quies, ut Theudelinda defuncta & Adoaldo eius filio regni adminiſtra-
tione deiecto pax item durauerit, quã nouus Longobardorum rex Arioaldus integerri
me cuſtodiuit. Honorius pontifex interea pacis uſus dulcedine urbis Romæ ſacras ędes
propè oẽs magnis ſumptibus inſtaurauit: quorũ operũ nihil hoc tempore uiſiť aliud ꝙ
baſilicæ beati Petri tectũ ab ipſo pontifice tegulis æneis coopertũ: quas quidem tegulas
ex Romuli templo Eraclij imperatoris permiſſione amouit: ſed & nouas ipſe aliquot ę-
des a fundamentis extruxit, Agnetis martyris uia Numentana, Apollinaris martyris, Ci
riaci, Quatuor coronatorũ, Seuerini uia Tyburtina x x. ab urbe miliario, Petri & Mar-
cellini uia Labicana, Pancratij uia Aurelia, Luciæ uirginis, Adriani in trib. fatis, & in lo-
co fontium ad decollationẽ Pauli apoſtoli in aquis Saluijs ædẽ Anaſtaſii martyris, cuius
corpus ex Perſide delatũ Eraclius Romam miſit. Is nanq; imperator in Conſtantinopoli

triumphaturus ſuam item apud Romanos gloriã innoteſcere uoluit, nulla uero etiã tũc B
pluris faciebat ꝙ Chriſtianæ fidei ornamẽta: quare nõ ſeruis ex Perſide aut alijs ſpolijs
Romanos magis donare uoluit, ꝙ precioſo ſancti Monachi corpore, qđ multis per obi
tus ſui dies miraculis claruiſſet. Sed infelix Eraclius poſt actũ ſumma gloria triumphũ in
reprobum datus eſt ſenſum. Omnem em̃ poſtergans religionis Chriſtianæ reuerentiam
ad ſtudia matheſeos eſt cõuerſus, aruſpicinæ incantationumq; præſtigijs indulſit. Eũ ob
uictoriã laſciuientẽ cupido inceſſit ab ariolo mathematicoq; prænoſcendi, nunqđ auiũ
uolatus illi aut aſtra incõmodum aliquod aut maius periculũ minarentur. Cecinere autẽ
uates ſui grande illi periculum atq; imperij euerſionem à circunciſo populo imminere:
Quamobrẽ à Iudæis quos eo denotari prægnoſtico interpretatus eſt, cauturus, omnes
Hebræos ſuo ſubiectos imperio baptizari curauit, atq; etiã apud Dagobertũ Francorũ
qui defuncto per id tẽpus genitori Clothario ſucceſſerat, & Siſebodũ Hiſpaniarũ reges
prætenſa fidei Chriſtianæ cauſa, tantis inſtitit precib. ut pariter quotquot Hebræi in Gal
lijs Hiſpanijsq; ſunt inuẽti, fuerint baptizati. Dumq; huiuſmodi erroribus inſaniret Era- F
clius, Pyrrhi patriarchæ Cõſtantinopolitani & Cyri Alexandrini epiſcopi ſuaſionib. in
cidit in hæreſim Monothelitarũ dicentiũ eſſe in Chriſto unicam tantummodo uolunta
tem: quam opinionẽ poſtea multi magno cum fidei Chriſtianæ diſturbio ſunt ſectati. Et
tñ cum Honorius pontifex Ro. Eraclium per literas & nuncios tanti erroris cõmiſſi re-
darguiſſet, paſſus eſt Pyrrhum patriarchatu eijci, & in Africã relegari. Eas uero uitæ ſor-
des quib. imperator inquinari cœperat, facile ſunt ſecuti oẽs quos ubiq; habuit magiſtra
tus. Honorius anno pontificatus tertiodecimo penè exacto obijt, delectusq; eſt à clero
& populo Ro. Seuerinus patre Labieno Ro. qui & ipſe fuit eius nominis primus: ſerua-
baẽ uero tunc etiã mos, ut nõ prius coronareẽ in pontificẽ electus, ꝙ eum aduenięs à Ra
uẽna exarchus Italiæ cõfirmaret. Vocatus itaq; Iſacius exarchus anno & ſetme dimidio
accedere diſtulit: etenim rem neſandam Eraclijq; uita quam inſtituerat dignã, ipſo ut cõ
ſtat imperatore conſcio Iſacius machinabaẽ: ſeruabatur in Lateranenſi epiſcopio auri ar
gentiq; partim ſignati, partim in ſacrã ſupellectilem cælati theſaurus ingẽs, ueſtis ſerica G
byſſinaq; & precioſis ex lapidib. diuerſa uaſa in uarios fabrefacta uſus, ornamẽtoq; futu
ra ſacrario inerant pontificũ dona imperatorumq; & diuitum Romanorũ. Ad ea diripiẽ
da Iſacius cum anhelaret, Mauritio chartulario Græco homini per quẽ Romã & eius ex
ercitum gubernabat negociũ dedit: qui iudicibus Romanis ſibi in magiſtratu ſubiectis
pecuniaria pactione corruptis cooperantibusq;, primũ milites cõuocat, multa de Hono
rij pontificis defuncti auaritia, multa de illius in milites odio dicit, ꝙ pecunias ab impe-
ratore Eraclio ut illis in ſtipendia dareẽ, tranſmiſſas in Lateranẽſis epiſcopij arculis cõ
cluſerit, hortaturq; ut armis correptis ſeſe ſequanẽ, ſubrepta illis ſtipendia uel uiribus ex
ſacerdotũ arculis recepturũ. Reſciuit uero põtifex Seuerinus Mauritij ad milites cõcio-
nem: Quamobrẽ ſacerdotes cũ ualida propinquorũ clientumq; manu cõuocans, ſacra-
riũ in quo precioſa ſeruabanẽ obicibus repagulisq; firmauit. Militib. interim cum armis
ad epiſcopiũ cõuenientibus irrumpere uoluit Mauritius. Sed põtifex Seuerinus illũ qđ
diu prohibere nequiuiſſet, epiſcopiũ ingredi permittens oſtendit ꝙ ualido armatorum H
præſidio ſacrarium ſeruareẽ. Eum Mauritius defenſionis ſacrarij apparatum uidẽs dolo
aggreſſus eſt, quod armis & uiolentia obtinere nequiuerat. Põtificem em̃ & Lateranẽſis
eccleſiæ primates, Romanos ſacerdotes blandis allocutus eſt uerbis, ſeſe dicens ea ſolũ
acceſſiſſe cauſa, ut illa in ſedis uacatione furtũ rapinamq; ſacræ ſupellectilis prohiberet.
Vnde à Seuerino ſacerdotibusq; ſuis facile impetrauit, ut arculæ ſacrarij duplici pontifi
cis & chartularij ſigno ad ſeras munireẽ, cõmunisq; ſacerdotum & militũ ſtatio epiſco
piũ cuſtodiret. His ita paratis Iſacius Italiæ exarchus Romã à Mauritio chartulario uoca
tus aduenit, egitq; in exilium primarios ſacerdotũ, quos diceret ſeditionẽ tumultũq; in
populo concitaſſe: paucis exinde interiectis dieb. Seuerini electione cõfirmata, epiſco-
pium tanꝙ uiſendi gratia eſt ingreſſus, & præda tantopere concupita expletus exercitũ
primo illius particula donauit, reliquum Rauennam deferri iubẽs, ipſe eueſtigio eſt ſub
ſecutus. Eracliũ imperatorẽ eius ſacrilegij parte maxima ab Iſacio donatũ fuiſſe Guiller
mus Lateranenſis palatij bibliothecarius affirmat. Quo in anno Saraceni ꝗs oſtẽdimus
Eraclij ſtipendia ſecutos fuiſſe, minimã ob cauſam dei iudicio defecerũt. Dabãtur apud
Con-

A Conſtantinopolim militibus ſtipendiorũ æra, quod munus imperator nõ præfectis æra
rio præſtantibus uiris, ut conſueuerat, ſed ſpadonibus furæ laſciuię adminiſtris demanda
uerat. Vno itaq; ex Saracenis apud ſui ſimilẽ diuq; notũ ſpadonẽ importunius petente:
Vix inquit ille, quæ poſſimus dare Romano & Græco militi habemus, & hæc canũ tur-
ba tantopere ſtipẽdia efflagitat. Ad quã uocẽ cõmoti qui aderant Saraceni ſuos undiq;
conuocant, in Syriamq; ſecedunt, & in magnũ coacti exercitũ prima ad Damaſcũ fece-
runt caſtra, qua capta Phœnicẽ quoq; occupauere. Deinde in Ægyptũ ducentes ea faci-
lius ſunt potiti, ꝙ à ſuis Arabibus cõmeatu auxiliaribusq; copijs ſunt adiuti. Proceſſit au
tẽ latius ꝙ̃ principio eſt creditũ huiuſmodi incendiũ, ꝙ Arabes Machometi præſtigijs ſe
ducti apud Perſas ut eandẽ ſuſciperent legẽ primũ precibus inſtiterũt, deinde illos aſſen
tiri nolentes, bello agitauere ſummis conatibus intentato. Succeſſerat Syrochi Perſarũ
regi, qui primo regni anno obijt Adhæſer filius: & eo poſt primũ itẽ annũ defuncto per
ſe regẽ aſſumpſerant Hormiſdã. Hunc cũ Arabes in prælio ſuperaſſent interfeciſſentq;,
B ſubacti ſunt à Saracenis Perſæ, qui Machometi pręſentis lege accepta, illius iuſſu priſcũ
uetuſtumq; patriũ nomen depoſuere, & ſe pro Perſis Saracenos tunc primũ dicere in cœ
perunt. Qui quidẽ facti ex Perſis Saraceni in Antiochiã urbẽ Ro. imperatori ſubiectam
ducentes illã ceperunt. Id cum intellexiſſet Eraclius, Hieroſolymã mittens curauit domi
nicam crucẽ Conſtantinopolim importari. Nec mora, Saraceni capta Antiochia Hiero
ſolymã accedentes illa itẽ urbe ocyus ſunt potiti. Romæ interea Seuerino poſt annũ põ
tificatus ſecundũ uita functo ſucceſſerat Ioannes quartus natione Dalmata. Eiq; priuſq;
ſecundus finiret annus defuncto ſuffectus erat Theodorus primus patre Theodoro epi
ſcopo Græcus, & ex Hieroſolyma oriundus: per cuius tẽpora Eraclius apud Cõſtantino
polim, & ſui in Italia magiſtratus condigna impietate factiſq; ſceleſtiſſimis perpeſſi fue
runt. Mauricius chartularius poſt Lateranenſis palatij expilationẽ maiora cœpit aude-
re: ꝙ enim uires imperij orientalis cõminutas ac ꝓpè exinanitas duceret, Iſaciũ Italiæ ex-
archum ſpernebat, & ſeſe illi parẽ uel ſuperiorẽ efficere confidebat, cõſilio maxime auxi
C lioq; fretus iudicũ Romanorũ, quos præda Lateranenſi expletos ſibi reddiderat obliga
tos. Oppidis itaq; & caſtellis Romæ tunc ſubiectis nouo & ſibi fido præſidio firmatis o-
mnes milites undiq; cõuocauit: inde magna populi Romani militũq; adſtãte corona cõ
cionatus oſtẽdit Iſaciũ affectare Italiæ regnũ, hortatus ut illi aduerſantes in Romani im
peratoris fide manerent, omnibusq; certatim operã pollicitis, primores exercitus popu
liq; nouo ſibi aſtrinxit aduerſus Iſaciũ ſacramento. Quæ cũ eſſent Iſacio renunciata, exer
citũ quẽ in Rauennate exarchatu habebat coegit, & præfecto ærarij ſtipendia exercitui
apud Romã cõſtituta dare ſolito maximã uim pecuniæ attribuens, eũ cũ dicto exercitu
Romã miſit. Appropinquans Romæ præfectus pręmiſit, qui ducentib. in exercitu ordi
nes, & in populo potẽtiorib. renunciarẽt, dona ſe ab Iſacio maxima afferre, tantũq; orare
ne Mauritij hominis perditiſſimi perfidiæ, imperatoris gratiã & ſua quæ ingẽtia detuliſ
ſet dona poſtponerent. Ea uero effecerunt dona, ut nec iudex, nec ciuis Ro. nec miles in
uentus ſit q Mauritio fidẽ ſacramenti ſeruare uoluerit, præfectusq; ab Iſacio miſſus quã-
D primũ Romæ applicuit cum exercitu fuerit introductus. Qđ cũ cerneret Mauricius, in
eccleſiã beatæ Mariæ maioris, quæ dicit̃ ad præſepe cõſugit, ſeſe in illa illæſum fore opi
natus. Sed eũ præfectus abſtractũ Rauẽnã in uinculis duci curauit, cũ quo pariter in uin
culis ſunt miſſi ex iudicib. alijsq; Romanis ciuib. nõnulli, qui ea in cõiuratione fuerãt no
tiores. Perductus Ficundas uicũ duodecimo milliario à Rauẽna diſtantẽ Mauricius, Iſa
cij iuſſu decollatus eſt, cuius caput haſtæ infixũ in circo Rauennate diu pependit: cõpli-
ces uero illius Rauennã perducti in carcerẽ ſunt cõiecti: quib. ſecunda arriſit fortuna, ꝙ
Iſacius per eoſdẽ dies repentina morte ſubtractus eſt, & Rauẽnates ciues illos ob Roma
ni nominis reuerentiã abire incolumes permiſerũt. At Eraclius uarijs per Aſiã locis à Sa
racenis agitatus audiens quæ acciderãt Romę, & de Iſacij morte certior factus, Theodo
rũ patritiũ cognomine Calliopa miſit ad regendũ Italię exarchatũ. Agebat tũc Eraclius
triceſimũ imperij ſui annũ, & licet omnẽ penè Aſiã amiſiſſet, deũ magis magisq; indies
ſpernebat. Nãq; uxore quã paruo habuerat tẽpore defuncta, illius ex primo uiro filiam
adoleſcentulã ſenex laſciuus accepit uxorẽ. Et tñ niſi amens ſocorsq; fuiſſet, intelligere
potuit deũ, qui pie & ex religione Chriſtiana uiuẽti dederat, ut perditũ prius in Aſia im-

periũ inſtauraret,augeretq;,illũ poſtea flagitijs deditũ ipſo Aſiæ imperio & ſumma glo- B
ria priuauiſſe:obijt aũt primo anno inceſtuoſiſſimarũ adoleſcentulæ nuptiarũ, ꝗ erat tri
ceſimus primus imperij ſui annus,eã ſecũ perferens infamiã ꝙ Romanorũ principũ pri-
mus fuit ſub quo inchoata prius leui momẽto imperij orientalis inclinatio aucta eſt,atq;
adeo ꝓceſſit,ut eo uiuente Aſiæ imperiũ ſit amiſſum. Suffectus eſt Eraclio Cõſtantinus
filius,quẽ oſtendimus patre abſente Cõſtantinopolim gubernaſſe. Qui quãto aſſumpti
imperij menſe,ueneno extinctus eſt à Martina nouerca & Eracleone fratre, ꝗs Pyrrhus
patriarcha Cõſtantinopolitanus ad id flagitium inſtigarat. Is Pyrrhus quẽ oſtendimus
ob hæreſim in Africã relegatum fuiſſe,quamprimũ de Eraclij morte certior eſt factus,ex
Africa Romam uenit, ꝓuolutusq; ad Theodori pontificis pedes popoſcit ueniã errati,
quod apud Cõſtantinopolim perpetrarat: exinde oblatã à põtifice & clero Romano re
ctæ fidei & religionis Chriſtianæ formulã reuerẽter accipiens in patriã eſt reuerſus. Vbi
poſtq; flagitiũ illud Martinæ & Eracleoni ſuaſit, prius uitã amiſit, ꝙ tanto quæſitũ ſcelere
patriarchatũ potuerit obtinere. Senatus nanq; & populus Cõſtantinopolitanus in Mar F
tinã Eracleonẽq; inſurgens, lingua illã, hunc naſo mutilatos relegauit: quo in furore re-
tractus de fuga Pyrrhus à populo eſt occiſus. Aſſumptus aũt ilico in imperatorẽ Cõſtan
tius ꝗ fuerat filius Cõſtãtini, & in demortui Pyrrhi locũ Paulus patriarcha à ſenatu & po
pulo eſt ſuffectus: q à Theodoro põtifice Ro. ut rectã fidei normã acciperet per litteras
& miſſos apocriſarios requiſitus obſtinate renuit obedire: quãobrẽ & ipſe ſicut Pyrrho
cõtigerat dignitate priuatus eſt: quanq; aliũ Pyrrhi priuatio finẽ habuit. Nedũ eñ Paulũ
ſicut Eraclius Pyrrhũ relegari eſt paſſus imperator Cõſtannius, ſed in hæreſim & ipſe ꝓ-
lapſus eſt. Obijt eo tẽpore Theodorus ſexto exacto põtificatus anno. Cui ſucceſſit Mar
tinus patria Tudertinus, ꝗ eius nominis primus in cathedra Petri ſedit. Eius põtificis a-
pocriſarij quos ad Paulũ patriarchã miſerat, cũ illũ ut reſipiſceret urgerent, Cõſtantij iuſ
ſu in diuerſas inſulas relegati fuerũt. Qđ cũ audiſſet Martinus põtifex, ſynodo centũ &
quinq; epiſcoporũ apud urbẽ Romã cõgregata, primo cõdemnationẽ Cyri Alexãdrini
& Sergij ac Pyrrhi Cõſtãtinopolitanorũ patriarcharũ innouauit. Deinde Paulũ præſen G
tẽ patriarchã damnauit, & patriarchatu cẽſuit amouendũ. Huius aũt mali imperatoris, ſi
cut & exarchorum ꝗ ꝓxime illius tẽpora Italiã gubernauerant, impietas qua uſi ſunt er-
ga põtifices, effecit ut pace qua cum Lõgobardis Romani Rauẽnatesq; per annos ad tri
ginta uſi erant, parum gaudere potuerint. Arioaldo ꝗ Theudelindæ & Adoaldo eius fi-
lio in Lõgobardorũ regno ſucceſſerat, ſuffectus eſt Rotharis Ariana labe inquinatus: in
quã oẽs Longobardi præcipites corruerunt, ut nulla tunc fuerit Italiæ ciuitas illis ſubie
cta quæ & catholicũ & Arianum epiſcopũ non habuerit. Intentauit aũt Theodorus põ-
tifex per cuius tẽpora Rotharis ad regnũ aſſumptus eſt, illi labẽ hæreſeos diſſuadere. Il-
lud idẽ adniſus eſt facere Martinus pontifex Theodori ſucceſſor. Sed illã magis magisq;
confouens Rotharis inualeſcere faciebat. Quare Martini pontificis ſuaſiõe Theodorus
Italiæ exarchus Romano Rauennateq; exercitu in Aemyliã cõtractis, Longobardo re
gi bellum indixit. Fecitq; magnos apparatus & ipſe impiger Longobardus. Erant apud
Bononiã copiæ Romanorum, & Rotharis ſuas coegerat apud Parmã, ꝙ demolitarũ lõ H
ge antea Mutinæ & Rhegij urbium, nedum munitiones aliquæ nõ extarent, ſed hæc no
mina tunc ſcirent. Proceſſit uero primus Italiæ exarchus, & apud Scultennã notiſſimũ
nunc Mutinæ amnẽ caſtra poſuit. Duxit etiã illuc impauidus Rotharis, & ſolus amnis
alueus caſtra utriuſq; exercitus dirimebat. Res poſtmodum qua ratione in Scultennæ ri
pa ſit geſta, nullus ſcribit, cum tñ Paulus Sigibertusq; dicãt collatis ſignis depugnatũ, &
de Romano exercitu fracto fugatoq; ſeptẽ milia pugnatores deſideratos fuiſſe. Facta
autẽ eſt ex ea accepta clade rei Romanæ quæ tunc erat maxima inclinatio: ſiquidẽ Ro-
tharis ea elatus auctusq; uictoria, Apenninum ilico tranſgreſſus in Liguriã duxit. Eã ue
ro regionem ab urbe Luna in Varum amnem Anitienſisq; ꝓuinciæ Galliarum fines Lõ
gobardi per duodenonaginta, quibus tunc Italiam premebant, annos, nunquã prius ca-
pere potuerãt. Cuius Rotharis uictor tãtum per dies ſingulos tunc cepit quãtum prope
rãs excurrensq; à principio in finem potuit peragrare. Per quod tempus necdum ſubue
nit afflictis Romæ & Italiæ rebus, aut hæreſi Arianæ inualeſcenti imperator Conſtanti-
us, ſed nouos ipſe addidit maximosq; labores. Olympium enim quendã cubicularium
ſuum

A ſuum miſit ad Italiæ exatehatũ Theodoro ſuceeſſorẽ,iubens ut põtificem clerumq́ Ro
manum atq; oẽs Italiæ epiſeopos adniterẽt ſua Mono thelitarum hæreſi inquinate: q́ ſi
nee ſuaſione nec precibus nec armis & uiolentia efficere nequiret, aut apprehẽſum põ
tificem Martinũ in uinculis ad ſe mitteret, aut faeeret iugulari. Ingreſſus Italiam Olym-
pius ſumpto ſecũ Rauennate exercitu Romam ſe cõtulit: apud quam ſynodo eõgrega
ta ſubornauit Romani exercitus duces, ad quorum preces uim Romano populo infe-
tendam oſtendete iudicauit, ut imperatoris deſiderium põtifici & epiſcopis ſuaderent.
Sed nec preces nec adhottationes neq; apertæ cõminationes apud epiſcoporum quen
quã efficaces fuere. Vnde qđ iuſſerat ab imperatore Olympius, cõſtituit pontificẽ, cu-
ius ducendi Roma nullam cerneret cõmoditatem, uel in baſilica iugulare, iuſſitq́; exar-
chus tantum nephas in baſilica beatæ Virginis ad præſepe à carnifiee intentari: ꝓtexit
aũt dominus ſeruum ſuum, lictore, quod poſtea publice eſt cõfeſſus, ſubita cæcitate ira
perculſo, ut quem petebat põtificem nequierit internoſcere. Erat tũc quinquageſimus
B annus inclinationis Rom. imperij orientalis, quam oſtendimus anno Focæ imperij ex-
tremo inchoaſſe. Saracenięꝫ per id tempus intantum hauſerãt opes, ut poſt ſubactas &
quiete poſſeſſas quæ Romanorum fuerant prouincias Aſiæ, Europam inuadere præſu
merent. Nauigio itaq; ingenti ab Alexandria ſoluentes Rhodum inſulam Romani im-
perij peruenerunt, eaq́; eapta Coloſſum fama eeleberrimum, à quo ciuitas inſulæ prima
ria nomẽ habuit, demoliti ſunt, ex cuius ære nongentos eamelos fuiſſe oneratos inueni
mus. Rhodo uaſtata Saraceni in Ægeũ delati pelagus, multas ex Cycladibus afflixerũt:
inde in Siciliã nauigarunt, quam maritimis in locis ſpoliatam, incendijs etiam per me-
diterranea editis uaſtare eœperant: tunc Olympius exatchus qui eam inſulam ſimul cũ
Italia gubernabat, multis excitus nuncijs primo in gratiã cum Martino Romano pon-
tifiee redijt, & inde Neapolim nauigans, nauigioq́; ex omni Tyrrheno mari contracto
in hoſtes duxit conflixitq́;: & licet Saracenos inſula expulerit, tantam tamen nauium
ſubmerſarum militumq́; interfectorum fecit iacturam, ut propior uicto quàm uictori
C Siciliam ſit ingreſſus. Vbi morbo ex nimio prælij labore correptus, interijt. Sed nec ꝓ-
pterea mutauit mentem ſententiamq́; Conſtantius. Quin potius in ſua impietate factus
ardentior Theodorum Calliopam remiſit ad gerendum Italiæ exarchatum, iubens ut
Martinum pontificem catenis uinctum ad ſe mittete curaret. Quę mandata ut Theodo
rus exequi eogeretur, Paulum quendam, cui Pellario fuit cognomentum, imperator il-
li ſocium addidit, & ſceleris adminiſtrum. Et Capilliopam quidem ob exarchatum pri-
mum iuſte ae integre adminiſtratum omnis Italia benigne excepit. Qui Romæ aliquot
moratus dies, ad Lateranenſis palatij baſilicam ſe contulit, ad pontificemq́; tanquam ſa
lutaturus aeeedens, illum nihil tale ſuſpicatum cepit, & eatenis iniectis Pellario traditũ
Rauennam, & inde Conſtantinopolim miſit. Actus uero eſt in exilium Martinus põti-
fex in Cherſonam Ponti ciuitatem, apud quã alter Romanus pontifex beatus Clemẽs
longe antea exulauit. Obijtq́; eodem in loeo beatus pontifex Martinus, anno ſexto ſui
pontifieatus exacto. Cuius mortis cum eertum non haberet nuncium Romanus clerus
D populusq́;, quatuordecim menſes in noui pontificis electione pependit. Et tandem Eu
genium delegit eius nominis primum, patre Ruffiniano Romanum. Quo in tempore
cum apud Conſtãtinopolim mortuus eſſet Paulus ille perfidus patriarcha, ſuffectus eſt
Petrus, qui & ſi melius de religione ſenſit, cum pontifice tamen ćleroq́; Romano eandẽ
fidei formam non tenuit. Rothati Longobardorum regi defuncto, ſuceeſſit Rhodoal-
dus, qui in adulterio mulieris Lõgobardæ deprenſus, ab illius uiro interfectus eſt. Huic
ſuffectus Aripertus moriens duos filios Pertheritem & Gundibertum teliquit ſucceſſo
res. Quorum temporibus Longobardi pacem cũ Romanis Rauennatibusq́; & alijs Ita
liæ populis imperio ſubiectis ubiq; ſeruauerunt, ſed uarijs ipſi inter ſe motibus agitati
ſunt. Grimoaldus nanq; Beneuentanus Longobardorum dux ipſos fratres in regni ad-
miniſtratione diſcordes eſſe intelligens, Romoaldum filium Beneuenti ducẽ inſtituit,
& magnas ducẽs copias Papiã uenit: qua ex urbe cũ Pertheritem puerũ regẽ fugaſſet,
Gundibertum fratrẽ expulit Mediolano, apud quam urbem ipſe à fratre diuiſus ſe cœ-
perat cõtinere: Easq́; Lõgobardorũ diſcordias tunc exploratas habens rex Francorum
Clodoueus qui Dagoberto patri defuncto ſuceeſſerat, copias in Italiã miſit, quę cũ in

L 4 Tranſpa-

Tranſpadana regione magnã feciſſent prædã, à Grimoaldo Italia ſunt expulſæ: obijt au- E
tẽ Eugenius anno tertio nõdũ exacto, ſuffectusq́ eſt illi Vitalianus ex Volſcorũ quõ-
dam ꝓuincia & Signienſi oppido oriundus. Ad cuius põtificatus initium, Conſtantius
imperator expeditionẽ in Italiã parauit, non quidem ut iuxta famam tunc à ſe accurate
diſſeminatã Lõgobardos Italia eijceret, ſed ut urbẽ Romã & ſubiectas illi uel ꝓuincias
uel ciuitates diuitijs ornamẽtisq́ ſpoliaret. Cõſtantino itaq́ filio cõſorte imperij decla-
rato apud Cõſtantinopolim relicto, claſſem inſtructam Cõſtantius præmiſit Athenas,
quò ipſe pedeſtri itinere eſt ꝓfectus: ibi nauigium ingreſſus uentos nactus ſecũdos nul
lo prius in loco q̃ apud Tarẽtũ ſubſtitit. Copijs in eã ciuitatẽ expoſitis, ꝗ erat maximus
& dignus Romano principe exercitus, cõſtituit Conſtantius ducere Beneuentum: cu-
ius dux Romoaldus quàmprimũ de Cõſtantij in Italiam aduentu certior eſt factus, Lu-
ceriam Apuliæ ciuitatem, Acheronamq́ impoſitis præſidijs, & innouatis inſtauratisq́
munitionibus cõfirmauit, ꝙ imperatorem exiſtimauerit ciuitates ipſas priusq̃ Beneuẽ
tum adiret tentaturum: & genitore ut ſubueniret requiſito, fecit ad perferendum in Be- F
neuento obſidionẽ, quantos maximos potuit apparatus. Et quidẽ Cõſtantius quod ti-
muerat Romoaldus prima ad Luceriã firmauit caſtra, cuius oppidani licet perfidia in
Lõgobardos nõ ſunt uſi, paruã defenſionis patriæ ſuſceperunt curam, ꝙ nullum ab im-
peratoris Romani uictoria incõmodum formidarẽt. Hinc factũ eſt, ut militibus Lõgo-
bardis qui præſidio inerant nõ ſatis reſiſtere ualentibus, Græci Luceria uiribus ſint po-
titi: quã ciuitatẽ tunc opulentiſſimã auidiſſime ſpoliauerunt, & tanquã in ſolo barbari-
co nõ in Italia eſſet, ferro igniq́ uaſtatam ſolo æquarunt: eademq́ ſæuitia in multa Apu
liæ oppida uſus imperator Acheruntiã inuaſit: eam uero ciuitatem natura ſoli munitiſſi
mã ciues Lucerinorũ calamitatẽ ſibi ꝓponentes & inuicẽ adhortantes à crudeli Græco
tutati ſunt. Ibi cũ paucos dies ſediſſet Cõſtantius, poſtquã uidit oppugnationes accura-
tiſſime factas in caſſum ceſſiſſe, duxit Beneuẽtũ, cuius urbis oppugnationi maiores in-
ſtituit apparatus: reſiſtebat uero impigre adoleſcẽs Romoaldus, & ſui Lõgobardi quo G
rũ res agebañ, nõ ſolum repugnabant de mœnibus, ſed ad ipſos qui in futuras oppugna
tiones excitabañ aggeres irrumpebãt. Cõtraxerat interea ex omni Tranſpadana Italia
Lõgobardorũ milites Grimoaldus, cuius exercitus agmina uiã emenſa Æmyliã, & in-
greſſa Flaminiã à militibus Rauẽnatis exarchatus apud Forumpopilium ſtatiua haben
tibus nõ leue incõmodum acceperunt. Prætergreſſus tñ eſt Tacitus & ſine interiori cõ-
tẽtione Grimoaldus, & per Picentes in Samnium uenit: qui ut filium & ſecum obſeſſos
de ſuo acceſſu apparatuq́ faceret certiores, eundẽ qui ad ſe Papiam iuerat nunciũ remi
ſit. Qui nuncius à Græcis interceptus ad Cõſtantiũq́ perductus, ea quę ſciebat de regis
Lõgobardi aduẽtu ſupra ueritatẽ attollens narrauit. Soluit aũt ilico obſidionem trepi-
dus imperator, quẽ Neapolim ut pergeret cõtendentẽ Victolas Capuanus Lõgobar-
dorũ comes ad Caloris amnis uada aggreſſus eſt. Prælio ab ultimis Grecorũ, qui agmẽ
imperatoris copiarũ claudebant, in aggreſſores relato, pugna eſt atrox cõſerta: quæ eũ
habuit finẽ, ut nullo ex Græcis ꝗ cũ imperatore fluuiũ trãſmiſerant ad pugnãtes ſocios, H
ut ſubueniret redeũte, ꝗ cœperũt pręliũ intermittere nõ potuerint; oẽsq́ magna militũ
manus penè ad internecionẽ fuerint interfecti. Iturus à Neapoli Romã Cõſtãtius Sabu
rũ ciuẽ Neapolitanũ ducẽ ſui exercitus declarauit, uiginti milibus militũ lectiſſimorũ
attributis, ut Neapolim ſubiectaq́ imperio Campaniæ oppida tutareñ, ſimulq́ curaret,
ne euntẽ Romã Lõgobardi pone inſecuti, aut ex inſidijs infeſtarent. Cepit uero Sabu-
rus ſtatiua ad Formianum, quo ex loco & Neapolitanis faciliter ſubuenire poſſet, & ho
ſtes uia Appia excluſos, ſi iter Latina cœpiſſent, trãſuerſis itinerib. præuenire. Eunti Ro
mã uia Appia Cõſtantio Vitalianus põtifex maximus clero & populi multitudine ſo-
ciatus ſexto ab urbe miliario obuiauit: Introductusq́ imperator beati Petri primo &
poſt alias urbis eccleſias accuratiſſime inuiſit, nulla ꝓut effectus poſtea docuit religio-
nis deuotione adductus, magis q̃ ut ornamẽta illarũ furacibus oculis perluſtraret. Ob-
tulit tñ beati Petri baſilicæ palliũ auro intextũ. Interea Romoaldus dux Beneuentanus
permiſſo ſibi à genitore Lõgobardorũ exercitu duxit in Saburum, & utroq́ Longobar
dorum Græcorumq́ duce decertandi cupientiſſimo, collata ſunt ſigna: Fuit uero præli
um ea ratione diſpar, quòd Græci Saburum hominem Italicum exoſi ilico in fugam ef-

fuſi

A fuſi dimiſerũt, perſecuti fugientiũ agmen Lõgobardi & Saburum ducem, & multos ex Græculis interfecerunt. At Cõſtantius poſtq̃ primis quinq; aduentus ſui diebus baſilicas & publica Romæ loca perambulauerat, direptioni operã impẽdit: Etenim quecũq; uidiſſet ex ære aut marmore ad ornatum poſita, ꝑ ſingulos dies aut loco abſtracta, aut uidiſcerpta nauibus imponi curauit, ut plus ipſe ornamẽtorũ ſeptem in dieb. urbi Romæ detraxerit, q̃ barbari antea in ducentis & quinquagintaocto annis per quos imperium inclinauerat, uel in prędã abſtulerant uel cõtregerant. Is duodecimo die Roma ꝓfectus Neapolim rediit, & inde nulla belli Lõgobardorũ cura ulterius ſuſcepta in Siciliam nauigauit. Deſedit uero Syracuſis, & tãquam aliquid magnum ꝓ republica deſtinaſſet copias retinuit, tributaq; primũ Brutijs, Calabris, Siculis & Sardis, poſtmodum Africæ ꝓuincijs imperauit, & ea quidem nõ ex Ro. imperij canone, ſed quantacunq; extorqueri uel abradi poſſe à quæſtorib. intellexit: quanquam nedum quotcunq; oppreſſi cõferre potuerũt extorta ſunt: ſed multorũ etiãre familiari ſpoliatorum filij uenum expoſiti, &

B nõnullis quib. uxor uiſa eſt chariot, ut precio redimeref abacta. Vitaliano põtifice Romano per id temporis uita functo, ſuffectus eſt Adeodatus patre Iouiniano Romanus, uir mitiſſimus, & q ſumma cum omnium beneuolentia põtificatum adminiſtrauit: per cuius tẽpora magnas afflictiones Romanis motũ aduerſus Lõgobardos deſerens bellum Cõſtantius relinquebat, niſi orta inteſtini inter Lõgobardos belli ſuſpicio Grimoaldũ regẽ à Beneuento in patriã reuocaſſet. Cõmendauerat Grimoaldus Papia profecturus Lupo Foroiulianorũ duci gentis Lõgobardæ ꝓtectionẽ, & ut Hetruriæ ac Æmyliæ ciuitates ſimul cum Tranſpadanis cõmode tutaref, illũ Papiæ ſtatiuæ capere curauerat. Sed is Lupus multa audiens de imperatoris Cõſtantij potentatu, priuſquã ille à Beneuentana obſidione recederet, exiſtimauit Grimoaldũ regẽ cum omnibus copijs periturum. Hincq; ad Lõgobardorum regnũ apertis demõſtrationibus anhelauit: quãobrẽ Grimoaldus etiã priuſquam Beneuẽtũ ingrederef, Bauaros in uim fœderum pridem cum Lõgobardis regibus ictorũ, aduerſus Lupum præſidio aduocauit. Er Bauari

C quidẽ iterata prece nequaquam expectata, ut Foroiulianam ꝓuinciam inuaderent exercitum parare cœperunt. Quo in tempore Grimoaldus intelligẽs Cõſtantiũ in Africã traieciſſe, capta quidẽ à Gothis de Beneuentano ducatu recepit: Victolaq; qui Capuanus comes ſtrenuã in Græcos operã, ut oſtendimus ſibi dederat, Spoletanum ducem reliquit, & itinere per Hetruriã accelerato in Tranſpadana redire cõtendit: de cuius ꝓſpere geſtis rebus ſimulq; de Bauarorũ, ut Foroiulianos inuaderent, apparatu Lupus eodẽ tempore certior eſt factus. Quare in Foroiulianos reuerſus apertã in regẽ ſuũ rebellionẽ oſtendit, adniſus omnia in Tranſpadanis tumultu rebellionibuſq; inuoluere. Inuaſuri Foroiulianos fines Bauari ad littora ſinus Adriatici deſcẽderunt, quib. p eadẽ littora occurrit Lupus, primaq; utriuſq; exercitus leuis armaturę agmina ad Flauiũ Hiſtriæ oppidũ obuia cõſtiterunt. Tantũ aũt inerat utriq; genti animorũ, ut nulla decernẽdi fuerit mora, & multis in utroq; exercitu occiſis, plurimis uulneratis, prima die Longobardus ſuperior euaſit: poſteræ diei pugna cædẽ utrinq; magnã ac propè parem habuit: Maio-

D re aũt niſu per diem tertiã eſt pugnatum, ad cuius ueſperam cum Bauari loco ceſſiſſent, eorũ impedimenta Longobardi diripuerunt. Sed interea multæ Bauarorũ manus aduenerant, quas montiũ aſperitas acceſſum tardare coegiſſet, quare prælio die quarta redintegrato, maximis ac omnino paribus animis eſt pugnatũ, q Lõgobardum priſtinę diei uictoria, Bauarũ aucti exercitus confidentia audacẽ faceret. Vicitq; Bauarus, & Lupus inter cõfertiſſimas acies pugnans cecidit. Bauari poſt partã uictoriam in Foroiulianos fines delati, omnia hoſtili animo ac modo rapinis atq; editis late incẽdijs fœdare cœperant, cum rex Grimoaldus in Tranſpadana reuerſus, gratijs Cacanno regi, q requiſitus ſubueniſſet, actis, ab illo ut in patriã reduceret copias impetrauit. Eademq; tempeſtate Grimoaldus ulciſci ſtatuit iniuriã, qua apud Forũpopilij, dum Beneuẽtanis opem afferre pergebat laceſſitus fuit. Simulata itaq; in Vmbros ꝓfectione, cuius fama multos diſſeminata eſt dies, Parmã Lõgobardorũ urbẽ & Apennino per ſaltum Bardonis tranſmiſſo Hetruriã eſt ingreſſus: inde Apẽninũ iterato inſuetis tramitibus trãſmiſſis in Flaminiam deſcendit, emenſuſq; eſt tanta celeritate iter ut præmiſſi leuis amaturæ milites prius tanq̃ amici Forumpopilij ſint ingreſſi, q̃ de eorum aduentu magiſtratus potuerint

rint à cuſtodibus fieri certiores. Erat ea dies ſabbati quã in domini reſurrectione ſanctã B
trito uocabulo appellamus, eratq; ad horã tunc tertiam om̃is populus ad cathedralem
eccleſiã cõgregatus, tum aduolans ex inſidijs noctu ſtructis cum equitatu Grimoaldus
irrupit, & populũ opprimens diuinis intentũ cerimonijs prius ferire cœpit, ꝙ unde uis
fieret illi potuerint intelligere. Cõmiſit uero iratus crudeliſſimusq; rex ſine aliquo dele
ctu cędẽ, ut renouato tunc in baptiſmatis fonte recẽs renatos infantes ſimulq; diaconos
illos baptizantes ut erant ſacro uenerandi amictu, iuſſerit trucidari: neq; ſatiatus eſt po
puli internecione q in eccleſia eſt repertus, ſed pauciſſimis fuga ꝓlapſis quotquot ea ha
buit ciuitas uiros & mulieres & infantes & ſenio cõfectos æque ac iuuẽtutẽ occidit: prę
da exinde aſportata, urbẽ quę ſemper antea in Rom. Rauẽnatumq; partibus mãſerat, ſo
lo æquatã reliquit deſertã. Sed eo itẽ tempore terra Forijulij nõdũ ſatis quieſcere pote-
rat, Arnefrides nanq; Lupi filius ad Paternum aſpirans ducatum in Carentanos ſe cõtu
lit Dalmatiæ regionẽ, cõcitatosq; ſpe ingentis prædæ Sclauos ſecũ traxit, manũ aggre-
ſtem minime cõtemnendam: cumq; Arnefrides adoleſcẽs Foroiulianos fines imꝓuide F
irrupit, inexploratis hoſtiũ apparatib. & cum iam Nemaſo admouiſſet caſtra oppido
munitiſſimo, eruperunt ex inſidijs parati in prælium Lõgobardi: Carentanis ad ſubitũ
inſultũ territis, fractis & partim acciſis partim fugatis, Arnefrides & ipſe fugiens inter-
fectus eſt. Ea de clade ab elapſis fuga Carentanis certiores facti Hiſtriam & Dalmatiam
incolentes Sclaui publico cõſilio arma corripuerũt, certo ꝓpoſito Foroiulianos de ac-
cepta in ſuorũ cæde iniuria ulciſcendi: ſed creauerat rex Grimoaldus Foroiulianũ ducẽ
Vectarim, tunc Vincentiæ urbis ſicut & eius genitor fuerat comitẽ, q copijs ex patria
acceptis, alijsq; quas rex addiderat abunde munitus, in Foroiulianos ſe contulit, & Scla
uos q eius ducatũ ingreſſi ad põtẽ Natiſonis caſtra poſuerant, multis affectos incõmo-
dis fugauit. Tunc à Foropopiliana reuerſus clade Grimoaldus Opitergiũ Foroiuliano
rũ urbẽ Lõgobardo ſubiectã duci diruit, ꝙ Opiterginos Arnefridis ſtudioſos in rebelli
onẽ pependiſſe fuerit inſimulatus: nec uero eius urbis ſicut & Foripopilij populũ inter-
fecit, ſed in finitimos Cenetenſes Taruiſinosq; migrare permiſit. Adeoq; crudelis & in- G
ſolens etiã ſupra feroces mores ſuos factus erat Grimoaldus, ut Ro. Rauennatesq; fue-
rit in maximas laborũ anguſtias perducturus, niſi eũ tũc mors opportuno tẽpore abſtu
liſſet: ſoluta em̃ purgãdi ſanguinis cauſa uena, priusq; uulnus ſatis cicatricẽ obduxiſſet,
immoderato ſanguinis fluxu interijt. Cui ſuffectus eſt in Lõgobardorũ regẽ Partharis il
le quẽ puerũ Grimoaldus Papia pulſum regno etiã ſpoliauit. Quo etiã tẽpore Cõſtãtij
rapinarũ finis aduenerat, Miſſeſſus quidã Armenius ordines in orientali eius exercitu
ducens illũ in balneo interfecit, adniſusq; eſt imperiũ obtinere: ea in re ſola imprudens
ꝙ exercitum orientalem, q tunc in Sicilia erat, ſatis placare, de donis beneficijsq; ſibi ob
ligare neſciuit. Ad primã uero inuaſi ab eo imperij famam, oẽs & Italiæ & Africæ popu
li exultarunt, ut nullam tunc Theodorus Italiæ exarchus, aut Romanæ Rauennatis'ue
militiæ duces interfecti Cõſtantini mœſtitiã oſtẽdere ſint auſi: paulopoſt diſſeminatus
eſt rumor, milites orientales & ſi in Sicilia quieſcebãt, nõ ſatis in noui imperatoris tute-
lã uoluntarios fore: quamobrẽ incenſi ſunt militum Italiæ animi ad Cõſtantini imperiũ H
apud Cõſtantinopolim tenentis gratiã ꝓmerendam, & Rauennates primi Theodoro
exarcho hortãte in Dalmatiã, inde in Calabriã traiecerũt, expectaruntq; Romanos mi-
lites pedeſtri uia euntes, cũ quibus in Siciliã ſunt delati, quò itẽ nauigarũt oẽs uel in A-
frica uel in Sardinia reipublicæ militãtes. Habebat uero Miſſeſſus copias cũ quibus Si
ciliã ab externo milite defenſaſſet, niſi inteſtina cõmilitonũ oriẽtaliũ ſeditio aditũ Italis
primo & poſt Africanis militib. prębuiſſet. Itaq; oppreſſus interfectusq; eſt Miſſeſſus, et
q illius fauoris principes fuerãt, uincti Cõſtãtinopolim ſunt perducti. Nullo tñ q digni
tate cæteros lõge anteiret ea in tumultuaria expeditione tũc exiſtẽte, oẽs relicta Siciliæ
ad ſtatiua iniũctas'ue ꝓuinciarũ cuſtodias ſunt reuerſi. At Cõſtãtinus quẽ à Cõſtantio
genitore cõſortẽ imperij aſſumptũ fuiſſe oſtẽdimus, illo interfecto territus eſt, & om̃ia
ubiq; adeo trepide adminiſtrauit, ut ſi aliqua fuiſſet uis illata, uiſus ſit imperiũ facillime
amiſſurus. Primũ tñ omniũ maxima uſus crudelitate, fratres pueros, ne ad imperiũ aſpi
rarẽt narib. mutilauit. Tãtã noui imperatoris trepidationẽ cũ Saraceni exploratã habuiſ
ſet claſſẽ occulte cõpararũt animo, ut poſtea eſt cõpertũ, ſi tũc Cõſtãtini imperiũ aliqd'

apud

A apud Cõſtantinopolim accepiſſet incõmodum, Thraciam & Græciam potius ꝗ Italiã
aut eius ꝓuincias inuadendi:ſed poſtꝗ nihil proximis ſibi in ꝓuincijs innouatum,& Si
ciliã motibus agitatã,ſpolijs urbis Romæ refertã eſſe intellexerunt,claſſem ab Alexan-
dria ſoluerunt,perpetuoq́ curſu in Siciliã nauigarunt.Inuaſerunt uero improuiſi Syra-
cuſas,quã urbẽ primo impetu ceperũt,ꝙ nullis erat præſidijs cõmunita.Et quia magnũ
diuturniore in mora periculũ ab Italia ab Africaq́ ſuſpicarent̃,cædẽ primo ciuiũ quan-
tã potuerunt maximã fecerunt.Exinde nauibus ornamẽtorum urbi Romę à Cõſtantio
detractorum,& ſimul Syracuſanæ gazæ plenis, in Ægyptũ haudquaꝗ minore ꝗ adue
nerant celeritate reuerſi ſunt. Obijt ad Cõſtãtini ſeptimum imperij annum Adeodatus
põtifex Romanus,& per menſes quatuor quib.ſedes apoſtolica tunc uacauit,uiſa ſunt
elementa in urbis Romæ & Italię excidiũ cõiuraſſe: nãq; tanti tamq́ cõtinuati imbres
tonitruis fulgoribusq́ immixti fuerunt,ut maximã armentorũ paſſim morientiũ iactu-
rã populi ſint perpeſſi:quanꝗ plurimos uiros ea tẽpeſtate fulminibus afflatos interiiſſe
B inuenimus,& matureſcentia pluuiarũ initio in cãpis frumẽta emarcuiſſe, ut fuerint ſola
tio populis legumina,quorũ fœtus primi grana in terrã uento imbriũ̃e decuſſa,cũ herbi
dum ceſpitẽ pullulaſſent,ad maturitatẽ denuo peruenerunt.Ea afflictione poſt habitas
diu à clero populoq́ Romano ſupplicationes ſedata,creatus eſt in pontificẽ Donus ex
patre Mauritio Rom.q amplã ueſtibuli ædium ſancti Petri aream marmoribus ſtrauit.
Dono ſuffectus eſt Agatho primus ex Sicilia oriundus,per cuius tẽpora Rauennas ec-
cleſia Romanæ,à qua pridẽ deſciuerat eſt ſubiecta. Theodorus tunc præerat Rauẽnati
eccleſiæ archiepiſcopus:eo etiã tẽpore alter Theodorus Calliopa exarchus Italiæ erat.
Clerũ Rauennatẽ tunc magnũ is archiepiſcopus præter quorundã ex prędeceſſoribus
morẽ ſeuera diſtrictione in bonis moribus cõtinebat: unde maximã in illum inimicitiã
exercebant:fame aũt planè inchoata multis atꝗ omnib.opitulabat̃ archiepiſcopus,ſed
maior fuit quorundam importunitas, ꝗ ut illorum ingluuiem luxuriamq́ archiepiſco-
pus potuerit explere.Hinc detractiones primum & ſuſurratiões auditę ſunt,auariciã ar
C chiepiſcopi tenacitatẽq́ dãnantium Fame poſtea inualeſcente ab occulta mordacitate
multi ꝓruperunt in apertam archiepiſcopi uituperationẽ:eos tñ uerbis & poſſibili largi
tione conatus eſt archiepiſcop.demulcere.Dies aduenit ſacratiſſima natalis Chriſti, cõ
uenitq́ ad ortũ ſolis Rauennæ populus in ſancti Apollinaris æde,quæ in Claſſenſis op
pidi obſito ueprib.loco etiã nunc ſpecioſiſſima uiſit̃,expectabat̃q; archiepiſcop.qui ex
more miſſarũ ſolẽnia celebraret. Sed om̃is clerus ſeceſſione facta illũ in archiepiſcopio
deſtituerat:cũ uero ſol iam in meridiẽ aſcẽdiſſet exarchi opera reductus ad archiepiſco
pũ clerus illũ ad martyris eccleſiã deduxit. Qua ſtomachatus indignitate archiepiſcop.
ad Agathonẽ Romanum pon.ſe cõtulit,Rauennatẽq́ eccleſiam Romanæ ſubdidit, ut
nõ ultra Romano par foret Rauẽnas præſul,qđ multi antea dicere præſumpſerant: ſed
futuros archiepiſcopos crearet Ro.põtifex,aut q à clero & populo Rauennate delige-
ret̃, Romam ꝓ cõfirmatione teneret̃ accedere. Eodemq́ anno q erat decimus imperij
Cõſtantini,illum in Saracenos duxiſſe,& uictoria celebri potitum inuenio,nõ quidẽ cę
D dis triginta miliũ qđ nõnulli ſcripſerunt,ſed quę effecit ut ea afflicti clade Saraceni pa-
ce cõſtituta tributum imperio pẽdere ꝓmiſerint.Acciditq́ opportuno in tẽpore pax il-
la,ꝙ Bulgari poſt parum Thraciam inuaſerunt:fuerunt uero nõ ex illis quos aliquotiẽs
ſuprà Danubij accolas fuiſſe oſtendimus,ſed noua eius gentis examina,quę Scythię fi-
nibus tunc primũ egreſſa cõſtituerãt in Romanorũ ꝓuincijs ſedes capere.Cõgreſſus il-
lis Pãnoniã inter & Meſiã ſuperiorẽ Cõſtantinus inſignẽ accepit cladẽ, cũꝗ potius fu-
geret ꝗ pedẽ referret,paci ab illis oblatæ cupiẽtiſſimus acquieuit.Satis nanꝗ Bulgaris
ſupraq́ eſt uiſum feraciſſimi agri ꝓuincias Danubio cõtinẽtes Ro.principis autoritate
ꝑ icta ſecũ fœdera habitare:ceſſitq́ nõ modo ei gẽti prius barbarę & efferatę,uerũ om̃i
Europę.Fauſta felixq́ modeſtia qua Bulgari tũc ſunt uſi,ꝙ habitã eo ex fœdere de Ro.
ꝓuinciã hactenus annos ſeptingẽtos ſexagintatres poſſidẽt,ubi tanꝗ limitanei milites
excubatoresq́ Chriſtianorũ aduerſus cęterã barbariẽ permãſerũt.Et quanꝗ ſępe antea
Chriſtianis uſui ac ꝓtectiõi fuerint,pręſenti tñ anno maximũ afferũt adiumentũ. Cepe
rãt & qete poſſederãt Turci ante annũ ferme cẽteſimũ & ſexageſimũ maximã Gręcię,
Thracię, Theſſalię,Macedonię,Epiri,Acarnanię,&Pannoniarũ partẽ,Meſſiã & Repẽ
ſem

ſem Daciam quiete tenebãt,& ut certiori termino oĩa cõplectar, quicquid eſt à mari E
Euxino,qđ maius nũc dicit̃,uſq; ad Adriatici orã,uel ſibi ſubiecerãt,uel tributa pẽdere
effecerant,uel rapinis incẽdijsq; ſedauerãt, adeoq; illorũ in Europa creuerat potẽtia, ut
nullis præter Vngaros & Bulgaros aliqualiter reſiſtentib. ad ſinũ Adriatici,ad ipſamq;
Italiã eos breui ducturos aliquot ante annos trepidare cœperimus. Bene uero nunc habet,
quãdo dei noſtri benignitate & põtificis Eugenij diligẽtia effectũ eſt, ut Ladislaus
Poloniæ & Vngariç rex,ipſos Turcos anno nũc ſecundo agitari ac repelli curat ꝑ Ioannẽ
Huniat Vayuodã ducẽ ſuũ ex Bulgaris oriundũ. Cum nãq; anno tũc tertio regnum
Vngariæ ob diſſenſiones primatũ ciuili bello arderet, Turci eo uſq; ſunt ꝓgreſſi,ut Raguſinũ
urbẽ totius Dalmatiç potentiſſimã ſibi effecerint tributariã. Et cum Iaderç iã imminer
et ea barbaries,trepidari cœptũ eſt,ne illius incẽdij mox ut apparebat,latius uagaturi
flãma aut Italiã corriperet aut Germaniam. Põtifex itaq; Iulianum mittens Cæſarinæ
gentis Romanum eccleſiç Cardinalẽ pacẽ per eum in Vngaria cõſtituit, regiq; ſua-
ſit ut in Turcos præſumpta uictoria diſſipatos arma indueret. Immiſſus à rege Ioan. Hu F
niat Vayuoda uir bellicoſiſſimus ſex prælijs uictor ex hoſtili exercitu ad centum millia
interfecit. Tantis allectus uictorijs Ladislaus rex maximæ indolis adoleſcẽs,autoritatẽ
Eugenij põtificis & Romanæ eccleſiæ in Cæſarino Cardinale prçferens in caſtra ſe cõ-
tulit. Magnus aũt tunc admirabilisq; fuit uictoriæ curſus,quãprimum eñ regias copias
in queis quadraginta equitatus peditatusq; armatorum millia fuere,una habuerunt ca-
ſtra, Turci in ſuperiorẽ uſq; Meſiã ſunt repulſi,uenitq; ilico in poteſtatẽ Sophia urbs to
tius Meſiæ inſignis,quã ſuæ diffiſus potẽtiæ Turcus incendit,fugiensq; reliquit. Sed iã
hçc ſuis tẽporib. diffuſe narranda omittentes ad inſtitutã reuertamur hiſtoriã. Bene etiã
tunc uſus eſt pace illa,quã infelici ex cauſa nactus eſt Cõſtantinus, ꝙ eo ꝗ ſecutus eſt an
no curauit ſextam ſynodum apud Cõſtantinopolim celebrari. Interfuerunt aũt Agatho
nis papç legati Ioan. Portuenſis epiſcopus, & alter Ioan. Romanæ eccleſiæ diaconus,
cõuenerũtq; ad imperatoris edictũ ducenti octuagintanouem epiſcopi. Acta autẽ eſt G
cauſa Monothelitarum, quos ſupra diximus aduerſus fidẽ catholicã cõtẽdiſſe, unicam
tantũmodo eſſe in Chriſto uoluntatẽ. Erantq; duo primarij cauſæ aduerſarij, Georgius
Cõſtantinopolitanus,& Macharius Antiochenus epiſcopi: quorũ Georgius auditis ra-
tionibus faciliter in catholicorũ ſententiã adduci eſt paſſus. Macharius aũt pertinax &
nimis diu patribus reſiſtẽs,nõ ſolũ eſt dignitate priuatus, ſed ſimul cũ mortuis, Sergio,
Pyrrho, Paulo & Petro eiuſdẽ hæreſeos autoribus ſatanæ traditus, ad extremumq; cũ
aliquot perfidiç cõplicibus Romam relegatus. Ea redintegratç fidei lçticia Agatho &
Romani paucos menſes ſunt gauiſi, ꝙ peſtis tunc quãta raro aliâs per tres mẽſes Romã
populata eſt,& ipſe Agatho eſt defunctus. Cui ſucceſſit Leo ſecũdus,patre Paulo Siculus,
uir cũ ſacras ſeculareſq; literas apprime doctus,tum etiã eloquẽtiſſimus,ꝗ ſuis extãtibus
diuerſorum operũ ſcriptis adeo clarus eſt, ut lõgiori ſuarum uirtutum narratione
à nobis illuſtrari nõ indigeat. Nõ autem exegit primum põtificatus annũ,eiq; ſuffectus
eſt Benedictus item ſecundus ciuis Rom. ad quem Cõſtantinus imperator ſanctionem H
miſit,ut quem clerus populus & exercitus Rom. delegerit in põtificem,is e ueſtigio cõ-
firmet̃,nulla principis Cõſtãtinopolitani aut exarchi Italiæ,qđ diu obſeruatum fuerat,
licentia expectata, paremq; Benedictus cum ſuperiore Leone in pontificatu undecim
menſium uitam habuit. Sed Cõſtantini imperio iam tum ad finem uergẽte Romana ac
Italica res ſuam debilitatem oſtendere cœpit. Nanq; & ſi Lõgobardi magis inter ſe diſ-
ſenſionibus cõtendebant,nullus tñ in illos arma capere auſus fuit. Pertharis quem Gri-
moaldo in Lõgobardorũ regno oſtendimus ſucceſſit,uir bonus & Chriſtianç religioni
deuotus erat,ꝗ ſanctç Agathç monaſterium Papiç ædificauit: cum per id temporis Ro
delinda eius uxor glorioſæ uirginis baſilicam,quæ ad Perthicas eſt dicta,extra eiuſdem
ciuitatis mœnia pariter extruxiſſet. Is rex Cubardus Tridenti dux bellum gerens aduer
ſus Bauaros ſibi uicinos,illorum ducẽ Grauionem prælio ſuperatum occidit,eiuſq; op
pidũ Bauzanum & multa iuriſdictionis ſuæ caſtella cepit. Qua elatus uictoria Alachis
bellũ aduerſus Pertharim Cunipertũq; reges ſuos mouere eſt auſus. Duxerunt uero in
illum reges,& aliquot prçlijs maximo cõmiſſis animorũ ardore, Lõgobardorũ utræq;
acies ſeſe mutuis cædibus aiflixerunt. Superiores tñ euaſerunt reges, & Alachis repul-
ſus

A ſus intra Tridenti mœnia ſe recepit. Applicueruntq; ut dux perfidus dederet̃. Sed pro-
lapſus eſt fuga inter munitionũ cuſtodias Alachis, & ilico oppidi Tridentini deditio à
ciuibus facta fuit, breui tamen Cuniperti interceſſione rediјt in Pestharis gratiam Ala-
chis quẽ Cunipertus rex, licet pater diſſuaſerit, Brixiæ præfecit ducẽ. Et tum Romæ Be
nedicto ſecundo põtifice Romano ad finem undecimi põtificatus ſui menſis, ut oſten-
dimus, defuncto, clerus populusq; & exercitus Rom. priuilegio uſi ab Imperatore con
ceſſo, Ioannem Antiochenum, qui fuit eius nominis quintus, in põtificem delegerũt: cu
ius ſecundo põtificatus menſe, cum imperator Cõſtantinus anno imperij decimo & ſe-
ptimo obijſſet, ſucceſſit illi filius Iuſtinianus ſecundus, nullo in paterni quondã imperij
prouincijs aut ciuitatibus aliqualiter renitente. Et tamen Saraceni ad primam Conſtan
tini ingraueſcentis morbi famam ſpe adducti motuum, quos imperij mutatio quãdoq;
pepererat, Africam & Libyam inuaſerunt, omniaq; mari expoſita ilico occupauerunt.
Multa fuerant in Gallijs, Hiſpanijs, Anglia, Germania, & alijs Romanorum quondam
B prouincijs proximo geſta tempore, quibus libros implere, & res cum uarietate gratas,
tum etiam magnas narrare potuimus: ſed illæ omnes prouinciæ continuata diu poſſeſ-
ſione ſui iuris factæ erant: nihil aũt à principio huius operis quæſitũ magis, ꝙ Romano
rũ imperij inclinationẽ oſtendere, quã nuper duplicẽ nacti ſumus. Siquidẽ annos nunc
ſeptuaginta quinq; ſupra ducentos Romanum occidentale, & ſeptuaginta ſex à Focæ
imperij inclinationem oſtendere temporibus, orientale inclinat imperium.

## BLONDI FORLIVIẼNSIS HISTORIARVM AB INCLINA-tione imperij Romanorum, Decadis primæ, Liber decimus.

IVSTINIANVM iuniorem ſicut Africam Libyamq; amittere defuncti
patris res nouæ fecerunt, ita eaſdem prouincias exortæ pariter in Sara
cenis nouę res recipere adiuuarunt. Siquidem Gizite Saracenorũ Am
miratho ſub idem temporis quo Cõſtantinus, uita defuncto, Baldalan
C illi ſuffectus eſt, qui audiens Iuſtinianum imperij iura omnium prouin
ciarum cõſenſu accepiſſe, pacem illi ultro obtulit: per cuius fœdus Afri
ca & Libya in primis fuerũt imperio reſtitutę, affirmantq; nõnulli ſcri-
ptores eo in fœdere interueniſſe, ut per annos decem, qui terminus in pace fuerit aſcri-
ptus, Saraceni ſingulo quoq; die nummos mille aureos ſoluere, ſeruumq; unum ex gen
te ſua, & unũ item equũ Romano imperatori mittere tenerent̃. Is uero annus noui Im-
peratoris Romanorum, & Ammirathi Saracenorum creatione inſignis, pontificẽ etiã
Romanum habuit nouum Cononẽ eius nominis primũ, paterna origine Thracem, qui
in partis clerũ Rom. archipresbyterum creari contendentium diſſenſione, à cætero cle
ro nominatus põtificatum obtinuit. Cumq; Theodorus Italiæ exarchus per oratores à
clero & exercitus cõcordi uoto rogatus, illum ex more cõfirmaſſet, obijt ipſe exarchus
anno duodeuigeſimo, poſtquã ſublimem illum geſſerat in Italia magiſtratũ. Hic ponti-
fex ſyncera Iuſtiniani imperatoris amicitia uſus ab illo impetrauit Brutios, Lucanosq;
D & Siculos multis leuari oneribus tributorũ. Impedimẽto aũt ipſi maximo fuit ualitudo,
multis ad quæ natura & lenitate erat procliuis, laude dignis operibus exequendis: qua
ratione cum ingraueſcente morbo ſe mori intelligeret, quicquid auri cumulauerat, cle-
ro & ſingulis urbis Romæ monaſterijs ac ſacris ædibus legauit: eius diſtributionis cu-
ra Paſcali archidiacono, cui plurimum fideret demandata. Interea Ioan. cognomento
Platina defuncto Theodoro in exarchatu Italiæ ſuffectus Rauennã uenerat, miſeratq;
Romã iudices urbis, & populi gubernationi atq; ærario præfectos: ad quẽ mittens Pa-
ſcalis Mommiſſum fidei ſuæ auri legatum eſt pollicitus, ſi quãprimũ obijſſet Conon, ſe
uel illata ui creari põtificẽ obtineret. Et quidẽ ſpopõdit adniſusq; eſt exarchus, ſed auro
per ſuos iudices ex perfidi manibus accepto, Cononi ad undecimũ põtificatus menſem
defuncto, ſucceſſit Sergius Antiochenus. Nã cum pars populi Romani maxime Theo
dorum archipresbyterum peteret, & nonnulli ab exarchi iudicibus ſubornati Paſcalem
nominaſſent, parsq; utraq; in Lateranenſi palatio ſe conueniſſet, tandem cleri populiq;
uota in Sergium conuenerunt. Per quæ tẽpora ubiq; quieſcente Italia, Cunipertus Lon
gobardorũ rex obijt. Liuthpertumq; filium nondũ pueritiã ſupergreſſum ſub Aſprandi

ducis ſtrenui tutela reliquit ſucceſſorē. Tantā eius anni pacē, quātā Romanū imperiū, E
Saraceni, Lõgobardi, Bulgari atq; etiā Viſigothi, Frãci, Germani, & Anglici habebãt,
primus omniū rupit imperator Iuſtinianus, q fœdera uiolãs cū Saracenis icta eos apud
Meſopotamiã & in Perſide maximis affecit incõmodis. Illi uero reparatis uiribus irruē
tes Imperatorē cū omni exercitu Meſopotamia expulerũt, & multo plura tũc Iuſtinia-
nus cædium amiſſiq; exercitus dãna accepit à Barbaris ꝙ intulerat. Redintegrata tñ eſt
pax. Secundũ quã nouo fœdere firmatã fregit Imperator incõſtans aliã pacē a genitore
Cõſtantino cū Bulgaris cõſtitutã. Duxit nanq; in illos improuiſus, quibus, ut erant im-
parati, nullo in loco reſiſtentibus, Imperator cædibus & incẽdijs ꝑ uniuerſam Bulgariã
debacchatus eſt. Illi uero conſpicati Iuſtinianū furentē, nulla rei bellicæ diſciplina duci,
& exercitū ſine ordine palãtem dimittere, retro ad ſuperiores Mœſiæ Thracumq; con-
finia cõfugerunt: qui magnã in manū coacti nihil per multos dies magis adniſi ſunt, ꝙ
ut ſuis incõdita etiam mulierū puerorumq; turba in unum coactis, locum, urbes, oppi-
daq; furenti Imperatoris exercitui diripienda permitterent. Exinde animis poſt tantam F
conſternationē reaſſumptis, ſaltus, cæteros ꝙ meatus, per quos Iuſtiniano in Thraciam
& Cõſtantinopolim redeundū erat, obice multo, & additis ſtationibus muniuerũt: quę
poſtquã audiuit imprudens Imperator, ad Bulgaros mittens ea cõditione pacem redi-
tumq; impetrauit, ut captiuis, rebusq; omnibus quas diripuerat, dimiſſis, abiens pacem
precario cõceſſam iureiurando cõfirmaret, & ſui exercitus primarios ſacramento ada-
ctos permitteret cõfirmare. Eodē anno apud Francos etiã mota ſunt bella, in quib. pri-
mū enitere cœpit nomē familiæ illius Carolorū, quos poſteriora ſecula glorioſos Fran-
corū principes habuerũt. Erant Auſtraſiorū reguli fratres duo, Martinus & Pipinus, cui
poſtea Breui fuit cognomentū, & Ebroinus quidã Theodericū Francorū regē, illiusq;
regnū ꝓ libito gubernabat. Is magna in Auſtraſios inſolentia uſus, Theodericū regem
exercitūq; paratiſſimum in illos duxit. Tunc reguli acciſis tumultuarie cohortibus oc-
currentibus cõſerto ad uicum Lucofodū prælio fracti fugatiq; fuerũt. Martinusq; cū ali G
quãdiu latuiſſet, fide publica ab Ebroino euocatus fraude perijt. Nec multo poſt Ebroi
no pariter ab Ermenfrido, cui inſidias tetẽderat ꝑ fraudē occiſo, Pipinus redintegrata
cū Francis gratia, ipſum Ermenfridū in Ebroini locū à Francis cõſtitui impetrauit. Per
id etiã temporis Lõgobardi ſuos habuerunt motus: Nãq; Ragimbertus Taurenenſium
dux inuidia ductus, qd' Aſprãdus ſibi in pueri regis Liuthperti tutela præpoſitus eſſet,
arma in regē ſuum mouit: cui cum obuiã proceſſiſſent Aſprandus & Rotharis dux Ber-
gomenſiū paratiſſimū ducentes exercitū, apud Nouariam pręlio eſt certatum: Vicitq;
Ragimbertus, & Aſprãdo Rothariq; cū infante rege fuga ꝓlapſis, nullo q reſiſteret ex-
ercitu reliquo, Papiã ueniens regni tyrãnide eſt potitus: & infra paucos mēſes uita fun-
cto Arithpertus filius, magno exercitu coacto regnum ſibi retinere conatus eſt. Sed du
ces Lõgobardorū Aſprando pueri regis Liuthperti tutore monente, arma ꝓ pueri regis
reductione ſumpſerunt, quorū ducū primarijs Zothone, Thatone, Pharone, & Rhota-
ri Bergomēſi, ſimul cū ipſo Liuthperte rege & Aſprando Papiã accedẽtibus, ꝓdijt cum H
copijs obuiã Arithpertus, cõcurſumq; eſt ab uniuerſis Galliæ Ciſalpinæ Longobardo
rū copijs ad amnem Ticinum: quo in prælio poſt cædem hinc inde actam, poſt uulnera
infinita par ſæpe ſpes, par deſperatio utriſq; fuit. Vicit tñ adulterini regis exercitus, &
Liuthpertus puer uiuus uenit in hoſtiū poteſtatem. Aſprandus uero fugiens ad inſulam
Comacinã, Rotharis Bergomenſium dux, cum ſe recepiſſet Laudam ciuitatem ſuã, illa
militum ſtatione firmata Bergomū adijt, fecitq; ſe Lõgobardorū regem à Zothone, Pa
thone & Pharaone fugæ comitibus declarari. Quæ cū eſſent Arithperto nunciata, mo-
tis ſolenni apparatu ex Papia ſignis, duxit in Laudã, eaq; ad primã oppugnationis oſtē-
ſionē capta fines Bergomenſium eſt ingreſſus. Et quia nouū regem Rotharim audiſſet
magnos feciſſe apparatus, magnasq; copias contraxiſſe, ſenſim & accurate conſcendit
in montes, prius tamen ad Bergomi mœnia eſt itum, ꝙ quiſquã armatus Rotharis ſit
immiſſus. Obſedit itaq; Arithpertus Bergomū, & arietes, aliasq; admouit machinas, op
pugnationib. ſolitas adhiberi: nullo aũt ex Lõgobardis eo in ciuili bello ſatis reſiſtente,
breui Arithpertus urbe munitiſſima eſt potitus, & captū in ea Rotharim detõſumq; (qđ
erat maximū in Lõgobardis opprobriū) poſt paucos dies iuſſit ſimul cum Liuthperto
puero

A puero iugulari. Exinde Arithpertus rex duxit in inſulã Comacinã, quod cum reſciſſet futurum Aſprandus, per ſaltũ Caluenę confugit ad Batraros. Et Arithpertus oppido inſulæ Comacinæ ui expugnato, illud dirutũ ſolo æquauit. At Iuſtinianus imperator ex Bulgaris in Thraciã reuerſus, aliquot ibi deſedit menſes. Quo in tẽpore Stephanus quidã Stelarius, cui ille urbis Cõſtãtinopolitanæ curã gubernationẽq; reliquerat, inter ſcelera, quibus erat deditiſſimus, eò prorupit audaciæ, ut ipſius Imperatoris genitricẽ contumelijs uerberibusq; afficeret: cuius indignitas rei Cõſtantinopolitanos in Iuſtiniani talia tolerantis opprobria odiũ cõcitauit. Ipſe uero imperator Cõſtantinopolim reuerſus, ut quietẽ à genitore Cõſtantino cũ Romanis põtificibus fundatã euerteret, cõciliũ in Cõſtantinopoli celebrauit: ad quod cum Romani põtificis clericq; cõueniſſent oratores, iterata ſunt ſextæ ſynodi acta, qbus intermixta ſunt aliqua à ritu catholico abhorrẽtia. Subſcripſerunt uero imprudẽtes Romani põtificis oratores. Sed eã ſubſcriptionem Sergius põtifex, ut ꝓ hæretica iudicatam noluit approbare. Iratus uero eſt Iuſtinianus,
B & mittens Zachariã ꝓtoſpatharium Romã, iuſſit Sergiũ pontificẽ Conſtantinopolim deportari. Quod cũ in urbe, cæteriſq; Italiæ urbibus, imperio tũc ſubiectis, auditum eſſet, mœſtitia ubiq; & luctus publicus fuit. Sed Rauẽnatis exarchatus milites animi erectiores cõſtituerunt Romanũ pontificẽ, Romanãq; urbem & ipſam Italiam à tanta iniuria uindicare: armis itaq; captis, facto agmine, ad urbẽ ꝓperarunt. Intellexit eorum aduentũ Zacharias, qui in ſupplicij mortiſq; terrorẽ adductus, põtificem ſupplex orauit, ut ſe in Lateranenſi palatio abſcõditũ ſeruaret: nec defuit illi põtificis pietas, qui ingreſſum urbẽ exercitũ Rauennatem comitante gregatim Romano populo ad ſe euntẽ, ut exciperet in atrio cõſedit: & illis clamore ingẽti, lætitia plena Imperatoris ſatellitẽ carnificẽq; ad ſuppliciũ poſcentibus, Zachariã trepidũ produxit: ſedato poſtmodum turbæ fremitu, põtifex oratione habita, & milites deliniuit, & ſpathariũ fide publica ſaluũ abire permiſit. Nondũ redierat in patriam Zacharias, cum Iuſtinianus perfidiæ, qua in oẽs utebatur, & impietatis in Romanum pontificem pœnas dedit. Siquidem Leontius
C patritius adnitente Gallinico patriarcha Cõſtantinopolitano inſurgens plebẽ Conſtãtinopolitanam ad arma tumultũq; conciuit, & carcere ui fracto, multos educens morti perpetuoq; pedori addictos. Iuſtinianũ imperio deiectum cepit, nareſq; mutilatum curauit Cherſonã Põti ciuitatem exilio deportari. Eos imperij motus exploratos habens Habdimelech Saracenorũ Ammirathus Africam inuaſit. In quem Leontius imperator Ioannẽ patricium militiæ magiſtrum cum exercitu miſit. Et quidem Ioannes Saracenis cõgreſſus eos fugere cõpulſos omni Africa exterminauit. Sed erant iam non in Perſide ſolum, aut Arabia, ſed omni Ægypto auctæ Saracenorũ uires, ut Ioãnes rei militaris ſcientiſſimus crederet, nõ poſſe diu Africã ab illorum inſultibus puſillo, quẽ ipſe duxerat exercitu defenſari. Hinc ad Leontium imperatorẽ delatus, ſupplemẽta poſtulabat ſibi dari in Africã tranſportanda. Interim dum cunctantem copias date Leontium Ioannes expectans Conſtantinopoli deſidet, exercitus ſuus in Africa relictus tumultuari cœpit, Abſimarũq;, cui Tyberio fuit cognomen, Cõſtantinopolitanum ciuem ducem primo,
D poſt imperatorẽ acclamauit. Is imperiũ, ut aliqui quęſitũ, ut alij oblatũ accipiens, nequaquã moras ſibi apud Africã trahẽdas exiſtimauit. Et cum exercitu penè omni nauigans Cõſtantinopolim peruenit. Fauebãt uero ciues affiniũ agnatorũq; factio potẽtiſſima, unde dũ Leontius forum palatiumq; ſtationibus munitum ſeruare nitit̃, ingreſſus Blaquernatum mœnia Abſimatus urbẽ cepit, & captum paruo negocio Leontiũ, naſo ſicut & ille Iuſtinianũ mutilauit, quem cõiectum in carcerẽ maiori infortunio reſeruauit. Erat in urbe Cõſtantinopolitana Philippus quidã Nizepoli patricij filius egregię indolis adoleſcẽs, q ſimul cũ alijs ciuibus Abſimaro fauerat. Is ſiue iuuenili incõſideratione, ſiue qđ ita res ſe habuerit, quibuſdam dixit uidiſſe in ſomnio caput ſuum aquila obumbrari, qđ uidebat̃ uelle futuri imperij præſagiũ interpretari. Dum hęc eſſet Romani imperij orientalis cõditio, apud Francos Pipinus Auſtriæ dominator gubernaculis regni Francorũ manus cœpit inferre. Nã cum audiſſet quendam Bertarium nomine & ignobilẽ & inſipientem, quo Theodericus rex plurimum utebat̃, Francis omnibus exoſum eſſe, quantaſcunq; potuit ex omni Auſtria cõtraxit uires, præ ſe ferens & Francis denũcians expectantibus ſe cũ copijs affuturũ: quæ cum reſciſſent rex Bertariuſq;, paratis &

ipſi copijs occurrerũt,ſuperauitq; Pipinus,& Bertario fugato regẽ reducẽs,ſeſe domus B
regiæ maiorẽ regniq; & regiæ gubernatotem effecit: nec tñ in aulico luxu deſedit Pipi-
nus , ſed Mordebertũ quẽdã ex proceribus ſuis ſubſtituens ipſe in Auſtriã eſt reuerſus.
Pauſopoſt obijt Theodericus,cuius in regno ſucceſſor Clodoueus filius puer & ipſe in
tra biennium eſt defunctus.Accepitq; id regnum Childebertus Theoderici frater,apud
quẽ Pipinus pręſumptã continuans poſſeſſionẽ Grimoaldum filium inſtituit domus re
giæ directorẽ.Ipſe uero Pipinus maiora & ſe digniora tractãs,multa & uaria geſſit bel-
la in Sueuos & Germanos cis Rhenũ incolẽtes Bauaris Gallicisq; cõfines. Apud urbẽ
Romã interea res fuerant quietiſſimę, quod Sergius põtifex Zacharia protoſpathario
Italia emiſſo magnã crucis dominicæ partẽ reperit in arcula , quæ in principis apoſtolo
rum baſilicæ angulo diu nemini nota fuerat. Cumq; illius uenerationi ſatis diu indulſiſ-
ſet,multas ex urbis Romanę baſilicis inſtaurauit.Inuenio Sergij huius pont.tẽporibus,
Rom.Syriã peruagantes peremiſſe ducenta milia Saracenorum , ſuntq; q uolunt fuiſſe
Rom.tunc Syriam incolentes,qui Iuſtiniano ſecundo & paulopoſt Leontico impera- F
toribus deiectis,cum à Saracenis iniurias paterenť , ſeſe colligẽtes eandem cladem illis
inflixerint.Sed is annus in quo id accidiſſe cõperi ſeptingenteſimus fuit dominicæ in-
carnationis,qui & Abſimari ſecundus erat imp. Vnde potius crediderim eos Rom.fuiſ
ſe exercitum Abſimari,cuius geſta oẽs tanquam adulterini principis ſuppreſſerunt.Ser
gius quartodecimo pontificatus ſui anno uita functus,Ioan.eius nominis ſextum habu
it ſucceſſorẽ,ad cuius põtificatus initium Theophylactus imp. cubicularius & futurus
in Italia ꝑ exarcho ab imperatore Abſimaro miſſus , nõ ut conſueuerunt alij Rauennã
fuit,ſed Siciliam primo accedens , Romã uenire cõſtituit:de cuius ex Conſtant. profe-
ctione & Siciliæ ingreſſu facti certiores Rom.& Italici,aliquid ab illo incõmodi timue
runt.Iamiam enim exoſum erat Græciæ & imp. Conſtantinopolitani magiſtratuum in
Italia nomen . Quare cõuenientes apud urbem oẽs reipub.& Rauennatis exarchatus
milites ipſum tãquã hoſtem publicum expectabãt. Venit uero Romã Theophilactus,
& niſi Ioan.pont.ſeſe paucis ſequeſtrem adhibuiſſet,manus in illum milites iniecíſſent. G
Perſuaſus itaq; à Ioanne pont.exarchus à præſcriptione ciuium, quam Cõſtantinopoli
deſtinatã non erat ueritus palàm facere,ac ut exequereť intentare,abſtinuit, & Rauen-
nã illico demigrauit.Exarcho urbe digreſſo Giſulfus Lõgobardus Beneuenti dux,ſiue
ab ipſo Theophylacto inſtigatus : ſiue quia illo cũ Romanis diſſidẽte minus res nouas
intẽtare timuerit , oppida Campaniæ Rom. ſubiecta hoſtiliter inuaſit , & præda primo
ingenti abacta,incendijsq; late cõmiſſis pleraq; oppida pertentauit, ex quibus Soram,
Arpinũ,Arcamq; oppidum occupauit. Miſſi tñ à pont.ſacerdotes inuentum apud Hor
rea uicum Giſulfum ducẽ tam multis à pont.orauerunt : ut accepta ab ipſo pecunia ca-
ptiuos liberauerit, factamq; prædam dominis reſtituerit , & in Beneuentanos reuerſus
Rom.ultra deſierit infeſtare:per quod tempus & ſi illa quieſcebat Longobardorũ pars
quæ in Gallia Ciſalpina regi ſubiecta erat, Foroiuliani tñ Longobardi cũ Sclauis con-
finibus uaria habuerunt bella , in quibus & cædes acta & prædæ uis maxima undiq; eſt
abacta.Ad cuius ſexti Ioan. põtificatus initium Iuſtinianus ſecũdus cũ Cherſonæ apud
quã ciuitatẽ exulabat,præ ſe ferret reſumendi imperij intentionem,ciues Abſimaro im H
peratori fideles illũ capere intentarent:ſed is clã abiens ad Bauaros cõfugit,quorũ rex,
aut ut ipſi appellabant Cacannus,illi honeſte habito filiam ſpopondit uxorem:& tñ an
no uixdũ elapſo Cacannus ab Abſimaro imperatore pecunia corruptus Iuſtinianũ &
hoſpitẽ & generũ prodere eſt pactus. Quod cũ reſciſſet Iuſtinianus fugiens Bulgarorũ
regi Trebellio ſe cõmiſit:& Trebellius ſuſceptam aduenæ curã ex fide gerens illum per
arma in patriam reduxit. Quo anno Saraceni Ægyptũ incolẽtes, quos à Ioãne patricio
Leontij imperatoris legato Africa pulſos fuiſſe oſtendimus,imperatorũ contentionib.
auditis,Africã omnem & Libyam infinitis inuadentes gentibus occuparunt, & paucis
poſtquã omnẽ eam orbis partem tertiam ceperant cõfirmaueruntq; exactis menſibus,
ex Septa urbe in fretũ Athlanticum expoſita ſoluentes,omnem Hiſpaniã quæ intra Py
renæum mari ambiť in Taraconenſem & Bethicam ac Luſitaniam prouincias diuiſam,
ceperunt,Cãtabris Auſtribusq; exceptis:q ſicut ultimi fuerunt in omni terra Hiſpania,
quos inclinans amiſit Romanũ imperiũ,& poſtea ſe à Viſigothorum iugo liberos ſer-
uauerunt

A uauerunt:ita nunc poſtremo fidē Chriſti diu antea acceptā integerrime tenentes, ſeſe à
Saracenorū ſpurcitia ſeruauerunt illæſos,ſicq; Africa poſt quā à Beliſario Iuſtiniani pri-
mi duce,Vandalorū manibus erepta iterū ſub Romano imperio annis uno & ſeptuage
ſimo ſupra centeſimū fuerat,ſubdi incœpit Saracenis. Sub quorum iugo annis iā ſeptin
gentis quadraginta aduſq; noſtra tēpora perdurat. Hiſpaniæ uero quam tunc ceperant
Saraceni,ſola Bethica pars per eoſdē ſeptingentos quadraginta annos Saracenis man-
ſit ſubiecta. Et ꝑ idē tēpus in quo tot mala uidere incœpit orbis Chriſtianus,Ioāni ſexto
pōtifici ex Græcis oriundo obeunti alius Ioan.ſeptimus pariter Græcus pōtifex eſt ſuf-
fectus. Ingreſſus Cōſtātinopolim Iuſtinianus Lyſimarū,Leontiū quoq; à ꝗ fuerat impe
rio deiectus in carcere inuentū eduxit,&utrūq; inimicū inſpiciēte populo occidi iuſſit.
Gallinicum uero patriarchā quē in eum oſtēdimus cum Leontio cōſpiraſſe, obcæcatū
Romam relegauit. Vſus uero eſt Iuſtinianus maxima nō in apertos modo olim hoſtes,
ſed in eorū ſtudioſos crudelitate. Nā quod oēs habent ſcriptores, quoties ſtillantē trun-
B cis naribus mucū abſtergeret, quēpiam aduerſarū partium excarnificari iuſſit. Habue-
runt quoq; Ioan. iſtius pōtificis tēpora futuræ amplitudinis Romanę eccleſię initia atq;
arras, qđ Arithpertus Lōgobardorū rex zelo religionis chriſtianæ ductus Alpes Coc-
cias, in quibus Genua urbs nunc præclara, & quicquid eſt ab ea ad Alpes uſq; Galliarū
fines cenſebaт̄, beato Petro donauit. Ioāne aūt ad anni tertij pōtificatus ſui finē mortuo
creatus eſt pontifex Siſinus ex Syria oriundus. Cui prima fuit cura urbis Romæ mœnia
inſtaurandi: ſed diē pontificatus uigeſimum obijt. Cuius ſucceſſor fuit Conſtantinus &
ipſe Syrus, per cuius tempora Iuſtinianus in ſua crudelitate perſeuerans, Mauricium pa
tricium, & Heliā ſpatharium, quibus utereт̄ impijs ſcelerum adminiſtris, cum potentiſ-
ſima claſſe miſit Cherſonā, ꝗ urbe uiribus potiti primarios ciuiū, uel ut aliqui uolūt ſcri-
ptores, cunctos pubertatē ſupergreſſos interfecerunt: eos uero, ꝗ Iuſtinianū res nouas
in religione molientē capere, prout docuimus, intentauerunt, partim igni aſſatos truci-
darunt, partim in catenis miſerunt Cōſtantinopolim, tenendos in carcere paratos ut ſtil
C lante naribus muco Iuſtinianus ſingulos poſſet educere laniandos. Vſus quoq; eſt Iuſti
nianus maxima in Trebelliū regē ingratitudine: nā ortis Thraces inter & Bulgaros fini
um, ut aſſolet, cōtentionibus, Bulgariā cum exercitu ingreſſus, & tn̄ Trebellius armis
raptim & tumultuarie correptis occurrens illum repulit, & maximo affecit incōmodo.
Nec aliqua in re exilij & periculorum, quæ in illo ſubijt memor, ferociam aſperitatēq;
morum, qua primis imperij tēporibus erat uſus depoſuiſſe uideт̄, præterquā quod Ro-
manum pōtificē fouens quantum debuit ueneratus eſt. Ordinauerat Cōſtantinus pon-
tifex Romanus Felicē Rauēnæ archiepiſcopū qui pecuniariam & ſubiectionis præſtā
dæ obligationē Romanis ex more miſſurus, eā ſolito aſtrictiorē miſit. Nec pōtificis Ro
mani ſuaſione, aut precibus adduci potuit, ut prędeceſſorū in ea obligatione formulam
ſequereт̄. Felix nanq; partim ciuium Rauennatum de paritate cū Romanis cōtenden-
tium, partim iudicū ab exarcho Romā miſſorum fauore elatus, pontificē & Romanam
ſpernebat eccleſiā. Quæ cum Iuſtinianus à Cōſtantino pōtifice intellexiſſet, Theodorū
D patricium ꝗ tunc erat militum imperij Siciliā tuentium primicerius, iuſſit Rauennam
accedere, & archiepiſcopū ut Romano pōtifici ſatisfaceret parereq; cōpellere: naui-
gans itaq; cum claſſe Theodorus Rauennā uenit. Præſciuerant eius aduentū Rauenna
nates, & defenſionē parauerant, cuius deſcriptio ab Agnello, qui ꝓpinquus illis tempo
ribus fuit, accuratiſſime facta, magnā oſtendit fluuiorum, populorū & locorū regionis
mutationē. Ceruienſes eñ & Comaclenſes, nūc penè nulli, copioſæ fuerunt manus, &
Populienſes, Cæſenates, Cornelienſes, ꝗ nūc Imolenſes, Fauentiniq; multo plures miſe
rūt armatos ꝙ nūc ſit uniuerſa eorū populi collectio. Soli ex ſubiectis Bononiēſes Fori
liuienſesq; ſunt aucti, & in nouū pergrandemq; populū creuit Ferraria, quā eo in Rauē
natum apparatu cernere eſt minime fuiſſe, & Padum Bononiæ tunc ꝓpinquiorem præ
terfluxiſſe ea Agnelli deſcriptio planè oſtendit. Rauennatibus itaq; ut Theodorū excē
ſione ꝓhiberent omnia cōplentibus littora, diuerſis in locis ſæpenumero eſt pugnatū.
Cūq; imperatoria claſſis uiciſſet, catenę archiepiſcopo ſūt iniectę. Fuit aūt ea clades Ra
uennæ urbi maior ꝙ unquā antea fuerat perpeſſa, qđ Theodorus primarios quoq; di-
tiſſimos ciuium partim occidit, partim ſimul cū archiepiſcopo Conſtantinopolim rele-

gauit, & tam epiſcopi ꝙ occiſorum relegatorumꝗ ciuium direptas diuitias aſportauit, E
Perductū ad ſe Felicem archiepiſcopum imperator, cādensꝗ ad ignem æneum uas diu
ꝓpinquis inſpicere oculis iuſſum lumine orbauit, & dānatum exilio, cæcumꝗ in Pontū
relegauit. Et per id tēporis Cōſtantinus pōtifex ab imperatore Iuſtiniano rogatus Con
ſtantinopolim ut nauigatet, iter ingreſſus eſt. Erat pariter tunc in itinere Ioan. Tizoco-
pos patricius quē Imperator mittebat Italiæ exarchum. Is in Neapoli obuians pontifici
cū ut debuit ueneratus eſt. Sed quamprimum Romæ fuit, clerum importune quæſiuit
exactionare: quūꝗ illi nō pareret, quatuor presbyteros quibus abſentis pontificis rerū
cura erat cōmiſſa interfecit. Nam cum Rauennates ex accepta à Theodoro primicerio
clade animis abalienatos offendiſſet, & ſuā ſicut in Ro. presbyteros rabiem immodice
exercere uellet, occiſus fuit: econtra uero Theodorus primicerius, cum ingreſſo Siciliā
Cōſtantino pont. ualetudinarius reuerenter obuiaſſet, ſanitatem illius meritis & oratio
ne accepit. Qua tempeſtate Aſprandus quem Arithperti Longobardorum regis arma
fugientem oſtendimus per Clauennæ ſaltum in Bauariā ſe recepiſſe, auxilijs fretus Ba- F
uarorum redijt in Italiam, & Arithperto apud Ticinium cōgreſſus prælio ſuperior fuit.
Arithpertus uero dum amnē rapidum in fuga tranare nititur ſubmerſus interijt. Tuncꝗ
ſummo Lōgobardorū conſenſu Aſprandus regnum accepit, quod tertio menſe moriēs
Liuthprando filio Lōgobardis pariter cōſentientibus reliquit. Cōſtantino pont. ad o-
ctauū lapidē Cōſtantinopoli appulſo Tiberius Iuſtiniani imperatoris filius & ipſe impe
rator cum patricijs & omni nobilitate, Cyrusꝗ patriarcha cū clero obuij proceſſerunt.
Pontifexꝗ Rom. Cameſaneū papalē amictum indutus, ſolenni totius Conſtantinopo-
litanæ urbis pompa in regiam eſt profectus. Inde ab imperatore Iuſtiniano Niceæ tunc
cōſtituto uocatus Nicomediam cōceſſit, quò delatus imperator ſeſe inter ſalutandū ꝓ-
ſternens pedes pont. oſculatus eſt. Nihil aūt magis ea in pōtificis uocatione uidetur quæ-
ſiſſe Iuſtinianus, ꝙ ut ſancti uiri benedictione habita illius præſentia & alloquio fruere
tur. Exæſtuabat tñ animo imperator in Cherſonæ urbis demolitionem, Philippicumꝗ G
quem Abſimaro imperatore in Pontum fuiſſe relegatū oſtendimus, interficere propo-
ſuerat, quod oēs Ponti accolas Cherſonenſem demolitionem iniquo ferentes animo in
illum reſpicere, illi ſtudere certior factus erat. Itaꝗ & ſi in miſſa quā Nicomediæ ponti-
fex Rom. celebrauerat, euchariſtiam ex illius manu manducauerat imperator, à tantis
crudelitatibus non abſtinebat, diſſuadentē uero pontificē, & illum pacis quietisꝗ ſtu-
dia cohortantē nullatenus exaudiuit. Acciditꝗ quando uela uentis cōmiſit pontifex,
pariter ex Nicomedia ſoluerit imperatoria claſſis in Cherſonā Philippicumꝗ ductura.
Expertus aūt eſt malo ſuo Iuſtinianus quantū pontificis conſilia ſuis præualebant, qđ
exercitus ſui duces quamprimū in Pōto fuerunt cum tota claſſe ad Philippicum defece
runt, eaꝗ claſſe auxilijs addita, quā ex Ponto cōtraxerat Philippicus, expeditio in Con
ſtantinopolim eſt relata. Eduxit tñ Iuſtinianus copias quantaſcunꝗ potuit ex Conſtan
tinopoli Thraciaꝗ cōtrahere, & prælium duodecimo ab urbe miliario eſt commiſſum.
Fuit id prælium atrox, & poſt multā utriuſꝗ exercitus cædem imperatorum morte no- H
bilitatū. Nā Iuſtinianus Tiberiusꝗ filius fractis fugatisꝗ eorum copijs eo in prælio oc-
cubuerūt. Philippicus qui & Bardanus ea in uictoria imperiū adeptus illico fidei catho
licæ Rom. pontificum traditione diſceſſit, eiusꝗ hæretici peruerſo uſus conſilio literas
ad Conſtantinum pontificem clerumꝗ Rom. dedit, eos admonens ut ſuis conſentirēt
dogmatibus à fide catholica alienis. Nec dum uero aſſenſerunt pont. & clerus, ſed Ro.
populo magnis acclamationibus poſtulante Philippicum pont. ſchiſmaticum iudica-
uit, iuſſitꝗ ut nulla in re diuina aut publico priuato ue actu eius nominis aut imperij
mentio haberetur. Nec diuturna fuit ipſa in imperio peſtis. Nam cum defunctus eſſet pō-
tifex Cōſtantinus, eiꝗ ſuffectus Stephanus eius nominis ſecundus origine Syrus ponti
ficatum iniſſet, Anthemius qui & Anaſtaſius ciuis Conſtantinopolitanus ipſum Philip
picum imperio deiectum cepit, & oculis euulſis excæcatum truſit in carcerem. Dum ea et
in Ro. imperio & in Longobardis gererentur, Childepertus ad cuius regni initium Gri-
moaldus Pipini filius: qui, ut oſtendimus, regnum Franciæ gubernabat, à Rathagalio
Leodicenſi dolo peremptus eſt: obtinuit tñ Pipini genitoris authoritas, ut Theodebal-
dus in Grimoaldi patris locū Dagoberti regis noni domū regnūꝗ gubernaret. Et eodē

tempore

A tempore Pipinus Breuis ſenio confectus humanis rebus exemptus eſt. Cōciuit uero ea
ſapientis potentiſſimiq; uiri mors maximos in Francia tumultus:q̄d Raginfredo quodā
domus regio ſuperioritatē ambiente, & Theodebaldo ſeſe in ea ut tuereī contendente,
bellum inter Francos ciuile exortum eſt: & ad Coſiam ſyluā maximis utriuſq; factionis
conatibus eſt pugnatū. Profugit autem Theodebaldus prælio ſuperatus: & illico Ragin
fredum uictorem rex Dagobertus accepit illius ſucceſſorem. Superſtes erat Pipini uni-
cus filius Carolus, cui Martello fuit cognomen, Calpiade prima uxore genitus. Super-
ſteſq; pariter erat Plectrudis uxor, quā Carolus ut genitricem potius q̄ nouercam uene
rabat. Nec tñ ſe continere potuit odioſa mulier, quin adoleſcentis excidio inhiaret: hinc
Dagoberto puero rege Raginfredi impulſu cōtractis copijs in Pipini quondā dominia
ut duceret parante, Carolus nullum rebus ſuis afferre potuit adiumentū, quod nouercæ
dolo tunc interceptus, niſi ingenio uſus aufugiſſet, uitam cum principatu in carcere ami
ſiſſet. Fecit uero uiam per Carboniam ſyluā Dagobertus, & omnem regionem, quæ ad
B Moſam fluuiū pertinet, rapinis incendijſq; fœdauit. Pauloq; poſt Carolo Martello iam
carcere liberato obijt Dagobertus, cui creatus eſt à Francis ſucceſſor Daniel quidā igno
tæ, ſicut aliqui tradūt ſcriptores, proſapiæ clericus: aut, ut uolunt alij, ex Francorū ſtirpe
regia oriundus, quē Raginfredus maiorē domus appellans Dagobertū, in Carolū Mar-
tellū ducere coegit. Conciuitq; is rex nouus in eam expeditionē Rathodū ducem Friſo
num gentis ſtagna inſulaſq; maris Britannici accolentis. Ea uero fuit humanitate, ea ani
mi generoſitate Carolus, ut Plectrudē nouercā, à qua tantam paſſus erat iniuriam, nihilo
minus tanquā genitricem ueneraretur, & in principatus adminiſtratione ſicut antea tole
raret. Quum itaq; uaſtarent omnes dominiorum quondam Pipini agros, Franci, & Friſo
nes, occurrens cū copijs Carolus maximum accepit incōmodum, adeo ut in munitiora
tutaq; loca ſe recipere ſit coactus: & populati omnia uſq; ad Rhenum amnem, Franci A
grippinam Coloniā Caroli ciuitatē inuaſerunt. A quibus magna ui pecuniæ donatis Ple
ctrudis, ut intra fines Franciæ ſe reciperent, impetrauit. Anaſtaſio interim imperāte, quē
C oſtendimus Philippico ſucceſſiſſe, Patronax quidam ciuis Brixianus pontificis Roma-
ni ſuaſionibus, beati Benedicti monaſterium Caſienſe ædificijs & monachorum frequē
tia inſtaurauit, anno poſtq; à Longobardis deſtructum fuerat centeſimoduodecimo. Is
uero imperator poſt exhibitam Romano pontifici reuerentiam, poſt acceptas & ex mo
re confirmatas prædeceſſorum pontificum ac conciliorum ſanctiones, Saracenos Chri
ſtianæ religionis & Romani imperij hoſtes agitare conſtituit: itaq; parata ingenti claſſe,
Alexandrinam Ægypti urbem à legatis inuadi iuſſit. Sed ipſius duces exercitus medio
in itinere rebellantes, arma in Cōſtantinopolim retulerunt, crearūtq; imperatorē Theo-
doſium quendam, qui etſi erat ignobilis, & apud publicanos ſcriptum facere conſueue-
rat à comitate atq; ingenita bonitate, eos ſibi fauores in exercitu atq; in populo cōpara-
uerat. Is nouus & rei militaris ignarus imperator, Anaſtaſium audiens copias, ut imperi-
um reciperet reparare: illi cum ſuo imperij aſſertore exercitu occurrit, & exercitus utri-
uſq; acies ad Niceam conflixerunt. Potitus uictoria Theodoſius nulla Anaſtaſium alia
D affecit iniuria, q̄ quod ne ultra de imperio cogitaret, clericum ordinauit. Tunc in Italia
Liuthprandus Longobardorum rex, Rothabitem conſanguineum ſuū nouandarum re
rum & intentatæ necis ſuæ inſimulatum interfecit. Quo ſublato, quum regnum omni ſu
ſpicione liberum uideret, Liuthprandus donationē Alpium Cocciarum alias ab Arith-
perto factā beato Petro & Romanæ eccleſiæ cōfirmauit: quanquam uero rex ipſe quie-
ſceret, alij tamen Longobardorū duces nequaquam à motibus temperabant. Feroaldus
Spoletanorum dux, ſimulata ad regem ſuum profectione Rauēnam uerſus iter arripuit:
fuitq; magni & potentis ducis aduentus Rauennatū ſubditis uiæ Flaminiæ accolis, quà
illi eundū erat, in tempore exploratus, ut illius inſidias perfidiamq; ſi timuiſſent, potue-
rint præcauere. Sed quod nullæ tunc Longobardis cum Romanis aut Rauennatib. bel-
li, ſiue recentis odij inimicitiæ intercederent, nullam oppidis urbibuſq; ſeruādis cuſtodi
am adhibuerant. Veniens itaq; rectà Feroaldus, cū Cæſenæ applicuiſſet, ad mare deſcen
dens Claſſenſe oppidū furto cepit. Mittens tamē nuncios Liuthprandus ilico oppidum
ab inuaſore illæſum dimitti curauit. Pēnino quoq; foro Iulianus Lōgobardorū dux Scla
uos ducatus ſui fines ingreſſos repreſſit, & fugientes inſequutus magnā in illis edidit cæ

 dem,

dem. At apud Francos, Carolus Martellus ſe de Chilperico Francorũ rege & Raginfre- E
do illius gubernatore ulciſci cupiens, magnum parauit exercitũ, parauerantq; illi ſuum
inepta multitudine copioſum. Itum eſt utrinq; pari rem gerendi animorum ardore in Ca
meracenſes & apud Viciacum acies cõcurrerunt. Ad primos uero prælij clamores Chil
pericus rex Raginfreduſq; in fugam uerſi incruentam Carolo uictoriam reliquerunt, q
regione uaſtata ingentem prædæ uim abducens in Auſtriam eſt reuerſus. Cõfirmato ea
uictoria principatu, Carolus metu nouercæ inſidiarũ ſe liberare conſtituit, quod eius re
ſpectu à rebus gerendis non poterat non abduci. Coloniã itaq; ducens urbem munitiſſi
mam in qua Plectrudis ſe cum Pipini quondã theſauro continebat illam ui cepit, & poti
tus theſauro cum nouerca cui ſola principatus adminiſtratione interdixit, manus agere
cõſtituerat. Illa uero clam omnibus longũ emenſa iter ad Danubium, & eo trãſmiſſo per
uenit ad Bulgaros. Interea Chilpericus & Raginfredus reparato exercitu Eudonem
quoq; Viſigothũ Aquitaniæ & Vaſconiæ ducem mercede conductũ cũ magnis copijs
cõuocauerũt, quib. ut in Carolũ ducerent, parantib. occurrit. Ille & duces hoſtes ſuos cõ F
ſultationib. terere tempus intelligens, ilico pugnãdi copiã fecit. Eudone uero cuius ſpei
rex Ragimbertuſq; omnino innitebant̃, detrectante, fuga à Francis Viſigothiſq; fœdiſ
ſima eſt cõmiſſa. Cumq; parũ eſſet Eudoni Parhiſios de fuga periſſe tranſmiſſo Sequana
amne ſe contulit in Aurelianos. Erat uero fugæ comes Chilpericus rex maxima trahens
Gazæ regiæ impedimenta. Cum quib. Eudonẽ uſq; in Vaſconiã perduxit. Inſecutus fu-
gientes Carolus, cum nõ inueniret in patriã eſt reuerſus: ſed paulo poſt inſipientiã regis
Francorũ mente reuoluens, ueritusq; ne Eudo illius inhians opibus uim afferret, pacis
mentionẽ facere cœpit: regemq; ea conditione ut Ragimbertũ dimitteret, in Pariſios re
dire curauit. Acciditq; opportune pax Caroli prudentia recens facta, quod Chilpericus
rex in patriã reuerſus apud Nomium morbo interijt, aſſumptuſq; eſt in regem à Francis
Carolo adnitente illius ex fratre nepos Theodericus, cui in domus maiorẽ datus à Fran
cis Carolus, Raginfredũ perſequi conſtituit, Andegaui ſe continentẽ, & in ea urbe præ-
clara neceſſarios defenſioni apparatus magnis conatibus facientẽ. Sed quàmprimũ Ca- G
rolus copias applicuit, & primos oſtentauit oppugnationis apparatus, capta eſt urbs, &
Raginfredus iubente Carolo interfectus. Geſſit poſtea Carolus multa ac maxima & ꝑ-
fecto digna ꝓprijs librorum uoluminib. illuſtrari: ſed ea ſummatim attingere ſatis noſtrę
faciat intentioni, oſtendendæ nouæ ſobolis regũ in quib. Romanorũ imperij forma cœ
pit. Inuadens Saxones Carolus, & paulo poſt Alemãnos, & inde Sueuos, multis eos affe
cit incõmodis: penetrauit poſtea ad Danubiũ, quo tranſmiſſo Plectrudem nouercam ex
Bulgaris reduxit in Franciam. Interim dum Carolus ꝙ remotus abeſt à patria, Eudo Vi
ſigothus pacis fœdere rupto, multa tentauit in ſubiectas Carolo regiones, in quem Caro
lus legatos miſit cum copijs, quæ Ligeri tranſmiſſo uaſtarunt Vaſconiæ regionẽ. Et Eu-
do occurrens prælio inferior eſt fugatus. Expedit nunc errorẽ diſcutere, in quẽ pleroſq;
ſcriptorum de Romani pontificis præſentium temporũ nomine inuolui uideo, quẽ qui
dem errorẽ conijcimus parua ex re originẽ habuiſſe. Petrus Gulielmus Lateranenſis ec
cleſiæ bibliothecarius, omniũ eſt antiquiſſimus, quos de rebus geſtis eccleſiæ, & Roma H
norum pontificũ ordine uidemus ſcripſiſſe. Is in Stephani ſecundi pontificis uita, recte
& omnia ordine narrat, quæ ipſius pontificis tẽpora habuerunt: ſiue autem ipſe inconſi
derate ſcribens errauit, ſiue quod magis, ut credã, inclinat animus, librarij errore factum
eſt: ita Gregorij ſecundi & Gregorij tertij pontificũ nomina ponuntur in ea Stephani ui
ta, ut eos appareat præceſſiſſe, quos conſtat Stephano fuiſſe poſteriores: hinc primũ qui
errare cœpit, ſequuti omnes poſtea errauerunt, & aliqui Gregorios binos primũ, dehinc
tertio loco Zachariã & quarto Stephanum. Alij Zachariam, poſtea Gregorios ponũt.
Quo ex errore aduentus Saracenorũ in Hiſpaniam, & inſignis obſidio, qua gens illa per
id tempus Conſtantinopolim preſſit, tam uarie à multis traduntur, ut tantarũ quantas ra
ro proditas memoriæ uideamus rerum geſtarũ ueritati detrahat ſcriptorũ contrarietas.
Itaq; Lateranenſem eccleſiæ codicem, quem nacti ſumus uetuſtiſſimum ſequuti pontifi
ces in eorum uitæ ordinẽ reſtituemus. Non tamen poſſumus bibliothecarij ineptias nõ
damnare, qui uitã & geſta Stephani ſecundi ſcribere incipiens dicit, eo tẽpore gẽtes Sa-
racenorũ à loco, qui Septa dicitur ex Africa in Hiſpaniã traieciſſe, & undecimo anno cũ

uxoribus

A uxoribus & filiolis petijſſe Vaſconiam,ſicut eorum ferebat opinio, inhabitandã:hinc q̃
Stephanum hunc in tempora Gregorio tertio poſteriora reijciũt,habẽt Saracenos Gre-
gorij ſecundi temporibus traiecíſſe. Oportuit autẽ,ſi accuratior fuiſſet bibliothecarius,
Saracenorũ in Europam tranſitũ ab eo,ſicut à nobis factum eſt,ſcribi ad finem temporis
Ioannis ſexti,quando Iuſtinianus ſecundus fuit à Bulgaris in patriam reſtitutus.Sed iam
ad certæ nobis narrationis ordinẽ redeamus.Stephano ſecundo pontificatum,& Theo
doſio eius nominis tertio Romanorũ imperium tenẽtibus,Longobardi, Beneuentani,
Cumas Romanorum oppidum furto occuparunt:quod cũ illi ſępenumero requiſiti red
dere noluiſſent,pontifex ducis Neapolitani ab imperatore impoſiti auxilio fretus,furto
pariter recipi curauit:qua in receptione trecentos ex Longobardis Conſtantinopolita-
ni milites interfecerunt.Per qđ tempus Theodoſius anno imperij primo nondũ elapſo,
à Leone tertio deiectus,& ſine læſione dimiſſus abire,monaſterium eſt ingreſſus. Tunc
in Gallis Eudo Viſigothus cũ ſe Carolo Martello,à cuius legatis ducibusq́ fuerat ſupe-
B ratus,imparẽ uiribus intelligeret,Saracenorũ à quibus ante annos decẽ Hiſpanias fuiſſe
captas oſtendimus,auxilia popoſcit:cuius potentiſſimæ gentis rex Abderamius Garũ-
nam amnem nauigio tranſuectus,Burdegaliã urbem ui captã diripuit,& cæde urgẽti in
omnẽ ætatem ſexumq́ odio Chriſtiani nominis cõmiſſa eccleſias ſolo æquauit: inde in
Pictauos eſt delatus,ubi mortalibus qui in poteſtatem uenerũt occiſis, regionem quoq;
incendio uaſtauit.Ardebãt uero animis Saraceni Turoniũ uel ea ratione petere,ut cele-
berrimum Chriſtianis Martini templũ uiolare, & incendio abſumptũ, ferro quoq; poſ-
ſent demoliri.Senſerat uenientes Saracenos Martellus, & qđ præter dignitatem nomi-
nis Chriſtiani periclitantẽ ſibi quoq; & ſuis timere cogebatur,bellũ in quo ſolus ſanguis
effuſus uictorię finem faceret,totis propulſare uiribus ſatagebat:hinc ad Eudonẽ mittẽs
ab eo impetrauit,ut pace ſecũ conſtituta,cõmunibus animis armisq́ Saracenos gentem
perfidam pelli delerićq; adiuuaret. Dum autẽ Carolus Eudoq́ iunctis caſtris magna ſolli
citudine apparatibus faciendis,quos cenſebãt neceſſarios,tempus adhibent neceſſariũ,
C ab imminenti Turonio & beati Martini ædibus periculo excitanẽ. Raptim itaq; ducto
in Turonios exercitu,non prius acceleratũ intermiſerũt iter, q̃ urbe poſt tergum relicta
ſeſe illam & hoſtes inter medios collocarunt,prius q̃ Saraceni ex Pictauis mouerent ca
ſtra,illorum caſtris Chriſtiani principes admouerunt.Nec mora,pates animis uiribusq́,
& odij ardote exercitus in prælium concurrerunt.Pudet tot populorum, tot acierũ, tot
principum uirorum rebus in bellicis diu uerſatorum ingens prælium,qua ratione ſit ge-
ſtum ſupprimere.Sed qui maioribus interfuiſſe gentis Saracenæ prælijs ſcripſerunt, me
ab ea ſcribendi accuratius auiditate liberant, quod ſuæ fidentem multitudini eam gentẽ
narrant ferri ſolitam impetu,in quo aut oppoſitos opprimunt cõculcantq́ exercitus,aut
ſe paſſim exhibent trucidandos. Breui itaq; & ad primos concurrẽtium clamores fracti
Saraceni,Abderamiusq́ rex mortuus inter cadauerum tumulos eſt repertus. Occiſorũ
eo in prælio numerum,ſi apud plurimos,qui circa ducentos annos res geſtas ſcripſerũt,
inueniſſem,nõ fui proculdubio ſuppreſſurus.Sed noſter bibliothecarius,qui illis tẽpori
D bus fuit proximus,in Stephani ſecundi uita narrat Saracenos cum uxoribus & paruulis
ueniſſe Aquitaniam Galliæ prouinciam,Carolumq́ Francorũ principem cum Eudone
Aquitaniæ principe,cum quo hoſte in gratiam tunc redijt, cõiunctis copijs aduerſus Sa
racenos,pari cõſilio dimicaſſe,& ex Saracenis trecenta & ſeptuagintaquinq; millia fuiſ
ſe occiſa,cum ex Francis mille tantum & quingenti fuerint interfecti.Affirmatq́ biblio
thecarius ſcriptã Stephano pontifici à Carolo Martello epiſtolã,illũ interfectorũ utroq;
in exercitu numerum declaraſſe.Potitum tanta uictoria Carolum libido inceſſit prouin
cias Bauariæ & ſuo principatui conterminas inuadendi.Primumq́ in Burgundiones ar
ma mouens eos breui domitos ſibi ſubiectos reddidit,quos tamẽ appellauit pro ſua mo
deſtia fœderatos.Interim obijt Eudo Aquitaniæ dux:quod cum audiſſet Carolus copi-
as trans Ligerim amnem duxit,Garumnamq́ ad uſq; delatus cepit Burdegaliam ciuita-
tem:eaq́ potitus regione dux ſtrenuus,animum induxit Friſones domare tunc idolola-
tras,& Chriſtiani nominis inimicos.Ea uero gens ex cõtinenti Galliæ, qđ ad Rheni o-
ſtia uergit,leuibus prælijs pulſa,in inſulas ſe recepit,Amniã, Strachiam, & Aſtrachã, in
quibus uxores filiosq́ impuberes cõſueuerant cõtinere. Sed Carolus nauigio ex Aqui-
tanico

tanico ſinu ducto,eas inſulas ui captas diripuit:& multa cæde idololatrarum commiſſa, E
eorum quoq; fana igni ferroq; dirui curauit. Peropportune uero Carolus ſecundũ eam
gentis Friſonum uictoriam in patriam eſt reuerſus,quod Burgundiones non ſatis quie-
ſcentes in res nouas reſpicere,eaſq; ut iam intentarent,adniti cœperit. Sollicitabant em̃
à Viſigothis proximas,Narbonã,Nemauſum,Agathen,Ricethicum,Altimurium,Sub
ſtantionem,quæ nunc Monſpeſſulanus,& Biterras incolentibus,qui ægre ferẽtes Caro
lum Eudonis quondam principatum cepiſſe,inimiciſſimos in illum animos oſtẽdere in
cipiebant.Inuaſit itaq; primum Carolus,ea quæ Burgundi extra fines proprios poſſide
bant,& Lugdunum,Arelatem,atq; Maſſiliam in ſuam redegit poteſtatem. Quæ dũ fie-
rent,ſubito & præter omnem Caroli ſuſpicionem maior apparuit Viſigothorum machi
natio. Saracenorum namq; Hiſpanorum rex Athinus ab illis in ſocietatem belli, & rerũ
omnium communionem uocatus, ingentem adduxit claſſem, cum qua Rhodanum eſt
ingreſſus.Quod autem rapidiſſimo amni aduerſo naues ſine machinis haud longe terrã
rum intima penetrant,Saraceni extenſione facta Auenionẽ adeuntes uiribus ceperunt: F
qua urbe munitiſſima pro arce belli & imperij,quod illa in regione animis deſtinauerãt,
cœperunt uti,copijs in illam coactis quantaſcunq; ex Taraconenſi Hiſpania contrahere
potuerunt.Fretus itaq; Carolus urbium tunc captarum cõmoditate, omnes copias quæ
ſibi à Francis,atq; cæteris,amicitia ſibi uel fœdere coniunctis ubiq; erant, in illas contra
xit:& legatos primum in proxima Auenioni loca cum copijs mittens, ipſe poſtmodùm
maiori cum exercitu illuc ducens urbem natura loci munitiſſimam obſedit. Attollunt
hoc in loco Paulus, Singibertuſq;,& alij Francorũ gloriæ ſtudioſi,exercitus Caroli for-
titudinem,cui tantum tribuunt,ut mœnia urbis munitiſſima,& à tanta Saracenorũ mul-
titudine defenſata ceperint. Mihi ſatis ſupraq; fuerit,id quod habeo compertum dicere,
Saracenos tantam multitudinem magna occiſione proſtratos fuiſſe,ut eos ſolum qui ad
primos captæ urbis clamores nauibus inſilientes præcipiti illarum curſu fluuio ſunt de-
lapſi,magnã alioquin manum cõſtet euaſiſſe. Auenione recepta Athinus naui & ipſe fu
giens,Narbonam ſe contulit.Quod cum intellexiſſet Carolus eò cũ exercitu delatus ur G
bem corona cinxit,& machinis in circuitu excitatis illã conſtituit oppugnare. Dum aũt
oppugnatio magnis conatibus pararetur,Amorteus alter Saracenorum rex magnã ad-
ducens claſſem,ſuppetias obſeſſis ferre cõſtituit:& exercitu in terram expoſito ad fluui-
um Byrram caſtra cõmuniuit. Tunc Carolus fortè exiſtimans,ut qui collatis ſignis ſupe
rior euaderet,caſtra poſtmodum quocunq; uellet circumducendo, uniuerſa belli uicto-
ria potiret̃,Narbonæ obſidionem reliquit:& ad planiciem,cui Corbanæ ualli eſt nomẽ,
Byrræ fluuio continenti delatus,pugnandi copiam Amorteo fecit. Pugna ad primũ Ca
roli acceſſum, à Saracenis rapide inchoata, quod rex Amorteus inter primos, imò, ut
nonnulli uolũt,omniũ primus manũ conferens,cecidit:& tertiũ eo caſu Saraceni, prius
in fugam ſunt conuerſi,q̃ acies ordine eſſent ſtructæ. Dumq; magna fieret à Caroli exer
citu Saracenorum cędes,nec fugientes,ac claſſem paulò remotiorem anxie ſpectãtes ſa
tis celeritas adiuuaret,ſeſe in proxima ſtagna paludeſq; plurimi præcipites dimittebant.
Et licet nõnulli armorũ pondere grauati, aut quia profundam inciderẽt paludem, aquis H
immerſi interiere:multi tũ aut nandi peritia, aut herboſam uliginem ſolidioriſq; & ele-
uatioris ſoli ſtagna nacti,ab omni telorum quæ Franci immittebãt,iactu ſe proripuerũt:
quos inſequuti,lembis ex proximo mari quæſitis Franci,nõ crediderim magis quàm ue
ſtigijs,quibus ægre innitebant̃, deturbatos cœno à quiſq; necandos depreſſerunt. Abijt
uero incolume nauigium,eos perferens Saracenos,qui ueloci curſu,aut dum alijs cędẽ-
dis occupatus tardat hoſtis,ſe proripere potuerunt. Abierũt item eius nauigij beneficio
incolumes Athinus rex,& quos ſecũ Carolus ante Amortei aduentũ obſederat in Nar-
bona.Eo uecti nauigio qui cladi ſuperfuerant Saraceni ad Tyrrheni maris inſulas dela-
ti,eas oẽs ceperunt,ſpoliataſq; incendio uaſtauerunt. Erat per id tẽpus in Sardinia bea-
ti Auguſtini Hipponenſis epiſcopi corpus, eò ante annos ducentos quinquaginta ex
Hippone translatũ,quando Vandali catholicas Africę eccleſias Arianis tradiderũt ſua
hæreſi inquinandas. Quare Liuthprandus Longobardorum rex in Sardiniam mittens,
id beati Auguſtini corpus magno redemptum precio in Italiam perduci, & inde Papiã
deferri curauit. Saracenis eo conflictu ita territis,ut intra Pyrenæum arma Caroli formi-
darent,

A darent,omnis regio quam Viſigothi & eis cohabitantes paruæ Alanorum,minimę Sue
uorum reliquiæ in citeriori Hiſpania & in Gallia poſſidebant,Caroli Martelli & ſui ex-
ercitus præda manſit,qua uictores periculi memores,in qđ Viſigothi non magis Fran-
ciam ꝙ omne Chriſtianum nomen adduxerant,crudeliſſime uſi fuerũt:& quidē niſi Ca-
rolus illis potitus eſſet uictorijs,Saraceni omnem Aſiam,omnemq; Africã,ac penè om-
nem Hiſpaniã tunc tenentes,cuncta Europa faciliter potiti fuiſſent. Debacchatus toto
in Viſigothorũ regno Caroli exercitus poſtꝙ cæde prædaq; ſatiatus eſt,Narbonæ,Aga
thes,Nemauſi & Biterrarum excidio deſeuit:namq; eas urbes Franci inceſas dirutasq;
penitus deſertarunt, ut maiora tunc Carolũ geſſiſſe conſtat, ꝙ intelligere ac prædicare
ſciuerint Francorũ gloriæ ſtudioſi:ſi enim Saracenos à Gallis,à citeriori Hiſpania,& ꝗd
fuiſſet cõſequens,ab Italia pellere ingentis gloriæ facinus fuit,non minor Carolo gloria
cenſebat,qđ inchoatã ante annos ducẽtos Anaſtaſii imperatoris temporis à Meroneo
primo Francorũ Chriſtiano rege uindictã cõſummauit in Viſigothos Romani imperij
B euerſores.Ita eñ tunc oẽs Viſigothi regno in Vaſconia,Narbona,Tholoſa,& cęteris ci
uitatibus proximis,annos trecentos cõtinuo priuati ita exterminati ſunt,ut præter eorũ
particulam,quæ in Barchilonenſium protectionem confugit,Viſigothorũ nomē ubiq;
fuerit extinctum.Apud Cõſtantinopolim etiã omnia tunc peſſimo loco erant, qđ Leo
quem Theodoſio eiecto imperium accepiſſe oſtendimus,ſua imperij quod annis uigin
tiquatuor tenuit diuturnitate,in Chriſtianã religionē & Romanos põtifices impius fuit,
maximaq; ſub eo calamitates ſubiectę imperio prouinciæ acceperũt.Nã primo eius im
perij anno & quando Athinus Amorteusq; citeriorē Hiſpaniam inuaſerunt,Saraceno-
rum Aſiam incolentium ingens multitudo in Thraciam traiecit.Et Zulemon eorũ dux,
ſiue ut appellabant,ſiue ut appellant Ammirrhatus claſſem tres ut referũ mille naues ha
bentem adducens,Conſtantinopolim terra mariq; obſedit. Forte aũt & illius urbis for-
tuna faciente Saraceni rabie prædandi ab inſtantia,quam oppugnationi oportuit adhi-
beri,ſunt abducti,partem eñ copiarum miſerunt in Bulgaros, quos fidei Chriſtianæ ze
C lus æque ac patriæ & rei propriæ amor nõ ad defenſionē modo,ſed ad gentis perfidæ ex
cidium reddidit fortiſſimos.Inſurgentes namq; in prædatores manum innumerã, ingen
tem in illis cædem ediderunt,quandoquidē omnes tradunt ſcriptores triginta duo mil-
lia tunc ex Chriſti hoſtibus cecidiſſe.Acciditq; aliud Saracenis dum Conſtantinopolim
obſident,incõmodum,quod Zulemone mortuo in ſucceſſoris creatione diſſenſio orta,
& aliquandiu oppugnatio intermiſſa eſt.Suffectus Aminthas Humar maius confirman
di principatus,ꝙ obſeſſæ urbis impugnandæ negocium ſuſcepit.Erant uero apud obſeſ
ſos prima in hoſtem arma,quibus maxime innitebantur ſeruorum dei orationes & habi
tæ ſingulos penè per dies à clero ac populo ſupplicationes,cum tamen interea pubes to
ta & iuuenum robur mœnia armis pro uiribus tutaretur.Paſſi uero ſunt Saraceni maio-
ra in ea obſidione incommoda,quàm quę aut hoſtis afferre potuerit,aut ipſi per ignauiã
& propriæ ſalutis negligentiam tam diu expectare debuerint,ut non immerito uideam
exiſtimare multos dei nutu omnia eueniſſe.Siquidem per totum id penè biennium quo
D obſeſſa eſt Cõſtantinopolis,fame,frigoribus,& morbis inde exortis ingens obſidentiũ
perijt multitudo.Quid quod naues tutiſſimo in portu magna pars tempeſtatib.alliſę pe
rierunt, pars igni nec ab hoſtibus iniecto, nec qui alicuius incuria uiſus ſit fuiſſe graſſa-
tus,abſumptæ ſunt,ut uideam tradi, de tot nauium millibus pauciſſimas reducib. fuiſſe
ſaluas.Ciuitas uero Conſtantinopolitana,etſi tunc ab hoſtibus non eſt capta, horrendã
tamen & aliàs inauditam perpeſſa eſt calamitatem, quod peſtilẽtia eam populata ad tre
centa mortalium millia abſumpſit.At Leo imperator, quem hinc data deſuper defenſio
ac ſalus patriæ gratum erga deum,& eius uicarium pontificem Romanum,aut quem in
gens peſtilentia ad uitæ integritatem,ſanctimoniamq; trahere debuiſſet,nihil poſtꝙ Sa
racenorum timore liberatus eſt,accuratius intentauit,quàm Italia & Roma pecunijs ex
hauſta,baſilicas quoq; ornamentorum diuitijs ſpoliare:& cum exactionem prædamq;
huiuſmodi pontifex diſſuaſiſſet, eum capi,& Conſtantinopolim perduci, aut ſi id non
ſucceſſiſſet, interfici iuſſit. Marino etiam imperiali ſpathario, qui tunc Romanæ urbis
ducatum,ab exarcho Italię miſſus gubernabat,iuſſerat impius imperator,ut pontificem
uel ferro tolleret, uel ueneno. Iſq; dux Baſilium, Iordanem chartularium, & Ioannem
Iurionem

Iurionem ſubdiaconum in tanti ſceleris ſocios adminiſtroſq; ſibi cõcilíauerat. Sed cum E
Marinus dei iudicio apoplexi reſolutus eſſet, Conſtãtinopolim emigrauit. Eiuſq; cõſi-
lio Paulũ patritium, Italiæ exarchum miſit Romã, qui & cõiuratorum ope pontificẽ in-
terficeret: dum tñ ad noui exarchi aduentum cõiurati incautius ſceleri ſe accõmodãt, pa
tefacta eſt cõiuratio, & pop. Ro. hac indignitate cõmotus, Iordanem, Iurionemq; confo
dit: Baſiliumq; uira donatũ monaſterio mancipauit. Exarchus uero cõiurationis conſciẽ
tia diſſimulata Rauennã ſe contulit. Angebantur aũt eo tempore pontifex & Romani
alijs penè maioribus incõmodis, qđ Spoletinus Longobardorum dux Narniã ceperat.
Liuthprandus uero rex, quo tempore Paulus exarchus Romę applicuit, Rauennã cum
maximo totius Longobardorũ roboris exercitu aliquot dies obſedit: eaq; obſidione po
tiundi deſperatione ſoluta, Cluſium petijt oppidum Romanorũ: idq; captum crudeliter
ſpoliauit. Et Leo imperator, omnium quæ in Italia acciderant certior factus, Longobar
dorum quidem res nouas ſpreuit. Sed de pontificis occidendi intentione nihil penitus
remiſit, quin alterum mittẽs ſpatharium, qui exarcho in facinore aſſiſteret, imperauit: ut F
ſi Stephani pontificis interficiendi facultas præriperetur, eo põtificatu deiecto alterum
ſubrogarent. Quæ cum exequi exarchus intenderet, nonnullas ex Rauennatis exarcha
tus militia cohortes ſpathario attribuit, quibuſcum Romam accedens, manus inijceret
in pontificẽ. Ad eas perducto anguſtias pontifici auxiliũ protectionẽq; deus in quo ſpe
rabat, ſed unde nunquam crediderat, inuenit. Longobardi nanq; cum Italiam imperato
ri rebellare & optarent, & quantũ ſe offerret occaſio molirentur, ſuã Romanis ut ponti-
ficem tuerentur operã, ſuarum copiarũ præſidia ſunt polliciti. Quàmprimũ itaq; ſpatha-
rium & Rauennatis militiæ copias aduentare, fama præuia in urbẽ eſt prælatum, aduo-
cati præſidio ex Hetruria Spoletoq; Longobardi affuere. Et Spoletanis militib. pontem
Salarium, Hetruſcisq; Miluium inſidentibus præcluſæ erant ſpathario in urbẽ uiæ. Intẽ
tauit tñ importunus ſatelles per Salarium pontem irrumpere. Sed Spoletino Longobar
dorum milite armis reſiſtente Rauennã re infecta redire cõpulſus eſt. Nec tñ ceſſauit to
ties mala intentiõe fruſtratus imperator, quinimo maiora in dies exaggerans ſcelera, a- G
pud pontificem blanditijs primo egit, ut ſi in ſuã uellet gratiã promoueri, ſanctorũ ima-
gines ubiq; in Italia, ſicut ipſe in ſuo fecerat Orientali imperio, aboleri, deponi, incẽdiq;
curaret. Cui impietati tm̃ abfuit, ut conſentiret pontifex quod econtra per uniuerſum or
bem Chriſtianũ ſcripſit, ne impijs prophaniſq; huiuſmodi imperatoris iuſſionib. obedi-
rent: tantamq; autoritatẽ tunc habuerunt Romani pontificis decreta, ut Rauennates pri
mi, exinde Venetiæ populi atq; milites, apertam in imperatorẽ exarchumq; rebellionẽ
præ ſe tulerint, impulerintq; pontificem & cæteros Italiæ populos, ut abrogata Conſtãti
nopolitana imperij maieſtate, alter ex Italia Romæ imperator deligeret. Eoq; proceſ-
ſit ipſa rebellio, ut depoſitis exarchi magiſtratib. ſingulæ ei ciuitates, ſingula oppida tũc
primum poſtq; Romanum inclinauit imperium, proprios magiſtratus quos appellarũt
duces, ſibi creare & præficere inchoauerint. Cõpeſcuit uero Stephanus pontifex eã deli
gendi imperatoris noui Italicenſium uoluntatẽ, quod Leonẽ ſperauerit ſaniori poſthac
conſilio flagitijs temperaturũ. Procedebat tamen, & indies inualeſcebat Romanorũ Ita
lorumq; in imperatorẽ rebellio. Marinus ſpatharius, qui Romanæ urbis dux erat, eiuſq; H
filius Adrianus Campanię populos pertentarunt. Qđ cum reſciſſent Romani, patre &
filio interfectis, ducem & ipſi quendã Petrum nomine creauerunt. Et pariter Rauenna-
tes auditis his quæ per Italiã primo & poſtea Romæ facta erant, poſt uariatas inter ciues
intentandarũ rerum nouarum cõſultationes Paulum Italiæ exarchũ interfecerunt. Quæ
dum fierent Longobardi in Romanos Rauẽnateſq; imperatoris & exarchi præſidio ac
autoritate deſtitutos perfidia ſunt uſi. Nã in Æmylia Bononiã, eiuſq; oppida per Sicetũ
oſtium, ubi poſtea Centũ eſt ędificatum, ac montem Velium in Flaminia, quicquid Ra-
uennæ continet, Fauentiã, Forumiulij, Forumpopilij, Ceſenã, & in Piceno Auximũ oc-
cupauerunt. Tunc Leo imperator Eurythium patritiũ palatij ſui eunuchũ, miſit ad acci-
piendum Italiæ exarchatum: cuius in Neapolitanam urbem aduentus oſtendit, nullã im
peratori ſalutis Romæ & Italiæ curam eſſe. Namq; ad põtificis Romanorumq; exitiũ, ſi-
cut ab imperatore iuſſus erat anhelans, Longobardos multis donatos munerib. in amici
tiam fœderaq; pellicere eſt adniſus: & tamen dum ea machinaẽ, nonnullos ciues Roma

nos epiſto-

A nos epiſtolis pertentatos in caput pōtificis Romanorumq́ʒ primatū armare quæſiuit: li
teris pōtifici populoq́ʒ ab his, quibus erāt redditæ, recitatis, coegerunt pontificē populi
clamores, ut eunuchū anathemate percuſſum, ab omni ſpe gerendi in Italia magiſtratū
ꝓ imperio deterreret. In eā adducti difficultatē pōtifex & Romani, ut nec imperatoris
ſæuitiam delinire, nec Lōgobardorum iniurias arcere poſſent, re in cōſilio diſcuſſa con
ſtituerunt damna, quibus inſtaurandis occaſionē tēpus afferre poſſet, negligere, ut qđ
à nequam imperatore imminebat exitium euitarent. Oratusq́ʒ Liuthprandus Lōgobar
dorum rex, paci in qua reſtitutio nulla petebatˀ, cum Rom. populo Rauēnatibusq́ʒ ac-
ceſſit: quam paulopoſt in Sutrij occupatione uiolatam rex cuſtodiri uoluit, oppido in-
fra quartum mēſem à Spoletinis inuaſoribus reddi iuſſo. Ea, ut uidetur, pace fretus, rex
Spoletinum Beneuētanumq́ʒ Lōgobardorum duces ſua imperia cōtemnere ſolitos ſta
tuit coercere. Magnum itaq́ʒ quoad ꝑ cunctas regni uires licuit, trahēs exercitū in Spo-
letinos duxit: & tñ gratia cum utroq́ʒ duce recōciliata, poſtq́ʒ ſe uidit Romam propius
B acceſſiſſe, beati Petri limina uoluit uiſitare, cōceſſitq́ʒ cum exercitu in Vaticani cāpum,
qui Neronis dictus beati Petri baſilicam & Tyberim ad Pōtē uſq́ʒ Miluium interiacet.
Tunc Romani ſuſpectam ducentes regis fidem toties uiolatam, ſeſe intra Tyberim &
urbis mœnia cōtinuerunt. Et pōtifex in Vaticanum cum clero ꝓdiens, nullis tunc mœ-
nibus circundatum, regi fecit copiam ſalutandi. Proſtrauit uero ſe rex, & pedes pōtifi-
cis oſculatus eo deducēte beati Petri baſilicam eſt ingreſſus. Exinde Liuthprādus nulli
moleſtus cōtulit ſe Papiam, per qđ tempus pōtifex Lōgobardorum periculo liberatus
Eutychium exarchum ad eccleſię cōmunionem recōciliatum, ut Rauennam accederet
eſt hortatus. Eodemq́ʒ in tempore imperator Leo Roma Rauēnaq́ʒ amiſſis, impietate,
quam in Italia nequiuerat exercere, apud Cōſtātinopolim debacchatus eſt: edicto nāq́ʒ
iubens ſanctorum imagines, quæ loco moueri poterant, in foro incendi: multos nō pa-
rentes interfici iuſſit, & Germano patriarcha, qui tātam quoad potuerat inſaniam auer-
terat, eiecto patriarchatu, Anaſtaſius presbyter eſt intruſus: qui eadem impudētia, qua
C alienam inuaſerat ſedem, Romano pōtifici hæreſim ſuam epiſtolis ſuadere conatus eſt;
quem pōtifex anathema ꝓnunciauit, patriarchatu ſacerdotioq́ʒ priuatum: Leonem q́ʒ
ut à ſua reſipiſceret impietate, grauiſſimis æterni iudicij cōminationibus admonuit. Ste
phano pōtifice per id tēporis uita functo, nulla in rebus imperij, aut urbis Romæ & Ita-
liæ facta eſt alia inſignis mutatio, q̄ qđ Leo Cōſtantinum filium, qui fuit eius nominis
tertius, imperij cōſortem aſſumpſit, & Romani Gregorium Syrum, eius nominis ſecū-
dum, pontificē delegerunt: cui nulla fuit antiquior maiorq́ʒ cura, q̄ imperatores ad re-
ctum fidei cultum, imaginumq́ʒ reſtitutionē per oratores & miſſas epiſtolas adducēdi.
Celebrauitq́ʒ pōtifex in beati Petri baſilica cōcilium Italiæ prælatorum, in quo decretū
eſt, imagines ſumma cum ueneratione prout antea conſeruari. Et cum Gregorius oēs
Romanas baſilicas maximo ornaret impendio, tum maxime urbis Romæ mœnia pe-
nè omnia, & Centumcellenſis oppidi muros toto in circuitu inſtaurauit. Interea Trāſe-
mundus Spoletanus Lōgobardorum dux regi ſuo Liuthprādo, cū quo, ut docuimus,
D pauloante in gratiā redierat, rebellauit: in quem rex potentiſſimum duxit exercitum, &
Spoleto illiusq́ʒ ducatus oppidis breui captis, ducē quoq́ʒ ipſum capere eſt adniſus. Ille
uero cum oppidū Galliēſium Romanis, quorū fuerat, pecunia accepta pauloante red-
didiſſet, fide publica à Stephano patritio & duce Romano habita, in urbē cōfugit: po-
ſtulauitq́ʒ ilico Liuthprandus rex perfugā ducem cædi. Sed pōtifex Gregorius Stepha
nusq́ʒ dux datā Tranſemundo ſalutis fidē, cenſuerunt ciuium incōmodo præponendā.
Tunc irruens iratus rex, poſtq́ʒ urbem aliquot obſedit dies, ad ducatus Romani ciuita-
tes ac oppida ſe cōuertit. Et Ameria, Orta, Polimartio, Bleraq́ʒ captis, Spoletum redijt,
Hildericoq́ʒ in ea duce inſtituto, ſe cōtulit Beneuentum: cuius uerbis defuncto tunc du-
ci Rimoaldo, Giſulphus filius puer à Lōgobardis ſuffectus erat. Sed rex, puero expoſi-
to, Gregorium nepotem ſuum Beneuentanis ducē impoſuit. Et Papiam reuerſus, gra-
uiq́ʒ correptus morbo, Hildebrandum nepotem regni cōſortē ſucceſſorēq́ʒ aſſumpſit.
Fuerunt poſtea aliquot annis Romanos inter & Lōgobardos res quietæ: per qđ tēpus
aucti potentatu & diuitijs Romani copijs in omni ducatu ſuo contractis, Tranſemun
dū in patriā reducere cōſtituerunt. Fauitq́ʒ & huiuſmodi acceſſit conſilijs Godeſcalcus

Beneuentanorum dux, qui mortuo duce Gregorio ſe intruſerat in ducatũ. Partiti aũt B
Rom.copias, Stephanus patritius & Tranſemundus, hic per Sabinos, ille per Marſos
duxit. Et quidẽ Rom. dux, copijs quas Godeſcalcus ex Beneuenro miſit, Romano ex-
ercitui iunctis, Marſicanos, Furconios, qui nunc ſunt Aquiliani, Valuenſes, Pinẽſesq;,
ducatus Spoletini populos in Tranſemundi ditionem accepit. Tranſemũdus uero per
Sabinos ꝓfectus, Reate, & inde Spoleto, & cætero ducatu, breui eſt potitus. Reductũ
in patriã Tranſemundum, recipiendis pro Ro. Ameria, Orra, Polimartio, & Blera, quæ
Liuthprandi regis præſidio tenebanť, operã redderet Stephanus orauit. Sed Lõgobar
dus ſolita uſus non ingratitudine magis ꝙ perfidia, tam diu uerbis rem duxit, quouſque
crebri attulerunt rumores, Liuthprandum maximas ducẽtem copias aduolare. Nec tñ
ſubtraxit Tranſemundo fauores Stephanus dux Romanus, quin illum impulit, ut quà
rex uenturus nunciabať, ambo cum copijs obuiam properarent. Tantaq; celeritate iun
ctis copijs ſunt profecti, ut regem uia Flaminia uenientem, priusq; ꝙ Fano Fortunę ma
ritima ciuitate digreſſus Forumſempronij peteret, laceſſere cœperint. Obtinebant tũc F
Fanum inter & Sempronij forũ pleraq; ad uiã Flaminiã ſyluæ. in quis cũ Romani Spo-
letiniq; milites uiæ aditus inſediſſent, regis exercitum ſoluto agmine uenientẽ aggreſ-
ſi nõ paruã in illo cædem ediderunt. Quo in loco Rachiſii Foroiuliani Lõgobardorum
ducis uirtus cõſpicua eſſe cœpit. Nã cum ſubſidiariæ aciei à rege profectus in hoſtes ſui
exercitus cæde cruentatos, & uictoria uti pergentes incidiſſet, globo in uia facto arma
armis retundere cœpit. Cumq; arcto in loco pauci pluribus pares eſſent, aliquãdiu nul-
lo cuiuſquã diſcrimine mora eſt facta, Longobardisq; utriuſq; partis ſe internoſcentib.
miles unus ex Spoletinis Rachiſiũ clara inclamitans uoce ad ſingulare certamen ꝓuo-
cauit: ad quã noti hominis uocẽ cũ Rachiſius ex acie prodiſſet, infeſtis cuſpidib. eſt cõ
curſum. Fortè pons ſuberat cõcurrentibus, quales multos ea haberet uia præcipiti in lo
co planus, de ꝙ̃ actus lãceæ ictu miles Spoletinus utraſq; copias in riſum ſoluit, & Spo-
letini Romaniq; pedẽ referentes nullo prius in loco ꝙ Spoletũ tentoria fixere. Reuoca
tusq; tunc à pontifice & pop. Rom. Stephanus dux copias in urbẽ reduxit. Inſecutus fu G
gientes rex Liuthprandus Spoletũ obſedit: & cũ ferè oẽs ducatus Spoletini ciuitates,
omnia recepiſſet oppida, in Rom. ducere deſtinauerat. Dũq; facit obſidioni urbis neceſ
ſarios apparatus, pont. Gregorius eſt defunctus. Ei ſuffectus Zacharias Græcus nihil
prius curauit, ꝙ regem Lõgobardorũ quibuſcunq; poſſet artibus delinire. Mittẽs itaq;
ad illũ oratores, & copias, aliosq; fauores aduerſus Tranſemundũ rebellẽ, ſi Ameria, Or
ta, Polimartiũ & Blera redderenť, pollicitus pacem ab illo & petita fœdera impetrauit.
Quàmprimum aũt Tranſemundus Rom. copias in ſe ductas, & hoſtico additas exerci-
tui aſpexit: deditione facta, regis clementiæ ſe permiſit. Et Liuthprandus eo in clericũ
detonſo, Agiprandũ nepotẽ Spoleto præfecit ducẽ. Tuncq; Godeſcalcus ijs quæ Tran
ſemundo acciderãt auditis, uxore filijsq; nauibus impoſitis in Græciã transfretare cõſti
tuit. Sed Beneuentani eo ad nauem ꝓperante interfecto, uxorem & filios qui audito tu
multu ſoluerãt, capere nequiuerũt. Potitus Spoletano & Beneuẽtano ducatibus Liuth
prandũ regẽ Zacharias pont. promiſſas ex fœdere ciuitates popoſcit, & cum mora lon H
gior reſtitutioni intercederet, ad illũ Narniæ agentẽ ſtatuit ꝓficiſci. Prodijt uero rex ꝓ-
cerũ totius exercitus comitiua ſtipatus, & octauo à Narnia miliario pont. obuius equo
deſcendens illũ Narniã uſq; perduxit. Conſtitutus apud Valentini martyris ædẽ pont.
Zacharias, inter miſſaria ſolennia orationẽ habuit: in qua præſentes intentiſſimosq; Li
uthprandũ regẽ & proceres Lõgobardos multa ad ſalutem animæ edoctos, multa ad
bonos mores, humanitatẽ & clementiã oratos, id maxime & enixiſſime monuit, ut ab
humano ſanguine, &, qđ proximũ indicabat, à mulierum uiolatione tẽperarent: molli-
uitq; ſanctus uir barbari regis, & ſemper antea perfidi ferreũ pectus, adeo ut nõ ſolũ pe
titas ex fœdere quatuor ciuitates, ſed inſuper Sabinenſe patrimoniũ, qđ annis ante tri-
ginta tenuerant Lõgobardi, & ipſam in qua tunc erant, Narniã, atq; in Picentibus An-
conã & Humanã ciuitates, Sutrini quoq; agri uallem magnam beato Petro & ipſi pon-
tifici dono dederit, & cũ Rom. ducatu pacem in decem annos ſolenni fœdere firmaue-
rit. Liberauit quoq; rex Liuthprandus multos ex Rauennatibus Romanisq; & alijs Ita
lis, qui Lõgobardorũ carceribus tenebanť. Eorũ notiores fuere, Leo, Sergius, Victor,

& Agnellus

A & Agnellus Rauennatũ cõſules,qui anno ante ſecundo ſimul cum Rauennatis agri ci-
uitatibus capti fuerãt. Redeuntẽ Romã pont. Agibrandus dux Cluſinus regis nepos,
& Ramyngus Thuſciæ Caſtaldio gẽtis Lõgobardæ ſupremi duces deduxerũt, & facto
per Ortã, Ameriã, Polimartium atq; Bleram itinere,eas ciuitates ipſi præſenti recipien-
tiq; pont.reddiderunt. Per quod tempus rex Liuthprandus copias ad ſtatiua reducens
in patriã ſe recepit.Dum ea fierent in Italia Leoni Cõſtantinopolitano imperatori ſatis
fuit negotij eos perſequi,& ſupplicio afficere,qui ſanctorum imagines uenerabanť. Et
Cõſtantinus filius Hirenẽ Cacanni Bauarorum ducis filiam accepit uxorẽ,quorum nu
ptiæ malum habituræ finẽ,multas etiã in principio diſſenſiones habuerunt, qđ mulier
catholicã tenuit fidẽ,à qua ſemper alienus fuit infidelis hæreticusq; tyrannus.Et eodem
tempore dux Francorum Carolus Martellus poſt exactos Saracenos domitosq;, pro
ut oſtendimus, Viſigothos,omnẽ olim Galliã Theoderici Frãcorum regis ditioni ſub-
iectã reddidit.Obijt autẽ paulopoſt ipſe Theodericus,& Carolus apud Vermenã ui cũ
B Iſaræ fluuio cõtinentem,grauiſſimam incidit ægritudinem,ex qua cum mori dubitaret,
ilico curauit,Childerico Theoderici defuncti germano regnum Franciæ demãdari. E-
rant Carolo nati duo,Carlomannus,& Pipinus,in Burgundia,Auſtria,Frãcia, & Aqui
tania poſſederũt.Eaq; regni Frãcorũ & ſui principatus diſpoſitione facta Carolus Mar
tellus annis & gloria plenus obijt.Pace Lõgobardos inter & Rom.firmata,reuerſum in
urbem Zachariã pont.pop.Ro.ſummis honoribus ſummisq; iubilationibus eſt proſe-
cutus.Isq; pater piusdeo accepti beneficij gratias redditurus,in beatę dei genitricis,quę
diciť Rotunda, ſupplicationẽ habuit ſolenniſſimã:fuitq; annus inſequens Ro. po. eius
pacis beneficio quietiſſimus: ad cuius anni finem præter omnium opinionem nuncius
eſt allatus,Liuthprandum regẽ Rauennã ductis ex improuiſo copijs obſediſſe. Erat ea
in urbe tunc Eutychius exarchus,quẽ à Stephano pont.abſolutum anathemate,& ut il
luc accederet ſuaſum fuiſſe oſtẽdimus.Is exarchus licet urbi munitiſſimæ & populis fre
quentiſſimæ à uiribus Lõgobardorũ minus timeret, tñ diuturnitatẽ obſidionis & agri
C uaſtationẽ oppidorũq; expugnationẽ plurimũ formidabat.Quare ad pon.Ro.ſcribens
orauit,ut qđ pro ducatu Romano fecerat Lõgobardi regis, pro Rauennate exarchatu
adeundi laborẽ ſuſcipere dignareť:miſitq; e ueſtigio pont.Benedictũ epiſcopum Thu-
ſculanum & Ambroſiũ primicerium notariorum. Et cum eos rex nõ exaudiſſet, ponti-
fex urbis Romæ cuſtodia Stephano duci relicta,ſumptoq; clericorũ comitatu,iter ad re
gem ꝓperans eſt ingreſſus. Interea Liuthprandus cum agro Rauẽnæ uaſtaro nullã ur-
bis capiendę ſpẽ cerneret, Claſſenſe oppidum inuaſit,eoq; ciuium inter ſe diſſidentiũ ꝓ
ditione capto direptoq; & diruto Papiã reduxit exercitum. Et põtifex per Rauennam
cõtulit ſe Imolã, quæ ciuitas diu à Lõgobardis fuerat poſſeſſa.Inde ad Padũ delatus,na-
uesq; ſibi regis Lõgobardi iuſſu paratas cõſcendens, Papiã peruenit. Cui rex ſumma cũ
ueneratione excepto,cuncta quæ aut de Æmylia,aut de Rauẽnatibus anno ante ſecun
do ceperat,reddidit:tertia Cæſenatis oppidi parte excepta, quã editiori in tumulo ſitã
in arcis præſidijq; locũ ſibi reſeruauit. Fuerat paucis diebus Romę à Papia reuerſus põ
D tifex,adeo ut decretæ ad gratias ex more agẽdas deo ſupplicationes nõdũ finitę eſſent;
cũ nuncius optatiſſimus in urbẽ eſt prælatus, morte ſubtractũ regẽ impium Liuthpran
dum,atq; etiã Hirprãdum nepotẽ regno,cuius ille participẽ ſucceſſoremq;,prout oſten
dimus,inſtituerat eſſe deiectum. Fama eſt & habent ſcripta de Longobardis chronica:
Hirprandum,quo die regni cõſors à patruo aſſumptus eſt, in publicum ex gentis more
ꝓdeuntem lanceã manu geſtaſſe,cuculumq; auiculã cum haſtæ ſummitatem inſediſſet,
querulã occiniſſe.quo futuræ ignauiæ augurio deterriti proceres Lõgobardi Hirpran-
do rege deiecto Rachiſiũ delegerunt, quẽ Foroiulianũ ducẽ oſtẽdimus apud Forũſem
pronij prima uirtutis & futuræ ꝓbitatis munera declaraſſe.Qui rex à pont.Zacharia ꝑ
nuncios oratus,pacẽ cum Rom.Rauennatibusq; in annos uiginti cõſtituit.Diuerſa tũc
Rom.& Cõſtantinopolitani fortuna utebanť,quod hinc pont.Zacharias ornandis in-
ſtaurãdisq; baſilicis,inde Romani ſtatu urbis in melius reformãdo intẽti erant.Leo au-
tẽ imp.dum in ſanctorum imagines illarumq; ueneratores ſolito magis ſæuiret,interijt.
Et Cõſtantinus filius uarijs agitatus ſuorum diſſenſionibus imperiũ per arma ægre reti
nebat.Seruauit tamen cum eo priſcum morem pontifex, ſiquidẽ binos mittens ex Ro-

mano clero presbyteros,formulã ad illũ dedit catholicæ fidei,in cuius obſeruatione im E
perator deberet Rom.pontificibus cõſentire.Sed quo tempore nauis presbyteros per-
ferens Cõſtãtinopoli applicuit, Cõſtantinus cũ claſſe Saracenos inuaſurus Ægyptios
ſoluerat.Et Arthauſtus quidã ad tyrannidẽ aſpirans plebẽ multa largitione corruptam
ſeduxit,à qua ad imperiũ eſt aſſumptus.Id cũ intellexiſſet Cõſtãtinus ilico claſſe ad litto
ra Aſiæ reducta exercitũ auxit, & Conſtantinopolim obſidens ui expugnauit,captum
in prælio Arthauſtũ Cõſtantinus cæcauit,& cum factionis ſuæ primoribus libero dãna
uit exilio.Rebus Conſtantinopoli cõfirmatis imperator presbyteros Rom. pontificis
oratores exaudiuit.At in Francia lõge diſpar fuit Caroli Mortelli natorum inſtitutio ui
tæ,qđ Carlomannus haud multo poſt patris obitũ ſeculo abrenunciare conſtituit.Itaq;
ſuo eius ꝓpoſiti deſiderio fratri patefacto, & paucis uitæ comitibus ſecũ ductis, Romã
ſe contulit ad Zachariam pont. à quo in clericum ordinatus & habitum monaſticũ eſt
indutus:inde ad beati Benedicti Caſſinenſe monaſterium accedẽs profeſſionem & in
eo perpetuo cõmorandi uotum emiſit.Pipinus autem genitoris auiq; uitam æmulatus, F
eos gloria ſuperauit.Longũ eſſet & noſtræ intentioni cõtrarium ea referre ſingula,quę
Pipinus in Germanos,Aquitanos,Burgundos,Alemannosq; geſſit, quibus in regioni
bus cũ gẽtis Francorũ, & eius regis Childerici nomine omnia gerebant gloria amplio
re,nihil maiori habuit impedimento, q̃ quod regem propè amentem uarijs furentẽ in-
eptijs tolerare cogebatur.Inuenio apud Alcuinum,Paulumq;,& pleroſq; alios,qui Frã
corum geſta ſcripſere,proceres populoſq; eius gentis Pipini uirtutẽ,& ecõtra Childeri
ci regis amentiã,debitis pẽſantes meritis,Zachariam pont. Rom.conſuluiſſe, ineptum
ne regẽ ultrà tolerandũ,an Pipinum merita fraudandum regia dignitate cẽſeret.Cumq;
reſpondiſſet pont.eum qui regia melius obire munera noſſet,habendũ regem:Francos
publico totius gentis cõſilio Pipinum declaraſſe regẽ,Childerico in clericum tõſorato.
Idq; omiſiſſe Petrum bibliothecariũ miror, cum de Carlomanni ad Zachariã aduentu
cæteris ſcriptoribus cõcordet. Per idem uero temporis in quo Carlomannus Romã ſe
contulit,Rachiſius Longobardorum rex fœdera rupit pacis cum Ro.populo,in annos G
uiginti pauloante conſtitutæ.Namq; agros Rauennatis exarchatus ubiq; populatus in
Peruſiã duxit,eamq; accuratiſſime obſidens,adniſus eſt adhibitis arietibus & machinis
expugnare:ſed opẽ attulit neceſſariã pietas pont. Zachariæ. Acceſſit eñ ad perfidi re-
gis caſtra:& deo,cuius ſpiritu ductus erat,cõcedente, Rachiſii animũ mentẽq; immuta
uit:qui nedũ ſoluit obſidione Peruſiã:uerumetiã regni & opum,quas poſſidebat maxi-
mas,ſarcinã abijcere cõſtituit. Nã paucis poſt id factum diebus, Aiſtulfo fratre in regẽ
Longobardorũ ſubſtituto,Romã cum uxore & filijs acceſſit:ubi à pont.Zacharia cle-
ricus & monachus eſt effectus. Qua tẽpeſtate Zacharias pont.poſt tantas res maxima
confectas gloria, quietiorem petiuit cœlorũ ſedem. Et Gregorius patre Marcello Ro.
in pont.eius nominis tertiũ eſt creatus, q omnia inueniẽs in Italiæ partibus quietiſſima
inſtaurandis ornandiſq; ſacris ædibus ſui põtificatus initio operã dedit, miſitq; ad Ger-
manos Bonifaciũ epiſcopũ,cuius prædicatione diuini uerbi maxima Germanorũ pars
Chriſti fidẽ religionẽq; accepit.Sed nec huic etiã pont. fuit à Lõgobardorum motibus H
longa quies,quod tertio põtificatus ſui menſe Aiſtulſus rex & ipſe nouus omnes Rom.
partium Italiæ agros rapinis incurſionibusq; fœdauit.Eum uero pont.per munera &o-
ratores flexit ad pacẽ in annos quadraginta,magnis &,uti apparuit,ſolidiſſimis uerbo-
rum cautionibus conſtituendã.Superabat uero Aiſtulfus perfidia prædeceſſores gẽtis
ſuæ reges,nec erat ſancti,iuſti,aut humani apud eũ reſpectus:ex quo factum eſt,ut quat
ro pacis mẽſe eam uiolauerit, egeritq; apud pont.ut ſi pacis fœdera cupiebat obſeruari,
Romanos,& ſuarũ partiũ populos,ſingulos aureos in capita collatos, ſibi in tributũ ſti
pendiumq; iuberet diſſoluere.Adniſus autẽ eſt pont.impium regem muneribus & ora-
torum ſuaſionibus demulcere:& cũ haudquaquã prodeſſe intelligeret,datis ad Cõſtan
tinũ imp.literis,quo in ſtatu eſſet res Romana &omnis Italia oſtẽdit,illi proteſtatus fo-
re,ut niſi ſubueniat, Roma & oñis Italia in Aiſtulfi perueniat poteſtatẽ. Pręterit hoc in
loco bibliothecarius,qđ poſtea ter quaterq; affirmat,qđ pleriq; habent ſcriptores. Ai-
ſtulſum tũc Rauẽna potitũ fuiſſe. Nã etſi quo id modo ſit factum nullus refert ſcriptor,
conſtat eam urbem cum reliquis ciuitatibus oppidiſq;,quæ ſemper antea a Longobar-
dis ſalua

A dis ſalua mãſerant, primo Aiſtulfi anno in poteſtatẽ ueniſſe. Cõſtantinus aũt imperator
pont. Grego. precũ inſtantia cõmotus, ad regem Aiſtulfum epiſtolas dedit per Ioannẽ
imperialẽ ſilentiariũ referẽdas, q ſimul cum Paulo Greg. pont. Ro. germano Rauẽnam
acceſſit. Inuẽtũ ea in urbe Aiſtulfum põt. imperatoriſq; oratores multa locuti nihil præ
ter uerba & quidẽ aſpera reportarũt. Addidit tñ Lõgobardus rex oratoribus unum ex
ſuis Romã & inde Cõſtantinopolim ꝓfecturũ. Eos pont. cum audiſſet, & nihil actũ eſſe
intelligẽs, Romanos in cõciliũ adhibuit, quorũ precibus & ſuaſionũ inſtantia cẽſuit tali
ter cũ imperatore agendũ, ut niſi afflictis Romæ & Italiæ rebus ſua præſentia, & cũ Ro.
imperij uiribus ſubueniſſet, alia uia unde haberi poſſet, ſalus & defenſio quęreretur. Iue
runt aũt Cõſtantinopolim Lõgobardi regis nuncius, & Paulus pont. Greg. germanus.
Vixdũ ꝓfecti urbe oratores, cum Aiſtulfus pont. & Ro. pop. per nuncios cõminatus eſt
fore, ut niſi ſeſe & urbem Romã dedant, eos poſtea uelint nolint in poteſtate factos ad
unum iugulet. In quem adductus tremorẽ pont. pop. in Lateranenſem baſilicã cõuoca
B to, homiliã habuit lacrymis ſingultibuſq; ꝙ dicẽdi artificio pleniorẽ, imminere dicens
Ro. urbi Ro. pop. excidiũ, nec ullam clementiæ ſpem habendã in deditione impijſſimo
regi facta. Viribus aũt Ro. populi poſſe reſiſti eius gẽtis furori, quę omnẽ pene Italiam
in poteſtate habeat, ſi qui ſperarent, eos rerum ignaros, & malos Rom. potentiæ exter-
minatores eſſe. hinc ſolã eſſe relictã, quæ tñ florentiſſimis rebus præ ſe ferenda, & ꝓ fir-
miſſimo fuerit habenda præſidio, omnipotẽtis dei clemẽtiã: cuius implorãdæ illa ſit cer
tiſſima ratio, ſi in ſacco & cinere uigilijs ieiunioq; humiliati creatorẽ ſuũ, ſemper petẽti-
bus paratũ, auxilio poſtulauerint. Tertio ab hinc die, cũ ſe ex pont. ſentẽtia humiliaſſet
populus, in ſupplicationẽ à Lateranẽſi in matris dñi maiorem baſilicã eſt ꝓceſſum, prę-
tulitq; pont. pacis formulã perfidi Aiſtulfi chirographo exaratã, à crucis uexillo, quod
precioſiſſime ornatũ præcedebat, pendentẽ, in quã pop. Ro. omnẽ periculi ſui cauſam
corã deo mœſtus eiulanſq; deflebat. Nec tñ ceſſauit interea põt. Aiſtulfum muneribus
maioriſq; precij pollicitationibus pertẽtare, ſi forte captũ Rauẽnæ exarchatũ reddere,
C & pacẽ cum Ro. pactã ſeruare uellet. Et cũ nihil ſolito magis ꝓficeret, miſſuſq; ad imp.
germanus nec ſpẽ præſidij literis faceret, nec rediret, cum pop. Ro. conſtituit opẽ regis
Franciæ implorandã. Veritus tñ ne ſi Longobardus id reſciſſet, prius accelerato furore
Ro. opprimeret, ꝙ ex Francia ſuppetiæ afferri poſſent, epiſtolas peregrino homini Lõ
gobardis ignoto ad Pipinũ dedit, quarũ hic maxime tenor fuit: ut quoniã Lõgobardus
nec pacta cũ Ro. ſeruaret fœdera, nec exarchatum Rauennatẽ & alia de Rom. capta, ut
prece precio'ue redderet adduci poſſet, opẽ ipſe Chriſtianiſſimus afferret, cuius opis ra
tio ut ſolidiori inireẽ modo, ſcripſit pont. oportere regem Pipinum tanq; proprio indu-
ctũ motu ab ipſo pont. ut in Franciã ad ſe iret poſtulare. Interea Paulus pont. germanus,
Ioanneſq; ſilentiarius, & Aiſtulfi regis nuncius, ſicut Cõſtantinopolim ſimul iuerãt, pa
riter ſimul Rom. ad pont. ſunt reuerſi: fuitq; imperatoris reſpõſi ſumma: Gregorio põt.
ad Aiſtulfum pro pace redintegranda ꝓperandum eſſe. Dumq; pont. ad iter ſe accingit,
Rothingrãdus epiſcopus & Antharius dux à Pipino Francorũ rege uenientes pontificẽ
D ut ſe cõferret in Franciã orauerunt. Mouit itaq; pont. utriuſq; regis & ſimul imperatoris
nuncijs ſociatus. Et priuſq; Papiã perueniret, præmiſſi ab Aiſtulfo nuncij illius uerbis
præſcribere nõ ſunt ueriti, ne Rauẽnã, aut illius exarchatũ peteret, fore polliciti, ut ſi ea
tẽperaſſet poſtulatione, uoti eũ in cæteris cõpotẽ faceret Lõgobardus. Cũctis poſtea ſi
mul ut iuerãt imp. Francorũq; regis oratoribus corã Aiſtulfo perductus pont. poſt mu-
nera regi data faciens uerba, & perfidiã Aiſtulfi grauibus notauit uerbis, & omnia quę-
cunq; aut ille poſt uiolatã pacẽ cepiſſet, aut ſui prædeceſſores Lõgobardi reges occupa
uerant, reddi poſtulauit. Cũq; Aiſtulfus pertinax ſicut antea perſiſteret, egerũt apud eũ
regis Frãciæ oratores, ut pont. dimitteret in Franciã ꝓfecturũ. Tulit id ægerrime Lõgo
bardus, nec tñ auſus Francorũ regi, qđ tãtopere cupiebat, denegare, Gregoriũ permi-
ſit. Eũ Carolus, cui poſtea Magno fuit cognomentũ, Pipini regis filius adoleſcẽs, Frãco
rũ fines ingreſſum à cẽteſimo lapide ad palatiũ uſq; Põticonẽ, ubi Pipinus erat, deduxit.
Proceſſit tñ ad tertium lapidẽ rex Pipinus, & equo deſcendẽs, põtificiſq; pedes oſcula-
tus, illum terra incedens, & frenum pont. equi regens, ad cubiculum uſq; deduxit.

PRIMAE DECADIS FINIS.

# BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB IMPERII ROMANI INCLINATIONE DECADIS SECVNDAE

## LIBER PRIMVS.

SCRIBENTEM HACTENVS DECIMO VOlumine non magis Romanorum imperij inclinationē, quàm ipſius urbis Romæ atque Italiæ deſolationem, ad quam ſuperius eas oſtendimus perductas, ſæpe mœſtitia, ſępe pauor inuaſere. Nunc tanquam ipſe in periculi parte uerſer, horreo cō- F ſyderare atque recenſere, quàm gelido tremente q; corde, Romani & ſuarum partium Itali regis Aiſtulfi ſæuitiam formidabant. Quamprimum enim pontificem Gregorium Papia deceſſiſſe uidit, primores ſuæ gentis ſequi iuſſit: qui integram ablatorum reſtitutionem polliciti, illum ab inſtituto itinere reuocarent. Quumq; Gregorium ſaltus Alpium c auſtraq; ingreſſum, quæ Francorum præſidio tenebantur, continuaſſe iter didicit, comminatus eſt, atque uoluit Rauennam cum ſuo exarchatu, mortalium cæde, rerum direptione, ædificiorumq; incendio uaſtare, ut eo liberatus tot oppidorum, tot ciuitatum cuſtodiæ reſpectu, liberior in urbem Romam duceret: eamq; prius uſque ad ſolum euerteret, quàm poſſet Pipinus ex Francia ſubuenire. Nihilq; uidetur magis impium regem à tam crudeli propoſito remouiſſe, quàm quod ſperauerit poſſe Pipinum doloſis artibus deſtinere. Carlomannum G namque Pipini germanum, quem in Caſinenſi monaſterio oſtendimus profeſſionis & perpetuo manendi uotum emiſiſſe, ſeduxit, ut in Franciam ſe conferens Pipino fratri aduentum in Italiam, & bellum in Longobardos diſſuaderet. Ingreſſusq; eſt iter pſeudomonachus Carlomannus. Fuerat interim Pipinum ſerio alloquutus pontifex Gregorius, & quod de aduentu cum copijs in Italiam petiuerat, ab illo impetrauit. Id enim ſolum moræ petijt Pipinus, ut pontifex uer nouum quieto expectaturus animo, ſeſe apud ſancti Dionyſii Parhiſienſis monaſterium interea contineret. Dumq; pontifex de itinere quaſſatus periculoſiſſimo correptus eſſet morbo, & Pipinus comparando exercitui operam daret, Carlomannus properanter confecto itinere ſuperuenit: quem tantum abſuit, ut exaudiret Pipinus regis Aiſtulfi & Longobardorum amicitiam ſuadentem, quod illum à clauſtro Caſinenſi profugum, in Viennenſe monaſterium relegauit. Vbi haud multo poſt mœrens indignabundusq; interijt. Adductus pontificis Romani ſuaſione Pipinus, Aiſtulfo regi per oratores ſuadere conatus eſt: ſeruanda eſſe Romano H pontifici pacis fœdera, & contra ius faſq; capta in integrum reddenda. Longobardoq; ſicut ſemper antea, quod rogabatur, recuſante, Pipinus rex occulte prius deſtinatam in Longobardos expeditionem publico edicto Franciæ & militiæ ducibus indixit. Quumq; breui poſtea medio itinere quo itur à Parhiſienſibus ad Italiam, omnes ad diem conueniſſent, perſuaſus à Gregorio pontifice Pipinus, ſecundam ad Aiſtulfum legationem de pace miſit. Nedum uero paci accedere uoluit Longobardus: ſed multa in Francos, in pontificem, in Romanos, inſolentiſſime eſt loquutus. Præmiſerat Pipinus leuis armaturæ turmas, quæ Alpium ſaltus, meatusq; inſidentes hoſtem ab incurſionibus prohiberent. Pariterq; Aiſtulfus aduerſa parte non quidem leuem permiſerat armaturam, ſed clauſtra Alpium ſeruaturus cum omni exercitus robore ueniebat: qui paucitatem ſpernens Pipini militum, illis congreſſus, & accepit incommodum, & Alpibus deturbatus eſt. Quæ quum Pipinus audiſſet, agmina accelerare, nec ullo in loco priuſquàm apud Papiam conſiſtere iuſſit. Papia obſidione preſſa ager proximus atque omnia

A nis adiacens regio à tanto Francorum exercitu uaſtabantur. Raptas mulieres,armenta,
undiq; abactos colonos manus poſt terga reuinctos , miles Francus in caſtra cogebat.
Ea cum ma[illegible]o exercitus applauſu cerneret, pontifex Gregorius ſæpenumero inge-
muit:tandemq; miſericordia ductus,egit cum Pipino ut Italię,in cuius populorum capi
ta id redundaret malum,miſertus, Longobardum ſi ueterem ſeruare pacem , ſi dolo ca-
pta reddere animum induxiſſet,ultra premere,& regno expellere deſineret. Eas ſoluen
dæ obſidionis & innouandæ pacis conditiones, Aiſtulfus non modo accepit,ſed mag-
nis adulationum fallacijs bonitati & clementiæ põtificis gratias egit. Inſuperq; plura &
meliora quàm poſtularentur,ſponte ſua ad promerendam ſancti uiri gratiam eſt pollici
tus:ſecundum quæ conſtituta multis adſtipulationibus & ſacramenti religione à Lon-
gobardo rege ſuiſq; optimatibus firmata, Pipinus relicto apud pontificem Varnerio,
ſpectatæ uirtutis inter Francos proceres uiro, qui pacta ex fœdere impleri curaret, in
Franciam reduxit exercitum. Pontifex uero quum Aiſtulfus paruam reddendis ſe præ-
B ſente ciuitatibus peteret moram, quouſq; laceratum bello Papienſem reformaret agrũ,
iuſta & æqua poſtulare uidebatur. Interim cum Varnerio Romam eſt profectus,dumq;
Pipinus Franciam,pontifex Romam petijt,Aiſtulfus rex, cõtractis tumultuarie copijs,
Rauennam uenit: & exercitu magnis conatibus parato in Romam duxit: quam obſi-
dione cinctam , tribus preſſit menſibus: & omnia quæ pomœrio excluduntur , abſque
aliquo diuini aut humani iuris reſpectu, crudeliſſime uaſtauit, ut plura tunc immanis ty
rannus Romæ ſuburbanis & agro intulerit detrimenta,illis omnibus , per quæ quatuor
& quadraginta ac trecentos annos, per quos Romanum ad id tempus inclinauerat im-
perium, Viſigothi,Eruli, Oſtrogothi, & ipſi intulerant Longobardi . Confugerat uero
obſidionis initio pontifex & Romani ad unicum certiſſimumq; Pipini præſidium,duo
bus ex nobilitate Romana Varnerio additis oratoribus , qui ſecundo Tyberi in mare
delapſi, Maſſiliam & inde Franciam petiuerunt. Intellexerat enim Pipinus,quod ege-
rat Longobardus,& reparandis reuocandiſq; copijs intentus erat. Quare Varnerio,&
C oratoribus auditis,nihil moratus,iter ad Italiam eſt ingreſſus . Sed dum tantis fluctuat
angiturq; uel detrimentis uel periculis Roma & Italia, Conſtantinus imperator nullam
ſubueniendi curam ſuſcepit,quanquam uaria tunc,& ſibijpſi contraria uſus eſt fortuna.
Et quidem hinc eam habuit imperator ſecundam , quod Turci tunc primum Aſiam in-
uadentes,Halanos primo;poſt Colchos, & Armenios , inde Aſiæ Minoris populos, &
ad extremum Perſas,Saracenos agrorum direptionibus , & mortalium magnis reper-
torum aut congredi auſorum cædibus infeſtarunt . Fuerúntque & ipſi Turci Scythæ, ex
ijs quos Alexandrum Macedonem intra Hyperboreos montes , ferreis clauſiſſe repa-
gulis, quum alij tradunt ſcriptores , tum beatus Hieronymus affirmat . Tantas autem
habuit uires Turcorum inſultus,ut Saraceni pacem ſecum habere nulla alia potuerint
ratione , quàm reſtituto Perſarum regni nomine , quòd Saracenos , Focæ , & Heraclij
temporibus , in ſuum oſtendimus confudiſſe . Paſſi namque ſunt æquo animo Turci,
Perſis famæ celebris genti ſubeſſe, qui Saracenos in terra aliena ſuperiores nolebant to
D lerare. Aduerſam uero fortunam,uel potius deum ſuis iratum peccatis,inde ſenſit Con
ſtantinus , quo[illegible]tis ualida, & propè illi , quam genitoris tempora habuerunt ſimilis,
Conſtantinopolim populata eſt:quam peſtem Hugo Floriacenſis ſcribit , quum in Ca-
labria cœpiſſet, Siciliam & inde Conſtantinopolim inuaſiſſe . Itaque quum Ioannes
ſilentiarius à Papia Conſtantinopolim reuerſus , Conſtantino imperatori renunciaſ-
ſet, Gregorium pontificem à Pipino Francorum rege uocatum, in Franciam acceſſiſ-
ſe, Rauennæ & Italiæ exarchatum, quem à Longobardis opprimi, ac omnino conſumi
neglexerat, timuit tradi pontificibus, aut Romano populo gubernandum. Quod ne fie
ret, conſtituit reſiſtere: præfatúmque Ioannem ſilentiarium,& cum eo Gregorium pro
to a ſecretis , miſit in Italiam oratores . Qui Romam uenientes , primum adniſi ſunt
uerbis deſtinere pontificem Gregorium , ne Francorum auxilia imploraret . Sed
pontifex, quod fecerat, nuncios in Franciam dimiſiſſe dicens , illis [illegible] , ut pariter ip-
ſi ad Pipinum in Franciam ſe conferrent . Addidit tamen Gregorius nauigaturis
imperatoris oratoribus ex populo Romano duos , Pipino ut in ſententia perſiſteret
ſuaſuros. Appulſi Maſſiliæ imperatoris oratores, intellexerunt Pipinum Francorum re

gem in Italiam cum exercitu properantē Alpes ſuperaſſe: quo moleſtiſſimo perculſi nũ B
cio Græci põtificis oratoribus,ne Pipinum regem ſecum adirēt,perſuadere conati ſunt.
Et quum Romani iuſſa pontificis ſibi exequenda cõtenderent,dolo Græci agere cõſti-
tuerunt.Profectusꝗ noctu Romanis omnino inſcijs, Gregorius protoaſecretis Pipinũ
accelerato itinere aſſequutus eſt,quem in agro Papienſi inuentũ multis magnisꝗ mune
ribus donauit:exinde ingentis præmij pollicitatione facta, Pipinum imperatoris Cõſtã
tini uerbis orauit,ut Rauennam eiusꝗ exarchatum imperio cuius de iure eſſet,& nõ põ
tifici aut Romanis reddere promitteret. Ad quæ reſpondit Pipinus,ſe primariam & nũc
alteram in Longobardos expeditionē nulla præmij temporalis, aut diuitiarũ ſeculi ſpe
pellectum iniiſſe:ſed ſola eſſe commiſſa in deum,in animæ ſuæ detrimentũ peccata : qui
bus abolēdis,aut ex parte leuãdis adductus, beato Petro & eius ſucceſſori Romano põ
tifici,ac Romanæ eccleſiæ opem pro uiribus afferre uoluerit:hinc ſe nullis præmijs,nul
lis poſſe abduci ſponſionibus,quin ad animæ ſuæ ſalutem deſtinatam, & Romano põti
fici iureiurando promiſſam continuet expeditionē:eaꝗ intentione Longobardos dele F
re adnitat̃,ut Rauennã,eiusꝗ exarchatũ,& alia de Italiæ terra ab illis occupata recipiat,
Romano pontifici,& Romanæ eccleſiæ concedenda.Abſolutus infelici legatione Gre
gorius ꝓtoaſecretis Romã & inde Conſtantinopolim rediit.Aiſtulfus uero Longobar
dorũ rex à Pipino graui obſidione preſſus,deditionē ex ſuperioris pacis fœdere fecit.Et
Pipinus omni caututus fraudi Fulcadum abbatē,qui reddenda caperet & põtifici daret
cũ coborte una delegauit.Eam ciuitatum oppidorũꝗ Gregorio pontifici Romano red
ditarũ ſeriem,quicunꝗ ex Petri Lateranenſis eccleſiæ bibliothecarij ſcriptis attente per
leget,facile & certe intelliget,quib. Rauennæ exarchatus terminis cõcludatur.Sunt eñ
hæc bibliothecarij uerba,quæ ad tantæ rei certitudinem cenſui apponenda:Prænomina
tus aũt Fulcadus abbas,Rauennatũ partes cum miſſis Aiſtulfi regis perueniens,per ſin-
gulas ingreſſus ciuitates,tam Pentapoleos,ꝙ Æmyliæ,easꝗ recipiēs, & obſides de una
quaꝗ tollens,atꝗ primares unà ſecum cum clauibus portarũ ciuitatũ ducens, Romam
peruenit. Quod autē Pentapolis complexa fuerit quinꝗ ciuitates, uerbi proprietas ar- G
guit,easꝗ Rauennam, Cæſareã,Claſſem,Forumliuij,& Forumpopilij fuiſſe conſtat. Se
cũda eſt exarchatus potiſſima pars Æmylia,uetuſti & celebrati in Romanis hiſtorijs uo
cabuli Italiæ regio,quæ à Forocornelio,nunc Imola,quicquid uia eiuſdem nominis om
nium Italiæ celeberrima per Bononiam,Mantuam,Rhegiũ,Parmã,& Placentiã,ad Pa-
dum uſꝗ habet,complectebatur.Placentinos aũt,Parmenſes, Rheginenſes, Mutinen-
ſes,Bononienſes,& Imolenſes,agrorum fines à ſummis Apennini iugis ad Padũ protē-
di etiam ætate noſtra uidemus,ut Rauennæ agrum pariter ab ipſo Apẽnini iugo per Fa
uentinos eius agri partem ad Padũ & Cæſenates Ceruienſesꝗ ſui item agri portionem
à ſummo Apennino ad Adriaticũ pertinere certiſſima habeant̃ documenta. Id etiã uel
terræ uel paludis, quod intra Minciũ Padumꝗ à Veronenſis Vicentiniꝗ agrorũ finib.
in Venetorũ ſtagna Adriaticumꝗ uergit,agrũ fuiſſe Rauennatē,quum cęteri ſcriptores
tum omnia oſtendunt monumenta:ut non minus tunc Rauẽnæ iuris cenſerent̃ Ceruia,
Cæſena,Fauentia,Comaclum,ꝙ illæ quatuor ciuitates uocabulo Pentapolis appellarę: H
ut ipſa exarchatus appellatione contineretur,quicquid à Placentinis agri Papienſis fini
bus Padũ inter Apenninum paludes ſtagnaꝗ Venetorum & Adriaticũ pertinet ad Ari
minũ,quã ciuitatē,& quicquid intra Iſaurũ,cui fluuio nunc Folia eſt nomen,& Adriati-
co continet̃,exarchatui additum fuiſſe oſtendit cõſuetudo iuris ab exarcho dicēdi uſꝗ
ad hęc tēpora obſeruata. Alia uero loca,quę idē dicit bibliothecarius,à Pipino rege põ-
tifici Romano dono cõceſſa fuerunt, Ariminum & ab illo diſtans duodecimo milliario
Concha pridē mari ſubmerſa,Piſaurũ,Faunum,Vrbinũ,Colles Luceoli,Eugubiũ,Vrbi
na urbs,& Narnia:& in Picentib. Eſis,& Serra.Fuerunt quoꝗ oppida Boihi numero ad
uiginti,à Bois olim dicta, quorũ Sarſina Plauti patria eſt caput:Monsferetri, quo nomi
ne alia itē ad uiginti cenſent̃ caſtella:caſtellũ ſancti Martini à libertate diu cõſeruata cla
rũ,tũc Acermons dictũ,Acerra,& Monslucati. Dum prędicta ex fœdere redderent̃,ad
niſus fuit Aiſtulfus priſtinis perfidię ſuę artib.uti.Nã Pipinũ qui ſe interea ad radices Al
piũ cõtinebat,trãs Alpes ꝓperaturũ ſperãs, Fauẽtiã de Pẽtapoli & Ferrariã reddere diſ
ferebat,cũ diuino ſubtractus iudicio apoplexi correptus in uenatione interijt.Qđ cũ in
tellexiſſet

tellexiſſet Pipinus, Alpes eſt tranſgreſſus. Aiſtulfi morte celeri fama per Italiã diſſemina
A ta, Deſiderius dux Longobardus Hetruriæ præfectus, copiarum quibus præerat robori
innixus, id regnum per arma inuaſit. Id aũt adeo moleſte tulit Rachiſius, quẽ Aiſtulfi ger
manum fuiſſe oſtẽdimus, ut interrupto monaſticæ uitæ ꝓpoſito, arma induceret in De-
ſiderium, omnesq; Italiæ Longobardi, exceptis Hetruſcis, Rachiſium ſequebantur, qui
in magnũ coacti exercitũ Hetruſcos fines inuadere cõſtituerant. Cũ Deſiderius ſibi ti-
mens Gregorij pontificis fauores multis precibus implorauit, fore pollicitus, ut ſi ponti
fex Romaniq; opẽ afferrent, ipſe regnum adeptus ea redderet, quæ ex fœdere erant reli
qua: & non ſolũ pacem cum Aiſtulfo initam ſeruaret: ſed põtifici & Romanis perpetuo
obſequeretur. Eam cum audiſſet legationem pont. Folcadi abbatis conſilio uſus ſtatuit
Deſideriũ exaudire, miſitq; ad illum in Thuſciã cum Folcado Paulũ fratrẽ ſuum, qui fœ
dera conſtituerent. Eorumq; formula ex pontificis ſententia breui eſt concepta: & Deſi
derius ſuiq; proceres atq; cõmilitones maximis diriſq; in ſua & filiorum capita, ſi fidem
B fallerent, conceptis execrationibus, ſeſe iuriſiurandi religione obſtrinxerunt. Fœderum
formula in urbe delata, miſit Gregorius pont. Stephanũ presbyterũ ad Rachiſium, Lon
gobardosq; ſua ſecutos arma, admonens ne Deſiderio quẽ appellaſſet regem, aduerſarẽ
tur. Folcadusq; abbas cum ſua cohorte ſecutus oſtẽdit fore, ut ſi Deſiderio ultra moleſti
eſſe pergerent, cum Romanis Franciſq; magis, ꝗ cum Deſiderio bellum gerant. Quib.
territi tantis cõminationib. Longobardi, Deſiderio conſenſerunt: qui fidem põtifici ex
fœdere ſeruaturus, Fauentiã cum ſui agri caſtello Tyberiaco, quod nunc eſt Bagnaca-
uallũ, dedit. Quo in tempore, aut paulo prius occupata ab Aiſtulfo Longobardorũ re-
ge, Rauenna finem habuit magiſtratus exarchorũ à Conſtantinopoli in Italiam miſſorũ
anno quinto & ſeptuageſimo ſupra centeſimũ, poſtq; magno Romæ & Italiæ malo Nar
ſete deiecto ea calamitas inchoauit. Statu Italiæ, & urbis Romæ ad eam pacis quietẽ põ
tificis opera ac inſigni uirtute perducto, intendit uir ſanctus animũ cleri moribus in reli
gionis ceremonias reformãdis: ſed qui iam annis eſſet grauis, & multo rerum geſtarum
C labore attritus, ad anni pontificatus ſextidecimi finem obijt: ſuffectusq; illi Paulus patre
Conſtãtino Ro. quietiora per Deſiderij regis pacẽ tempora habuit. Dum hæc fierent in
Italia Gregorio protoaſecretis Conſtantinopolim reuerſo, imperator Conſtantinus in
nepharia aduerſus ſanctarũ ueneratores imaginũ perſecutione perſeuerabat. Nam cum
urbis Conſtantinopolitanæ epiſcopus nomine Cõſtantinus ſuæ impietati nollet cõſen
tire, Nicetam ſpadonẽ ordinauit epiſcopum. Depoſitus uero Conſtantinus ludibrio ha
bitus flagellatusq; capitis ſuppliciũ luit. Per quod tẽpus rex Bulgarorũ Thelesius Thra
ciam populatus eſt, quẽ Conſtãtinus repulſum magna copiarũ parte ſpoliauit: isq; The-
leſius in patriam de fuga reuerſus, à ſuis ob rem male geſtam interfectus eſt. Ei ſubroga-
tus in regẽ Sabinus Conſtantinũ imperatorẽ placare, & ſibi fœdere & amicitia cõiunge
re cupiens, illi in imaginũ depoſitione cœpit conſentire. Quod quidẽ adeo moleſte tule
runt Bulgari, ut nouum regẽ interficere ſint adniſi. Sed is fuga prolapſus Conſtantino-
polim ſe recepit, creatusq; eſt à Bulgaris rex nomine Paganus. Qua tempeſtate Cõſtan
D tinus Leonẽ filium imperij conſortẽ fecit, & Hirenẽ Athenienſem cunctis Græciç puel
lis pulchritudine prælatam illi uxorem dedit. Tanta aũt impietate Conſtantinus in reli-
gionẽ Chriſtianã exardeſcebat, ut cum Habdalla Saracenorum ammirhato nulla alia ra
tione fœdera amicitiamq; inierit, ꝗ ut Chriſtianos Saracenis cohabitantes perſequere-
tur. Adminiſtrabat Thraciã pro prætore Cõſtantini eunuchus, qui apud flagitioſum im
peratorẽ nutritus illo truculẽtior erat: & ne dum imagines deponi cremariq; curauerat,
ſed omnibus quoq; eccleſiarũ ornamentis ad haſtã diſtractis, preciũ imperatori miſerat.
Ad quẽ prædictus reſcribens Conſtantinus, illumq; dicens ſecundũ cor ſuũ à deo ſibi da
tũ, ſummis laudũ præconijs extulit. Sed apud Francos interea rex Pipinus gloriã in dies
potentatũq; adaugebat. Quo eñ tẽpore ab Italia in Franciã redijt Traſillo dux Bauaro
rũ ſeſe cõmendatũ illi ſubdidit. Et Saxões eius amicitia precario potiti trecẽtos equites
in quãcũq; expeditionẽ iuberent dare promiſerunt. Maius uero negociũ Pipino fuit in
Aquitanos, quib. ſubigendis octo ęſtatibus laborauit. Eius belli anno primo cũ ad oppi
dũ Theloathũ caſtra poſuiſſet, timuit Nauferius Aquitaniæ dux, & facta obſidione obſi
dibusq; datis cũ Pipino in gratiã redijt: ſed ꝗ primũ intellexit Pipinũ filiosq; ad remotio
ta regni

ta regni loca cum copijs acceſſiſſe,perfidia uſus regnum Franciæ inuaſit,tantaq; pertina E
cia prædando urendoq; iter emenius eſt,ut prius Caualicēſes egreſſus ſit, quàm Pipinus
copijs undiq; accitis potuerit ſubuenire.Quanquam Pipinus ſenectuti indulgens eā ex
peditionem omnium primam Carolo filio adoleſcenti duxit demandādā. Profectus in
Aquitaniam Carolus,Burbonium,Clarmōtem,& multa de Aruernis cepit, fauſtiſq; au
ſpicijs militiam Carolus inchoauit,ut anno inde ſeptimo ductis alterne à Pipino genito
te & ipſo Carolo expeditionibus,Aquitania Franciæ regno fuerit ſubacta.Quo in tēpo
te Pipinus in Turonijs apud ſanctum Dionyſiū eſt defunctus.Erat annus in quo hæc fie
bant pontificatus Pauli decimus,qui & eius uitæ ultimus fuit:per cuius pontificis tēpo-
ra tm̄ ualuit Pipini regis Francorū reſpectus,in quem Deſiderius Longobardorū rex o-
culos ſemper habuit intentos,ut nullis interea motibus Italia autRoma fuerit agitata.Pi
pini aūt morte audita,Deſiderius in Romanā rem machinationibus uti cœpit . Nam cū
Paulus pontifex apud beati Pauli eccleſiā ſpiritū in extremis duceret,Tothonē Nepeſi-
num ducē,qui Longobardis ſemper ſtuduiſſet,Deſiderius impulit , germanum ſuū no- F
mine Conſtantinum etiam ui illata pontificē à Romanis ſuſcipi curaret. Et quidem To-
tho tunc Romæ habitans magna uſus audacia,copias à Nepeſo acciuit,earūq; armis ſti-
patus Conſtantinū pont.prophanatū in patriarchium Lateranenſe perduxit:nec defue
runt epiſcopi,& alij clerici,à quibus uel inuitus Cōſtantinus pro pōtifice ſit habitus. Al
ter etiā Philippicus pariter à paucorū factione in pontificē prophanatus breui eſt deie-
ctus.Perſtitit aūt diutius in Petri cathedra Cōſtantinus, & epiſcopos presbyteroſq; mo
re pontificū ordinauit,quouſq; clero populoq; Romano in trib. foris, quæ eſt ſancti A-
driani eccleſia per Chriſtophorū primicerium coacto, Stephanus Siculus canonice in
pontificē eſt electus:qui octauo electionis die cōſecratus,nihil duxit antiquius,q̄ Pipi-
num,cuius mors Romæ tunc ignorabatur orare,ut prælatos ex Francia mittens,concili
um Romæ fieri adiuuaret,quo erroribus purgaret̄ eccleſia, quibus eam Conſtantini im
pietas coinquinauerat.Sergius aūt nomenculator , quem Stephanus ad Pipinum miſe-
rat oratorem à Carolo Carlomannoq; quod petijt impetrauit. Venerunt namq; ex Fran G
cia duodecim epiſcopi,& alij eccleſiæ prælati,quib. Italiæ epiſcopis in Lateranēſi eccle
ſia cōiunctis celebratū eſt conciliū,in quo Conſtātinus eſt damnatus , eiuſq; acta quan-
tum oportuit ſunt reſciſſa.Ea cum fierent Deſiderius Longobardorū rex etſi Conſtātini
partibus occulte fauit,nihil tn̄ aperte in Romanos pontificemq; eſt auſus , quod Frāciæ
reges uereretur,quos nouerat Pipini genitoris ueſtigia imitari . Erat Romæ Paulus co-
gnomine Affiarta Græcus,Conſtātini imperatoris cubicularius, qui etiā ſi ducatū Ro-
manū,quo fieri cōſueuerat,modo non regebat:quorundā tamen Romanorū res nouas
affectantium & Deſiderij Longobardorum regis fauori innisus aliquid priſtinæ autori
tatis imperij conſeruabat.Deſiderius enim cui ſuſpecta eſſet regū Franciæ in Romanos
affectio,per illum conabatur partes imperij præualere:cui rei ut efficaciorē daret operā,
multis Romanū pontificē blanditijs demulcere conatus eſt , adeo ut ſeſe Romā uocari,
& ad beati Petri uiſitanda limina inuitari curauerit. Venitq; ſummā præ ſe ferens ꝓ Chri
ſti religione deuotionē.Pontifici autē in beati Petri baſilica congreſſus uerba dedit hu- H
millima,& talia ex quibus pont.in ſpem uenit fore , ut nulla poſthac Romanos inter &
Longobardos contentio oriri poſſet.Quibus doloſi regis pollicitationibus ad beati Pe
tri altare iuriſiurandi religione affirmatis Affiartā Deſiderius & Romanos proceres al-
loqui uoluit,& cum multa de ſedis inuaſorib.Cōſtantino & Philippico eſſent dicta,cen
ſuit rex in ſuaſores,fautores impulſoreſq; q̄ in eos ſimplices presbyteros, qui ſe paſſi eſ
ſent in pontifices prophanari,animaduertendū,& Affiartam claris increpans uerbis,q̄d
ſeditioſis uiris plectendis eſſet remiſſus,illum impulit cupientiſſimū,ut in Chriſtophorū
primiceriū ſummæ tunc in Romana urbe autoritatis uirum & reip.pontificatuſq; amā-
tiſſimū,& in primis Frācorū partib.ſtudentē manus inijceret. Euocatiq; Chriſtophorus
& Sergius filius ſecundicerius oculos ſunt effoſſi, rege Deſiderio Romanis egreſſo fini
bus Affiarta autoritate quæ illi aucta erat fretus,multos ex Romana ciuitate carcerauit,
plurimos relegauit.Sed breui poſtq̄ hæc fieri cœpta erant,Stephanus tertio & ferè dimi
dio pōtificatus ſui anno obijt.Cui ſucceſſor canonice electus fuit Adrianus patre Theo
doto ſummæ nobilitatis uiro Romanus,& eius nominis primus uir patria & ſobole ſua

dignus,

A dignus,ideo natus,ut eò faſtigij euectus fuiſſe uideret, ut Caroli Magni Francorum re-
gis uirtuti reſpondens,rem Romanā Italicamq; ab illo erigi adiuuaret. Vixdū facta ſum
mo conſenſu huius pontificis electio in publicū exierat,cū is magnanimus & patrię ſuæ
affectus,carceratos ab Affiarta liberauit,exulesq; in patriam reuocauit.Quod cū reſciſ-
ſet Deſiderius tanti uiri amicitiā,ne Frācis regib.adhæreret,occupare quæſiuit.Itaq; mit
tens Theodorū,Spoletinum,Tumionemq; Iporegienſem duces , & Pandulfum ueſtia-
rium ſuū pontificem orauit,ut fœdera ſecum & cum omni Longobarda gente iniret.Ad
quæ reſpondit pont.ſe qui pacem cum omnibus, & in primis cū Longobarda gente cu-
piat habere,nullā poſſe uerbis Deſiderij fidem adhibere, quod eum ſciuerit uideritq; ꝓ-
miſſam Stephano pōtifici fidē intra fœdera toties uiolaſſe,quoties illi dolo aſtuq; aut ui-
ribus lædēdi præbita eſt occaſio.Dum uero ea quæ per oratores intentat Deſiderius, nō
ua illi ſeſe obtulit blandientis fortunæ ſpecies,quæ poſtea in cōtrarium ex humanarū re
rum uſu uerſa,ſuum gentiſq; ſuæ exterminium inchoauit.Carlomannus rex Francorum
B Caroli frater,per id temporis obierat.Et Berta eius uxor Ildegardæ Caroli uxoris glorię
inuidens,aliquid incendij quod Caroli uxoriſq; ſtatū labefactaret,ſuſcitare conſtituit.I-
taq; Andoarij cuiuſdam Franci conſilio uſa,cum nullam haberet aliam nocendi Carolo
uiam,cum filijs ad Deſiderium regem in Italiā profugit,qua Deſiderius blande excepta,
magnam amplitudinis ſpem erexit.Sperauit autē ilico Deſiderius , ſi Carlomanni filios
à Romano pontifice in Franciæ reges eligi faceret, fore ut Caroli Francorumq; potētia
bellis lacerata ciuilibus minueret.Quod cum eſſet factum, ipſe Francorum metu libera
tus Italiam ſibi paruo negocio ſubijcere confidebat. Sed nulla erat ſibi ſpes flectendi ad
eam iniunctionē pontificis, qui petita ęquiſſimis cōditionibus fœdera denegaſſet.Qua
re ſperās pōtificē ſi bello agitaretur animos demiſſurū,magnos per multas Italiæ partes
conciuit motus,primiq; omniū Spoletinus & Iporegienſis duces Roma profecti ꝙ pri-
mum Peruſiæ applicuerunt,eum regis Deſiderij inimiciſſimum in pontificem & Roma
nos animum per epiſtolas notum fecere:quibus in epiſtolis, quod certum erat pontifici
C affirmabant,Deſideriū Rauēnates ingreſſum fines,omnia ferro incendioq; uaſtare,atq;
etiam Fauentia & Ferraria,& Comaclo cum eorum ducatibus potitū,premēda obſidio
ne Rauenna facere maiores apparatus.Inchoauerat pauloante urbs Rauēna à pernicio
ſa imperatorū exarchorūq; tyrannide liberata gratiſſimam ſaluberrimāq; habere guber
nationis formā.Siquidem Leo tunc quadrageſimus primus archiepiſcopus,& Iulianus,
Petrus,ac Vitalianus,Rauennates tribuni plebis Rauennā exarchatumq; pro Romano
pontifice adminiſtrabant.Qui tres tribuni ſimul Romā petentes,afflictis rebus præſidia
implorauere.Tunc pont.eoſdem & ſimul Stephanum Sacellariū ac Paulum Romanos
ciues ad Deſiderium miſit,illumq; orauit,ut à motibus contra pacis pridem cōſtitutæ fœ
dera contra iuſiurandum intentatis temperans,occupatas redderet ciuitates.Quibus au
ditis oratoribus,rex magna uſus inſolentia, oportere reſpōdit , ut pont. ſecum de rerum
ſumma loquutus,eademq; coràm petiturus,ad ſuā præſentiam ſe conferret.Interim Lon
gobardi præda in Rauennatibus facta,onuſti ſatiatiq; montē Feretrum, Vrbinū,Geno-
galiam,& Eugubium inuadentes,poſt direptos uſtoſq; agros,eas quoq; ceperunt ciuita
D tes.Sed & tunc alia Longobardorum manus Hetruſca,Bleram:Spoletina Oriculum oc
cupauit.Inſtat uero ſingulos per dies Adrianus apud Longobardorū regem illum literis
& miſſis nuncijs,orans obteſtanſq;,ut capta de Romanis deq; Rauēnate exarchatu red
deret.Et cum ſe epiſtolis nihil proficere intelligeret,abbatē monaſterij Sabinenſis,& cū
eo uiginti monachos celebris ſanctimoniæ dei ſeruos oratores miſit:eos multa de beati
Petri iuſtitia deq; dei iudicio,niſi beato Petro ſatisfaceret,audenter loquuros, non aliter
Deſiderius,ꝙ prius acceptas epiſtolas exaudiuit:& tn̄ Andream Referendariū & Sta-
bilem ducem,oratores ad pontificē mittēs,iterū ut ad ſe iret magnopere petiuit.Perſtitit
uero in ſentētia pont.ſe dicens ꝙ primum omnia eum in locū reſtituta eſſent , in quo ſui
pōtificatus initio fuerāt,ad regē quocūq; uocaſſet ꝓperaturū.Addiditq; illis ad Deſide-
riū redituris oratores ſuos Perdū religioſum,Eugumenū ſancti Sabæ monachū,& Ana
ſtaſiū defenſorē.quib. etiā iuſſit ut acciperēt,ſi redderet Deſiderius occupata.Tn̄ uero
abfuit ut etiā tūc obnixe oratus poſtulata impleuerit Deſiderius, ꝙ ſe ad urbis Ro. obſi-
dionē ducturū cōminatus eſt.Quo perculſo triſti nūcio pōt.urbis portas claudi,muros in
ſtaurari,

ſtaurari,& cætera perferendæ obſidioni neceſſaria parari curauit. Miſitq; ad Carolũ ora E
tores opem imminenti rerum eccleſiæ excidio imploratum. Id cum intellexiſſet Deſide
rius,magna ut pontificem in ſententiam duceret aſtutia eſt uſus. Namq; Papia cũ Adal-
giſio filio & magno procerum militumq; comitatu profectus Carlomanni uxorẽ Bertã
& filios atq; Audeariũ Romã uerſus ducere perrexit: & cum Spoletum applicuiſſet A-
drianũ pontificẽ de ſuo & Francorum pacifico acceſſu per Andreã Referendariũ & tres
alios fecit certiorem. Tunc pontifex futurum intelligens,ut Carlomanni filijs, qđ in pri
mis Lõgobardus quærebat unctis,Carolum patruũ animo abalienaret,urbem Romam
primum copijs cõmuniuit,quas Rauennates Hetruſci Romæ ſubiecti Spoletini Cam-
paniq; dederunt: exinde apoſtolorũ Petri & Pauli baſilicas omni ornatu & ſacra ſupelle
ctile in urbem cõportata clauſit, ac repagalis ad intra q̃ ſolidiſſimis cõmuniuit, ut perfi
dus rex nulla uiſitandi apoſtolorum limina,niſi ualuis in animæ ſuæ iudicium refractis
haberet facultatem: atq; omnia cum ſatis curata eſſent,tres epiſcopos, Albanenſem, Præ
neſtinum, Tyburtinumq; impio regi obuios miſit,qui apud Interamniam inuentos De- F.
ſideriũ, Adalgiſiũ filium, Bertam,ac filios,ac Audeariũ Francos,ne Romani ducatus ter
ram ingrederentur ſub dira anathematis denũciatione monuerunt: adeoq; apud ferocẽ
Longobardũ ualuit anathematis denunciatione,ut tacitus cõfuſusq; Papiã ſit reuerſus:
per quos dies Gregorius epiſcopus, Fulradus abbas & Albuinus cubicularius à Carolo
Francorũ rege Romam uenientes pontificẽ ſciſcitati ſunt: nũquid Deſiderius quod ſuo
regi reſpondens feciſſe affirmauerat,capta de Rauennate exarchatu,deq; Romano ſolo
integre reddidiſſet. Cũq; nulla rei notoriæ, & quã uenientes inſpexerant, reſponſione o-
pus eſſet,ad Deſideriũ,ſicut à Carolo iuſſi erant, ire conſtituerunt: à quibus alijsq; duob.
quos pontifex addiderat, oratus rex Longobardus obſtinatiore q̃ unquã antea animo
qđ requirebatur, exequi recuſauit. Eos ad ſe reuerſos oratores, Adrianus pontifex miſit
in Franciã,quæcunq; audiuerant uiderantq; Carolo relaturos, acturosq; cũ illo ne diuti
us ſuppetias moraretur. Per eam tempeſtatẽ & ſi Roma & Italia Conſtantini præſidio de-
ſtitutæ tantis agitabantur motibus,ipſe etiã imperator non leues ſcelerum ſuorũ pœnas G
dabat. Is poſtq; perſecutiõe ſua diu cõtinuata effecerat, ut nulli aut pauciſſimi in ſuo im
perio inuenirent,qui ſanctorũ imagines palàm uenerari auderent, Stephanũ fama ſan-
ctitatis in Conſtantinopoli fulgentẽ occidit: & cum eo in tempore in Bulgaros ductu-
rus ingentẽ paraſſet claſſem, quã ferũt duo millia omnis generis nauium habuiſſe, ita id
nauigiũ procellis afflictum eſt,ut magna pars exercitus ſit amiſſa. At Carolus rex Fran-
corum ijs auditis quæ ſui & Romani pontificis oratores ab Italia attulerãt, eoſdẽ ad De
ſiderium redire iuſſit,illiq; obtulit quatuordecim millia aureorum,ſi modo pontifici re-
conciliatus rem in integrũ reſtitueret. Et cum pecuniæ precib. additæ Longobardi pe-
ctus mollire nequiſſent,iter ad Italiã eſt ingreſſus. Cũq; multas premiſiſſet cohortes,quę
Alpiũ clauſtra montis Iouis occuparent,ipſe robur ducens totius Francorũ militiæ mõ-
tem Ciniſium conſcendere cepit. Occupauerat uero montis Iouis ſaltus, clauſtraq; Deſi
derius,& Longobardis,quos Beneuento, Spoleto, Hetruria, & Foroiulio acceſſiuerat,
in Tauronenſib. apudq; Auguſtã prætoriam coactis,oẽs Alpium aditus, per quos Fran H.
cis erat ueniendũ, ſtationibus & additis repagulorum munitionibus cõfirmabat. Ea cũ
eſſent Carolo Ciniſii montis uerticem tenenti renunciata, tentauit iterũ per legatos De
ſideriũ,ſi uellet auro accepto oblatis ultima legatione pacis cõditionib. cõſentire: ipſoq;
qui magnã ſui fiduciam præ ſe ferret, rem uerbis ducente, iuſſit Carolus cohortes ſum-
ma Alpium ſuperare. Quàmprimũ uero diſcurrẽtes undiq; nuncij Deſiderio attulerunt,
Francos occupatis ſaltibus clauſtra oppugnare, Alpesq; ubiq; locorũ etiã ſemper aliàs
inuiorũ perrumpere, ilico territus conſternatusq; receſſit, & pugnandi iuſta acie cũ Frã
cis ſpe abiecta, coactum magna oſtentatione exercitum dimiſit: Adelgiſioq; filio cũ Car
lomanni uxore, ac filijs Veronam miſſo, ipſe Papiam cõmunire, & in ea Caroli impetũ
morari, ac tædio obſidionis frangere conſtituit. Qui uero à ducib. Beneuẽtano, Spoleta
no, Foroiuliano, & Hetruriæ Caſtaldione uenerant Longobardi, unuſquiſq; ſedes ꝓpri
as petiuerat. Perſecutus fugientes Carolus, cum nullus nedum repugnãs, ſed neq; agros
pererrans eſſet inuentus, Papiã obſedit. Tantum aũt ualuit Caroli in Italia aduentus, ut
quod ille armis intentaturus aduenerat, nullo cruore effuſo ſit cõſecutus. Namq; Spole
tini

A tini,Reatiniq́ omnium primi poſtq́ ſuos qui ad Deſiderij edictū iuerant rediſſe,& rem
Longobardā inclinaſſe uiderunt,ſeſe & urbes agroſq́ beato Petro & Romano pōtifici
ſubdiderunt.Eam deditionē in hanc maximè formā inuenio factā: Longobardi habita
per internūcios fide publica, ſinguli ciuitatū, oppidorū,caſtellorum uicorumq́ populi
Romam ueniebant,&apud beati Petri baſilicam cogebātur,inde capillum barbamq́ à
cuius nutrita lōgitudine id nominis eos diximus nactos, detōſi iuriſiurādi fidelitatis ꝑ-
petuo ſeruādę ab Adriano pōtifice adacti religione,beato Petro ſeſe ac ſua omnia ſubi-
gebant. Vſus uerò eſt pōtifex eius uictoriæ moderatione,quā maximū pacis uinculum
poſtea fuiſſe & ipſe pōtifex & poſteri intellexerunt. Nanq́ Hildebrandū in gente Lon
gobarda nobiliſſimū,cuius ꝓbauerat fidem,Spoletani ducatus, Lōgobardis approbā-
tibus,inſtituit ducem.Eratq́ is ducatus tunc tēporis ampliſſimus, qui à Tyberi Apenni
noq́,ubi Flaminiā ſiue exarchatū Rauennatem & Picenū diſterminat,Furonēſes nunc
Aquilanos,Pelignos,nūc Valuenſes,Pimenſeſq́ & Frētanos, nūc Aprutinos, Marſos,
B Reatinos,Interānenſeſq́ cōplectebatur.Et quoniā multi eſſent Lōgobardi quibus reli
gioni Chriſtianę deuotis, Romanoq́ affectis nomini gratū uideret apud urbē lares fir-
mare,ſedē eis in Vaticano cōceſſit in territorio triumphali:qui locus poſtea pariter Sa-
xonibus Romam cōfluentibus ab eodem pōtifice conceſſus, diu fuit appellatus Lōgo
bardorum Saxonumq́ uicus:eamq́ inuenio nominatioē interijſſe,quando ampliſſimū
hoſpitale cui eſt S.ſpiritus in Saxonia appellatio,fuit ibidē ab Innocentio tertio ponti-
fice ædificatum.Sicuti Spoletinorū exemplū,Picentes,Firmani,Auximani, & Anconi
tani,capillū detōſi & ſacramēto adacti:ſeſe pariter beato Petro &Romano pōtifici ſub
diderunt. Interea Carolus Deſideriū regem,& clauſos ſecum in Papia Lōgobardos uo
lens facere certiorē,utrúmne obſidionē tędio diſſoluere,an ad uictoriā uſq́ partā uellet
cōtinuare,Ildegardā uxorem & filios ex Francia accerſiuit in caſtra, ſub quorū in Italiā
aduētum,Papiæ obſidionē Bernardo patrueli ſuo cum parte copiarū cōtinuandam re-
liquit,ipſe Veronam preſſurus cum reliquis eſt profectus. Sed eam urbem omniū quas
C Lōgobardi tenerēt munitiſſimā, haudquaq̄ diu obſidere oportuit, ꝙ Adelgiſius Deſi-
derij filius, Euthariā & Bertam Carlomāni uxorem filioſq́ in deditionē procliues intel
ligens aufugit,& ad Cōſtantinum Imp.Conſtatinopolim ſe recepit.Quo abeunte nul-
la deditioni mora longior interceſſit , Verona in Caroli poteſtatem facta omnis regio
Tranſpadana illi ſe permiſit.Sextus tunc erat elapſus obſidionis Papię mēſis,quo in tē-
pore Carolus ſanctū reſurrectionis dominicæ paſcha,qđ appropinquaret,in urbe Ro-
ma cōſtituit celebrare. Aſſumptis itaq́ epiſcopis,abbatibus,iudicibus, & ex nobilitate
pręſtātioribus per Hetruriā iter fecit:quā regionē &ſi Bibliothecarius id nō aſſerit, tūc
pacatā & Romano pōtifici ſubiectam fuiſſe ideo crediderim,ꝙ nullas copias,nullos ar
matos ſecum habuiſſe Carolū tradi uideo. Venienti Romā Carolo pōtifex obuios qui
deduceerēt,miſit &clerum & Romanos ciues,quos miror Bibliothecariū fuiſſe triginta
millia iudices affirmare:quāquā nō ea tunc fuit quā noſtra habet ætas cōſuetudo,ut ſoli
iuris ciuilis doctrinæ addicti iudices dicerent,ſed eo nomine appellatos fuiſſe inuenio
D oēs qui à fabrilibus uilioris exercitij opificijs tēperantes,ſiue magiſtratibus adminiſtrā-
dis,ſiue cōtrahentium adſtipulādis cōuentionibus,ſiue ipſi dicēdo interpretādóue iuri
erant dediti.Deductus ea pompa per uiam Claudiam ad Vaticanū Carolus,Adrianum
pōtificē ad ſummas quæ extant beati Petri baſilicæ marmoreas ſcalas in atrio expectā-
tem nō modo cernuus, ſed omnibus ſcalæ gradibus primo , & poſtea pōtificis pedibus
oſcula figēs ſalutauit. Poſtea uerò itum eſt ad ſacroſanctū baſilicæ altarium, ubi mutuo
ſe Romani Franciq́ ſacramēto ſeruādæ perpetuo amicitiæ obſtrinxerūt. Secundū quæ
amicitiarū fœdera Apoſtolorū principis & eius ſucceſſoris Adriani interuentu icta,in-
greſſus eſt Carolus urbē Romā,& Lateranenſem primo,deinde cęteras ædes ſacras ex
ritu Chriſtiano reuerētiſſimè inuiſit. Nudius poſtea quartus cùm urbē ſatis Franci per-
luſtraſſent,Adrianus pōtifex Carolū ex eō poſito eſt allocutus, poſtulauitq́ ut quā do-
nationē genitor Pipinus,ipſe quoq́ & Carlomanus frater Gregorio tertio pōtifici Ro-
mano fecerāt, cōfirmaret . Quā cōfirmationē ſolenni documēto factā Bibliothecarius
aſſerit apud beati Petri altarium depoſitā inſpexiſſe.Enumerátq́ idem ſignāter quę per
id tēporis à Lōgobardis recepta fuerūt pontifici cōſignata,à Luna ſcilicet urbe pridem

euerſa, quicquid Liguria ad Italiæ fines habet: quo in tractu Corſicã ponit inſulã illi Li- E
gurum littori ꝙ cæteris Italiæ littoribus proximiorẽ. Deinde Surianũ, montẽ Bardonis
& Bercetũ loca Lucam inter & Parmam ad pontẽ tremulum pertinentia. Parmã poſtea
nominat atq; Rhegium, quæ licet exarchatus eſſent, ſemper antea in Lõgobardorũ du-
rauerãt poteſtate. Mutinæ autẽ ideo nõ meminit bibliothecarius, ꝙ ea urbs tunc etiam
ſicut multos ante annos deſtructa, nõdũ eas quæ nũc extãt habebat munitiões. Dehinc
in Tranſpadanis ſolas nominans Mantuã & Mõtemſilicis urbes, exarchatũ ſubintulit,
quo uerbo cætera ſunt cõprehenſa, quæ à Mantua pertinent ad Rauennã. Ponit poſtea
Venetiam atq; Hiſtriã, quarũ regionũ appellatione omnia fuit cõplexus, quæ Longo-
bardi in ducatu Foroiulienſi atq; Hiſtria illi cõtermina cõſueuerãt obtinere. Et ab urbis
Romæ regione reuerſus, Spoletinũ, Beneuentanũq; ducatus ea in cõceſſione nominat
aſſcriptos. Fuit Romæ tunc Carolus ad octo dies, cuius reditũ ad caſtra ſua in Papiã fir-
mata, eiuſq; finẽ obſidionis ineptiſſimè tradunt omnes in quos incidimus ſcriptores. Si
quidem bibliothecarius, Alcuinus & Paulus iiſdẽ penè uerbis habẽt, illũ in caſtra reuer F
ſum, Papiaq; per deditionem potitũ adduxiſſe in Frãciam Deſiderium, qui ad Leodium
fuerit relegatus. Sed ꝙ eo in loco omiſit uidemus poſtea bibliothecariũ in Leonis tertij
uita innuere, Carolũ Papia Mediolanoq; potitũ Frãcos illis urbibus præfeciſſe, qui earũ
urbiũ cæterarumq; regionũ ad Apẽnini Alpiũq; radices uergẽtiũ Lõgobardos & foue-
rint, & in pace ſtuduerint cõtinere. Reliquit etiã Carolus Beneuentanis Foroiulianiſq;
Lõgobardis quos ex gente ſua habebãt duces, & ſuam germaniq; quõdam Carlomani
uxorem ac filios ſecũ ducens in Franciam ſe cõtulit. Tantas Adriani pontif. res geſtas a-
nimo metitus ſoleo mecũ ipſe dubius conſyderare, fortunáne magis adiutus, an uirtute
eam ipſe gloriã ſibi potuerit cõparare. Sed ut om̃is eius cogitationis ceſſet ambiguitas,
faciũt ea quæ in ruenti iam & omnino languida urbe Roma ſpõte ſua uir magnanimus
intentauit: quæ quidẽ certiſſima ardentis uirtutis indicia eum oſtendũt & ſciuiſſe fortu
na cùm affuit uti, & eam cùm aduerſaretur potuiſſe cõſilio ſuperare. Nõ em̃ ſingula per
curramus minutiora, inſtauratas ornatáſq; ab eo ſingulas urbis ædes ſacras, factáſq; pau G
peribus Chriſti largitiões, ſabbatinũ aquæductũ, cuius uiginti ante annos diruti ſpes in
ſtaurationis cõplorata erat, in priſtinã redegit formã, centũ fornicibus ſolo editiſſimis
magno impẽdio maioréq; Romani populi opera ſtudioſe nauãtis conatu exædificatis.
Eſt uerò is aquæductus q ab liquido uberrimóq; fonte deductus Sutriũ inter & Anguil
lariam ſcatente, quẽ inſpeximus, in uiam Aureliã & inde Ianiculũ uſq; perducitur: cuius
aquæ uis copioſa in Ianiculo urbis regione, quã nunc Tranſtyberinam appellãt, molas
cõuoluebat: & per Aurelium Antonini pontẽ, cui unico inter alios ſex pridẽ ſecum de-
molitos rupto nũc eſt nomẽ, in urbẽ deriuabat, multáq; baſilicæ beati Petri loca ac Va-
ticani ſuburbia irrigabat: & quod in primis magnificare uidet bibliothecarius, balneo
deſeruiebat, in quo apud beati Petri baſilicã ædificato pauperes Chriſti eleemoſynã de
pontif. manu paſchalibus accepturi diebus cõſueuerãt lauari. Innouauit etiã Adrianus
foſſas Iuliam & Claudiã, & Lateranenſi proximæ baſilicæ aquas illi multipliciter mini-
ſtrabant, & aquã uirginẽ quæ ſola nunc in regione Iuturnæ uehitur, nunc corruptæ ap- H
pellant Lotreio, extat, in ſuam à qua diruta labebatur reduxit formã. Anno Adriani põ-
tificatus uigeſimo Tyberis fluuius multo ꝙ unquã antea magis alueum ſuperauit. Nã
à põte Miluio ad molem Adriani ita extrinſecũ cœpit curſum, ut nouũ ad lineámq; ue-
ctum per cãpum qui Neronis tũc dictus eſt, uiſus ſit alueũ excauaſſe: ſed altior fuit quæ
urbis Romæ infima tunc tenuit inundatio. Nãq; portã Flaminiæ uiæ prius Flumẽtanã,
nunc populi dictã, irrumpẽs ualuas eius cardinibus euulſas ad triumphalem uſq; Domi
tiani arcum, qui ſanctorũ Syluestri & Laurẽtij in Lucina ædibus adiacet, rapidiſſimus
torrens traxit: qui ad ſancti Marci uſq; uiam latam decẽ intumeſcẽs cubitis & caſas plu-
rimas ſtrauit, & firmiores cuiuſq; domus ſupellectilẽ cæteráq; ad primã cõtignationem
expoſita corrupit. Inde p domos æque ac uicos curſum rapiẽs euerſo urbis muro ad põ
tem Aurelium quẽ diximus nunc ruptũ appellari, in ſuũ alueum eſt reuerſus. Sed quum
parem intus extráq; tumorẽ Tyberis haberet, nec iuſto in alueo aliter ꝙ in urbe excur-
reret, ſtagnauit ea inundatio dies octo: quibus in diebus q obtẽta ab aquis inhabitabãt
loca, pars ſe tectis, pars cõtignationibus cõtinebãt, adeo ut præerepta exeundi facultate,

A & ijs quæ domi ad cibum erãt aut abluuione conſumptis aut comeſis, multos fames fue
rit abſumptura, niſi põtifex lẽbis ſcaphiſq́ undiq; cõquiſitis uicatim cibaria immiſiſſet.
Quumq́; eo diluuio, quæ terræ tunc mãdata erant ſemina emarcuiſſent, & nouæ ſup eria
cienda ſementis eo durans autũno limus facultatem ademiſſet, fame in ſequenti anno ci
uitas laborauit: cui leuandæ & ſi maximũ pontifex fecit impendium, muros etiam urbis
interea atq; multas baſilicas inſtaurauit: per quæ tempora Carolus rex poſtq̃ ab Italia in
Franciã ſe recepit, duabus primis æſtatibus rem in Saxonia geſſit, eaq́; domita & religio
nis Chriſtianæ cultũ ubi deerat accipere cõpulſa, Eresburgum ad amnẽ Luppiam ædi-
ficauit: quo in oppido præſidia poſuit, quę Saxones à rebellione ac motibus deterrerẽt.
Intentũ tanto operi Carolum adierũt Saracenorũ Aquitaniæ fines incolentiũ oratores
opem aduerſus regẽ ſuum, cui rebellare cuperent, implorantes. Duxitq́; ilico in Aquita
niã Carolus, nec prius intentauit, q̃ accerſita ſubiectarũ ſibi aut fœderatarũ prouinciarũ
B auxilia cõuenerunt. Ex Burgundia enim Auſtria, Bauaria, Septima, quę & Romana ꝓ-
uincia ac Longobardorũ ex Italia copias accerſiuit. Quo ingẽti coacto exercitu Pampi
lonã obſedit, & diu oppugnatã cum cepiſſet ſolo æquauit. Inde Pyrenæum tranſgreſſus
ad Cæſarauguſtã uſq; peruenit. Obtinebãt tunc omnẽ Hiſpaniã tres Saracenorũ reges,
Ibnalach, Denizes, & Alter, q ſuis diffiſi uiribus, cũ Carolo egerũt, ut pace ſecũ conſtitu
ta, theſauriſq; acceptis quos dederũt maximos, citeriorẽ quoq; Hiſpaniã ſibi retineret.
Reuerſus itaq; quà ierat Carolus, om̃ia quæ aut de Vaſconia, aut de citeriori Hiſpania
Saraceni tenebãt, ſuis regnis & nomini addidit Chriſtiano. Interea dũ Carolus agit, Sa-
xones rebellarunt. Ad Rhenum nanq; uenientes incendijs late cõmiſſis, præda etiã ſa-
cratũ rerum ubiq; facta, Carolũ expectarunt q maiores ſolito copias adducẽs eos repu
lit, ſuperatoſq; prælio iterum ſubiugauit. Tantaq́; fuit hinc Carolo domandæ genti fero
ciſſimę, inde illis abijciẽdo eius iugo pertinacia, ut decimo exinde anno nullã inire aliã
expeditionẽ, nullum aliud bellum Carolus potuerit intentare, præterq̃ Britonũ Gallias
C incolẽtiũ, quos laceſſentes magis q̃ laceſſitos prælio ſuperatos ſibi reddidit fœderatos.
Faciunt uero ſtudentes Francorũ glorię ſcriptores, & in primis Alcuinus, Carolum illis
in uiginti ꝓpè annis, per quos Deſiderio capto ad Italiã reuerſus, tã multa geſſit, quater
Romã & Italiã acceſſiſſe. Aſſeritq; Alcuinus Adrianum pontificẽ, qui per eos item an-
nos uiginti uixit, Pipinum Caroli primogenitum baptizaſſe declaraſſeq́; eundẽ Italiæ
regẽ, Ludouico q fuit ſecundus Caroli filius in regẽ Aquitaniæ cõſtituto. Verum cum
bibliothecarius in Adriani uita nõ modo diligẽs, ſed propè exuberãs nihil eorũ habeat;
ſecundum Caroli in Italiã aduentum ad Leonis papę qui Adriano ſucceſſit tẽpora, cum
bibliothecario reſeruemus. Cõſtat uero nobis ꝙ etiã Alcuinus habet, Aregiſium ducẽ
Beneuentanum, qui Romano pontifici ſubiectas Campaniæ urbes pertentaret, & mul
tis ſæpenumero afficeret incõmodis, à Carolo admonitũ quieuiſſe, & Childebrando ac
Grimoaldo filijs Romã miſſis, pacẽ cum pontifice integraſſe, ſecundum quã pacem Ca
roli interuentu conſtitutã obijt Salerni Aregiſius, & filij ducatum concordi animo ad-
miniſtrantes, bellum Græcis accolis intulerũt. Quæcunq; enim à Neapoli Græcis tunc
D ſubiecta, & à Siponto nunc Manfredonia quæ in Græcorum partibus erat, utrinq; ſupe
ro & infero ambiuntur mari, & ipſam Siciliã imperatores Cõſtantinus & Leo de Italia
tunc tenebant. Eo autẽ fermè medio tẽpore in quo Carolus Saxones agitarat, & Adria
nus pontifex rem curat Romanã; Conſtantinus imperator bellum in Bulgaros innoua
uit, cui bello pax à Bulgaris petita præter eorum ſpem breui attulit finẽ. Conſtantinus
enim poſt intentatum id bellum ſe morbo implicari ſentiens, concedendæ paci facilẽ ſe
exhibuit. Et Bulgari quibus eſſet illius inhumanitas notiſſima, poſtq̃ eum intellexerũt
morbi neceſſitate, quod à ſuis abhorrebat moribus, tanta uſum facilitate, bellũ magnis
conatibus reſumpſerũt. Conſtantinus aũt quem morbus eò lentior quò diuturnior per-
nicioſiorq́; futurus nondum ſtrauerat, exercitu reparato magnã in Italis temere furenti
bus edidit ſtragem, triumphansq́; Conſtantinopolim reuerſus, elephantiæ morbo gra-
uari cœpit, ex quo aduſti ſpumantiſq́; ſanguinis uitio putrida caro neruos oſſaq́; deſtitu
ens, illum ubiq; ulceratum ad crudeliſſimũ, & ſua omni uita digniſſimũ perduxit interi-
tum: ſucceſſorq́; eius filius iam ſolus imperator Leo eius nominis quartus primã in Sara
cenos Syriam tenentes duxit expeditionem: ſed leuibus factis incurſionibus, quampri-

mum intellexit Saracenos in ſe ducturos,cum exercitu retroceſſit:fuit uerò morib.geni E
tori ſimilis,& ſi diuturniorē habuiſſet in imperio uitam,totum ſe flagitijs immerſiſſet:fe
runt eum qui laſpidū cupiditate flagraret,nec aliqua eorū quantitate ſatiari poſſet, pre-
cioſiſſimam quæ ſanctæ Sophię ſacrario inerat,coronā capiti impoſuiſſe,geſtaſſeq́ per
urbem: & carbunculos qui inerant fulgorem flammis & lapideā frigiditatem prunarū
incendio diuina ultione permutantes,illum ad interitū propè necis paternæ ſimilē per-
duxiſſe: quo uita functo Hirenes uxor, & filius Cōſtantinus ſextus imperiū acceperūt.
Ea uerò Imperatrix,quā forma ſpecioſiſſimā Athenienſi patre genitā fuiſſe oſtēdimus,
iuſtè imperium & magna cum populorū quiete adminiſtrabat. Continebatq́ filium ne
auita paternaq́ uitia in quę illum natura procliuē eſſe intelligebat,imitaretᷓ .Et quū reli-
gioſa eſſet, Theraſiumq́ Cōſtantinopolitanū tunc laudatæ uitæ patriarchā libenter au-
diret,eius cōſilio ſynodum in Nicea urbe ſecundā trecentorū quinquaginta epiſcopo-
rum cōgregari fecit, in qua ſynodo execrantium imaginum ſacrarum uenerationē hæ-
reſis perpetuo abdicata eſt.Præualuit uerò Cōſtātini filij iniquitas,qui modeſtiā ac tam F
probatos ꝗ̄ ſalutiferos mores genitricis diutius ferre nō ualens, eam ab imperij admini-
ſtratione deiecit.Is quàm primū in principatu ſolus ingenitā potuit maliciam exercere,
in multos deſæuit,in primiſq́ in delicijs habuit plurimos effoſſis oculis excæcare: adeo
ut Cōſtantinopolitani de imperio alteri demandādo cœperint cogitare. Sed coniura-
tione detecta Nicephorus Conſtantini quinti filius,cui parabarur imperiū,in carcerem
coniectus,lingua oculiſq́ mutilarus eſt. Deperibat Cōſtantinus Theodorā Mariæ uxo
ris cubiculariā,quo in adulterio ut liberior inſaniret, Maria in monaſteriū detruſa The-
odoram imperiali corona inſignitā accepit uxorem. Carolus autem rex Francorū talia
tamq́ multa tunc gerebat, quæ illum oſtendebāt ideo natum eſſe,ut ſimul eccleſiā Ro-
manúmq́ imperiū in Occidētis partibus inſtauraret. Saxonibus eñ prout oſtendimus
domitis Britonibúſq́ Gallicis ſibi fœdere coniunctis, pacem cum Taſſilone Bauarorū
duce Adriano pont.Romano ſequeſtre inijt. Sed quum accerſitus Taſſilo,nec accede-
ret,nec obſides ex fœdere promiſſos mitteret,bellū illi Carolus indixit,ducénſq́ in Au- G
guſtam tunc Bauarię primariā ciuitatem,copias tripertito diſtribuit.Ipſe eñ cum parte
tertia copiarum in loco cui Lothfredo eſt nomē, ſua firmauit caſtra. Et Auſtraſios, Tu-
ringos ac Saxones ad Saringā,ꝗ locus Danubio adiacet,caſtrametari iuſſit. Pipinus fi-
lius cum Italico exercitu ad Tridentū, Banzanúmq́ deſedit. Quare irruentium undiq́
exercituū fama territus Taſſilo, deditiōe facta duodecim in pacis fœdere promiſſos, &
Theudonem filium dedit obſides:qui poſtq́ ſe uidit in Francorū poteſtatem factū,non
modò ſperni,ſed ludibrio quoq́ haberi,ſimul cum Eudone filio monachus eſt effectus.
Per quod tēpus Imp. Conſtantinus ſextus Carolum intelligens Bauarorū bello implici
tum eſſe,ſubditos ſibi Italiæ Gręcos iuſſit bello Italiā agitare.Et hi quidē Spoletani Be-
neuentaniq́ ducatuum fines auidè ingreſſi omnia quæ ab Aterno fluuio nunc piſcaria,
ad Beneuentum pettinent, incurſionibus populati ſunt. Ildebrando autem Spoletano
Grimoaldóq́ Beneuētano ducibus, armis repentè correptis in illos ducentibus prælio
decertatū eſt. Cuius prælij cæde ingenti in Græcis cōmiſſa factum eſt, ut ea gens multo H
exinde tēpore fuerit quietiſſima. At Carolus uictoriæ cōtinuans curſum Bauaris omni
no ſubactis,duxit in Sclauos, quā gētem Danubij accolam unica æſtate perdomuit. Et
maius negocium aggreſſus duxit in Hunnos,qui Pannonias ſuperiorē inferiorémq́ in-
colentes, multas etiā Danubij inſulas præſidijs obtinebant. Quāobrem Carolus naui-
gium in Auſtrinis cōparatum ſecundo demittens Danubio, terra ipſe cum exercitu eſt
profectus. Quod uerò iſtis in expeditionibus fidei Chriſtianæ, quam Hunni tunc parū
rectè colebant, cauſam prætenderet,Carolus quàm primū fines illorū eſt ingreſſus, cu-
rauit letanias ex ritu Chriſtiano,& miſſarum ſolennia apertis campis per triduum cele-
brari. Tunc Hunni Carolum maximo cum exercitu adeſſe ad utranq́ Danubij ripam,
amnem uerò nauibus cōpleſſe cernētes, ciuitatibus oppidiſq́ quæ Danubio adiacent,
exceſſere: lembis eñ & ſcaphis populariter fugientes inſulam petiuere,quam ad fluuij
Rabæ oſtia ſitam exiſtimarunt eſſe munitiſſimā omnium Danubij inſularum. Perſecu-
tus fugiētes Carolus conflixit,& Hunnos magna ſuperatos cæde in deditionem acce-
pit.Tantis potitus uictorijs Carolus Franconiā genitale olim ſolum primus omniū gē-
tis

A tis ſuę regnũ inuiſit. Qua in ꝓuincia cùm iam ſecũdo ageret anno, Cleophylacius & Stè
phanus epiſcopi ab Adriano põtif. Romano ad eum miſſi, Germanorum, Frãcorumq;
epiſcoporum ſynodũ cõgregarunt. In qua hæreſim Felicianã & ſynodum de imagini-
bus deponẽdis, quam Græci falſò appellabãt ſeptimam, damnauerũt. Saxones interea
cum ab acceptis antea fidei Chriſtianæ documẽtis receſſiſſent, nec admoniti uellẽt reſi-
piſcere, defecerũt. In quos Carolus rex ex Franconia duxit, & cum deditionẽ illi facere,
ac fidei catholicę documẽta nollent accipere, ſtatuit Carolus ea ratiõe pręlio decernere
ut gẽs fortiſſima magno domita malo diſceret obedire. Incruduerũt uerò animis Saxo-
nes, & prælium non minoribus ꝙ ab hoſte inferebatur animis inierunt: ſed uicit cauſæ
melioris exercitus, & facta in Saxonibus triginta milliũ cæde, eorum quoq; terra ubiq;
uaſtata, obſides in Franciã Carolus abduxit. Per quod tempus Adriano defuncto crea-
tus eſt in Romanum pontif. Leo tertius. Et per id etiã fermè tẽpus Hirenes Conſtantini
filij flagitia, moleſto ut debuit animo ferens, à ciuibus quoq; impulſa Conſtantinopoli-
B tanis, fœminei odij ardorẽ materni amoris legibus antepoſuit. Illum eñ dolo captũ, ò-
culoſq; ſicut ille multos effoſſum coniecit in carcerem, in quo ille animi rabie potius ꝙ
aliquo faciente corporis cruciatu animam exhalauit. Erant autẽ tunc in Romani olim
imperij Europæ prouincijs res turbulentiſſimæ. Hunni nanq; recẽs & Saxones diu an-
tea totieſq; ſubacti à Carolo defecerãt: & Bauari proximis Foroiulienſibus, Lõgobar-
dis Italiſq; bellũ ultrò cœperãt inferre: in Hiſpanijs uerò Saraceni, hinc ex Barchinone,
inde ex Oliſippone Chriſtianos accolas incurſionibus, & urbium oppidorumq; oppu-
gnationibus infeſtabant. Quibus tot tãq; diuerſis in locis Carolus ſubuenire aggreſſus,
primam in Hunnos Saxoneſq; expeditionẽ ſimul inijt. Nam ipſe in Saxones ducens Pi
pinum filium inde miſit in Hunnos, Henricũ autẽ Francum, quẽ Foriulienſibus ducem
dederat, ne quid Italia à Bauaris detrimenti acciperet curare iuſſit: & Aldefondo Aſtu-
riæ & Gallatiæ regi Chriſtiano auxilia ex Aquitanis mittẽs, illũ ut Luſitaniæ & Bœticę
Saracenos cõprimeret, eſt hortatus. Ad Barchinoneos item motus cõpeſcendos cum
C Carolus intenderet, Zatus præfectus, eam urbem pro Saracenis adminiſtrãs ad Caroli
partes tranſiuit. Sicq; factum eſt ut Carolus opportunã Saracenorum bello urbem reci
piens ſubueniendi proximis Chriſtianorũ citerioris Hiſpaniæ regionibus cura & labo-
ribus leuaret. Pipinus autẽ Pannonias ingreſſus multis domitos prælijs Hunnos in de-
ditionem accepit, quos ut cõfirmaret, tota hyeme apud Ringum oppidum ſe continuit.
Quo in tempore Foroiulienſiũ dux Henricus per Nouiomirũ Sclauum ducem & lega-
tum ſuũ Auares cõ ſanguineis Hũnis eo in bello fœderatos pœnas dare fecit belli pau-
lo antè in Italos intentati. Nouiomirus nanq; Ringũ gẽtis Bauariæ primarium ducem
prælio ſuperatũ occidit: & paulo poſt Cagarũ Iugurthaq; magnis item ducibus cum co
pijs acceptis in deditionẽ eorũ urbes & oppida ſpoliauit. Dumq; tot in locis rem bene
gererẽt Chriſtiani, Aldefondus Gallatiæ & Aſturiæ rex Saracenis Luſitaniæ tenẽtibus
prælio cõgreſſus eos ſuperauit, captamq; exinde Oliſipponẽ primariam Luſitanorum
in prædã militibus cõceſſit: cuius præclaræ urbis ſpoliorũ, ut Carolũ faceret participẽ,
D loricis illum & multis Saracenorũ donauit militaribus ornamẽtis: quieſcebat autẽ tunc
ubiq; Italia, ꝗ Herenes imperatrix ſubditos imperio Italiæ populos cum Romanis Be-
neuentaniſq; finitimis in pace cõtinens Carolo gratificari ſtudebat: quæ factũ honeſta-
tura ſuum conata eſt per datas ad Carolum epiſtolas excęcationẽ necemq; filij in Con-
ſtantinopolitanos ciues retorquere. Vnicus tunc temporis omni in Italia pop. Roma-
nus ea pace quã Caroli dabat reuerentia eſt abuſus. Leo pontif. quem paucis antè annis
creatum fuiſſe diximus, ab ineunte adoleſcẽtia in ſenectutẽ uſq; uitam duxit religioſiſſi
mam, qui põtificatus ſui initio Romã inueniens quietiſſimã erudiendo continendoq;
in eccleſiaſtica diſciplina clero, alẽdis pauperib. & populi animis ad rei diuinæ deuotio
nem inflammãdis apprimè deditus fuit. Sed quo meliorẽ inſtituerat uitã, eo magis di-
ſcolos ex clero luxuq; perditos in ſui odiũ cõcitauit. Is uir ſanctus maiori in letania, quã
beatus inſtituit Gregorius, S. Laurẽtij in Lucina à Laterenẽſi palatio petiturus ducebat
pompã, cumq; ad S. Sylueſtri eſſet uentum, Paſchalis primicerius & Campulus presby-
teri, quorum uitæ ſordes aſperioribus uerbis aliquãdo inſectatus fuerat, armatis ſtipati
illum interceperunt: dilapſa uerò eſt illico prope multitudo rapidumq; fugiens omnes

A tentia deferentibus, cunctorum ſimul reſponſio ad extremũ fuit, ſedem apoſtolicã quæ
dei eccleſiarũ caput ſit & magiſtra, à nemine iudicari. Quo audito pont. Leo ambonem
cõſcendens dixit ſe prædeceſſorũ ſuorum ueſtigijs incedentẽ obiectis falſò criminibus
poſtridie reſponſurũ. Mane conuenientibus eódem cum Carolo prælatis atq; omni pò
pulo Romano, põtifex ambone cõſcenſo euangelia Chriſti cernuus tenuit, & iureiurã-
do affirmauit, ſeſe omnium quæ iniqui ſui impoſuerant criminũ omnino inſontem tan-
tis ab inuidia odijs appetitũ. Erat is dies iduum Decembris anni ſalutis octingenteſimi,
quo die archiepiſcopi, epiſcopi & abbates, pontificẽ Carolumq; in letanijs proſecuti, ut
proximis dei natalicijs eódem conuenirent, fuerũt admoniti. Interim Pipinus Beneuen
tanos populatus agros, Viniġiſium ducẽ Spoletanũ, cuius copijs maximè uſus fuerat,
Luceriæ reliquit, iubens ut eo ex oppido Beneuẽtanos agitãs, ne in ſubiectorũ Roma-
nis populorũ agros exirent, curam adhiberet. Et ueniens Romã conuentui ad diem dò
mini natalẽ indicto interfuit: qua die inter miſſarũ ſolennia ad ipſas beati Petri reliquias
B celebrata Leo pontif. populi Romani ſcito precibuſq; Carolum Imp. Romanorum de-
claratum diademate uetuſto Imperatorum capitis geſtamine coronauit. Tunc populus
Rom. qui aderat frequentiſſimus ter acclamauit, Carolo Auguſto à deo coronato ma-
gno & pacifico Imperatori uita & uictoria: quàm primumq; tacuerunt Romani, ponti-
fex Carolũ ſacro ungens in id confecto balſami oleiq; liquamine, ad Pipinum ſe cõuer-
tit, eumq; Italię regem declaratũ pàriter inunxit: Cõuentu diſſoluto Imperator rexq; ur-
bem ingreſſi quocũq; incedebãt à matronis puelliſq; ac pueris certatim in amplexũ cõ-
fluentibus penè opprimebant. Sed diſperſis in multitudinẽ numiſmatibus ceſſante pau
liſper turba in ædẽ Iuliani Lateranenſi palatio cõtinentem peruenerũt: Caroluſq; rebus
ad octauũ diẽ quæſtionibus de Paſchali Cãpuloq; & facinoribus quæſtione habita, eos
è latebris eductos ſecundũ leges Romanas, tanquã maieſtatis reos capite dãnauit. Et tñ
lenita põtificis precibus ſentẽtia in Frãciã relegauit. Maior poſtea accuratiorq; põtifici
& Imperatori fuit cura urbis Romæ & Italiæ rebus ſolidè diſponẽdis. Qua in faciẽda di
C ſpoſitione tradũt multi, & hi maximè qui omnium fuerunt ultimi ſcriptores, cõceſſiſſe
Leonẽ Carolo ius pontificũ Romanorũ epiſcoporumq; per orbem Chriſtianũ eligen-
dorum. Sed quũ nec bibliothecarius, nec Alcuinus, neq; etiã Sicardus id habeãt, adduci
nõ poſſum, ut credam modeſtiſſimum Imperatorẽ uoluiſſe tãtum onus etiam oblatum
accipere. Conſtatq; Stephanum qui Leoni ſucceſſit, à populo Romano fuiſſe creatum.
Omnis itaq; põtificis Imperatoriſq; cura fuit Gręcorũ atq; Lõgobardorum, qui Italiam
premebãt, rebus ita prouidendi, ut certa ac firma pax quieſq; Romæ & in Italia in poſte
rum haberet. Quantum uerò attinet ad Longobardos, ea gens ducentis iam triginta &
penè duobus annis maiori Italiæ portione potita, nihil iam externi pręter nomẽ retine-
bat. Quãq; in Hetruria, in Spoletano, Beneuẽtano, Eporegiẽſi & Foroiuliẽſi ducatibus,
qui uetuſti eſſent Itali aut Lõgobardi, nõ ſatis diſcernere erat. Soli apud Regiã, Papiæ,
Mediolaniq; & per Trãſpadanæ Italiæ regiones nutriti, gentis ſuæ delectũ ſuperbè tue-
bantur. Quare quũ gentem tam multis Italiæ populis affinitatibus ac ſanguinitate con-
D iunctam, nec eijcere tutum, nec delere humanũ uideretur, pontifex Imperatorq; conſti-
tuerunt, ubi ſedem diu & ſtatus ſui fundamẽta habuerat, genti Lõgobardæ nomẽ & ſo-
lum patriũ cõſeruare, utq; propinquior coniunctiorq; nominis Romani memoria fines
illis faceret certiores, haberẽtq; illi ꝓbatæ erga Romanos fidelitatis uicinos, quib. eſſet
cura aut motus eorum cõpeſcendi, aut magiſtratus renunciandi, quicquid exarchatus
Rauennatis fines cõplectuntur, Romandiolam placuit appellari. Gręcos autem Caro-
lus bello perſequi, & Italia eijcere cõſtituit. Quare omnibus copijs, quę ex Italia cõtrahi
potuerũt Pipino filio Italiæ regi attributis, illum in Beneuentanos ducere iuſſit Carolũ
Franciã uerſus eo tempore quo Pipinus Beneuentũ petijt, profectum fuiſſe om̃es tra-
dunt ſcriptores. Quæ autẽ tunc mãſerit Romanæ urbi forma regiminis, à nullo tradi ui-
dimus, tam multaq; bibliothecarius de geſtis à Leone papa etiã per multos annos ſcri-
bit, ut nõ mirari nequeamus, nullum illi de ipſo urbis regimine uerbum excidiſſe. Leo-
nem uerò pontif. omnimoda abſtinuiſſe urbis adminiſtratione hic conijcimus, quòd bi
bliothecarius eum reparãdis ædibus, inſtruendis presbyteris, & alijs occupar operibus
pietatis: fuitq; inſignior baſilicæ Pauli apoſtoli ædificatio, ꝙ Carolo Imperat. Spoleti,

& Pipino rege in Beneuentanis agente horribilis fuit terræmotus,quo ea apud urbẽ ba B
ſilica funditus,& uarijs in orbe locis ciuitates ac oppida corruerunr.Carolo per Rauen-
nam,Papiam,Eporegiamꝗ reuerſo in Franciã,Pipinus poſtꝗ obſeſſi diu Beneuẽti nul
lam uidit ſpẽ potiũdi,Theare obſedit,cuius ciuitatis pręfectus nomine Roſelimus gen
te oriundus Lõgobarda ad Græcos defecerat,captaꝗ ui ciuitas prædę ſimul & incẽdio
eſt ſubiecta,Ortona exinde & paulopoſt Luceria in deditionẽ acceptis. Ea cum intelle
xiſſet Hirenes Conſtantinopolitana imperatrix, Leonẽ ſpatharium ſuum ad Carolum
miſit fœdera quæſiturũ. Magnaꝗ uſus modeſtia Carolus, & ipſe Ambinenſem epiſco-
pum,& Eligandum comitẽ,à quibus petita pax apud Hirenẽ conſtitueretur,Conſtanti
nopolim cum ſpathario ire iuſſit. Impoſuerat Pipinus præſidio Luceriæ in deditionem
ſicut oſtendimus acceptæ Vinigiſium Spoletanum ducem, quẽ correptum ualetudine
Grimoaldus Beneuentanorũ dux obſidens recepta Luceria intercepit,& liberaliter ha
bitũ ad reſtituendas Spoletano in ducatu aduerſus Francos Longobardorũ uires pluri
mum inſtigauit.Sed Pipinus ex urbe Roma in quã redierat eò ducens,clauſum in Luce F
ria Grimoaldum ad deditionẽ compulit,id ſolum pactus,ut urbibus oppidisꝗ decedẽs
quæ tenebat,libero exilio Papiam demigraret.Caroli legatos,quos de pace acturos mi
ſerat Conſtantinopolim,appulſos Hirenes imperatrix benigne ſuſcepit.Ea quæ per no
uam Caroli Magni creationẽ facta eſt Romani imperij à Conſtantinopolitano diuiſio,
nullos habuit certos prouinciarũ fines. Sed quod partim ſuperiora, partim ea quæ ſcri-
pturi ſumus aperte oſtendunt,conſtat Italiæ partem,quæ ad dextrã à Neapoli,& ad ſini
ſtram à Sponro nunc Manfredonia incipiens ſupero inferoꝗ mari clauditur , ac Siciliæ
inſulam in Cõſtantinopolitani imperatoris parribus manſiſſe.Beneuentanus aũt gentis
Longobardæ dux,& ſi Græco magis fauebat,neutri imperatorũ ſubditus erat.Pariter al
tera in Italię parte Veneti,& ſi Græco magis cõſentiebant quàm Romano,non tamẽ in
illius omnimoda poteſtate erant.Exterarũ uero prouinciarũ quas quiſꝗ imperatorũ di
tione tenebat,ſui imperij nominibus appellabat.Effecitꝗ Caroli uirtus,ut ſi pax cõcor-
diaꝗ ipſos inter utriuſꝗ imperij principes uiguiſſet, apparuerit rem Romanã iterũ im- G
perio potiturã.Cum enim occidentẽ Carolus facile domaret,Hirenes mulier acceptum
in orientalibus augeret imperiũ.Eam uero paci cum Caroli oratoribus cõſtituendæ in-
tentam Nicephorus patricius dolo captã in Lesbon inſulã relegauit: & tamen ipſe etiã
aſſumpto imperio pacẽ cum Carolo conſtituit. Cuius in fœderibus illud accurate apud
uetuſtos ſcriptores legimus interueniſſe, ut Veneta urbs Italię maritima utrũꝗ reuerita
imperatorẽ proprijs uteretur legibus,& ſiue bello ſiue pace neutris partium cenſeretur.
Eius pacis formulã cum oratores Carolo in Germania apud Salſiburgum agenti detu-
liſſent,Romã illos miſit,omnia ut geſta erant Romano pontifici relaturos.At Carolus
Germaniæ rebus Pannoniarumꝗ cõpoſitis, Aquiſgranũ in hiberna conceſſit. Æſtate
quę ſecuta eſt in Saxones ducẽs,eos ex ipſis qui Tranſalpina incolebant,cũ mulieribus
& infantibus trãſtulit in Franciã,quorum pagos Abderiris colendos dedit. Quo anno
Gothofredus Danorum gentis Oceani Germanici accolæ rex ingentẽ mari claſſem,&
magnum rerra equitatũ ducens ad Saxoniæ littora conceſſit. Et pace cum Carolo cõſti H
tuta profugas Germanos,quorũ motus abſente Carolo in Germania timebant, ex fœ-
dere reddidit.Secundũ eam pacem conſtitutam Carolus in Franciam eſt reuerſus. Ro-
mæ per id tẽpus nulla erat inquietudo maior,quàm quòd nõnulli ex clero grauiſſimos
ſanctiſſimosꝗ Leonis ſummi põtificis mores ferre nolẽtes,illi erãt moleſtiſſimi.Quare
cum apud Mantuã miraculoſus Chriſti domini ſanguis apparuiſſet, tantæꝗ rei auditæ
certitudinẽ Carolus à pontifice petijſſet,eam pontifex abeundi Roma ſumpſit occaſio-
nem,& Mantuam accedẽs quũ miraculi certitudinẽ diligenter inſpexiſſet, ad Carolum
coram illi reſponſurus acceſſit.Eodem item anno,qui primus erat imperij à Nicephoro
patricio aſſumpti, Aron Ammirhas Saracenorum trecenta milia in ſubiectas Cõſtanti
nopolitano imperio Aſiæ prouincias duxit: cuius aduentum imperaror perdite formi-
dans,pacem ab illo abiectiſſime petijt,quã iniquiſſimis cõditionibus obtinuit, ſolenni
fœdere pactus ſe quotannis illi aureorũ milia pro imperij indemnitate, & tria itẽ milia
pro capitis ſui ſalute in tributa perſoluere.Paulo tamẽ poſt nequaquã ſaniori uſus con-
ſilio Nicephorus Scaurationẽ filium imperij conſortẽ declarauit.Qui adoleſcens à tur-

pi

A pi genitoris pacto cum Saracenis diſcedens, multa diuerſis in locis accepit incõmoda. Et Leo põt. Romanus per Bauariam Taruiſium, & inde Rauennam uerſus Romam omnia reperit pacatiora, iniquis illis ueritis, ne aliquid ſecretioris pręſidij à Carolo attuliſſet, quieſcẽtibus. Is pontif. Fortunato patriarchæ Gradenſi, à quo multa apud Taruiſiũ accepit cõmoda retribuere uolens, palliũ de corpore beati Petri ſumptũ miſit. Extatq; literarum cum pallio datarũ formula finem in hæc uerba habens: Data XII. calend. Aprilis per manus Euſtachij primicerij ſanctę ſedis Apoſtolicę, imperãte domino noſtro Carolo piiſſimo perpetuo Auguſto à deo coronato magno & pacifico Imperat. anno tertio pacis eiuſdem. Erat autẽ Fortunatus patriarcha Venetis tunc ducibus Ioanni & Mauricio infenſiſſimus, & cum illorũ æmulis in ciuili diſſenſione cõſpirauerat: qui patefacta coniuratione, ſibi timens de fuga in Franciã ſe recepit, & Carolo Imp. Venetos bello agitari ac opprimi iuſſit. Ducens itaq; in Venetos Pipinus Heracliam terreſtrem
B unicam illorũ ciuitatem, cuius locum nunc ciuitatẽ nouam appellãt, & Equileium eius ciuitatis oppidũ inuaſit. Sed ciues q̃ ea loca frequentiſſimi habitabãt cãpeſtres, loci munitionibus ſuis diffiſi, patriã deſerẽtes cum liberis & uxoribus Venetias cõmigrarunt. Nec alia fuerũt loca, unde maior numerus familiarũ Venetarũ quæ nunc extẽt, originẽ traxerit: quãdoquidẽ ad centũ familias eorũ præſertim qui patricij poſtea fuerint appellati, Heracliã Equileiumq; dediſſe om̃ia Venetorũ monumẽta habẽt. At Carolus Imp. poſtquã Romanorum pontificem Romam reuerſum dimiſerat, componendis imperij rebus operam dedit. Primumq; uocatis ad ſe filijs, munera illis obeunda mãdauit. Carolum nanq; ex concubina ſuſceptum, & natu maiorem in Sclauos nunc Bohemos Polonoſq; ducere iuſſit, qui Saxones uicinos & Romano parẽtes imperio motib. agitabant. Pipino autẽ & Ludouico apud ſe aliquandiu retentis prouincialium conuentum apud Theodonis palatium celebrauit. Quo in tempore Paulus diaconus cum alijs cõcordat, Venetos & Dalmatas, Carolo & Romanis adhæſiſſe. Nã delati Theodoniũ Vbulerius
C & Beatus Venetorũ duces, Ioanni & Mauricio ſuffecti, ac Donatus Iaderæ epiſcopus, Paulusq; dux oratores cum Carolo Imp. multis donato muneribus fœdera amicitiamq; iunxerũt. Eo autẽ in conuentu nil magis accuratè fecit Carolus, quàm diſſidentes, ut aſſolet, in rerũ adminiſtratione filios portionis regnorũ prouinciarumq;, quibus præeſſe deberent, fecit certiores teſtamẽto condito, quod obſignatũ Romam mittens per Leonem pont. ad robur ſubſcribi ſeruariq; uoluit. Exinde Carolo filio, qui Bohemis prælio profligatis, Leonem eorũ ducem occiderat, agroſq; populatus erat, ad conuentũ reuerſo, Pipinum Imperator in Italiam regnum ſuum dimiſit. Ludouicum autem in Bauaros Auſtraſioſq; & Germanos regna ſua redire curauit. Profectus poſtea Theodonio Imperator Aquiſgranum accedẽs, Carolum filium in Sclauos, Sorbienſes ad Albim fluuium incolẽtes, & poſtea iterũ in Bohemos ducere iuſſit. Et quidẽ Carolus filius genitori uirtuti aſſimilis, exercitu quẽ acceperat ex Bauaris, Burgũdionibus, Alemanniſq; aucto utraq; expeditione feliciter eſt uſus. Nam Sorbienſibus quamprimũ ſunt aditi, pacatis, & præſidijs eorũ prouinciæ fluuijs Sale & Albi impoſitis, terrã Bohemorũ ingreſſus, cùm
D fugientes illi non eſſent inuenti, agros deuaſtauit. Quo in tempore Mauris Corſicam Italiæ inſulam premẽtibus, Pipinus rex claſſem duce Ademaro Franco Genuæ comite immiſit, ad primamq; excenſionẽ, & ſi Ademarus dux pugnãs occiſus eſt, Mauri profligati, inſula ſunt pulſi: pariq; in Saracenos felicitate per id tẽporis uſus Imp. Carolus, Nauarros, Pampilonenſeſq; Hiſpanos, qui paulo ante ad infideles defecerãt, in deditionẽ per legatos accepit. Mauriq; tunc Hiſpanias Taraconenſem ac Luſitaniã imperio prementes, paratiſſima claſſe Sardiniã, Corſicamq; ſunt aggreſſi. In quos Carolus claſſe apud citeriorẽ Hiſpaniã comparata: cui Buccharœdus comes ſtabuli ſui præfectus, duci curauit. Sardis autẽ probè reſiſtẽtibus, Mauri prælio ſuperati ad quinq; millia amiſerũt, Et Bucharœdus eoſdẽ in Corſicam excenſione facta delatos fudit, fugauitq;, tredecim nauibus dum fugerẽt interceptis. Per quod tempus Nicea patricius a Nicephoro Conſtantinopolitano Imperatore miſſus ingenti claſſe in Adriaticũ ducta, Dalmatas & Venetos ab ictis cum Carolo Imp. fœderibus recedere compulſos, ad ſuas partes reduxit. Et tamen non multos dies Venetijs cum claſſe moratus, inducijſq; cum Pipino in paucos menſes conſtitutis, Conſtantinopolim cum omni claſſe reuerſus eſt.

## mani imperij, Decadis Secundæ, Liber Secundus. E

CONSYDERANTI mihi nunc orbis olim Romanis ſubiecti ſtatũ, nulla
uidet inclinãti pridẽ imperio funditus euertẽdo cauſa efficacior fuiſſe,
q̃ inchoata nuper Cõſtãtinopolitani cũ Romano principe diſſenſio. Si
nanq; Nicephorus Græcus ita in Aſiã & Africã mentẽ cogitationesq;
intendiſſet, ſicut Carolus Magnus domandis uel imperio uel fidei Chri
ſtianæ rebellib. Europę populis incubuerat, facile potuit inſtaurari Ro
manæ rei dignitas, quã uterq; imperator titulo præferebat. Sed dũ Carolus hinc Danos
gentẽ oceani Germanici accolã p Carolũ filiũ Romano ſubigit nomini, inde Saracenos
Hiſpanias premẽtes per Ludouicũ filiũ agitat: Nicephorus omiſſa Saracenorũ Thraciã
& ipſos Cõſtãtinopolitanę urbis fines uaſtantiũ cura oẽs imperij ſui uires in dãna Italiæ
ſub Pipino rege quieſcentis cõuertit. Siquidẽ eius claſſis in mare inferũ delata Populo-
niũ Hetruriæ urbẽ, partim fraude, partim uiribus captã diripuit: & Niceta patricius in-
ducijs quas cũ Pipino Venetijs cõſtitutas fuiſſe diximus, uixdũ exactis claſſe ingenti in F
Adriaticũ ducta, ſupplementisq; in Dalmatia acceptis, expoſita ſupero mari Italiæ loca
Pipino parentia inuadere cõſtituit. Reſciuerat eius aduentũ Pipinus, & Comaclo, quod
oppidũ mari ſtagnisq; penè in inſulã circundatũ, Venetis primũ opponit, cõmunito co
pias impoſuerat ex omni Italica Gallicaq; militia ſelectas. Duxit tamen in Comaclũ Ni
ceta, & Græcus, Dalmata, Venetusq; miles multis acceptis uulneribus eſt repulſus.
Quamobrẽ Niceta primo fruſtratus conatu Venetias ſe recepit, & eius urbis duces im-
peratorẽ inter Cõſtãtinopolitanũ & regẽ Italicũ, pacẽ ut cõſtituerẽt intentarũt. Veneta
enim urbs per eos trecentos & circiter quinquaginta qui ab eius cõditione effluxerant
annos multũ populo & opibus aucta erat, ut eam uterq; princeps multi facere cogeret.
Scribit uero Paulus Aquileiẽſis diaconus Vbeleriũ & Beatũ duces Venetiarũ, qui Græ
cos & Frãcos ad pacẽ perducere ſimulaſſent Pipino inſidiatos fuiſſe: easq; inſidias, quũ
Pipinus ſenſiſſet, à pacis tractatu re infecta diſceſſum eſſe. In monumentis aũt reipubli-
cæ Venetorũ habetur Vbeleriũ quia uxorẽ ex Gallijs haberet Francis cõtra rempubli- G
cam conſenſiſſe, ideoq; ipſum & Beatũ fratrẽ patria pulſos ad imperatorẽ ſe contuliſſe.
Quod quidẽ ut credã facit ipſe Paulus, q paulo infra Vbeleriũ enumerat inter oratores,
quos Carolũ pro pace conſtituta ad Nicephorũ miſiſſe oſtendemus. Ea quũ fieri prima
rios inter Chriſtiani nominis principes Romanũ & Græcũ fama uulgaſſet, extulerunt
animos Saraceni & Sardiniã primo, deinde Corſicã inſulã ipſo ſancto paſchæ ſabbato
ingreſſi, Aleria urbe ſpoliata mortales omnes præter epiſcopum & ſenes admodũ per-
paucos cum facta rerum omniũ præda abduxerunt. Pipinus interea indigne ferens inſi
dias ſibi à Venetis ſicut rebat fieri, bellum in eos maiore q̃ unq; antea apparatu terra ma
riq; mouit. Id bellum uarie à multis ſcriptũ inuenio, Paulus enim diaconus Aquileienſis
quẽ uidemus Venetorum gloriæ libenter detrahere, Venetiã dicit terra mariq; bello ap
petitã Pipino regi ſubiectã, & illius duces in deditionẽ acceptos fuiſſe. Gothofredus au
tem Viterbienſis, & ipſa Venetorũ monumenta habent eam Venetię ſubiectionẽ ſupe
riori bello factã, quando Pipini copias Heracliã Equileiumq; ſcripſimus inuaſiſſe. Vn- H
de quũ aliquando attente cõſiderauimus, quę potuerint eſſe inſidiæ, quas Venetorũ du
ces Pipino ſtruxerint, id credimus fuiſſe, quod in tanta ſcriptorũ cõfuſione Gothfredus
innuit, & Paulus præpoſtere ſcribit, Pipinũ licet Venetiã per ducum Vbelerij & Beati
deditionẽ ſubegerit: ita Venetos dimiſiſſe liberos, ut nihil rei cum Græco imperatore
poſtmodũ illius eſſet, Venetosq; poſt ictũ id fœdus mercaturæ quã in orientis partibus
accurate ſemper & auide nimis exercuerũt cauſa, cũ Nicephoro imperatore in gratiã Pi
pino inſcio redijſſe: eamq; ob rem Pipinũ ira concitũ arma in Venetos reſumpſiſſe. Satis
enim cõſtat quando id bellum eſt motũ, Vbeleriũ & Beatum duces ſiue profugos, ſiue
ut diximus pulſos, patriæ extorres. Et Valentinũ eorũ ex utroq; parẽte fratrẽ in ducatu
fuiſſe apud Methamaucũ, quæ tunc Venetæ reipublicæ regiminis ſedes erat. Id bellum
quẽ maxime in modum ſit geſtum dicturi, loca prius breuiter deſcribemus: Situm urbis
Venetæ qui nõ uiderit nullo deſcribẽte ingenio perite intelliget. Interiectũ em̃ mari &
ſtagnis, à quibus urbs circundat, littus per ſexaginta penè paſſuum milia decẽ ſcinditur
uadis & interiecta ſciſſuris in inſulas littora pleraq; à diuerſis tunc populis rempublicã
Venetorum

A Venetorum cõſtituentibus habitabantur, quorum ad orientẽ meridiemq́ primi Brondulenſes, ſecũdi Clugiẽſes, tertij Peliſtrinenſes, quarto in loco Albiolenſes, & in quinto erant Methamaucẽſes, ſextum locũ Oliuenſe tunc caſtrum, ubi nunc epiſcopiũ eſt, obtinuit. Secundũ quod remotiori ab alto mari aliæ habitabanẽ non quidem in littore, ſed in paludibus inſulæ, quarũ prima Riuuſaltus cęteras ſua dignitate reddidit obſcuras. Pipinus itaq; obſeſſis mari cũ claſſe Venetis, ne alicũde aduehererẽ nauigio cõmeatus, terreſtres copias littoralibus, ut ita appellẽ, inſulis immittere curauit. Brõdulẽſibusq́; Clugiẽſibus & Peleſtrinẽſibus in poteſtatẽ factis, in Albiolã duxit. Priuſq; q̃ potireẽ Valentinus dux & omnes Veneti ad clauum reipublicæ in Methamauco ſedentes, ea relicta inſula, Riuumaltũ ſedem reipublicæ tranſtulerũt. Ea territi magiſtratuũ fuga Albiolenſes, & qui in patria manſerãt Methamaucenſes, deditionẽ fecerunt. Habent hac in parte Venetorum monumenta Pipinũ regem, qui difficiliorem ſolito per paludes q̃ per littora curſum intelligeret, quid ſibi agendum eſſet dubium hęſitaſſe, & tandẽ doloſæ mulie
B ris uetulæ conſilio pontẽ ligneum fabricaſſe, quo equitatum in Riuialti inſulã traduceret, Venetoſq́; ſecundũ maris ęſtum q in paludibus æque ac in alto pelago fluit refluitq́; nactos, ponte igni ferroq́; refracto, Pipini regis equitatũ demerſiſſe. A cuius cladis hoſti inflictæ memoria canalẽ qui tortuoſiſſimus à Methamauco in Riuumaltũ perducit, orphanum appellari uolunt. Cerniturq́; in Riuialti mercatorũ porticu pictura inſignis, ante ducenteſimũ annum facta, equites oſtendẽs in eo ponte prælium cõmittentes. Cladem uerò à Francis eo in loco facile acceptã crediderim, quòd Paulus Sicarduſq́; ſcribunt, Paulum Ceſſeranæ, ut ipſi appellãt, cuius familia nunc Ciurana dicitur, Dalmatis, Venetiſq́; cum claſſe auxilio adueniſſe, & territã eius aduẽtu claſſem regiam receſſiſſe. Sed equitatũ de ponte, quem tria paſſuum millia longũ fuiſſe oportuerit, dimicaſſe, delirantis fuerit uel credere, uel ſcribere. Quicquid ueritas habuerit, ſub ipſum claſſis quã Paulus Ciuranus duxit aduentũ, pax Nicephorũ inter Imperatorẽ & Pipinum renouata eſt: in cuius fœderibus Venetis cõceſſit rex Italicus, ut immunitatẽ qua à Carolo geni
C tore donati fuerãt, retinẽtes, Nicephori partium bello paceq́; cenſerẽtur. Eaq́; cõſtituta pace, Veneti publico omnium inſularũ conſilio ſedem à Methamauco translatã in Riuoalto manere, & quòd Riuuſaltus ſit ciuitatis nomen cõſtituerunt, palatiũq́; quod noſtra ætate ſuperbiſſimis eſt ædificijs auctum, eo in loco tunc primum fundare cœperũt: Pariterq́; eodem anno, q a in Oliuolẽſi inſula littori proxima caſtellum fuerat, epiſcopi ſedem ibi conſtitutã appellant, & totam diœceſim Caſtellanã. Per id temporis Carolus Imperator certior factus Gothofredum regem Danorũ Friſones imperio parẽtes inuaſiſſe, & prælio ſuperatis centum librarũ argenti in quotannos tributa imperaſſe, ſuas omnes copias in Tranſrhenanis apud Alarã fluuiũ, qua Viſaram amnem influit, ad diem conuenire iuſſit. Sed dum Carolus ibi Gothofredũ multis, ut ferebatur, minis tumentẽ expectat, nuncius afferẽ illũ à ſatellite ſuo interfectũ eſſe. Nec fuit ea lætitia occiſi hoſtis Imperatori diuturna, q eodẽ ferme die alter allatus eſt nuncius, Pipinũ filium Italiæ regem, apud Mediolanũ urbẽ Italiæ obijſſe: quãobrem Aquiſgranũ eſt reuerſus. Eo agen
D tem in loco Carolum Arſacius & Leo ſpatharij Nicephori Imp. Cõſtantinopolitani, & Ambulach Saraceni Hiſpanię regis, Eumingiq́; regis Danorũ, qui patruo Gothofredo ſuffectus erat, oratores adierunt, cũ quibus omnib. petitã pacẽ ea ratione celerius firmauit, q filiorũ & regni ſui rebus cõſulere intẽderet. Vt aũt inita cũ Nicephoro pax ſolidioribus ſtabilireẽ cõditionibus, miſit Carolus cũ Leone & Arſacio ſpatharijs Nicephori legatis, Galdonẽ epiſcopũ & Vgonẽ comitẽ Turonenſes, Aigonẽ comitẽ Foroliuij, & Vbeleriũ Venetiæ ducẽ patria, ut oſtẽdimus, tunc extorrrem. Oratoribus Aquiſgrano pfectis, Carolus claſſem in Britãnico oceano, quæ ſeptẽtrionalib. oris ſubueniret cogi, terreſtres uerò copias tripartito diuiſas, in Liuonias, Pãnonias, Britõeſq́; duci iuſſit. Ipſe Aquiſgrano mouẽs, & Bononiã maritimã ciuitatẽ delatus, primũ omnium claſſem eò cõuenire iuſſam inſpexit, & cũ omĩa ex ſentẽtia intellexiſſet diſpoſita eſſe, Aquiſgranũ reuertens Eumingi regis Danorũ, & Sclauorũ, Polonũ, Bohemorumq́; ad Danubium incolentiũ nuncios habuit obuios, qui omnes magnis multiſq́; muneribus illi datis, nihil magis q̃ confirmationem perpetuitatemq́; orarunt. Quod cum læto conceſſiſſet animo Imperator, triſti perculſus eſt nuncio mortis Caroli filij, qui Germaniæ limites cũ

copijs

copijs obſeruabat. Interea quo tēpore oratores Cōſtantinopolim miſſi applicuerūt, Ni E
cephorus Bulgarorū bello implicitus multis erat uictorijs uſus, qui priusq̄ ad pacē cum
dictis oratoribus in Cōſtantinopoli firmandā redire potuerit, in prælio quod apud Me
ſiam ſuperiorē cum Chrunno Bulgarorū rege geſſit ſuperatus occubuit. Et Stauratius
filius uulnere ſecundū autem eodē in prælio accepto, Cōſtantinopolim reuerſus impe-
riū aſſumpſit. Quē non poſt annū, ut aliqui uolunt, ſed tertio imperij menſe Michael ſo
rorius eius depoſuit, & illi in imperio ſucceſſit, eiq́ nihil antiquius fuit q̄ inchoatā à Ni-
cephoro pacē cum Caroli oratoribus, qui multos menſes Conſtantinopoli expectaue-
rant confirmare. Conditiones quę fuerint oēs fermè ſcriptores pauciſſimis explicāt uer
bis, ut orientē cum Conſtantinopoli Michael, & Carolus occidentē cū Roma haberet.
Sed Paulus addit, Hiſpaniarū partes quibus recipiēdis tantopere Carolus inſudauerat,
imperatori Græco redditas fuiſſe: & Venetorū monumenta quibus cōcordat Gothfre
dus, habent Venetiā urbem ea cōditione in Conſtantinopolitani partibus manſiſſe, ut
immunitatibus pridē à Carolo habitis per Italiā uteretur. Detulit uero Michael eatenus F
Carolo, ut cū illius oratoribus ſuos ipſe Aquiſgranū mitteret, pacis formulam redditu-
ros. Fuerūtq́ hi, Michael epiſcopus, & Arſacius, Theogniſtriſq́ protoſpatharij. Ea pace
firmata quā animo deſiderauerat Carolus, Bernardum ex Pipino nepotē ad regendam
Italiā miſit. Et quia conſtans fama erat, Bethicę, Luſitanięq́ Hiſpaniarū Saracenos claſ-
ſem paraſſe ingentē, cum qua Italię inſulas, & ipſam inuaderent Italiā, Vualium alterius
Bernardi patruelis ſui filiū, ideo nepoti Bernardo dedit regendæ Italiæ ſociū, ut uno ter
reſtribus occupato expeditiōibus, alter maritimis præeſſet. Venitq́ Saracenorū claſſis,
& bipartito Corſicā, Sardiniamq́ aggreſſa eſt. Sed ea quæ Sardiniā inuaſit deleta: altera
in Hiſpaniā de fuga ſe contulit, eoq́ proſpero in rebus Italiæ ſucceſſu factum eſt, ut Am
bulach Saracenus Hiſpaniarum rex, conſtitutam aliàs cum Carolo pacem renouauerit.
Vtq́ omnis Italia ubiq́ quieſceret, cōceſſit Carolus Grimoaldo Beneuētano duci, quē
unicum in Italia ex Longobardorū reliquijs ſuperfuiſſe oſtendimus, pacē dari, tributo
illi uigintiquinq́ millium aureorum in quotannos ex fœdere imperato. Oratoribus Mi G
chaelis Conſtantinopolitani imperatoris, qui Aquiſgranū uenerāt, auditis omnia quæ
petere animū induxerunt, Carolus cōceſſit. Et cum eam pacem plurimi faceret, redeun
tibus ad Michaelē ſocios dedit Amalariū Treuerenſem epiſcopum & Petrū abbatem
Nonantulanū, qui apud Orientalem manentes imperatorē illum ab Occidentalis uexa
tione curarēt auertere. Sub quorū epiſcopi & abbatis tēpus profectionis, Carolus con-
uentu primariorū imperij ſui prouinciarum omnium apud Aquiſgranū habito, Ludo-
uicum filium Aquitaniæ regem in imperij Romani conſortē aſſumpſit: & Bernardū ne
potem Italiæ regē appellauit. Interim Saraceni Africā ad Carthaginem incolentes, cum
Italiæ inſulas per Ambulach Hiſpani gētis ſuæ regis pacē quieſcere moleſto ferrent ani
mo, Corſicā inuaſerunt. quos facta ingenti præda onuſtos Hiſpaniā uerſus nauigantes
Ermēgarius comes Emporitanus, qui Maioricā pro rege Italico gubernabat aperto ag
greſſus mari fudit, & nauibus eorum octo interceptis, quingētos Chriſtianos, qui capti
abducebantur, liberauit, Neq́ quieuerunt fracti fugatiq́ eo prælio Saraceni: ſed priusq̄ H
eam reducerēt claſſem, in Italia circumacti Centumcellis urbem Romæ propinquā pri
mo impetu captā uaſtarunt: exinde ad Narbonenſis prouincię littora delati, extenſione
plurimis in locis facta, maximis prouinciales incōmodis affecerunt: quarū bene geſta-
rum rerū ſuperbia elati acceptas ab Ermengario comite Emporitano iniurias ulciſci ſta
tuerunt, & Sardiniā ex improuiſo inuadentes, totā trepidatione tumultuq́ cōplerunt.
Sardis autē apud comitem impigre conuenientibus, ſigno in hoſtes dato, pręlium terra
primo, deinde cum profugis ad naues mari cōmiſſum eſt, Chriſtianiſq́ ſuperantibus Sa
raceni multis mortalibus, & aliquot amiſſis nauibus, mœſti in Africā ſūt reuerſi. cæteris
tunc in locis occidentale imperiū quieſcebat. Michael uero Cōſtantinopolitanus bello
Bulgaros agitabat, in quos aliquandiu inferiores, dum inſolentius uictoria utit̄, apud
Adrianopolim uictus fugatusq́ non magis copias q̄ animos amiſit. Nanq́ Cōſtantino
polim de fuga reuerſus, ſiue quia occidi à populo timuerit, ſiue quia adeo altū mœſtitia
in cor aſcēderit, imperio ſe abdicauit: cui à prætorib. militiæ populoq́ ſuffectus eſt Leo
pardi patritij filius. Chrunnus uero Bulgarorū rex Adrianopoli potitus, & uictoria de
Michaele

A Michaele parata audaciſſime uſus in Cōſtantinopolim arma uertit, & caſtris ad portas
urbis firmatis, oppugnationē oſtentare præſumpſit. Leo aūt eruptione cum populo mi
litibusq́ facta, & repulit audaces Bulgaros, & regi Chrunno forte cōgreſſus, illū interfe
cit. Eo ex ſecūdo prælio parta eſt oriētali imperio quies illi ſimilis, quā paulo ante occi-
dentalē docuimus habuiſſe. Vrgētibus autē iā fatis Rom. infeſtis imperio Carolus im-
perator anno ætatis ſeptuageſimo primo uita functus eſt. Fuitq́ mors ipſa rebus impe-
rij eò pernicioſior, φ forte eodē anno gens Saracena maximis inter ſe ſciſſa diſſidijs Ca-
rolo ſuperſtite faciliter potuit deleri. Mabarmad nanq; Ammirrhas Haldalæ fratri con
greſſus cū ſe prælio inferiorē & ꝓpè uictū cerneret, in fœdus cōſentit, per qđ duos pro
unico cōtra ac fuerant cōſueti Ammirrhates Saraceni habuerunt. Idq́ primores gentis
adeo ægre tulerūt, ut in Ammirrhatis locū quatuor creauerint tyrānos, quorū unus Æ-
gyptū & Africā occupauit: duo Hiſpanias inter ſe partiti ſunt, & quartus Palæſtinā ac
Syriæ loca cepit. Agebat in Aquitanis hyberna Ludouicus Rom. imperator cognomē
B to Pius, quando illi Carolū patrē obijſſe renunciatum eſt, qui Aquiſgranū repetens de-
latus, legationes quæ ad genitorē uenerant primo audiuit, deinde prouincialium cele-
brato cōuentu, ea quæ Rom. imperio & Francorū regno adminiſtrādis uiſa ſunt neceſ-
ſaria, ordinauit. Legationū autē primaria fuit Leonis Cōſtantinopolitani imperatoris,
qui Michaeli ut oſtendimus, per id tēpus ſuffectus erat, fueruntq́ oratores Chriſtopho
rus ſpatharius & Gregorius diaconus, quos Amalario epiſcopo & Petro Nonantula-
no abbati à Carolo miſſis, Leo ſocios addidit pacis, quæ inter duo imperia cōſtituebat̄,
formā delaturos. Quæ autē fuerint pacis cōditiones nullus ſcribit. Solusq́ Paulus Dia-
conus dicit innouata fuiſſe fœdera Carolū inter & Michaelē icta, & illis conſeruandis,
Nobertum Regienſem epiſcopum, ac Ricomiū Pictauienſem comitē oratores à Ludo
uico Cōſtantinopolim fuiſſe tranſmiſſos. Is etiam imperator Ro. nouus Italiæ quieti cō
ſulens, cōſtituta à Carolo genitore cum Grimoaldo Beneuētano duce innouata pace,
Bernardum Italiæ regē nepotem ſuū ad ſe accerſiuit. Erant Ludouico filij adoleſcentes
C duo, Lotharius & Pipinus, quorū natu maiorē Lotharium ſub ipſum Bernardi Italiæ re
gis in Franciā aduentū Bauaris, & Pipinū Aquitanis gubernatores dedit. Primā exinde
expeditionem Ludouicus imp. Bernardo rege comitante, aggreſſus eſt in Danos, & E-
roldum & Ranfredū reges imperio parentes Rom. à filijs olim Gothfredi regno pulſos
reducere intendit. Obſtitit uero hyems uel eo maxime quia Gothfredi filij cum ducen-
tis onerarijs nauibus maritimum gerebāt bellum, & omne id pelagus glacie cōcretum
erat. Quod quum imp. rexq́ intellexiſſent, medio fermè hærentes itinere ad Patbruniū
Saxoniæ ciuitatem exercitū in hybernis cōtinuerunt. Eaq́ hyeme iam media quū eſſet
allatum ex Italia, Rom. primores in Leonis papæ mortem coniuraſſe, illumq́ reos ſup-
plicio affici curauiſſe, imperator regem in Italiam ire iuſſit, curaturum ne quid detrimē-
ti regnum Italiæ pateret̄. Ingreſſusq́ Romam Bernardus rex, & ſi ilico in grauem peri-
culoſumq́ incidit morbum, res Romanas per Gerardum comitem cōpoſuit. Quampri
mum autē fama per Italiæ regnum uulgata eſt Bernardum Romæ eſſe, Caralitani Sar-
D dorum oratores ad eum uenientes oſtenderunt pacē tertio ante anno cum Ambulach
Saraceno Hiſpaniæ rege uita functo cōſtitutam, & ipſis Sardis & regno Italię dānoſam
eſſe, quorum acquieſcens conſilio eam infringi, & bellum Saracenis indici uoluit. Eo-
demq́ in tempore cum Leo papa apud Blerā ægrotare cœpiſſet, Romani in illum ani-
mis efferatis, quicquid ædificiorū non in urbe magis φ in proximis ciuitatibus & oppi
dis uel inſtaurauerat, uel à fundamētis erexerat, inaudita aliàs rabie demoliti ſunt: quem
tumultū in peius ut apparebat euaſurum, rex Bernardus quū per litteras & nuncios cō-
peſcere nequiret, Vinigiſio Spoletano duce cū exercitu per arma ſedauit. Cui pōt. ex ea
ægritudine uita functo ſuffectus eſt Stephanus quartus, q tertio φ creatus erat mēſe, in
Franciā accedens Ludouicum imp. apud Aurelianos unxit, & imperiali diademate in-
ſigniuit. Per quæ coronationis tēpora uarijs agitari motibus imperator cœpit. Nā quū
Signiuium Vaſconiam ꝓuinciam, quę Garumnam inter fluuium & Pyrenæos montes
eſt, gubernantem magiſtratu amouiſſet, Vaſcones ab imperio defecerunt. Et pariter Sa
lanius quidam Abderitorum regulus gentis Germanici oceani inſulas incolētis fidē,
quam Carolo magno diu ſeruauerat deſerens, Gothfredi filijs aduerſus Heroldum re-

gem Danorū imperio fidelē adhæſit. Vaſcones autem uicinos Galliarum populi facile B
breuiq́; adeo edomuerūt eneruaruntq́;, ut nulla rebellādi facultas impoſterū ſit relicta.
Malus tn̄ tuendis Danorū regibus negociū imperatori fuit. Qui em̄ Saxonum obſerua
bant limitē Franci imperatoris iuſſu quum hoſtes inuadere nō auderēt, illos à prouinci
arum imperij principio arcuiſſe ſatis ſupraq́; duxerūt. Et tn̄ paulopoſt occaſione oblata
freti, cum Solamo & Gothfredi filijs cōflixerunt, illisq́; prælio fuſis Heroldum in pater
nū Daciæ regnum reduxerunt. Pariq́; felicitate uſus imperator Lodouicus, Britones q
rebellionē intētauerant ſuperauit, & in Murmanium ducē, qui adulterini regni nomen
ſibi imponi paſſus erat, in uinculis ad ſe perductū capitali ſupplicio animaduerti iuſſit.
Tam multis rebus uarijs in locis bene geſtis Ludouicus imp. cōuētum in Aquiſgranio
celebrauit. In quo eccleſiaſticis rebus cōpoſitis legatos Cōſtantinopolitani imperato-
ris, & Saracenorum Cæſarauguſtanam urbem Hiſpaniæ obtinentiū audiuit. Saracenis
aūt petitam pacem facile conceſſit. Sed Nicephoro qui orientalis imperatoris erat ora-
tor, qui de rebus ad Romanos Dalmatasq́; ſpectantibus ageret, nihil certius reſpondit F
q̄ ſe euraturum, ut magiſtratus urbis & Italiæ ſatisfacerent. Dum ea geruntˢ in Francia,
Stephanus quartus papa Romā ab imp. reuerſus breui obijt, eiq́; ſucceſſit Paſchalis pri
mus: qui ꝙ à clero populoq́; Romano abſq́; imperatoris autoritate præter obſeruatam
diu ante conſuetudinē electus eſſet, ad illum ſcribens ſuam innocentiā à cleri populiq́;
uiolentia purgauit: egitq́; cū illo mitius omniū opinione Ludouicus, qui non ſolū in bo
nam partē pont. ſcripta accepit: ſed pacta quoq; inter utriuſq; prædeceſſores ſeruari ſo-
lita, ſpōte cōfirmauit. Sub ipſum exinde tēpus imperator Ludouicus Aquiſgrani agēs
in cōuentu quem ſolennē habuit, Lotharium primogenitum imperij conſortem decla-
rauit: Pipinusq́; tunc ſecundus filius Aquitaniæ, & Ludouicus tertius Bauariæ reges ap
pellati ſunt. Quæ dū fierēt, Bernardus Italiæ rex fatui adoleſcēs ingenij, quorundam ma
gnatū Italię inſtigatione, inter quos fuere Anſelmus Mediolanēſis, Vulfaredus Cremo
nenſis, & Rodulfus Aurelianēſis epiſcopi, imp. rebellauit. Clauſtris em̄ Italiæ quacunq;
ex Gallijs Germaniaq́; eſt ingreſſus, præſidio cōmunitis primariarū urbiū populi ſacra G
mento in ſuā aduerſus Ludouicū patruum fidē obſtricti ſunt. Ea cū reſciſſet imperator,
cauſa in cōuentu ꝓpoſita, nepotem læſæ maieſtatis crimine damnatum hoſtem iudica-
uit. Exinde copijs quantaſcunq; Galliarū, Germaniæ & Bauarorū ꝓuinciæ potuerunt
mittere, coactis, in Italiam duxit. Intellexitq́; ocyus malo ſuo infelix adoleſcēs Bernar-
dus, q̄ perditorum hominum cōſilio uſus fuerat, ꝙ nec clauſtris præſidio impoſiti mili-
tes, nec adacti ſacramēto populi fidē ſeruauere: ſed ſubita deditione, q̄ primum ſunt adi
ti facta, ſeſe imperio permiſerunt. Rebus Italiæ breui pacatis imperator nobiles Italicos
ꝓditionis cōuictos iugulari iuſſit, Bernardum aūt, & ſi illico ad imperatoris aduentum
armis depoſitis ad miſericordiā cōfugerat, & ſimul epiſcopos in Franciam perduxit. Et
cōuentu iterū ſuper iudicio Aquiſgrani habito gladio trucidatus. Epiſcopi uero ſyno-
dali decreto depoſiti in monaſteria relegati ſunt. Necdū ſatis ea erat cōſpirata, cum im-
perator Britanniæ motibus qui nunciati ſunt, cōcitatus eò tumultuarie duxit. Viomar-
chusq́; tyrānus ad regnū aſpirās, cōgredi auſus in prælio interfectus eſt. Pacata tyranni H
morte Britannia ad alios motus, q in Andegauis nunciabantˢ, ſedandos cōtulit ſe impe
rator. Eò cum ueniſſet, omnia reperit quieta, ſed aliud accepit incōmodum, ꝙ Ermēgar
dam uxorem, ex qua tres filios reges tunc ſuperſtites ſuſceperat, lōgo cōfectam morbo
amiſit. Profectus itaq; per Rothomagū, Ambianū & Camaracum, ſe cōtulit Aquiſgra-
nium, ubi abſoluit multarū gentiū oratores, per totūq́; triennium qd' ſecutum eſt nullo
maiori negocio implicitus fuit, q̄ domando Lindeuto inferioris Pannoniæ tyranno, q
rebellis ſuperiorem Pannoniam & Dalmatiam uarijs motibus agitauit, tandemq́; fuga
tus eſt in mōtes, qui Mœſiam à Pannonijs diuidunt, cōpulſus deditione facta ueniā im
petrauit. Apud Cōſtātinopolim interea quies illa durauerat, quam Leonē imperatorē
in Chrunni Bulgarorum regis morte oſtendimus peperiſſe: finemq́; quieti attulit ipſius
Leonis mors, quē Michael domeſticorū comes optimatum prætorianorumq́; fauore
cum interfeciſſet, ad imperiū per arma ſublimatus eſt. Eodemq; anno, qui fuit inclinatio
nis Rom. imperij decimi ſupra quadringenteſimum, Ludouicus imperator Lotharium
filium in demortui Bernardi locum Italiæ regem dedit: quem Romam à Paſchali pon-
ſifice

A tifice populoq́ Romano uocatũ pont.ipſe in baſilica beati Petri unctum coronatumq́
regē Italiæ primo & poſtea Auguſtum appellauit. Romanis tñ & nonnullis Italiæ pri-
matibus non ſatis obedienter imperata facientibus, Lotharius Papiam ad Ludouicum
genitorem ſe cõtulit,oſtenditq́ ad cõprimendam inſolentium proteruiam copijs opus
eſſe. Quamobrē Ludouicus Adelardum palatij & Matingum Brixiæ comites, filio cũ
cohortibus addens,illum Romam reuerti,ut cõtumacium audaciam cõpeſceret,impe-
rauit. Priuſquã tñ Lotharius Papia moueret,nuncij ab urbe Roma attulerunt, Theodo-
rum Romanæ eccleſiæ primicerium,& Leonem nomenculatorem eius generum in pa
triarchio Lateranenſi primũ excæcatos,& poſtea caput truncatos eſſe. Nec erat obſcu-
rum,eos ob obſeruatã & multis oſtenſam modis imperatori Lothario fidem, ea omnia
paſſos eſſe. Attulit etiã imperatoribus fama,& Romæ uulgò creditum eſt,Paſchalē pa-
pã uel facinus iuſſiſſe,uel quod uero magis erat ſimile, quum id à cõiuratis conſtitui re-
ſciſſet,diſſimulaſſe. Non tñ adduci potuerunt imperatores, ut iniectam pont. culpæ ſu-
B ſpicionem temere admitterent: ſed mittentes Romam nuncios, Adalangum abbatem
ſancti Nedaſti, & Hunfredum comitem Cutienſem, quo ſe res habuiſſet modo inquiri
iuſſerunt. Iiſq́ iã iter ingreſſis Ioannes epiſcopus Nouæuillæ, & Benedictus archidia-
conus Ro.imperatores à Paſchali pont.adierũt, conatiq́ ſunt impoſitam pontifici calũ
niam abolere. Et pontifex ipſe quamprimum oratores imperatorum Romæ applicue-
runt,triginta epiſcoporum ſynodo coacta,innocentiam ſuã iureiurando purgauit: atq́
etiam mortuos tanquam maieſtatis reos iure cæſos pronuncians, interfectores qui dè
familia ſancti Petri erant,abſoluit,& in patria cõſeruauit. Ea ut erant geſta quum impe-
ratores ab abbate & comite nuncijs ſuis,ab epiſcopoq́ Sutrino, Sergio bibliothecario,
& Leone magiſtro militũ,quos pont.Papiã miſit,intellexiſſent,in bonam partem con-
ſilium pont.acceperunt. Ludouicus nanq; mitiſſimi imperator ingenij ſemper multum
fidei apoſtolicæ detulit. Fuitq́ adeo ut quatuor Romani pontifices quos uigintiſeptem
annorum illius imperij tempora habuerunt,adiumēto nunquam caruerint,quo in Ro-
C manorum perſecutionibus ſæpenumero indiguerunt. Tradunt etiam Eginardus Pau-
luſq́, & Ricardus ſcriptores, Ludouicum in paſchalis Romani pont.manibus renun-
ciaſſe iuri,quod Adrianus primus pont. Romanus Carolo Magno genitori ſuo conceſ-
ſerat. Id quũ nullus dictorum ſcriptorum,quod fuerit ſcribat, fuiſſe tenemus, qđ ſupra
in Caroli geſtis rebus uerisimile nobis uideri negauimus, aut ſcilicet ſummæ modeſtiæ
imperatorem uoluiſſe, aut excellentis animi & ingenij pontificem conceſſiſſe ius ſum-
morum põtificum,& omnium orbis Chriſtiani epiſcoporũ ad libitum ordinandorum.
Siue igit Adrianus Carolo cõceſſit,& Ludouicus ſeipſum,poſterosq́ ſpoliauit: ſiue ni-
hil eorum fuit,aliud à Ludouico generoſi animi, & Romanæ eccleſiæ amãtiſſimo prin
cipe,ingentis in ipſam eccleſiã libertatis extitit argumentum: ſcripſit nanq; illi epiſtolã
cuius multa uidimus exempla,per quam Italiæ ciuitatum oppidorumq́ partitionem fa
ciens,quæ iuriũ eccleſiæ ſint,aut imperij enumerat. In Tuſcis em̄ imperij iurium eſſe di-
cit Aretium, Volaterras,Cluſium,Florentiam,Piſtorium,Lucã,Piſas,& Lunam. Cæte-
D ra aũt loca quum non explicet,in Romanę eccleſiæ portionem uidetur relinquere. Sed
neſcio qua ratione Peruſiã & Vrbemueterē, quæ & in Hetruria ſunt, eccleſiæ Romanę
iurium eſſe exprimit. Pariterq́ in Vmbria Tudertũ, & quicquid undique ad Romanæ
urbis agrũ pertinet,& ultra Apenninum totam Romandiolam, ac Rauennatis eccleſię
exarchatum Romanæ eccleſiæ iuribus aſſcribit. Pauloq́ poſt factã huiuſmodi diuiſio-
nem Paſchalis pont. Romanus ad primos octaui anni pontificatus dies obijt. Tunc ua-
riantibus inter Romanos ſententijs duo per cõtentionē in põtifices ſunt ſuffecti. Quos
cum nobilitatis Romanæ primores depoſuiſſent, cõcordi totius populi cum clero fa-
uore creatus eſt Eugenius ſecundus,qui erat tituli ſanctę Sabinę,presbyter Cardinalis.
Id cum eſſet imperatori Ludouico apud Cõpendium Galliæ oppidum agenti nuncia-
tum,Lotharium regē in Italiam miſit. Ipſe in Britanniã rebelles animos prę ſe ferentem
exercitum duxit, & per Rhedones tripartito prouinciã eſt ingreſſus. Filijs nanq; Pipi-
no exercitus parte una,alia Ludouico attributis,tertiã ipſe ſibi ſeruauit. Ea ꝓuincia per
quadraginta dies ferro igniq́ uaſtata,& obſidibus acceptis,Rothomagũ ſe cõtulit: qua
in urbe oratores Conſtantinopolitani imperatoris ſuũ acceſſum iuſſerat operiri. Sum-

ma legationis erat ſæpe aliàs, & diu ante agitata apud Cõſtantinopolim imaginũ uene E
ratio:de qua quid Ludouicus ſentiret, Michael fieri certior cupiebat. Cũq; cẽſuiſſet Lu
douicus Romanũ põtificem conſulendum, oratores illum adierunt, quò per id tempo
ris imperator Lotharius ſe cõtulerat. Et ab Eugenio pont. comiter acceptus, ſtatum ur-
bis & regni ſui Italiæ ex illius ſententia reformauerat, ut non minus Italia ubiq; q̃ Ro-
ma motibus, inteſtiniſq; diſſidijs careret. Inuenio autem quod diu attente quæſiui, Lo-
tharium imperatorẽ tunc primum magiſtratus in urbe Roma cõſtituiſſe, qui ius popu-
lo dicerent: cõſtare uidetur Romanos uera ſub Carolo filijſq; & nepotibus ad eam diẽ
libertate uſos, qua prius petulantiſſime uſi erant. Redijtq; breui ad Ludouicum, genito
rem Lotharius, & oẽs ſimul genitor filijq; præſtantiſſimi duces domandis in Hiſpania
Saracenis, & finibus Romani imperij ad Germaniæ Pannoniarumq; limites cuſtodien
dis intenderunt. Nam ut ea omittamus, quæ parum digna multi referunt ſcriptores, Lu
douicus Bulgaros poſt petitam impetratamq; pacẽ Pannoniarũ limites ingredi auſos,
ſola mittendi in eos exercitus oſtẽtatione à motibus abſtinere fecit. Et petitã iterato pa F
cẽ per Baldricum & Gerardum comites Intarranorũ qui ſunt Dalmatiæ populi, cõceſ-
ſit. Eam uero pacẽ uixdum ictis fœderibus conſtitutam Bulgari rumpentes nauigiũ in-
gens per Danubium in Drauæ fluuij oſtia perduxerunt. Maior interim difficiliorq; ex-
peditio imperatores patrem & filium diſtinebat. Nanq; Aido quidam perfidus, quẽ Lu
douicus regendæ Aquitaniæ præfecerat, Auſoniam urbem dolo captam diruit, & op-
pidis caſtelliſq; illius agri cõmunitis Abdecamanni Saracenorũ regis auxilia accepit.
Miſſus ad eum ab imperatore orator Eliſachar abbas, ut in fide maneret, perſuadere ne-
quiuit. Miſſi etiã poſt abbatẽ cum copijs Adebrãdus & Donatus comites, pauca de Au
ſone agro caſtella ægre & multo in prælijs effuſo ſanguine receperunt, Saraceniſq; in-
dies apud Aquitaniã præualentibus nõnullæ ex proximis Hiſpaniæ citerioris ciuitati-
bus, ad illos defecerunt. Eliſachar tñ abbas, & ſi apud Aidonẽ parũ felici legatione uſus
erat, Bernardo Barchinonis comiti, ut fidẽ imperatori Romano ſeruãs, ſuos quoq; Go-
thos, & ſubditos Hiſpanos ne Aidoni cõſentirent, perſuaſit. Interea Abderanã rex claſ- G
ſem cũ paratiſſimo Saracenorũ exercitu duce Aburmane cõſanguineo Aidoni ex Cæ-
ſarauguſta auxilio miſerat: & Ludouicus imp. copijs Pipino filio Aquitaniæ regi datis,
omnia curabat, per quæ Aidoni Saraceniſq; reſiſteret. Dum autem Chriſtiani cõtantẽ,
& omnia lente agunt, irruentes maxima cum celeritate, Aburmanes, Aidoq;, agros Bar
chinonenſem Gerundenſemq; enormi crudelitate uaſtarunt, & facta omnifaria rerũ in-
genti præda, primus ſe ad Cæſarauguſtã receperunt, q̃ eorum quempiam Pipini exer-
citus uidere potuerint. At apud urbem Romam Eugenio papa defuncto ſuffectus eſt
Valentinus primus, & quum is itẽ trigeſimo uel, ut quidã uolũt, quadrageſimo die ob-
ijſſet, creatus eſt in pontificem Gregorius quartus ciuis Romanus, qui erat tituli ſancti
Marci presbyter cardinalis. Fama rei apud Barchinonem, Gerundamq; bene à Sarace-
nis geſtæ in Africã Aſiamq; perlata, cæteri eius gentis populi animos extulerunt: & pri
mi Aſiani ſacroſancta Palæſtinę loca fœdantes a nemine Chriſtiano adiri permiſerunt:
Mauri uero in Siciliã claſſe delati, excenſione facta late incendia cõmiſerunt: Nec ſciuit H
potuitq; Michael imperator Græcus tantis malis aliter prouidere, q̃ quod Venetis, ne
mercimonia occidentis in Aſiam perferrent inhibuit, & aliquot onerariarum nauium
triremiumq; prĕſidia Siculis etiam à Venetis afferri curauit. Delataq; in Siciliam claſſis
Veneta, eatenus profuit, ꝙ ſiue præda abũde ſatiati, ſiue maiorẽ ex Græcia Italiaq; claſ-
ſem aduentare ſuſpicati infideles, quamprimũ uela à lõge cõſpexerunt, in Africã redie-
runt. Erat per id tẽporis Venetorum dux Iuſtinianus Particiacus, anno cuius ſecundo
ducatus beati Marci euangeliſtæ corpus Venetias eſt translatũ. Id factũ non ab re fue-
rit recenſere, qđ Sicardus, Singibertus, & Vincentius ſcriptores in corruentis imperij
tempore differunt: & Iacobus de Voragine, Paulinus epiſcopus, & Petrus Damiani in
euangeliſtæ eiuſq; translationis laudibus occupati, rem quo geſta ſit modo incondite
referunt. Babylonis rex Saracenus poſtquã loca Palæſtinæ ſacroſancta, ut diximus, fœ-
dari iuſſerat, ornamenta quoq; eccleſiarũ, ut ſua, quas uocant Meſchetas, tẽpla exorna-
ret, Babylonem iuſſerat comportari. Ventum erat ad celeberrimam Alexandriæ eccle-
ſiã, quę ſancti euangeliſtæ Marci ſicut cadauer ſeruabat, ita nomen referebat. Et quibus

A datum erat negociũ cementarij fabrè dolata uarij coloris marmora deuellebant. Quum
forte eccleſiam ingreſſi Bonus Methamaucenſis, & Ruſticus Torcellenſis Veneti mer
catores, Scauratiũ monachũ, & Theodorũ ſpecularẽ presbyterũ eccleſiæ cuſtodes, mœ
ſtos quidẽ & illacrymantes, tanti mali cauſam interrogant. Qua intellecta indignabun
di ſanctũ cadauer, ne à barbaris fœdaretur, ſibi poſtulant dari Venetias deferendum. Sa
cerdotibusq́ indignum eſſe dicentibus, ut ea ſancti Marci cadauer exularet eccleſia, in
qua uiuus & præfuerat, & mirum in modũ populo profuerat Chriſtiano, nõ facete ma-
gis ꝙ uere reſponderunt non poſſe cenſeri exulem, ſi Venetiã, in qua apud Aquileiam
recens ſcriptũ iuuenis prædicauerat euangelium, poſt actam Alexandriæ ſenectutem,
& functum uita corpus longo poſtliminio rediret, eoq́ rediret tempore, quãdo oſſa &
quicquid neruorum eſſet reliqui in diſſipatiõis periculũ ſint adducta. Erãt uero Bonus
& Ruſticus ditiſſimi mercatores, ſed ꝗ auiditate lucri imperatoris Michaelis, & ſuæ rei-
publicæ iuſſa tranſgreſſi decẽ onerarijs nauibus merces ex Italia Alexandriam adduxe
B rant. Quare eorum pollicitationibus promiſſionibusq́ in ſententiam ducti ſacerdotes
qđ petebãt faciliter conſenſerunt. Deferendi ad naues ſancti cadaueris hunc maxime
modũ fuiſſe legimus: Scauratius & Theodorus capſa, quę ſanctũ ſeruabat corpus, aper
ta, illud ſportæ impoſuerunt, qua mercatorum ſerui cõmeatum ad naues perferre con-
ſueuerant. Tunc parati ad id aſtutiores & tunc de induſtria à ueſtitu ſordidiſſimi calo-
nes ſportam operibus porcinisq́ carnibus ſuperiectis plenã medio foro rectaq́ ad por-
tum ſemper populo frequentiſſima per gẽtes uia, læti & inepte, ut eſt eiuſmodi abiecto
rum hominum mos, iocabundi pergebãt. Obuiarũt uero quibus publice data erat à Sa-
racenis cura portorij exactores, & quid ſportæ ineſſet inſpicere tentarũt: porcinisq́ car
nibus quibus Machometi ſuperſtitione ueſci prohibẽt, ideoq́ uiſu quoq́ abhorrent,
inter olera repertis, canzir, qđ porcus eorum lingua eſt, terq́ quaterq́ replicantes ſpor-
tam ad nauim ultra intentatam ferri permiſerunt. Tunc Bonus & Ruſticus uelis uento
datis proſperrima uſi nauigatione Humagum peruenerũt, & uenia errati ſui delatorum
C Alexandriã mercimoniorum ob aduectum ciuitati precioſiſſimum munus facile impe
trata, per Oliuolenſem portum ſancti euangeliſtæ corpus in urbem peruexerunt. Quo
anno & ſequenti, quem conſtat fuiſſe ab inclinatione Romanorũ imperij ſeptimũ & ui
geſimum poſt quadringenteſimum, eccleſiã quæ nunc extat ſancti Marci Venetijs ædi
ficari cœptum eſt. Iuſtinianus uero dux ea auctus gloria ſancti euangeliſtæ ducatus ſui
tẽporibus in urbẽ aduecti, à populo Veneto petijt impetrauitq́ Ioannẽ fratrem ſuum,
qui apud Cõſtantinopolim exulabat, in patriam reuocari, & ſibi in conſortem ducatus
dari: Michaelq́ imperator Saracenos audiens Siciliam inuaſiſſe, per Ioannẽ in patriam
reducẽ & ducem creatum, à Venetis petijt, ut claſſe Siculis opem ferrẽt. Dumq́ claſſis
à Venetis armaẽ, dum nauigat, dum Siculis laborantibus ſe oſtentat, ſancti Marci eccle
ſia à Ioanne duce populi gratiam eo in negocio aucupante perfecta eſt. Saracenis autẽ
in Sicilia præualẽtibus Veneta claſſis nõ cõgredi auſa, Venetias re infecta redijt. Inte-
rea Gregorius pont. Romanus Saracenos apud Barchinonẽ Getundamq́ pręualuiſſe,
D & maiora in dies moliri, Siculos uero amiſſa omni maritima ora penè ab eiſdẽ ſubactos
eſſe audiens: ad Ludouicũ Lothariũq́ imperatores Angelone in Gallijs prouincialiũ
conuentum habentes, Quirinũ primiceriũ, & Theophilactum nomenculatorẽ orato-
res miſit, Chriſtianis aduerſus barbaros ſuppetias petituros. Eoq́ ex cõuentu Alterge-
rius Carnotenſis epiſcopus, & Anfredus abbas Nonantulanus ad Cõſtantinopolitanũ
imperatorẽ oratores acceſſerunt. Summa legationis fuit, ut oratus à pontifice principi-
busq́ Romanis Michael cõmune cum ipſis bellũ in Saracenos ſuſciperet. Animaduer-
titq́ per id temporis Ludouicus in ſui exercitus duces, quorum negligentia Pipini re-
gis Aquitaniæ filij ſui copiæ, Barchinonenſibus opem in tempore non attulerunt. Puni
uit etiã Baldricum ducem Foroiulienſem, ꝗ cuſtos Pannonici limitis Bulgaros in Scla
uoniã Bohemorum patriam penetrare permiſerat. Vt autem Hiſpanos imperio ſubdi-
tos Romano à Saracenis redderet tutos, Theodonicũ profectus omnes regni Franciæ
copias eò cõuenire iuſſas, Lothario & Pipino filijs attribuit. Sed cũ duxiſſent Lugdu-
num renunciaſſentq́ qui præmiſſi fuerãt exploratores quieſcere, Pipinus Aquitaniam,
Lotharius Aquiſgranum dimiſſo exercitu cõceſſere. Melius uero ſine tantis copijs Ro

mani imperij gloriæ ſatisfecit Bonifacius Corſicæ comes,ꝗ Bectario fratre & quibuſdã E
Thuſciæ comitibus adiumento accerſitis claſſem haudquaquã ingentẽ parauit.Et cum
Sardiniã inter & Corſicam ad ſinus receſſusq́; & ſcopulos aliquandiu delituiſſet,ſi qua
forte Saracenorũ nauigia apparuiſſent de inſidijs aggredi intentus,nullo quem inuade
ret oblato in Africã traiecit,& facta inter Vticam Carthaginemq́; excenſione, coactos
ad primum tumultũ ingentem innumerum incolas fudit,cum illisq́; reparantib.prelio
quater cõgreſſus maximam cõmiſit cædem,& mortalium rerumq́; ingentẽ abegit præ-
dam:cuius audacis facti eum minime leuem fructum fuiſſe inuenio, quòd Saraceni A-
fricæ timentes,tunc primum Sicilia,quam poſt claſſis Venetorum acceſſum magna ex
parte occupauerant derelicta,in patriã ſunt reuerſi. Superfiui ſunt hac in tẽporum par-
te oẽs quos uidimus ſcriptores,portentis quæ tunc acciderunt deſcribendis, quorũ ple
riq; eam dicunt naturæ inordinationem præſagio accidiſſe impietatis,quam in Ludoui
cum patrem Lotharius tunc cõmiſit.Quod nanq; omnes tradũt ſcriptores, quum ægre
ferret Lotharius Carolũ fratrem natu minimum, cui Caluo poſtea fuit cognomentum: F
ſibi ut exiſtimauit in paterna gratia præferri, Ludouicum dolo captũ in uinculis tenuit.
Sed tanta res quo in loco quo'ue modo,& quibus ex cauſis ſit geſta, adeò diuerſe tradi
legimus,ut poſtquã maiore ueritatis neceſſitate nõ urgemur,eã libeat præterire.Quod
uero certũ eſt,priusquam in Hiſpania à Ludouico Lotharioq́; prouiſum eſſet, Pipinus
Aquitaniæ rex apud Pictauos diem obijt.Per quæ tempora quum reſtituti libertati im-
perioq́; Ludouicus & Lotharius filius in Gallijs deſiderẽt,Saraceni Mauri claſſe ingen
ti in Italiam traiecerunt.Factaq́; in Centumcellenſi portu,quam poſtea ciuitatem Vete
rem appellant,excenſione,& proximum Centumcellenſe oppidũ per uim captum de-
moliti Romam duxerunt.Nec uero urbe ſicut Vincentius Beluacenſis,Eginardusq́; &
pleriq; illos ſecuti tradunt,potiti fuerũt,ſed immunitis tunc Vaticani ſuburbijs igni fer-
roq́; dirutis, celeberrimã & toto orbe primariam principis apoſtolorum eccleſiam fœ-
darunt ſpoliaruntq́;.Non tamen muros & marmoreas, quæ extant columnas ferro cor
rumpere intẽtarunt.Sed igni iniecto tecta, & quicquid materiei inerat eſt abſumptum. G
Multos eo in loco morati dies,urbem obſeſſam oppugnare conſtituerant,quũ Guido-
nem Lõgobardiæ marchionem à Gregorio pontifice auxilio accitum appropinquare
cum copijs certiores ſunt facti. Quamobrẽ Roma obſidione ſoluta uias inter Appiam
Latinamq́; iter ingreſſi ſuburbia exciderunt,quæ ad eas Oſtienſemq́; uias tunc erãt ædi
ficijs frequentata:qua in facta uaſtitate inſignis beati Pauli baſilica ſecundo ab urbe mi
liario diſtans,tecto & omnibus in quæ ignis tumultuarie iniectus potuit agere, manſit
ſpoliata. Flexerunt uero poſtea in unicam Latinã uiã Saraceni, & ad ſaltum delati Caſſi
nenſem,immunitum tunc,cui nũc ſancto Germano eſt nomen, oppidũ demoliti ad ce-
lebre ſancti Benedicti monaſterium cõſcenderunt,quod igni crematum ferro quoque
maiori ex parte manſit exciſum.Inde ſecundum propinqui Liris fluuij ripas ad mare de
ſcendentes,claſſe,quã à Centumcellenſi portu accerſiuerant, ibi reperta, in Mauritaniã
ſunt reuerſi.Mox tamen depoſita nauibus præda,quam ingentem abduxerat,Siciliam,
Tarentumq́; eodẽ tempore inuaſerunt. In quos Michael imperator Conſtantinopoli- H
tanus Theodoſiũ patricium claſſis præfectum ducere imperauit.Sed tulit illius tempe-
ſtatis infortunium, ut dum tantis apparatibus in Chriſtianos ſæuiunt Saraceni,Micha
el ipſe imperator Græcus primo, & breui poſt Gregorius pont. & Ludouicus impera-
tor Romam eodem ferme menſe diem obierint.Suffectus in pontificem Oſporci ciuis
Romanus,id nomen ob deformitatem à clero populoq́; Romano in Sergium mutare
coactus eſt.Perſeuerauitq́; poſtea cõſuetudo,ut Romani pontifices quamprimum ſunt
creati,inditum ſibi quodcunque uolunt alterius prædeceſſoris ſui,proprio abolito,no-
men accipiant. Lotharium qui mortuo genitore ſolus Romanum obtinuit imperium,
ex Gallis in Italiam aduerſus Mauros cum Guidone Lõgobardo ueniſſe tradit Eginar-
dus,qui poſtea ſibijpſi contradicens cum cæteris cõcordat ſcriptoribus, Ludouico uix
dum ad ſepulturam apud Trecenſes elato, tres ipſos defuncti imperatoris fratres, Lo-
tharium,Ludouicum,& Carolum ob regni Italiæ ſucceſſionem uehementiſſimis inter
ſe odijs exarſiſſe,& ilico armis correptis, maioribus contẽdiſſe motibus omnium quos
poſt Cathalaunicum Athilæ prælium Galliæ ſenſerunt.Nanque in Antiſſiodorenſibus
apud

A apud Fontanicum coactis copijs, quas unuſquiſq; eorum ſummis conatibus ducere potuit, prælium eſt commiſſum, in quo omnes concordant ſcriptores, ſtragem Francorum gentis, quanta nuſquam aliàs fuiſſe factam. Quodq; conſequens fuiſſe non abſurde traditur, licet Ludouicus Caroluſq; ſuperiores euaſerint, eorum tamen ſicut & Lotharij uires adeo imminutas, ut finium ab extremis tuendorum facultas ſingulis ſit adempta. Fugiens ex ea pugna Lotharius cum fracto laceroq; exercitu ſuo Aquiſgranum ſe recepit, eumq; inſecuti fratres, illo item oppido diſturbarunt, qui uxorem & filios ſecum rapiens per Lugdunum Viennam delatus copias reparauit. Tam multis uero Italiæ Galliarum & Germaniæ prouinciarum ac urbium, & optimatum legationibus pulſati ſunt ipſi fratres, ut in inducias cōſenſerint, per quarum occaſionem de pace & paternæ hæreditatis diuiſione agi eſt cœptum. Georgium Rauennatem archiepiſcopum ad eam ſuadendam pacem cum trecentorum equitum comitatu, & maximis auri argentiq; & ſericorum muneribus ſponte ſua ſcribit Agnellus acceſſiſſe, fratres ipſos priuſquam pax conſtitui po-
B tuerit, prælio iterum concurriſſe: in quo archiepiſcopus forte in Lotharij caſtris agens equitatu & muneribus amiſſis uix ſolus fuga prolabi potuerit. Pacis poſtea conſtitutæ formulam, Eginardus, Vincentiuſq; & cæteri penè omnes ſcriptores in hunc maxime modum fuiſſe ſcribunt, ut Carolus Caluus occidentalis paterni regni partes à Britānico oceano uſq; ad Moſam fluuium, in qua parte regni Francorum maneret, nomen poſſideret: Ludouico cederet omnis Germaniæ terra uſq; Rheni fluenta, trans Rhenum quæcunq; genitor poſſederit: Lotharius cum imperij titulo Romam haberet, & Italiam ac prouinciam Galliarum Romanam, cum ea Galliarum item particula, Scaldum inter & Rhenum fluuios, quæ acceptum tunc ab eius imperatoris ſubiectione, nunc etiā ſeruat Lothoringiæ nomen. Interea Saracenis Siciliam Tarentumq; duce Sabba regis Maurorum præfecto obſidione prementibus, Theodoſius imperatoris Conſtantinopolitani claſſis præfectus copijs quas ex Græcia adduxerat, diffiſus, ad Venetos ſe cōtulit, & Petro Andronico ac Ioāni eius filio Venetiarum ducibus ſpatharij dignitate, quæ tūc erat
C omnium illius imperij maxima, ornatis ab ea republica impetrauit ſexaginta nauiū claſſem à Venetis armari. Auctuſq; tanta claſſe Theodoſius, non prius inchoata in Venetiarum portu uelificatione deſtitit quàm ſinum attigit Tarentinum. Sabbas uero Saracenus quamprimum eam omnium Chriſtianorum claſſem Adriatico emenſo in ſinum Tarētinum flectere intellexit, ſiue quia timuerit, ſiue quia timoris ſimulationem rebus ſuis conducere ſit arbitratus, obſidionem ſoluit, & ad Crotoniatum littora repente nauigās, Chriſtianis quid facturus eſſet dubium fecit. Sed ea in magnarum claſſium propinquitate, quum leuia per occaſiones committerentur certamina, ad prælium uel inuiti utriuſq; claſſis duces pertracti ſunt uiſi. Fractis in eo prœlio, & fugatis Chriſtianorū copijs in Venetos pugnæ intentiores magna eius cladis calamitas ceſſit, nam eorū naues uel merſæ uel captæ ſunt, militum uero paucis in barbarorum poteſtatem factis, reliqui ad internecionem ſunt cæſi. Theodoſius aūt præfectus nauium, quas ex Cōſtantinopoli duxerat, parte amiſſa, ſaluti ſuæ fuga conſuluit. Ea elati uictoria Saraceni in Dalmatiā ducentes
D Auſerenſe oppidum ui captum ſpoliarunt. Forte tūc Venetorū naues mercimonijs onuſtæ à Syria reduces uiſa Saracenorum claſſe in ſinum ſeceſſerant Tergeſtinum, quas caſu inuentas, & fugā molientes barbari interceperunt, odioq; uſi quo Venetū perſequebantur nomen, mortales in illis repertos ad unum trucidarunt: exinde ad Italiæ orā flectentes, Anconem ui captam ſpoliatamq; incenderunt: nec fuit duobus in illis oppidis acceptæ cladis maior conſolatio, q̃ quòd populi fuga mediterranea dilapſi, magna ex parte Maurorum manus impias euaſere. Senſerunt & tunc Galliæ, ſicut & Italia quantum mali imperatoris Lotharij & fratrum diſcordia attulit rebus ſuis. Nanq; Normanni quibus Emergis appellatio fuit, duce Romano eorū rege per Ligeris fluuij oſtia ingreſſi, Aquitaniam omnem deuaſtarunt, & nullis qui reſiſterent exiſtētibus obuijs, Heria ab illis inſula, aliquotq; monaſteria ſunt cremata. Exinde Normāni per Galliā lōge lateq; uagati, Burdegalā, Sanctonam, Engoliſinā, Leniouicas, Pariſios, Turoniū, Beluarū, Nouiomagū, Aurelianos, Pictauos, & multa oppida, plurima caſtella populati ſunt. Carolus nāq; Caluus bellū quod cū Britonibus quinq; continuos geſſit annos deſerere non audebat,

ueritus ne cum in Normãnos ducere cœpiſſet, ſi Britones à tergo premerent reſiſtere ne E
quiret. Lotharius uero in Italia deſidebat, nec tñ auſi ſunt Normãni in captis de Francia
urbib. diu moram trahere: ſed in Aquitaniam reuerſi, eam pro ſede regni propriã tenere
conſtituerant. Carolus interea Homeuoio Britonum duce primo, & poſtea Criſpoio e-
ius filio ſuperatis, occiſisq́;, Britannia potitus ſe in regẽ Lemouicæ urbis ungi curauit, &
Franciam cum exercitu eſt ingreſſus. Eoq́; anno qui fuit à Fonteuentino prælio quintuſ
decimus, Lotharium imperatorem abdicaſſe ſe imperio & monaſticum induiſſe habitũ
apud omnes ſcriptores uideo: Per quod etiam tempus alter eius frater Ludouicus in ſuo
Germaniæ regno obijt. Implicitum tunc recipiendarum Franciæ urbium bello Carolũ
Caluum aſſumpſiſſe Romanum imperiũ, & regno Germaniæ ſua impoſuiſſe præſidia,
magis confuſe, magis nude traditur ab omnibus, in quos quidem inciderimus ſcriptori-
bus, q́ tantas res meritas fuiſſe iudicamus. Quod autem apud omnes ſcriptores conſtat,
Carolus Caluus imperatoris nomine aſſumpto, Romam ſe contulit, & à Ioanne octauo
pontifice Romano coronatus, ilico in Franciam redijt, compoſitisq́; illic rebus Romam F
eſt reuerſus. Interea Carlomannus & Carolus qui ex defuncto Ludouico fratre Germa-
niæ rege nepotes illius erant, exercitu ex omnibus Germaniæ prouincijs coacto, in Ita-
liam aduerſus patruum ducere conſtituerant, mouerantq́; ſigna quum Caluus copijs Ita
liæ raptim ſubſequi iuſſis, Mantuam acceſſit, Veronam eo conſilio ducturus, ut in ſalti-
bus Tridentinis nepotes ingreſſu Italiæ prohiberet. Sed quum apud Mantuam languo
re animi ægrotare cœpiſſet, uenenata potione, quã Sedechias Hebræus quo utebat̃ me
dico dedit, mortuus eſt. Ea Caroli Calui morte audita, Ioãnes pont. Ludouico eius filio,
cui Balbo cognomen fuit, Franciæ regi, ut imperator declararet̃ ſtuduit: contra uero nõ
nulli ex nobilitate Romana Carolum tertiũ Germaniæ regem, qui ut oſtẽdimus cũ Car
lomanno fratre exercitũ in Italiam ducendum habebat paratum, imperatorem fieri adiu
uerunt, & captum pontificẽ in cuſtodia habuerunt. Ille uero fuga prolapſus ad Ludoui-
cum Balbum regem in Franciam ſe cõtulit, & per annum ibi moratus, cum regem ami-
ciſſimum ex more inunxiſſet, Romam à Carolo tertio imperatore uocatus redijt, eũq́; G
etiã unctum imperij diademate ornauit. Is imperator paulopoſt in Normannos duxit,
Franciam & Lothoringiam rapinis incendioq́; uaſtantes. Eos autẽ breui adeo preſſit,
concluſitq́;, ut Rothifredus eorum rex, pace petita, ſe paſſus ſit fieri Chriſtianũ, quem im
perator de baptiſmatis fonte leuauit. Interim Ioanne octauo, & paulopoſt Martino ſecũ
do ac Adriano tertio pontificibus Romanis uita functis, Stephanus quintus ad annum
ſalutis octingenteſimum nonageſimumquintũ pont. creatur: cuius pontificatus tempo
re Carolus à regni Franciæ primoribus pro inutili imperio deiectus, ſuffectusq́; eſt illi à
Francis in Romanorũ imperatorem Arnulphus quidam obſcuriſſimo natus loco. Fran
ciæ aũt regno primum Carolus puer, cognomine Simplex præficit̃. Deinde eo deiecto
Roberti quondã Saxoniæ ducis filius Otho in Francorum regem aſſumptus eſt Deſiit
aũt in Arnulpho gens Francorũ imperij Romani culmine decorari ad annũ circiter cen
teſimum, poſtquam felicibus, & cum multis Europæ prouincijs, tum Italiæ fauſtiſſimis
auſpicijs Carolus cœperat imperare. Si quis uero eius temporis geſtas res, & uniuerſum
Italiæ regimẽ, cum ad ſexaginta qui ſequunt̃ annos cõparabit, profecto intelliget nulla H
unq́ tempora ſibi inuicem magis fuiſſe contraria, ut quemadmodũ afflictam laceratam
& omnibus bonis ſub exarchorum à Conſtãtinopoli miſſorũ tyrannide exhauſtã Italiã,
Caroli & quaſi omniũ eius ſucceſſorũ magnificẽtia, bonitas, liberalitasq́; erexit, inſtau-
rauitq́;: ita per eos ad ſexaginta annos ab Adriani tertij fine ad Ioãnis duodecimi initiũ
pontificatus, diſſidentes inter ſe Latini nominis principes & incurſantes barbari ac ex-
terni eã propemodũ ad deſolationẽ interitumq́; perduxerint, effecitq́; horũ quibus ſcri-
bendis manũ nunc apponimus, temporũ malignitas, ut omnis ferè ſcriptorũ diligentia
ceſſauerit. Nanq́; Lateranenſis eccleſiæ bibliothecarius uigintiunius ſummorũ pontifi-
cũ qui per eos fuerũt ad ſexaginta annos geſta adeo nude ſcribit, ut uix parentũ patriq́;
pontificũ illorũ nomina, & quot in põtificatu fuerint uel annis uel menſib. uel dieb. po-
nat. Suntq́; hi põtifices, Quintus, Formoſus primus, Bonifacius quintus, Stephanus ſex-
tus Ro. primus, Theodorus ſecũdus, Ioannes nonus, Benedictus quartus, Leo quintus,

Chri-

A Chriſtophorus primus, Sergius tertius, Anaſtaſius tertius, Lando primus, Ioannes deci
mus, Leo ſextus, Stephanus ſeptimus, Ioannes undecimus, Leo ſeptimus, Stephanus o-
ctauus, Martinus tertius, & Agapitus tertius. Lateranenſem ſecuti omnium primum di
ligentiſſimumq́ cæteri ſcriptores, & ſi de geſtis rebus prouinciarũ, unde originẽ habẽt,
aliqua & aliquando uana & ſuperflua dicunt: pauca tamen ad Romanũ imperium, Ro
manosq́ pontifices, pauciora q́ ad Italiam ſpectantia: qua ex ſcriptorũ ariditate geſtas
res ad noſtram intentionem facientes annorum ad ſexaginta, per quos dicti uixerũt põ-
tifices, explicaturi altiuſcule repetemus. Per ea tempora in quibus Carolum Caluum di-
ximus Romanum imperium aſſumpſiſſe, Normanni præda in Aquitania & cæteris Gal
liarum regionibus facta ſatiati, claſſem trecentarum ſexaginta nauium Conſtantinopo
lim duxere, ſuburbanisq́ illius ſpoliatis atq; incenſis in Britannicum mare ſunt reuerſi:
& ferè per eadem tempora Saraceni Cretam inſulam aggreſſi, ea omnia ſunt potiti. quo
rũ pars maxima in Italiam nauigans omnes urbes in ſinum Adriaticum ab Ancone Hy-
B druntũ uergentes tenuerunt, uel deſertas fugientibus habitatoribus incenderunt. Alijs
tñ tunc in locis res Chriſtianis proſpere ſuccedebant. Bulgari nanq; non quidẽ tunc pri
mũ, ut multi habẽt ſcriptores, Chriſtiani ſunt effecti: ſed quũ lõgo prius tẽpore ſchiſma
tici fuiſſent, catholicæ fidei dogmata acceperũt, eorumq́ rex, regno filijs relicto mona-
chus eſt effectus: & Sueropilus Dalmatiæ rex, ſubditaq́ illi Sclauorum gens, quam à Bo
hemis Germanis originẽ habuiſſe oſtendimus, tunc primum ad Chriſti fidẽ ſunt cõuer-
ſi. Facta aũt eſt per id temporis regni Dalmatiæ diuiſio, cuius membrorum nomina æta-
te etiã noſtra in uſu habẽtur. Siquidẽ uetuſti nominis Dalmatia Græciæ regio prima ab
oriente Macedoniam, ab occaſu Hiſtriam, à meridie pelagus Adriaticum, a ſeptentrio-
ne Pannoniam habuit. Noua aũt in diuiſione à campis Dalmatiæ hinc Hiſtriã uſq; Croa
ciam albam, inde à dictis campis Dyrrachiũ uſq; Croaciam rubeã, & uerſus montana à
flumine Drino trans ipſum flumen Macedoniam uſq; Raſſiam, & citra flumen Boſnam
uocauere. Seruat tñ ætatis noſtræ conſuetudo, ut ea omnis Dalmatiæ quõdam ora in ſu
C perum mare uergens Dalmatia, & quicquid eiuſdẽ montes mediterraneaq́ fuere, Croa
cia nominetur, Raſſiaq́ & Boſna pro regni Croaciæ regionibus habeantur. Adrianus
itaq; ſecundus per cuius tempora fiebant prædicta, ſynodum apud Cõſtantinopolim ha
beri curauit: in qua quum depoſitus eſſet Phocas Conſtantinopolitanus patriarcha, ne-
dum quod pont. ipſe Romanus quæſiuerat, quidquam fidei Chriſtianæ rebus profecuũ
eſt factum: ſed inueteratum iam Græciæ cum catholicis diſſidiũ recruduit. Ingreſſi per
id tempus erant Saraceni Tarentinum ſinum, & omnem eius orã ferro igniq́ uaſtabãt.
In quos delata Venetorum claſſis duce Vrſo Particiaco eos fudit. Interim Ioannes octa
uus pont. Romanus Adriano defuncto ſucceſſerat, qui multi ut debuit faciens Græco-
rum cum Latinis unionem, quòd Saracenis exterminandis maxime opportuna uideba
tur, ſynodum in Conſtãtinopoli quintam celebrari curauit, in qua trecenti & tres ſupra
octoginta patres fuerunt. Quid autem declarandis fidei Chriſtianæ articulis ea profue-
rit ſynodus, canonum libri habent. Sed quod nobis conſtat, nulla Græcos inter & Lati-
nos ſecuta eſt fœderũ compoſitio per quam Saracenis melius reſiſti potuerit. Eodem e-
D nim anno illi Creta inſula egreſſi Dalmatiæ oram inuaſerunt, & non ſolum expoſita ma
ri loca, ſed facta pleriſq; in locis excenſione mediterranea uexarunt. Qui Gradum uſq;
delati, oppugnata diu urbe ideo non ſunt potiti, quòd Veneti uicinæ urbis periculo ex-
citati laborantibus præſidiũ attulerunt, & fugatos inde Saracenos mari quoq; ſupero ex
pulerunt: in cuius fortiſſimi facinoris gratificationem Baſilij imperatoris Conſtantino-
politani apocriſiarij Dalmatiam adminiſtrantes Vrſum Particiacum ducem Venetum
protoſpatharium imperialẽ declarauerint: is dux accepti muneris gratias relaturus cam
panas XII. magni ponderis Baſilio imperatori dono miſit. Easq́ campanas conſtat pri-
mas fuiſſe, quas Græcia alicubi habuerit. Nihil poſtea inuenimus ſcriptũ memoratu di-
gnum uſq; ad tempora Adriani tertij, qui primus inchoata à Nicolao primo, ſed nõ per
fecta lege ſacrata ſanciuit, ne imperatoribus ultra liceret pontificũ Romanorũ electioni
aliqualiter ſe ingerere. Interea dũ omnibus ferè in maritimis Italiæ oris in Chriſtianũ no
men deſæuiunt Saraceni, noua ſuboritur haudquaq; minor labes. Etenim Hunni gens,
ſicut longe ſupra oſtendimus, Scythica innumera penè manus egreſſa finibus, nõ prius

in

in itinere ſedes cœpit, ꝙ ad conſanguineos Vngaros Pannonias incolentes peruenit, E
præualuitq; ea immitior gens, & factos humaniores continuata cū noſtris per multa ſe-
cula conuerſatione, ex Hunnis primo Bauaros, & poſtea ſicut oſtendimus, Vngaros di
ctos patrijs expulit ſedibus, tradiq; uidemus eam gentē, quando tunc primum aduenit,
calentibus adhuc patriæ morib. crudis carnibus & aliquando humanis ueſci ſolitā. Poſt
paucos itaq; annos ꝙ aduenerant Arnulpho apud Francos Stephani, ut docuimus quin
ti pontificatus tempore in imperatorē creato, Longobardi loca nunc Lombardia dicta
incolentes, ſiue quia in prædictæ Vngarorum gentis præſidio aduerſus Arnulphum im
peratorem ſperauerint: ſiue quia rebus Italiæ in maximū adductis diſſidium, Romanos
paruifecerint, illis aduerſari ac aperte inimicari cœperunt. Romaniq; & cæteri Itali nul-
lum ab imperatore nouo diſſidijs regni Franciæ implicito auxiliū aduerſus rebelles Lō
gobardos affuturum intelligentes, Berengarium Foroiulienſem ducē, Roma oriundū
crearunt imperatorē: nec tamen adeo in creatione illa fuerunt concordes, quin Luido-
nem, ſiue ut aliqui habent ſcriptores, Guidonem Spoletanum ducē, alij regem Italiæ de F
clarauerint. Hunni interim ſiue ꝙ & ipſi aduentus ſui principio dicti ſunt Vngari, prima
in Germanos expeditione delati, multis mortalibus uel cæſis uel captis loca ſacra æque
ac prophana & ſpoliarunt, & ferro igniq; deſtruxerunt. Nec minorem in Gallijs uel rerū
prædam uel ædificiorum demolitionem ediderunt. In Italia uero creati principes noui
inter ſe diſſidentes, aliquot cōmiſſis prælijs cōcurrerunt, primisq; in congreſſibus Gui-
do Berengarium incōmodis affecit. Et tamen Berengarius, quod ſcriptorum nullus ne-
gat, uir magnanimus ac rei militaris ſcientiſſimus breui ſuperior euaſit, ut Guidonem in
Hetruriæ ciuitatibus quas tenebat in ſuoq; ducatu Spoletano ſe oportuerit continere.
Magna autem uſus prudentia Berengarius, Arnulphi imperium apud Francos tenētis
amicitiam fœderaq; quæſiuit, quibus fœderibus illud expreſſe actum eſt, ut ſe principes
aduerſus quoſcunq; hoſtes ope mutua iuuarent: primusq; Arnulphus contra Guidonē
auxilia à Berengario rogatus Senebaldum filium cum copijs haud quaquam contem-
nendis in Italiam miſit: ſed ſiue Senebaldus & eius duces exercitus præmijs à Guidone G
corrupti fuerint, ſiue utrunq; principē Italicū belli diuturnitate fatigari, eneruariq; quæ-
ſiuerint, nullum Senebaldus Berengario attulit adiumentum, qui re nedum infecta, ſed
nec intentata in Franciam eſt reuerſus. Inuenio apud unicum ſcriptorem Guillermū, ue
niſſe paulo poſt in Italiam Arnulphum, & capta Bergomo ciuitate, eius comite Ambro
ſio per ſuſpendij dedecus occiſo, ita terruiſſe omnes Italos, ut ad Formoſum papā à quo
uocatus erat, Romam uſq; peruenerit. Affirmatq; Guillelmus Arnulphum fugari à ſe
Guidonis regis uxorem in arce, de qua ſe illa tutabatur obſediſſe. Quicquid uero de Ar
nulphi in Italiam aduentu ueritas habeat, certum eſt Guidone rege per Formoſi pontifi
cis tempora mortuo, Lambertum filium illi in regno ſucceſſiſſe. Eo qui ſecutus eſt anno
Bonifacius quintus pont. Formoſo ſuffectus, dies tantūmodo XV. uixit: cuius in ponti-
ficatu, ſicut Sicardus aut ſicut Guilelmus ait Ioānis noni temporibus, memorabilis acci
dit caſus Arnulphi apud Francos imperium tenentis, quem ferunt pediculos uermes,
quos ſola caro humana gignit, ita totum inuaſiſſe corpus ut nullo potuerit medicamine H
adiuuari, quin eo in faſtidio & cruciatu uitam amiſerit. Paulopoſt ad prima Stephani
ſexti pontificatus tempora Franci Ludouicum Arnulfi filium eius nominis tertiū in re-
gem Francorum Germanorumq; genitori in titulo imperij ſubrogarunt: pariterq; Lam-
berto in Italia regi defuncto, Lotharius filius à Spoletinis in ducē ſubſtituitur, & ab eiſ-
dem Etruſcisq; rex Italiæ declaratur. At Vngari poſtquam per Germaniā primo, & poſt
modum per Gallias ſatis fuerant debacchati, per alia ꝙ fuerant Germaniæ loca reuerſi
ſunt. Quibus magno cum potentatu ſe Ludouicus Germaniæ rex oppoſuit, ſed prælio
cōmiſſo maximam cladem Ludouicus accepit, adeo ut pacem obnixius petitam ingen-
ti data pecuniarum ui, & tributo in quot annos promiſſo redimere ſit coactus. Reuerſi
patriam maxima cum omnifariam rerum gaza Vngari tota hyeme quieuerunt: ſub ip-
ſumq; ueris initium in Græcos ducentes multas eorum ciuitates ſibi tributa pēdere coe
gerunt, pariterq; populati Bulgarorum agros, & ipſis Bulgaris prælio cōgredi auſis ma
gna proſtratis occidione, eos ſibi fecerunt tributarios. Poſteaquàm barbaræ efferatæ gē
tis alluuio tot tantasq; nationes & ꝓuincias ſatis ſuperq; inundauerat, Italia ſuæ calami-
catis

A tatis parte non caruit. Nanque per Sergij tertij pōtificis Romani tempora ijdem Vngari Italiā ſunt ingreſſi. Veneruntq́; uia Foroiulieſi, malo noſtro, ut docuimus, ab initio mūdi barbaris patefacta. Oppoſuit uero ſe Berengarius imperator ad ipſum Italiæ limitem cum quindecim milibus armatorum, & manu conſerta fractum fugatumq́; penè totum amiſit exercitum. Tum furentes Vngari cęde, incendijs, & rapinis cuncta uaſtantes, Taruiſium peruenere, eaq́; expugnata urbe ultra progreſſi, omniaq́; uaſtantes, per quæ facerent iter Mediolanum inuadere conſtituerant: cum exciti opulentiæ urbis Venetiarū fama iam tunc ingenti, ſigna conuertentes in eam duxerunt, & lembis tumultuarie fabricatis, quorum aſſeres pellibus conglutinarent, ciuitas noua capta ad primum impetū eſt incenſa. Exinde Vngari per littorales inſulas debacchati, Equilium caput aggeris Clugiāq́; populati ſunt: fuit uero animus Riuumaltū primarias eius urbis inſulas inuadere, ſed erat alia tunc eius urbis forma, alia munitio. Nanq; Petrus cognomēto Tribunus tūc dux quamprimū eam gentē in Pannoniā conſediſſe audiuerat, urbē Venetiarum, q́ natura loci uidetur abhorrere, à Riuocaſtelli ad ædem ſanctæ Mariæ in Iubanico appellatam, muro cinxerat, canalem uero quem magnum dicunt, ferrea clauſerat catena, cuius

B capita unum in ſancti Georgij, alterum in ſanctæ Mariæ prędictæ ædibus firmabantur: quum itaq; Vngari à Clugia mouentes littusq; cōtra Methamaucum eſt cepiſſent, ut inde Methamauco Riuoaltoq́; per Albiolam potirentur, Veneti Petro tribuno duce per arma illis reſiſtere perrexerunt, pugnatumq́; eſt uarijs in locis, per quæ barbari multitudine freti irrumpere conabātur: & quum eo in certamine uario aliquot diebus ab utriſq; laboratum eſſet, tandemq́; ipſo natalis Petri & Pauli apoſtolorum die, Vngari uictoria deſperantes, re infecta retroceſſere, & in ſe continentem agrum Patauinum ad equitatū impedimentaq́; receperunt. Annus tunc primus Vngarorū in Italiam aduentus elapſus erat, quando Berengarius ingenti data pecunia, datiſq́; pro continuanda pace obſidib. ſe & Italiam ab ea uexatione prudenti conſilio uindicauit. Aſt apud Græcos Conſtantino puero, qui fuit Leonis filius orientale imperium tenente, quidam nomine & origine

C Ro. quem is Leo pater claſſis præfectum tenuerat, pueri tutelam primo, deinde imperiū per arma dolumq́; occupauit. Quo rerum diſturbio Calabri, Apuli, & alij eius oræ cū Italo legitimo imperatori Cōſtātio ſicut cōſueuerant ſubeſſe nequirēt, adulterino rebelles erāt. Erat uero Ro. peſſimus uir ingenio, qui nulla alia ratione imperatori charus à principio fuerat, q́ quia uenator fortiſſimus leoni in campis ferocienti congreſſus illum occiderat. Vſus itaq; Ro. maxima in Italos Romanoſq́; apud quos ſordido tamen loco natus erat, impietate, Saracenorum, Africanorum regem impulit, ut Calabris, Apuliſq́; ſibi rebellibus domandis copias traduceret. Sed ea gens Chriſtianum, & in primis Italicum exoſa nomen, Calabros, Apulos, Salentinos & Lucanos, non domuit modo, & Græco imperatori coegit, uerum etiam commiſſis cædibus, rapinis & incendijs penè ad internecionem deleuit, adeoq́; uincendo inſolens eſt facta, ut de ſubigenda diruendaq́; Roma inter eos ſæpenumero actum fuerit. Freti igitur multitudine Saraceni, omnē eam Italiæ oram à ſtrictioribus Calabrorū & Hydruntinorū promontorijs in ampliorē terrā ma

D ria inter ſuperum ac inferum ſemper ſe extendentē uſq; ad ipſa propè urbis Romæ mœnia tunc ceperunt, quæ breui omiſſa Græci imperatoris mentione ab ea barbarie dominio eſt oppreſſa. Erat tunc Ro. pont. Ioannes decimus Tauxignano Romandiolæ oppido oriundus, qui populorū Italiæ calamitati cōpatiens, formidans quod futurum apparebat, ne Roma à Saracenis inuaderetur, Alberici in Hetruriæ partibus Marchionis auxilia implorauit. Ipſum Albericum concordant oēs ſcriptores uirū fuiſſe præſtantiſſimū ſed aliqui eum fuiſſe pontificis fratrem affirmant, aliqui ſupprimunt, nullus in cōtentione adducit. Ego autem finem quem exitio pontificis patem habuit conſyderans, ut credā illius fratrem fuiſſe inclinat animus. Sub ipſum Alberici cum copijs in urbem aduētū, habitus eſt Romæ tunc etiam aliquid neruorum habentis eorum qui arma ferre poſſent delectus, eductuſq́; ex utriſque copijs exercitus, quem magnum parātiſſimumq́; fuiſſe euentus docuit: nanq; pont. Ioannes decimus, ut aliqui uolunt ſimul cū Alberico: uel ut alij habēt ſcriptores, Albericus Marchio cū exercitu in Saracenos gentē penè innumerā delatus, eos Romanę urbis finib. ſtico expulit, & perſecutus retrocedētes cū illis apud Lirim fluuiū, quē nunc Garilianum appellant, conflixit, uicitq́;, & reuerſus cum uictoria ac exer-

ac exercitu penè integro, ouans Romam eſt ingreſſus. Cōſternati animis ea clade acce- E
pta Saraceni, montis Gargani arcē cōmunientes, apud eam & ſub ipſo monte ſedem ce
perunt, ex qua Italiā multis poſtea temporib. uexauerunt. Romæ aūt orta inter primates
diſſenſio, Albericus Marchio per inuidiam ingratitudinemq́ pellitur, qui apud Ortam
Hetruriæ oppidum ſe cōmuniēs, uicē inuidis ingratisq́ Romanis repēdere ſtatuit, ſed
talem quæ rem Italicam in miſeriam calamitatemq́ perduxit. Ad Vngaros enim nunci-
os mittens, qui operam & opem ſuam ad Romanæ urbis oppreſſionem pollicerer̄, illos
ut ſpretis fœderibus cum Berengario imperatore ictis nenirent impulit. Sed ea gens pſſ
da Romani agri fines, quod in primis Albericus quæſiuerat, nequaq́ attigit. Hetruriam
uero omnem, quam Albericus ſaluam eſſe pactus fuerat, cōmiſſis ſumma & aliis inaudi
ta impietate cædibus, icēdijs & rapinis propè deſtitutā deſertamq́ reddidit. Omnes e-
nim mortales fœminas æque ac mares qui cædib. ſuperfuerāt, aut fuga prolabi nequiue
rant, in Vngariā abduxit. Quid aūt eo tempore Berengarij imperatoris, aut Lotharij re-
gis nomen, autoritas uel potentia effecerit, ut ignorē facit ſcriptoū ariditas, quā ſuprà F
calamitatū Italiæ initio deploraui. Sed apud omnes & in primis apud Ricardum cōſta-
re uideo Vngaros poſtquā uocati ab Alberico Italicam deguſtauerāt prædā, per ſingu-
los penè qui aliquandiu ſecuti ſunt annos ad abradendū ſi quid reliquum erat, in Italiam
reuertiſſe, uideoq́ per infeliciſſimum id ſeculū partē Italiæ mediam hinc à Tyberi amne
in Calabros, inde ab Aterno, cui fluuio nunc Piſcariæ eſt appellatio, in Salētinos: & ſinū
Tarentinū à Saracenis qui apud Garganum conſederant, direptā afflictamq́ fuiſſe, quū
nulla ex parte feliciora per Vngarorū incurſiones tempora habuerit ea maior pars, quæ
hinc à Tyberi, inde ab Aterno Alpium finibus cōtinetur: quantum aūt ex Guileſmi ſcri
ptis cōijcere potui, Berengarius imperij ſui uires, nomenq́ ad eam Italiæ partē, quæ nūc
eſt Longobardia, ad Alpes uſq; obtinebat. Nam per eadē Ioannis decimi tempora dum
hinc Vngari, inde Saraceni, ut diximus, alias Italię partes premerēt, Ludouicus Boſonis
prouinciæ Romanæ, & Burgundiæ regis filius per Taurinos Italiam eſt ingreſſus: quē
Berengarius ſecundus pręlio ſuperatum, captumq́ ea conditione iureiurādo firmata di G
miſit, ut nunquā Italiā cum exercitu ingredereſ. Quòd autem Berengarij ſecūdi mentio
nem prius feci, q̄ de primi morte quicq̄ dixerim, nullus mirabiť qui Vincentij Beluacē
ſis fratris, Martini Polonicaſenſis archiepiſcopi, Sicardi Cremonenſis epiſcopi, Ricardi
& Guillelmi monachorum, Gothfredi Viterbienſis, & fratris Ptolemęi de Luca chroni
corū libros perlegerit. Ne enim omnes eorū hac in re errores quod longum eſſet recen-
ſeamus, quum aliqui eorū dicant primum Berengarium quatuor, & ſecundū duodecim
annis imperium tenuiſſe, tempora Lotharij & tertij Berengarij ad tredecim annos pro-
trahūt, ut quinq; ipſos imperatores Latinos cū regibus & tyrānis interiectis, per annos
duos de triginta tantūmodo in Italia fuiſſe ultimus dictorū ſcriptorū Lucenſis affirmet.
Nos uero & ſi dictorū imperatorū regum & tyrannorū tempora diſtinguere neſcimus,
id certū habemus à Berengarij primi initio imperij ad Othonis primi & germani legiti-
mi imperatoris coronationem à Ioanne duodecimo pontifice Romano factā, annos ad
quinquagintaquinq; interceſſiſſe, & ipſum Othonē Berēgariū in Lombardia primo re-
gnare permiſſum, poſtea in exilio egiſſe docebimus: ut confidenter affirmemus ſex ſiue H
imperatores ſiue reges Italia oriundos, tres ſcilicet Berengarios, Guidonē, Lothariū, &
Albertū: inter quos Rodulphus Burgundus, & Vgo Arelatēſis regnarunt, per eos quin
quaginta quinq; annos Italiā motibus agitaſſe. Sed ad rem. Dum Saraceni, quos Ioānes
decimus pont. & Albericus marchio ſuperauerant, ex Gargano monte unā, & Hungari
aliā Italiæ partē ſæpe infeſtant, Berengariusq́ ſecundus nomen imperatoris in Italia reti
nens Burgundis in Lōgobardia Pedemōtibusq́ reſiſtit, Ludouico regi Germanię, & a-
pud Francos Germanosq́ imperatori mortuo ſucceſſor Cōradus Auſtrię dux fuerat de
claratus. Exinde Ludouicus Boſonis Burgundio cōtra iuſiurandū Berēgario ſecūdo im
peratori Italię pręſtitū per Tridentinos in Italiā reuerſus Veronā cepit, duxitq́ in illū Be
rengarius. Et Veronenſib. deditionē facientib. Burgundo cum copijs interceptus exce
ptatusq́ abire permiſſus eſt: ſecundū quam uictoriam Berengarius imperium quietēq́
in Italia reintegrare cupiens, pacē fœderaq́ cū Hungaris firmauit: Hungariq́ rabie, qua
in Italos deſęuire tot per annos aſſueti fuerant, in externos uerſa, Alemanniā denuo po-
pulari

A pulari ac uaſtare cœperũt. Nec tñ interea quieſcere potuit Italia. Romanus nãq; popu-
lus Alberti Spoletani ſiue ducis ſiue regis appellati auxilio fretus, iuſtiſſimaq; commo-
tus ira Hortanum obſidẽs oppid um de capto Alberico Marchione ſuppliciũ ſumpſit.
Sed interea Saraceni ad Garganũ ſedentes Apulis Calabriſq; noua excurſione uaſtatis
Beneuentũ urbẽ obſident, ſpoliatamq; incẽdunt. Quibus ultra progredi, ut Romanos
inuaderent fines parantibus, Romani pont. Ioannis decimi ſuaſionibus impulſuq; addu
cti, Guidonem neſcio quem comitem cobortibus tumultuario delectu coactis præfici
unt. Iſq; in Barbaros ducens furentes repreſſit. Eò autẽ demiſſionis animorum per aſſi-
duas calamitates in Italia peruentũ erat, ut aditis Barbaris populi quamprimũ excidio
ſe & internecione domari intelligebant, deditionẽ ſecerint. Itaq; Saraceni dũ ſpolianda
Beneuento detinerent, nuncijs qui permittentibus ſeſe eorũ deditioni ſalutem pollice
rent præmiſſis, nonnullorum Rom. ciuitatibus oppidiſq; præſidia impoſuerãt. Quò cũ
duxiſſet Guido, fuere ciuitates, in quas admiſſus miles Romanus cum retẽto Seraceno
B habitauit, & aliquandiu hic de retinenda, ille de capienda poſſeſſione certauit. Superio
res tñ euaſerunt Romani, quod Saraceni ex gentis more quamprimum ſibi pro uicto-
ria decertandum intellexerunt, Romanæ terræ finibus exceſſerunt. Reductis cohorti-
bus Guido urbis quieti inuidens, Ioannẽ decimũ pontificem bene de Romanis, & opti
me de ſe meritum interfecit, Suffectuſq; in pontificẽ Leo ſextus per ſex mẽſes uixit, cui
Stephanus, ut aliqui ſextus, ut alij uolunt ſeptimus, eſt ſuffectus. Interea Vngaris poſt fa
ctã cũ Berẽgario imperatore pacẽ, Alemanniã, Aleſatiã, Saxoniãq; populantibus, Hen
ricus Germaniæ congreſſus, eos apud urbẽ Moresbucb maxima afflixit cæde. Per idq;
tẽporis Berengario ſecũdo imperatore poſt pacatos, ut diximus, Vngaros, imperiũ Ita
liæ ut inſtauraret adnitente, tyranni quibus formidoloſa erat eius potentia, pernicioſis
Italiæ machinationibus reſiſtere perrexerunt, Rodulfo Tranſiurenſe Burgundionũ re-
ge ſuaſionibus pollicitationibuſq; in Italiã accerſito, qui perditorũ hominum Italiæ ma
gnatũ potius quàm exercitus ſui uiribus fretus, Berengario pulſo in illius quõdam imperij
C parte Italiæ tribus annis regnauit. Nec tñ diu tardauit ultio, quæ bonos earũ regionum
æque ac perfidos afflixit. Etenim Vngari, ad quos Berẽgarius cõfugit, Salardo duce in
Italiã uenientes, & omnia per quæ incedebãt uaſtantes, Papiã obſederũt, & ui captã fer
ro & igni ut abſumerent ſunt adniſi. Quæ effecit accepta clades, ut Itali à quibus Rodul
fus Burgundio introductus fuerat, parũ præſidij in illo eſſe cernẽtes, Vgonẽ Arelaten-
ſem comitẽ in Italiã uocauerint: cui cedens abſq; cõtentione Rodulphus, in Burgundiã
ſe recepit. Duxit uero, ut debuit, Hugo Italiæ regno potitus Rodulphi regis exẽplo ad-
monitus, ſuſpectã eorũ à quibus uocatus fuerat fidẽ, & dato Samſoni cuidã ex ducibus
ſuis exercitus negocio, illos quid fieret, principio ignorãtes, in exilium egit. Nec tñ Hu
gonẽ regem ſua ſatis tutata eſt prudẽtia, qđ Arnoldus Bauarorũ dux à factioſis exulib:
alijſq; domi potẽtibus Italis ſuaſus aduerſus eũ in Italiam cum paratiſſimo exercitu ue-
nit, quẽ Veronenſes primi regẽ Italiæ appellatũ intra mœnia acceperunt. Longe autẽ
aliter quàm fecerat Rodulpbus regnum ſuum Vgo ut retineret adniſus eſt. Qui exercitu ad
D Veronæ mœnia appulſo pugnandi copiã Arnoldo fecit, & etiam prelium nequaquam
retractante paribus animis eſt decertatũ. Vicitq; Vgo, & Veronenſibus reiectam in Ra
cberium epiſcopum ſuũ rebellionis culpã deprecantibus pepercit. Racherius uero epi
ſcopus Papiã in exiliũ eſt actus, Berengario ſecundo quem Italia pulſum ad Vngaros
confugiſſe diximus, apud illos, uel ut aliqui habẽt ſcriptores, apud Sueuos uita functo:
Berẽgarius tertius primi Berengarij ex filia nepos, in Italiã uenit. Quem uero & quãtũ
adduxerit exercitũ, aut cuius gentis ope adoleſcẽs exul ſit reductus, qđ in primis opor-
tuit, nullus ſcribit. Sed apud multos cõſtate uideo ipſum Stephani ſeptimi põtificis tem
poribus Italiã aduerſus Vgonẽ Arelatenſem ingreſſum eſſe. Eoq; anno qui fuit Chriſtia
næ ſalutis nongenteſimus triceſimus primus: uel iuxta quorundam opinionem Ioãnne
undecimo pontifice nongenteſimus triceſimuſquintus, Saraceni Africã incolentes, in-
genti ducta claſſe, orã omnem Hetruriæ maritimam populati ſunt, & Genuam circum-
acti, urbemq; graui obſidione preſſam ceperũt, in qua maxima uſi ſunt ſæuitia: urbe enĩ
ſpoliata, & ijs, qui arma ad defenſionẽ induerant, primo impetu cæſis, oẽs pariter pube-
res latebris eductos trucidarũt. Moturiq; & in Africam redituri, mulieres omnis ætatis;

& impuberes maſculos cũ facta præda nauib. impoſitos abduxerunt. Miratus uero ſum E
hanc Genuenſiũ calamitatẽ apud diuerſos ſcriptores legens, neminem eorum incidiſ-
ſe, qui dicat urbẽ à Saracenis igni ferroq; uaſtatã. Ideo Veneto ſcriptori Danubio impu
beres Genuenſium ex Africa in patriam breui reductos fuiſſe affirmanti magis credo,
quod gentis æmulatio in ea felicitatis parte fidẽ ſcriptori uidet̃ aſtruere: Stephano ſepti
mo per id etiam temporis, & paulopoſt Ioanne undecimo defunctis, pontifex creatus
eſt Leo ſeptimus. Ad cuius anni termi tẽpora, Gulielmus ſcribit Henricũ Germaniæ re-
gem atq; imperatorem obijſſe: cui ſit in regno imperijq; titulo ſuffectus Otho filius Ma
tilde ſuſceptus Theodorici Saxoniæ regis filia. Is Otho fuit naturæ & ingenij dotibus
uir excellens, cuius in re militari ferox ardẽsq; animus, comitate & ſumma erga oẽs hu-
manitate ſupra gẽtis ſuæ mores cõditus erat: hinc etſi multa domandis Germanorũ ho-
ſtibus bella feliciter cõſummauit: maiora tñ regno ſuo iecit fundamenta, rebellibus con
tumacibusq; ꝓceribus per tolerantiam, humanitatẽ & comitatẽ in amicitiam fœderaq;
reductis. primos tñ regis annos, uel ea ratione habuit fideliſſimos, quod Saxones ſe ab- F
ſente, Hungaros eorum agros populantes prælio fuderunt, & tanta cõfecerunt occidio
ne, ut aliquot annis poſtea quieti intra Pannoniã ſe continuerint. Interim Berengarius
Italiã ingreſſus, ſiue quia debilem adduxerat exercitum, ſiue quia populos Italiæ ſuis fa
uoribus parũ inclinatos offenderit, ꝙ primum Hugonem regem arma aduerſum ſe pa-
rare intellexit: retrocedens, Alpes tranſcendit, & ſe contulit in Sueuiam. Affligebat tũc
Italiã fames, qua ad tres annos cõtinuante, Hugo rex nullis agitatus rebelliũ motibus,
nullũ & ipſe cõciuit motum. Sed Agapito ſecundo poſt Martinum tertium ad pontifi-
catũ maximũ aſſumpto, Berengarius tertius magnis externorum adductis copijs in Ita-
liam eſt reuerſus: ad primam cuius aduentantis famam, rebelles in Hugonẽ animi mul-
tis in Italiæ regionibus ſunt oſtenſi. Id cũ peruidiſſet Hugo, quod uiribus nequiſſet, con
ſilio ꝓuidere perrexit. Miſſis namq; ad hoſtẽ iam aduentantem oratoribus, cum eo his
conſtituit fœderibus: ut ſe Italia diſcedente, Lotharius filius, & Berẽgarius Italiæ reges,
æquo iure omnia adminiſtrarent. Viguitq; aliquot annis ſolo nomine conſortium, qđ G
Berengarius acri uir ingenio, Lothariũ ſpreuit: qui apud Papiã cum uxore Alunda no-
bili ac ferociſſima muliere, cuius dotis iure eam ciuitatẽ & multa oppida obtinebat, ſe
cõtinens iniuriã diſſimulauit. Italis etiam Berengarius ſuperbe ac auare imperans, eos
potius in tremore continuit, ꝙ ſibi beniuolentia ſciuerit & humanitatis artibus deuin-
cire. Hugo interim poſt parum ꝙ Arelatũ redierat, diem obijt: per idq; temporis Henri
cus Bauariæ dux, magno Italiæ cõmodo Aquileia capta, in proximas urbes ducere cõ-
ſtituerat. Quũ forte tunc Hungari, Italiam inuadere diſpoſiti, Iuſtinopolim aduenerũt.
Quibus ut ꝓgrederent̃ molientibus, ſeſe oppoſuit Henricus: & commiſſo bis prælio,
Hungari accepta primo & iterum clade repulſi, in Hungariã redierũt. Ea uictoria faci-
ente animos, Henricus omnẽ eam Italiæ partem ditiſſimam, quæ Aquileiam Papiamq;
intercedit, excurſione potius ꝙ peragrando populatus eſt. Berẽgarius uero legatis per
Lõbardiã miſſis, ꝗ auxiliares copias apud Brixiã cogerent, educto repẽte ſtationibus
exercitu, Papiam properare cœpit. Quod quum habuiſſet exploratum Henricus, ſibi ti H
mens, exercitum apud Papiam nauibus impoſitum deduxit in Padum. Inde continua-
ta ſecundo amne nauigatione, nullam prius excenſionem fecit, ꝙ ad agri Paduani fines
peruentum eſt. Qui continuato ex eo loco itinere, intra Auſtriam ſe recepit. Vixdum
Berengarius tumultum ſedauerat, quũ Taxis rex, Hungaros ſuos Italia, ut diximus, pau
loante pulſos de Bauaro, quẽ in Italia regnare opinaret̃, ulturus paratiſſimo Italiam ir-
rupit, tantusq; Italorum animos tunc pauor inuaſit, ut ultimum impendere exterminiũ
contremiſcerent. Berẽgarius uero ſiue propitiore uſus fortuna, ſiue cõcilij prudẽtia, Al
bertũ mittens filium, Taxim multa oratum peruicit, ut acceptis nummorum modijs ar-
gentorũ, ſicut tradi uideo, decẽ, recedens Italiæ pepercerit. Secundus tunc elapſus erat
regni Berẽgarij tertij annus, quo in tẽpore Lotharius ſolo nomine rex fato eſt functus:
& Berengarius Alundã, ne alicui nuberet, patrimonij ſui dominium, & Italiæ regnum,
per dotis occaſionẽ inuaſuro, publice apud Papiã carcere mancipauit. Tuncq; maiora
audens omnem Lombardiam Alberto filio permiſit gubernandam, & ſe imperatorem
Auguſtumq; appellans, illum regẽ Italiæ uoluit appellari. Multa interim maximaq;, &
quidem

A quidem præclariſſima in regnis Frãciæ & Germaniæ Otho rex geſſerat, quæ noſtrę in-
tentioni parum accõmoda omittimus. Sed quum eius uirtutis fama etiam in Italia cele-
bris haberet̃, Agapitus pontifex multiq́; proceres Berengarij Albertiq́; filij tyrãnidem
exoſi, illius opẽ rebus afflictis Italiæ popoſcerunt. Qui cũ quinquaginta, & eo, ut aliqui
uolũt, amplius armatorũ milibus mouit, trita & aperta Barbaris per Forijulij regionem
uia Italiã ingreſſus, Berengarium imperio, & Albertum regno Italiæ deturbauit. Quid
aũt molitus fuerit, quid reſiſtendo fecerit Berengarius, nuſquam inueni. Idq́; ſolũ addi
uideo, Othonem poſtquã Italia à Berengario & Alberto poſſeſſa eſt potitus, Alundam
Lotharij quondã uxorem, carcere in quo apud Papiam tenebatur eductam in uxorem
accepiſſe, & Alberto Berengarioq́; ſuperatis, deiectisq́; peperciſſe, quibus Lombardiã
omnem, Verona & Aquileia exceptis, permiſerit gubernandã. Reuerſus in Germaniã
Otho ex Alunda uxore anno uix dum elapſo filiũ ſuſcepit. Cui Othoni poſtea ſecundo
fuit appellatio. Ea tempeſtate proceres quidã regni Frãciæ, quorũ primarius ductorq́;
B fuit Vgo magnus Pariſienſis comes, Othonis ſororẽ in matrimonio habens, Lodouico
eorũ regi rebellarunt, eumq́; Normannis hoſtibus ꝓdiderunt, à quibus illico in carcerẽ
eſt coniectus. Quod quũ Otho intellexiſſet cõſanguineo regi etiã aduerſus ſororij co-
natus ſuccurrendũ eſſe cõſtituit, & exercitu quẽ ſupra uiginti legiones habuiſſe ferũt ex
Italis Germaniſq́; coacto, Franciã ducens facile obtinuit, ut Ludouico libertati regniq́;
adminiſtrationi reſtituto, Normanni ſeſe intra fines ſuos cõtinerent. At in Italia Alber-
tus Berengarij filius apud Rauennam cõſtitutus Venetos mercatores multis affecit in-
cõmodis. Comacleniũ eñ nauigio, qđ illi haudquaquã tenue tunc habebãt, fretus, ma
re illud latrocinijs tenebat infeſtũ. Id quum Veneti diutius pati nec poſſent nec uellent,
nauigio tumultuarie cõtracto, in Comaclum ducto, oppidũ primo impetu captum cũ
oppidanorum nauibus incenderunt: captos autem oppidanos & iuramento, ne ultra in
prædam cuipiam aduerſum ſe obedirent aſtrictos, dimiſerunt illæſos. Forte paulo poſt
Petrus cognomento Candianus dux Petro filio, ut ſui ducatus conſors omnia ſecũ ad-
C miniſtraret conceſſit. Iſq́; Petrus genitori ingratus quum in eum conſpiraſſet, in exiliũ
eſt actus. Qui acri adoleſcens ingenio ad Berengarium, Albertumq́; ſe contulit, & quũ
forte duodecim onerariæ naues ui tempeſtatis in primariũ Padi oſtium actæ eſſent, eas
Petrus Alberti conſilio præſidioq́; fretus intercepit. Et patre paulo poſt uita functo, in
patriam reductus à Venetis dux eſt factus. Agapito pontifice per id temporis uita fun-
cto, Albericus quidã Romanus ciuis potentiſſimus per factionẽ cum magnatibus ini-
tam, perq́; uim clero & populo illatam, filium ſuũ Octauianum creari põtificẽ obtinuit,
qui Ioannes duodecimus appellatus eſt. Is uitam ne dum põtifici, ſed cuicunq́; priuato
turpẽ in pontificatu duxit: quippe qui præter uenationis, cui ſe totum dedidit leuitatẽ,
mulieres palàm habuit cõcubinas. Eius geſta dum attente perquireremus, forte inueni
mus, qđ à nobis ſupra deſideratũ fuiſſe nõ ambigimus, qualis Romanæ urbis ſtatus &
adminiſtratio fuerit. Dum hinc Berengarius Albertuſq́; filius Lombardiam, & ut cõij-
cimus, Romandiolã Othonis cõceſſione gubernant, inde partim Cõſtãtinopolitanus
D imperator, partim Saraceni Apuliam, Calabriã, Lucanos, & Saletinos in prædã habẽt.
Romæ eñ duo cõſules ex nobilitate quotannis tunc fiebãt, q ad ueruſti cõſulatus exẽ-
plar ſummæ rerũ præeſſent. Et pręfectus item ex nobilitate creatus populo ius dicebat.
Ex plebe aũt creati ſingulis annis duodecim, quibus decarchonibus erat appellatio: ſe-
natus uicẽ in conſilijs & deliberationibus obtinebant. Parebãt uero Romanis, à quibus
magiſtratus annuos accipiebant oẽs urbes, & oppida uicina Hetruriæ intra Vrbeueta-
nũ, Tudertinumq́; agros in urbẽ uergẽtis, & quicquid à Neapoli & à Marſis Reatinisq́;
ad urbem pertinet. Picenũ autem Spoletanum ducatum, & cæteras Italiæ regiones quis
tunc gubernauerit inuenire nequiuimus. Sed quod ex ſupraſcriptis, & ijs quæ ſequunt̃,
quis facile poterit intelligere, in tanta principatuum non multitudine magis q̃ diuerſi-
tate peſſimus erat Italiæ ſtatus. Otho rex interea poſt liberatũ, ut diximus, Ludouicum
Franciæ regem, Boizlaum quoq́; Bohemorũ regẽ inimicos in ſe animos præſeferentẽ
domuerat. Eodẽq́; tempore Vgo Magnus Comes Pariſienſis, qui ſororem Othonis, ut
diximus, Hacuindam in matrimonio habebat, Ludouico regi Francię iterato inimicari
cœperat. Quod quũ intellexiſſet Otho, ne cõtinendo in fide ſororio ſatis per nuncios li

teraſq; proficeret,ſecũda expeditione in Franciã delatus ipſe cõpeſcuit, & regi parére B
ac ſubeſſe coegit. Qua felicitate dũ omnibus in locis rex præſtãtiſſimus idemq; uir op-
timus Otho utitur,glorioſi &ſimul ſaluberrimi facinoris occaſionẽ eſt nactus. Namq;
Hungari,ſiue quia uicinos contiguoſq; Bohemos ab Othone domitos ac ſubactos in-
digne ferrent,ſiue quia illũ Frãciæ expeditionibus occupatũ minus reſiſtere poſſe cre-
diderint,impetũ in Germaniã fecerunt. Duxit uero in illos magna ſpe,nec minori con-
fidentia plenus Otho, & paribus animorũ ardoribus,paribusq; hinc inde odijs prælio,
quod aliquot diebus per ſolas noctes intermiſſum fuiſſe ferunt,decertatũ eſt. Quanquã
uero Othoni & Germanis uictoria ceſſerit cruẽtiſſima,Hũgari tamen nõ fuſi ſuperatiq;
potius q̃ penè ad internecionem cæſi fuerunt. Adeoq; tunc eneruata eſt potentia Hun
garorum,ut multis poſtea tẽporibus Pãnonia ſe continuerint. Tres in eo prælio reguli
in poteſtatẽ Othonis uiui ſunt perducti,quos Germani Othone etiã,ut perhibẽt,adni-
tente, laqueo in Hungarorũ dedecus ſuſpenſos necauerunt. Ea tot tantarũq; diu & mul
tis continuatarũ in locis uictoriarũ Othonis fama,Romanis Italiſq; ſuaſu,ut quum Be- F
rengarij Albertiq; filij, tum etiam cæterorũ Italiæ tyrannorum malis finẽ imponi quæ-
rerent. Primi uero glorioſum aggredi facinus auſi fuerunt cardinales duo,quorum Ioã-
nes uterq; nomine,diaconus uterq; dignitate & ordine erat. Hi occultis miſſis literis &
nuncijs Othonẽ orauerũt,ut Romanam eccleſiam Ioãnis duodecimi peſte & uituperio
liberaturus, Romam quoq; urbem & Italiam pergeret liberare. Similesq; literas ad O-
thonem multi Italiæ populi,& potentes domi nobiles dederũt. Moturus Germania O-
tho,filiũ ex Alunda uxore ſuſceptum Othonem nomine,annũ ætatis ſeptimum agẽtẽ,
in Germaniæ regẽ apud Aquiſgranum coronauit:fuiſſe autẽ legimus ex Italiæ tyrãnis
nõnullos,qui arduis grumoſiſq; mõtibus ſe cõtinentes,& loci fiducia freti, Saracenorũ
aduerſus Othonẽ præſidia implorauerint. Sed facit deplorata ſæpe ſcriptorũ ignauia,
ut qui illi fuerint tyranni, aut quid tandẽ egerint ignoremus, Ioãnem uero duodecimũ
ſcimus quãprimum Othonẽ Germania , ut in Italiã ueniret moturũ intellexit, reſcijtq;
qui fuerãt impulſores,iracundia,cuius erat impotẽs excãduiſſe,& cardinales diaconos G
naſo unum,manu alterum mutilaſſe. Qua autẽ uia,quóue anni tempore Otho uenerit,
nullus ſcribit. Quod cõſtat,ſub primum Othonis in Italia aduẽtum Berẽgarius Alber-
tuſq; filius in poteſtate Othonis facti,hic Cõſtantinopolim, ille Auſtriam relegati,uitã
in ſqualore finierunt. Sicq; finis fuit uel imperatoribus uel regibus uel tyrãnis,Roma &
Italia oriundis,Annos ad quinquageſimum quintum,poſtquam Franci Italiæ imperio
regnoq; deiecti ſunt.

## BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS AB INCLINATIONE RO-manorum Imperij Decadis ſecundæ,Liber tertius.

OTHONI Romæ appropinquanti, Romanos obuiam effuſos fuiſſe, il-
lum'que triumphi apparatibus in urbem deduxiſſe multi concordant H
ſcriptores: Sicardus uero & Creſcentius Ioannem duodecimum dicũt
Othonem in Cæſarem Romanumq; imperatorem Auguſtum coro-
naſſe , quum alij eam coronationem Leoni octauo attribuant quam
opinionem Gratianum in decretis ſecutum fuiſſe uidemus. Lateranen
ſis autem eccleſiæ bibliothecarius & ſi Othonem imperatorem appellat,quis & titulo
& diademate ornauerit,ſubticet : quod quidem nulla ratione alia conſiderauimus , aut
ſcribendum duximus, quam quia primam Romani imperij à Conſtantinopolitanis ad
Francos principes translationem non modo Adriani pontificis , & populi clerique
Romani autoritate conſenſúque , uerumetiam totius Italiæ populorum & principum
uirorum ſuffragijs, ſicut ſupra oſtendimus, celebratam fuiſſe conſtat. Quod autem re-
fert bibliothecarius , Otho imperator quum à Ioanne duodecimo honorabiliter exce-
ptus eſſet, cum illo multis inſtitit, ut à flagitijs temperans uitam pontifice dignam du-
ceret. Et quum preces ſuaſioneſq; parum prodeſſe intelligeret, archiepiſcopos, epiſco-
poſq; Italiæ, coram quibus eadem pontifici diceret, conuocari curauit. Sed pertinax in
turpitudine

A turpitudine Ioannes Roma ſugiens in montibus delituit. Tum magnus ad imperatorē
concurſus factus eſt, ſlagitatumq́ eſt, ut quempiam ille dignum pontificem deſignaret.
Otho autē modeſtia uſus, electum ſe iubente à clero & populo Leonem Romanum ci
uem & Lateranenſis eccleſiæ ſcriniariū, qui fuit eius nominis octauus, in ſede Petri cō-
firmauit. Quo facto, & rebus urbis Romę cōpoſitis, Otho Spoletū acceſſit. Nec mora,
furentes & paſſione obcæcati animo Romani Ioan. cōſanguinei, populum ut ille redu-
ceret, ſeduxerunt. Eiectusq́ Leo agentē Spoleti imperatorem adijt: qui odio iraq́ ex-
ardeſcens, bello perſequi Romanos cœpit: & ciuitatibus oppidisq́ illorum in Spoletū
uerſis maximo per excurſiones affectis incōmodo, copias omnes in urbem Romā du-
cendas, in agro Teatino ad diem adeſſe iuſſit. Interim Ioannes poſt paucos ꝙ redierat
menſes obijt, nec ſcribit bibliothecarius, qđ multi habent ſcriptores, illum in adulterio
deprehenſum fuiſſe cōfoſſum. Sed qualiſcunq́ fuerit illius mors, ſecundum eam Roma
ni ad Othonem mittentes pace impetrata Benedictum diaconē, & nō Leonem pōtifi-
B cē dari orauerunt. Renuit uero imperator, & ſe arma corporis, regnorūq́ ſuorū tutelam
prius, ꝙ Leonis defenſionem, dignitatemq́ neglecturū, magna uocis & uultus cōſtan-
tia affirmauit: ſpoponderuntq́ uicti ea imperatoris petendi uehementia oratores Leo-
nē cleri & populi iuſſu in patriam reducendum. Nec tn̄ deſtiterunt proterui, quin orato
ribus in urbem cum pace reuerſis Benedictum in Petri apoſtoli ſede pro Romano pon
tifice locauerint. Et quum intellexiſſet Otho, non ultra uerbis cōminationibusq́ agen-
dum ratus, primum omnium agri & ditionis Romanorum ciuitates, & oppida pleraq́
capi, diripi, ac magna ex parte uaſtari curauit: Romā exinde adeo dura preſſit obſidio-
ne, ut ſcribat Lateranenſis modium furfuris per eam tempeſtatē triginta aureis uenun-
datum fuiſſe: tantisq́ coanguſtatos malis Romanos Benedictū Othoni dediſſe, & Leo
nem in pontificatus ſedem autoritatemq́ accepiſſe. Edomita Romanorum proteruia,
Otho in Germaniā reuerſus Benedictum apud Hausburgā relegauit: ubi poſt paucos
C menſes uel dies uita eſt functus. Leoq́ pariter, uix ad tertium menſem, ꝙ reſtitutus fue-
rat, ſuperſtes fuit: quem ſolus Martinus Cuſenſis, & eum ſequuti plures faciūt, quo tē-
pore in urbē redijt, clero & pop. Romano eligendi pontificis autoritatem abrogaſſe,
ut ſolus imperator deligeret, ſolus pontificem confirmaret. Rediturum in Germaniam
Othonem Romanis edomitis, cæteros quoq́ Italiæ tyrannos domuiſſe, magno inaniq́
boatu oēs quos incidimus ſcriptores, præter Lateranēſem affirmant. Sed qui ij fuerint
tyranni, aut quæ forma ſtatus Italiæ tunc abeunte imperatore manſerit, nullus uerbū fa
cit. Leoni octauo pontifici defuncto ſucceſſor à clero populoq́ Romano creatus eſt Io
annes tertiuſdecimus, quē Petrus urbis pręfectus capitali odio perſequutus eſt. Is quū
ſolus qđ libebat perficere nequiret, cōſules, decarchonesq́, quibus om̄is rei Romanæ
adminiſtratio tradita eſt, in ſuā aduerſus pontificē ſententiam perduxit: & tamen quia
pontifici benemerenti plebs fauebat, non auſi ſunt dicti magiſtratus per ſeipſos manus
in illum inijcere uiolentas. Itaq́ accerſitus in urbem Iofredus in Cāpania comes potēs,
factioſiſſimusq́ tyrannus armatis ſtipatus Ioannē pontificē in Lateranēſi cepit: perdu-
D xitq́ in Adriani molem: quam tunc ſicut & nunc caſtellum ſancti Angeli appellabant.
Pontifexq́ ibi aliquot cuſtoditus diebus in Cāpaniam ductus eſt, ad Iofredi libidinem
retinendus. Sed quū Iofredus unicusq́ eius filius à Ioanne Capuano principe eſſent tru
cidati, Ioannes pont. ad menſis undecimi calamitatis ſuæ finē Romam rediens, à clero
populoq́ Romano in pōtificē receptus eſt, Ea dū ſic gererent̄ Othoni, fuerant nuncia-
ta. Isq́ quia in Italiam ſe conferre conſtituerat, nec epiſtolis perditos à flagitio, nec miſ-
ſis nuncijs prouidere curauerat. Veniēs autem, Othonem filium paratiſſimumq́ ſimul
duxit exercitū. Ingredienti urbem imperatori dum tota ſe ciuitas obuiam effudit, primi
omniū magiſtratus, criminum faciente conſcientia, cæteros in adulatione ſuperabant:
parq́ reddens pari Otho, conceptū in eos odium diſſimulauit. quàmprimum uero exer
citu in ſtatiua diſtributo pontifex primo, poſt ciues de rebus publicis priuatisq́ audiri
ſunt cœpti, Otho rex cōſules, præfectum, decarchones in carcerem detrudi iuſſit: nobi-
litati tn̄ delaturus, conſules uinctos in Germaniā deportari fecit. Decarchones exinde
eleuatione ſuſpenſi eculeo necati: & præfectus, quia iniuriæ pontifici illatæ autor cōpli

cum'que impulſor fuerat,ludibrio per urbis plateas compitaq; habitus, & interea dum E
traheretur flagellatus, rerum in carcerem coniectus, inde ad conſules in Germaniam deportatus eſt, per eos ad ſeptem annos, qui à Ioannis duodecimi fine, Benedicti quinti & Leonis octaui pontificum tempora continuarunt, multa in Italiam comperimus geſta fuiſſe non memoratu magis quàm longa & accuratiſſima narratione digniſſima, ſi modo ſcriptores illa diligentius tradidiſſent. Saracenos namque ad Garganum ſedere, & ex eo loco proximo'que Sipontino ſinu magnam Italiæ partem uexare ſolitos Sclaui Italia deturbarunt, fuerunt'que ij quos ſub Sueropilo Dalmatiæ rege Adriani ſecundi pontificis temporibus Chriſtianos fuiſſe factos oſtendimus, quo impetrando facinore multam Saracenorum commiſſam cædem refertur. Sed quibus Sueropoli ducibus & copijs quo'ue in loco id geſtum ſit, nuſquam inuenimus. Quinetiam ſcribit archiepiſcopus Conſentinus, Hungaros poſt Sclauos in Italiam claſſe delatos Saracenorum copias quæ manſerant, confeciſſe, atque etiam Græcis pecunia redimentibus eam omnem Italiæ oram Barbarorum oppreſſione liberatam reliquiſſe. Sed quoquo F
ea modo geſta archiepiſcopo credimus aſſerenti, dum Ioannes tertiuſdecimus Capuæ relegatus tenetur, Otho'que imperator in Germania agit, Saracenos ex Africa in Calabriam delatos, Conſentiam regionis primariam urbem dura preſſam obſidione, & ui captam ſpoliatam'que incendiſſe. Quæ dum agerentur, Græci Calabriam, Salentinos & Apuliam obtinentes, ſatis duxiſſe per conſtitutas cum Saracenis inducias ſuæ, & ſubditorum ſibi Italiæ populorum ſaluti indemnitatique conſulere. Erat uero per id tempus Capuæ princeps Pandulſus cognomine Caputferreus Ioannis frater, à quo Gothfredum in Campania Comitem interfectum fuiſſe docuimus. Is'que Pandulfus Ioanni tertiodecimo pontifici, ut Gothſredo interfecto Romam ſaluus rediret, multa attulerat adiumenta. Qui quum ad Othonis aduentum Romam ſe contuliſſet, pontifici imperatorique oſtendit fore, ut ſi copiarum quas Otho adduxerat, pars Capuam, & inde Calabriam mitteretur, Saraceni Italia pellerentur. Miſit'que Imperator Othonem filium iam tunc indolis egregiæ adoleſcentem: Sed pauci fuit negocij expedtio Saracenos pellere, qui fama Germanorum aduentantis exercitus territi nauigantes, factam in Italia prædam abſtulerunt. Maius'que tunc Othoni & Pandulfo Caputferreo negocium fuit Græcos repellere, qui Saracenis per inducias fœderatis aduerſus imperatorem Romanum opem ferre conati ſunt, attuliſſent'que ſi fortes illi conſtantesq; reſiſtere perrexiſſent. Othonem tunc uarijs in locis uarijsq; prælijs cum Græcis conflixiſſe Guilelmus Sicardusq; affirmant. Aliam tamen quàm nos eius expeditionis cauſam referunt. Non enim aduerſus Saracenos Othonē duxiſſe dicunt, ſed in Græcos Italiæ incolas, qui deſponſatam ſibi Nicephori imperatoris Conſtantinopolitani filiam tradi à patre perhibebant: traduntq; prædicti, & alij ſcriptores, Othonem Grecis prælio cōgreſſum eos fudiſſe, ac pene omī Calabria, Apuliaq; eieciſſe: quin addit Guſlelmus Conſtantinopolitanum populum amiſſarum de Italia prouinciarum factam iacturam in Nicephorum referētem, qui ſponſam filiam marito tradere noluerit, armis correptis illum interfeciſſe, ac Ioanni filio imperium demandaſſe. Quoquo autē H
modo ſe habuerit præliorum huiuſmodi & necis Nicephori ueritas, conſtat nobis, Othonem ſecundum Theophaniam Ioannis Conſtantinopolitani imperatoris ſororem in matrimonium accepiſſe. Quam Ioannes tertiuſdecimus pontifex ſimul cum ipſo in Lateranēſi patriarchio coronauit. Nam Otho pater filium Othonem re in Saracenos, Græcosq; bene geſta, reuerſum conſortem imperij aſciuit, uoluitq; in imperatorem à Rom. pop. ex priſca conſuetudine acclamari, quem pontifex inunctum imperiali diademate inſigniuit. Eaq; in Othonis ſecundi coronationis celebritate Ioannes pontifex Capuanam eccleſiam ob Pandulphi principis merita, Metropolitanam fore conſtituit. Secundum eam coronationem profecti ſunt in Germaniam imperatores, pauloque poſt eodem in tempore Ioannes tertiuſdecimus pontifex Romæ, Otho primus in Vienna Auſtraſiorum obierunt. Ioanni defuncto, Bonum ſecundum fuiſſe in pontificem ſuffectum multi tradunt ſcriptores, quorum nullus quicquam eius pontificis

A tificis temporibus geſtum eſſe ſcribit. Lateranenſis autem pro Bono habet Benedictum eius nominis ſextum, qui à Cincio ciue Romano in caſtellum ſancti Angeli truſus uitã ibi finiuit. Suffectum poſtea Bonifacium ſeptimum patre Ferrutio ciuem Romanum, ſiue iure ſiue iniuria, tanquam minus canonice electum, Romani quartodecimo pontifi catus menſe Conſtantinopolim relegarunt, creatusq́ eſt Benedictus ſeptimus. Per cuius tempora Otho ſecundus Hẽricum Bauarorum ducem ſibi rebellem domuit. Sed dum Otho ea occupatur expeditione, Lotharius rex Francorum in Lothoringiam copioſum ducens exercitum, eam Romani imperij prouinciam occupauit, & Aquiſgranium delatus, agros populatus eſt. In quem quum Otho ex Bàuaria duxiſſet, Lothoringia in poteſtate facta, Lotharius in Pariſios eſt reuerſus. Othoq́ Franciam ingreſſus Laudunenſium Sueſſionumq́ agris uaſtatis, Pariſiorum quoq́ ſuburbia incendit. Reuerſus tamen in Germaniam Otho, dum uado Axonam fluuium traijcit, incommodum accepit, nonnullis ſuorum aquæ uorticibus abſorptis, pluribus ab inſequenti hoB ſtium multitudine interfectis. Interea Baſilius Conſtantinusq́ Conſtantinopolitani imperatores Ioanni genitori defuncto ſuffecti Syriam primo populari, Cretam pulſis Saracenis receperant. Deinde Othonem periculoſiſſimo, ut exiſtimarunt Francorum bello deſtineri intelligentes, nullo affinitatis reſpectu habito, conſtituerunt amiſſas de Italia Nicephorianis temporibus prouincias ut reciperent, conſilia cogitationesq́ intenderunt. Primo tamen in pericula, quæ à tergo ingruere poſſent, ab adoleſcentibus reſpectum eſt. Saraceni enim Creta pulſi, data pecunia in ſuum exercitum acceſſiti ſunt. Itaque delati Barum urbe ſunt potiti, ciuibusq́ ne rebellarent, partim occiſis, partim Conſtantinopolim relegatis, progreſſi Matheram urbem de Apulia deſtruxerunt. Exinde Apulia primo, poſt Calabria deditione ultronea ſunt receptæ. Otho interea poſtquam Lothoringia recepta iniurias apud Aquiſgranium ultus fuerat, pacem cum Lothario Francorum rege firmauerat: ueniens inde in Italiam, & uxorem ducens Theophaniam Tureſienſes attigerat, quando de leuirum hoſtili impetu certior eſt factus.

C Tradunt uero Guilelmus Sicardusq́, Othonem priuſquam in Græcos imperatores duceret, copijs Adriatico traductis Sclauoniam, ac Dalmatiam inuaſiſſe, magnaq́ illis in regionibus Græcorum præſidio deſtitutis rerum præda & mortalium cæde commiſſa, Romam ſe contuliſſe: Eò quum perueniſſet, repentino tumultuarioq́ delectu per omnes Italiæ regiones coactas ingentes copias ad diem conuenire iuſſit, & quum Germanorum, Gallorum, Lombardorum, & aliorum Italiæ populorum uniuerſo exercitu Roma profectus, prima ad Beneuentum cepit ſtatiua: quò quum accitæ Romanorum copiæ perueniſſent, datas quoq́ à Beneuentanis, Capuanis, Neapolitanis, & Salernitanis turmas in ordines præmitti curauit. Facto poſtea agmine, profectus non prius quadrato exercitu cœpit incedere, quàm Apuliam eſt ingreſſus. Expectari nunc ſcimus à nobis, quid tunc imperatores Græci fecerint, quo'ue in loco caſtra contulerint, aut quomodò, qua'ue ratione prælium ſit commiſſum. Sed tanti facinoris, quod maximi tunc in rebus Italiæ momenti fuerit, nullam niſi uelimus mentiri, aliam rationem inueniD mus, quàm apud Baſentellum fuiſſe decertatum, & quum Romani Beneuentaniq́ ex acie profugi non ſolum detrectaſſent prælium, ſed ſigna deſeruiſſent, cæteras Romani imperatoris copias à Saracenis & Græcis fuſas diſſipatasq́ fuiſſe. Quo in prælio occiſis penè ad internecionem legionibus, & Romanus imperator & omnis Italia neruos omnes ita amiſit, ut facile Græcis & Barbaris fuerit, ſi uictoria uti ſciuiſſent, Roma Italiaq́ potiri. Otho imperator fugiens quum repente ad littus ſcaphæ ſe commiſiſſet à piratis quis eſſet ignorantibus interceptus eſt, in Siciliamq́ perductus, ſed ibi agnitus, ſeſe promiſſa Siculis ingenti pecunia liberari, Romamq́ perduci obtinuit, & de piratis ſumptum eſt à Siculis ſupplicium. Quum Romam perueniſſet Otho, perquirendis congregandisq́ fracti exercitus ſui reliquijs diligenter operam impendit, & quia copiarũ præſidio deſtitutus, in deſertores ſignorum Romanos animaduertere non auderet, iram in Beneuentanos exercuit. Etenim integris qui turpi fuga prolapſi in urbem redierant, cæteros addens Romanos, qui arma ferre potuerunt, tanquã hoſti aliquo in loco ſe oppoſiturus,

poſiturus,ſimul cum reducib.ex conflictu eduxit,& Beneuentanos adortus imparatos, E
& nihil tale timentes urbem cepit,ſpoliauit, incendit, per eamq; occaſionem aſportatas
Bartholomei apoſtoli reliquias,Romæ in inſula Iouis primo dicta,& poſtmodū Licao-
nia,locatas ferunt.Othonem Beneuento deleta, in urbem Romam reuerſum ibi defun-
ctum,& in Petri apoſtoli baſilica ſepultū Ptolomæus & Guilelmus ſunt autores. Cuius
autem pontificis temporibus is Otho ſecundus ſit mortuus,in ſcriptorum cōfuſione ne
quiuimus intelligere.Quanquā eius tempeſtatis pontificū magis quàm alterius quæ an
te aut poſt fuerit implicitam erroribus narrationē geſtorum uarie tradi uidemus, quod
Ptolemæus & Guilelmus Martinum ſecuti,tres ſucceſſiue Ioānis nomine quartū,quin-
tum & ſextumdecimum ponunt:Lateranenſis uero duos tantummodo habet,Ioannem
quintumdecimum patre Leone presbytero,Romanum ciuem. Vnde omiſſa pōtificum
ſucceſſionis alta narratione à noſtro propoſito aliena,libet Ioannis quartidecimi uitæ fi
nem referre nullo præterquam à Lateranenſi traditam . Quum is annos iam octo dignā
pontifice uitam duceret,Boniſacius ille ſeptimus,ex Cōſtantinopolitano exilio in urbē
reuerſus, progenitoris Ferrucij potētiam dictum Ioannē quartumdecimum cepit,& in
caſtello ſancti Angeli interfecit . Repoſitusq; in ſedem Boniſacius undecimo intruſio- F
nis menſe apoplexi ſuffocatus eſt.Ea Ferrucij audacia facit, ut Othonem ſecundū impe-
ratorem per quieta Ioannis quartidecimi tempora obijſſe credamus.Non enim uero eſt
ſimile uiuo & præſente imperatore tantum ſcelus in urbe admitti potuiſſe.Funere Otho
nis ex more celebrato,Germani proceres qui tunc Romæ frequentes erant, de ſucceſſo
ris electione cœperunt agere: Variantibusq; inter eos ſententijs,pars Othonem tertium
ſecundi filiū Germaniæ regem,pars Henricū Baioariæ regem,qui primi Othonis nepos
ex fratre fuerat,imperatorē poſcebant.Interea nō defuerunt Romani ciues, qui reſumē-
dum à Romanis Italisúe imperium contenderent:inter quos primus uehemētiſſimusq;
eminebat Creſcentius Numentanus. Quum uero ea ſecretis primo in conuentibus tra-
ctata,per uicos palàm & compita ſunt dici cœpta,perterriti proceres Germani in Otho
nem tertium ſecundi filiū conſenſerunt , quem rebus Germaniæ cōponendis per annos
undecim priuſquam Romam ueniret intendiſſe inuenio:interim Bonifacio , qui in pon
tificatum intruſus fuerat,uita,ut diximus,functo,Ioannes quintuſdecimus patre Leone G
presbytero Romanus canonice electus præſidebat. Per prima cuius tempora Creſcēti-
us Numentanus conſulem ſe titulo præferens,urbis dominium cepit:qui obſequentē ſi-
bi minus q; libuiſſet,pontificem in eam dignitatis ſalutisq; deſperationem adduxit,ut ur
be ſecedens in Hetruriam ſe receperit.Eò pont.quum ueniſſet,animis per uiæ ſecuritatē
reaſſumptis,Othonem tertium imperatorem per nuncios literasq; orare cœperat, ut ſe-
di apoſtolicæ,& oppreſſæ urbi Romæ opem debitam afferret.Id quum reſciſſet Creſcē-
tius,pontificis agnatos conſanguineosq; & amicos mittens oratores, illum peruicit, ut
Romam rediret, impleuitq; factas pontifici pollicitationes Creſcentius, quod illi Ro-
mæ appropinquanti cum ſenatu,magiſtratibus, & honoratis quibuſq; obuius in faciēq;
cernuus pedes oſculatus, introductum poſitumq; in ſedem ſemper ueneratione debita
proſecutus eſt.Eius Ioannis anno pontificatus nono Othonem tertium in Italiam pri-
mum ueniſſe,& à Creſcentio Numentano cæteriſq; Romanis ſumma cum obedientia
in urbem admiſſum fuiſſe inuenio.Eratq; is annus regni ipſius undecimus, per quos an- H
nos quid Otho in Germania, Ioannes pontifex & Creſcentius conſul Romæ egerint
nullus tradit . Duxiſſe uero Othonem quamprimum Romæ ſuus extitit exercitus, in
Beneuentanos Capuanoſq; duces innuit potius, quàm ſatis aperte narrat Creſcenti-
us. Nam illos populos & eorum duces per uim & arma Romanis pacatos reddidiſ-
ſe nudis uerbis ſcribit . Quod nobis conſtat, anno aduentus in urbem Romam Otho-
nis tertij ſecundo , Ioannes quintuſdecimus pontifex Romanus obijt , nec ulla accidit
ut ſæpe conſueuerat , cleri & populi Romani in deligendo ſucceſſore contentio, quod
Otho rex Gregorium ſibi ex Saxonum gente conſanguineum iuſſit, obtinuitq; pon-
tificem declarari : à quo breui poſt imperij Romani benedictionem , diademaq; acce-
pit: eiuſq; facti celebritate finita, Otho imperator archāgeli Michaelis ædem, quæ eſt in
Gargano

A Gargano monte,uotis ſe exoluturus,quæ pridem emiſerat,inuiſit.Inde Romã reuerſus,
breui ſe cõtulit in Germaniam. Tulerat iniquo animo Romani pontificis Gregorij per
metũ factã creationem,nec id diſſimulare potuerat ferox populus. Quare uixdum Ita-
lia exceſſerat Otho,per Gallias in Germaniam acceſſurus,quum pont.Gregorius minis
& maledictis exterritus,ac magis ꝙ oportuit animo conſternatus urbe clam exceſſit, &
quum Ioannis ſui præceſſoris exemplo aliquandiu in Hetruria ſubſtitiſſet, nec illum po
pulus Rom.ſupplex reuocaret,Othonẽ tertium adijt in Germania deſidentem. Intelle-
xerunt uero tunc Romani futurum , ut ea concitus indignitate imperator Romã furens
rediret.Quamobrem rei ſuæ uiribus multo minus,ꝙ oportuerat , meritis temerarium ce
perunt conſilium.Etenim Creſcentium curantẽ,ut aliqui,uel ut alij uolunt recuſantẽ,in-
conditis clamoribus conſulẽ creauerunt,permiſſa ſibi poteſtate,ut nequid res Romana
pateretur detrimenti,ex arbitrio prouideret.Isq́ Ioannem quendã Græcum epiſcopum
Placentinum literis ornatiſſimũ,&,ut aliqui uolunt,pecunijs affluentem, Romanũ pon
B tificem declarauit.Eſtq́ hic Ioannes,quem à Lateranenſi noſtro , quia canonice electus
non fuit,ſuppreſſum,alij ſcriptores penè oẽs Martinum ſecuti,quandoq́ ſextum, quan-
doq́ ſeptimumdecimum catalogis addunt.Creſcentius exinde futuris proſpiciens,quæ
timerẽtur ab imperatore periculis,muros urbis portasq́ inſtaurauit, & moli Adriani ca
ſtello ſancti Angeli appellato,tot tantasq́ addidit munitiones,ut poſtea ſemper uſq́ ad
hæc tempora ſæpius Creſcentij,ꝙ ſancti Angeli caſtellũ fuerit appellatũ. Venit interim
Otho imperator,& magnis fretus,quas adduxerat copijs, urbem penè in circuitu obſe-
dit.Tum uero populus furoris,quẽ creando cõſule oſtenderat , oblitus,pacẽ miſericor-
diamq́ imperatoris ſupplex orauit.Et quum imperaſſet , patẽtibus etiam Creſcentij iuſ-
ſu portis Germani admiſſi,tunc & Ioannes pont. ſuus præſidij ſimul & conſilij nepos in
munitiſſimam ſancti Angeli arcẽ ſe abdiderũt,de qua aliquandiu ſe ab oppugnationib.
paruo negocio ſunt tutati.Quumq́ obſidionẽ oppugnationemq́ longo duraturã tẽpo-
re non magis Germani ꝙ æmuli ſimul & perfidi ciues oſtentarẽt, dolo uictus eſt Creſcẽ
C tius,quẽ nulla uis ſuperatura uidebatur.Spe enim ſalutis data,ambo ut ad imperatorẽ ſe
conferrent exeuntes,medio in itinere intercipiuntur,& Creſcentius eueſtigio cõfoſſus,
Ioannes oculis orbatus eſt.Tunc Gregorius quintus ad undecimum ꝙ abierat menſem
reſtitutus,acerrimã de accepta à Romanis iniuria ultionẽ ſumpſit. Paulo enim poſt ꝙ re
dierat,eam fecit de imperatoris electione ſanctionem,quã hucuſq́ per annos ſupra qua
dringentos ſeruatam uidemus,ſolis licere Germanis, qui inde electores ſunt dicti,prin-
cipẽ deligere.Qui Cæſar tunc & Romanorũ rex dictus,ſi à Romano pontifice corona-
bitur,imperator Auguſtus appelleť.Suntq́ hi electores, Maguntinus , Treuerenſis , &
Colonienſis archiepiſcopi:& Marchio Brandeburgenſis,Palatinus Comes, Dux Saxo
niæ,Rex Bohemiæ.Diſtincta ſunt aũt inter eos officia,ut tres primi ſint cancellarij, Ger
maniæ primus,ſecundus Galliæ,Italiæ tertius: & Brandeburgẽſis Marchio camerarius,
Comes Palatinus dapifer,Dux Saxonũ enſis portitor,Rex Bohemiæ ſit pincerna.Secũ
dum eam ſanctionẽ promulgatam Otho imperator in Germaniam redijt.Gregorius ue
D ro pont.poſt annum ſecundũ & menſem ſeptimum ſuæ creationis interijt. Annũ in quo
hæc ſanctio à pontifice Gregorio facta eſt ſecundũ ſupra milleſimum Chriſtianæ ſalutis
fuiſſe inuenimus.Quanquã ſolus inter multos Ptolemęus Lucenſis,undeuiginti annos
addit,& ita multorũ pontificum ipſe,ſicut & multi alij,tempora confudit,ut ueritatẽ ſi e-
tiam id noſtri eſſet propoſiti,à nobis inueniri potuiſſe addubitemus.Eſt etiã in pontificũ
tradito ordine non paruus error,quod Gregorio quinto Sergium quintũ Ptolemęus ſuf
fectũ tradit,& alij Lateranẽſem ſecuti uolunt ei Gregorio Ioannẽ decimumſeptimũ ſuc
ceſſiſſe.Quo ad decimũ menſem mortuo,Guilbertus origine Aquitanus cũ eſſet Rauẽ-
næ archiepiſcopus,in Romanũ pontificẽ Syluestrum ſecundum eſt creatus , quẽ uirum
nullus ſcriptorum affirmare dubitat,literis moribusq́ ornatiſſimũ fuiſſe . Falſo tñ ex A-
quileienſis eccleſiæ monumẽtis traditũ eſt,ſanctionẽ de imperatore à Germanis deligẽ
do huius Syluestri tẽporibus factã eſſe:quumq́ ſecutus errorẽ Guilelmus,cũ id Germa-
nis cõceſſum per inuidiã ſupprimat,omniaq́ quæ ſupra de Creſcẽtio diximus,Othonisq́
mortẽ & Henrici ſucceſſoris orationẽ in eiuſdẽ Syluestri tẽpora.Eo defuncto pontifice
Ioannes cui Sicco fuit agnomen,ciuis Rom. & eius nominis decimuſoctauus ſucceſſit.

Sextoq́

Sextoq; abinde menſe quum is obijſſet, creatus eſt Ioannes, cui Faſano fuit agnomentũ, E
nominis ordine decimuſnonus: cui defuncto ſuffectus eſt Sergius quartus patre Marti-
no Rom. quem honeſtæ & integræ uitæ uirum id agitauit infortunium, quod per annos
duos, quibus in pontificatu uixit, Romã & Italiam famem miro & inuſitato modo tradi
tur afflixiſſe. Conſtantinopoli tunc imperabat Michael Cathalaicus, in cuius ditione Ca
labria & Apulia de Italia erant, & Saraceni Italiam premebant. Eratq; per eam tẽpeſtatẽ
in Italia Guilelmus quidam gente Normannus, cognomine Ferrabach, quẽ inuenio He
rruriæ partem per omnem Romandiolam tunc temporis poſſediſſe. Quo autem tẽpore
in Italiam uenerit, aut qua fretus autoritate ſeu occaſione eas ſibi ſubegerit regiones, nul
lus ſcribit: ſed eum conſtat nobis duxiſſe originem à comitibus Lombardiæ: liberq; eius
genealogiã à Cõſentino traditã recenſere. Bis ſeni Tancredo liberi fuerũt, Samus, Goth
fredus, qui Robertum genuit comitẽ Lauritelli, Drogo, Tancredus, Guilelmus cogno-
mine Ferrabach, Gunfredus, Malogerius, Robertus cognomento Guiſcardus, Rogeri
us, Alberedus, Gothfredus, & Frumentinus. Ceſſantib. itaq; in Italia motibus, ipſe Guil F
elmus Ferrabach origine Normannus præclarũ aggreſſus eſt facinus: Capuano nãq; &
Salernitano principibus per fœdera ſociatus, ad Malochũ Græcũ Apuliam Calabriãq;
pro imperatore Græco adminiſtrantẽ mittens, fœdera ſecũ etiam inijt: per quæ actũ eſt,
ut quatuor ipſi quaternos coniungentes exercitus unica expeditione in Siciliam traijce
rent, prædaq; omni quã facerent quartipartita, Siciliæ captæ dominium ipſis quatuor
ſimul cederet. Traiecerũtq;, & Saracenis partim captis cæſiſq;, partim pulſis, Sicilia Chri
ſtiani duces ſunt potiti: Sed Malochus prædam quidẽ æqualiter diuidi paſſus eſt. Siciliã
uero magiſtratibus ab imperatore ſuo cum nouo exercitu miſſis tradidit gubernandã.
Diſſimulauit tunc cõceptum ex iniuria odium Guilelmus, & præda nauibus impoſita
cũ Salernitano Capuanoq; principibus in Calabriam eſt reuerſus. Dumq; Capuã unus,
alter Salernum copias reduxit, ipſe longum ingreſſus iter in Apuliam duxit, & Melphiã
circunſedit, ab oppidaniſq; introductus, bello quod ſciret imminere neceſſaria cõpara-
uit. Ad primum autem eius facti nuncium aduolans in Italiam Malochus, caſtra ad Mel G
phiæ portas repẽtino impetu eſt metatus. Tum Guilelmus quaſſatos de itinere & immu
niis adhuc caſtris nulla coercitos diſciplina Gręcos aggreſſus eſt: quo in cõflictu Malo
chus fracti exercitus ſui oẽs neruos amiſit. Inſecutus Guilhelmus à captis à ſe de Apulia
quàm lõge remouit, multaq; eius regionis parte potitus eſt. Obijt per id temporis papa
Sergius, cui Benedictus octauus Gregorio patre Tuſculanus in põtificatu ſucceſſit, per
eiusq; tempora Otho tertius imperator in Italiã eſt reuerſus: cauſa aduentus ſui minime
traditur, & Guilelmus eum Romæ obijſſe, cadauerq; ſuum in Germaniam, ut maiorum
ſepulchro inferretur fuiſſe latum, ſuperflua & anfractuoſa narratione ſcribit. Certũ uero
eſt Romanos qui Othonem ob factã eo impellente de imperatoris electione ſanctionẽ
odirent, cum ferro armatis munitum nequirent confodere, ueneno interfeciſſe. Nec tñ
auſus eſt tunc Romanus pont. ſanctioni ut contra facerent intentare. Et Germani elec-
tores conceſſo iuri tunc primum innitentes anno incarnationis tertio ſupra milleſimũ,
Henricum ducem Bauariæ, Cæſarem declararunt, quem tradi uidemus ſuum in Italiã ad H
uentum per annos duodecim diſtuliſſe. Multa enim cum Gallis, plurima cum Metenſi-
bus bella geſſit. Interea anno ſalutis Saraceni Italiã bipartito exercitu ingreſſi, hinc Ca-
puam ceperunt, inde Barum obſederunt: & Barenſi quidem ciuitati à commeatus indi-
gentia magis quàm Saracenorum armis laboranti, Petrus Vrſeolus Venetiarum dux
annona importata ſubuenit: nec tamen ſoluerunt obſidionem Saraceni. Quare quũ eſ-
ſent Conſtantinopoli nunciata eà quæ dux Venetiarũ fecerat, Gregorius imperialis Ca
tipanus, id magiſtratus eſt nomen, cum claſſe in Adriaticum uenit, qua Venetæ coniun
cta itum eſt in Saracenos: de quibus ſuperatis, cæſis & repulſis communem gloriam re-
portarunt. Eo qui ſecutus eſt anno Turci Hieroſolyma capta à dominici ſepulchri eccle
ſiarumq; montis Sion & Bethleẽ uiolatione diuino munere temperarunt. In Italia uero
Adriæ ciuitatis, cuius uicinitate ſuperũ mare nomẽ accepit, incolarum maior populus
quàm urbis uetuſtas tunc toleraſſe uideatur, Venetorum fines infeſtarunt: quibus Otho
Vrſeolus Venetiarum dux Petri defuncti filius apud Lauretũ, qui uicus eſt Padũ inter
& Areſim, qua in mare defluunt occurrens conflixit, ac ſuperati Adrienſes breui ad eam

perueне-

A peruenerũt opum tenuitatem, in qua poſtea ſemper ſorduerũt. Comite etiã Guilhelmo
defuncto frater Drogo Apuliam obtinuit, quem miſſus à Cõſtantinopoli Mel alter Ca
tipanus imperialis primo impetu Apulia penè omni expulit: ſed impiger Drogo exerci
tu inſtaurato, Grecorũ ſuperatis copijs perdita de Apulia recepit. Quo aũt anno primũ
Romã uenit Henricus, à Stephano octauo Imperator Auguſtusq; appellatus eſt, diade
mate ornatus: qui prima expeditione ſicut pia, ſic & felici in Capuam ducens, Saracenos
ibi ſedentes Italiam linquere cõpulit. Inde quia Bubaganus Meli ſuffectus imperatoris
Conſtantinopolitani Catipanus Saracenis fauerat, bello eum acerrimo eſt inſecutus. In
ſtaurauerat per id tẽporis ac potius à fundamentis ædificauerat Bubaganus in Apuliæ
finibus Troiã urbem, quam Echanam à priſcis dictam fuiſſe Coſentinus parũ perite ſcri
bit. Caſtra enim Hannibalis ex loco prius appellatam fuiſſe Guido Rauennas ex dignis
fide maiorum teſtimonijs affirmat. Eius aũt condendæ loco urbis ratio fuit, quod habi-
tatoribus Græcis tanquam in Coloniam ductam eò miſſis Apulia Calabriaq; in fide cõ
B tinendis & Romanorum finibus infeſtandis, uidet̃ maxime opportuna. Quod cũ Hẽri-
cus intellexiſſet, nouæ & uix munitionib. firmatæ urbi caſtra admouit. Eſtq; autor Co-
ſentinus, Benedictũ pontificem huic expeditioni, quã multũ cordi habuerat, interfuiſſe.
Seſſum tñ ad eam urbem menſibus quatuor, & machinæ omnis generis admotæ. Aeſtã
tis aũt aduentu, quod caumata regio habet occidentalis intolerabilia, Henricus impera
tor deditionem ab oppidanis oblatam acceptans, cum datis obſidibus Romã eſt reuer-
ſus. Habet uero unicus ſcriptor Guilhelmus, Henricum poſtquã Roma in Germaniã
ſe contulerat, cum Roberto Francorum rege in Italiã ueniſſe, & cum principes ſubſtitiſ-
ſent, & Stephanũ pontificẽ acceſſiſſe. Nec tñ quid illo in conuentu actum fuerit, uel mi-
nimo uerbo innuit. Hunc Henricũ ſcriptores multis efferũt laudibus, qđ optimus Chri
ſtianiſſimusq; princeps cũ Sinegunda uxore uirginitatẽ, uel certè diutinam caſtitatẽ ſer
uauerit: quorum ſuaſione, & precum inſtantia Stephanus Vngariæ rex, & ſubiecti ſibi
populi ad fidẽ Chriſti fuerint cõuerſi. Traduntq; multi ſcriptores, Henricum & Sinegun
C dã poſt obitum miraculis coruſcaſſe, ab ipſis principibus eccleſiam ſancti Miniatis, quæ
nunc prope urbis Florentiæ mœnia arduo in colle ſpecioſiſſima uiſitur, ædificatã fuiſſe
Villanus affirmat: qui etiam tradit uetuſtam urbem Feſulanam per huius Henrici tem-
pora à Florentinis captam, ex cuius populo ac ruinis Florẽtia creſcere ac ſe attollere pri
mũ cœperit. Obijt autẽ Henricus ad annum ſalutis Chriſtianæ quartum & uigeſimũ ſu-
pra milleſimum, quo in anno Michaelem cognomento Athenacum: uel, ut alij habent
ſcriptores, Cathalaicũ Cõſtantinopolitano imperio potitũ fuiſſe inuenimus. Stephano
autem octauo pontifici defuncto, ſucceſſit frater ſuus Ioannes, eius nominis ordine un-
deuigeſimus, quẽ aliqui ſcriptores tũc Portuenſem epiſcopũ, aliqui laicum fuiſſe tradũt.
Et in Germania electores Conradum origine Sueuum, qui in Henrici imperatoris mili
tia ordines duxerat, Cæſarem delegerunt: qui ſuum in Italiã aduentũ annis fermè tribus
diſtulit. Per qđ tempus multi Italiæ magnates & populi coniuratione inita ſeſe in liber-
tatem aſſerere, & declaratũ Cæſarem, cum adueniſſet, armis repellere conſtituerunt. Id
D cum intellexiſſet Conradus, neq; enim in Italia obſcurum: ueniens in Italiã copioſiſſimũ
duxit exercitum. Hoc primum in loco tradi inuenimus, quod ſupra ubi de ſanctione im
peratoris deligendi ſcripſimus, deſideratũ à nobis fuiſſe nõ dubitamus, uoluiſſe ſiue põ-
tificẽ Gregoriũ quintũ ſiue Othonẽ primũ, ſiue primos imperatori deligẽdo cõſtitutos
electores, ut is qui Cæſar in Germania declaratus Romã ueniſſet confirmãdus, duas me
dio itinere coronas acciperet, ex palea unam Modoetię, ex ferro alterã Mediolani ab ar
chiepiſcopo imponendã: quod quidem ad tẽpora uſq; noſtra ſeruatum uidemus. Itaque
Conradus Italiã ingreſſus Modoetiam ne adierit non inuenimus. Mediolanũ uero cum
ueniſſet, armis eſt repulſus. Quamobrem Conradus agro uaſtato, Mediolanum obſedit:
Cumq; Mediolanẽſes obduratis animis ſe repellẽdo obſtinatiores cerneret, ſuburbia in
cendit. non prius inde moturum ſe cõminatus, q̃ pariter incẽſam urbẽ ſolo æquaret: ſed
dum in die Pentecoſtes, qđ omnes tradunt ſcriptores, Colonienſis archiepiſcopus miſ-
ſarum ſolennia in propinqua urbe eccleſia celebraret, per ſpiritũ uidit, Cõradoq; dixit,
beatum Ambroſiũ Germanis excidium, niſi abſcederent cõminari. Itaq; Conradus mo
tis à Mediolano caſtris, Romam ueniens, aurea à Ioãne decimonono corona & imperij
titulis

tituli eſt ornatus.Inuenio Italicos proceres,quos aduerſus Conradũ dixi coniuraſſe,cũ E
potentiã Germanorũ in ſe ut nouerãt ducturo ꝓprijs reſiſtere uiribus poſſe diffiderent,
Sclauorum Hungarorumꝗ præſidia imploraſſe:ſed dum illi tardãt,Conradus qui id re-
ſciſſet,Roma profectus pacatã poſt ſe linquens Italiã,in Sclauos primo, poſt in Hunga
ros duxit,cõpreſſiſꝗ illorũ motibus, exercitum apud Treueros Metenſeſꝗ reductum
diſtribuit in hyberna.Per id tempus defuncto apud Cõſtantinopolim Michaele Catha-
laico imperatori ſucceſſit Michael Etheriachis,cui uxor fuit Zoi nomine,præſtans mu-
lier.Ad huiuſꝗ imperatoris noui tempora,Normanni Apuliam tenentes,& Græci præ
lio inter Aufidum amnem,& Oliuentẽ oppidum acerrimo concurrerunt. Normanni ui
ctoria ſunt potiti.Conradus uero imperator apud Treueros conſtitutus glorioſi facino
ris occaſionẽ eſt nactus.Rodulphus Burgundionũ rex plurimas ſuorũ ſeditiones com-
preſſerat,animaduerteratꝗ in rebelles,eoꝗ cõtentionis cũ ea gente adductus erat, ut ar
mis perpetuo retentis cogerẽ de ſalute per dies penè ſingulos decertare. Quamobrem
ſeſe Conradi fidei permittens,regnũ illi Burgundionũ permiſit, quod ab Imperatore in F
prouinciã redactũ,& Burgundia poſtmodũ longo tẽpore imperialis appellata eſt. Pau
lo poſt Ioanne undeuiceſimo uita functo creatus pont.Benedictus nonus,qui ſuperiori
bus ex Tuſculo nepos fuit.Per cuius tempora Cumitus rex Anglorũ deuotiõe ductus,
Romã & ſancta eius loca inuiſit,& in Angliam reuerſus filiã ſuam Henrico Conradi im
peratoris filio in matrimoniũ collocauit.Scribit uero Guilhelmus Conradũ imperatorẽ
paulo poſt factas filij nuptias Romã ueniſſe,& ultionẽ de Italis rebellibus ſumpſiſſe,q̃d
quidẽ à nullo tradi alio uidemus:certumꝗ habemus Conradum Burgundia potitũ bre
ui in Germania obijſſe.Cui electores ſucceſſorem dederũt Henricũ filium eius nominis
ſecundũ Cæſarem declaratũ,eratꝗ is annus à põtificatus initio Benedicti noni quintus.
Quo in tẽpore quid ipſe pont.aut alij Romæ egerint,nullus ſcribit.Henricus aũt primo
electionis ſuæ anno in Oldericũ regẽ Bohemorũ hoſtiles animos præ ſe ferentẽ ducẽs,
ideo re infecta in Germaniã ſe recepit,quod pares Bohemorũ Germanorũꝗ copias,pa
res quoꝗ præliorũ euentus habentẽ uidit. Sed eo qui ſecutus eſt anno,cum maiore para G
tioreꝗ exercitu eundẽ aggreſſus Oldericũ regẽ prẹlio ſuperauit,cũ captoꝗ & per fœde
ra liberato egit,ut Bohemi quotannis Romano principi tributa ſoluere tenerentũ. Diſſi
debãt eo tẽpore Vngari,& magnis cõmiſſis prælijs pars Petro regi ſuo minor numero,
ſed dignitate melior fauebat,maior altera aduerſabatũ.Eumꝗ finem eæ habuerũt cõten-
tiones,ut pulſo per arma Petro,& Alboino quodam in regẽ aſſumpto,diſſidiaꝗ nihilo-
minus & certamina inter principes & populos cõtinuarent. Cõfugerat uero ad Cæſarẽ
Petrus,& ſuæ Vngarorumꝗ ſaluti opẽ ſupplex orauerat.Quare ingreſſus Vngariã cum
exercitu Henricus,Alboino fugato, Petroꝗ reſtituto regni illius cõtentiones motuſꝗ
ſedauit.Romæ interim inaudita aliàs in pontificatu diſſidia inchoauerãt, quæ ab omni-
bus quos inciderimus ſcriptorib.imperitè & implicitè tradita, puris bibliothecarij Late
ranẽſis eccleſiæ uerbis referemus:Benedictũ nonũ ignota nobis cauſa Romani deiece-
rant,Ioanneſꝗ Baſinẽſis epiſcopus in ſede apoſtolica eſt conſtitutus, quẽ Syluestrũ ter
tium placuit appellari.Is iniuſte occupatã apoſtolicã ſedem diebus undequinquaginta
tenuit,& Benedictus nonus in reddita ſibi ſede in uno menſe diebuſꝗ uno ſupra uigeſi H
mũ permanẽs eam Ioanni archicanonico ſancti Ioannis ad portã Latinã patrino ſuo ka-
lendis Marij uel uendidit uel permiſit:fuitꝗ archicanonicus Greg.ſextus pont. appella
tus,adulterinũ qui põtificatũ anno uno menſibus ſeptẽ dimidioꝗ retinuit. Ea Henricus
Cæſar ſibi nunciata iniquo ut debuit animo ferens,copias in Italiã ducendas ad diẽ con
uenire iuſſerat.Cũ Flandrenſiũ comes Balduinus inimicos in illũ animos tunc primum
cœpit oſtendere:uenit tñ Romam Hẽricus, turbatamꝗ rem eccleſiaſticã cõponere eſt
adniſus.Patribus itaꝗ non Romẹ ſolũ,ſed uicinarũ quoꝗ Italiæ partium ac ordinũ quo-
rũcunꝗ religioſis ex more cõuocatis,ſynodus celebrata eſt, in qua Benedictus nonus,
Syluester tertius & Gregorius ſunt damnati:ſolũ tamen Gregoriũ Lateranenſis in Ger
maniam relegatum fuiſſe ſcribit. Creatus aũt eſt ea in ſynodo Sindegetus Bambergẽſis
epiſc.cui Clementi ſecundo fuit appellatio', ab eoꝗ Henricus ſecundus Auguſti impe-
ratoriſꝗ titulis præſente ſynodo eſt ornatus.Tradũt uero multi hunc Clementẽ Roma
nos,ne in errores ſuperioribus ſimiles inciderẽt iureiurando adactos à pontificũ electio-

nibus

A nibus prohibuiſſe. Interim Henricus Capuã uſq; profectus poſtquam ſatis prouinciam
compoſuerat, Romã & inde in Germaniã eſt reuerſus, per quod temporis Saraceni op-
pidum Scuni de Calabris occuparũt. Vix dum Henricus Germaniã attigerat, cum Cle-
mẽs pontificatus ſui anno nono obijt, ueneno ut aliqui dicũt abſumptus, quo Stephani
noni cura fuerat infectus: quod quidẽ ea ratione crediderim, quia illico poſt Clementis
mortem Stephanus ipſe pontificatum inijt, quẽ menſibus octo, diebus nouem retentũ
ſimul cũ uita amiſit. Suffectus illi Damaſus ſecũdus, natione Bauarus, cui Bagnario fuit
nomẽ, dies tantummodo tres & uiginti uixit. Quo aũt modo ſua electio & cõfirmatio,
quas adulterinas fuiſſe conſtat, factę fuerint, ex multis ſcriptorũ ineptijs contradictioni
busq; elicere nequiui. Quod conſtat, ſede per illius mortẽ uacante, Romani prius quàm
de noui principis creatione quicquã intentaretur, Henricum imperatorem in Saxonia
agentem adierunt, pontificẽ ab eo de mala conſuetudine petituri. Cumq; rex illis ſatisfa
cere cupiens, nullum Theuthonicæ gentis prælatũ ad ſuę uoluntatis aſſenſum inducere
B poſſet, ad Germanos ſe uertit, peruicitq; precibus Brunonẽ epiſcopum Tullenſem uitũ
ſimplicem, ut per ipſius inueſtiturã ad papatum Romanũ promoueri pateretur, cui per
Veſuntium in pontificali habitu Romã petenti abbas Cluniacenſis & Ildebrandus mo
nachus Soana Etruſca urbe oriũdus forte obuiauerũt. Vſq;adeo aũt dictorũ religioſorũ
ſuaſio ualuit, ut epiſcopus periculũ apoſtaſię, in quod inciderat euitare cupiens, papalia
depoſuerit ornamẽta, deduxeruntq; illum Romã abbas & monachus peregrini habitu
incedentẽ: qui ad cardinalium, cleri, & populi conſpectum perductus, multa in eam ſen
tentiã locutus eſt, ut cũ Henricũ, qui iuſſerat, & ſe qui minus caute præbuerat aſſenſum,
à cõmiſſo errore purgarit, tum maxime hortatus ſit ac excitauerit illos ne ſedẽ Petri diu
tius uacare ſinerẽt: à quibus adnitẽte Ildebrando poſtera die ſexti mẽſis ab inchoata ua
catione ultima in Leonem nonum Romanũ pontificẽ canonice eſt aſſumptus. Iſq; ac-
cepti ab Ildebrando beneficij gratus Romanę eccleſiæ ſubdiaconẽ & œconomũ conſti
tuit, eiuſdẽq; uſus cõſilio Simoniacos & adulteros clericos duabus in ſynodis Romę ha
C bitis acerrime eſt perſecutus. Drogone Normãnorũ comite, quẽ Apuliã tenuiſſe oſten
dimus, mortuo, Hunfredus frater eius in Normannorũ comitatu ſucceſſor per annos ſe
ptem Apuliã & ipſe tenuerat. Eoq; defuncto, Gothofredum fratrũ unus ad Leonis pon
tificatus initiũ acceperat comitatũ: perq; id fermè tempus Guarimaro Salerni principe
ex eadẽ Normanna gente oriundo à ſuis interfecto Giſulphus factus eſt princeps. Quę
gens ambitioſiſſima Beneuentũ in urbem Romano pontifici ſubiectã, prius aliquando
pertentatã aperto bello inuadere, ac ſibi ſubijcere cõſtituerat. Ea cum intellexiſſet Hen
ricus ſecundus, proficiſci ſuaſit ut Alemãnos à ſe apud Vercellas pręſidio Italię relictos
accipiẽs Normannos Apulia deturbaret. Adiũxit itaq; Alemãnis auxiliares copias Ita-
lię, & in Beneuẽtanos ducere perrexit. Normãni uero parare per Italiã copias certiores
facti, ſuos & ipſi arma expedire curauerãt, & Beneuẽto priuſquã pontifex opem ferret
capta, illum ad Ciuitã oppidum expectant. Proceſſit tamen cum exercitu pontifex &
in pręlio quod cõmiſſum eſt ſuperatus ac captus fuga, quẽ Normanni honore maximo
D affectum Romã à Beneuentano clero deduci curauerũt. Iſq; paulo poſt graui correptus
ægritudine, Romana eccleſia Ildebrãdo œconomo cõmendata obijt. Per quã tẽpeſtatẽ
apud Cõſtantinopolim Cõſtantio monacho uita functo Theodora uirgo Zoi Impera
tricis ſoror imperiũ duobus annis prudentiſſime adminiſtrauit. Eaq; obeunte, Michael
cognomento Nouitius per arma imperator eſt factus, qui eodẽ ab anno ab Iſatio Com
meano deiectus imperio monachus eſt effectus. Iſatio item poſtquã quatuor imperaue
rat annis, per arma pulſo, Cõſtantinus cognomine Ciochyſis accepit imperiũ. At in Ita-
lia Leoni nono ſucceſſor in pontificatu fuit Victor ſecũdus ex Bauaria oriũdus, q Hen
ricum imperatorẽ, ne aliqua à ſe peteret iniuſta, demulcere cupiens, Ildebrandũ ſubdia-
conem ad illũ miſit: peropportuneq; accidit, ut imperator graui quo obijt morbo impli
citus, Henricũ filium Ottonem Ildebrandi autoritate fretus, Romanorũ regem ac Cæ-
ſarem dixerit, quod quidẽ Ildebrãdus poſtea pontifex factus in epiſtola ad Rodulphũ
Sueuiæ regẽ indicat in hæc uerba, Vnde nobilitatẽ tuam ſcire uolumus quia nõ ſolum
circa regem Henricũ, cui debitores ſumus, ex eo quod ipſum in regẽ elegimus, & pater
eius laudandæ memoriæ Henricus Imperator inter oẽs Italicos in curia ſua ſpeciali ho-

nore me tractauit: quod etiam moriens Romã eccleſiæ per uenerãdæ memoriæ papam E
uictoriæ prædium & filium ſuum cõmendauit, aliquam maliuolentiam non ſeruamus.
Victori ſecũdo poſt annos duos, menſes tres põtificatus defuncto, Fredericus natione
Lothoringus, abbas Caſſienſis, in Stephanũ nonum pontif. canonicè eſt creatus: per cu
ius tempora Mediolanenſis eccleſia, quæ per ducẽtos ferè annos à ſubiectione Roma-
næ eccleſiæ inſolẽter ſe ſubtraxerat prima, inter alias eam maiorẽ ſuperiorẽq; recogno-
uit. Is pontifex omnẽ ferè Italiam atq; Burgundiam labe ſimoniaca inquinatam intelli-
gens, Ildebrandum archidiaconũ ipſis purgandis reformandiſq; prouincijs legatũ mi-
ſit. Qui eo munere ſicut & cæteris diligẽter atq; feliciter uſus, Romã ueniens põtificem
Stephanum graui offendit ualetudine laborantem: ex qua quum pontifex moriturũ ſe
crederet, cardinales, epiſcopos, & cuiuslibet ordinis clericoa ad ſe cõuocatos ſacramẽ-
to adegit, ne quiſpiã ex ſuo collegio ad apoſtolicã ſedem, niſi ex cõſenſu & cõmuni ele-
ctione fratrũ aſcenderet, aut aſcendentibus præberet aſſenſum. Conualuit tamen eo ex
morbo Stephanus, & Florentiã accedens, cõcilium ibi, nõ quidem ut Martinus, & eum F
ſequuti Ptolemæus & Villanus uolũt, celebrauit: ſed quũ cœpiſſet cõuocare, ad octauũ
menſem octauumq; pariter diem defunctus eſt. Vixdum exequiæ pontif. Stephano in
Florentia celebratæ erant, quum Romani potentiores oppida & caſtella in urbis terra
poſſidẽtes, Capitaneos tunc appellabant, pontificẽ ex factione ſua creare conſtituerũt.
Primus tamen omnium Gregorius de Tuſculano ex gente patricia Romanus Mintiũ
Velitrẽſem epiſcopũ, inuitis atq; reclamãtibus cardinalibus & clericis qui Romæ tunc
erant, in pont. Romanum acclamari ac haberi obtinuit, quem Benedictũ uoluit appel-
lari. Per id uerò temporis Agnes ſecundi Henrici Imp. relicta, Henrici filij regis adole-
ſcentis regni curam adminiſtrationemq; gerebat: quæ mulier etſi bonæ mentis, ſicut o-
ſtendemus, erat, imprudentia tamẽ quadam ſeducta, Guibertum Parmenſem clericum
ex nobili ꝓſapia oriundũ, regni Italici adminiſtratorẽ cancellariumq; inſtituerat. Eratq;
tũc Gothfredus Matildis comitiſſæ maritus, omniũ quos Italia ab urbe Roma in Alpes
haberet principũ ducumq; aut comitum potentiſſimus: quorum Matildis & Gothfredi G
paternam originẽ diu quęſitam diuerſis tradi modis uidemus. Matrem uero ipſius Ma-
tildis Beatricem Henrici ſecundi Imp. ſororem fuiſſe infra patebit: quam Beneuenutus
Imolenſis in Dantis poetæ expoſitionibus dicit, Bonifacio cuidã nupſiſſe nobili & di-
tiſſimo proceri, Luca urbe Hetruſca uel potius agro illius oriũdo. Sed ipſam Matildim
eo, uel alio marito matris genitam fuiſſe, nec Beneuenutus, nec alius quẽ legerimus di-
cit: quod conſtat, & ſequẽtia abundè oſtendẽt, ea mulier & Gothfredo & alteri quẽ ha-
buit uiris ſociata & uidua, fuit glorioſiſſima omniũ mulierũ, quas nedum ſua, ſed quæ-
cunq; in ætatem noſtram ſucceſſerunt tempora, habuerunt. Tenebantq; tunc tempo-
ris Gothfredus & Matildis uxor Lucam in Hetruria, Parmam, Rhegium, Mãtuamq; in
Lombardia & alia Italiæ parte, quicquid nunc S. Petri patrimonium appellamus. Min-
tio Velitrenſe in Romanum pontificatum intruſo, Ildebrandus archidiaconus, cardina
les & epiſcopi, alijq; eccleſiaſtici quum canonicam electionem Romæ nequirẽt facere,
Senas acceſſerunt, ubi Gerardus Florentinus epiſcopus in Nicolaum pontificẽ Roma H
num canonicè electus fuit. Iſq; prudentiſſimus põtifex eo in cõcilio formã pontificum
Romanorũ à cardinalibus eligẽdorum inſtituit, quam diſtinctione uigeſimatertia iuris
pontificij decreta nunc habent: ſecũdum quam inſtitutionẽ factam pontifici patribuſq;
placuit generale concilium apud Sutrium conuocari: ad quod quũ conquiſiti magnus
dux Gothfredus Matildiſq; uxor & Guibertus Italiæ cancellariua acceſſiſſent, oẽs Lõ-
bardiæ, Hetruriæ, & Romandiolæ epiſcopi cõuenerunt: ferebat̃ uerò palàm nihil eo in
concilio agendũ aliud, ꝙ quo deberet modo Velitrenſis epiſcopus adulterino pontifi-
catu depoſitus, pro demeritis pœnas dare. Quod quũ ille reſciſſet, amictu põtificali de-
poſito, Velitras ad lares proprios remeauit. Et Nicolaus pontif. ſano uſus quum aliorũ,
tum maximè Ildebrãdi archidiaconi cõſilio, paruo, ſed honeſtiſſimo doctiſſimorũ uiro
rum ducẽte comitatu petijt Romã. In qua à clero & populo cum ſolita Romanis ponti
ficibus exhiberi reuerẽtia, eſt admiſſus: per quod tẽpus in Apulia Gothfredus Normã-
nus, quẽ Dragoni fratri in Apuliæ & Calabriæ comitatu ſucceſſiſſe oſtẽdimus, moriẽs,
Bagelardũ filium, & nõ fratrum aliquem dicti comitatus, inſtituit ſucceſſorem. Id Ro-
bertus

A bertus cognomine Huiſcardus Gothfredi fratrũ unus impiger adoleſcens, ægro ut de-
buit, animo tulit, Bagelardoq́ nepote per arma pulſo, prædictũ Apuliæ & Calabriæ cò
mitatum accepit. Addiditq́ illis Troiam urbem Romanis pontiſ. parere ſolitam, & cùm
uxorem Aberadam eo tempore amiſiſſet, ex qua filium ſuſceperat Bohemundum, tunc
alterã accepit nomine Giglegardã Giſulphi principis Tarẽtini ex Guaimaro fratre ne-
ptem. Tãtis rebus proſperè cõfectis, Robertus robur, qua erat prudẽtia, ſolidiſſimũ ad-
dere cõſtituit. Etenim oratoribus ad pontificẽ Nicolaum miſſis, illum ut ad res Apuliæ
& Calabriæ cõponendas paterno ductus amore accederet eſt hortatus, pontifexq́ quẽ
Capitaneorũ terram Romanam tenẽtium ſuperbia atq́ perfidia dies noctesq́ trepidũ
atq́ anxium teneret, cum eis oratoribus ſe in Apuliam cõtulit. Facile aũt fuit pontificẽ
Robertumq́ cupientiſſimos ad pacẽ fœderaq́ perducere. Põtifex nanq́ Nicolaus Ro-
bertum Guiſcardũ excommunicatione abſolutũ ducem Calabriæ & Apuliæ declarãs,
B illum per cõſcripta fœdera iureiurando cõfirmata quicquid de terra eccleſiæ teneret, &
in primis Beneuentũ reddere uoluit. Et Guiſcardus ſeſe conſtituens Romanæ eccleſiæ
Vaſſallũ, uel quod eius regionis uerbũ eſt, Ligium, Romano põtifici quæcũq́ peterent
præſidia mittere, ac quãdo opus uideret, cum omnibus copijs afferre ſpopõdit. His fœ-
deribus occultè ne à Romanis capitaneis reſcirentur cõſcriptis, redijt Romã pontifex
Præneſtinos, Tuſculanos, & Neumentanos rebelles primũ, & poſt amne Tyberi tranſ-
miſſo Galerã, ac comitis Gerardi caſtella uſq́ ad Sutrium populari ac uaſtare iuſſit: nec
prius à uaſtatione Normanni ceſſarunt, q̃ capitanei ubiq́ edomiti uerã pontifici obe-
dientiam præſtiterũt. Interea uenientes Romã Mediolanẽſium oratores, prę teriti tem-
poris erratorũ ueniam, & legatũ ad ſe perditos cleri mores reformaturũ mitti poſtula-
runt, daramq́ eiuſmodi prouinciã ſuſcipiens Petrus Damiani Hoſtienſis epiſcopus, uir
ſapientiſſimus, epiſcopos primũ Mediolanẽſem, Brixianum, Taurinenſem, Aſtenſem,
Albenſem, Verſellenſem, & poſt diœceſum ſummarũ cleros de ſimonia cõcubinatuq́
C cõuictos, cum ſatis pro tẽpore redarguiſſet, ad melioris uitæ frugẽ reformauit. Quo car
dinale in urbẽ Romã cũ rei bene geſtæ gloria reuerſo, alterũ ecõtra perditæ uitæ cardi-
nalem Vgonẽ Candidũ rebellaſſe pontifici & eccleſiæ nunciatũ eſt. Et paulo poſt Ni-
colaus ad ſecundũ dimidijq́ anni pontificatus finem obijt. Per quod tempus Robertus
Guiſcardus q̃ primum ſuas copias à ſeruitio pontiſ. & eccleſiæ reuerſas accepit, Taren-
tinos nullis coactos armis ſibi per ſola oratorum uerba ſubegit, pariterq́ Mathera eius
ducatui tunc tẽporis eſt ſubiecta. Nicolai ſecũdi exequijs de more perfectis cõueniens
in Lateranenſem eccleſiã Romanus clerus & populus, cum ad inſtantiũ quempiã con-
cordare nequiſſent, Anthelmum Lucenſem epiſcopũ abſentem elegerũt, quem ſecun-
dum Alexandrum pont. Romanum placuit appellari: Iſq́ Luca accerſitus, in põtificali
habitu Romam uenit. Sed interea Lombardiæ epiſcopi omnes quos Petrus Damiani,
ut diximus corripuit, uel ut aliqui habẽt ſcriptores, eccleſiis amouit, Guiberto Parmẽſe
adnitẽte cõgregati conſtituerũt nõ eſſe pontificẽ ſummũ ultra ab eis aliũde accipiendũ
q̃ ex paradiſo, ut dixerunt, Italiæ Lombardia: utpote rati eundẽ quicunq́ crearetur ſuis
D infirmitatibus indulturũ: eoq́ diſſoluto conuentu pars eorum ad Agnetem Imperatri-
cem accedens illi ſuadere conati ſunt, uoluiſſe ac ſtatuiſſe Nicolaum pontiſ. nuper de-
functum, nõ licere iniuſſu regis Italici quempiã pontificẽ deſignari. Proinde poſtulãtes
ut ſynodo patrum, quã in Lõbardia paulo ante coegerant, pont. Romanum defuncto
Nicolao autoritate regia ſufficere liceret. Suntq́ ex ſuperioribus qui aſſerant Agnetem
blãda & ſubdola illorũ oratione ſeductã aſſenſiſſe. Sed nos Gregorio ſeptimo pontifici
magis credimus aſſerẽti nõ conſenſiſſe Agnetem: ſed Henricũ filium iam adoleſcẽtem
præcipites in ſcelus Longobardos epiſcopos impuliſſe, ut innuere uidear Gregorius
papa, qđ Guilelmus ſcriptor affirmat, fuiſſe eã matris cũ filio diſcordiã, cuius occaſione
Imperatrix, ut oſtẽdimus, regni adminiſtratione atq́ etiã habitatione ſit pulſa. Reuerſi
itaq́ in Lombardiam pſeudoepiſcopi, cõciliabulo ſuorũ coacto, Cadolum Parmẽſem
in antipapã elegerũt. Nec fuere omni in Lombardia, aut cætera ad eam pertinẽre Italia,
qui Cadolo obedire recuſarent, præter Matildim Comitiſſam & uirum Gothfredũ, qui
Alexandro Romæ creato obedientes, hoſtiũ eius impietati pro uiribus aduerſati ſunt.
Peruaſit uerò ipſa Cadoli labes & ipſam urbem. Quũ quidem capitaneis ob cladem Ni-

colai temporibus à Normãnis acceptam, rebellionem in nouum pontificẽ moliẽtibus, E
nonnulli ciues Romani cõſpirarunt. Quorum omniũ inſtigationibus fauoriſq; pollici-
tationibus factũ eſt, ut Cadolum potentiſſimo Lombardorum exercitu deducente, ad
prata uſq; Vaticano & urbi Leoninæ ſubiecta, quæ tunc ciuium partes Alexãdro pont.
quę adulterino fauerẽt. Et tamen quũ ſeditioſos peiorem partem melior numero & au-
toritate ſuperaret, armis iuſtã cauſam tutari omnes boni & mali pariter perrexerũt. Ve-
nerat uerò Romã Gothfredus Matildis uir præſidio pontificis adfuturus, qui à ciuibus
perditis magis q̃ Lõgobardorum copijs Alexandro timens, ad Lateranum ſe cum co-
pijs cõtinebat. Quamobrem primo in congreſſu, quẽ furens populus aduerſum Lõgo-
bardos habuit, Cadoli partes ſuperiores, ac prope uictrices fore apparuit: ſed quum pri
mum fideles, qui prælio inerãt, Romani renunciarunt pontifici utramq; ciuium partẽ
promiſcuè hoſtibus repugnare, educẽs Gothfredus Lõbardos repulit, ici ibitq; Pãdul-
fus multam Romanorũ etiam Cadolo fauentium cædem eo in prælio fuiſſe cõmiſſam.
Repulſus ea cum ignominia Cadolus Mediolanũ ſe recepit: uixq; totum cõquieſcens F
annũ, magnis largitionibus nõ capitaneos magis, q̃ Romanos ciues, etiam Alexandro
fauere ſolitos corrupit: quorũ conſilio & fauorum ſponſione ductus, illo paruo dedu-
cente comitatu clandeſtinis itineribus noctu magis q̃ die confectis, Romam ſe contu-
lit. Affuerunt uerò, ut erat conſtitutum, capitanei, & clàm ſtipendio cõducti milites, qui
Leonina ciuitate furto occupata, Cadolum in beati Petri baſilicã perduxerunt. Mane
quũ primum is rumor urbem Romã peruaſit, correptis repentè armis populus accurrit:
quod quum pręter ſpem à ſeditioſis prębitam, capitanei & mercenarij milites cernerẽt:
ilico omnes quaqua uerſum dilapſi, Cadolum præſidio deſtituerunt. Sed unicus adfuit
omnium perditiſſimus, & cui maiorem uim pecunię Cadolus dederat, Cincius pręfecti
filius, qui per media infeſtiſſimorũ ciuium agmina euntem, & ſuum ſitiẽtes ſanguinem
Romanos cernentem Cadolum in ſancti Angeli caſtellum perduxit. Tantaq; fuit per-
ditiſſimi Cincij audacia, ut Cadolũ, quem ſemper Romanũ pontificem appellaret, per
uim & arma tutari, iureiurãdo promiſerit. Perſtitit aũt in pont. Alexãdri fide Romanus G
populus, adeò ut repagulis caſtello S. Angeli oppoſitis, militibuſq; in perpetuas ſtatio-
nes adhibitis, Cadolus per annos fermè duos clauſus obſeſſuſq; fuerit. Per eam tempe-
ſtatem dum pontifex Alexander tantis Lombardorum, uel potius Henrici regis perſe-
cutionibus agitatur, Robertus Guiſcardus, qui bene de ſe ſperanti pontifici opem tuliſ-
ſet, pellẽdis Italia Græcis implicitus erat. Nanq; Conſtãtino Dioclizi Conſtãtinopoli-
tano p id tẽporis mortuo, ſuffectus illi Imperator nomine Romanus, cognomine Dio-
genes, imperio parum cõfirmato, rebus Italiæ non ſatis poterat prouidere. Sciens itaq;
Robertus Cyriacũ imperialem capitaneũ, qui ſummæ rerum eius imperij in Italia pręe-
rat, apud Veſtiam Apuliæ ciuitatem immunitã degere, eò ex improuiſo ducẽs urbe ca-
pta, illum quoq; intercepit. Pari exinde ducendi exercitus rapiditate uſus, Mõtempilo-
ſum urbẽ obſedit. Cumq; diutius ad eam ſibi ſedendum intelligeret, Gothfredum fratrẽ
illis præfecit caſtris, & maiores copias in Barulum ducẽs capiendo oppido fecit neceſ-
ſarios apparatus. Inerant uerò ſelectæ ex urbibus oppidiſq; Gręcorum copiæ, ut natura H
loci tantiſq; munitum defenſoribus oppidum nulla uis expugnatura uideretur, cõmea-
tus uerò, qui deerat, in tutiſſimum arcis beneficio portum undiq; importabatur. Quod
quum cerneret Robertus, magnum ut oppidanos commeatu intercluderet, aggreſſus
eſt opus. Etenim multis nauibus in portum contractis, eas ſibi inuicem cõtiguas ea ra-
tiõe colligauit cõcatenauitq;, ut ab extremo in quo arx erat promõtorio in continẽtem
ad hemicycli formã ductæ portum clauderẽt: per eumq; tanquã pontem oppugnãdi in
circuitu oppidi habuit facultatẽ. Nec potuit pertinax pręſtãtis ducis uirtus euincere, qn
ea obſidio tres cõtinuata annos, eum à gerendis maioribus detinuerit. Tertijs tamen ca
ſtris interea Rogerius fratrum Roberti unus, Brunduſium terra mariq; premebat. Cui
Gothfredus frater Mõtepiloſo potitus, ſe addiderat, claſſi quã Brũduſino in portu Ro-
gerius tenuerat Gothfredũ præficiẽs, ut eam circumageret, & Rhegiũ duceret, impera-
uit. Eodemq; in tẽpore terreſtribus cũ copijs, Robertus & Gothfredus cum claſſe ſunt
Rhegium delati. Inde cõſcenſis nauibus in Siciliam traijcientes, Panormum primã de
Siculis urbibus terra mariq; obſederunt. Dum uerò ea quartũ iam annũ Græcus Impe-

rator

A ſator per ignauiam reſiſtendiꝗ impotentiã tolerat, obiens Michaelem Cõſtantini Dio
clizi filium habuit ſucceſſorẽ. Quo in tempore apud urbem Romã nulla erat maior in-
quietudo, quàm quod expugnando ſancti Angeli caſtello omnis populus occupabat.
Quamobrẽ fractus animis Cincius, ſorde, quod in prouerbio aiunt, multas ſordes lauit:
territum nanꝗ coegit Cadolum, ut trecentis argenti libris ſibi in uitæ redemptionẽ da-
tis, ſtrigoſiſſimo auectus equo aufugerit. Hæc tunc fiebãt in Italia. In Alemãnia uerò &
Germania ob regiminis Henrici Cæſaris adminiſtrationẽ, ardebant inuidia principes.
Primus tamẽ & potentiſſimus omniũ Otho Coloniẽſis archiepiſcopus cęteros ſeduxit,
ut Agnete regis matre pulſa, regni ſummã regi demãdaretur. Prębuitꝗ aſſenſum Henri
cus filius adoleſcẽs: cuius iam pubertatem ſupergreſſi malitia ſuperaret ætatẽ. Ingreſſus
uerò eſt ilico archiepiſcopus Italiam: & Guilberto Parmenſe, quẽ, ut oſtẽdimus, regina
inſtituerat depoſito, alterũ Italiæ cancellariũ Vercellenſem epiſcopũ ſubrogauit. Quo
in negocio quũ Italiæ regnum ſatis cõpoſuiſſe ſibi uideretur archiepiſcopus, diſturban-
B dis pontificis rebus acceſſit Romã. Admiſſus ad pontificis cõſpectum, cardinalibus &
pręſtãtioribus ex clero populoꝗ Romano cõſedẽtibus, Otho archiepiſcopus ſuauiſſi-
ma quidem prolatione uenenata huiuſmodi uerba facit: Quo factũ eſt modo, frater mi
Alexander, ut præter ſeruatos hactenus mores, pręter legem Romanis olim pontificib.
præſcriptã, pontificatũ Romanum à rege & domino meo Henrico tertio iuſſus accepe
ris. Et à Carolo incipiẽs, multos Imperatores patriciosꝗ nominauit: à quibus partim ue
rè, partim falſò, põtifices electos aut cõfirmatos affirmauit: parantẽ plura, &, ut appare-
bat, peiora dicere Ildebrãdus archidiaconus cœtu cardinalium nutu geſtuꝗ impellẽte
in hæc uerba peruenit: Nullum unquã ius, nullum imperium, Otho archiepiſcope, regi-
bus & Imperatoribus, uel, ut tu dicis, patricijs Romanorũ in pontif. Petri ſucceſſoris ele
ctionem fuit. Et ſi quid perperam, ſi quid per uim eorũ quæ recenſuiſti aliquando fuit,
tam iuſta, ꝗ ſeuera ſanctorum patrum cenſura correctum eſt. Incipiensꝗ à ſuperioribus
in Decreti, quod Nicolaus ſecundus centum & tredecim epiſcoporum autoritate fecit,
C expoſitione tandiu immoratus eſt, quouſꝗ uictus Otho ſatis ſibi factum eſſe reſpondit.
Inſtitit tamen, ut obſtruẽdo calumniatorũ, qui in regno Italiæ multi erant ore, cõcilium
pontifex apud Mantuã deditiſſimam ſibi facilè ciuitatẽ conuocaret. Conſenſitꝗ & ac-
ceſſit cum cardinalibus pontifex. Eo in cõcilio omẽs Lõbardiæ epiſcopi, præter Cado-
lum interfuerunt. Non modò approbata eſt Alexandri ſecundi electio: ſed oẽs ipſi epi-
ſcopi, depoſito quod aduerſus ſedẽ apoſtolicã conceperant odio, illius amici ſtudioſiꝗ
effecti ſunt. Reuerſus Romã pontifex, urbem quietiſſimã, ſed omnia in eius terra quæ
ad Campaniã pertinet, turbata offendit. Nanꝗ Ricardus Normãnus frater Roberti, &
Gulielmus eiuſdem Richardi filius, Capua ſibi ſubacta, Beneuentoꝗ inuaſa, Cæpera-
num obſidebãt. Nec ſatis ſcimus, ea ne Roberti Guiſcardi cõſenſu fuerint intẽtata, quẽ
dignior atꝗ urgẽtior ſuſcepta, & ſe totum poſtulãs expeditio, apud nos ea perfidiæ ſu-
ſpicione liberat. Nanꝗ per id temporis Rogerius, quem diximus à fratribus Roberto
& Gothfredo in Siciliam traiecturis, ad Brunduſij obſidionẽ relictum fuiſſe, magnũ ac-
D cepit incommodũ, quod introducti noctu de quarta uigilia ad ſimulatam proditionem
Normãni proceres ad quadraginta, & totidem gregarij milites à Brunduſinis, ſuffoſſo-
rumꝗ capita ad Imp. Cõſtantinopolitanum ſunt delata. Robertus autem Panormi ob-
ſidionem diu duraturam intelligens, Gothfredo caſtris præfecto, pet calendas Aprilis
in Apulos ſe cõtulit: Tranamꝗ obſedit. Et Ianuario menſe, qui ſequutus eſt anni ſalutis
Chriſtianæ tertij ſupra ſeptuageſimũ & milleſimum, Gothfredus Panomo, Robertus
Trana urbibus ſunt potiti. Nec Richardo & Gulielmo quicquã præſidij attulerũt. Ilde-
brandus enim archidiaconus de Normannorum perfidia apud Mantuã certior factus,
Gothfredum & Matildim uxorem aduerſus illos ſuppetias poſtulauerat. Ad quorũ uiri
& uxoris cum archidiacono copioſiſſimoꝗ exercitu in Cãpaniæ partes aduentũ territi
Richardus & Gulielmus, capta de terra & iuriſdictione eccleſiæ reliquerunt. Pauloꝗ
poſtquã archidiaconus, Gothfredus, & Matildis Romam cum gloria reuerterant. Ale-
xander põtifex precum Agnetis Imperatricis inſtantia uictus, Guilbertũ, qui, ut oſtẽdi
mus, fuerat Italiæ cancellarius, Rauennatis eccleſiæ archiepiſcopũ fecit, præfatus qđ in
prophetiã ceſſit, illũ eccleſiæ Romanæ magno & animæ ſuæ maximo incẽdio eã eccle-

ſiam accepiſſe. Per eoſdemq́; dies Hugo Candidus cardinalis cum pontifice, cui per humilitatem ſatisfecit, in gratiam rediit: & Cadolus ad uitæ finem fortunatus delictorum uenia ab Alexandro pontifice impetrata interiit: cui paucos dies & ipſe pontifex ſuperſtes fuit: undecimo nanque pontificatus anno, & menſe ſexto exactis obiit: uixdum eius pontificis exequiæ ſolenniter ex more erant celebratæ, quum clerus & populus ad funeris pompam congregati, Ildebrandum archidiaconum ex abrupto acclamarunt, à beato Petro in pontificem eſſe electum. Ad eoſq; clamores exciti cardinales conclaue ingreſſi, eundem canonicè delegerunt, quem Gregorium ſeptimum placuit appellari. Is annus erat Henrici tertii Cæſaris regni duodeuigeſimus, per quod tempus bello ille cum Saxonibus grauiſſimo implicitus erat. Hungari autem eodem tempore Salomone rege ſuo, quem dicerent Germanis reſiſtere neſcire, in carcerem coniecto, bellum Cæſari indixerunt, in quod omnes ille regni Germaniæ & Alemanniæ uires exercere eſt coactus. Gregorius uerò pontifex commiſſam ſibi eccleſiam quietè cupiens gubernare, pacem cum Henrico habere quæſiuit, quod oſtendit epiſtola priuſquam coronaretur ad Beatricem & Matildim filiam ſcripta, cuius hæc eſt particula. De rege autem, ut antea in literis noſtris accepiſtis, hæc eſt uoluntas noſtra, ut ad eos religioſos uiros mittamus, quorum admonitionibus inſpirante deo ad amorem ſanctæ Romanæ & ſuæ matris eccleſiæ eum reuocare, & ad condignam formam ſuſcipiendi imperii inſtruere ac expolire ualeamus. Et tamen licet eam pacis uoluntatem haberet, malè per Henricum geſta damnare & corrigere non ceſſauit. Nanque in edicto, quod ad omnes Lombardos ſancti Petri fideles dedit hæc dicit, Quidam miniſtri ſathanæ, & præcones antichriſti in Lombardia fidem Chriſtianam conantur confundere. Nam ſicut ſcitis Gothfredus uiuente Guidone dicto Mediolanenſi archiepiſcopo eandem eccleſiam quaſi uilem ancillam præſumpſit ab Henrico emere, epiſtola etiam Remaldo Cumano epiſcopo apud Henricum agenti ſcripta à pontifice, eum paci cum Henrico conſtituente oſtendit inhiaſſe. In qua etiam epiſtola Agnetem Imperatricem Henrici genitricē, poſt quàm ab Othonis Colonienſis archiepiſcopi tyrannide pulſa contulit ſe Romam, ibi uitam duxiſſe oſtenditur. Sunt enim hęc epiſtolæ uerba, ducem Rodulphum Lombardiam intraturum in hoc proximum Septembre audiuimus, efficias ergo principaliter pro apoſtolorum ſeruitio, ſecundario hac etiam pro parte, ut ſibi & tibi non ſit pigrum Romam uenire, ubi de concordia Romanæ eccleſiæ, & regis uobiſcum, & cum Agnete Imperatrice filia noſtra chariſſima, cum Beatrice etiam, quæ multum & ſæpe in hoc eodem laborauit, loqui & tractare poterimus, & ad Anſelmum Lucenſem epiſcopum. Hæ nanq; perſonæ pacem conantur efficere, chariſſima filia noſtra Agnes Imperatrix, nec non glorioſa Beatrix cum filia Matildi, Rodulphus quoq; dux Sueuiæ. Tantis itaque ad pacem iactis fundamentis, pontifex Gregorius ad regem miſit denunciaturos, ſe ſi in pontificatu confirmaretur, nullatenus errores illius toleraturum, proinde aut alium pontificem fieri curaret, aut ſe ad ſatisfactionē condignam pararet. Rex tamen facti modo ac ueritate cognitis, electioni eius aſſenſum prębuit. Mittenſq; ad urbem Gregorium Vercellenſem epiſcopum, regni Italici cācellarium, dictam electionem ſua autoritate confirmari curauit. Cōfirmatus in ſede Gregorius, nihil duxit antiquius, quàm Henricum regem ab epiſcopatuum & eccleſiarum uenditione deterrere. Acceſſerūtq; ad id impetrādum pontificis oratores, Agnes illius genitrix, G. Hoſtienſis, V. Præneſtinus, & R. Cumanus epiſcopi. Eam quum audiuiſſet legationem rex in Bauaria agens, benignè reſpondit, & tamen quinq; clericos ab Alexandro pontifice ob ſimoniam excommunicatos, quod ea expoſtulauit legatio, à ſe noluit remouere: quumq́; tres illi epiſcopi, ſicut à pontifice iuſſi erant, ſynodū in Alemannia nollent cōgregare, reſpōdit per Bremenſem epiſcopū, Res Maguntino archiepiſcopo uice Romani pontificis in Germania ab Alexandro pont. Gregorii prædeceſſore olim fuiſſe conceſſas: replicaruntq; oratores, cōceſſionem Maguntino factam robur ſuum in morte cōcedentis amiſiſſe, & ipſum archiepiſcopū in ſolicitudinis partem, non in poteſtatis plenitudinem fuiſſe uocatum: nihiloq; minus perſtitit in ſententia Henricus. Quamobrem oratores Bremenſe epiſcopo, qui regis peruicaciæ auditor impulſorq; fuerat, excōmunicato, Romam ſunt reuerſi. Paulo poſt Hermannum Bambergenſem, & alium Conſtantienſem epiſcopos Roma-

E F G H

A Romæ agẽtes,& de ſimonia conuictos põtifex dignitate priuauit. Ieiunio ſubinde quadrageſimali adueniente,Gregorius pontifex concilium Laterani quũ celebraret,interfuerunt Guilbertus Rauẽnas archiepiſcopus,& maxima Lombardiæ epiſcoporũ pars. Aſtiteruntq; pontifici Matildis Comitiſſa, & Siſulphus Salernitanus princeps. Quo in concilio Robertus Guiſcardus ob nouam terrarum eccleſiæ de marchia Anconitana, quam tunc Firmanam appellabant, occupationem, & pariter cæteri Normãni fuerunt excommunicati: Solutoq; concilio cæteris abeuntibus,manſit Romæ Guilbertus, dolum rege conſentiente machinatum aduerſus pontificem uerſaturus: fuitq; ea machinatio in hunc modũ, Celebrat miſſam pontifex Gregorius in ſolenniſſima Chriſtianis nocte natalis domini in ſanctæ Mariæ maiori baſilica,quæ dicitur ad præſepe,quum ſubitò irrumpens armatorum ſtipatus cohorte Cincius Stephani præfecti filius, illum tunc hoſtiam frangentem raptum altario deturbauit, attractumq; ad domum, quæ ſibi in hyperione erat,in turri clauſit. Continuit ſe murmurans per id celebritatis diei populus

B Romanus. Sed poſtridie Cincij domum furibundus undiq; aduolans, pars liberatum pontificem ad ſanctæ Mariæ baſilicam deducunt,pars maxima diripiendis ædibus, demoliendaq; turri inſudant, ut non potuerit pontificis reclamantis autoritas prohibere, quin turri ſolo æquata,Cincij familia uiri & mulieres naribus truncarentẽ.Cincius furto prolapſus,in Germaniam ſe contulit ad Henricum. Fruſtratus ſpe ſua Romani pontificatus, ſi Gregorius occubuiſſet, inuadẽdi Guilbertus,cõmeatu a pontifice,quẽ ſimularet indigere impetrato,Rauennam ſe contulit. Sperauit tunc pontifex Henricũ regem, & ſi oratoribus Agneti Imperatrici genitrici ſuæ, & tribus illis epiſcopis parũ crediderat,ab alijs tamen machinationibus abſtinere. Pariterq; crediderit Guilbertum Rauennatem archiepiſcopũ,ſicut blandiſſimis ſpoponderat uerbis,in ſua & eccleſiæ obedientia perſeueraturum. Qua ratione inſtaurãdis alibi eccleſiæ rebus animum adiecit,conſtituitq; Robertum Guiſcardum, & cæteros Normannos bello agitare. Cuius ad uota conficienda, Gothfredus & Matildis uxor ſpem maximam præbuerunt. Iamq; præmiſ-

C ſas à uiro adducẽdas è Lõbardia copias Matildis illas ad iter ponere incœperat. Quum Guilbertus Rauennas,& Theobaldus Mediolanenſis archiepiſcopus,nõnulliq; Lombardiæ epiſcopi apertam in Gregoriũ coniurationẽ rebellionemq; oſtenderũt. Tuncq; Hugo Cãdidus, quem cardinalem Alexandro pontifici rebellem illius in gratiam conciliatum fuiſſe oſtendimus, ad uomitum redijt, adeò ut Henricum inter tertium & Robertum Guiſcardum fœdera in pontificis Gregorij perniciem cõponere ſit adniſus. Ea poſtquam reſcijt pontifex intentata aduerſus expeditionem intermiſſa,ſynodum Laterani coegit, in qua Guilbertus Hugoq; excommunicati dignitatibuſq; priuati ſunt. Dum hæc in Italia fierent, Henricus ex bello Saxonum diu implicitus, & ſi illos inſigni prælio ſuperauit,tamẽ ſubigere nequiuit. Nec tamẽ ei uictoria ceſſit incruẽta,quod cæſa ſuorum militum quinq; millia amiſit: ea uerò ex uictoria tantum intumuit, ut neſaria quæque in pontificem ſit auſus: primumq; illi obedientiam ſubtrahere uolens, Sigiſredo id archiepiſcopo Maguntino negocium iniunxit, cuius pontificalem præferẽtis au-

D toritatem edicto conuocatum eſt apud Vormatiam conciliabulum, & epiſcopi abbateſq; regnorum Henrici ne Gregorium in pontificem haberent ſunt admoniti. Veniens q; Romam eo à conciliabulo Rolandus Parmenſis clericus, quum eſſet ad Gregorij pontificis cardinaliúmque & concilij, quod tunc Laterani habebatur, conſpectum perductus, Henrici uerbis Gregorio,ne pontificalia exerceret, aut ſe nominaret pontificem inhibere dixit, iuſſitq; cardinalibus, ut aliúm à rege pontificem habituri in Alemanniam ſeſe conferãt. Et tamen eo nuncio cum ignominia repulſo, multorum Germaniæ epiſcoporum literæ pontifici Gregorio ſuam operam & fidei conſtantiam pollicẽtium ſunt allatæ. Qua impulſus cauſa pont. Gregorius ea in ſynodo Sigiſredum, & eius impietati aſſentientes epiſcopos, & abbates commiſſis priuauit eccleſiis. Henrico autẽ gubernationem, titulum & dignitatem regni Theutonicorũ & Italiæ interdixit, omnibus principibus & populis utriuſque regni, quo illi obſtringebantur iuramento autoritate apoſtolica abſolutis. Ferunt Henricum principio quoq; nuncios per regna ſua miſiſſe frequentes, qui dicerent Ieſum Chriſtum, quando ter Petro oues paſcendas commiſit, reges excepiſſe. Pontifexq; econtra per literas quæ extant, notum populis fecit,

deum in terris agentem, quando ligandi & ſoluendi in cœlo & in terra poteſtatē Petro B
dedit, neminē excepiſſe, eumq́ quicunq́ ligari ſe poſſe negat, quod abſolui nequeat cō
fiteri, ſicq́ ab om̄i corpore eccleſiæ ſequeſtrari. Quibus papæ uerbis prælati, principes,
& populi pars regni Theutonicorū maxima, animis ab Henrico alienari cœperūt, pri-
miq́ Saxones exarſerūt in bellū: poſt illos Metēſis epiſcopus Henricū cēſuit in uim ana
thematis deponendū. Vnde quū fathiſceret iam, & planè ortum uideretur in regno diſ-
ſidium, Rodulphus Guelfo, & Theodericus primores Alemannorū duces cum cęteris
in regno pręſtantibus in id cōſilij conuenerūt, ut ſi uocatus in Alemanniam Gregorius
pontifex accederet, Hēricus illi ſupplex petita, & ut ipſi cōfidebat, obtenta erratorū ue-
nia conſeruaretur, alioquin ſucceſſorē illi daturos ſe concordi conuētus ſententia pro-
teſtati. Jurauitq́ illò in conuētu, cōuentus ſe pontifici quum accepiſſet integrè paritur ū:
quod quidē primatibus illis adeo gratum fuit, ut ſponte ſua reſponderint, illum Romā
ad imperij coronam ex more ſuſcipiendā cum copijs deducere, quibuſcū Imperator de
claratus, Normannos, Apulia, Calabriaq́ & omni terra eccleſiæ deturbaret. Acceſſitq́ F
regis & cōuentus ad pōtificē ea de cauſa orator archiepiſcopus Treuerēſis. Quo inſtāte
pont. Gregorius, ut Auguſtam prętoriam urbem Alpinam accederet cum cardinalibus
urbe mouit. Quū uerò ſe Vercellas uſq́ contuliſſet, à Vercellenſi epiſcopo Italiæ cācel-
lario clam reſcijt, Henricum regem hoſtili in ſe animo cum exercitu uenientem Alpes
tranſcendiſſe. Quamobrē ſuæ conſulens ſaluti pontifex, in Cannoſſum uſq́ receſſit op-
pidum in Regienſi agro Matildis Comitiſſæ, apud quod nullam ab Henrico uiolentiā
uereret. Rex uerò dolum intelligēs patefactū, relicto Vercellis exercitu, Cannoſſum ni
hilominus uenit. Acta autē eſt res ſumma pōtificis grauitate: ſumma, ſed ficta regis po-
tentiſſimi humilitate. Quo enim die Hēricus Cannoſſi ſuburbiū attigit, omni depoſito
regali ornatu, nudiſq́ pedibus ad oppidi portam introduci ſperās, cum paucis comitib.
eſt delatus, denegatumq́ primo die ingreſſum ęquanimiter tolerās loco per noctē non
mouit, & glacie ferunt, cōculcataq́ diu niue per aſperrimū hyemis ſydus ſolum, in quo
rex ſtetit uel iacuit, obriguiſſe. Expectauitq́ tacitus ſcire quid ſecū pontif. duceret agē- G
dum: pontifice autem uera ne an ſimulata eſſet illius quam præ ſe ferebat ſcelerū pœni-
tentia, ut ab omnibus cerneretur differēte, ad tertium peruentū eſt diem, quum Hērico
ſe miſerum infelicemq́ clamāte, cui ſoli non uacarent ueniam imploraturo pij pōtificis
aures: uicerūt Matildis Comitiſſæ, Adelai Sabaudienſis comitis, & abbatis Cluniacēſis
preces, & introductū regem, abſolutumq́ pontifex in ſinū matris eccleſię recepit. Fecit
uero pōtifici rex ſcripto ꝓmiſſiones ſacramēti religione firmata, quibus Matildis Comi
tiſſa, Adelaus & Cluniacēſis abbas ad robur ſubſcripſerūt. Earūq́ extans forma fidei re-
uerentiæ & omnimodæ obedientiæ obligationibus eſt redundās: poſtea tamē ſubſtitit
in Cannoſſi finibus rex abituro ut opinabat̄ pontifici ſtruens inſidias: & pōtifice id ue-
rito ſubſiſtēte, fatigatus expectatione rex Papiā ſe cōtulit: apud quā die qua applicuit,
nequā ille Cincius præfecti urbis filius interijt. Interea Alemāni principes ægrè ferētes
Henricum promiſſis ſatisfeciſſe, Rodulphū Saxoniæ ducem egregium regem Alemā-
niæ creauerunt. Quod quū intellexiſſet Henricus ad ingenium reuerſus, pontificē Ro- H
mam reuerſum per nuncios orauit, ut Rodulpho excommunicato, Alemānos in illum
tanquam tyrannū arma ſumere imperaret: Gregorioq́ reſpondente, nō decere pontifi-
cem inauditū quempiam damnare, excandeſcens iracundia Henricus in Gallias ſe con-
tulit, & reparato exercitu, in Bauariā delatus, Rodulpho regi prælio eſt congreſſus, in
quo maxima pariq́ uirtute copiarū cædes eſt cōmiſſa. Venerunt tamen interea utriuſq́
partis ad pontifices oratores, & in ſynodo ea ratione coacta, iuſſit utriſque pontifex ne
priuſquam cauſa diſcuſſa armis principes decertarent: ſed priuſquam ea perferrentur
iuſſa, illi iterum primo grauiore prælio concurrerunt, & poſtea auditis nuncijs parêre
dicto pontificis ſpoponderunt. Subſecuti uerò erant miſſi ad res Alemanniæ inſpicien
das pontificis oratores Albinenſis epiſcopus cardinalis Aquileienſis patriarcha, & Pa-
duanus epiſcopus, qui abſtinentē iuſſu pontificis à bello Henricū orarunt, ut quod Ro
dulphus toleraturum ſe obtulerat, concilium ipſe etiam conſenſu omnium conſtituen-
dum in Alemannia fieri toleraret. Reſpondit uerò Henricus, niſi Rodulphus pontificis
autoritate excommunicaretur, ſe nullatenus congregationi concilij aſſenſurū, & orato-
ribus

A rſbus redeuntibus, tertio duces acriore duobus primis prælio ſe mutuo confecerunt. In
quo Saxonũ in Rodulphi partibus pugnantiũ cędem maximã cõmiſſam fuiſſe refertur.
Oraroribus auditis pontifex omnẽ pacis cum Henrico habendæ ſpem abiecit. Per eos
uerò quatuor annos, in quibus ea quæ ſcripſimus à põtifice & Hẽrico, epiſcopiſq; Lõ-
bardię geſta ſunt, Robertus Guiſcardus rem ſuam diuerſis in locis auxerat. Nam ſancta
Seuerina loci natura munitiſſima, & Cõſẽtia urbib. de Calabria potitus erat, intulerat&
bellum Siſulpho principi Salernitano: cuius ſororẽ, ut oſtẽdimus, in matrimonio habe
bat, & eo in bello tam ardẽs Robertus fuerat, ut ad ipſius mẽſem ſeptimũ, quo tẽpore à
Canoſſo põtifex rediјt, Siſulphus deditione facta, Salernũ cum arce perdiderit: exindę
Robertus copiјs in Beneuentũ raptim, & nullo id opinãte ductis, eam urbem terq; qua-
terq; ad primos inuaſionis dies oppugnatã breui cepiſſet, niſi Gregorio põtifici ut deſi-
ſteret exhortãti parẽre uoluiſſet. Et tamen Robertus ne ab ea expeditione domum ua-
B cuus rediret, Vicũ inuadẽs oppidũ recepit. Eodemq; anno, qui octuageſimus ſupra mi-
leſimũ ſalutis Chriſtianæ erat, Michael Cõſtantini filius cum filiјs tribus Michaele, An-
dronico & Cõſtantino à Nicephoro cognomine Botaniates per uim & arma Conſtãti-
nopolis imperio ſunt deiecti. Et Robertus Guiſcardus imperiј ipſius debilitati, quã eæ
rerũ nouitates facerẽt innixus, Spinacroba, Hydrũtó, & Tarẽto Græcos expulit. Dũq;
Tarentũ obſideret Michael Dioclizi Conſtãtinopoli pulſus, ea in caſtra uenit incogni
tus. Et Robertũ allocutus, eo hortante, Romã ſe contulit ad pontificẽ: per cuius ſuble-
uandi occaſionẽ ſumptam, factum eſt, ut Gregorius pontifex ſe ad conciliandũ eccleſię
Robertum inſinuauerit. Cõpertumq; eſt poſtea Robertum eadem etiam ratione pulſo
patria Imperatori, ut pontificis opem peteret ſuaſiſſe. Primus tamen põtifex Gregorius
Roberti colloquiũ expetiuit, ad Cæperanumq; locus conuẽtui conſtitutus eſt. Quo in
conuẽtu Robertus ligium ſe, quod eius regionis uerbũ totalem ſignificat ſubiectionẽ,
pontifici & eccleſię fecit, & beati Petri uexillo à pontifice eſt donatus. Quinetiã ponti-
C fex, ut Robertus reſtituendo Michaelem maiorẽ haberet autoritatem, inuaſorẽ imperiј
Nicephorũ excõmunicauit. Nec mora, his apud pontificẽ cõfectis, Robertus Hydrun
tum petens iuſſis eò copiјs conuenire, Rogerio exinde natu minori res Italiæ cõmen-
dans, alteri filio maiori Bohemundo præfecturam nauigaturæ militiæ demãdauit. Ipſe
cum Michaele Dioclizi nauim prætoriam conſcendens, primus omnium tradidit uela
uentis. Impoſituſq; nauigio copioſus æquè ac paratus fortium uirorum exercitus, pro-
ſpera uſus nauigatione ad Auelonem eſt obſeſſus. Prima autẽ ad Dyrrachium caſtra à
ducibus ſunt firmata. Quamobrem terra mariq; obſeſſam breui capere opinabãtur. Ni-
cephorus uerò Imp. quod eã imperiј nouitate aliter non poterat, Venetos ut Preſſæ ur-
bi præſidium afferrẽt orauit. Qui Dominico Siluio duci ſuó, ut triremiũ onerariarumq;
nauium claſſe inducta Imperatori ſatisfacerent, publico conſilio permiſerunt. Duxitq;
in Normannos duces Siluius claſſem, quã finis oſtendit ingentẽ paratiſſimamq; fuiſſe.
Nanq; Normannorum congreſſu claſſi uictoriam, ſed cruentiſſimam obtinuit. Et mare
Dyrrachinis redditum eſt apertũ. Continuauit tamẽ terreſtrem opugnationem Bohe-
D mundus. Nam paulo poſt eum conflictũ Robertus Michaelem Dioclizi ſecum ducens
ad reparandã claſſem ſe contulit in Italiam. Interea Nicephorus Botaniates Imperator
iјs quæ apud Dyrrachiũ facta erãt, indies q; fiebãt auditis, exercitum in Dalmatiam du-
cendum parare conſtituit, & quũ ſuas Græcorum Thracumq; copias minores, q̃ belli
neceſſitas poſceret fore iudicaret, Alexiũ Mega, uel ut poſtea cognomento uocatus eſt
Comnenum, cui militũ magiſtro multum fideret, miſit Adrianopolim, ingenti attributa
pecuniarum ui, quibuſcũ Saracenos Turcoſq;, etiã ex Aſia Ægyptoq; mercede condu-
ceret. Iſq; Alexius perfidia uſus, quod imperiũ affectaret, oẽs quoſcunq; nouo cõduxit
ſtipẽdio, ſibi obſtrinxit militiæ ſacramẽto: quib. nõ modò pactas diſſoluit pecunias, ſed
maiores ꝓfuſam in largitionẽ dedit. Veteranos uerò Imperatori militare ſolitos donati
uo ſtipẽdioq; fraudabat, imperatoris auaritia, q ſtipẽ eis dãdã nõ mitteret accuſata. Cũq;
eos indigẽtes, & ut eſt militũ cõſuetudo, furẽtes cerneret, ueſtibus, equis, & ſupellectili
aurea argenteáue, quã ſuam ipſius eſſe cõſtaret, donatos conſolabat: quibus efficit arti-
bus, ut exercitu quẽ apud Adrianopolim magnum coegerat tumultuante, Conſtãtino-
polim ad Imperatorem mitteretur orator. Allocutus Nicephorũ Alexius, multa in eam
dixit

dixit ſententiam, ut milites affirmaret debitis promiſſiſq; ſtipendijs ſatiatos, niſi ad belli E
prouinciam ducerent, aliquod per inſolentiam incõmodum illaturos. Proinde impera
torem hortatus, ut exercitum breui ad naues ducendum bono, & in magnã ſpem uicto
riæ erecto animo operiretur. Et Adrianopolim reuerſus tanq; profugiſſet, magnã præ
ſe tulit animi anxietatẽ. Petentibus uero ueteranis, quo res ſe haberẽt modo, partim ob-
ſtinata taciturnitate ſiluit, partim freſis inter dentes uerbis reſpondẽs, id maxime uultu
etiã & oculis facere eſt adniſus, ut miles intelligeret ſignificari, neq; bonum & fidelẽ ma
giſtrum ut de Imperatore obloqueretur, neq; Imperatorẽ ut æra militibus daret, adduci
poſſe. Tum indignari oẽs ac fremere, ac planè dicere & oſtendere, ſi nõ deſit qui ducat,
non defore exercitum, qui in urbis Cõſtantinopolitanę portas, in auari crudeliſq; Nice
phori perniciẽ ſequatur. Quibus uocibus quũ omnia iam complerentur caſtra, prodie-
runt ut erat conſtitutũ, pecunia corrupti conductorũ ab Alexio principes, & illum non
ultra magiſtrum, ſed Imperatorẽ acclamantes ad Conſtantinopolitanæ urbis portas du
ci poſtulauerũt. Euulſiſq; ilico ſignis furẽs exercitus facto agmine in Cõſtantinopolim F
ferri cœpit, cui in itinere ſpopondit Alexius ſeſe captã urbẽ triduo permiſſurũ ad libitũ
ſpoliandã. Percuſſus tam infelici nuncio Nicephorus, armis raptim captis inſurgẽs, por
tis mœnibuſq; nouos & fidos addidit defenſores. Vnicus erat Nicephoro prætorianæ
magiſter cohortis Arxion Alemannia oriundus, quẽ largitione corruptũ ſibi cõciliarat
Alexius: Iſq; porta, quã Bulgarorum appellant, noctu aperta, Alexiũ cum exercitu in-
troduxit. Dies ea fuit Iouis cœnæ domini Chriſtianis ſpiritualiter celeberrima, per quã
& per duos, qui ſecuti ſunt paſſionis domini Ieſu Chriſti dies, ea agitatus laceratuſq; eſt
paſſione populus Cõſtantinopolitanus, cui nullã afflictæ res humanæ æquiparandã ha
bent. Nam præter ſingulorum iniurias, ſtupra, cædes, uulnera, & uincula: præter auri, ar
genti, ſupellectilis rapinas, ſpoliata, inquinata ſunt tẽpla, nec ullus fuit tam ſacer religio
ſusue locus, quin ſi à Chriſtiano deum timente ultorẽ declinabatur, Barbarũ inuenerit
direptorẽ. At Nicephorus ad primos captæ urbis clamores, ſancti Sophiæ ædes petẽs,
id humanitatis ab Alexio obtinuit, ut tonſoratus, & in monachũ ordinatus uita donare G
tur. Alexius per ſolennẽ dominicæ reſurrectionis diem in palatio coronatus, exercitũ à
præda & iniurijs ciuiũ reuocari arceriq; curauit. Iſq; factũ ſuũ apud ciues honeſtaturus,
tanquã à Nicephori auaritia furor ille proceſſiſſet, Michaelem Michaelis Dioclizi filiũ
imperij conſortẽ accepit. Prima uero Imperatori nouo fuit cura rebus Dalmatię proui-
dendi. Itaq; exercitu, quẽ fraude parauerat, educto Michaelem imperij conſortem præ-
ceſſuris in agmine legionſbus dedit ductorem. Bohemundus interea terreſtrẽ, Rober-
tus dimiſſo in Italia Michaele Dioclizi cum claſſe, reuerſus maritimã obſidionem conti
nuabant. In quos quum Græci imperatores terra mariq; impetũ facturi uiderentur, Ita-
lici duces copijs in aciem eductis pugnandi copiam fecerunt, cõmiſſoq; in prælio quod
durum & utrinq; cruentum fuit, Michael imperatorum alter cecidit, Alexius in fugam
conuerſus, lacerum diſſipatumq; reduxit exercitum. Fuiſſe autem in exercitu Alexij mi
lia ſeptuaginta ſcribenti Cõſentino facile aſſentior. Sed Guiſcardum & Bohemundum
pauciores quidẽ quàm ille, tamen maiores quàm is dicit ſcriptor, habuiſſe crediderim. H
Secundum eam uictoriã Dyrrhachini imperatoris ſui præſidio deſperantes, urbem Ro
berto dediderunt, pariterq; multa Dalmatiæ oppida prius etiam quàm eſſent adita, fece
runt deditionẽ. Romæ eodem anno aliam Gregorius pontifex ſynodum celebrauit, in
quà acta eſt cauſa Berengarij cuiuſdã in dominici corporis & ſanguinis myſterio erran
tis: & Berengarius cõuictus, erroremq; confeſſus, id fecit iuramentum, quod ſacri iuris
pontificij canones de cõſecratione diſtinctione ſecũda: Ego Berengarius corde credo,
& ore confiteor, ſancitum habent. Et Henricus rex poſt ſpretam pontificis legationem,
ab eo de fidelitate ac obedientia requiſitus, quum non pareret, denuo excõmunicatus,
Rodulphus autem in regem Alemanniæ atq; Italiæ confirmatus. Quo territus commo
tusq; nuncio, Henricus nihil ſtatuit omittendum, quod pontificis excidio accõmodum
intelligeret. Conuocatis itaq; apud Brixiam Alemanniæ urbem omnibus ſibi parenti-
bus epiſcopis & abbatibus, conciliabulũ celebrauit: in quo Robertus Rauennas archi
epiſcopus in pontificẽ, cui eſſet Elemẽti appellatio, prophanatus eſt qui pontificio in-
dutus habitu, illico ſe contulit in Italiã. Henricus uero coactis ſummo conatu copijs ad

Rodulphum

A Rodulphum regem in Saxonia agentem inuadendũ duxit, cui Rodulphus aduenienti trinis caſtris obuius eſt delatus. Cõgreſſi quarto iã prælio duces, obſtinatis pari ardore in mortem aut uictoriam animis decertarũt. Et quum uictoria ut apparuit, potitus eſſet Rodulphus, caſu à ſuis uulneratus longiuſculè retroceſſit. Hẽricus uerò fuga prolapſus loco tam abdito latitauit, ut re aliter ꝙ crediderant ſe habente, à ſuis diligentiſſimè perquiſitus, ſeptimo tandem die præter omnium ſpem fuerit inuentus: de eo nanq; ſicut & de Rodulpho actum eſſe utroq; in exercitu opinio emanauerat. Nam Rodulphus dum uulnere, ut diximus, à ſuis accepto grauatus ſecederet, ſecuti ſunt eũ multi ex ſuis pariter uulnerati, inter quos pariter quoq; mortuus expiraſſe repertus eſt. Tulit uerò probi pont. Gregorij & urbis Romę infortunium, ut altera per id fermè tẽpus haudquaquam minus damnoſa clades fuerit accepta. Henricus nanq; qui poſtea fuit quartus nominis illius Imperator, Henrici tertij filius, quẽ genitor audita Rodulphi cõfirmatione tutandis Italiæ rebus cum copijs miſerat, Matildi apud Parmã urbem prælio cõgreſſus illam

B ſuperauit. Eaq; mulier, quam Gregorius ſemper meritò glorioſam appellat, altero tunc nõ minore infortunio agitabatur. Quum enĩ Gotfredus uir ſuus anno iam elapſo obijſſet, alterũ illa accepit Azonem nomine, ex clara Eſtenſi familia Marchionẽ. Et poſtquã celebratis ex more nuptijs, aliquot menſes ſecũ in matrimonio per copulã cõſummato fuerat, reſcijt mortuum uiuentemq; uiros ſuos tam propinquo ſanguinitatis gradu coniũctos fuiſſe, ut põtificij iuris legibus prohibita in nouo matrimonio manere nequiret. Anxia itaq; omnẽ rei ordinem ad Gregorium pontif. quum deferri curaſſet, eam habuit ab illo reſponſionẽ: quam proprijs ipſius põtificis uerbis libet inſerere, Gregorius epiſcopus Matildi ſalutem. Qualiter teſtibus & ſacramentis in præſentia noſtra probatum fit te habuiſſe uirum cõſanguineum Azonis, te etiam & Azonem Marchionẽ in quarta propinquitatis linea cõſanguineos eſſe, ipſi qui idem cauſæ interfuerunt, poterunt tibi referre. Vnde quia Azonem Marchionem ſacramento cõſtrinximus, nullam deinceps ſine licẽtia noſtra maritalem tecum conuerſationẽ habere, tibi etiam ex parte beati Pe-

C tri præcipimus, ut cõſortio & cohabitatione ſua omnino te auferas, & de perpetrata iniquitate ita benignè pœniteas, quatenus gratiã dei ualeas recuperare, & tanti tamq; turpiſſimi inceſtus infamiam declinare. Quod ſi fortaſſe præiudicium te peti exiſtimas, & teſtimonia atq; ſacramenta de conſanguinitate ueſtra improbare poſſe confidis, damus tibi audientiam in proxima Romana ſynodo. Duabus ijs uictorijs elatior factus Henricus pater, per Bauaros Italiam eſt ingreſſus, ſub cuius aduẽtum Matildis comitiſſa ſubditorum ſibi populorũ fidei nullatenus diffiſa, quicquid habuit copiarum Romã præſidio pontificis miſit. Ducens itaq; Romam Henricus Clementem ſuum pontificali apparatu incedentem uſq; ad pontem Miluium præcedere uoluit. Inde in prata Neronis tunc dicta quũ iretur, ſtructa in prælium præceſſit acies. Poſt Clemẽs cum pompa, inde rex in ſubſidijs eſt ſecutus. Appulſos Leoninæ ciuitatis portæ, quã Saxonũ tum, aut Poſturelam uocabãt, regios milites Romani ſagittis iactiſq; ſupernè lapidibus repulerunt. Quod quũ uidiſſet Henricus, caſtris loco firmatis, exercitũ incendijs ædificiorumq; de-

D molitioni curauit intendere. Et tamen nullam uincendi ſpem offerri uidẽs, poſt paucos ꝙ aduenerat dies cum ſuo antipapa Rauennam redijt. Guiſcardo interim apud Dalmatas agente, Rogerius filius Aſculum Apuliæ urbem, quòd ſciſſet ciues rebellionem machinari, incenſam deſertauit. Eratq; Romæ tunc & ubiq; per Italiam quies maxima, quũ Henricus ad annum ſui in Lõgobardia acceſſus inde mouens per Spoletanos ad urbẽ redijt. Et quum toto quadrageſimalis ieiunij tempore ciuitatem obſediſſet Leoninã, ea poſt Paſcha eſt potitus. Inquinataq; per aliquot dies tam à ſeipſo, ꝙ ab antipapa ſuo celeberrima Petri apoſtoli baſilica, ad alterã pariter celeberrimã S. Pauli eccleſiam coinquinãdam acceſſit. Affirmat uerò Pandulphus Lateranenſis eccleſiæ bibliothecarius, & ipſe pontif. Gregorius ſeptimus in ſui regiſtri epiſtolis ſcriptum reliquit, Henricum porticus binas diruiſſe, quam hinc ab Adriani mole caſtello ſancti Angeli ad S. Petri, inde à trigemina Oſtienſi porta ad S. Pauli uias contexiſſe, & aliquando docuimus, & identidẽ affirmamus. Dumq; impius ipſe rex circunſedet, præliaq; quotidie cõmittuntur, multũ Romani ſanguinis eſt fuſum. Caumatibus uerò, ſicut in urbis regione aſſolet, ad æſtatis principium inchoantibus, ſibi timens Henricus, per propinquas Romæ ciuitates,

tates,quæ omnes ei parebãt,diuiſit exercitum.Et Guibertus antipapa adulterinam Pe- E
tri ſedẽ in Tybure tenuit. Rebus ita diſpoſitis, Henricus attributo antipapæ ſuo in oẽs
copias per hyberna,ut oſtendimus, diuiſas imperio, in Lõbardiam cum pauciſſimis eſt
reuerſus.Guibertuſq́; ſacerdotalis & põtificalis officij immemor,ſegetibus uinetiſq́;, &
cõſitis ubiq; circũ urbẽ æſtate illa ſucciſis,multa à quibus tẽperaſſet Hẽricus,hoſtilia cõ
miſit. Alio qui ſecutus eſt anno Henricus ad exercitum reuerſus, ciuitatẽ Leoninã per
uim iterum ingreſſus, & apud beati Petri Baſilicã deſidẽs,omnia eius urbis ædificia de-
molitus eſt:per qđ tẽpus nullo propinquis ab urbibus caſtellis & oppidis Romã adeũ-
re,nullo etiã tuto exeunte, Romani ad maximã calamitatem ſunt perducti, & fames a-
cerrima ſuperuenit.Quibus effectum eſt malis,ut multi migrãtes nunquam ſint reuerſi.
Quæ quũ Robertus Guiſcardus à pontif. intellexiſſet, præfecit rebus Dalmatiæ Bobe-
mundum, & uxorem ducẽs ſe cõtulit in Italiam. Interim Henricus ſiue quia Roberti in
Italiã reditum habuerit exploratũ, ſiue quia dolos uiribus efficaciores futuros exiſtima
uerit,per Cluniacenſem abbatẽ uirum celebris ſanctimoniæ põtificem Gregorium,cui F
ille eſſet deditiſſimus orauit,ut ſe ad Lateranenſem baſilicam admiſſum coronaret,fore
pollicitus,ut Imperator ſolẽni ex more declaratus in Alemanniã cum omnib.copijs re-
uerteret. Eodemq́; die fide publica per literas patentes data omnib. qui urbẽ accedere,
aut inde exire,& in agro obſeruari uellẽt, mirabilẽ uoluntatis cõuerſationẽ feciſſe oſtẽ-
dit.Cuius facti fama omnẽ per Italiam uulgata effecit, ut Guiſcardi in cõparando exer-
citu ad urbẽ ducẽdo refrixerit diligentia.Romanus uerò populus malis,quę tres annos
continuos paſſus fuerat defatigatus, pontificẽ ut patriæ miſereretur, cõpatereturq́; affli-
ctæ ſupplex orauit. Gregorio quod petebatur ſpõdente, dũmodo Henricus errata cor-
rigeret,& debitã pontificatus obedientiam promitteret,prohibita Henrico eſt,quã per
ſimulationẽ illam quæſiuerat,occaſio malignãdi. Largitione em̃ multa uſus,corruptos
ciuitatis primores in ſuã aduerſus põtificem amicitiam pellexit. Ventumq́; eſt à multis,
& his in urbe primarijs eouſq; impudentię & procacitatis,ut pontifici in faciẽ dicerent,
nõ eſſe Henrico regi,etiamſi prius eccleſię non ſatisfaceret,coronã & declarationẽ im- G
perij denegandã.Quod quum uidiſſet pontifex,de Romani populi cõſtantia diffiſus in
Caſtellum Creſcentij cũ domeſticis ſe recepit. Ruſticus uerò eius ex fratre nepos ſe cõ-
tulit ad Septemſolia arcem,tunc caſtello ſancti Angeli munitione nullatenus inferiorẽ.
Vixq́; pontifex imminens,ut eſt ratus,& quod poſtea notorium eſt factũ,euaſerat peri-
culum,quãdo Henricus à coniuratis introductus Guibertum Tybure accerſitũ in Late
rani patriarchiũ intruſit. Quumq́; nullus uel cardinalis,uel epiſcopus ex gẽte eccleſiaq́;
Romana,ut illũ ex more benediceret adduci poſſet,Bononiẽſis, Treuerẽſis,& Mutinẽ-
ſis pſeudoepiſcopi cærimonijs in illũ Romanis põtificib.adhiberi ſolitis ſunt abuſi, per
ſolennia poſtmodũ paſchalia,quæ proximis ſecuta ſunt diebus, adulterinũ Imperatorẽ
antipapa coronauit.Populus uerò omnis,ut regi ſatisfaceret,ad obſidionem caſtri Cre-
ſcentij eſt cõuerſus. Cepit uerò Henricus ſedem ſibi & ſtatiua militibus apud capitoliũ
nõ parua ex parte tunc integrum:& Romani rebellionis principes,quũ pontificem ca-
ſtello deturbãdi munitiſſimo nullam cernerẽt ſpem præberi,clauſerũt muris ad uiarum H
exitus in repagula excitatis. Henricuſq́; interim familiæ Corſorũ tunc Romæ potentis,
quæ Gregorio fauebat,ædiũ partẽ capitolio ſubiectarũ euertit. Expugnandaq́; Septiſo
li arce maximos adhibuit conatus.Id uerò Lucij Septimij Imp.opus, reliquiæ cuius cõ-
tra monaſterium S.Gregorij cernuntur,trinos habuit ſibi inuicẽ ſuprapoſitos columna
rum ordines,quarum interiores ſolo inhærentes, nullis pro ſua ſublimitate ſcalis ſupe-
rari,nec pro craſſitudine ferro ignéue corrumpi poterant,fueruntq́; multæ paucis, quæ
nunc aſtãt aſſimiles: cõtextum uerò ſuper eas in contignationẽ ex marmoreis trabibus
ſolarium totidẽ paulo minores ſuſtentabant,inter quas cubicula,cœnacula,& porticus
ſpatioſas fuiſſe ueſtigia nequaquã minima nunc oſtendũt.Ea quum Robertus Guiſcar-
dus à Gregorij pont. nuncio intellexit, exercitu quẽ copioſiſſimum parauerat coacto,
uiam Latinã,ut urbem peteret eſt ingreſſus.Interea quũ Ruſticus ea de munitione mar
morea ſe multis defendiſſet diebus, applicuit Hẽricus omnifariam genera machinarũ,
& aliquot per uetuſtatem debiliores euertit columnas, ut Ruſticus deditionẽ facere ſit
cõpulſus. Quum eſſet apud Ceperaneum Robertus, ad Hẽricum miſit,qui bellum ſibi

& capitis

A & capitis periculũ,niſi urbe & eius agro excederet denunciarẽt. Timuit uero Henricus,
& urbe Romanis ciuibus Roberti aduentũ ignorantibus cõmendata,ad ſancti Petri ba
ſilicam cum Guilberto antipapa ſe contulit. Milites aũt ſui capitolio,ad quod eos conſe
diſſe oſtendimus,moturi ſiue caſu,ſiue de induſtria illud reliquerant incenſum. Henri-
cusꝗ acceptis copijs illico uia Caſſia tã rapidè eſt ꝓfectus,ut eadẽ die ac hora Senas ipſe
Hetruſcã urbẽ,Robertus Guiſcardus urbis portas attigerit. Auſiꝗ ſunt põtificis hoſtes
urbis portas occludere,Robertum conati uerbis pollicitationibusꝗ auertere. Is uero pa
rẽ perditis uerborũ fraudẽ reddens, per exhibitam ab amicis occaſionẽ porta Flãminia
eſt ingreſſus. Irruerunt tñ armati ciues,uiꝗ illum ut expellerent intentarunt: quã factum
eſt cauſa,ut proxima in campi Martij regiõe Guiſcardi copiæ ſubiecto igni, eã quæ nũc
quoꝗ cernĩt fecerint uaſtitatẽ. Nã quicquid ex porta Flumentanea,tũc Flãminia & nũc
populi dicta,hinc ad ſancti Syluestri & ſancti Laurentij in Lucina,inde in ſanctorũ Tri-
phonis & Auguſtini ædes pertinet,id aſſumpſit incẽdium. Quia uero apud capitoliũ re
B belles & aduerſantes põtifici ciues coactos eſſe audiret Robertus, à campo Martio per
exquilias uadens petit Lateranũ,ubi aliquot deſedit dies,expectans ſi forte qđ à ſe quæ
ri oẽs nouerant,pontificis liberandi ciues facerẽt mentionẽ: ſed prælijs potius apud Am
phitheatrũ,nunc Coloſſeum cõmiſſis,cogebanĩ per ſingulos dies ſui milites decertare.
Quod quũ diutius ferre non poſſet Guiſcardus, ædes ciuium domosꝗ tunc frequentes
quotquot hinc à Coloſſeo per Lauicanã uiam ad martyrum Petri & Marcellini, inde ad
ſanctorum Ioannis & Pauli per Cælium montẽ ad Lateranum pertinent,& incenſas di-
ruit: quã pulcherrimæ regionis uaſtitatẽ ad noſtra tempora cõtinuaſſe uidemus. Ea nos
& alia Henrici tertij temporib. geſta conſiderantes, conijcimus urbem Romã quæ põti
ficum Romanorũ beneficio imminutas longe ſupra uires non parum inſtaurauerat, tũc
primum ad hanc quæ noſtris ineſt temporibus rerũ exiguitatẽ eſſe perductã. Peruicit ta
men præſtantiſſimi ducis Roberti fortitudo: nam capitolino colle per uim capto ciues
tanquã facta urbis deditione ad eum conuenerunt: qui rectà ad caſtrum Creſcentij cum
C armato exercitu incedens diſiectis murorum repagulis pontificem eductum in ſuã Late
rani ſedem deduxit: & tamen quia abalienatos animis ab eo ciues extrema intentaturos
formidauerit,illum perduxit Salernum. Tuncꝗ maiora animis agitans Guiſcardus, in-
choatã in Dalmatia uictoriã proſequi,& Conſtantinopolitanũ quod affectaret imperiũ
inuadere perrexit. Quod uero terreſtri exercitu Bohemundum filiũ ſatis ualere cõfide-
ret,claſſem ipſe ingentẽ parauit: ad cuius inchoatæ nunciũ territus imperator Alexius
orauit Venetos,ut claſſem pro uiribus ingentẽ pararent ſuæ quã breui educeret coniun
gendã. Veneti qui Roberti potentiã,ſi augeretur,libertati ſuæ aliquãdo ſuſpicarenĩ ob-
futurã,claſſem pararũt ſpe Alexij ampliorẽ,quã Dominicus Siluius Venetorũ dux Cor
cyram uſꝗ perductã Græcorũ & uenientis Alexij nauigio cõiunxit, uixꝗ claſſes cõiun
ctæ erant cũ alto iam mari nauigantẽ Robertũ traijcere in Dalmatiam Venetorum ſpe-
culatoriæ nunciauerunt. Velis itaꝗ ſublatis Alexius Dyrrachiũ,ut portu hoſtẽ prohibe
ret properans eſt delatus. Nec tñ ea longe uiſa numeroſi nauigij claſſe, aut in alto conſti
D tit,aut aliquà flexit Guiſcardus: ſed proris hoſtium proras petens armis uiã aperire per-
rexit. Pugnatum eſt utrinꝗ ſumma uiriũ & audaciæ paritate,quo factũ eſt,ut pari quoꝗ
euentu prælium dirimi nequiuerit. Guiſcardus tamen ſiue pro ſolita fortitudine & fortu
na,ſiue quia Dyrrachini portus propinquitas,& ſtans in littore armatus Bohemũdi ex-
ercitus aliquod ſuorum animis robur addiderit,ſenſim ſuperior euadere cœpit. Et ubi u-
nã ſuarũ nauiũ Alexiani mergerẽt,binas ille Græcorũ Venetorumue mergebat. Fractis
itaꝗ & fugatis hoſtibus male integrã claſſem Guiſcardus Dyrrachiũ perduxit. Alexius
uero ad ſiniſtrã,ad dexteram Syluius fugientes,hic Venetias,ille Peloponneſum nauiga
re,& male tractatũ ob amiſſæ claſſis inuidiã Dominicũ Siluiũ ducatu Veneti deiecerũt.
Suffectusꝗ dux Vitalis Faledro Croaciæ & protoſeuaſtos titulis ab Alexio imperato-
re ornatus,claſſem & ipſe Venetijs armatã ad illũ auxilio duxit. Per quod tẽpus Grego-
rius ſeptimus pont. Salerni obijt. Et Deſiderius Caſinenſis abbas gente Samius, uel, ut
nunc dicunt,Aprutinus,Romæ in Victorẽ tertium pontificẽ eſt aſſumptus. Poſtquam
Guiſcardus Bohemundusꝗ filius de ſumma belli in Cõſtantinopolim inferendi aliquot
cõſultauerãt mẽſes, attulerũt ad eos Dalmatę ſpeculatores auctũ Veneta claſſe Alexiũ,

ut in Dalmatiam duceret, claſſem prima maiorẽ paratioremq́; Pelopõneſo ſoluiſſe. Quã E
obrem & ipſe Dyrrachio ſoluens in altum ſe cõtulit, obuiæq́; ſibi à caſu claſſes apud Saſ
num conflixere, maiori autem quàm antea damno imperator Alexius & Venetus dux
ſuperati fugatiq́; fuerunt. Robertus uero Guiſcardus ad Caſſiopã inſulã delatus eo qui
tunc erat Iulio menſe ibi uita eſt functus. Ea tẽpeſtate inuaſerat orbem, ſed in primis Ita-
liam fames ualida, per cuius occaſionem Auful Galatię rex, cui perpetua cum Saracenis
bella fuerunt, Toletã urbem multis obſeſſam annis cepit, & Chriſtianorũ religioni quã
in noſtra uſq; retinet tempora reſtituit. Henricus autem tertius in Alemãnia tunc agẽs,
cum Saxones audiſſet Vuiburch obſidere, ut pulſum iniuria Alberonem epiſcopũ in pa
triam reducerent, eò ſe contulit, qui male adhærens cauſæ malũ quoq; habuit belli euen
tum: nam prælio cõgreſſus quatuor millium cæſorũ cladem accepit, cum in Saxonũ co-
pijs pauciſſimi fuerint deſiderati: & cũ ꝑtinax pręlijs iteratis congredi auſus fuerit, ſem-
per inferior euaſit. At in Italia Victore tertio pont. per id temporis ad quintũ creationis
ſuæ mẽſem obeunte Oddo, qui ex Cluniacenſi monacho Hoſtienſi epiſc. fuerat factus, F
creatur pont. Vrbano ſecundo fuit appellatio. Robertoq́; Guiſcardo in ducatu Apuliæ
Rogerius ſucceſſit: eiq́; ilico oẽs populi de Italia, præterq̃ Siciliæ ciuitatum ſicut & ge-
nitori paruerunt. Et cum Boemundus nullam ſibi in Italia ciuitatum partem dari propri
am indigne ferens, claſſem terreſtresq́; copias Hydruntum adduxiſſet, quęcũq; genitori
& ſibi in Dalmatis paruerant ad Alexium deferre. Interea Rogerius dux Capuam urbẽ
cum exercitu potentiſſimo inuaſam ceperat, cui etiam oẽs populi quicunq; hinc à Tybu
re inde à Veluris ad Campanum pertinent agrum Romani pontificis Romaniq́; popu-
li eneruatis tunc uiribus diffiſi, ſeſe permiſerunt Rogerio gubernandos. Nam educto ur
be Roma, ut oſtendimus, Gregorio nec Victor paruo tẽpore, nec Vrbanus in ſua ponti
ficatus nouitate ſatis multũ autoritatis aut potentiæ habuerũt. Et Romani inchoata ſub
Henrico inuidia ardẽtes uix ſeipſos nedum ſubiectos in propinquo populos guberna-
bant: quin Vrbanus pont. ſapientiſſimus cum actis Gregorij aperte & publice cõſerua G
tis neminem Italicũ externumúe ab illo damnatũ ut abſolueret reſtitueretue, adduci poſ
ſet: & ideo de ſtatu uitaq́; periclitari ſe in Roma intelligeret, illã honeſta de cauſa ſibi lin
quendã fore conſtituit: & cũ cardinalibus digniorìq́; cleri parte profectus aceeſſit Mel-
phim, qua in ciuitate primam ſynodũ cõuocauit. Inuenio Henricũ tertiũ per id tẽpus in
Italiã ueniſſe. Sed de eius in illa tũc geſtis nũc uarie tradi uideo. Gulielmus nãq; & rerũ à
Venetis geſtarũ ſcriptor ipſum faciunt multos Italiæ populos qui Gregorio ſeptimo fa
uiſſent domuiſſe, per longamq́; obſidionẽ cepiſſe Mantuã & Ferrariã, quas, ut oſtendi-
mus, Matildis poſſidebat. Sed ab alijs tradi uidemus Matildim, Mantua & Ferraria recu
peratis uſq; adeo pontificum Romanorũ partẽ tutatã fuiſſe, ut Henrico Romam hoſtili
ter petere inſtituenti armis reſtiterit, quam faciunt collatis ſignis cum illo decertaſſe, &
ſuperatũ Italia deturbaſſe. Eam tamen uictoriã Matildi ideo contigiſſe dicunt, quia Con
radus Henrici filius patri rebellans cõminuerit illius potentatũ. In hac aũt rerum à Ma-
tilde Conradoq́; geſtarum dubietate illud ſcimus Henrico, ſiue quia pulſus Italia fuerit, H
ſiue alia ratione in Alemannia agente, Gilbertum antipapã Italia occultũ exceſſiſſe, qui
paulopoſt à Richardo duce Beneuentano fuit ſubſtentatus. Boemundus interea q̃ pri-
mum quaſſatos de nauigatione equos ſatis quieuiſſe & milites oẽia bello neceſſaria cõ
paraſſe uidit, Hydrũto profectus in Rogerium fratrem duxit, cum quo apud Farnetũ Be
neuenti aciebus utrinq; ordine ſtructis conflixit: decertatũ eſt, prælio haudquaquã cru-
ento, quod comites paterni in utroq; exercitu ducentes à Rogerio impetrauerũt, ut per
miſſa Boemũdo Apuliæ parte ducatus, ipſe titulũ & cætera retineret quæ genitor de Ita
lia poſſediſſet. Secundũ quam pacem Rogerius Melphim ad Vrbanum pontificẽ ſe cõ-
tulit, & ligium ſe ac uaſſalum Romanæ eccleſiæ obligans, ducatus & paternæ ſucceſſio
nis confirmationem ab illo obtinuit. Exinde traijciens in Siciliã cepit Syracuſas, quo tẽ
pore Halã Roberti Fuſonis Flandrenſiũ comitis filiam duxit uxorẽ, ex qua genitus eſt
ille filius Guilelmus. Synodo apud Melphim expedita aliam Vrbanus apud Troiã Apu
liæ urbem & tertiã in urbe Placentia celebrauit. Quibus obeũdis ſynodis id maxime ſa-
piens effecit pontifex, ut quo longius à Roma abeſt, eo leuioribus ſeditioſorũ ex Roma
nis perſequutionib. fuerit agitatus: & interea laceratã Henrici perſequutione & machi

A nationibus rem eccleſiaſticã in Italia cõpoſuerit, qui maiora per fidei zelũ aggreſſurus,
tranſmiſſis Alpibus ad Francos ſe cõferens, concilium apud Clarummontem Aluerniæ
conuocauit. Perq; id temporis Bohemundus cõceſſis à Rogerio fratre ciuitatibus oppi
diſq; parum contentus, Melphim quoq; furto ſubripuit. Qd' quũ Rogerius ut toleraret
nullis paternorum comitum ſuaſionibus adduci poſſet, bellum utrinq; parari cœptũ: pri
musq; Rogerius quod à Saracenis magnã Siciliæ partẽ tenentibus & reliquis ſuæ ditio
nis de Sicilia quum inde mouiſſet timebat, uiginti illorũ milia ſtipendio conducta in I-
taliam ſecũ traxit. Tuncq; illico adiunctis copijs, quas ex Calabris, Salentinis, Lucanis,
& parte Apuliæ ſibi ſubiecta contraxerat, in Melphim eſt ductũ. Bohemundus uero ad
decem milia habẽs milites ueteranos ſub ſe nutritos, & diſciplinam edoctos militarẽ in
propinquo Melphi naturaq; munito ſe continens loco, urbẽ ſua præſentia conſtituit cõ
ſeruare. Quod ut melius facere poſſet, fœdera inijt cũ Ricardo Beneuentano & Capua-
no principe paterno hoſte, qui ea fratrũ diſcordia uſus in patriã eſt reuerſus. Eumq; inue
B nio Guilbertũ antipapã poſtea uouiſſe, ut Vrbanus ſecundus pont. Ro. cũ multa ad rei
eccleſiaſticæ reformationẽ ornatumq; Claromontenſi in cõcilio ſtatuiſſet, eo anno qui *Anno ſal.*
Chriſtianæ ſalutis nonageſimus quartus ſupra milleſimũ fuit, facinus ſit aggreſſus maxi *M.xciiij.*
mum excellentiſſimumq; omniũ, quæ fuerint pontificis Romani cuiuſpiã ductu, auſpi-
cijs & autoritate hactenus intentata. Liberãdæ enim à Turcis Saraceniſq; Hieroſolymę
& continenti terræ ſanctæ in hunc maxime modum intẽdere cœpit. Patribus & ea quæ
concilio inerat ex omni orbe Chriſtiano multitudine ad concionẽ uocata, uir ipſe ele-
ganter doctus huiuſcemodi orationẽ habuit. Exiſtimatis forte qui huc loci ad nos acciti
conueniſtis uiri Chriſtiani, ſolã fuiſſe rei eccleſiaſticæ ad normã fidei & religionis cõpo-
nendæ cauſam, quæ me ab urbe, ab Italia uenire cõpulerit. Fuitq; in eo aliquid cauſæ, ſed
alia urgentior, & qua maior nulla dici, nulla poſſit excogitari, nos attraxit. Paucos ante
annos gens è Perſide Agarena, quã uos corrupte Saracenã dicitis, ſanctam ciuitatẽ Hie
roſolymam, ſanctæ terræ loca inuadens cepit, diripuit, incendit, ſacroſanctum domini Ie
C ſu ſaluatoris ſepulchrum, quod ſine lachrymis & ſingultibus dicere nequiuimus, fœdata
eccleſiæ ſacella, templaq; ritus noſtri aut ſolo æquata ſunt, aut in prophanos uſus cõmu-
tata. Abacta inde Chriſtiani pars fragilis & cruciatuum impatiens, ſaluti abrenuncians
circũciſo præputio facta eſt Saracena: pars in fide conſtans per uarios mortis modos la-
cerati laniatiq; ſunt, ut felix fuerit quẽ carnifex appetitũ gladio obtrũcauit. Mulieres ue-
ro Chriſtianæ, quas aut urbes & oppida frequentiſſimas habuere, ut ex ueſtris quorũdã
qui adſtatis urbibus & oppidis deuotio ad ſancta inſpiciẽda & oſculãda, adorãdaq; loca
per tot maria, tot terras attraxerat, omnia paſſę ſunt, quę dictu obſcœna crudelis Chriſti
hoſtis nõ ad ſuã magis explendã libidinem q; ad Chriſtianorũ dedecus excogitare po-
tuit. Ea ſi Chriſtiani, imò ſi eſtis uiri, nec æquo audire animo, nec poteſtis cum patientia
tolerare: in quæ omnia ut mẽtem animũq; aduertere, & illis pro dignitate nominis Chri
ſtiani prouidere uelitis, maiorũ exempla, maximum quod imminet negligentibus peri-
culũ, & præmiorũ ſpes ingentium uos non ducere magis, q; trahere debebunt. Et quidẽ
D quæ attinent ad periculũ priuſquã dixero, cætera facilius ante oculos ponentur: omnes
Romano quondã imperio, & poſt Romano põtifici parentes à Turcis Saraceniſq; no-
ſtris, imò Chriſti domini, & immortalis dei hoſtib. poſſideri, neminẽ eſſe ueſtrũ qui igno
ret certũ habemus. Quas uero Europæ prouincias, quas urbes ijdẽ premant, occupẽt, la
cerentq; infideles, ſi oẽs ſimul ignoratis, unuſquiſq; in ſua prouincia nouit, niſi forte uos
Galli remotiores hæc non ſentitis, qui Hiſpanorũ Aquitanorumq; ab ea oppreſſorum
gente, dum in ſeruitutẽ rapiuntur, in Aphricã abducũtur, clamores eiulatuſq; ſingulos
penè per dies audire debetis. Sed nunquid uos Germani, Saxones, Poloni, Bohemi, Hũ
gari, & ſi Turcos & Saracenos intra uiſcera ſæuire ueſtra nondũ ſentitis, quantũ à uobis
diſtent, quàm paruis dirimantur uel fretis, uel fluminibus ignoratis? Italiam nunc non al
loquor, quã multos ante annos Saraceni dimidiã penè occuparunt, in eamq; uſq; adeò
penetrarunt, ut Chriſtianorũ caput Petri apoſtoli ſucceſſorũ ſedem Romanam marty-
rum ſanguine adhuc madẽtẽ inuaſam obſederint, captaſq; apoſtolorũ Petri & Pauli ba
ſilicas inquinauerint. Venetos hic uideo, Dalmatas, Hiſtros, & alios ſinus Adriatici ac-
colas, qui dum perpetua cũ Saracenis prælia ut ſe tueantur exercẽt, quod eſt de Italia re-

liquum ab ea gente intactum defenſant. Quanquã neſcio Saraceni ne qui maris Adria- E
tici poſſeſſione deturbanť, ab Italia magis an ab Alemannia & Hungaria repellantur.
Quid multis in re notiſſima morer? Fuit hactenus in extremis ad ſeptentriones Europę
partib. Conſtantinopolitanum imperiũ obex, & tanquam murus, qui maiores omnia ꝓ
ſtraturas Turcorũ Saracenorumq́ʒ alluuiones continuit, prohibuitq́ʒ, ne Hungaros, Po-
lonos, Bohemos, & ipſos Alemannos primo, deinde cæteros obruerẽt Chriſtianos. Pul
ſus uero ante paucos annos Aſia imperator, de retinendis Conſtantinopoli propinquis
Europæ regionib. laborat: ſi nunc ea inſpicitis, conſideratisq́ʒ ſola quæ ante oculos ſunt,
ſi irruituro breui Turco & Saraceno obſiſtere nõ pergetis, qui ſacrũ domini ſepulchrũ,
ſacrã Ieſu Chriſti pedibus calcatã terrã à ſpurciſſima gente tot annos inquinari neglexe
ritis, eãdẽ in ueſtrũ ruere caput breui ſentietis, matronas à complexu ueſtro, ueſtras uir-
gines ab earũ ſinu, pueros & adoleſcentes ueſtros in ſeruitutẽ uobiſcũ rapi dolẽtes mœ-
ſtiq́ʒ uidebitis. Melius filij & maiori cũ gloria noſtri progenitores inchoatã, ut altiuſcu-
le reperamus, Romæ, & in Italia & uiribus Europæ auctã dignitatẽ ad totius orbis mo- F
narchiã extulerunt: per cuius oẽs prouincias & regiones nomen floruit Chriſtianũ, qđ
nomẽ noſtris temporibus ad paruum orbis angulũ coanguſtari, & quotidie de excidio
periclitari uidemus. Sed propinquiora attingamus, Carolus ille, cognomẽto Magnus,
ueſter Germani penè auita origine ciuis, ueſter Franci rex, ueſtrũ ingens decus, Hiſpa-
nijs, Aquitania, & ipſis Frãciæ finibus Saracenos infinita mortaliũ examina deturbauit,
Carolus Saracenos Italia, Carolus, ut fama uos uulgatis, terra ſancta & Hieroſolymis ex
pulit, ut Chriſtianum nomen ab eo in Europa retentũ fuiſſe gloriabundi dicere ſoleatis.
Et quid, oramus uos, gloriæ poſthac ducetis, quo audebitis, pacto poſthac dicere ſolam
eſſe uel primariã gentem Francã, quã uere Chriſtianã liceat appellare, ſi in ea quæ uobis
adeſt opulẽtia, Saracenos & Turcos poſt captum, inquinatũ domini & dei noſtri ſepul-
chrum, populi etiã Chriſtiani reliquias capi opprimiq́ʒ per ignauiã permitretis? Exper-
giſcimini, quæſumus, obteſtamur & per uiſcera miſericordiæ dei noſtri oramus, uiri for
tes orbi Chriſtiano exemplũ incrementumq́ʒ futuri, arma capite, turmas, cohortes, legio G
nes educite, tam multos habituri ſequaces adiutoresq́ʒ, ꝙ id ardenti animo facere oſten-
detis. Aderit uobis omnipotens deus, angelos ſuos ante faciem ueſtram, qui greſſus diri
gant ueſtros, qui omni caſu locoq́ʒ uobis aſſiſtãt, opitulenť, cœlo demittet. Præmia uero
expeditionis aſſumpti belli, quæ ſint & qualia, quiſquã à nobis audire cupit. Sed ſunt o-
mniũ maxima, ampliſſima & qualia nullo ex alio bello ſunt ſanæ mentis hominibus ex-
pectãda: quicũq́ʒ em̃ hanc in expeditionẽ iturus genitores, filios, uxores, diuitias, dome
ſticã gloriã, potentatumq́ʒ relinquet, multo maiora & omnino incõparabilia nanciſceť.
Quid qđ cadentes in prælio, & ab hoſte cæſi, æq́ʒ ac uincentes opima de hoſte ferẽt ſpo
lia, & ad paratã in cœlis in æterno regno cum ſanctis gloriã perducti cum noſtro huius
expeditionis imperatore Ieſu Chriſto triũphabũt. Si uero ſunt qui terrena expectãt præ
mia, meminerint terrã de cuius liberatione agitur, illam eſſe quam deus ipſe pater popu
lo Iſraelitico habitandã promiſit lacte & melle, id eſt, omnib. quæ dulcia homini & ſua-
uia ſunt fluentẽ. Capite igitur, arripite arma Chriſtiani ſepulchrũ dominicũ liberaturi, & H
tanta taliaq́ʒ per ipſius domini noſtri miſericordiam facturi, ut quũ omnes æternam uo-
bis paretis gloriã, tum etiam ſeculi rerum incomparabiles diuitias acquiratis. Pontifice
adhuc dicturiẽte, uox omniũ, dictu mirabile, unico ut apparuit ore prolata intonuit, De
us uult, deus uult. Ad quam uocẽ quũ pont. puſillum tacuiſſet, illiq́ʒ uiderẽtur iterata ter
quaterq́ʒ uerba repetituri, eis, ut tacerẽt manu ſignificauit, & gratijs deo actis, qui tot po
pulorum mentes in ſua flexiſſet beneplacita, ſubiunxit, Viri fortes, ea quæ dominus in
os ueſtrum poſuit uerba, uobis in bello pro teſſera erunt, & ituri in expeditionẽ perſeue
raturiq́ʒ in bello ſancta cruce ex rubenti panno ſagis inſuta pectus inſignibũt, illiq́ʒ quos
ineuitabilis neceſſitas, aut magiſtratuum iuſſiones reuerti facient, eam crucem in ſcapu
las transferent. Certi ſunt & digni fide autores tantæ rei cõſtitutæ famã eadẽ die ad extre
mas orbis partes peruolaſſe. Quod qui duxerit impoſſibile, meminerit prælij Pharſalici,
in quo Pompeiũ Cæſar uicit, non famã magis ꝙ certitudinem, quo die geſtum fuit, Ro-
mæ & Patauino in colle Euganeo fuiſſe habitã. Dum uero pontifex cum patrib. de im-
peratore deligendo conſultant, multa hominũ milia in cõcionis loco cruce ſignati ſunt,

paucosq́ʒ

A paucosq; intra menſes trecenta mortalium milia in id deuota bellum ſe itineri accinxe-
runt. Tantis cõfectis rebus pont. Vrbanus in Italiã ueniẽs apud Placentiã ſubſtitit, ubi ſa
uore Conradi quẽ uidemus patri Henrici tertio rebellẽ fuiſſe, epiſcopos recõciliauit, q
agenti apud Beneuentum antipapæ Rauennati in ſchiſmate conſenſerant, & Romã ſe
conferens, à clero uniuerſoq; populo mirabili applauſu põpaq; introductus eſt. Inuenio
ueniſſe tũc Romã Bernardum Toletanum epiſcopũ, quem pont. pallio dignitateq; ar-
chiepiſcopali ornatũ totius Hiſpaniæ Metropolitanũ declarauit. At illa tempeſtate Hẽ
ricus territus bellum aduerſus Henricũ Bambergẽſem Comitẽ gerẽs, illo diu implicitus
eſt tentus. Quo in tẽpore Cõradus filius illi rebellis in Italia eſt defunctus, belloq; Bam-
bergenſi uix ſopito, Henricus tertius aliud contra Robertũ Flandriæ Comitem mouit.
Dumq; oẽs occidentis principes in deſtinatũ aduerſus infideles bellum arma militesq;
expediũt, ſolus hic imperiũ ambiens Henricus id ſolũ curare eſt uiſus, ut appetitos bello
uicinos ab expeditionis glorioſæ conſilijs uerteret. Interea cruce ſignati principes diuer
B ſis uijs iter ad Conſtantinopolim ſunt ingreſſi, primusq; omniũ Petrus quidã eremita ab
ſtinentiæ fama celeber, ducẽ ſe multis exhibens per Alemanniã Hungariamq; perrexit:
Cui Gothfredus, Euſtachius & Balduinus fratres cognomine Bolionij, (comites enim
Bononiæ Gallicæ & quidẽ potentiſſimi erãt,) ſe illis itineris ſocios addiderũt. Maiores
uero præſtantiũ ducum & nobilium manus, hinc Podienſis epiſcopus belli dux, & Rai-
mũdus ſancti Egidij comes, inde Hugo magnus Philippi Frãcorũ regis frater, & Rober
tus Flandriæ, & Stephanus Carnoti Comites, tranſmiſſis Alpibus per Italiã iuerunt. Vi-
demusq; tẽporis habita ſupputatione, eodẽ tempore Petrũ eremitã & Bononię Comi-
tes Conſtantinopolim, & utrãq; per Italiã euntẽ Podienſis epiſcopi & Hugonis magni
manũ Romã perueniſſe: hęcq; manus ſanctis almæ urbis Romę locis deuote uiſitatis, &
Vrbani pontificis benedictione habita, tripartito profectę, pars una Brunduſiũ, Barulẽ
ſem portũ alia petijt, & tertia Hydruntũ. Erat uero tanti exercitus tam pacatus inceſſus,
ut nihil quã uiderẽt hoſtile, nihil incõmodũ timeret. Vnde factũ eſt, ut Rogerius & Bo
C hemundus fratres Roberto Guiſcardo geniti de Melphis urbis poſſeſſione acerrime, ut
docuimus, bello contendentes, quia nihil ſuis urbibus & oppidis timuerũt, loco nõ mo
uerint. Generoſior tñ animo Bohemundus tot principes fama clariſſimos ad bellũ glo-
rię plurimũ & meriti habiturũ ire intelligẽs, laudabili exarſit ęmulatione, & ab ipſis prin
cipib. uiris, quos illico allocutus eſt, ſuaſus liberũ Rogerio fratri effecit, Melphim ne an
cętera quę ſibi eſſent de Apulis occupare uellet, ſignatũ ex more ferunt eductis à ueſtia
rio purpureis chlamydibus binis multas exſcidiſſe rotulas, quib. cũ Italicę gentis ad duo
decim mille uiri cruce fuerunt inſigniti. Mouit autẽ Rogerium fratrẽ Bohemundi gene
roſitas animi. Iſq; liberum faciens cõmilitonib. ſuis, ut qui uellent illum in Gręciam ſe-
querentur, Melphis obſidionẽ ſoluit. Tuncq; Tancredus nepos Bohemundo adhærẽs,
illum in expeditionẽ eſt ſecutus. Dum hæc in Italia geruntur, Petrus eremita ad Cõſtãti
nopolitana appulſus ſuburbia, multos ſibi Italos milites, plurimos ex alijs Europæ prouin
cijs appetit, quibus uir importunus ſeſe ductorẽ exhibuit, nec eos aliosq; ex Gallijs Ale
D mãniaq; ductos adeo regere & continere ſciuit, quin in Conſtantinopolitanos om̃ia fe-
cerint, dixerintq; hoſtilia, ædificijs tã ſacris q̃ prophanis nullo diſcrimine ſpoliatis. Qđ
quidẽ imperatoris Alexij eam occidẽtalium expeditionẽ ſuſpectiſſimã ducentis animũ
adeò exacerbauit, ut qui ex urbe cœpiſſet præbere cõmeatũ, inceperit denegare: tũ qui
bono ut uidetur zelo Boſphorũ Thraciũ, quod ſancti Georgij brachiũ appellant, a pri-
mis illis quouſq; primarij expeditionis duces cum maiorib. aduenißent copijs traijci ue
tuiſſet, Petrũ eremitam inuitũ tranſportari curauit Gothfredus: tñ Euſtachius & Baldui
nus Bononienſes ex Lothoringia fratres in Europa manſerunt. Traductæ in Aſiã cũ ere
mita copiæ quas ad duodecim milia mortales fuiſſe conſtat, alterũ ſibi ducem Rainaldũ
quendam Alemannũ creauere, qui inchoata progreſſi temeritate Nicomediam, & inde
Niceam petiuerunt. Turci uero nõ modo tunc, ſed priuſquã à Claromonte diſceſſum eſ-
ſet, quid Chriſtiani molirent intellexerunt. Qui Nicea defenſoribus obſidioniq; perferẽ
dæ neceſſarijs cõmunita, ac cæteris ex oppidis uel caſtellis cõmeatu detracto, id ſolũ cu
rare occœperũt, ut primis Chriſtianorũ qui irruerẽt trucidatis, cæteros & Boſphori tran
ſitu deterrerent. Itaq; facti certiores, eos duodecim mille Nicenũ attigiſſe agrũ, cõcauis

in montium uallibus inſidias ſtruxere. Primus tunc eremita Cinitum oppidũ offendens, E
agri Niceni oppidũ mari imminens ab incolis derelictum, frumento uinoq; & erranti-
bus in circuitu animalibus abundare, actum eſſe de Turcis uociferatus eſt, qui munitiſſi
mum natura loci oppidũ defenſare diffiſi ſunt: & Rainaldũ audiens Exeregorgon oppi
dum pariter derelictũ cõſediſſe, loco & ipſe conſedit. Dum autem Rainaldi milites nul-
lo hoſte uiſo factã in patentibus campis prædã liberius agunt, irruentes ex inſidijs Tur-
ci ad ſubitũ perterritos impetum ad portã uſq; ſecuti ſunt, conſertumq; ibi prælium non
prius dirimi potuit, quàm tantæ irruerint Turcorum copiæ, ut uallatũ in circuitu oppidum
pluribus locis cœperint oppugnare. Defenſabantur uero probè à Chriſtianis portæ mœ
niaq;, & feſſi continuata per triduum oppugnatione Turci, multis acceptis uulneribus,
re abiſſent infecta, niſi ſciuiſſent uidiſſentq; Chriſtianos, ut deficientẽ oppido aquam, à
fonte muris propinquo aut per uulnera & mortes peterent, aut ſiti cum iumentis interi-
rent, coactos eſſe. Sed tantus erat Chriſtianorum oppetendæ in ſalutẽ æternam mortis
ardor animorum, ut nihil magis à duce Rainaldo ſit petitũ, quàm facta eruptione ſitim F
animorũ æquè ac corporum in Turcorũ ſanguine extinguendã: ſolusq; in aliquot milli
bus fuit dux Rainaldus, qui abnegata Chriſti fide ſe & paucos per ignorantiã ſecutos, pe
riculo eximens, deditionem fecit, in cæterosq; illico oppreſſos uarijs cruciatuum modis
eſt ſæuitũ. Ducentes poſtea in Cinitum, Turci tam rapidè, ut eſt gentis mos, ferri nequi-
uerunt, quin eremita per legationis ad imperatorem Alexium ſimulationẽ Conſtantino
poli reuertiſſet. Obſeſſi in oppido Chriſtiani, & ſi diutina in oppugnatione cædẽ in Tur
cis innumerã cõmiſerunt, ad eam tamen moriendo per uulnera paucitatem peruenerũt,
ut oppido per defenſorum raritatem capto, ad unum omnes fuerint trucidati. Fuit ea cla
des Chriſtianis eo belli initio inflicta, Alexio imperatori ex eo maxime grata, quod cęte
ros Chriſtianos inde territos, expeditionem ſibi ſuſpectiſſimam omittere exiſtimauerit.
Interea Hugo magnus, & Normanniæ, Flandriæ, Carnotiq; comites ex Baruli Apuliæ
portu Dyrtachium copias traduxerant, quos Dalmatiam pro Alexio adminiſtrans præ
fectus turmatim interpoſitis diebus, Conſtantinopolim accedere uoluit, ne unũ in exer G
citum coactæ tot uirorum fortium copiæ quicquã in imperatorẽ moliri poſſent. Et eodẽ
in tempore Gothfredus Balduinusq; Bolionij fratres, quos diximus cum Petro eremita
per Hungariã acceſſiſſe, tunc primum urbi Conſtantinopolitanę cœperunt appropin-
quare. In quos ſuã Alexius perfidiam apertè oſtendit. Nam in ſuburbio prima nocte ho
ſpitatos curauit inuadi hoſtiliter ab armatis. Bolioniorum uero militibus, qui ex more
excubias armati ſeruabant reſiſtentibus, nulla eſt accepta clades, & duces nocte cõeubia
apertos in campos recedentes, in caſtrorum formã ſtatiuis locum cõmunire cœperũt: in
quos operi intentos iterũ Alexiani, ſed paratiores ſole oriente impetum fecerunt, certa
tumq; eſt eo inſultu haud ſecus, quàm ſi urbem Gallica ea gens oppugnatura uiribus adue-
niſſet. Et tũ Alexius poſtquam intentata parum ſucceſſiſſe uidit, qua die Hugonem ma-
gnũ propinquare intellexit, pacẽ cum Gothfredo & Balduino conſtituit. Hugonem ſe-
cuti quanto præfectus Dalmatiæ iuſſit interuallo, Podienſis epiſcopus & Raimundus
per Dalmatiã, Epirum, Etholiã, Theſſaliã, Chaoniam, Macedoniam, Acarnaniam, Grę H
ciam & Thraciã Conſtantinopolim peruenere: ſolus Bohemundus antiqui hoſtis Ale-
xij imperatoris fraudes callens, quo longiorem eo tutiorẽ uiam ingreſſus eſt. Nã in Pelo
ponneſum perpetua à Brunduſio nauigatione delatus, per ſuperiorẽ Mœſiam, uel ut di
cunt, Bulgariam Adrianopolim petere conſtituit. Is quum ad Caſtoriam perueniſſet ſub
iectam urbem imperatori, cõmeatus ſibi præter ſpem abunde præberi uidens, quaſſatũ
feſſumq; de itinere exercitum reſtaurauit. Alexius uero qui alia per Græciã uia inſidias
ſtruxerat, Bohemundum in Bulgaria eſſe audiens, quacunq; illi Conſtantinopolim pe-
tendum eſſe nouerat, oppreſſuras cohortes occulte diſpoſuit. Mouens caſtra Bohemũ-
dus peruenit Paphlagoniam, in qua primum ſubſedit ad oppidum hæreticæ gentis, quę
nec Græcos neq; Latinos obſeruans ritus utriq; aduerſabatur. Oppidaniq; quum eſſent
petiti, commeatus denegantes conuicia addiderunt. In quos per iracundiam delatus,
furens Bohemundus, captum ui ſpoliatumq; oppidum incendit. Quum autem poſtero
die ad Bardarum amnem eſſet peruentum, moxq;, agmina in itinere oppreſſiſſet Bohe-
mundus, parte copiarum uado tranſmiſſa, ad fluuij ripam caſtris pariter ſubſtitere. Et ad

auroram,

A auroram, quæ noctem illam ſecuta eſt, Alexiani milites qui fuerant inſidiati, Italicas co
hortes Bardarum amnē traductas ſunt aggreſsi: quibus uiriliter reſiſtētibus, ad primos
exercitus clamores Bohemundus duo mille equites præſidio immiſit, repulſiꝗ illico
Græci ab inſequēti equitatu de fuga ſunt retracti. Dicit uero nūc primū Bohemundus,
qđ Italia moturus fuerat, opinatus inimicos in ſe animos Alexiū gerentē ſe uel fraude
opprimendo intētiſſimū eſſe, Quadrato abinde exercitu incedere cōſtituerat, cū expe
ditiōis duces illū appropinquare certiores facti, turmas aliquot obuias immiſerūt. Tūc
Alexius poſtquā dolos incaſſum cecidiſſe uidit, ad Bohemundum mittens intentatæ in
eū iniuriæ culpam in militum Græcorum rapinæ auidorum audaciam reiecit, magisꝗ
poſtea uni Bohemundo ꝙ cæteris ducibus deferre eſt uiſus, quandoquidem cōmeatu
quacunꝗ incederet pro omnibus copijs abunde donatum, pacis & fœderum cum om-
nibus expeditionis ducibus ineundorū petijt conſultorem. Bohemundusꝗ poſtquam
omnia per occidentaliū potentiam uidit tuta, comitate & ingenij dexteritate uſus, cum
B paucis ad imperatorē Cōſtantinopolim ſe contulit, Ibi notum antea, ut oſtendimus, in
Dalmatis hominē audenter allocutus, facile ei ſuaſit præſtare amicitiā multæ magnæꝗ
ſpei potentiſſimo exercitui ſeruare, ꝙ nulla ſubeūte utilitatis, uel quod certum erat, ho-
neſtatis ratione iritatū in ſui ſuorumꝗ excidium concitare. Alexiusꝗ in ſententiam du
ctus, nō modo commeatus, tantumꝗ per urbem regiam & ſubditas ciuitates acceſſum,
ſed copias in ſupplementa, equos, ueſtē & arma eſt pollicitus, modo adacti iuramento
duces, fidē ſe illi & amicitiam ſeruaturos, & captas de Aſia urbes præter unicam Hiero-
ſolymā ſibi permiſſuros ſolenniter ſponderent. Quod quum duces feciſſent, parato, im
peratore iubente, nauigio oēs expeditionis copiæ in Aſiam ſunt traductæ. Solus tamen
cum paucis militibus apud imperatorē ea ratione manſit Bohemundus, ut comportan
dum in caſtra cōmeatum calonibus abunde faceret præberi. Exercitu omni apud Nico
mediā coacto, placuit ducibus primā omnium hoſtis urbiū Niceam inuadi. Quod au-
tem à Nicomedia in illa uia pleraꝗ deſerta, & ſaltuoſis impedita eſt montibus, præmiſ-
C ſi cum dolabris foſſorijsꝗ inſtrumentis calones ad quatuor mille, ꝓcedenti ad tergum
equitatui impedimētisꝗ iter peruiū reddidere, crucibus ligneis ad uiarū diuortia ubiꝗ
fixis, ne tardiuſcule ſecuti milites noſtri, per deuia flectētes in manus hoſtiū peruenirēt:
priusꝗ duces caſtra ad Niceam metati erant, ꝙ Bohemundus lente datis ab imperato-
re cōmeatibus in caſtra præmiſſis ſubſequi potuerit. Nicea urbs natura loci defenſa, ſub
limiꝗ munita muro, ab Auſtro lacū habet piſcoſum, uix quartā partem circuitus mœni
um abluentem. Quare Chriſtiani duces, quod eſt continentis reliquum, trinis circunda
tū caſtris obſederunt, Podienſisꝗ epiſcopus, Raimundus Comes, Hugo magnus, Nor
mānus, Flandrenſis & Carnotenſis ad orientem: ad ſeptētrionē Gothfredus, ab occaſu
ſedit Bohemundus. Excitauit aūt parauitꝗ ducum quiſꝗ machinas, baliſtas, & alios ſe
cit oppugnationi neceſſarios apparatus: & quod urbis muri turres habent ſublimes, ca-
ſtella illas ubiꝗ adæquantia ex materia tabulatisꝗ oppoſita, unde ſagittis & iactis emi-
nus telis oppidani à defenſione mœniū prohiberent. Actæ etiā ſunt inſuper uineæ, &
D hinc ariete multo quaſſatus murus, inde cuniculis & cauernis ſub ipſis fundamētis irru-
ptio intentata eſt. Sed præter Niceni populi frequentiā, multus inerat mercenarius mi-
les Turcus, & noui quotidie in uulneratorum morientiumꝗ ſucceſſuri locum à Turco
per lacum ſubmittebantur: quin ligna, cōmeatum, & herbas in iumentorum pabulum
noſtri per lacum lēbis importari uidebant. Quare quum triceſimum iam diem obſeſſæ,
& magnis oppugnatæ conatibus Niceæ nulla ſpes lacu illis aperto capiundi uideret re
linqui, Alexium imperatorē, ut ſcaphas mitteret, orauerunt. Interea Turci Arabibus,
Saracenisꝗ in ſocietatem belli aſcitis, in montibus, qui contra Niceam altiſſimi inſur-
gunt, ad ſexaginta armatorū milia coacti erant, qui aperta lacus uia freti, miſſis hinc in-
de nuncijs cōſtituta cum Nicenis die in noſtros impetum fecerunt, & quod porta, quæ
ad orientem ſpectat ſolem, ciuium eruptioni commodior eſſet uiſa, in Podienſis epiſco
pi & Hugonis magni caſtra, maior incubuit impetentium multitudo. Sed eorū caſtro-
rum duces dimidia penè Chriſtianorum exercitus pars eruptione facta congreſſi, ina-
niter furentes Turcos & Arabas, multis confectos cædibus uulneribusque in montes
repulerunt. Alexius interim ductos Cinitum oppidum lembos, in terramꝗ expoſitos,

carris inde in Chriſtianorũ caſtra curauerat cõportari,& quod duces exercitus ut pete- E
rent animum non aduerterant,remiges ille & Græcis idoneos, ac maritimis innutritos
prælijs milites addiderat:dimiſſos noctu in lacu lembos armatis plenos, Niceni quãpri
mũ ſunt cõſpicati,qđ eo mane à tribus ſimul caſtris durior ſolito erat oppugnatio, cœ-
perant deditionis facere mentionẽ,quũ eos de lembis allocuti milites Gręci in gratiorẽ
ſententiã adduxerunt.Ea em̃ cõditione portas Niceni ſe aperturos dixerunt, ſi ea urbe
imperatori permiſſa cũ rebus & armis oẽs qui inerant Cõſtantinopolim migrare ſine-
renť.Id uero & ſi duces malo animo ab imperatore factũ eſſe intellexerunt,quod tamen
in maiora ardentibus ferebanť animis, facile eſt cõceſſum, & duobus ac quinquaginra
diebus oppugnata urbs per hunc maxime modũ Turcorũ manibus eſt erepta. Progreſ
ſi inde Chriſtiani cũ binis ꝓceſſiſſent caſtris,ad amnem ponte iunctum amplo peruene
runt:quo tranſmiſſo uiã ſibi deſertã , & ſoli parũ herbidi aliquot diebus uadendã intel-
lexerunt:cui oblatæ difficultati id ſolũ adhiberi potuit remedij, ut bipartitũ exercitũ bi
nis , & tñ quoad fieri poſſet, propinquis ducerent itineribus , Podienſiſq; epiſcopus & F
Hugo unã, aliam exercitus partẽ duxit Bohemundus. Tres iã dies continenter iuerant
duces,cũ quarta die Bohemũdus qui de tertia uigilia mouiſſet cœlo albeſcente , riuũ of
fendens,ad quẽ herbidũ erat ſolũ, equos & iumenta reficere cõſtituit , & Saracenis de-
poſitis caſtra ex more cœpit cõmunire. Cũ præmiſſi exploratores rapidũ aduolãtes ho
ſtẽ adeſſe, innumerã eſſe multitudinẽ nũciarũt.Prima aũt impauido duci fuit cura uelo-
ciſſimos alterũ poſt alterũ mittere,q epiſcopũ Hugonẽq; uocẽt,omnibus exinde in or-
dines redire iuſſis, paucos cũ ſacerdotibus,pueris & mulieribus caſtrorũ male munito-
rũ cuſtodiæ reliquit.Dũq; in hoſtẽ ſublatis ad ſydera clamoribus à fronte irruentẽ lento
ferĩ gradu , à ſuis monitus reſpicit maiores uel certe pares illorũ copias , ſed tacentes in
circuitu cãpos mõteſq; occupaſſe. Et prouolãtes Turci ſagittarũ nubes cœperũt immit
tere,cũ equis cõcitis male armatã gentẽ Chriſtiani inuadunt, & cõtis multa cum hoſtis
pernicie fractis,gladio res geri cœpta.Nec erat in Bohemundi exercitu quiſquã,qui cõ
ferta cũ hoſte manu inter cõfertas illorum turmas pugnans obſeruabaĩ. Cadebãt uero G
ex Chriſtianis pauci,cũ pauciſſimi uolantiũ uel incertũ ictus ſagittarũ haudquaq; læta-
les euadere poſſent:ſed tãta in Turcis, Arabibus,Saracenis cõmittebeĩ cędes,ut uincẽ-
tibus uictiſq; ꝓgrediẽdi inter cadauera facultas ſit adẽpta:ſubmittebat tñ Solymãnus,
qui aderat ſummus Saracenorũ princeps,labotãtibus ſuis integros. Et infideles de ſub-
ſidiarijs aciebus tã auidè ſagittis eminus miſſis,noſtros ferire ardentes erãt, ut ſuos etiã
uulnerari cernentes ſe à ſagittando nequiuerint cõtinere. Dũ uero id cõſeriť atrox prę
liũ,Turei equites mille caſtra Bohemundi inuadentes,magnã in multitudinẽ noſtrorũ
inermẽ etiã mulierum cædẽ edidere,oẽs confecturi ad unũ,niſi aduolans cũ paucis Bo-
hemundus,illos partim occidiſſet,partim fugere cõpuliſſet. Dimiſſaq; ibi pręſidio tur-
ma,quũ ad ſuos reuertiſſet,adeò mutatã eſſe fortunã reperit , ut niſi Comes Normãnus
aureũ qđ ſubſidiaria in acie ſeruabat uexillũ immiſiſſet,in fugã uertẽdi fuerinr Chriſtia-
ni.Alia interim Turcorũ manus prima maior caſtra inuadẽs, præſidiũ ibi à Bohemũdo
relictũ ſuperauerat,& magna ex parte occiderat,inermẽ turbã breui cõfectura,niſi cum H
quadraginta equitũ milibus Hugo magnus Gothfreduſq; Bolionius ſuperueniſſent,q
illis crudelitate qua uti cœperãt interfectis ad Bohemũdũ ſe cõtulere. Eos à lõge cõſpi
cati infideles,q̃s mõtes cãpoſq; diximus occupaſſe , & ipſi maior multo noſtris multitu
do ad ſuorũ acies cõceſſere:reintegratoq; pręlio cędes quãtę priusea die nõ fuerãt,hinc
inde cõmitti cœptę,priores tñ ſi potuiſſent,aciẽ Saraceni & Turci excedere uoluerint.
Sed ueriti,qđ ꝓculdubio futurũ erat, ne quãprimũ terga uertere cœpiſſent , ſui timore
diſſipati à noſtris perſequẽtibus , & factis illorũ fuga audacioribus cõficerenť , ſe tãdiu
cõglobatos,quoad poterant cõtinuere , quouſq; prælíũ quod ad aurorã inchoatũ erat,
nox ſuperueniens diremit.Et Turcis ſenſim in montibus ſe recipientibus , noſtri in Bo
hemũdi caſtra ad riuũ firmata reuerſi ſunt:diei quę ſecuta eſt ortus, qd eo in prælio actũ
eſſet oſtẽdit. Chriſtianis em̃ à crucis ſigno recognitis , & in cumulos gregatis, decuplo
maiores barbarorũ cadauerũ cateruæ fuerunt,mularũ,aſinarũ,equorũ,camelorũ,ueſtiũ
quoq; etiã ſarcinarũ,& armorũ tãtum, auri quoq; & argẽti tãtum in Chriſtianorũ exer-
citu uicta gens barbara reliquit,ut noſtrorum inopia,quã itineris difficultas lõgitudoq;
effeceras

A effecerat, ſubleuata ſit. Chriſtiani duces unica die cæſis, ſepeliẽdis, uulneratiſꝗ curãdis
data: poſtridie quæ dies fuit nonarũ Iulij quarta, hoſtem quacunꝗ fugeret inſequi cœ-
perũt. Didicerant eñ à nobilibus captiuit, quos perpaucos ſeruauerãt, maiores opinio
ne ad id prælium copias cõfluxiſſe, quarũ numerus quando mouerant quadringenta ſu
peraſſe milia credebãt. Inerantꝗ Medi, Syri, Turci, Cardei, Saraceni, Arabes & Meſo-
potamij, quorũ partẽ maximã leuitas quędã, & nouarum uidendarũ rerum auiditas, po
tius ꝙ regum ciuitatum'ue iuſſa domo eduxerant, apparebatꝗ eos nullo territos inſe-
quentis hoſtis timore animis in quiete reaſſumptis ad prædã redituros, qui ſub recentẽ
eius prælij timorẽ, quo omnes perculſi fuerant, ſi redire ad conſerendas manus cõpelle
rent, uidebant e ueſtigio in propria redituri. Ingreſſus autem Solymannus fugæ uiam,
quæ in Lycaoniã ducit, quẽ ferunt quũ poſtera prælij die decẽ milibus Arabũ ſibi præ-
ſidio aduenientiũ obuiaſſet, noſtrorũ ferociã uerbis extenuaſſe, Arabibusꝗ ſuaſiſſe, ut
omiſſa Romanæ terræ defendendi ſpe, ad munitiora ſecum defendenda reuerterent:
B quibus integris fretus copijs Solymannus, magnũ noſtris ꝗ inſequebant, maiusꝗ ſuis
eius regionis Saracenis intulit incõmodum: qđ quacunꝗ itum eſt, ſe prælio cum Chri-
ſtianis geſto ſuperiorẽ, ac planè uictorẽ prędicãs euaſiſſe, in urbes, munitaꝗ oppida et
caſtella admitti obtinuit, à quibus eductos, & tanꝙ iuſto captos bello uinctos morta-
les abduxit, cõſumptisꝗ igni ſuppoſito, ac corruptis cõmeatibus nihil eſt relictũ, unde
noſter exercitus ali poſſet. Quod quidẽ crudele Solymãni cõſiliũ Chriſtianis perſequẽ
di hoſtis facultatẽ ademiſſet, niſi maturæ in agris ſegetes noſtro exercitui rei frumenta-
riæ inopiã ſubleuaſſent. Eoꝗ in itinere qđ à pręlij loco ad Iconiũ primã Lycaonię urbẽ
pertinet, cõmeatibus & aquis, quibus regio pleraꝗ caret deficientibus, multa Chriſtiã
ni iumenta, multos amiſerũt equos. Quum eſt uentũ ad Iconiũ, facti ſunt Chriſtiani cer
tiores Solymannũ aliò flexiſſe. Quamobrẽ ab Iconẽſibus introducti, poſtꝙ ſatis quieti
eſt indultũ, Eracleã ducendũ ſtatuerũt: qua in urbe munitiſſima nunciabãt Turcos in-
gentẽ in numerũ cõgregatos, ſe ut tuerent neceſſarios facere apparatus, ꝓceſſitꝗ acie
C ſtructa Chriſtianorũ exercitus, hoſtẽ exiſtimans ante urbis portas uel leui prælio occur
ſurũ. Noſtris aũt, quibus ea die prima obuenerat acies, in ſubitã quę fieret, eruptionẽ in-
tentis, mœſti flentesꝗ obuiã effuſi ſunt oppidani, ꝗ Turcos ad aurorã profectos nunci-
antes deditione oblata, pacẽ, amicitiãꝗ poſtulabant. Itum itaꝗ eſt patẽtibus in Eracle-
am portis, ibiꝗ ad quatuor dies quietum. Turcis exinde nullo in loco, qđ exploratiſſi-
mũ erat, cõſiſtẽtibus, placuit bipartito exercitu incedere. Et Balduinus, Bolionius, Tã-
credusꝗ Comes Tarſum ducẽtes, quã ob rem Turci fugientes reliquerãt eam, dedenti
bus ciuibus acceperũt. Primusꝗ fuit Balduinus, cui ab expeditionis ducibus dominiũ
in Aſiã eſt cõceſſum, Tarſo eñ ea liberalitate eſt donatus, ut quicquid in ea regione ca
peret perpetuò poſſideret. Isꝗ paulo poſt Ediſſa & Manuſtra urbibus eſt potitus. Flexit
uero in ſiniſtrã exercitus robur maius, & in Armeniã tunc, ſicut & nunc, minorẽ dictã,
quæ olim fuit Cilicia duxit, cuius urbes, oppida & caſtella á nullo uel Turco uel Saracẽ
no cuſtodita facillimũ fuit capere. Quã omnẽ regionẽ Palinuro cuipiã Armenio cum
D noſtris militare ſolito regendã attribuerunt. Itum eſt inde in Cappadociam, cuius urbẽ
Cæſareã primum ceperunt. Exploratũ uero certumꝗ habebãt Chriſtiani, Saracenos &
Turcos ut Antiochiã retinerẽt, ſummis eniti conatibus, quare in illã ducturi, apud Cõ-
ſor urbẽ, Chriſtianorũ qui inerant opera deditã, tantiſper, quoad cõmeatus in quintam
diẽ caperent, quieuerunt, ꝓfectiꝗ inde publicanorũ caſtro primũ, deinde Ruſa urbe cũ
multis, quæ illius habet ager, caſtellis potiti ſunt. Intercedũt uero ea Ruſenſis agri loca,
& uallẽ, in qua eſt Antiochia, mõtes altiſſimi, ut coacti fuerint noſtri calle arduo ince-
dere, qui ad mediũ celſi mõtis dorſum tritiſſimus, caligantẽ oculos rapidã ruinoſamꝗ
ſubiectã altitudinẽ quum ſupra ſaxoſa ſublimitas in cœlum attolli uideat: nec fuit tam
audax inſanusꝗ miles quiſpiam, qui equo inſidens id itineris emenſus fuerit, quin mul-
tis arma ueſtẽꝗ periclitaturo imponentibus iumento, fuerunt qui ſua proiecerint in ꝓ-
fundũ. Eo itinere una & quidẽ anxioſiſſima die perfecto, ad Muraſim urbẽ eſt uentum,
ex qua nullo reſiſtente capta primũ in cõſpectu campi apparuerunt, apud quos Antio-
chia cernebãt. Progreſſisꝗ poſtera die noſtris, quũ eſt in campos deſceſſum, hoſtes uiſi
ſunt ad amnẽ, qui dimidios interſecat, cõſidere. Quo enim hoſtes morabant loco, pons
erat

eratferreus appellatus,ad quē multi conuenerant calones,uinum,oleum,frumentū,ar- E
uinā ex montanis publico edicto in urbem comportantes, quibus nō magis tuto in ur
bem ſociandis q̃ domo per uim educēdis armatorū cohortes ab Antiocheno rege fue-
rant attributæ.Irruētes itaq; noſtri equites,leui cōmiſſo prælio,partim illos interfecere,
partim in urbē fugere cōpulerunt. Captaq; eſt nō cōmeatuū magis q̃ iumentorum prę
da,adeo noſtrorū indigentiæ accōmoda,ut nihil eo tēpore gratius fuerint habituri.Ali
quot inde progreſſi milia paſſuum Chriſtiani, ad flumen peruenerunt urbi Antiochiæ
ꝑpè contiguū,Farfar nomine,quod uado trāſiri ſine periculo nequit:caſtriſq; ad primā
illius ripā firmatis per noctem quieuerunt.Poſtridie duces Chriſtiani urbē cōtemplati,
cuius famā alioquin ingentē præſentia ſuperaret,captiuos ſciſcitati ſunt,quæ eſſet ciui-
tatis,nō cuſtodiæ magis q̃ regiminis forma:illiq; ſocordia potius q̃ dolo ducti,reſpon-
derūt regem illius eſſe Caſſianū,filios habentē duos, Bachmā & Senſadolū, Soldanoq;
Babyloniæ tributa pēdentē,à quo Turcos & Saracenos milites ueteranos præſidio ha-
buiſſet tot numero,taliq; præditos uirtute,ut eos à noſtris,ſi ſanę eſſent mentis nō cenſe F
ant expectandos.Nedū uero territi ſunt illorū uerbis duces,quin potius ad ortum ſolis
præmiſſus cum legionibus quinq; Bohemundus,hoſtes extra urbis portas ſtructa acie,
inter fluuium & urbē expectātes aggreſſus eſt:dūq; ibi conſerit̄ præliū,quicquid erat re
liquū exercitus Chriſtianorū cōmuniēdis ſitis proximo amnis loco caſtris intendit.Ge
nus uero prælij à Bohemūdo inchoati tale fuit,in quo nec accipi clades,nec inferri Tur
cis & Saracenis poſſet,cū premerent̄ intra promurale refugiētibus:& ſi quādo noſtros
reprimerēt,proximo è loco excedere nō audentibus. Sole aūt iā in ueſperā inclinante,
Bohemūdus in caſtra ꝑpemodum cōmunita ſe recepit. Ea urbs ſicut Hebræorū monu
menta habent,relata prius inde ab Antiocho orientis dominatore eius nominis primo
dicta eſt Antiochia,dupliciq; circūdat̄ muro,pars cuius interior lateritio,exterior qua-
drato lapide ſtructa eſt.Eaq; ſuperbā præ ſe ferens ſpeciē,turres quadringentas ſexagin
ta habet,colles quatuor urbē includunt̄, in quorū celſioris ad orientē ſolis ſpectātis ca- G
cumine arx eſt,natura loci munita,ut oēs ſit machinamētorū conatus,omnia oppugnā-
tiū ingenia facile fruſtratura.Regionē incolæ appellāt Cœleſyriā, ſituſq; urbis flumini-
bus fontibuſq; irriguus agros habet fertiles,& glebæ maximā ubertatē,uicinuſq; lacus
optimis abūdat piſcibus.Recedit à mari Cilicia urbs duodecim milia paſſus, ubi Farfar
fluuius portū efficit, nauium etiā cæterarum capacē, qui à temporibus Chriſtianorum
primis ſancti Symeonis appellationē habuit.Adiacet uero Antiochię ad ſeptētrionalē
plagā mons,excelſus uero ſignificatione Græca,quod aquis fontiū ſit irriguus, ab inco
lis primo,poſt à noſtris per uerbi corruptelā altitudine oculos caligāte, montana nigra
appellatus.Ad orientalē uero plagā campeſtris latiſſima regio ab urbe patet, quā Far-
far fluuius ꝓpinquo mœnibus loco influit. Accepit aūt ea ciuitas maxima ab eccleſiæ
primitiuę exordio ornamēta,quod Petrus apoſtolorū princeps primam in eam patriar
chalē inſtituit tenuitq; ſedem. Theophiluſq; ad quē euangeliſta Lucas eadē oriundus
ciuitate actus apoſtolorū inſcribit,ſeptimus à Petro antiſtes in illa cōſtitutus,ut ꝓphani H
regis Antiochi nomē aboleret, eā de ſuo nomine Theophiliam appellauit. Sed qđ ce-
lebrē facit eius urbis memoriam,glorioſum quo appellamur, Chriſtianum nomē ijs ex
noſtris q̄ ſacra profundebant̄ baptiſmatis aqua, diſcipulis uel Naſareis tunc appellatis,
ea in urbe à principio inditū fuit:per eos uero,qui poſtea ſtante primum Romano,poſt
Cōſtātinopolitano imperio ſecuti ſunt ad mille annos,adeò ſub Chriſti nomine floruit,
ut epiſcopos tres ſupra quinquaginta & centū patriarchæ ſuffraganeos,& ſexaginta ſu
pra trecentas eccleſias urbs habuerit,in diuiſiōe etiā magnæ illius Aſiæ partis,quā Chri
ſtianos de Turcorum & Saracenorum recepiſſe forte manibus oſtendemus,cū quatuor
principatus fuerint,conſtituit. Vnum habuit Antiochia,cuius fines fuerūt à Tarſo ciui-
tate Ciliciæ occidenrē uerſus, & ad orientalem plagā in riuum uſq; qui Valemniā Ma-
radamq; urbes maritimas ſub caſtro Mergat diuidit. Quū itaq; Chriſtiani ad eam urbē
natura loci denſiſſimo ſublimiq; muro munitiſſimā diu ſedendum eſſe intelligerēt,mul
ta in concilio agitata ſunt à ducibus prouiſa. Primū tamen omnium amnem ponte, qui
ad caſtra urbem que pari ſpatio pertineret iungi placuit.Caſtrorum autem ordine inter
duces ſuaſq; ſingulorum copias diſtribuendorum ea fuit ratio, ut cū Antiochia monti,
ſicut

A ſicut oſtendimus,adhæreat eminenti,quam ad partẽ abſq; ingẽti periculo adiri nequit;
quicquid eſt reliquũ extra proximũ amnẽ uergens in campos caſtra occuparent ea ra-
tione metata,ut cũ ſibi poſſent noſtri urgente neceſſitate inuicem ſubuenire, tum uero
trifariam diuiſi ſuos ſibi cogerent ſeruarentq; cõmeatus, ſuis ſingulæ partes obeundis
muneribus intentæ eſſent. Fuit ea dies in qua Chriſtianorum ad Antiochiã caſtra ſunt
firmata kalendarũ Nouembriũ duodecima, per quod anni tempus gratiſſimorũ feraciſ
ſima abundabant:uindemia enĩ quæ tũc appeteret, nondũ facta, uuæ in uitibus matu-
ræ pendebant,omnigenũq; pomorũ,& nucum ſuauiſſimi fructus exercitui in promptu
erant. Frumenti uero & ordei defoſſis in puteis,quibus Antiocheni in horrea utuntur;
maxima uis eſt reperta.Quanquã fama per uniuerſam Aſiã uulgata clemẽtiæ & huma-
nitatis,qua noſtri in ſuperatos,deditionem'ue facientes utebant,& ſeruata in emptioni
bus iuſticia, effecerãt ut oẽs munitorũ etiã quorumcunq; locorũ incolæ, niſi quantũ im
poſita à Turcis præſidia prohiberẽt,noſtrorũ caſtris quacũq; circumagerent,annonam
B importarent. Adiuuit etiã ſæpenumero Chriſtianorũ cum infidelibus,cohabitantiũ af-
fectio,qđ ab ijs in noſtra cõfugientibus caſtra, uel occulte euntibus redeũtibusq; quid
ageret,moliret,prouideret hoſtis,quo etiã in loco animalia in cõuallibus,aut frumenta
in puteis occuluiſſet,reſcitũ eſt. Armenij & Suriani gens Chriſtiana ſemper noſtris auxi
lio affuere. Suntq; Suriani antiqui in Aſia originẽ habentes, quæ acceptã ab initio Chri
ſti fidem poſt captã Heraclij imperatoris temporibus à Saracenis Hieroſolymã, & om
nem terrã ſanctã ſemper tenuit. Sed quod aliquando eõrũ fidei conſtantia Saracenis ſu
ſpecta fuerit, nunquam certas ſedes habere permiſſi ſunt. prætereaq; ſub principe Ægy-
ptio Carpharat,qui à Laodicea Syriæ uſq; ad Alexãdriã Ægypti poſſidens,quartã Hie
roſolymę urbis partem,in qua ſepulchrũ eſt domini,eis ſuoq; patriarchæ ſub annui pen
ſione tributi poſſidendam permiſit. Sed quo tempore expeditio hæc noſtra traiecit in
Aſiam,pulſi Hieroſolyma,montes qui ad Antiochiam pertinent coluere.

## C BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI- natione Imperij Romani,Decadis ſecundæ,Liber quartus.

ANNVM obſidionis inchoatæ,qua Chriſtiani expeditionis glorioſę du
ces Antiochiam preſſerunt, nonageſimum ſeptimum ſupra milleſimũ
ſalutis fuiſſe inuenimus. Per quod tempus Romæ pontifex Vrbanus
ſecundus amplitudinis Chriſtianorũ, quã ea peperit expeditio autor,
poſt actam prudentiſſime atq; ſapientiſſime uitam,Romanorum odia
adeò euitare nõ potuit,quin ſenex morti iam propinquans, ſibi timere
coactus fuerit:quod enim nonnullos ex Romanis potentioribus Guil
berto antipapæ apud Beneuentũ ſe continenti ſtudere intelligeret, conſulentibus ami-
cis,conſtituit ſibi à conſueta per id temporis Laterani habitatione, quãdiu aduerſarius
uiueret abſtinendũ. Fauebat uero illi Petrus Leonis potentiſſimus per eam tempeſtatẽ
Romanus,nec tñ ſatis fiſus poſſe põtificem in ſolitarũ Lateranenſis ſancti Petri,aut ſan
D ctæ Mariæ ædiũ habitatione tueri, eum annis duobus domi tenuit, quæ ſancti Nicolai
in carcere Tulliano eccleſiæ adiacebat. Quod quum intellexiſſet Guilbertus Rauẽnas
antipapa,Ricardi principis Capuani,qui & Beneuentũ tenebat,inſtigationibus,& opẽ
Albam ſe cõtulit,Marſorum oppidũ,ut ex eo loco urbi proximo antiquos in urbe Ro-
ma fautores ſuos,ſe admittendo faceret audentiores. Sed ad Chriſtianorum Aſiaticam
expeditionẽ in Venetorum monumentis inuenio,paulo poſt q̃ Chriſtiani duces apud
Conſtantinopolim in Aſiam traiecerunt, Venetos claſſem ingentem quæ ducẽtas om-
nigenûm nauium habuerit, cruce ſignatis militibus compleſſe, cuius Michael Vitalis
Michaelis ducis filius ductor & gubernator fuerit,eamq; referũt à Dalmatis auctã, Rho
dum fuiſſe ductam. Piſani igit cũ Venetis obeſſent,ſiue claſſem Venetorum Dalmata-
rumq; ſua maiorẽ eſſe ignorauerint,ſiue ea fuerint audacia,in portum Rhodienſem de-
lati conflixerunt,& prælio ſuperati triremes duas de uiginti amiſere,in quibus quatuor
milia Piſanorũ militũ ſunt capta: ſed Veneti ob crucis quod ferebant ſigni reuerentiã,
triginta primoribus Piſanorũ claſſis in obſides retẽtis, cæteros incolumes cũ reſtitutis
triremibus abire pmiſerũt. Addũtq; ſcriptores delatã exinde eã Venetorũ claſſem Smir
nã Aſiæ urbẽ, quę ſex à mari paſſuũ milibus diſtans,tunc recens à Turcis diruta fuerãt,

cepiſſe

ceepiſſe,& magni Nicolai corpus ibi repertũ Venetias detuliſſe,quod in eccleſia nũc ce B
lebri ſancti Nicolai in littore ſecus portã fuerit cõditũ,& turrim ad ædẽ tũc paruam, ne
ſancti reliquiæ à piratis furibus aſportarenẽ ædificatã. At apud Antiochiã & ſi ſpes po-
tiundi illius in obſidione à principio fuerat,oppugnare tñ ea ratione placuit,ut ꝗ eſſent
noſtrorũ animi,rex Caſſianus,& ciues Antiocheni, impoſitæ quoq; præſidio Turcorũ
multę,Saracenorũ plurimę cohortes intelligerẽt.Caſtella itaq; plurimũ ſublimia ex ma
teria tabulatiſq; in tribus locis excitata,unde hoſtes à turriũ urbis defenſione ꝓhiberen
tur,adactæ uineæ,cuniculi ſunt intentati:& cũ hæc ſatis parata eſſent, perrumpẽdo arie
tibus,ſcandendoq; ſcalis muro,factus eſt maximus ingentiſſimusq; conatus:ſed ea erat
muri craſſitudo,ea ſublimitas,quæ noſtrorũ uires ingeniaq; faciliter fruſtrarenẽ, & multi
noſtrorũ ſaxo ſupernè demiſſo,plurimi uolãtibus undequaq; telis & ſagittis uulnerabã
tur.Qui conatus cũ aliàs Romæ parũ efficax,parũq; utilis fuerit,ideo multũ profuit,qđ
noſtri nihil præter ſeſſionis diuturnitatẽ ꝓfuturũ intelligentes,ſe illi cõtinuandæ atten-
tius accõmodarũt.In caſtris,quæ ampla à principio fuiſſe diximus,caſtellũ eſt ædificatũ F
foſſa latiſſima,ualloq; turrito munitiſſimũ,in ꝙ media etiã abeũte exercitus parte, reliꝗ
ſeſe ab omni quãtũuis maximo exercitu tueri poſſent.Inchoauerat iã præter omniũ ſpẽ
cõmeatus in caſtris deeſſe,& planè à rerũ penuria ad famẽ ueniebaẽ,eò maxime quia ꝗ
frumẽtatũ ibant ꝑ eos dies,pars uulnerati,& rerũ uacui in caſtra cõpulſi, pars occiſi aut
uulnerati ab hoſtib. abducti ſunt. Viderãt uero ex Chriſtianis nõnulli inſidiatores Tur
cos,ꝗ ea inferrẽt incõmoda,oppido exire Areth caſtris ad qnq; paſſuũ milia ꝓpinquo.
Quare Bohemũdus, & Flãdriẽſis Comes iniunctũ à principib. in cõcilio onus impigre
aſſumẽtes,mille expeditos equites ad partẽ Areth oppidi noſtrorũ caſtris auerſam no-
ctu inſidijs locãt.Emiſſiq; caſtris ad ortũ ſolis calones,paruo ad fallẽdũ hoſtẽ cuſtodiẽ-
te pręſidio,pars lignatũ,pars tanq; nullo apparẽte hoſte ſecurior facta,ſimulat ire lõgin
quius frumẽtatũ:& certior erat hoſtis,Chriſtianos fame laborare, ut nullũ in quærenda
annona diſcrimẽ,nullũ uiderenẽ periculũ euitaturi. Ideoq; quũ cẽſerẽt eos ꝑ mortes & G
uulnera deterrẽdos,oppido undiq; erumpẽtes, in patuũ quod longe aberat , calonibus
datũ præſidiũ ſunt delati.Vix illi ſtadio Areth oppidũ poſt terga reliquerãt,cũ trãſuer-
ſo itinere aduolantes Bohemundus Comeſq; Flãdrienſis,per uiã qua uenerant inſecu-
ti,magnã in eis ediderũt cædẽ,captiq; cæteri,& ante urbis Antiochię portas ad palũ de-
ligati,ſpectãtibus ſupernè Antiochenis,ſecuri ſunt percuſſi,eorũq; capita in urbem ma
chinis ꝓiecta. Fuit exinde noſtris quietior ſecuriorq; in pabulationẽ frumẽtationemq;
acceſſus.Interea dies aduenit Chriſtianis ſacratiſſima natalis domini, cuius ſolennibus
rite celebratis, cũ lætitiæ & epulationibus ex more indulgerẽ , ſolito magis intellectũ
eſt,in quã omniũ uſui humano neceſſariarũ rẽrũ penuriã,egeſtatẽq; erat uentũ,nec ſpes
ulla uidebaẽ melioris futuræ cõmeatuũ copiæ, niuibus & glacie per mediã hyemẽ etiã
ceſſante hoſte itinera impediẽtibus , & in caſtris ubiq; murmurationes ac maledicta in
principes audiebanẽ,ut apparet,aut obſidionẽ ſoluendã,malignoq; anni tẽpore per ini
micas regiones uadendũ,aut durã omniũ mortẽ per inediã moriendũ.Fateẽ uero inge- H
nue Robertus ſancti Remigij monachus,à quo ſcriptore hæc certiora ſumunẽ:Fatetur
Guilelmus & ipſe ſcriptor Gallicus,unicũ fuiſſe Bohemundũ principẽ Italicũ,ꝗ diffici
limis his tẽporibus exercitũ ſuo cõſilio,ſua prudẽtia , & animi magnitudine ſeruauerit
nã ut omittamus cõcionẽ ad milites habitã, qua illũ facit Robertus eorũ animos cõfir-
maſſe,rẽ in ducũ & ꝓcerũ exercitus cõſilio eatenus diſcuti curauit, ut aliqiid ſolidioris
remedij tãtis malis,tantis omniũ periculis adhiberenẽ.Ceciditq; in eũ adhibẽdæ ꝓuiſio-
nis periculũ,ſibi & Flãdriẽſi comiti impoſitũ eſt onus, ut cũ triginta milibus ex omi ex-
ercitu ſelectis,quò placeret ducẽtes,ab expugnatis hoſtiũ caſtellis annonã exercitui im
portarẽt. Qui Damaſcenos eò capaciores , quò lõgius ab Antiochia recedũt inuaden-
tes,magnã omnifariã rerũ fecerũt prædã. Eam uero dum Antiochiã uerſus abigi eſt cœ
ptũ,tumultus in regione maximi undiq; ſunt concitati.Forte per id tẽporis Saraceni &
Turci,quotquot ab Hieroſolymis , Aleph & Damaſco educi potuerãt,in exercitũ qua-
draginta miliũ coacti obſeſſæ Antiochiæ opẽ ferre cõſtituerant. Qui tumultu exaudi-
to,certiores facti Chriſtianos fame cõpulſos prædatũ aduenisſe,in illos duxerũt,nimia
quaſi cõfidẽtia ſui,ne aliꝗ noſtrorũ uel nimia pars euaderet, oĩa in circuitu cõpleuerũt.
Chriſtiani aũt diſſipatas aggreſſi turmas cõficiebãt, ut prius ad dimidiã cæſi fuerint infi

deles

A deles partem, ꝗ ſatis intellexerint fuiſſe conſultius unitis copijs ſtructa acie decernere.
Iis hoſtium qui euaſerant cædem, fuga dilabentibus, magnum Chriſtianis eo ex prælio
additur adiumentū, quod cameli, mulæ & aſini ingens iumentorū uis capta maiorē cō-
portandi annonam præbuit facultatē. Sed erant in caſtris tunc res plurimū turbatæ, qđ
hoſtes eruptione maximis conatibus facta extremū uallū, quod lōgius à caſtello aberat
perfregerūt. Factoꝗ impetu maxime in Podiēſis epiſcopi tētoria, cędes in noſtris haud
quaquā mediocris eſt cōmiſſa. Vt opportunè ad Bohemūdi comitiſꝗ reditū nō magis
exultatū ſit in caſtris, leuata fame redditā abundantiā, ꝗ pauori, quo mœſta omnium an
gebātur pectora, confidentiā ſucceſſiſſe. Fuit tamē paruo tempore in caſtris annonæ a-
bundantia, quod nullis dietim, ut aſſoler importātibus, ea mortaliū multitudo quicquid
Bohemūdus Flandrenſiſꝗ cōuexerāt breui cōſumpſit. Vnde atrociores ſolito uoces in
principes exercitus audiri cœptæ, linquēdos eſſe tā crudeles uiros, ꝗ tot mortaliū milia
infinitis obiecta periculis, ad extremū fame cōfici ſinerēt. Nec ſatis ualuerūt Bohemūdi
B ducū omniū maxime popularis uerba, quæ publica primū caſtrorū area, poſt ubiꝗ cō-
cionabundus exhorrādo habuit, quin fugam multi cœperint meditari, primuſꝗ Petrus
eremita, poſt Guilelmus Carpētarius Frācię regū ſanguine genitus noctu dilapſi, caſtrà
deſeruere. Inſecutus eos Tancredus Bohemūdi nepos de fuga retractos ad Bohemūdi
tētoria ꝑduxit. Vbi Guilelmus Vgoni Magno eius cōſobrino ægrè id dedecus tolerāti
cōciliatus, nouo adactus eſt militiæ ſacramēto. Et tamen poſt per aliā occaſionē caſtris
cum ſua cohorte emiſſus omiū Chriſtianorū primus ſignorū deſertor eſt factus, maloꝗ
eius exemplo ꝗ plures dimitti poſtulauerūt, qui tot numero fuerūt, ut principes mœſti,
quod prohibere nequiſſent, uerbis ſingulru interruptis abeundi fecerint poteſtatē, mi-
graſſetꝗ maxima pars exercitus, niſi opem deus noſter ab hoſtiū imprudētia attuliſſet.
Dum em̄ ea abituros æquè ac manſuros teneret mœſtitia, nūcius eſt allatus coactos ad
Areth oppidū Turcos milia armatorū innumera ad caſtra inuadēda circūſidendaꝗ ad-
ueniſſe. Lætati ſunt uerò eo nuncio Chriſtiani, & in primis in profectionē parati, oblarā
C eſſe occaſionē rati, aut mortē oppetēdi, quam famis horrore & fugę ignominia ducerēt
potiorē, aut hoſtibus deletis, uiā perferēdis cōmeatibus aperiendi. Itaꝗ principibus re
in concilio diſcuſſa, placuit parte tantūmodo neceſſaria caſtrorū cuſtodiæ relicta, cæte-
ros oēs ſub colle leniter caſtigato caſtris & amni ꝓximo in acie, ut impetituris hoſtibus
pugnādi collatis ſignis copia fieret, cōtinere. Cohortes tamē decem equitū ad auroram
præmiſſæ ſunt, quibus eſt imperatū, ut Antiochiā inter & Areth oppidū obliquo ad la-
cum itinere diſpoſitis inſidijs, hoſtes cùm pugnaretur à tergo inuaderēt. Turci uerò ab
exploratoribus certiores facti noſtros copias caſtris in aciē eduxiſſe, & ipſi rapidū edu-
xere. Factiꝗ in conſpectū, & ſic clamores ex gentis more ad ſydera ſuſtulerūt, ſenſim tn̄
præter conſuetudinem progreſſi, pedes pene pedibus contulerūt. Noſtris autem nulla
militaris diſciplinæ attentior fuerat cura, ꝗ ſcutatos, & eos omnes, qui tegerentur arma
tura in frōte locare, ſagittarū, quibus illi præualēt, ictus tādiu inanes reddituros, quoad
poſſent impetu cum lanceis facto, gladijs rem gerere. Orto itaꝗ à Turcis pugnæ initio
D prælium atrox, & cædes utrinꝗ maxima, ſed in Turcis maior cōmitti batur, nec ſtatim
apparuit, qui forēt ſuperiores euaſuri: noſtros em̄ fortitudo, illos multitudo adiuuabat,
ut in cadentiū locū ſuccedētibus integris ſemper Turcorū acies, qualis ab initio fuerat,
integra uideretur. Nec turbauit primam illorum aciem equitatus Chriſtianorum, qui
inſidijs eruperat: factus à tergo impetus: nam Turcorū pars magna, quæ à primis ſuorū
globis ſemota locū pugnæ nōdum uiderat, in noſtros cōuerſa equites repugnauit. Sed
dum pari in fronte audacia pugnatur, Turci ſua potius faciente animorū debilitate atꝗ
inconſtātia, ꝗ hoſtium ſolito maiore conatu impulſi, præter noſtrorum ſpem in fugam
ſunt uerſi. Prementeſꝗ noſtri adeò fugientibus ſunt immixti, ut unicus globus, unica a-
cies uideretur, maximuſꝗ tunc ab equitatu Chriſtianorū, qui inſidiatum miſſus fuerat,
fructus eſt captus, quod aciem Turcorū extremā, ut diximus integram, dum in fugam
& ipſa cum alijs ſe proripit, cæſa, uulneribúſꝗ crebris appetitā, nullo cōſiſtere loco per-
miſit. Quādiu uero per campos fuga fuit, multos iumenti uelocitas, plurimos cùm leuis
armatura, tum pedū pernicitas reddidit ſaluos. Sed cùm eſt uentū ad pontē ferreum, cę-
dem in Turcis maximā committi eſt cœptum, quod eo pōte paucos in tranſitum acci-

piente,globus tranſire conantium à tergo confodiebatur,ut multi in notiſſimã uortigi- E
noſi amnis uoracitatem ſe pręcipites egerint, eorumq; partem iumenti uirtus,partẽ na-
tandi peritia iuuit, pars maxima eſt abſorpta:fuitq; is ultimus perſequendi locus, quod
noſtri iumentis impedimentiſq; ingentem uim ab hoſte fugiente relictis, certatim diri-
piendis ſpoliandiſq; cæſis ſedulo intenderunt. Nec fuit ducũ Chriſtianorum quiſpiam,
qui milites omnium egenos à pręda cenſuerit reuocãdos,uel eo maximè,quod Turcos
nouerant conſueuiſſe,quamcunq; per occaſionem ſtatiuis egrederent,annonã in quot
dies folliculis deferre.Reuerſi in caſtra noſtri,quanquã re optimè geſta, læti iubilãteſq;
erant,à commeatuum tamen penuria mœrore nõ confici nequiuerũt,quouſq; Armenij
& Suriani itinera metu Turcorum liberata nacti, commeatuum copiam conuexerunt.
Turci enim,qui ad dimidiũ tanti exercitus euaſerant,Areth oppidi in quod cõfugerant
munitionibus diffiſi,illo direpto incenſoq; abierũt. Paulo poſt qui Antiochiæ pręſidio
inerãt Saraceni à Suldano Babylonię immiſſi,noctu urbe dilapſi om̃ia itinera reddebãt
infeſta,adeò ut fames in caſtra breui apparuerit reditura: quamobrem in Chriſtianorũ F
cõcilio actum eſt,caſtella duo portis oppoſita ciuitatis tam propinquo excitari loco,ut
exeundi redeundiq; facultas hoſtibus adimeretur. Et quia fabrorum operariorumq;,&
quæ id requirebat opus inſtrumentorum haudquaquã ſatis in caſtris erat, Bohemundo
& S.Egidij comiti datum eſt negocium,ut à portu S.Symeonis ea peterent ſupplemen
ta.Iueruntq; duces, quinq; millia equites pediteſq; præſidio adducẽtes. Id quum hoſtes
aut de mœnibus uidiſſent, aut aliter reſciſſent, eductũ quicquid inerat roboris ad quin-
decim millia Saracenos idoneis locis inſidiari curarũt. Redeunteſq; re confecta quarto
die Chriſtiani iter tuto emenſi,pontem amnis ad caſtra ducentem prope attigerãt,cùm
à fronte oppidani magna manus,& à tergo,à lateribuſq;,qui inſidiati fuerãt,eruperunt.
Tantaq; fuit impetentium moles,ut Bohemundo Comitiq; ſatis ac ſupra fuerit repenti-
na fuga in montẽ proximũ in expeditionibus ſe recipere,& ſubita in noſtris impeditio-
ribus ad mille uirûm cædes eſt cõmiſſa. Tuncq; illico in caſtris nõ magis ſolita & notiſſi-
ma Barbarorũ uociferatio inſultantium exaudita, quàm noſtrorum qui interficiebãtur G
eiulatio intellecta. Nec potuerũt in tam ſubita re quotquot caſtris inerãt nõ trepidare.
Animis tamẽ eueſtigio reaſſumptis Gothfredũ Bolonien.ducem cum ijs omnibus, qui
arma primi ceperãt,iuſſum eſt laborantib. pręſidio aduolare. Et iam hoſtes Bohemũdo
in montibus relicto, in caſtra irrumpere conſtituerãt, pontemq; occupauerant,quẽ ca-
ſtris urbi pariter proximũ noſtros obſidionis initio ædificaſſe docuimus. Plurimũ uerò
iuuit Gothfredum rei militaris peritia, quo factum ex optimis quibuſq; equitibus cu-
neum,cõfertiſſimos,qui pontem ultra citraq; & mediũ obtinebãt,hoſtes deturbare iuſ-
ſit. Quod illico magno urgẽtiſſimóq; conatu ut fieret,noſtri emittuntur, &prima cunei
acies in pontem incipit perrumpere. Multi infideles amnem inter & caſtra à fugiẽtibus
ſunt relicti,quos noſtri ex caſtris turmatim accurrẽtes cæde ſubita confecerũt. Cuneus
interim,in cuius frõte Gothfredus pugnabat obtinuit,& hoſtiũ multi partim in eo cęſi,
partim in fluuiũ ſunt deiecti. Potuitq; Gothfredus altera in amnis ripa magnã hoſtium
cædem edere:ſed animo totis conatibus in Bohemundi Comitiſq; S.Egidij adiutorium H
ferebatur:ut pro ſua accurrendi celeritate eodem in tempore hinc hoſtes offenderit,cę-
ſorum ex noſtris ſpolia legentes, capitáq; truncantes in urbem deferenda, inde Bohe-
mundum Comitémq; cum maiore copiarum parte ſaluos de ſuo aduentu certiores fa-
ctos,de mõte uiderit deſcendẽtes. Itaq; Gothfredus factam in noſtris cædẽ de hoſte ul-
turus,&tanquã deſideratis Chriſtianis infideliũ ſanguine perẽtaturus,quotquot ſpolia
bãt occidit,inter quos fuit Bacman Caſſiani regis filius natu maior. Dum his duobus in
locis ad pontẽ,& ad factam priorem in noſtris cędem res geritur,infideles qui extra ur-
bem erant multa armatorũ millia, alios Antiochia auxilio euocarunt, reintegratúmq;
eſt ad pontem prælium. Quo in tempore Bohemũdus & Comes ſuas Gothfredi copijs
coniunxerunt. Tribúſq; his ducibus ſtructa triſariam aciem rem gerere placuit, ut primã
Gothfredus,Comes S.Egidij ſecundam,tertiam duceret Bohemundus. Templum erat
Saracenorũ ritu,Machoni,ut illi uocant,deo dicatũ,à porta urbis,quam inde appellant
Machonariam, & pariter in noſtra perferente caſtra dimidio diſtans ſtadio: & cùm ad
pontẽ,ut diximus,pugnaretur, ſubſidia hoſtiũ cum uexillis ad Machonis ingẽtem uim

A ducum & præſtantiſſimorũ militum firmata, quicquid ſoli ad portam intercedebat Ma
chonariam compleuerant. Itaq; Gothfredus ad pontem rediturus, & ſi potuit ſecũdum
amnis ripã per ſagittæ iactũ ab hoſte remotus ducere, Saracenos maluit ad portæ ante-
muralia ſtãtes impetere, illiſq; deturbatis intra ꝓmurale, & ad circũducta ab initio bel-
li repagula cõfugientibus, in ſubſidia ad Machonariã hęrentia eſt delatus. Suſtinuit ue-
rò impetũ, atq; ad decem, quod una habet illorum legio, uexilla protulit Saracenus, ut
pedẽ referre coactus fuerit Gothfredus. Sed illico ſuccedens, unamq; ex duabus aciem
faciens S. Egidij Comes repreſſit hoſtẽ: pariter Saracenus alia ſubmittẽs decem uexilla
noſtros repuliſſet, niſi inſtans à tergo Bohemundus ſubueniſſet: pugnaq; atrox nullo
utrinq; quem cepiſſet locum deſerente committebatur: & illis ex utriſq; qui ad pontem
leui decertabant prælio, ad ſuos ſe recipiẽtibus, toto fermè Chriſtianorum infideliumq;
robore res eſt geſta. Sed tardiuſculè tũc qđ ſemper aliâs primo fruſtratus impetu cõſue
B rat Saracenus Turcúſue flacceſcere, accepit: nõ eñ prius ceſſere, & in fugam pẽdere cœ
perũt, q̃ Admirrhatis ſuis partim interfectis, partim captis, ſe ſine ducibus pugnare uide
runt. Fuitq; à noſtris non quidẽ fuga, ſed acie excedendi licentia laxior inchoata. Quod
dũ Chriſtiani duces captos Admirrhatos in caſtra duci curãt, nõnulli uulneribus, plures
labore confecti, data illis deducendis præſidia ſequebãtur. Cæſa ſunt eo die infideliũ ad
quinq; millia, ſeptem capta, in quibus duodecim fuerunt Admirrhati, regibus potẽtatu
pares, quos Babylonis Soldanus Antiochiæ præſidio immiſerat cõſeruãdæ. Ex noſtris
aũt præter primos mille, deſiderati ſunt quingẽti. Secundũ eam uictoriã de hoſte pera-
ctam, caſtellis quæ fuerãt deſtinata, excitandis duces intenderũt. Primumq; ad Macho-
nis templum ea ædificarũt ratione, ut quũ totum complecteretur templum, ad pontem
etiam ductis brachijs pertineret, eiuſq; cuſtodia Raimundo S. Egidij Comiti eſt com-
miſſa. Ad ulteriorem uerò urbis partem, quę caſtris auerſa mõti adhæret, uallis eſt ipſos
inter mõtes, ideo incolis armentiſq; tuta, quod nullus in eam, niſi per urbem mediã, aut
C extra ad Machonariæ portæ promuralia eſt acceſſus. Noſtri itaq; prędæ magis faciẽdę;
q̃ alia ducti cauſa eam in uallem ſub Antiochiæ mœnibus penetrarunt, & poſt factam
annonę, & armentorum, ipſorumq; mortalium in agris repertorum ingentem prędam;
inuentum in ea monaſteriũ in diruti olim oppidi ruinis ædificatum cõmunierunt. Qua
ex munitione, quod uſu poſtea eſt intellectũ, apparebat omnẽ urbis partẽ caſtris auer-
ſam undiq; clauſam reddi. Quumq; duces quẽ illi præficerent munitioni in cõcilio agi-
tantes, nullũ qui ſe periculo obiectaret inuenirent, Tãcredus Bohemũdi nepos maiori
ſolito auctus ſtipẽdio eam ſibi prouinciã aſſumpſit. Tantiq; fuit ea duo excitaſſe caſtel-
la, ut Caſſianus rex ob recens acceptũ in prælio incommodũ animo fractus, & ſimul oc
caſionem machinãdi doli quærere ſatagẽs, inducias petierit deditioni faciẽdæ, ut dice-
bat, præludiũ futuras: quæ tãto utriuſq; exercitus gaudio cõceſſæ acceptæq; ſũt, ut facta
potius deditio uidereť, noſtris in urbe, hoſtibus in caſtris liberiore cõfidentia cõuerſan-
tibus. Turbauit uerò eas Volonis egregij militis Gallici necis caſus, quẽ noſtrorũ mili-
tum uirtutẽ, ut fit, in colloquio extollentem Turci milites ſuffoderũt. Fortè per eas indu
D cias Pyrrhus quidam Antiochenus ciuis præſtantiſſimus geſtarũ à Bohemundo rerum
omni in Syria clariſſimarũ fama allectus, illum uidere, illum per interpretẽ alloqui cu-
rauit, adeoq; illius ſuauiſſimis moribus delectatus eſt, ut urbẽ ei Antiochiam dominio
ſubijcere ſit pollicitus. Sed Bohemundus quod publicum per deditionem breui futurũ
apparebat, ſuũ ut fieri quæreret, adduci nõ potuit. Inducijs poſtea, ut diximus, turbatis,
nuncios Pyrrhus occultos primũ, & poſt filium quem haberet unicum obſidẽ miſit, id
maxime orans, ut Bohemundus propriã tenendã dominio acciperet ciuitatem. Eaq; re
Bohemũdo cum moleſtia referente in cõcilio diſcuſſa, uicit cõcors ſentẽtia, Bohemun-
do duci prę̨ſtantiſſimo permittendã ſua uiri induſtria capiendã Antiochiam, quę ſi pu-
blica parta eſſet uictoria, ultro illi fuerit conferẽda. Igitur cõſtituta ad facinus nocte, Bo
hemũdus omnes Chriſtianorũ copias, quibus caſtrorum cuſtodia indigere nõ eſt uiſa,
per ſimulationẽ prædæ mõtanis faciendæ interdiu educit, & uallem proximã circuma-
ctus eſt, quouſq; ad noctem concubiam præmiſſi audaciores quiq; ſcalis, quas Pyrrhus
in ſummo ſuſtentaret muro conſcenderunt, & propugnaculis Chriſtiano munitis præ-
ſidio, porta urbis Pyrrhi cuſtodiæ commiſſa, noſtro equitatui eſt aperta. Ingreſſis An-

tiochiam Chriſtianis,in Turcos Saracenoſq; milites mercenarios eſt ſæuitũ,& cum pu- B
blico noſtrorum edicto uox una ubiq; audiretur parcendum eſſe ciuibus, omnis ſexus,
omniſq; Antiochenorũ ætas nullo lædente partim in montana, partim noſtra migrauit
caſtra.Nam cùm Caſſianus rex Admirabati Babyloniæ præſidio adiuuãte reſiſteret, in-
ermis multitudo inter pugnatores per noctẽ obuerſata periculis nõ carebat. Sed ꝙ pri-
mum illuceſcere dies cœpit, Caſſianus in mõtes confugit, & mercenarij Turci & Sara-
ceni arcis & ipſi cõfugio ſunt ſeruati:fuit uerò tãtus Caſſiani fugientis timor, ut uiã à no
ſtrorum cõſuetudine auerſam tenere neſciuerit,quẽ Armenij obuiũ obtruncauerũt: &
à noſtris eodem quo urbs capta eſt die, arcis expugnatio intentata eſt. Erat uero arx,ut
oſtẽdimus,celſo in mõtis ſupercilio munitiſſima,quæ noſtrorũ conatus facile redderet
inanes,ut nõ immerito ea in temeraria oppugnatione clades maxima ſit accepta,multis
mortuis, plurimis uulneratis:in queis fuit Bohemũdus, qui fœmur ſaucios aliquot dies
maiorib.& ſummè neceſſarijs abſtinere prœlijs eſt coactus.Poſtera die noſtro in ciuitate
exercitu quieſcẽte,qui de ſummis excubabãt mœnium turribus, puluerem clamauerũt F
denſiſſimum notiſſima noſtris qua primum uenerant uia ad ferreum põtem eſſe. Credi
tumq; eſt temerè,& uulgo acclamatũ,eſſe Alexium Cõſtantinopolitanum Imp.qui au-
xilio, ſicut ſæpenumero pollicitus fuerat, cũ copijs adueniret. Subito tñ eo ceſſante ru-
more, certi attulerunt Armeniorum nuncij Corbanã eſſe Perſarum regis militiæ princi
pem,qui maximo cõtractum ſtudio exercitum copias habentem innumeras tuiãda du
ceret Antiochia,& ſecum redire Senſadolum,quẽ Caſſianus pater ſolicitandum Baby-
loniæ Soldano per occaſionẽ induciarum proximo tẽpore, & ea ut cõſtabat cauſa cum
Chriſtianis cõſtitutarum Antiochia emiſiſſet. Prima uero in cõſpectu noſtrorum Cor-
banam ad pontem ferreum fecit caſtra, ijſq; poſtridie motis longiuſcula per mõtes cir-
cumactus uia arci ꝙ proxime acceſſit, quã Senſadolo iubẽte traditam nouis Saraceno-
rum præſidijs cõmuniuit. Meratus loco caſtra Corbanã ipſo aduentus die nõ minore ꝗ
noſtri prius temeritate uſus eſt.Immiſſis nanq; per arcem furentibus,& nullo ductis or-
dine copijs,Antiochiam recipere intentauit. Tanta uero facta eſt Barbarorũ ſtrages,ut G
iuſtum uideret exercitum eo die à noſtris cæſum: nec tamẽ ea ceſſit noſtris uictoria in-
cruenta,quin tam multi uulneribus debilitati ſunt,ut primo ꝗd ad arcis oppugnationem
acceptũ erat,hoc recenti accidẽte incõmodo,duces noſtri cõſtituere ſint coacti,nõ eſſe
prius cum hoſte,etiã laceſſante confligendum,quàm Bohemundus & cæteri uulnerati
poſſent prœlijs intereſſe.Omniſq; poſthac noſtrorũ conatus intẽtiore cura adhibitus,ut
arcem omnem ab urbis munitionibus per oppoſita repagula,ſucciſos lata foſſa meatus,
& muros alicubi excitatos excluderẽt. Suntq; locis idoneis caſtella,& propugnacula,cõ
tignationibus tabulatiſq; oppoſita,de quibus noſtri in ſtationes adhibiti eas munitiões
ab hoſtibus ſaluas redderẽt. Ea dum ſic geruntur,fama aduentus hoſtiũ exercitus Arme-
nios, Surianos,& cęteros noſtris fauere ſolitos,ab annona caſtris Antiochię importãda
deterruit,& ne importarẽt,curam iuſſit Corbanã diligentiſſimã habere.Quicquid uero
frumẽti,quod parum fuiſſe cõſtat,in urbe erat,breui eſt cõſumptum,ut fame noſtri opi-
nione celerius urgeri cœperint.Eratq; omnis leuandę illius ſpes in Imp.Alexio ſita,qui H
petitum ſępenumero cõmeatum mittere ſpoponderat,moueratq; domo illum nauibus
deferens.Et iam Philomenã oppidum applicuerat,cum uilis perfuga ſignorumq; deſer
tor Stephanus Carnoti comes,quem inter primarios expeditionis duces numerare cõ-
ſueuimus,illi obuius de noſtro exercitu actum,& omẽs quoſcunq; fames nõ cõfecerat,
hoſtili gladio cæſos,aut captos nunciauit.Quo enĩ die primum Corbanã cum maximo
exercitu illo Antiochię appropinquare uiſus eſt,multi ex noſtris ignaui homines,ſaluti
ut exiſtimarũt ſuę fuga cõſuluerũt,inter quos Stephanus ille à gẽus nobilitate famoſior
fuit. Factumq; eſt eo rumore ad maris litora perlato,ut quotquot mercatorũ naues fru-
mẽta adduxerant.portu & littore ad quod in ancoris ſtarẽt relicto,in altũ ſe receperint.
Et erãt profecto Chriſtianorũ in Antiochia res afflictæ,ut appareret omnia deſperatio-
nis plena propediẽ futura,niſi deus noſter Chriſtianorũ ſalutem tutelamq; ſibi eſſe cor-
di miraculo oſtẽdiſſet.Nanq; lancea,quæ Ieſu Chriſti latus in cruce aperuit per ſpiritalẽ
uiro religioſo factã reuelationẽ in S.Andreæ eccleſia eſt reperta:quo diuinæ profectio
nis ſigno in magnã ſpem erecti animis ducta cum hoſtibus cõfligere ſtatuerunt.Miſſiq;
ſunt

A ſunt Herlinus &Petrus eremita fide publica à Corbanã habita, qui prçliũ in tertiã diem
denunciãtes, illi ne detrectaret pro uirib. ſuaderẽt: cumq; is elatiſſimis uſus uerbis nõ ſa
tis annuere uiderẽ, uicit in noſtrorũ cõcilio ſentẽtia, educẽdas in aciẽ copias, ut aut ter-
ritus hoſtis fugiẽs, ſe tãta moleſtia, quæ haud ꝓcul ab obſidiõe aberat, liberaret, aut ſi cõ
flictũ iret, noſtri ꝑ uictoriã, quæ certa & in manib haberẽ, nõ minus Antiochiã redde-
rẽt pacatã, ꝗ omnẽ Syriã, ſicut breui uidebaẽ futurũ, nomini ſubijcerẽt Chriſtiano. Secũ
dũ quæ deliberata Podiẽſis epiſcop. ꝗd ſui officij fuit, oẽs noſtri exercitus mortales tri-
duo ieiunare, &unicę rei diuinę ſupplicationibuſq; uacare curauit. Qua aũt die hoſtẽ in
uadi placuit, quã ab aduẽtu Corbanã ſecũdã ſupra uigeſimã fuiſſe uidemus, partiti ſunt
duces exercitũ in ſex partes, ꝗbus eſſet legionib. appellatio. Earũ primæ Vgo magnus,
ſecũdę Gothfredus Bolionius Normãnus comes, Robertus tertiæ prçfuit: & in quarta
Podiẽſis epiſcopus prçter armatos cohortes ſuas, ſacerdotes quoq; tenuit, quib. etiã cu-
B ræ carmina pſalmiſtę geſtãti lanceã militi prçcinere: quintã legionẽ duxit Tãcredus: ſe-
xtam Bohemũdus cũ ſelectis, præter ſuas ex omni exercitu cohortibus ſubſidio cęteris
affuturus. Et comiti S. Egidij Antiochiæ cura cuſtodiæ demãdata. Moturũ uerò exerci-
tum & foras in planitiẽ exiturũ ſolẽnis ſacerdotũ, monachorũ & religioſorũ põpa præ-
ceſſit carminib. ſacris ꝓ ſalute &uictoria exercitus, preces ad deũ ſupplicationeſq; effũ-
dẽs. Occupauerat Corbanã cũ infideliũ exercitu à ſupremo mõtis uertice, ad quẽ arx ſi-
ta eſt, uſq; ad infimos colles planitiei ampliſſimæ cõtinentes, ab hiſq; collibus ad Farfar
amnẽ ab urbe recedentẽ cãpus duo millia paſſuũ intercedit, quãtoq; ab urbe Antiochia
recediẽ, eò cãpeſtris regio illa ab imis collib. ad amnẽ magis diffundiẽ. Egreſſi itaq; por
ta Machonaria Chriſtiani duces eũ oẽm cãpũ, ꝗ collẽ primũ & amnẽ ſub hoſtiũ ſtatiuis
magis ꝙ munitis caſtris intercedebat occupauere. Et Corbonã collis parte ſibi & prçto
rijs cohortib. ſuis retẽta, cæteras oẽs copias in cõtiguã collibus ab hoſte auerſis planitiẽ
deduxit, ut noſtris, ſi pugnare cũ illis uoluerint, conceſſũ fuerit ab amnis ripa in medios
C cãpos flexã aciẽ cõuertere. Prima aũt legio ſiniſtrũ cornu patẽtibus in cãpis faciẽs Vgo
nis magni fuit. Et ſextã quæ dextrũ eſſet cornu ſub colle, quẽ Corbanã inſederat, tenuit
Bohemũdus, ꝓximiq; fuerũt Bohemũdo Gothfredus, Vgoni Bodiẽſis epiſcopus, Co-
mes Normãnus Tãcreduſq; mediã aciẽ tenuere. Prius tñ ꝙ pugnari cœptũ eſſet, infide-
les, ala quæ in cãpos uergebat ꝙ lõgiſſimè extẽſa Chriſtianos dũ gererẽ præliũ à tergo
inuadere cõſtituerãt. Qđ cũ eſſet à noſtris illico intellectũ, ſumptis ab omni acie turmis
cohortibuſq;, ſeptimã legionẽ conflatã Rainaldo Bohemũdi cõmilitoni ducendã attri-
buerũt. Iſq; iuſſus extra cõſtitutũ principio ordinẽ in nouiſſimã hoſtiũ alã duxit, primus
omniũ Vgo magnus intulit ſigna, hoſtiſq; è regione oppoſitus, præliũ detrectauit. Secu
tus uero eſt ꝗ proximus erat Podiẽſis epiſcopus, &ſubinde Gothfredus ſuis quiſq; locis
rem acriter gerẽtes: maior tñ in Gothfredũ uis hoſtiũ incubuit, ut Bohemundus ſuppe-
tias illi afferre ſit coactus, in quẽ illico pari penè impetu totũ Corbanã exercitus robur
deſcẽdit. Fuit eo die cernere, ꝗd duo prçſtãtiſſimi duces Gothfredus &Bohemũdus fa-
ma omñi ea expeditiõe celeberrimi ualerẽt. Erat eñi maior hoſtiũ moles, ꝙ cui ut reſiſte-
D rẽt idonei uiderenẽ. Et pugnãtes in medio proximi illis Tãcredus Comeſq; Normãnus
à ſuo & ipſi prementis hoſtis põdere laborabãt. Acciuerat uero Vgonẽ præſidio Bohe-
mũdus. Sed is moturus ſeptimã uidẽs legionẽ à longa hoſtiũ ala premi, in illius ſuccurſũ
pẽdebat, cùm iterũ & itẽ tertio ad Bohemũdi Tãcrediq; ſuppetias uocatus acceſſit. La-
borauerũt tres ſimul iuncti duces, ut dum pari penè fortuna cędes utrinq; in Chriſtianis
Saraceniſq; maxima cõmittiẽ, locũ poſſent retinere, quibus uel leui momẽto gradu de-
turbatis extrema ſors ad internecionẽ fuerat ſubeũda. Sed dum ea utrobiq; audacia, ea
fortitudine pugnaẽ, flãma ignis in colle, quẽ Corbanã tenebat de arenti ſtipula in id ꝑa
rata emicãs, noſtros ꝗd ea ſibi uellet ignorãtes terruit. Et ijs ꝗ montẽ tenebãt arduũ infi-
delibus illico uiſa flãma, rapidũ mouẽtibus in noſtris trepidatũ eſt legiõibus, unoquoq;
pari iudicio exiſtimãte integras fore hoſtiũ copias, quib. feſſi reſiſtere nequiuiſſent. Sed
quod poſtea à captis magnatibus eſt ſcitũ, iuſſerat deſcẽſurus in collẽ Corbanã, agaſo-
nes, quibus impedimẽta eſſent cõmendata, ꝗ primũ ipſe uictoria deſperãs, eo ſignificaſ
ſet incẽdio, emigrare. Noſtris ideo ſe magis ſolito cõtinentibus, hoſtes pariter oculis in
ignem & Corbanã principis ſui prætoria intẽti ſe cõtinuere. Sed tamẽ Raimũdus cum
ſeptima legione præliũ nullatenus intermiſit, cuius tulit fortuna, ut dũ alã illi oppoſitã

princeps Corbanã, & remotior eſſet, primã omniũ in mõtes reuocat, ille principio ſen- E
ſim recedentes inſecutus in fugã cõuerterit, qua cõſpecta fuga multitudo omnis pariter
à ſuo principe reuocata, dum in receſſum penderet, fœdiſſimam cõmiſit fugam: tum no
ſtri inſtare territos, fugienteſq́ interficere, hoſtiſq́ nullã niſi in mõtis & arcis receptione
ſpem habere. Corbanã ipſe noſtros in montẽ ſuccedere cernens, cõtrà ac cõſtituerat, in
planiciẽ uel ea ratione deſcendit, quod ſua cohors prætoria uelocibus equis, uelociori-
buſq́ camelis & dromedarijs uſa impeditis in mõtium itineribus ſecum periclitatura ſit
uiſa, nec prius deſtitit fugere, q̃ ad pontẽ ferreum eſt perueniũ. Qua in fugæ cõuerſione
à mõtibus arduis ad planitiẽ facta deſtituti ſunt omni ducis præſidio Saraceni, ut paucis
iumentorũ uelocitate prolapſis, cætera multitudo, & quidẽ ingens paſſim à noſtris, &
nullo cum periculo fuerit intercepta. Quinetiã agaſones cum impedimentis priuſq́ ſe
in tuta recipere potuerint intercepti ſunt. Fuit uerò noſtris animus fugientẽ Corbanam
inſequi, ſed ueſpertino iam faceſcente crepuſculo deſinere ſatius eſt uiſum. Cædem eius
diei factã in hoſtib. quã ingentẽ fuiſſe cõſtat, omes ſcriptores in centũ millia referũt: nec F
potuiſſe tenemus tot in mõtis cõuallibus, tanta camporũ planitie diſperſam certo recẽ-
ſeri numero eam cadauerũ multitudinẽ. Reuerſi in urbẽ læti ouãteſq́ duces altero haud
quaq̃ leui gaudio ſunt affecti, quod Admirrhatus arci præfectus, ea Bohemũdo illa no-
cte dedita, Chriſtianus eſt factus. Id ſolum in faciẽda ditiõe pactus, ut qui ex coborte
ſua fidẽ Chriſti nollẽt ſuſcipere, cum rebus ſuis abire permitterenť. Poſtera die cum pu-
blico edicto ſpolia eſſent lecta, inſpectaq́, ut æquali facta partitione, duces pro attribu-
tis ſibi quiſq́ legionibus ſortirenť, reperti ſunt præter mularũ, aſinorum, equorũ, & alio-
rum animalium numerũ ingentẽ cameli quindecim mille. Tãta item fuit annonæ in ca-
ſtris ſtationibúſue hoſtiũ repertæ copia, ut abundãtiora urbe Antiochia ac plane rerum
omniũ opulẽta ſint reddita. Rebus Antiochiæ ad eam tranquillitatẽ nono tandẽ mẽſe,
poſtq̃ obſideri cœpta eſt perductis, cẽſuerũt in cõcilio duces mittendũ ad Alexiũ Imp.
oratorẽ, qui illã offerret ſuo ipſius arbitrio poſſidendã, & ut legationi accederet autori-
tas, Vgo magnus orator iuit, Alexiuſq́ ſibi conſcius, q̃ malè promiſſiones expeditionis G
ducibus factas ſeruaſſet, & proinde aliquẽ ſubeſſe tãtæ urbis traditiõi dolũ ueritus, eam
accipere renuit. Qua ex legatione tam infelici, q́ indebita id maximũ noſtri acceperunt
incõmodum, quod Vgo magnus febre correptus, Cõſtãtinopoli tũc obijt. Eaq́ amiſſi
præſtantiſſimi ducis dolori indignitate accedẽte, quã noſtri à reſponſione Alexij con-
ceperãt, factũ eſt, ut palàm dicere occœperint omnes fidem, quã nec ſeruauerat, nec ſer-
uaturus uidereť Alexius, nequaquã illi ſeruandã eſſe. Actũ exinde eſt in cõcilio, ineun-
da ne tunc temporis eſſet in Hieroſolymã expeditio. Per menſem uerò Iulium qui tunc
erat, perq́ futuros Auguſtũ & Septembrẽ ea in regione qua iter eſt ab Antiochia Hie-
roſolymã ſolis ardoribus exuſta, raræ nimis & tenues ſunt aquæ, & quod eſt cõſequens
herbæ in iumentorũ exercitus pabulũ defuiſſent. Vnde edictũ, ut diuiſos per oppida &
caſtella milites ſinguli dimitterẽt duces, Calendiſq́ Octobris oẽs in profectionẽ parati
Antiochiæ adeſſent. Ad eius habiti cõcilij diẽ Podiẽſis epiſcop. febre correptus ex cau-
matibus cõtracta, Kal. Auguſti interijt. Nec tamẽ interea Saracenos noſtri quietos eſſe H
ſinebãt, quin ad remotas regiones, & quæ prius quietæ fuerãt penetrãtes, captiuos præ-
damq́ abigebant, comeſq́ S. Egidij urbẽ aggreſſus Albariã oppugnauit, & cùm capere
nequiuiſſet, oẽs in illius agro captos mortales, q́ ſacro perfundi baptiſmate noluerũt, in
terfici iuſſit. Interim Chriſtianę expeditionis duces, & ad præfixum Kal. Octobriũ diem
Antiochiæ cõuenerunt, nõ tamen qua ſperabať celeritate profecti ſunt, q̃d nulla magis
cauſa aut ratione alia factũ uidetur, q̃ quia multi aduenerãt ab Europa milites, quib. ar-
ma, equos & ueſtẽ dari oportuit, & interim multi ad urbes oppidaq́ & caſtella, in quib.
æſtiua duxerãt reuertebanť. Cum Kal. Nouẽbribus iam propinquãtibus duces cõſtituiſ
ſent eſſe proficiſcendũ, Bohemũdus in procerum cõcilio, ac multitudinis cõuentu An-
tiochiã ſolẽni formã, ſicut promiſſum fuerat, ſibi poſtulauit permitti, cæteriſq́ omnib. fa-
cile cõſentientibus S. Egidij comes inuidia, ut uideť ductus reſtitit. Eo maxime prętẽſo
recuſationi colore, quod ea ciuitas in uim iuramẽti quo Bohemũdus Alexio Imp. Con-
ſtantinopolitano omnẽ obligauerat expeditionẽ, illi uel inimico homini debereť. Qua
in cõtrouerſia cũ diu principes altercarẽť, nec Bohemũdũ deſereret multitudo, obtinue
rũt expeditiõis epiſcopi, abbates & ſacerdotes eã partim aſſenſu ſibi cõmitti ex arbitrio
terminan-

A termínādā.Cōceſſerūtꝗ oēs in baſilicæ S.Petri ſacellū cathedra ueneratū,qua princeps
ipſe apoſtolorum Antiochenus patriarcha cōſueuerat inſidere. Et hūc maxime in mo-
dum ſedandā tollendāꝗ eam cōtrouerſiā cēſuerūt,ut Bohemūdus princeps Antiochię
declaratus,caſtra quēadmodū antea cū copijs uſꝗ ad cōſummatā uictoriā ſequeret̃,co-
mes uerò S.Egidij eadē qua cęteri principes &expeditionis primarij religione iuramē-
tí ſolutū ſe aut obligatū eſſe ęquanimiter toleraret.Secundū id latū arbitriū cōuentu ſo-
luto, Raimūdus S.Egidij comes Caſſiani palatiū in Antiochia ornatiſſimū ſimul & mu
nitiſſimū:q̃d à capta urbe inhabitaſſet,armatis cōpleuit.Et poſtridie cęteris omnibus in
profectionē parantib.ipſe omniū primus, pręmiſſas cohortes ſuas eſt ſecutus.Tādemꝗ
ad quartū ꝙ Antiochia erat capta,mēſem diēꝗ octauū prima is exercitus ad pacatā ſub
ditamꝗ urbē Rugiā fecit caſtra,binis inde caſtris in Albariā eſt ductū: quā urbē natura
loci mœnibuſꝗ munitiſſimā Saraceni magnis impoſitis præſidijs retinere, noſtri cape-
re obſtinatis animis cōſtituerāt. Cūꝗ biduo dura in hoſtes extra portā cōgreſſos prælia
B eſſent cōmiſſa,egerūt in cōcilio duces extructis machinis nō priuſꝗ̃ parata uictoria ex-
pugnationibus deſiſtēdū, cōportataꝗ materie aries factus & turris lignea eſt fabricata.
Delectauit uerò nos Robertū uidiſſe monachū, q̃ ſcriptor interſuit,eas deſcribere ma-
chinas in hūc modum.Fuit aries trabs lōga,ferrato capite,quā funibus appēſam milites
crebris ictibus in murū agebāt:& turris lignea triū cōtignationū,rotis ad imū impoſitis
ab armatis militib.ducebat̃: qua muro appulſa turres mœniū ęquāte milites q̃ cōtigna-
tionibus inerāt cū hoſte cominus decertabāt.Extruxerāt uerò hoſtes machinas,quibus
ſaxa in noſtrorum opera iecerunt,& igne materiā corrumpere ſunt adniſi.Fueruntꝗ ex
Chriſtiāis multi,quos ea duxit audacia,ut terni quaternìue de quib.pugnabāt tabulatis,
in hoſtiū turres mœniaꝗ inſilirēt, quos Saraceni partim crebro pūctos ictu in noſtrorū
ad iā muri cōglobatorū capita deturbarūt. Poſtꝗ̃ iā à noſtris animaduerſū eſt, eā patere
ad urbis ingreſſū uiā, multi ſimul & meliores quiꝗ cōglobati in mœnia à tabulatis deſi
lierūt,à quib.ſuperati hoſtes,& præcipites ſūt deiecti.Noſtriſꝗ ſupiore muro potitis la
C bātia arietis ictib.inferiora muri nullo ultra defendēte faciliter ſūt apta.Primus aūt om-
niū Bohemūdus cū ſua legiōe ingreſſus, ciues accuratiſſimè cōuocatos in turri mœniū
apturæ ꝓxima,magnā uim mortaliū ſaluos reddi curauit.Cęterū in turbā ciuiū æquè ac
pręſidiorū à noſtro exercitu eſt ſęuitū,uel eo maximè ꝙ nullus eſt inuētus,q̃ ſalute ac li-
bertate ꝓpoſita Chriſtianus eſſe uoluerit.Albaria ciuit.ſpoliata miſit Antiochiā Bohe-
mūdus ſeruatos in ea mortales,&cū Raimūdo S.Egidij comite iterato egit,ut pacē illius
ac expreſſo cōſēſu poſſet Antiochiā retinere,Raimūdoꝗ ſolito maiore uerborū inſolē-
tia denegāte,redijt cū copijs Antiochiā Bohemūdus.Reliquū q̃d erat exercitus in Alba
ria māſit,ubi obijt epiſc.Aurīēſis. Erat uerò tūc hyēs media, atꝗ ad duodecimū Decēb.
ſolēni dñico die ea urbs capta fuerat,quā ꝑ tēpeſtatē cōuehēdis cōmeatibus incōmodā
fames uel ea ratiōe breui exercitū inuaſit,q̃a repertā in urbe annonā milites ea in direp-
tiōe corruperāt.Quā famē Robertus adeò per trigintaquatuor dies,quib.ibi fuit exerci
tus,inualuiſſe dicit,ut cadauerib. infideliū nōnulli ueſcerent̃. Medio itaꝗ Ianuario cum
D inde migrādū famis aſperitas ſuaderet,Rugiā duces rediere.Accerſitoꝗ Antiochia Bo
hemūdo,tētatū eſt in cōcilio,ſi aut Raimūdus de ſolita cederet ꝑtinacia,aut eo etiā ꝑſe-
uerāte uellet expeditiōi Bohemūdus,ut cōſueuerat intereſſe:ſed uirū fortē & pręſtātiſſi
mū ducē Bohemūdū rei indignitas,& ut prædicabat inaudita ęquè ac ignaui ducis inſo
lētia,durū rebellēꝗ reddiderat.Fuit ea diſſenſio Chriſtianæ expeditiōi periculoſiſſima,
ꝙ ſeceſſiōe facta Gothfredus Bolionius,&Flādrenſis comes Bohemūdū in Antiochiā
ſunt ſecuti:& quos uictoriæ ſpes auiditaſꝗ nō duxiſſet, Raimundum S.Egidij,& Nor-
mannū comites ad res gerēdas fames attraxit.Duo nāꝗ ij duces copijs haudquaꝗ̃ con-
temnēdis Cæſaream cōceſſere urbē Capadociæ,cuius rex Saracenus Antiochiæ & Al-
bariæ urbium calamitas exēplo territus, noſtrorū amicitiam bello multum, ut rebatur,
periculi habituro prępoſuit. Prætergreſſi Cæſareā Chriſtiani,uallem ingreſſi ſunt ferti-
liſſimā,in qua animaliū & omnis cōmeatus copia eſt reperta.Ex qua cum annona onù-
ſti exceſſiſſent Caphaliam peruenerunt ,quā urbem incolæ perterriti deſeruerāt. Pari-
terꝗ quacunꝗ incedebant locis quantumuis munitis oppidani prius migrabant,ꝙ no-
ſtros uidiſsēt ſuis mœnibus appropinquare. Iā uero appetebat uer,& glorioſæ uirginis
purificationem noſtri in ualle urbi Camelæ contigua celebrauerāt, quum eius urbis re-

gulus pace per oratores impetrata, noſtros pecunia & ueſte iuuit. Quo motus exēplo A
Tripolis regulus pacē & ipſe à noſtris ſupplex orauit. Sed Raimūdus S. Egidij comes,
quē Bohemūdo inuidebat affectās principatū, in Tripolim mentē oculoſq; cōiecerat. I-
taq; petitæ à Saraceno paci, cōditio omniū duriſſima, ut Chriſtianus fieret, eſt appoſita.
Quā ob cōditionē cū om̄is ſpes pacis ceſſaret, deſederūt ad eā urbē dies XV. Chriſtiani,
& cùm nulla nedū capiēdi, ſed nec oppugnādi occaſio ſe offerret, progreſſi Archas op-
pidū obſederunt: in quod natura loci munitiſſimū multus cōuenerat indigenarū popu-
lus, & cū intētata ſępius expugnatio nō ſuccederet, diuiſis bifariā copijs, comes Normā-
nus eam cōtinuauit obſidionē, Raimūdus in Tortoſam duxit. Per quod tēpus q manſe-
rant Antiochię duces Gothfredus, Bohemūdus, & Fladrēſis comes ex hybernis ꝓfecti,
iter ad Hieroſolymā ſunt ingreſſi: diuerſa qua iuerāt primi uia, ſinguli eūtes primi ad Ly
ciā unà in caſtra copias cōiunxerūt. Quo in loco Bohemūdus certior eſt factus Raimū-
dū, ab illo quē hyeme pręterita habuerat ſucceſſu, factū eſſe ſolito elatiorē. Quare pru-
dēs uir ęquè ac probus dux Bohemūdus, ne aliqd eorū ſimultas incōmodi Chriſtianę af B
ferret expeditiōi, Antiochiā cū ſuis copijs eſt reuerſus. Gothfredus uerò & Flandrenſis
comes Gibellū delati urbē ditiſſimā obſederūt: qd quidē S. Egidij comiti opportunè ac
cidit. Nā cū ad primos obſeſſæ Tortoſæ dies, multiplicatis noctu ignibus Chriſtianorū
exercitus metū Saracenis & Turcis præſidio immiſſis incuſſiſſet, nullus hoſtium extra
portā cōgredi eſt auſus: q̄ primū uero paucitas obſidētiū intellecta eſt, parabāt eas quæ
urbi inerāt, & diſperſas per agri caſtella copias Tortoſam accire, in noſtrorū quos iam ꝓ
uictis cęſiſq; habebāt copiolas ruituri. Id cùm à captiuis intellectū eſſet, Gothfredū Flā-
drenſemq; comitē Raimūdus opē ſubitariā implorauit, duceſq; tantiſper morati, quoad
Gibelli regulo petitā cōcederēt pacē, Tortoſam rapidū fūt delati: pariterq; Normānus
comes à Raimūdo rogatus, Archas obſidione relicta ſupperias illi attulit. In eūq; modū
expeditiōis duces unis caſtris rē gerere denuo incœperūt. Lōga uero fuit Tortoſę obſi-
dio, tres utpote mēſes diē unā cōtinuata, in qua ſanctū paſcha reſurrectionis dominicæ
celebrarūt. Deinde om̄i poriūdi ſpe ſublata ad urbē Tripolim acceſſere, & pacē ſupplici C
illius regulo his dederūt cōditionib. ut præter ueſtē, arma, pecuniā, & copioſiſſimū cō-
meatū exercitui præbitū capta Hieroſolyma, qd fuerat pollicitus, fieret Chriſtianus. Po
ſtera die Non. Maij quarta, breuiore licet, aſperiore tn̄ per mōtes uia Hieroſolymā pete
re incœperūt: primiſq; caſtris Bethelō oppidū arduo in mōte ſitū eſt peruentū. Secūdis
ad urbē Zeparim, in cuius finib. ab aqua laboratū eſt. Tertijs ad flūmē Braim. Inde per
calles arduū ſuperātes mōtem ab hoſtiū impetu timuerūt. Et cū nullus uiſus eſſet hoſtis,
poſtero die quintis caſtris Baruthū urbē maritimā ꝑuenere: & iubinde ad Sagittā, poſt
ad Surrū, dehinc ad Acrū ſingulis caſtris eſt deſcenſum, petēteſq; per diē, quæ ſecuta eſt
itineri inniti, nonū oppidū Caipbas nomine, tandē die decima Cęſareā applicuere, mari
timā urbē inclytā Palæſtinæ, quā beatus aſſerit Hieronymus Byrgos olim, id eſt, Strato
nis urbē appellatā Herodem cōtra fluctus maritimos inſano extructā opere de Auguſti
Cæſaris Octauij nomine Cęſareā appellaſſe. Morati apud eam dies duos, tertio Ramo-
las adeuntes, eam inuenerunt metu à Turcis Saraceniſq; deſertā. Exinde motis de tertia D
uigilia caſtris ſex progreſſi paſſuum millia, ſole uix dum orto primū urbis Hieroſolymę
mœnia proſpexere. Videres uerò tūc uarios ſummo in gaudio motus, pars clamores in
cœlum attollere, iubilis pars & cāticis optimū maximū Ieſum uenerari: pars lacbrymis
ubertim in genas fluentibus ridēs, in faciemq; proſtrata ſanctā urbem, ſanctū ueneran-
dumq; ſepulchrū dn̄i ſalutabat. Ea autē urbs in Palæſtina Syriæ regione arduo in mōte
ſita, mōtibus pariter arduis circūdatˉ, nec flumina intus aut proximo in agro, nec ſontes
habet præter unicum Syloe amnē tenui, & quādoq; per æſtatē nulla fluentem aqua, qui
mōtem Sion radēs, uallem Ioſaphat mediā ſecat: quam ob aquarū neceſſitatē, ciſternas
aquā cōtinentes pluuiā intus & extra, ager multas & ꝓpè infinitas habet. Pertinet autē
eius ager ad uarias gētes Chriſtiano nomini inimicas. Nā Arabes, Moabitæ, & Ammo-
nitæ ab oriētali plaga: Sedumei, Ægyptij, & Philiſtęi à meridionali plaga: & maritimæ
ciuitates Ptolemaida, quæ & Accō, Tyrus & Tripolis ab occidentali: Tyberiaſq; Cęſa-
rea Philippi, regio Decapoleos & Damaſcus à ſeptētrionali in̄ Hieroſolymitanos fines
ſpectāt. Itaq; q̄ primū ad Hieroſolymæ mœnia portaſq; uentū eſt: nihil antiquius duces
duxere, q̄ urbe in circuitu luſtrata, metādis q̄ opportunè caſtris loca ducib. exercituiq;
diuidere

A diuidere. Primumꝗ ad ſeptẽtrionalẽ locũ Normãnus & Flãdrenſis comites ſunt ſortiti
iuxta S. protomartyris Stephani baſilicã, quo in loco à Iudæis fuit lapidatus. Secũda ad
occidentẽ firmãda caſtra Gothfredo & Tãcredo Bohemũdi nepoti obuenerũt. Et tertiã
ad meridiẽ S. Egidij comes in mõte Siõ cepit, baſilicã cõplexa glorioſæ uirginis ad cœ-
naculũ ædificatã, in quo ſummi admirãdiꝗ myſterij cœnã dñs Ieſus cum diſcipulis mã-
ducauit. Caſtris magna diligẽtia cõmunitis, crebra ꝑ ſingulos dies prælia ſunt cõmiſſa.
Vrbi nãꝗ populo frequẽtiſſimæ præſidia Soldanus & magna & electiſſima impoſue-
rat. Quod tñ duces Chriſtiani nullũ Aſiatica in expeditiõe illa uehementiorẽ periculo-
ſioreꝗ hoſtẽ annonę penuria & fame paſſi fuerãt, cõuehẽdis undiꝗ cõmeatibus priorẽ
omniũ, diligẽtioremꝗ adhibuerũt curã. Sed cùm adiuuabat mare, tum maxime certius
anni tẽpeſtas auxiliũ, ꝗd ad Maij menſis finẽ, ꝙ tunc erat in regione ſegetes flaueſcebãt.
Addita tñ ſunt à noſtris agri Hieroſolymitani caſtella, & multis deditiõe facta, cõmea-
tũ præbẽtibus, plurimis ui captis ſpoliatis, magna in caſtris uiguit abũdãtia. His curatis
B rebus oppugnationi mœniũ duces magnis conatibus intenderũt, caſtellaꝗ primũ omĩ-
bus in caſtris pari mẽſura, pari ſtudio excitari cœpta. Sed dum materia cõportatᷣ, dũ fa-
bri & adhibiti milites moliunᷣ, cepit ſolis deputatos armorũ uſibus milites libido, quib.
ſe hoſtis tuercĩ animis pertentandi: & die Non. Iulij quarta pluteolis minoribuſꝗ uineis
ad mœnia eſt ſucceſſum: etſi uerò tela, ſudes & ſaxa ſupernè ſũt dimiſſa, nullus tñ hoſtiũ
extra portam rem cominus gerere auſus fuit, quin ſcala quę noſtris fortè unica tunc fuit
muro adacta, tres noſtrorũ alter poſt alterũ aſcenderũt, tenebãtꝗ muros: & ſi maior fuiſ-
ſet ſcalarũ uis, ut aſſolet, adhibita, facile tunc fuit in tanta hoſtiũ negligẽtia urbẽ capere;
ſpõte enĩ ſua noſtri potius deſcẽderũt, ꝙ̃ ab hoſte fuerint deturbati. Caſtellorũ itaꝗ per-
fecto opere placuit, ut è re militari uiſum eſt una eademꝗ nõ magis die, ꝙ̃ hora, tribus ut
erant caſtra locis oppugnare: & tñ ſigno ad aurorã dato primi Gothfredus, Euſtachius,
& Balduinus fratres, caſtello ad mœnia perducto pręliũ inierũt. Secũdus Normãnus, &
paulo poſt S. Egidij comites, ſuas & ipſi machinas admouerũt. Excitauerãt etiã ecõtra
C Saraceni repellẽdis conatibus multa mœnibus tabulata, & corrumpẽdis igni, ferróue;
aut graui ſupernè demiſſa mole Chriſtianorũ operibus multa fuerãt machinati. Sed ca-
ſtellis, ꝗd illi ꝓhibere nequiuerũt, appulſis par utrorũꝗ intus extraꝗ cõdi. io fuit, ut ſola
in militũ uirtute pręlij mãſerit uictorięꝗ diſcrimẽ. Ceſſit uerò Saracenis Gothfredo re-
pugnãtibus in cõtrariam intẽtionis partẽ magnus, quẽ defenſioni fecerãt apparatus, ꝙ
dum acriter pari utrinꝗ certamine de ipſis operibus pugnatᷣ, miles Chriſtianus in hoſtis
tabulata deſiliẽs pedẽ illũ & plane gradũ referre cõpulit: quo ſẽſim primo, & poſt breui
rapidũ depulſo, noſter Chriſtianus miles mœnib. & ꝓpugnaculis eſt potitus. Probè pa-
riter à Normãni comitis legionib. res eſt geſta, nec tñ murũ ipſe aut ꝓpugnacula potuit
capere. Et S. Egidij comes locũ nactus, turri Dauid proximũ, etſi caſtellũ muro adegit,
leuem cum hoſtib. cõmiſit pugnã, ꝙ ſuus miles declinãdis, quæ à turri ſupernè demitte-
banᷣ, telis ſaxiſ'ue occupabatᷣ; & tñ ubiꝗ atꝗ utrinꝗ omnibus in oppugnationis locis
cædes maxima cõmittebatᷣ. Iam uerò inchoatũ mane ſummo præliũ, nulloꝗ intermiſ-
D ſum momẽto, in meridiẽ protractũ erat, cũ Balduinus Bolonius Gothfredo impellẽte,
eadẽ qua Saraceni in mœniũ tabulata cõſcenderãt ſcalarũ cõtignationumꝗ uia fortiſſi-
morũ militũ ſtipatus turma in urbẽ deſcẽdit, & alios ruẽtes Gothfredus pręcipites cõti-
nuo immittebat. Ad quẽ Balduini deſcẽſum tãtus eſt factus Saracenorũ Turcorũꝗ cõ-
curſus, ut de noſtris actũ eſſe apparuerit, niſi Gothfredus telis in Saracenos ſudibus & ſa-
xis, quę mœniũ defenſioni à Hieroſolymitanis parata fuerãt uſus, illos ſupernè ab omĩ-
bus quę murũ & ꝓpugnacula cõpleuerat multitudine peti curauiſſet: à quib. ictibus deſup
uenientib. maxima in malè armata hoſtiũ gẽte occiſio eſt cõmiſſa, cùm tñ parẽ & propè
maiorem ederet Balduinus. Interim Euſtachius inferiorẽ perrumpere murũ aggreſſus:
haudquaꝗ tantũ profecerat, ut uix binis terniſue peditibus pateret aditus. Quamobrẽ
Gothfredus omĩ ſpe uictorię in Balduino cõſtituta, quicꝗd ſuo exercitui inerat roboris
ad illũ ſcalis deſcẽdere iuſſit. Qui ſtructa acie in proximã ducẽs portã, dum ad uiarũ exi-
tus in hoſtes animis conſternatos repugnatᷣ, refracta ui porta omnẽ admiſit exercitum.
Cũ captã eo in loco urbẽ clamores eiulatuſꝗ ſignificarẽt, S. Egidij comes ammirrhatũ
turris Dauidis, quæ amplæ arcis munimenta haberet, & ſubiectæ urbis portæ cuſtodiæ
deputatum

deputatum blandè appellãs, pellexit ut arcem cum gaza à ciuibus importata ſibi dedẽs E
ſaluus cũ ſuis omnib. demigraret. Alia uerò duci Gothfredo mẽs, alius fuit animus: pro-
ſternendo em̃ hoſti & ulciſcẽdo Chriſtianorũ ſanguini, quẽ gens impia cum ſępe aliàs,
tum ea die fuderat, totis uiribus incubuerat: & ſe Gotbfredo Normannus Flandrenſiſꝗ
comites cũ legionibus adiunxerãt: q̃ tres ſimul iuncti duces urbe iam planè capta, & in-
uentis quibuſꝗ hoſtibus interfectis ad tẽplũ Salomonis duxerũt, in quod ciuitatis præ-
ſidiorumꝗ maxima pars cõfugerat. Eo autẽ in tẽplo ſe biſariã diuiſerãt infideles, quòd
præſidiorũ ciuitatiſꝗ primatĳ ſuperiorib. occupatis, ſcalarũꝗ meatibus occluſis multi-
tudinẽ in infimis deſtituerãt. Ingreſſi itaꝗ templũ noſtri patentibus ualuis plenam pu-
gnam inierunt ſolito duriorẽ, infidelibus nõ magis ſe ut tuerẽtur, quàm ne inulti more-
rentur, omnia in noſtros audẽtibus: tam multi tamẽ irruebant noſtrorũ alter poſt alterũ
globi, ut etſi par erat uictorũ uincẽtiumꝗ cædes, noſtro exercitu pro ſuccedentiũ multi
tudine ſemper integro, oẽs illi ad internecionẽ fuerint occiſi: quã fuiſſe tantam cædem
refertur, ut qui ſolido terſoꝗ prius in pauimẽto melius q̃ apertis in campis cõſueuit, cõ- F
ſeruabatur cruor, pugnantiũ talos altitudine ſuperaret. Potiti imis tẽpli duces, cùm iam
obtenebraſceret, receptui canẽtes in publica urbis ſe cõtulere, edictoꝗ tubis ubiꝗ per
urbẽ cõclamato præda om̃is militi cõceſſa, & deſæuiri in barbaros ſeuera admonitione
prohibitũ. Poſtridie cùm ad ſuperiora templi expugnãda reditum eſſet, ciuibus miſera-
bili uoce planctuꝗ ſupplicãtibus, per eos præſidiorum primoribus eſt conceſſa uita. In
*Anno ſalutis* huncꝗ modũ Hieroſolyma à Chriſtianis capta eſt idib. Iulĳ nono & nonageſimo ſupra
1099. milleſimũ ſalutis anno, & trigeſimonono die poſtq̃ cœperat obſideri, q̃ annus fuit qua-
gringẽteſimus nonageſimus, poſtquã Heraclĳ Imp. tẽporibus ea ciuitas à Saracenis fue
rat poſſeſſa. Potiti templo duces urbis & illius purgatione à cadaueribus Saracenis in-
iuncta, exuerũt arma: & ad ſanctũ domini ſepulchrũ cernui, uel potius repẽtes perrexe-
re. Idẽ fecit omnis Chriſtianorũ multitudo, pulchrũꝗ fuit cernere ſumma in lætitia, ſum
ma in omniũ exultatiõe irrigatas fluẽteſꝗ lachrymis ſingulorũ genas, laudes, hymnos,
pſalmos, certatim cum presbyteris & clero populus decãtabat. Petiti poſtea latebris ꝓ- G
deũtes Chriſtiani numero pauciſſimi Hieroſolymis habitare cõſueti: quibus oſtẽdenti
bus, ubi dñs Ieſus in horto captus, ubi uerberatus, ubi paſſus, ubi deinde obuerſatus, &
demũ aſcẽdit in cœlos, didicit omnis populus. His per octo dies ſumma deuotione obi
tis ſpiritalibus gaudĳs, de rege ubi dãdo agi cœptũ. Quã ad creationẽ cùm omnis con-
ueniſſet Chriſtianorũ exercitus, nec uota ſcrutari, nec ſuffragia iniri oportuit, qđ illico
Gothfredũ Bolioniũ regẽ nõ magis multitudo omnis, q̃ ipſi duces acclamauere. Geſta
tus itaꝗ ducũ humeris ad ſacroſanctũ domini ſepulchrũ Gotbfredus, inter miſſarum ſo
lennia accuratiſſimè celebrata rex Hieroſolymitanus eſt appellatus. Sed is uir eximius
dominiũ urbis, qđ tanta principũ populorũꝗ Chriſtianæ expeditionis cõcordia obla-
tum erat, accepit. Regni uerò titulũ & inſignia ideo ſe nolle dixit, ꝙ indecẽs nefariumꝗ
duceret diadema aut eũ peccatorẽ homũcionẽ capiti imponere ea in urbe, in qua ſalua-
tor mũdi ęternus rex ſpineã ſuo ſacratiſſimo madẽtẽ ſanguine coronã geſtaſſet. Eodẽꝗ
in loco ad octauã poſtea diẽ uinculorũ beati Petri ſolennitate feſtã Arnulphus presby- H
ter patriarcha eſt creatus, & ab epiſcopis qui exercitui inerãt cõſecratus. Dũ uerò Goth
fredus patriarchaꝗ hic religionẽ, ille politiã ex Chriſtiana inſtitutiõe cõponũt, Neapoli
tanæ urbis Aſſyriæ oratores ad Gothfredũueniẽtes, ſe ciues ſuos & urbẽ illi dediderũt,
cũ quibus comiter acceptis, & in patriã redituris Euſtachiũ fratrẽ ſuũ & Tancredũ Ita-
licenſem cum legionibus duabus ire curauit, qui magno ciuiũ cõſenſu applauſuꝗ intro
ducti urbẽ deditã Hieroſolymitani regis nomine acceperũt. Sed quo die illius captę ur
bis Hieroſolymã uenit nũcius, alter illi cõtrarius eſt allatus, Babylonĳ regis Solymani
exercitũ, q̃ Hieroſolymã hoſtili animo peteret, Aſcalonẽ ꝑueniſſe. Ea uerò urbs mariti-
ma uix paſſuũ millia qnꝗ & uiginti Hieroſolyma abeſt, cuius ciues ſemꝑ Hieroſolymi-
tanis aduerſari cõſueuere, cũ ecõtra Neapolitani eorũ uel aduerſam, uel ſecundã ſectari
fortunã, nullo unquã tẽpore deſierint. Vnde cũ Neapolim eodẽ die, quo Hieruſalẽ nun
cius idẽ perueniſſet, Euſtachius & Tãcredus Neapolitanis in bonã ſpẽ erectis, cũ legio
nibus ſunt profecti. Vixꝗ dum mediũ emẽſi erãt iter, cũ Gothfredi ſe uocãtis literæ illis
ſunt redditæ. Gothfredus em̃ altero poſt alterũ allato de hoſtiũ aduẽtu nũcio, & omnib.

non præ-

A non prælatis proceribuſꝗ magis, quàm militibus in cõcilio propoſita cõſtituerat, hoſti
ꝗ poſſet longè à Hieroſolymis occurrere. Itaꝗ priuſquam legiones à Neapoli redeun-
tes arma deponerẽt, cæteræ agmine facto ſine ducib. ports Dauidis ꝓfectæ, ad ſecundũ
lapidẽ ſubſtiterũt. Gothfredus eñ & patriarcha Petrũ eremitam rei diuinæ & urbis cu-
ſtodiæ præfectũ, quid facturus eſſet priuſquam & ipſi mouerẽt, inſtruere uoluerũt. Etſi
uerò commodior per campos erat uia, breuiore tamẽ per mõtes ea ratione Gothfredus
duxit, quod hoſtibus loco ſuperior tam diu eſſe uoluit, quoad illi quò tenderẽt inſpexiſ
ſet. Ventumꝗ eſt perpetuo diei labore primis caſtris Cæſaream Palæſtinæ, poſtera die
quũ ſuperatis montibus Ramolam ad meridiem attigiſſent, eo diei, quod erat reliquum
patẽti maris littore ad quatuor millia paſſus ſunt progreſſi. Etiã hoſtis agmen latiore fu
ſum licẽtia ueniebat, in quos delati leuis armaturæ Chriſtiani, nõnullos eorũ captos ad
Gothfredũ perduxerũt. Iiꝗ hoſtilis exercitus cõditiones interrogati, ut fidem dicendis
compararẽt, ſe catenis uinctos ad ſuppliciũ, ſi mentirentur reſeruari poſtulauerũt. Exin
B de omiſſis ambagibus dicere iuſſi, Clementẽ eſſe dixerũt regis Babyloniorũ Solimãni
militiæ, qui quingẽta ducens mortaliũ millia, nõ magis Chriſtianos, quos facillimũ du-
ceret ad unũ interficere, quàm Hieroſolymã delere cõfidat: narraueruntꝗ, quod poſtea
uerum eſſe cõſtitit, nauibus illum innumeris præter annonã, arma, ueſtem militarem, &
alia militũ uſui futura, machinas quoꝗ factas, & alijs excitãdis materiam comportaſſe.
Flumen erat loco proximum, quod à Ramola & Aſdona pariter penè diſtans unico ad
uiã eas in ciuitates perferentẽ uadaretur loco. Statiuis itaꝗ ad ea uada firmatis, per no-
ctem quieuere. Poſtero die cœlo uixdũ albeſcente, patriarcha cum impedimẽtis & co-
horte una præſidio futura uadi cuſtodiæ relicto, Gothfredus cũ exercitu eſt trãſgreſſus.
Nec tamẽ prius amnis ripas reliquit, quàm acies ordine ſtructa fuit, dextrũ cuius cornu
ad maris littus pertinens S. Egidij comes, ſiniſtrum, in quod omne hoſtiũ robur ruiturũ
uidebatur, Gothfredus obtinuit: eiꝗ Normannus comes S. Egidij comiti Flandrenſis
proximior adhæſere. Euſtachius, Tãcredus, Balduinus, & cæteri duces cũ peditũ robo-
C re mediã aciem tenuere, ex qua iuſſi poſſent utrinꝗ laborãtibus ſubuenire. Vixꝗ noſtri
in ordines ſe contulerant, quũ hoſtium examina cãpos qui ad Aſcalonẽ paſſus quatuor
mille pertinent, complentia ad prælium prodiere: nec erat legionũ in illis, aut ordinum
certa intelligibiliſꝗ diſcretio: ſed quacunꝗ in latum acies tantundẽ illi globo pugnan-
tium occupãt. Alterꝗ poſt alterum globus continens ſequebatur feſſis uel occiſis præ-
cedentibus in prælium ſucceſſurus. Clemẽs ipſe ultimo loco continẽs militũ proximos:
& ut ipſi præcedentes impellerẽt, urgebat: primus noſtrorũ Normannus in hoſtes im-
petum fecit: qui cũ Saracenis, Arabibus, & Turcis pugnare aſſuetus, nil accuratius egit,
quàm ſtrictiſſimo & ipſe globo tam proximè ad hoſtẽ accedere, ut ſagittarum, quibus
illi præualent, uſu fruſtrati, gladijs rem gerere cogerẽtur. Sed ea gens in ſola equorũ aut
pedum pernicitate cõfidere ſolita, urgentibus noſtris ceſſit: & quotquot Francorũ lan-
cea aut gladius nõ proſtrauit, in patentes profuſi campos, nullo inſequẽte cõuerſi, ſagit
tas eminus iaciebant: pariter ſecundus fecit globus. Et Clemens, qui licet ſuos inuicẽ ſe
D contingẽtes premere nõ deſineret: mille tamen aberat paſſus, quæ à ſuis cõmittebatur,
fugam à noſtris fieri opinatus, gentis Chriſtianæ amentiam ſubſannaſſe fertur, quæ inui
cto Babyloniorũ exercitui occurrere præſumpſiſſet. Interim Gothfredus Tancredũ in
diſſipatos fugienteſꝗ dimittẽs, in confertiſſimos ipſe hoſtes prorupit: nulloꝗ illorum,
ut conſueuerant, à Tancredi imminentis timore, ut profugeret ſuo, globi ſe inuicem
adeò repreſſerunt, ut Clemens pedem referre pondere reprimentium ſit coactus: qui a-
lia recedẽdi neceſſitate, nequaquam expectata, in Scalonæ portam paſſus tria millia ſe
recepit. Tunc uerò fœdiſſima in ſuo exercitu fuga eſt commiſſa. Et quod receptum in
campos erat, Tancredus præſepſerat, fugiens multitudo curſum in naues oculoſꝗ con-
uertit. Tunc S. Egidij Flandrenſiſꝗ comites, ſua plurimum eo in prælio opera uſi, & cę-
ciderunt innumeros, & in mare plurimos præcipites impulerunt. Balduinus tunc & cæ
teri, quos mediam tenuiſſe aciem diximus, rectà Gothfredum ſubſidiarij ſunt ſequuti.
Stragis in barbaros factæ numerum, Robertus monachus, qui tunc Hieroſolymis erat,
nõ ponit, quã Gulielmus, & cæteri fermè omnes, ſuo in ſimilibus more centum fuiſſe di
cunt millium armatorum. Sed quantacunque fuerit, quam certè maximam fuiſſe opor-
tuit, id

tuit,id Chriſtianorũ rebus adiumẽti attulit,ut omnis quã in poſterioribus noſtris ceſſiſ- E
ſe oſtẽdemus, inde proceſſerit amplitudo. Auri uerò,argenti,iumentorum,animalium,
& ditiſſimæ ſupellectilis tantũ noſtris ea in uictoria eſt quæſitũ, ut ad eam Hieroſoly-
ma redierit opulentiam,quæ illi nondũ à noſtris inuaſæ conſueuerat eſſe. Clemens naui
profugus quũ uela pãdere occœpiſſet, Aſcalonenſes deditione facta,quicquid reliquia
rum exercitus infideliũ mãſerat, Gothfredo in fœderibus permiſerũt.Gothfredo patri-
archaꝗ cum uictoriæ exercitu Hieroſolymam reuerſis,magna quies illa in urbe eſſe cœ
pit.Fueruntꝗ ex ducibus multi & præſtãtes, ea ex om̃i militia plurimi milites,qui uoto
ſuo liberãdæ ab infidelium ſpurcitia Hieroſolymæ compotes facti, in patriã redire uo-
luerunt:quorũ primi præſtãtioreſꝗ Normannus S.Egidij,Flandrenſiſꝗ comites fuere.
Gothfredus cum fratribus,& eo qui manſit Chriſtianorũ exercitu ampliãdis regni fini-
bus uehemẽs diligentiſſimuſꝗ incubuit.Primumꝗ ut uenientibus ab Europa Chriſtia-
nis tutus eſſet in Aſiæ littora receptus,Ioppen maritimam portuoſamꝗ urbem obſedit,
cuius multos dies & magna oppugnatæ pertinacia quũ eſſet potitus, ad Ramolam du- F
xit campeſtrem urbem: ex qua munitiſſima urbe Saraceni itinera Aſcalonẽſium in Hie
roſolymam impediebant.Eaꝗ capta itum eſt in Cayphã, quæ & Porphyria,urbẽ mari-
timam ad Carmeli mõtis radices ſitam,quæ ab Acron potẽtiſſima urbe uix quatuor paſ
ſuum millibus eſt ſemota. Dumꝗ ad Caiphã durat obſidio, Tyberias Galilææ ciuitas,à
qua proximus lacus,qui & mare Hebraica cõſuetudine appellatur,nomẽ accepit,in po
teſtatem facta eſt:pariter eodemꝗ tempore Caipha eſt recepta. Quę quũ feliciter & ſu-
pra ſpem omniũ anno uno à capta Hieroſolyma Gothfredus cõfeciſſet,febre correptus
obijt. Et Balduinus frater,magno omniũ Chriſtianorũ qui terram incolebant ſanctam
cõſenſu,nõ ſicut frater dominus,ſed rex Hieroſolymę eſt creatus.Fuit is annus Chriſtia
næ ſalutis ſupra milleſimũ centeſimus primus,quo in anno ſecundus Vrbanus pontifex
Romanus,tanꝗ re ab ſe inchoata dominici ſepulchri liberationis feliciter abſoluta, car
nis humanæ carceribus & ipſe liberatus eſt.Inuſſit autẽ eius mors nõ leuẽ Romano po-
pulo notam , quod ex Petri Leonis domo, in qua tantus uir duos latuerat annos,funus G
effertur ad S.Petri baſilicam ducendum: clerus inferendas cadaueri iniurias timuit,nec
media,ut oportuit, urbe põpa proceſſit.Sed pauci fuga accelerãtes,per regionẽ Tranſ-
tyberinam pheretrum detulerunt. Paulopoſt Raynerius Bleda oriundus , tituli S.Cle-
mentis presbyter,cardinalis in Paſchalem ſecundũ aſſumptus eſt. Et per id tẽporis Ro-
gerius Sicilię comes,obſeſſum aliquãdiu Canuſium cepit,& paulopoſt uita eſt functus:
cui in Siciliæ comitatu om̃iꝗ dominio alter Rogerius ex fratre nepos ſucceſſit. Romæ
aũt Paſchalis pontifex nouus,ea profectò dignus cathedra , extinguẽdi tãto tẽpore an-
tea inchoati ſchiſmatis auidus erat,& pecuniarũ egẽs,quibus copias cõpararet in Gui-
bertum antipapã Albæ Marſorum,ſicut oſtendimus,agentem ducendas, amicos orare
opem cœperat.Quũ Rogerius Siciliæ nouus comes gratiã põtificis & eccleſiæ ſibi con
ciliaturus,oratores ad illũ miſit,qui debitis obediẽtiæ ſponſionibus factis mille auri un-
cias dono dederũt.Eaꝗ adiutus pecunia Paſchalis exercitũ tumultuariè ex terra eccle-
ſiæ contractũ duxit in Albam,& auxilijs fretus,quæ Rogerius comes miſit, illã obſide- H
re conſtituerat.Sed Guibertus, paruo quod Ricardus Capuæ comes dederat , præſidio
diffiſus,in proxima Furconenſiũ,nunc Aquilanorũ mõtana,ſe recepit: dumꝗ pontifex
expugnãda Alba aliquot detinet̃ dies, Guibertus febri ex fugæ labore cõtracta , homo
iam decrepitus breui eſt mortuus. Nec tamẽ defuerũt defuncti Guiberti erroris ſectato
res,qui alium facerẽt Antipapã.Nanꝗ apud Auerſam,quæ ciuitas Richardo Capuano
fœderata erat,prophanatus eſt Albertus quidã,ꝗ quod partim cõplices ſui in electione
diſcordes fuerãt, partim aduerſarij ciues eũ apud ſe prophanari iniquo tuliſſent animo,
eodem die depoſitus,& apud eccleſiam S.Laurentij,quæ eſt Auerſæ,relegatus fuit, Al-
terꝗ Theodericus nomine à facinoroſis olim Guiberti ſequacibus apud Cauã urbẽ Ri
chardo item confœderatã, in antipapam deputatus eſt. Sed quinto abinde & cẽteſimo
die Cauenſes tolerati ſceleris pœnitẽtia ducti, illum adulterina quã tenebat ſede depoſi
tum,apud ſanctæ trinitatis anachoritæ indutũ pallio,bonis,ut dixerũt, perdiſcendũ mo
ribus,clauſum teneri cuſtodiriꝗ curarũt. Tertius item inuẽtus eſt, Maginulfus nomine
ciuis Romanus,qui ſe papã curauit appellari.Id apud Rauennã factum conijcimus,ſed
tanta

A tanta iã erat Paſchalis in urbe Roma & per Italiã autoritas, ut is etiam ſceleſtus exilio
à Romanis dãnatus,& paternis ſpoliatus bonis à Rauennatibus quoq; ſit pulſus,atque
etiã à ueteranis Guiberti ſectatoribus deſtitutus. Ea ſpirituali autoritate parata pontifex
Paſchalis tẽporali quoq; reparando eccleſię dominio intendit. Primumq; ciuitatem Ca
ſtellanã natura loci munitiſſimã:& paulopoſt Beneuentũ fauoribus maxime auxilijsq;
Rogerij comitis fretus per legatos recepit. Per quod tẽpus quum Petrus Columna Ro
manus ciuis Richardo fœderatus Capuæ comiti Cauas agri Pręneſtini oppidũ, qđ iu-
ris erat beati Petri,occupaſſet,põtifex illuc ducens,& Cauas recepit expugnatas,&Za
garolo Columnaq; oppidis,quę idẽ paterna tenebat hæreditate ſpoliauit. Erat tẽpeſta-
te illa Romæ familia Corſo cognomine potentiſſima,cuius domorum partẽ Capitolio
proximarũ Henricum tertium, ob ſeruatã Gregorio ſeptimo fidem diruiſſe oſtẽdimus:
primarijq; eius familiæ Stephanus,fratres & filij numero multi, mutato in peius ſtudio,
regi Henrico & intrulis in papatũ aduerſus Vrbanũ & Victorem pontifices fauerant:
B quos in priſtina perſeuerãtes audacia, ſecũdus Paſchalis pont. urbe expulit. Dum itaq;
pontifex recipienda Beneuento cũ exercitu abeſt, Stephanus is Corſus ſancti Pauli ba
ſilicã cum armatorũ turba occupat, palatiumq; illi ad primas portas impoſitum cõmu-
nit. Id octauus Ioannes Romanus pont. tanto circundedrrat muro,ut à multis habitatũ
Romanorum ciuium familijs caſtellum eſſe uideretur. Fiebant autem ex eo caſtello à
Stephani ſatellitibus in Romanũ agrũ noctu interdiuq; excurſiones,capiebantur, occi
debanturq;,qui aduerſa in urbe ſtudia ſequebant̃:ut nihil Romana in terra pacatum, ni
hil ſineret eſſe tutũ. Ea iniquo,ut debuit,animo ferens põtifex,à Beneuẽtana obſidione
reuerſus,cõſtituerat auxiliaribus magis Rogerij comitis,q̃ Romanorum copijs baſili-
ca circũſeſſa,rebelles captos punire, quũ ſui curiales clauibus uſi adulterinis turrim pa-
latij maiorẽ noctu ingreſſi,ſtudentiũ põtifici copias introduxere:ueniſſetq; Stephanus
in poteſtatẽ, aut interfectus fuiſſet, niſi pont. uel diſſimulato uel lenito odio cõniuens,
illũ abire permiſiſſet. Tãtis rebus annis plus minus, ut uidet̃, duobus prudẽter ſimul &
C feliciter circa tẽporalia cõfectis: põtifex Paſchalis componendis eccleſiaſticis,quas ali-
cubi turbatas nouerat, tria inſtituit cõcilia: primũ Florentiæ, in qua ciuitate epiſcopum
pertinaciter aſſerentẽ Antichriſtũ tunc temporis natum eſſe, quum ſatis oſtendere ne-
ſciret,redarguit. Secundũ Guardeſcalli,ſuper male acceptis à clero inueſtituris eccleſia
rũ. Et tertiũ in Francia celebratũ eſt apud Trecas, in quo Gallicanarũ eccleſiarum refor
matio facta fuit. Reuerſusq; in Italiã inuenit Romã & eius terrã Stephani Corſi auda-
cia perturbatã. Ceperat enĩ Montaltum & Ponticlum,tunc Hetruriæ, nunc patrimonij
ſancti Petri caſtella: ex quibus omnẽ ad Tybrim pertinentẽ Hetruriam latrocinijs po-
pulationibusq; infeſtabat. Maioresq; interim & breui multiplicaturos motus in Apu-
lia,& circa Beneuentũ,Capuã, Salernũ, & maritimã eccleſiæ ꝓuinciã fatiſcere reſcijt.
Duxit itaq; prius in Hetruriã: & Montalto expugnato, qđ per æſtatis ſydus grauis eſ-
ſet exercitui periculoſus regionis aer, Ponticlo abſtinuit. Reuerſusq; in urbẽ eius eccle
ſiarũ ac cleri curam Lauicano cõmiſit epiſcopo: demandauitq; urbis Romæ, quantum
D ambirent mœnia,adminiſtrationẽ Petro Leonis & Leoni Frangipane ciuibus quũ po-
tentiſſimis,tũ etiam Romanæ eccleſiæ ſtudioſis. Vtq; urbs & oppida eccleſiæ ſubdita,
& omnis terra de Romanis finibus tuta eſſet, Gualfredũ nepotẽ ſuũ,quẽ militiæ magi-
ſtrum & principẽ cõſtituerat, Ptolemeo tyrãno,ut cõijcimus, Sublacenſi eccleſiæ,ſicut
prędicabat,dedito: ea ratione cõiunxit, ut ambo armati omnia perluſtrãtes, pacẽ in pro
uincia cõſeruarent. Sed dũ pontifex in Apulia remotior abeſt, urbs Romana intus inſi-
dijs & inuidia ardet: extra Ptolemeus ſpreto Gualfredo omnia turbare, atq; in rebellio-
nẽ nitit̃ concitare. Adiuncto nãq; ſibi Petro Columna & abbate quodã Farſenſe, id ma
xime effecit, ut Ananini primi, poſt Tyburtini, Præneſtini, Thuſculani, & Sabini, & ec-
cleſiæ & põtifici rebellarent. Iiq; tres copijs cõiunctis, in Albã Latinorũ ducẽtes, com-
miſſis late populationibus, nec urbe potiti ſunt, nec ut ipſa etiã rebellaret, peruincere
potuerunt. Et niſi ſolers & præceps in reditũ fuiſſet pont. facile fuerat, ut qđ Ptolemeus
ſe facturũ cõminabat̃, in urbẽ Romã reditu arceret̃. Veniens tamen comite Caietano
& Guiſcardo Aquilano cum copijs deducentibus, Albę acceptus Romã propere ad-
uolauit. Quibus comitis & Tancredi copijs fretus, primũ omnium Tybur obſedit. Eaq;

urbe multo labore,multiſq; cædibus in prælijs quæ cōmittebanť,factis,eſt potitus. Ro E
mã exinde ab ea reuerſus expeditione , Capitoliũ paruã tunc etiam uetuſtatis retinens
partẽ cõſcendit:& copijs ad id retentis,quicquid erat ubiq; per urbem domorũ ad Cor
ſos ſpectans,niſi Stephanus & gentiles ſui quæcũq; ad eccleſiã ſpectãtia tenebãt,occu-
pata reſtituerent,diruere cõminatus eſt,atq; etiã cœperat,cum illis omnia reddentibus
fideiuſſoreſq; dantibus de fide Romano pont.& eccleſiæ ſeruanda, ab ædiũ demolitio
ne ceſſatũ eſt . Quæſitaq; multis laboribus pace Paſchalis pont. tunc primũ frui cœpit.
At in Aſia Boemũdus Antiochię princeps Gothfredi morte audita, ueritus ne quid ea
mors ut aſſolet,regni reb.incõmodi afferret,cũ maxima copiarũ ſuarũ parte ſe contulit
Hieroſolymã. Cumq; Balduinum ſibi cõiunctiſſimum , ac ætate æqualem factum regẽ
offendiſſet,illi cõfirmando augendoq; regno opẽ operamq; poſſibilem præſtare cõſti-
tuit:fecerũtq; pariter Bleſenſis & Stephanus Burgũdiæ comites, ciuitatibus oppidiſq;
relictis, quæ in regni finibus pauloante acceperãt poſſidenda. Cõciuerat uero ea mors
Gothfredi audita Saracenos & Turcos ad Hieroſolymã,ſiqua per Chriſtianorũ diſſidia F
pręberetť occaſio,recipiendã.Iamq; urbi nimis,ut noſtri cõſueuerant duces , cœperunt
appropinquare,cũ rex Balduinus nõ magis potentatu per Boemũdi & comitũ pręſen-
tiam,q; animis auctus,uel potius,ſicut euentus docuit, elatus in illos ducere conſtituit.
Eum ferunt tantũ facinus aggreſſum,nec numerũ ſciuiſſe hoſtiũ, nec quid agerent mo-
lirentur'ue,ut noſceret curauiſſe. Duxit itaq; & hoſtibus inexplorato ac temere eſt con
greſſus,quẽ ea ex parte temeritas iuuiſſe uideť. Quàmprimũ eñ ad congreſſum moles
maxima hoſtiũ noſtros ꝓ dimidia numero ſuperans eos ilico fudit. Nã dum Chriſtiani
exercitus duces erratũ regis corrigere adnitunť,Bleſenſi Burgundoq; comitib. cũ pau-
cis ſuorũ cæſis,& Boemũdo in poteſtatẽ hoſtiũ facto,rex ipſe fuga prolapſus in Hiero
ſolymam cum exercitu parum lacero ſe recepit:nec tamen auſi ſunt infideles urbẽ obſi
dere,cuius capiendæ ſaluo rege ſaluiſq; ut erant copijs,nullã reliquam fore opinabanť:
& Tancredus Boemundi nepos, ſuſceptã Antiochiæ principatus curã adeo ardẽte ani
mo uigil adminiſtrauit,ut Boemũdi pręſentia toto triennij tẽpore,per qđ carcere tẽtus G
fuit,nullatenus ſit deſiderata.Sic is Alexiũ audiens Cõſtantinopolitanũ imp . Chriſtia-
nos occidentales Gothfredo primũ,& poſt Bleſenſi,& Burgũdo comitibus defunctis,
& Boemũdo capto paruifacere, & propterea noſtros ab Europa Aſiã transfretare cu-
pientes moleſtijs affectos ꝓhibere,uehementi in illũ ira exarſit, duxitq; ilico Laodiceã
illius imperij ciuitatẽ,qua ſæpenumero oppugnata potitus eſt:nec aliud quicquã eo tri
ennio in rebus Aſiæ geſtũ fuiſſe inuenio:neq; uero minor fide ac pietate,q; animis & re
rũ gerendarũ peritia fuit Tancredus, q Boemũdo per ingentẽ uim pecuniæ Turco da-
tã liberato,Antiochiã cum principatu aucto poſſidendã reſtituit:ad cuius liberati nun-
ciũ,maiora ſolito audere cũ cœpiſſet Balduinus,magnã ei ſumme neceſſariã deſtinauit
expeditionẽ in Acconẽ,quæ & Ptolemaida,maritimam urbem, cuius portus omnium
regionis celeberrimus,naues intra mœnia multas maximaſq; acceperit . Venerunt aũt
uocatæ auxilio Genuenſis primo,poſt Veneta claſſes roſtratæ naues & triremes octua
ginta,& preſſa mari ac terra Accon uigeſima q; erat obſeſſa die facta eſt in regis Hiero-
ſolymę poteſtatẽ,liberiſq; illis de Italia ciuitatibus priuilegia rex in ea urbe cõceſſit am H
pliſſima,de qbus in libro ſequente diffuſe dicemus. Acceſſit aũt tantæ urbis captæ alia
haudquaquã minor uictoria,qđ Balduinus rex Turcis & Saracenis,q magnũ adduxe-
rãt exercitũ, obſeſſæ ei urbi ſuppetias laturis cõgreſſus,magna ui repulſis fugatiſq; edi
dit occiſionẽ.Per cãq; quietẽ,quã in rebus Aſiæ illa uictoria attulit Chriſtianis, Boemũ
dus Antiochiæ principatu Tancredo nepoti cõmendato,in Italiã nauigauit.Hæc tunc
intra quintũ regni Balduini annũ apud Hieroſolymã Antiochiãq; ſunt geſta.In Euro-
pa uero interim per id etiã quinquenniũ Hẽricus tertius pont. Rom. ea maxime ratiõe
nõ fuerat infeſtus,qđ filius Hẽricus eũ per diuinã,ut uidetur, ultionẽ bello fuerat perſe
cutus,qđ maiori ex parte circa Leodiũ Coloniãq; eſt geſtum.Mouerat Aquiſgranio cũ
exercitu filius in genitorem Leodij agentem ducturus,& præmiſſæ cohortes pontem,
qui apud Vinſacũ Moſam iungit,occupauerant:cum paterni milites in illos delati præ
lio decertarũt: priuſq; q; Henricus filius acceſſiſſet,ſui ponte deturbati, clade haudqua
quã ſunt cõſecti.Receſſit itaq; tunc Hẽricus filius in Colonienſes fidẽ genitori ſeruan-
tes,auxilio

A tes auxilio archiepiſcopi fauentis ſibi fretus Coloniā paruo obſeſſam tempore recepit. Et reuerſus Leodiū cōſtituerat illius obſidionē, prius ꝙ potiretᷣ nullatenus relinquendam, continuaueratq; menſes quatuor, cum pater ad annum regni undequinquageſimum eo in angore animi eſt defunctus. Et Henricus ipſe filius eius nominis quartus regna quib. tunc potiebatᷣ retinuit iuſtiore titulo gubernāda. Reliquūq; qđ in patris fuerat poteſtate à populis eſt permiſſum. Per eā uero belli, qđ genitor & filius in Germania geſſerāt, occaſionē Matildis comitiſſa Parmā & Mantuam Lombardiæ ciuitates ab Henrico filio eius cōſobrino in rebellionē aduerſus genitorē pertentatas in ſuam iuriſdictionem ſubiectionemq; coegit: & auxilijs freta nauigiorum, quæ Veneti & Rauennates dederunt, ad annū Chriſti primum ſupra cētesimum & milleſimum Ferrariam cepit. Quo in tēpore duces Chriſtiani, quos à Hieroſolymitana expeditione in Europam reuertiſſe oſtendimus, diuerſa uſi ſunt fortuna. Robertus nāq; Flandrēſis comes quum Flandriæ cōtermina quædā loca Henrico Angliæ regi ſubiecta pertentaſſet, duxit in il-

*Anno ſal. M.CI.*

B lum rex, & prælio ſuperatū, luminibusq; orbatum in carcerē truſit, in quo uitam eo miſeriorē, quo longiorē finiuit. Et Raymundus ſancti Egidij comes anno eodem, quo Acon in Aſia à Balduino & Boemundo capta fuit, diē in patria obijt. Per id etiam tēporis Veneta urbs Ordelaffo Faledro ducatum tenēte effuſo latiſſime cōflagrauit incendio. Quod quidē ea in urbe frequentibus riuis diuiſa bis quoquo die ad fluxum refluxumq; maris, aqua uel plenis uel redundantibus magis ꝙ in alia cōtiguis habitata ædificijs admirabile ducimus. Quum nāq; in domibus Henrici Zeni inchoaſſet, parochias ſanctorū apoſtolorum, Caſſiani martyris, Mariæ matris domini, Agathæ uirginis, Auguſtini cōfeſſoris, Stephani protomartyris penè totas abſumpſit, & ſexageſimo ab inde ac octauo die aliud incendium maiori ſpatio has corripuit, cōbuſſitq; parochias ſanctorū Laurentij, Seueri, Zachariæ, Proculi. Scholaſticæ, Mariæ Formoſæ, Baſſi & Iuliani, & parte ducalis palatij ad ſancti Baſſi ædē uergēte incenſa, ad alias tranſiuit, ſanctorū Geminiani, Moyſi, Mariæ Iubanico, Mauritij, Geruaſii, Barnabæ, Baſilij, Raphaelis & Nicolai
C in dorſo duro, Methamaucenſiſq; ciuitas incendio primū cōſumpta, poſt inundatione ſubmerſa eſt. Vtq; urbis Venetę quicquid erat reliquū, partē ſuā ſentiret malorū, motus terræ, qualis nūquā antea tunc in ea fuit. At Boemūdus Antiochiæ princeps, quē Aſiā profectum oſtendimus, cum in Apuliā applicuiſſet, agnatorū, ſuiſq; rebus cōponendis per annum intentiſſimā adhibuit operam: & cum Philippi regis Francorum filia, nomine Cōſtantia, ſibi in matrimonium eſſet oblata, in Franciā accedens cum illa deſponſata traductaq; in Apuliā eſt reuerſus. Interea factus certior, Alexium imperatorē, ut acceptā à Tancredo amiſſæ Laodiceæ ulciſceretᷣ iniuriam, principatus Antiochiæ maritimas urbes infeſtare, & peregrinis in Hieroſolymā traiecturis ſolito magis eſſe moleſtū, cōſtituit non magis bello illum agitare, ꝙ imperio deturbare. Fecitq; maximos in Italia apparatus, & copijs in Dalmatiā traductis, Dyrrachiū terra mariq; obſedit. Eratq; omni Dalmatia breui potiturus, niſi Ordelaffus Faledrus Venetiarū dux, Alexij precibus id ſuſcepiſſet bellū. Etenim claſſe ingēti Venetijs educta, omniq; maritima Dalmatiæ ora
D præſidijs impoſitis cōfirmata, Boemundū quidē Dyrrachio in portu aggredi nō eſt auſus, ſed in Apuliam dextrorſum flectens, expoſitā mari Normannorū terram maximis affecit incōmodis. Alexius tñ Boemundi uirtutem diu notam habebat, ueritusq; quod futurum erat, ne Chriſtianorum, qui erāt in Aſia exercitus: & noui, quos in Gallijs Germaniaq; parari reſciuerat, in Cōſtantinopolim ducerentᷣ, pacē à Boemundo petijt, quibuſcunq; daretᷣ cōditionibus accipiendā, Boemundusq; ſatis ſibi fore intelligens, ſi populis in Hieruſalem peregrinaturis tutus & facilis pateret acceſſus, & res Aſiæ pluris ꝙ Dalmatiam, atq; ipſum etiam Cōſtantinopolitanum faciens imperium, petitam conceſſit pacem, nil aliud in cōditionibus præſcribens, magis ꝙ quod Alexius factas Chriſtianæ expeditionis ducibus in Aſiam principio tranſmiſſuris promiſſiones obſeruans, traducturos poſt hac occidētales armatos inermesq; foueret. Secundum quæ cōſtituta in Antiochiam nauigauit: ad cuius reditum Balduinus rex Berynthum urbē maritimam Phœnicis regionis inter Sidonē & Bilum ſitam, quæ ſub Tyri metropolis iuriſdictione cenſeretᷣ, obſidere cœpit: ad quam duos mēſes eſt ſeſſum, nec aliquid urbium uel muniтiſsimarum expugnationibus ſolitum adhiberi eſt omiſſum. Eaq; ad ſecundi mēſis finē

ui & multo Chriſtianorũ ſanguine effuſo capta ſæuitũ eſt inhumane in Saracenos, non B
defenſores modo, ſed eos etiã qui nondũ per ætatẽ poterant arma ferre. Et quod ager il
lius eſt omniũ Aſiæ amœniſſimus feraciſſimusq́, ea urbs Chriſtianis nullo certiore ſti-
pendio exercitio'ue apud Hieroſolymã occupatis, tanquã miſſis in deductã coloniam
eſt cõceſſa. Eodemq́ anno Sidonem maritimam Phœnicis urbem pariter dura preſſam
obſidione Balduinus rex cepit. Et paulopoſt Boemũdus Antiochiæ princeps moriens
Boemundũ filiũ puerũ ex Cõſtantia uxore Philippi, ut diximus, Francorũ regis filia ſu-
ſceptũ ſub Tancredi nepotis cura principatus hæredẽ ſucceſſoremq́ inſtituit. Dum hæc
diuerſis geruntur in locis, Henricus quartus annos quinq́ primos accepti in paterna mor
te regni Germaniæ, illo cõfirmãdo totos adhibuit, nec põtifici Romano Paſchali ſecun
do ea ratione aliter moleſtus fuit, q̃ quod & ipſe epiſcopos alioſq́ eccleſiaſticos, q ſunt
paſſi, auſus eſt iniuſſu põtificis inueſtire. Cumq́ pontificẽ eam autoritatẽ petitam con-
ſtantiſſime uidiſſet denegare, dolis rem agere eſt aggreſſus: & ad ſextum regni annũ ue-
niens cum exercitu in Hetruriã, oratores præmiſit, qui in porticum ſancti Petri à Petro F
Leonis ciue Romano põtificis nuncio admiſſi, mãdatis quibus mittebantur oſtenſis, re-
gẽ ſuum ſpopõderunt, ſi ad coronationẽ admitteretur, hanc in formam Paſchali pontifi-
ci, cardinalibus, clero & populo Romano præſentibus iuraturũ, ſe omnem inueſtiturã
eccleſiarum omnino omiſſurũ, curaturumq́ quod oẽs eccleſiæ ſuo occuparæ iuſſu libe-
ræ dimitterentur. Abſoluturũ quoq́ populos à iuramento in eccleſiarum præiudiciũ præ
ſtito, ut oẽs regnorũ ſuorum eccleſiæ iura propria, & beatus Petrus ſuum habeat patri-
moniũ, ſicut à Carolo, Ludouico, Hẽrico primo, & alijs imperatoribus factũ fuerat. Ad
extremũ ſe põtificem, cardinales, clerũ, & populum Ro. & ipſum Petrum Leonis cum
filijs ac nepotibus ſaluos cõſeruaturũ: ijſq́ ſponſionibus ſolidiore cõſeruandis obliga-
tione addiderunt oratores duodecim, quos Petrus Leonis nominauit regni Theutoni
corũ proceres, in queis duo nepotes regis erant, in eadẽ cõceptũ uerba iuramentũ præ-
ſtituros. Ea ſponſione ſolẽni adſtipulatiõe firmata, miſit pont. Sutrium legatos, quibus
rex Henricus primo, poſt nepotes, deinde alij proceres eadẽ omnia iuramẽto ex conce G
pta Romæ formula ꝓmiſerunt. Venit itaq́ Henricus ad tertiũ idus Februarij ad Mon-
temgaudij, qui & Malus dicitur, cui poſtero die ſigniferi cũ uexillis, quas appellabãt ban
das, & ſcrinarij iudices ſtratoreſq́, maxima populi multitudo cũ oliuæ ramuſculis oc-
currerũt. Eoq́ paruo in ſpacio, q' montẽ Malũ & ciuitatẽ Leoninã intercedit, rex bis
ex more iureiurando ſalutẽ clero populoq́ Romano ſpopondit. Cum eſt uentũ ad ſu-
premos ſcalarum atrij gradus, proſtrauit ſe rex ad põtificis pedes, & eleuatũ ille ad oris
oſculũ admiſit, terq́ inuicẽ amplexi principes molli inceſſu ad portam argenteam per-
uenerunt. Ea erat quarti, ut oſtẽdimus, Leonis opus, quam quia argento nudata erat, re
ſtitutã Eugenius quartus pont. præſtantiſſimus æneam fecit. Priuſquàm introduceretur
rex, ꝓfeſſionem ex more imperatoriã fecit, & tunc à põtifice imperator appellatus eſt,
quẽ Lauicanus epiſcopus carmẽ præiens benedictionis, primũ in baſilicã introduxit.
Sedes erant duæ in rota poſitæ pauimenti porphyritica, quam ualuis maioribus æneis
proximã uidemus, quas cũ inſediſſent principes, petijt imperatorem pont. ut promiſſa H
ſeruaturus inueſtituris abrenũciaret. Ille uero ſurgens cum ſuorum regnorum epiſco-
pis in ſpondã baſilicæ ingredientibus ſiniſtrã, ad beati Gregorij ſepulchrum ſeceſſit. Cir
cũſpiciensq́ pont. cardinales, & qui ex clero ac populo honoratiores aſtabant tunc, pri
mũ uiderunt baſilicæ atrium, ualuaſq́ & omnẽ pene baſilicam ab armatis Theutonicis
cuſtodiri. Cum aũt tres, & eo amplius horas rex redire diſtuliſſet, põtifex illum per nun
cios reſponſionẽ orauit. Venienteſq́ nõ epiſcopi aut prælati, ſed ſatellites à rege dixe-
runt, nõ eſſe quæ pont. petierat, cõcedenda: cũ ſit in euãgelio ſcriptũ, Reddite quæ ſunt
Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo. Pontificeq́ cardinalib. & ex clero populoq́ iuris põ
tificij peritiſſimis euãgelij ſententiã in regẽ retorquẽtibus actũ eſt, ut omnia in craſtinũ
differrentur: & cum nec id etiã rex cõcederet, põtifex loco mouens, altare ſancti Petri ad
rem diuinam petijt. Celebrata miſſa pont. ſe in cathedra continens, quid rex faceret di-
ceret'ue expectabat, eum accedens ſatelles, ex elero ac nobilitate Romana nõnulli fue
runt inter gladios & arma cuſtoditi. Libet uero Pãdulfi Lateranẽſis eccleſiæ hoſtiarij,
qui interfuit, ſcribendi ordinẽ, uerbaq́ imitari. Põtifice capto temperatum eſt à cardina
lium

A lium epiſcoporũq; opprobrio. Sed archipreſbyteri preſbyteriq;, & cætera cleri turba ad unum oẽs ſpoliati, adeo ut nec interior tunica, nec fœmoralia ſint relicta. Poſtera die põpulus Rom. armis correptis, in ciuitatem Leoninam furore irrupit: illisq; ex Theutonicis, q per hoſpitia ſunt inuenti occiſis, pugna in ſcalis ſancti Petri, ad quas regij milites cõuenerant, eſt relata. Nec diu loco certatũ eſt, quod deturbati illis atrioq; Theutonici intra eccleſiã cõfugientes, de ea faciliter ſunt tutati. Exercitusq; regio, qui ad Saxonũ ciuitatis Leoninæ ponã, in atrijs cõſederat, ut oppreſſis in eccleſia ſuis ſubueniret, parante ſe Romani in urbẽ per pontem Traiani rapidum receperunt. Per biduum uero quod ſequutũ eſt Theutonicis armis retẽtis, id ciuitatis Leoninę, quod à baſilica in Saxonum portã uinarijs hoſpitatorijsq; tabernis frequentabaẽ, ad libitum diſcurrerunt. Sed quarto ab inde die quũ reſciſſent Romanos ſtructis in urbe aciebus, ut irrũperent, ſe parare, ilico rex põtifice, cardinalibus, cæterisq; captiuis in caſtra perductis aufugit. Tantusq; fugientes pauor inuaſit, ut impedimẽta multi, equos, argentũ, ueſtẽ alij reliquerint, nõ-
B nulliq; tardiuſculũ profecti fuerint ab irruenti populo interfecti. Adeo aũt feſtinus rex fugã cõtinuauit, ut primis caſtris ad Soractis montis radices ripã Tyberis inſederit. Eo exinde uadato amne rex Paſchalẽ põtificem Sabinenſemq; & Portuenſem epiſcopos, ac alios quatuor cardinales apud Trebiũ, cęterosq; cardinales, & de clero populoq; Romano captos apud Corodillum attributis cohortibus reliquit cuſtodiẽdos. Ipſe ad põtẽ Mammeum, Mamæ Alexandri imperatoris optimi genitricis præſtãtiſſimæ mulieris opus primo, & poſt ad Lucanũ põtẽ cum exercitu eſt delatus. Qui quacunq; uaderet, nõ prædæ magis, q̃ incendendis demoliendis'ue ædificijs, & captis caſtellis intẽtus fuit: & tñ interea quos illata non deterrent damna Romanos, ut ſe admitterẽt, muneribus donisq; tentauit. Sed una ſemper cõſtantiſſimaq; Romanorum uox fuit nunquam prius fore, ut ille admitteretur, q̃ põtifex cardinales & de clero nobilitateq; ſua tanti in urbẽ remeaſſent liberi: rogatus interim pont. ut quas rex extorquere uolebat, inueſtituras cõcederet: eodem ſemper tenore reſpondit, uitam poſſe Henricum auferre, ſed inue-
C ſtituras à ſe nullis terroribus, nullis ſui corporis cruciatibus extorturũ: & tamen qui ſuis nõ uincebaẽ malis, tam multorum qui ſecum tenebantur, & populi Romani miſericordia uictus cũ multis lacrymis gemitibusq; petitæ aſſenſit paci: & ductus ad pontem Salarium, accitis per cõſtitutas inducias ex urbe notarijs, Hẽrico regi petitas in regnis ſuis eccleſiarũ omnium inueſtituras conceſſit. Ventũ eſt poſtea ad ſancti Petri baſilicam, et clauſis ex cõdicto urbis Romæ portis, ne populus etũperet, baſilicaq; ſtationibus firmata, Henricus à Paſchali põtifice coronatus in caſtra ſe proripuit. Põtifexq; in urbẽ tunc primũ reuerſus ſummo populi applauſu in Lateranũ eſt deductus. Hẽrici ab urbe & Italia diſceſſum, eã uim habuiſſe ſcribit Pãdulfus Lateranenſis eccleſiæ bibliothecarius, ut pax quietiſſima Romæ, & in eius terra uiguerit. Dicitq; Piſanos per id tẽporis Paſchalis põtificis precibus & autoritate multa ac præclariſſima geſſiſſe recipiendis Balearibus inſulis Maiorica & Minorica, à quibus Saracenos uiribus repulerunt. Pollicetur q; ibi Pandulfus ſe earũ rerum à Piſanis geſtarum hiſtoriã ſcripturũ, quod utrum fecerit igno-
D ramus. Sed Ioãnes Villanus in hiſtoria Florẽtina Piſanos ſcribit ad annũ ſalutis milleſimũ & decimũ ſeptimũ ſupra centeſimũ expeditionẽ in Baleares inſulas, quantis potuerũt maximis uiribus parauiſſe, adeo ut omni iuuentute educta ſoli in urbe cũ mulieribus & pueris decrepiti debileſq; manſerint. Dumq; ea claſſis apud uada Volaterrana uentũ expectat ſecundũ, quo in Maioricã proſpero ferat curſu, allatũ eſſe ex ipſis nunciũ, Lucẽſes arma populariter cepiſſe, quo deſtitutas defenſoribus Piſas caperẽt, & Florentinos à Piſanis tũc amiciſſimis rogatos, Piſas à Lucẽſiũ uiolentia fuiſſe tutatos. Vnde factũ dicit Villanus, ut Piſani pulſis Saracenis, & Balearibus captis, in patriã reuerſi, Florẽtinos illis donauerint duabus ex porphyritico marmore colũnis, quæ ad celeberrimi ſancti Ioan. in Florentia primariã portã extrinſeca ſuſtentãt à baſide capitella. Eodẽq; Baleari bello multa cũ pontificis & Piſanorum gloria, ſummo omniũ orbis Chriſtianorũ gaudio ad finẽ perducto, põtifex Paſchalis concilium Laterani celebrauit, in quo quũ à patribus renouata eſſet uiolentiæ, quã Henricus quartus intulerat, & priuilegij inueſtiturarũ inde extorti memoria, repetijt pont. notiſſimum omnibus qui aderãt rei geſtæ ordinem & iuramentum, quo ſe Henrico de non reuocando excommunican-

Anno ſal. M.cxvij.

doꝗ obſtrinxerat. Et tñ pro concluſione ſubintulit, ſe prædeceſſorum ſuorum ſtatuta E
ſequentẽ, maxime Gregorij ſeptimi & Vrbani ſecundi, quod illi damnauerant dānare,
quod prohibuerant ꝓhibere, quod ſtatuerant ſtatuere, quod cōfirmauerant confirma-
re. Poſteroꝗ die patres cōcilij priuilegium pro captiuorum, & eccleſiæ liberatione à do,
mino papa Paſchali, per uiolentiam Henrici regis extortũ dãnauerunt irritaueruntꝗ.
Pace eadẽ in Italia cōtinuante, magnā res Italica, maximam Paſchalis pont. fecit iactu-
ram in Matildi comitiſſa, quæ ſenio confecta obijt. Eam Martinus, & ipſum ſequuti ſcri
ptores multi tradunt, Hetruriæ partẽ hinc à Piſſia agri Senenſis finium torrente, inde à
ſancto Quirico dicti agri etiā finium oppido, ad inferum mare Tybrimꝗ, quā patrimo
niũ ſancti Petri appellant, pōtifici & Romanæ eccleſiæ donaſſe. Hoſtiarius, qui omni-
bus quæ apud pōtifices eius tẽporis geſta ſunt, interfuit, & ad ſuperfluitatem multa ſcri
pſit, nullo in loco meminit. Sed quicquid ueritas eius facti habuerit, prædicto expleto
concilio Paſchalis pont. ad annũ ſalutis ſextumdecimũ ſupra milleſimum & centeſimũ
Anno ſal. M.cxvi. aliud in Longobardia apud Guardaſcallũ celebrauit conciliũ, in quo imprimis cōſtitu F
it, Æmyliæ urbes, Placentiā, Parmam, Rhegium, Mutinam, & Bononiam Rauennati
metropoli, quæ diu Romanæ eccleſiæ rebellis fuerat, nō ſubeſſe. Reuerſus Romam Pa
ſchalis, quũ paruo quieuiſſet tẽpore, nouas ob uitæ ſanctitatem incidit moleſtias. Ob-
ierat Petrus urbis præfectus, factioſiꝗ & ſatellites domus, præter ſeruatum ad id tẽpo-
ris morem, puerum ut conijcio, decennem, in patris locum acclamauerunt præfectum:
quẽ quum pōtifex rogatus nollet confirmare, illi armatis ſtipatum præfecturæ munera
obire fecerunt. Poſt paucos dies à pōtifice Laterano beati Petri baſilicam ad rem diui-
nā petente, oblatus eſt illi ad primam pontis Traiani coxam puer, confirmatioꝗ petita:
& pontifex inceſſu cōtinuato reſpondit, nec loco id, nec tempori, nec ætati pueri cōce-
dendum. Vixꝗ ille uerba finierat, quum ultimos pōtificis comites armati contumelijs
uerberibusꝗ affecerunt. Mouit ea indignitas Petrũ Leonis, & cæteros pōtifici & eccle
ſiæ ſtudioſos, ut redeuntem ad ueſperam armatis ſtipatum in Lateranenſe patriarchiũ
reducerent. Et tñ quũ eſſet uentũ ad Capitoliũ, ſaxis prædictos inſultantes fuſtibus te- G
liſꝗ repelli oportuit: nec tamen deſtitere inceptis proterui, quin ſemitis prætereuntem
pontificem prius quàm ſacram in Laterano ueſtem exueret, adeũtes oblatum puerum
peterent confirmari. Pontifexꝗ quid ageret dubius reſpondit, ſe cleri & populi cuius
intereſſet, concilium in ſextam abinde diem conuocaturũ. Dies aduenerat concilio cō-
ſtituta, quum pro puero ſtudentes præfecto aduerſantiũ domos ſubiectis flammis com
burere intentarunt. Tumultuꝗ per urbẽ concitato, pluribus in locis prælio eſt certatũ.
Quæ quũ pōtifex exaudiſſet, urbe excedens, Albam ſe cōtulit. Continebat ſe domi Pe-
trus Leonis, quod euenit futurum ratus, ut quũ cæteris in locis ſuperiores euaſiſſent ho
ſtes, ſpem uictoriæ in eius excidio cōſtituerent. Itaꝗ facto impetu paratus furentes re-
pulit. Sed quod erant eius ædes ad ſanctum Nicolaum, ut oſtendimus, in carcere Tullia
no, æmuli è proxima imminenti rupe Tarpeia, machinis in illam quas uocant bricolas,
ſaxa iecerunt. Interea pontifex Ptolemeum Albam uocatũ, Aritia urbe ibi propinqua,
nunc diruta donatum, arma in Petri Leonis auxilium capere curauit. Veniensꝗ Romā H
Ptolemeus, nō magis copiarum, quas duxit magnas, quam Romanorum ciuium, apud
quos erat gratiſſimus fauore, puerũ & ſequaces prima die ultra Tyberim fugere cōpu-
lit. Poſtridie quum ad Iouis inſulam primum, & poſt Ianiculi Transtyberinæ regionis
portas uarie repugnaretur, cædes multa utrinꝗ commiſſa eſt. Tandem uicit Ptolemei
Petriꝗ Leonis pars: & ſuperatus captusꝗ puer cum factionis ſuæ primoribus catenis
iniectis cuſtoditus eſt. Placuit uero oẽs eos pro ſolidiori urbis quiete in Campaniā du-
ctos, per municipia in uarias diſtribui cuſtodias, & Ptolemeus re bene geſta ꝓfectus eſt.
Peruenerant Algidum, qui captiuos ducebant, & quod nihil timerent ea in uia hoſtile,
inermes ibant, quũ irruens ex improuiſo Ptolemeus, & puerũ & cōcaptiuos perduxit
Ariciā, immemorꝗ iuramenti, quo Alba donatus ſe pontifici & eccleſiæ obſtrinxerat,
Sarmentum, Nymphas, Tyberiam, & omnem penè regionem maritimam ab illius fide
obedientiaꝗ auertit. Romæ autem eodem inſtigante tyrāno tumultus eſt reuocatus, &
in Petri Leonis ædes impetus iterato factus. Erat uero Petrus cũ his, quæ ſibi ex ciuita
te fauebāt, copijs par hoſtibus ſuis, & in prælijs quæ cōmittebant ſæpe ſuperior euade-
bat; tamen

A bat tamen quod à Ptolomæi perfidia timeret, accerſitis ex agro auxilijs, plane uictor ui-
debaẽ, cum intercedentibus amicis deferens pacẽ iniquis conceſſit, quieſcꝫ ciuitati pat
ta, ſecundũ quam pacẽ pont. Paſchalis in Apuliã ad conciliũ, & curia interim quod aet
per æſtatem eſſet grauis, in Campaniã ſeceſſit. Interea Henricus rex, his quæ Romæ fie-
bant auditis, anno poſt uiolentã pacẽ conſtitutam, contulit ſe in Italiam, ea quod cõſtat
ſpe ut Paſchali capto, depoſitoqꝫ, aut occiſo, alterũ pontificem à quo coronaretur, ſuffi-
ci curaret: appropinquanſqꝫ Romæ, urbes & oppida põtifici ſubiecta partim cepit, par-
tim maximis affecit incommodis, quem Romani coronatũ urbe triumphali eius tẽpo-
ris apparatu exceperunt. Pompa tamen quæ illi admittendo ducereẽ, nullus epiſcopo-
rum urbi proximorũ, nullus ex clero qui Romæ manſerat, præter paucos, ob admiſſa fla
gitia excõmunicatos, & Ioannis abbatis Farfenſis, ac Ptolemæi ſatellites, uoluit intereſ-
ſe. Quia uero Henricus poſt factã conceſſionis inueſtiturarũ reuocationẽ, ſuã quoqꝫ co
ronationẽ crediderit reuocaſſe, eandem conſtituit iterare. Petijt itaqꝫ ac maximis cõten
B dit precibus à clero & pop. Ro. in beati Petri baſilica coronari. Sed id pontificis abſen-
tis munus, nec clero, nec populo placuit uſurpare. Tandem Henricus accerſito ex Cam
pania Mauricio Bracharenſi epiſcopo, qui patria exul, ſed ditiſſimus, curiã ſequebatur,
ſe ab eo in dicta baſilica fecit coronari, & in Germaniã eſt reuerſus. Paulopoſt Paſchalis
pontifex, concilio in Apulia abſoluto, rediens copiarũ, quas Normanni duces Apuliæ
dederant, auxilijs fretus Pillum & Pillanum & ſancti Silueſtri oppida de maritimis, quæ
Ptolemæi perfidia abalienari fecerat, recepit. Et ueniens Ananiã, in periculoſiſſimã inci
dit ægritudinem. Ex eaqꝫ ualetudine non ſatis confirmatus ſe contulit Præneſte, ubi ba-
ſilicam ſancti Agapiti conciliaturus dum moratur, Carloioannis Conſtantinopolitani
imperatoris, qui Alexio genitori defuncto ſucceſſerat, oratores abſoluit. Erant Romæ
tunc, qui Paſchalẽ redire nollent, prohiberentqꝫ, à Farfenſi abbate Ptolemęoqꝫ impulſi,
quũ reliqui oẽs eius in patriam ſedemqꝫ ſuam reditum flagitarent, & ſancti Petri baſilicã
circunductaſqꝫ ædes die noctuqꝫ clauſas, factioſorum ſatellites armati cuſtodiebãt. Itaqꝫ
C pont. attributis à Normanno duce copijs deducentibus de prima uigilia Præneſte mo-
uens, ſancti Petri atrium ad aurorã improuiſus applicuit, detuleratqꝫ machinamenta: q-
bus cum ualuas muroſqꝫ perfringeret. Eius aduentu territi abbas, Ptolemęuſqꝫ, omnem
ſpem in latebris fugaqꝫ poſuerant. Quum hinc pont. ualetudine innouata correptus, in
ſanctæ Mariæ Tranſpadanæ caſtello Creſcentij proximæ ædes ſecedens, oppugnatio-
nem intermiſit. Inde amicorũ interuentu abbati & Ptolemęo eſt conciliatus. Poſt pau-
coſqꝫ dies obiens, media urbe ad Lateranum ſepeliendus, magno cum populi plãctu eſt
delatus, cui ſucceſſor fuit ſecũdus Gelaſius patre Creſcentio Caietanus. Dum ea Romæ
per ultima Paſchalis ſecũdi tempora geruntẽ, primus Balduinus Hieroſolymæ rex poſt
captam Sidonem, ampliando trans Iordanem regno manus appoſuit: primumqꝫ omniũ
in terra Arabia, quã Syriam appellant, Sobal caſtellũ edito in loco ædificat muniiſſimũ
cui nomen Montiregali indidit ad regionis præſidium, quò dum neceſſitas poſtulaſſet,
confugerent Chriſtiani. Obierat per id temporis Boemundus puer Boemundi filius, &
D relictus illi tutor principatuſqꝫ Antiochiæ adminiſtrator Tancredus, ex eadẽ Normani
na familia acceperat principatũ, quem Balduinus rex ad gerendas in Tranſiordanenſi-
bus res nouas iturus cũ copijs accerſiuerat. Turci etenim cum Saracenis & Arabib. mul
tas magnaſqꝫ in militiã manus coacti, & caſtelli munitiones fieri impediuerant, & ne
Chriſtianorum fines ultra portenderenẽ, reſiſtere adnitebanẽ. Dum itaqꝫ rex princepſqꝫ
Antiochiæ intima penetraturi inexplorato ducunt, inſidias inciderunt, quas infideles
quadripartito ſtruxerant, in repentinaqꝫ, quam committi oportuit pugna, Chriſtiani fra
cti fugatiqꝫ ſunt. Balduinus tñ quum ea die præcederet, maiorẽ accepit cladẽ, qui multis
ſuorũ cæſis, plurimis captis, fugiens in nouũ Montis regalis pręſidium ſe recepit. Et Tã-
credus accepto minori incõmodo, auerſa à Monteregali uia, armis fretus, tutam repe-
tit fugę uiam. Elati ea uictoria Turci, monaſterium, quod in monte Tabor erat celeber-
rimum aggreſſi, monachis ad unum trucidatis demoliti ſunt. Reuerſus poſt acceptam
cladem Hieroſolymam Balduinus, Ptolemaidam inter, & circum cõtinendis in fide po An.ſal.
tentiſſimis ciuitatibus, aliud ędificauit pręſidium, quod Scandalum appellauit. Quo M.c.xx
anno ſalutis undeuiceſimo & undecies centeno, dum rex ipſe maximos faceret belli ap

paratus, diem obijt: alterq; Balduinus de Burgo Francus concordi Chriſtianorũ, præla E
rorum & principũ uoto Hieroſolymæ rex creatus eſt, Gelaſii ſecundi pontificis, quẽ Pa
ſchali ſecũdo diximus ſucceſſiſſe, electionẽ factam fuiſſe inuenimus Romæ in Paladio,
qui locus eſt ad infimas Palatini montis radices, nunc Palara dictus. Fuerat eius uiri om
nis uita laudabilis, & ea electio cardinaliũ, ad quos ſpectauit ſummo conſenſu celebrata
quã epiſcopi, clerus & pop. Ro. magno acceperunt laudauerũtq; applauſu, & tñ Leo ac
Cincius Fraiepanes ſeditioſiſſimi potentiſſimiq; per eam tẽpeſtatem ciues, quod unum
ex ſuis fieri pontificem cõcupiuerint, prima electionis die manus in illũ uiolentas inau-
dito aliàs furore inijcere auſi ſunt. Ad locũ enim celebratæ iam electionis, conclaue nũc
appellant, cum armatis uenientes ualuis ui refractis ingreſſi ſunt, primusq; Cincius pon
tificem ſenio debilẽ pugnis cæſum in terraq; proſtratũ pedibus alterne quanta ui potuit
depreſſis cõculcauit: affirmatq; Pandulfus Cincium ferrea pedibus aptata habuiſſe cal-
caria, cum quibus ſenem ſeminecem inter calcandum adeo acriter uulnerauerit, ut ſan-
cti uiri cruor eccleſiam madefecerit. Abſtractũ poſtea pontificem Cincius quũ in proxi F
mas ædes ſuas ꝑduxiſſet, catenis uinctũ in cuſtodia habuit. Debacchati uero ſunt Fraie
panum ſatellites in cardinalium clericorumq; omniũ famulos. Nam præter paucos, qui
fuga ſibi cõſuluerunt, oẽs pugnis, fuſtibus cæſi, equis deturbati ſpoliatiq; fuerunt. Tule-
rũt id indigne atq; ægerrime cæteri ciues Romani: & poſtridie primus omniũ præfectus
urbis Petrus, dehinc Petrus Leonis, Stephanus Normãnus, & cæteri qui in urbe tũc præ
ſtantiores in Capitolium uenientes Fraiepanibus, niſi Gelaſium pontificẽ redderẽt ex-
trema cõminati ſunt. Adductusq; ingenti timore Cincius ad ſoluti catena pontificis pe-
des prouolutus ueniã implorauit, & dimiſſum reduci in Paladium præmiſit, unde ſolẽni
pompa per uiã ſacrã in Lateranenſe patriarchiũ eſt perductus. Dum eſſet Gelaſius in La
terano, multis qui ad ſalutandũ adorandumq; conuenerant occupatus, de ſua quoq; cõ-
ſecratione, nam diaconus erat, cogitabat: cum nocte intẽpeſta factus eſt certior, Henri-
cum quartũ imperatorẽ ad ſancti Petri baſilicæ atrium conſediſſe, armatis cohortib. ſo-
ciatũ, quem notoriũ ſedis apoſtolicæ hoſtẽ nullus dubitaret, illius exitio adueniſſe. Eo G
itaq; perculſi nuncio cardinales, & quibus pont. erat charior, domeſtici ſenẽ ipſum ſibi
parum timentẽ, ad auroram in equũ poſuerunt, & ad Bulgamini ciuis ea tẽpeſtate potẽ-
tiſſimi ædes perduxerunt, ubi uariantibus de modo fugæ conſilijs, uicit Bulgamini ſen
tentia mari abeundũ. Vixq; dum ſol apparuerat, cum duas triremes in Tyberi à caſu re-
pertas turba pontificẽ ſequuta repleuit, & ipſe omnium ultimus Bulgamino deducẽte,
eas ingreſſus, fugiendam Sodomã, fugiendam Ægyptum, ſugiendam ex uerbo prophe
tico nouam Babyloniã præfatus ſolui iuſſit: ſcribenti aũt Pandulfo, qui fugæ interfuit,
amnis undas aduerſante uento, & poſtmodum mare in portu per ualidam tempeſtatem
fuiſſe aduerſatũ facile credimus. Quia ſimili in fuga, quã noſtris temporibus ſanctæ me-
moriæ Eugenius quartus cõmiſit, pariter euenit. Quinetiã Theutonici imperatoris Hẽ-
rici ſatellites Gelaſium pontificẽ fuga prolapſum eſſe intelligentes, illum per Tyberis ri
pas ſequuti, telis & ſagittis utrinq; miſſis, ſicut & Romani Eugenium, ut confoderẽt, in
tentarunt: effecitq; is Theutonicorũ furor, ut pontificẽ, quẽ exitu in mare tempeſtas pro H
hibebat, cardinales ne in Tyberi caperetur, aut occideretur, Ardeã noctu perducerent.
Poſtridie reddita mari tranquillitate reductus Oſtiam pontifex Gelaſius nauigãs tertio
die Tarracinam, & poſtero Caietam progenitorũ ſuorũ patriam peruenit. Confluxerũt
ilico ad eum epiſcopi, & nobiles quotquot ea regio habet, in queis Gulielmus Apuliæ
dux, Robertus Capuæ princeps, & Richardus de Aquila fuere, qui ſe illi nouo fidelita-
tis ſacramento obligauerunt: pontifexq; tanquã nuper aſſumptus in presbyterũ epiſco-
pũq; cõſecratus, & nouitios ſacris initiauit ꝙ plures, & cardinales aliquos epiſcoposq;
creauit. Interim Romæ Henricus imperator Mauriciũ Barcharenſem epiſcopũ in anti-
papã nomine Gregoriũ erexerat, quẽ Romani fautores æque ac Paetiũ aduerſariũ deri-
ſorio cognomine Burdinum appellarunt: uoluitq; Hẽricus Romanæ terræ urbes & op
pida in Gelaſii põtificis poteſtate durantia capere: primũq; turriculã agri Ananini caſtel
lum obſedit. Quod quũ pont. Gelaſius intellexiſſet, Gulielmũ Apulię ducem, Robertũ
principem Capuanũ, & Richardũ de Aquila cũ exercitu apud ſanctũ Germanũ ſaltus
Caſinenſis caſtellũ ad diem conuenire iuſſit. hisq; imperata faciẽtib. ꝙ primũ Henricus
pontifi-

A pontificem,ut in ſe duceret eas cōparaſſe copias intellexit, Romam & inde in Germani
am ſe contulit.Burdinū uero in urbe reliquit, Fraiepanum & eius ſectæ ſibi ſtudentium
præſidio cōſeruandū.Factus de Henrici fuga certior Gelaſius,duce Apulo principe Cā
puano,& alijs qui in expeditionē uenerant dimiſſis,Romā paruo atq; inermi deducēte
comitatu uenit,delituitq; potius ꝙ declarauit apud ædiculam ſanctæ Mariæ in ſecundo
cereo,quæ domibus familię Normānorum Stephani & Pandulfi fratrū,ac Petri cogno
mine Larronis ex Corſa familia ciuium Romanorū adiaceret. Paucis inde elapſis dieb.
pont.inuitatus ad diuina in ſanctæ Praxedis eccleſia celebranda, & ſi Fraiepanes time-
bat uicinos,tñ Romanorum,Corſorum,& Creſcentij Caietani nepotis ſui uiribus,ac tū
telæ fiſus acceſſit,in quem ſacris intentum factus eſt à Fraiepanibus cū armata multitu-
dine irruentibus terribilis admodū impetus.Prodieruntq; ilico in pontificis defenſionē
parati ciues,quorum pro uiribus facta inſiſtentia,uix id ſolū habuit efficaciæ, ut pont.à
famulatu raptus,&in caballū poſitus effugere potuerit.Cōmiſſum enim ad ædiculā lapi
B dibus fuſtibusq; hincinde uolantibus multo cum effuſo cruore prælium,quod prius di-
rimi non potuit,ꝙ Fraiepanes certiores facti fuerunt,pontificē in uiam Hoſtienſem pro
fugum euaſiſſe.Perquiſitus paulopoſt à ſuis pont.Gelaſius, cum in campis baſilicæ ſan-
cti Pauli adiacentib.eſſet repertus,in urbem reducitur,ubi eadem nocte concilio cū car
dinalibus & amicis inito urbem conſtitutū eſt ilico relinquendā. Hæc mecum ego ipſe
conſiderans ſoleo admirari,quo factum ſit modo,ut cum urbem Romā pont. dominio
retineret,ciues nihilominus ſeditioſi potentiſſimiq; in illa eſſent, qui illum ſingulos per
dies aut poſſent capere,aut eijcere.Affirmat namq; Pandulfus Gelaſium pontificē,cum
abire ſtatuiſſet,reliquiſſe Petrum epiſcopū Portuēſem in ſpiritualibus uicarium, additis
aliquot cardinalibus,qui curam urbis ſecum gererent,& Hugoni baſilicæ apoſtolorum
cardinali urbis Beneuentanæ cuſtodiā demandaſſe. Petrū quoq; ut erat præfectū urbis,
& Stephanum Normānum eccleſiæ uexilliferum inſtituiſſe,quibus tutela urbis, ac eius
manſerit cōmendata.Nauigaturū pontificem cardinales quinq;,& ex nobilitate Roma
C na,cleroq; numerus haudquaquā exiguus ſunt ſequuti.Cum Piſas pont.applicuiſſet,ma
ximo ab ea ciuitate exceptus honore,ibiq; paucos moratus dies,aliam ingreſſus nauiga
tionem,ſancti Egidij portū incolumis eſt delatus.Confluxerunt ad illū ilico oēs prouin
ciæ non magis epiſcopi,abbates,& eccleſiaſtici,quàm magnates & urbiū oppidorumq;
primates,à quibus in Cluniacenſe monaſterium eſt deductus. Ibi dum multa in eccleſiæ
reformationē tutelamq; cum regibus & principibus moliretur,morbo correptus, quē à
coſta pleureſin uocant,ad finē anni pontificatus ſui interijt. Suffectus eo in loco à cardi
nalibus,qui Gelaſium ſequuti fuerant,in pontificē Guido Vienenſis archiepiſcopus na
tione Burgundus,Franciæ,Angliæ,atq; etiam Alemanniæ regū proſapia oriundus,Ca-
liſtus eſt appellatus:qui prudens modeſtiſſimusq; uir electioni de ſe factæ, non prius in
totū aſſentiri uoluit,ꝙ miſſi Romā nuncij referrent,cardinales qui Romæ manſerant,et
præfectū ac cōſules,atq; etiā clerum,& populū ſolenniter petitum præſtitiſſe cōſenſum.
Gallicanæ igit̃ eccleſiæ conſilio u enturus per Montempeſſulanū & ſanctū Egidiū pro-
D greſſus,Italiam Mediolanumq; peruenit,& præcedens per montem Bardonis tranſiuit
in Thuſciā.Inde Romā delatus,quāta nemo ante eum pont.omnium lætitia, paulopoſt
Hugonem cardinalem Romanum à Beneuenti legatione reuocauit:ab eoq; de rerū A-
puliæ,& eius oræ regionū ſtatu certior factus,Beneuentū & ipſe adijt.Conuenerunt ili-
co ad eū Gulielmus Rogerio genitus,Roberti Guiſcardi filio,Apuliæ dux, Iordanusq;
dux Capuanus Ariolanus,Iordanus Ariani comes,& Robert. Loritellanus, quos ſacra
mento adactos Romanę eccleſiæ ligios homines cōfirmauit. Breui poſt Romā reuer-
ſus, nihil duxit antiquius,ꝙ Henrici quarti imperatoris Ro.ſemper antea turbulētiſſimi
pacē quærere:ad quē tres cardinales miſit oratores,qui pacē ſcripto firmatam, quod ex
tat ampliſſimum,retulerūt:pauloq; poſtꝙ ea felix legatio Romam erat reuerſa Caliſtus
pont.iterato Beneuentū accedere eſt coactus. Idq; qua ratiōe ſit factū altius repetemus,
quod ijs regni Neapolitani rebus geſtis,quas breui poſt relaturi ſumus, multa inde noti
tia aperit̃:Gulielmus Apuliæ dux,poſtꝙ ſe à Caliſto pont.ſicut ſupra oſtēdimus,confir
matū uidit,animis auctus,oblatam aliquando aliàs Alexij imperatoris Cōſtantinopoli
tani pridem uita functi filiā in matrimoniū accipere cōſtituit,malo id quidē cōſilio, qui

parum

parum conſiderauerit Alexium om̃ibus Chriſtianis præſertim Italicis hoſtem, maximis E
cum Roberto auo ſuo,& Boemundo patruo odijs decertaſſe.Is tamen,qui Rogerij Sici
liæ comitis conſobrini ſui ambitionẽ duceret ſuſpectiſſimã,nõ prius Italia eſt profectus,
ad uxorem ſicut petebatur Conſtantinopoli deſponſandam,q́; Caliſtus pont.Apuliç du
catum,& cæterã de Italia terram uſq; ad fretum Siculũ eo tunc ducatu comprehẽſam in
ſuam &Romanæ eccleſiæ tutelam protectionemq́; ſuſcepit. Vixdum uero medium iter.
ſuum enauigauerat Gulielmus,cum Rogerius ſuiceptam à põtifice tutelam ſibi notam
paruiſaciens,Calabriam inuaſit,& prius dimidiam cepit,q́; pontifex de afferẽda ope po
tuerit cogitare:qui Hugonem cardinalem à Beneuento præmittens, Roma & ipſe cum
cardinalium collegio,& Romanorũ copijs tumultuarie eſt profectus. Inuẽtum ad arcis
Nicephoræ obſidionem Rogerium Hugo cardinalis,nec precibus inde,nec cõminatio
nibus potuit deterrere.Pontifexq́; interea Beneuentũ delatus,infauſta in expeditiõe ſua
multos ſibi chariſſimos ſebribus correptos amiſit,&ipſe mala pariter uſus ualetudine:le
ctica in urbem æger,mœſtusq́; relatus eſt.Qua fretus bene gerẽdæ rei occaſione Roge F
rius Calabriam omnem Apuliamq́; ſubegit . Gulielmus uero uxoris ſpe fraudatus , quũ
ad affinẽ Salernitanũ principem in Italiam reuerſus cõfugiſſet, diẽ ibi nullis relictis filijs
obijt:Ex eo tempore Rogerius tantarũ rerum ſucceſſu elatus,non ſe ultra Apuliæ & Ca
labriæ ducẽ,& Siciliæ comitem,ſed Italiæ regem appellare cœpit.At Caliſtus pont.uale
tudine uixdum redintegrata,concilium Laterani noningentorũ patrum cõgregauit, in
quo cùm pacem inter multos diſſidentes cõpoſuit,tum maxime eccleſiaſticum ſtatũ re-
formauit.Et quod plurimi faciendũ fuit,Dominicum Michaelem Venetorũ ducem, ut
laborantibus apud Hieroſolymã Chriſtianorũ rebus ſecundo rege Balduino in carceri-
bus agente ſubueniret,miſſis cum uexillo eccleſiæ nuncijs exorauit.Quã relatu digniſſi
mam rẽ,ut liberiore animo ampliorique ſpacio narrare poſſimus,libro dandus eſt modus.

## BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB inclinatione Romani imperij, decadis ſecundæ Liber quintus.

G

BALDVINVM Burgenſem ſecundum de gente Latina Hieroſolymæ
regẽ,quẽ ſupra Balduino primo conſobrino ſuo ſuffectũ oſtendimus,
primis quatuor regni annis uarij barbarorũ motus agitauere.Ad ſecun
dum namq; annum Gazi Turcorũ minoris Aſiæ copiarũ dux, magnũ
in Hieroſolymis duxit exercitũ,Balduinusq́; cõgreſſus cõmiſſa in bar-
baris quatuor millium cęde,captum ducẽ coniecit in carcerẽ.Anno de
inde qui ſequutus eſt,Damaſci rex Saracenos quindecim millia equi-
tes peditesq́; trahens ad portas uſq; Hieroſolymæ eſt delatus:fuitq́; eo periculoſior im-
petus,quo improuiſus eſt factus.Eduxit tamen in aciẽ Balduinus, & uarijs penè biduo
cõtinuatis prælijs,eò res euaſit,ut cũ ad triginta noſtrorũ deſiderati ſint, duo millia ho-
ſtis cæſos,ad mille captos relinquẽs,fuga ſibi cõſulere ſit coactus.Quibus moleſtijs atq;
periculis cũ ſatis reſiſtere diutius poſſe Balduinus diffideret, auxilia Venetos popoſcit,
ſocietatẽ in capiẽdis de terra barbara ꝓuincijs urbibusq́; pollicitus.Extatq́; Venetijs fœ H
derũ huiuſmodi formula cũ Dominico Michaele ſolẽniter cõcepta. Sed priuſq́; claſſem
parare Veneti potuerint,Balduinus Balach Parthorũ regi Hieroſolymã impetẽti teme
re cõgreſſus cũ magna procerũ militũq́; Chriſtianorũ parte captus,Carras in carcerẽ eſt
perductus.Id cũ ſecũdus Caliſtus pont.Ro.intellexiſſet,& fortè tũc Laterani ſolẽne cõ-
cilium ſicut diximus habebat , Venetos orauit,& ſua impulit autoritate,ut difficillimis
Chriſtianæ expeditiõis in Aſia reb.ſubuenirẽt. Erat per id tẽporis Hieroſolymis patriar
cha Varmũdus uir nõ magis doctrina &religiõe,q́; armis & prudẽtia cõſpicuus,cui Bal
duino rege capto Hieroſolymæ & regni adminiſtratio à Chriſtianis fuerat demandata.
Qui & ipſe ſicut pont.Ro.ad Venetos mittẽs,fœdera cũ Balduino icta,illis cõfirmauit.
Dominicus itaq; Michael Venetiarũ dux claſſem adducẽs potẽtiſſimã ad annũ ſalutis
ſecũdũ & uigeſimũ ſupra cẽteſimũ & milleſimũ in Aſiã nauigauit, Iacobusq́; theologus
Genuẽſis ꝗ paulopoſt Hieroſolymis diu uixit,ſeptuaginta onerarias naues eã claſſẽ ha-
buiſſe ſcribit.In qua ſimile eſt uero,triremes inter ac cæteras &alias minores ꝗd Veneto
rũ monumẽta habẽt,naues fuiſſe ducẽtas.Interea Varmũdus patriarcha,ꝗ die certior eſt
factus,

A factus, Dominicũ Venetijs ſoluiſſe, oẽs copias, quotquot Hieroſolymis educere potuit ad loppen dux erat, quã Hieroſolymæ proximiorẽ cæteris, maritimã urbẽ Babylonica ſeptingentarũ nauiũ claſſis arcta & periculoſiſſima premebat obſidione. Impetũ quem Venetus dux in barbaram claſſem fecit, improuiſum fuiſſe crediderim, quod Genuẽſis æque ſcriptor Venetusq; autores ſunt, barbaros ilico profligatos fugatosq; maxima ex parte captos fuiſſe. Ioppe liberata, quod iuſſit patriarcha, omnib. Chriſtianorũ copijs terra mariq; in Tyrũ eſt ductũ. Quam urbem omnium præter Hieroſolymam & Antiochiam Aſiæ potentiſſimã Chriſtiani ad id temporis expugnare nequiuerant. Ea tñ ſummis barbarorũ conatibus aliquandiu defenſata, tandẽ multo, ut Genuenſis uerba imitemur, Venetorum ſanguine capta, & Hieroſolymæ regno eſt addita. Conceſſum uero Venetis à Varmundo patriarcha, & poſtea à Balduino rege pecunia redempto cõfirmatũ, q̃d uidimus ipſi priuilegiũ minora habuit, q̃ quæ concedentibus in tanti beneficij præmiũ fuerint oneroſa. Namq; Balduinus hic ſecundus ea primo cõfirmat, quæ primus rex al-

B ter Balduinus Venetis in acceptorũ principio expeditionis beneficiorũ præmiũ in hãc maxime formã in eccleſia ſanctæ crucis apud Acconẽ altero conceſſit priuilegio, haberent Veneti omnib. in urbibus regni Hieroſolymæ, & principatus Antiochiæ propriã fori iuriſdictionẽ, uicumq;, & plateam particularẽ, ubi furnũ, ſtateram, cauponas, menſurasq; proprias, & cætera mercimonia, nullis grauati uectigalibus exercerent: ſi quis Venetus naufragiũ feciſſet, ſi deceſſiſſet inteſtatus, bona cederent Veneto magiſtratui, cui in beatorũ apoſtolorũ Petri & Pauli feſto celebri die regius miniſter ex Hieroſolymę ærario trecẽtos byzantios ex auro Saracenos perſolueret: hisq; à primo cõgreſſis ſecũdus addidit Balduinus, ut Tyri, Aſcalonisq; urbiũ quandocũq; in Chriſtianorũ fierent poteſtatẽ, Venetus tertiã partẽ dñio poſſideret. Tyro capta & Balduino Hieroſolymã reuerſo, periculũ palã eſt factũ, quod Chriſtianæ expeditioni maximũ imminebat, ſi ea à Veneto auxilia nõ ueniſſent. Namq; ſuffectus Carloioanni Hemanuel Conſtantinopolitanus imperator, q tantã Chriſtianis Latinis uictoriã, ſicut & ſui prædeceſſores inuideret;

C Ioppe obſeſſa, aperte in Venetos machinari cœpit, q̃s à ferenda Latinis ope cupiebat auertere. Eius itaq; imperatoris per eã ætatẽ potentiſſimi motibus, quã cõtinuabant, territi Venetæ reip. magiſtratus, Dominicũ Michaelẽ ducẽ ſuũ reuocare coacti ſunt. Isq; probus uir Rhodũ primo, poſt Chiũ Græci imperatoris inſulas ſpoliauit, glorioſum nactus in Chio Theodori martyris corpus: qđ in ſancti Marci baſilicã delatũ, in capella inſigni ſeruať, quã Narſetẽ eunuchũ ædificaſſe docuimus. Ductis inde apud Chiũ hybernis, Dominicus dux Samũ, Mitylenas, Andrũ, & alias de Hemanuelis imp. inſulas ſpoliauit, occupatoq; Mothonio, & præda ibi facta inter ſuos diuiſa, urbẽ cõmuniuit. Eademq; claſſis in patriã reditura Spalatũ & Traguriã urbes Vngarorũ regis, qui & ipſe Veneto inimicareť, ui cepit, quas urbes Venetus hucuſq; poſſedit. Dominicus uero dux tantis reb. intra triceſimũ q̃ profectus erat menſem, feliciter geſtis, nil Venetis glorioſius egiſſe eſt uiſus, q̃ q lapidẽ, ſuper quo dñs & ſaluator noſter Ieſus apud Tyrum ſedit, in patriã detulit. At per id tẽporis apud urbẽ Romam, ſecundo Caliſto põtifice Ro. rebus eccleſia-

D ſticis intento, Burdinus ille antipapa quẽ Henricus quartus imp. ſecũdo Gelaſio pont. uiuo, ſicut oſtendimus, in idolum erexerat, Sutrij ſe continuerat: in qua urbe eum Cetani comites tyrãnuli defenſauerãt. Dũq; Caliſtus cõcilio intẽtus eſſet, uias illi Claudiã & Aurelianã adeo latrocinijs fœdauerãt, ut nemo illis Romã tutus ſecurusq; poſſet accedere. Quamobrẽ Caliſtus pont. copijs undiq; cõtractis, Sutriũ obſedit, cuius oppidani infelicẽ Burdinũ eueſtigio dederunt. Isq; camelo cõuerſa in beſtiæ caudã facie impoſitus, Romamq; perductus non minus in urbe, q̃ toto in itinere ridiculo plebi fuit. Abſtinens tñ Caliſtus ab iniqui hominis ſanguine, illũ in Canẽſe monaſteriũ detruſit. Multa interim Caliſtus in Rogeriũ Siciliæ comitẽ ſe regẽ Italię appellantẽ, animo nõ minus celſo q̃ ira todũ moliť, ad annũ pontificatus ſui quintũ diẽ obijt: ſuffectusq; illi pont. ſecũdus Honorius Flagnani Imolenſis agri genitus, haud quaq; minus, q̃ prędeceſſor Caliſtus odio in Rogeriũ exarſit: quẽ Martinus Polonus, errorũ eccleſiaſticæ hiſtoriæ fomes, & eũ ſecuti Cõſentinus Ptolæmeusq; Lucẽſis ſcribunt, Apuliæ & Calabriæ magiſtratũ precib. adductũ uſq; in Apuliã cũ exercitu aduerſus Rogeriũ acceſſiſſe, & eorũ à quib. ducebať dolis in ſe machinationibusq; quibuſdã intellectis, pacẽ Rogerio dediſſe, in qua captarum de

rum de Italia regionum ducem illũ ſolenni pontificũ more conſtituerit: ſed Pandulfus E
Lateranenſis eccleſiæ hoſtiarius,qui omniũ illius temporis rerum à pontificibus Roma
nis geſtarũ,quibus interfuit,hiſtoriam diligenter ſcripſit: quemq; nec Polonus hebetis
ingenij,neq; Ptolemęus,alioquin uir doctus uiderũt. Honorius dicit quamdiu uixit in
urbe quieſcentẽ faciendis promotionibus cõponendisq; rebus eccleſiaſticis intendiſſe:
uiſus eñ eſt timuiſſe,ne duo factioſi geniti Romana gente,in quorũ controuerſia papa
tũ acceperat,per ſuæ abſentiæ occaſionẽ motus aliquos intentarent.Scribit aũt Richar-
dus ſecundi Honorij papæ temporibus,ſecundũ regem Hieroſolymæ Balduinũ Baby-
lonico carcere dimiſſum,Boemundo alterius magni Boemundi filio uita functo princi
patũ Antiochiæ Hieroſolymitano regno coniunxiſſe: & paulopoſt tenendũ cõceſſiſſe
Raimundo Gulielmi ducis Auſtriæ filio,cui ſuperioris Boemundi filia erat uxor. Et ut
inchoata de Balduino cõtinuemus:rex Aſcalonitarũ fretus copijs auxiliarib. Ægyptio-
rum in Hieruſalẽ duxit,qui unico repulſus prælio aufugit,potius ꝙ receſſit. Sed paulo-
poſt Baldequinus Damaſci regulus maiores ilico adducens copias,Hieroſolymæ infe- F
ſtauit agrũ:qui à Balduino ternis repreſſus prælijs,copiarũ partem maximã, partim cæ-
Anno ſal. M.cxxx.
ſam,partim captã amiſit.Interim Romæ ad annũ ſalutis triceſimũ, & undecies centenũ,
ſecundus Innocentius Honorio ſucceſſerat,qui ſuperbiã tyrannidemq; Rogerij Siciliæ
comitis ſeſe Italiæ regem appellantis ægerrime tulit,adeo ut iracũdia magis tractus,ꝙ ui
ribus ad tantam rem aggrediendã neceſſarijs fretus,tumultuario contractũ impetu exer
citum,in illũ duxerit:tanta aũt profectus eſt celeritate, ut Rogerium qui nullos reſciſſet
à pontifice factos eſſe apparatus, apud ſancti Germani oppidum improuiſo impetu ſit
repulſus.Eoq; oppido ui capto,tyrannũ in caſtro Gallutio,in quod ſe de fuga receperat,
pont.obſedit.Sed Gulielmus Calabriæ dux Rogerij filius cum exercitu ueniens, & ſol-
uit cõmiſſo prælio obſidionẽ,& pontificis cum cardinalibus capti gloriã adeptus eſt:u-
ſus tamen modeſtia Rogerius,põtificẽ cum ſuis cardinalibus liberatos,quicquid uoluit
ab eo præterꝙ regni titulum impetrauit. Reuerſus Romam Innocentius adulterinũ põ- G
tificem nouum ſibi ſuffectum repperit Petrum Petri Leonis filium,qui ſe Anacletũ pon
tificem appellaret: fretus erat Petrus non magis nouo pontificis Innocentij caſu,ꝙ ele-
ctione licet diſpari utriuſq; ipſorum facta,in qua Anacletus longe fuerat ſuperatus:ſpo-
liauerat uero Petrus abſente Innocentio primarias urbis eccleſias principis apoſtolorũ,
uirginiſq; matris maiorẽ & Lateranenſem aureis argenteiſq; ornamentis,& conflata in
de ingẽti pecunia multos in urbe corruperat, adeo ut ea multitudine ſuis addita cogna-
tis,potentiã pontificis Innocentij in urbe obrueret: Quamobrẽ ſibi & ſuis timens Inno-
centius,Conrado Sabinẽſi epiſcopo cardinali uicario ſuo in urbe relicto,Roma migrãs
cum cardinalib.& curia per Piſas & Genuã ad Philippum regem in Franciã eſt delatus.
Intereaq; Petrus in Anacletũ prophanatus pertentatũ Rogeriũ ſeduxit, ut rex appella-
tus,ſe Romanũ pontificem adoraret.Sicq; factum eſt, ut Rogerius omniũ Normanno-
rum primus abſurdo utriuſq; Siciliæ regni titulo ſit abuſus,qui omnẽ terrã de Italia com
plecterentur:quã nunc quoq; regnũ Siciliæ appellamus. At Innocẽtius pont.celebrato H
apud Clarummo tẽ concilio,Petrum antipapam,& ſectatores quũ damnaſſet, Aurelia
num ſe contulit:& rege Philippo,qui eò ſibi occurrerat,ſalutato:Henricum Anglorum
regem Carnoti inuentũ diligentius alloquutus eſt:inde in Lothoringiam flectens, Leo
dij conſtitit: ubi Lotharius in regem Romanorũ a Germanis electus, ſacramento ada-
ctus eſt,expeditionis breui parandæ,cum qua tutus Romam uere proximo duceretur:
dumq; Lotharius copias contulit,Innocentius alterã ſynodum Remis habuit. Ventum
eſt inde diuerſis itineribus in Italiã. Pontifexq; tertio apud Placentiam concilio celebra
to præcedens Piſas,Lotharius cum copijs Calcinariam. Cõpoſiturus uero pontifex de-
ſtinatam quo tempore Piſis & Genuæ fuit,inter eas ciuitates bello cõtendẽtes pacẽ,ora
tores Genua de itinere accerſiuerat:unde earum urbiũ rebus breui cõpoſitis, fœdera &
ipſe cũ illis fecit,per quæ præſidia reb.eccleſię ſpoponderunt.Accepitq; utraq; urbs præ
clarum a pontifice munus:qđ Genuenſis eccleſia à Mediolanẽſi ſubtracta, metropolis
eſt facta: cui Bobienſem,& tres Corſicæ ſubiecit epiſcopos:Piſanæ uero in metropolim
pariter erectæ,Sardos,Populonienſemq;,& tres Corſos ſuffraganeos dedit epiſcopos.
Inde progreſſi principes Viterbiũ peruenerũt,& per Farfenſes Sabinoſq; ad pontẽ Mam
meum

A meum delati, ſecus celebrem S. Agnetis eccleſiam caſtra firmarunt. In quæ cùm Theo-
baldus urbis præfectus, & Petrus Leo, alijq; Romani factionis Petro Leonis aduerſę ſe
cõtuliſſent, põtifex rexq; cum exercitu per Ianiculũ regionem Transtyberinam, de qua
pontifex oriundus erat, ingreſſi ſunt. Põtifice autẽ in Lateranum & rege in Auentinum
mõtem à populo perductis, quies parta eſt maxima ciuitati. Nam Petrũ antipapã urbe
quidã in paterna domo delituiſſe affirmãt. Quia uero ęſtiui aeris Romani intemperiem
Germani formidarẽt, Imperator abijt in Germaniam. Pontifex Piſas conuocatum prius
ex uniuerſo orbe aggreſſus eſt conciliũ celebrare. In quo priuatis hęreſiarchæ Petri fau-
toribus epiſcopis conſtitutiones quaſdã edidit. Sed illico Romæ, & in Rogerij princi-
patu ſtudioſi per pontif. Innocẽtij abſentiam caput attollere incœperunt, uiribus maxi-
mè innixi, quas Rogerius offerebat. Quare accerſitus à põtifice Lotharius Imp. Romã
cum exercitu aduolauit, & reductam claſſem pauloante Piſani paratiſſimam eduxerũt,
prioreſq; Piſani Amalpham, Riuellumq; ducentes, utranq; urbem & agri earum oppi-
B da ui capta diripuerũt. Pontifex autem & Imperator terra profecti prius Barulum uſq;
duxerunt, q̃ populum offenderint cõtraria ſentientem. Itaq; Barulo obſidione circun-
dato Rogerius ſibi timens, dum in Siciliam confugiſſet, omnia amiſit, quę in terra Italia
occupauerat: cui cuſtodiendæ terræ pontifex Rainonem Lotharij Imp. comitem, attri-
buto ducatus Apuliæ titulo, cum aliquot Germanorum cohortibus præfecit. Tantiſq;
rebus nõ magis feliciter q̃ faciliter confectis, redierunt in urbem principes, & Lotha-
rius in Germaniam reduxit exercitum. Peropportunè uero Innocẽtij pont. felicitati ac-
ceſſit Petri hęreſiarchę mors, quẽ pontifex à conſanguineis ſectatoribuſq; prius occul-
tè ſepultũ eſſe, q̃ in urbe Roma deliteſcere intellexit, ſectatoreſq; altero ſucceſſore pro-
phanato, breui poſt cum illo ad Innocentij pontificis miſericordiam cõfugerunt. Pon-
tifexq; maxima Laterani celebrata ſynodo, cõſtitutionem, quæ extat, ne quis in clericũ
manus audeat inijcere uiolẽtas, inter alia fecit, & ſalariũ aduocatis conſiſtorialibus cõ-
tra ac poſtea ſemper ſeruatũ eſt, decreuit. Afflixit uero huius pontificis extremo tempo
C re omnem Italiam fames ualida, & Romani maxima uſi inſolentia, creatis pontifice in-
ſcio ſenatoribus, urbem per eos adminiſtrari quæſiuerũt. Quibus dum põtifex reſiſtere
adnititur, moriẽs ſecundũ Celeſtinum pontificem ad annum ſalutis tertium, & quadra- *Anno ſalutis 1143.*
geſimum ſupra undecies centenũ habuit ſucceſſorẽ. Et in Aſia ſecundo Baldoino regi
ad annum Innocẽtij põtificatus ſecundũ defuncto, Andepauẽſium comes Fulco illius
gener in tertiũ Hieroſolymæ regem ſuffectus erat. Qui præſepturus iter Aſcalonitis, ne
in regnum Chriſtianum impetum prout cõſueuerant, frequẽter facerẽt, præſidium me-
dio fermè inter Aſcalonem & Hieroſolymã ſpacio excitauit, fuitq; murus ſolidiſſimus
lapide quadrato in opus ſummo ex ruinis Geth olim Philiſtinorũ urbis eodẽ in pręſidij
loco dirutæ. Creuit uero id præſidium breui in oppidi amplitudinem, cui Ibellino fuit
nomen ab Albano inditũ Gallico, quẽ Fulco rex præſidem cuſtodemq; impoſuit. Pau-
loq; poſt alia duo præſidia, Berſabeem & Albã ſpeculam noſtri proxime ædificauerãt.
In hũc uero Fulconem regem, qui duobus filijs militaris regi ſciẽtiſſimis uteref legatis,
D rariores barbari impetus fecerunt. Primoſq; omnium Turcos ſinum colẽtes Perſicum,
innumera uirorum millia ſtatuiſſe in Chriſtianos Hieroſolymam uſq; ducere rex Fulco
factus eſt certior, quãdo Antiochenũ illi agrum populabundi cœperant infeſtare. Du-
xit tamẽ in illos, & cõgreſſus audaciſſimè irruentibus tria millia interfecit, totidemq; ex
eis captos, tãquã in triumphũ Hieroſolymã ligatos traxit. Ad quam Turcorum cladem
excitus rex Alaph gente Turcus, non magis ſuis Turcis quàm Arabibus, Chaldęis, Ba-
bylonijſq; auxiliarib. copioſiſſimo fretus exercitu, Ediſſam inuaſit Meſopotamiæ ciui-
tatem, qua Balduinũ Gothfredi fratrẽ, qui poſtea fuit ſecũdus Hieroſolymæ rex, princi
pio aduentus Chriſtianæ expeditionis in Aſiam potitũ fuiſſe docuimus. Captaq; à Bar-
baris urbs ſumma & alias inaudita crudelitate direpta eſt: nam præter occiſionẽ in omĩ
ætate cõmiſſam, archiepiſcopus & clerus omnis quod fidẽ Chriſti dei abnegare nolue-
rũt, gladio appetiti ſunt, & quod omĩa ſuperare uiſum eſt mala, ſpecioſiſſimas ex noſtris
mulieres, & nobilitate præſtãtiores, quas barbari ſuper altare S. Ioannis Baptiſtæ, quod
ſcirent noſtris religioſiſſimum eſſe, uiolauerunt. Fulco autem rex, quid ea ſibi poſtula-
ret accepta calamitas, minus quàm oportuerit cõſiderans, dum leporem ex Acconenſi

agro exagitat, equo in caput euerſo occubuit, Balduinuſq́ filius eo nomine rex tertius E
regni titulũ gubernationemq́ accepit. Cæleſtino item pont. Romano ad menſis quinti
finẽ mortuo ſucceſſerat Lucius tertius Bononienſis. Per cuius tẽpora perlatus ad Lati-
nos infauſtus Ediſſæ direptionis, & noſtrorũ cladis ac ignominiæ acceptæ nuncius no-
ſtrorum animos in nouæ expeditionis cõgregandæ ardorem inflammauit, interq́ eiu-
latus qui publicè fiebant, fuerũt multi quibus erat curæ urbis perditæ magnificentiã re-
cenſere, Ediſſam eſſe urbem illam nobilem Medorum, ad quam ſacræ tradũt literæ To-
biam filiũ ſuũ miſiſſe Gabelo. Quamq́ beatus Thaddæus apoſtolus ad fidẽ Chriſti, prę-
dicatiõis diuini uerbi ac miraculorũ uirtute cõuerterit, & in qua beati Thomæ apoſtoli
oſſibus decorata Abagarus rex fuerit, quando ad dominũ Ieſum datæ epiſtolæ ſuæ fide
promeruit ſcripta manu dei reſponſa percipere: & demum urbem eſſe, quæ poſtquam
quatuor & quadraginta annis à Chriſtiano populo fuerit referta, præter humanæ cõdi-
tionis mores talia à barbaris ſit perpeſſa, quæ nulla ratiõe ſint niſi à perditiſſimis tolerã-
da. Erat ea tẽpeſtate in Gallijs uir religioſiſſimus ſanctiſſimuſq́ Bernardus Claraualẽſis F
abbas, qui pro ſuo in deum religionemq́ Chriſtianã ardore maximo, tantam eſſe nomi-
ni Chriſtiano inuſtã ignominiæ notã indigniſſimè tulit. Is principes, prælatos, nobiles,
& populos Galliarũ penè ſingulos adiens, ineundam eſſe expeditionẽ, uexilla crucis in
barbaros proferẽda concionabundus clamabat. Nec tamẽ ſatis habeo exploratũ, quod
uulgo nunc creditur, & aliqui habẽt ſcriptores, illum pont. Romani autoritate ſalutem
cruce ſignãdis æternam, more in ſimilibus ſolito ſpopõdiſſe: ſed quoquo id factũ ſit mo
do, ſatis conſtat, Conradum Sueuum, qui pauloante defuncto Lothario, in Romanorũ
regẽ declaratus erat, ducẽdæ in Aſiam expeditionis munus aſſumpſiſſe. Interea Roge-
rius Normãnus per Cæleſtini primũ, poſt Lucij pontificum rem eccleſiaſticam frigidè
adminiſtrantiũ tempora omnem terram de Italia, quã Innocentius Lothariuſq́ abſtule-
rant, receperat, & modeſtiore q̃ prius titulo uſus ſeſe regẽ Siciliæ appellabat. Quanquã
autores, Ptolemæum Ricardumq́, qui inter Cæleſtinũ Luciumq́ titubantes dicant, eo- G
rum alterũ prædictæ terræ titulũ poſſeſſionẽq́ Rogerio cõceſſiſſe, ut iam ſicut & prędi
cti faciunt, nos eundẽ ſub regni Siciliæ titulo prædictæ de Italia terræ ſimul cum Sicilia
regem poſſeſſoremq́ appellare poſſimus. Quod autem cõſtat, Rogerius ipſe per dicta
Cæleſtini & Lucij pontificũ tempora Romanorum claſſem in Africam duxit ingentẽ,
ac tantis Saracenos incõmodis cladibuſq́ afflixit, ut rex Tunetis tributo in quotannos
ingẽti promiſſo, quod annis poſtea plus q̃ triginta perſoluit, pacem impetrare coactus
ſit. At Conradus copijs non ex Germania magis q̃ Gallijs fretus, ingenti multitudine,
quã æternę uitę ſpes accepto ſalutaris crucis ſigno traxit, Cõſtantinopolim eſt delatus,
Hemanuelq́ ſecundus Græcorum Imp. uir ſceleſtiſſimus, Chriſtiano nomini contrà ac
ſimulabat hoſtis, aduenã ducẽ blandè exceptum, quantis potuit doloſis artibus in ſuam
pellicere amicitiam eſt adnixus. Cui uiro animis potius ad gerendas res, q̃ prudentia ad
cauendas inſidias ſatis pleno, faciliter perſuaſit, Iconium primo licet longiuſcula obſi-
dione capiendã, q ea urbe potitus cætera de barbaris facillimè expugnaret: & tamen ut H
ueritati dolis fidem aſtrueret doloſus Imperator: quod erat Conrado prædixit, nõ poſſe
annonã exercitui aliunde aut uiribus accipi, aut data pecunia haberi, quàm unde Gręci
quod facerent à ſe iuſſi in caſtra per dies ſingulos comportarẽt. Caſtris ad Iconiũ urbem
munitiſſimã metatis, ilico apparuit duriorem diuturnioremq́, quàm Hemanuel prædi-
xerat futuram eius obſidionẽ. Et dum tantus deſidet magis q̃ oppugnat exercitus, uale
tudo nõ magis corporũ quàm animorum ægritudo quoſq́ ualentes æque, ac inualidos
debileſq́ cõſternat. Nec ſatis intellectũ eſt tunc, quod ab ipſis poſtea reſcitum Græcis,
morborũ qualitas, effectuſq́ docuit, gipſum farinæ ac pani, quem Græci importarent,
fuiſſe cõmixtum. Quamobrem Conradus re infecta in Thraciam retroceſſit. Nec ſatis
peritè tradit Ptolemęus Conradum ea expeditione accepiſſe Aſcalonem urbem, quam
Balduinus Hieroſolymæ rex quartus uſu, quem ea Chriſtianorũ noua expeditio rebus
ſuis attulerat, nõ ſine dura & diutina obſidione, regno Hieroſolymæ ultimã addit: cùm
paulo prius Gazam urbem antiquiſſimã, ſed penitus derelictã reędificaſſet, & fratribus
templarijs cuſtodiendã inhabitandamq́ conceſſiſſet. Quinetiã fecit Conradi exercitus
in Aſiam aduentus, ut maiore animo uſus rex Balduinus in primores Turcorũ ſatrapas
cum

A cū ingēti Hiericōtinos opprimētes aggredi ſit auſus. In queis prælio ſuperatis ac repul-
ſis quinq; miliū cædem edidit. Et paulo poſt Noradino cōgreſſus Damaſcenorū militię
principi, fines Hieroſolymæ ingreſſo, illū clade affectū in Damaſci penè mœnia perſe-
cutus eſt. Interea Romę defuncto Lucio tertius Eugenius pont. erat ſuffectus, quē dicit
bibliothecarius Piſis oriūdum, & S. Anaſtaſii abbatem, maiore autoritate quàm rerum
gerendarum peritiæ ſpe à patribus delectum fuiſſe, cum tamē poſtea haudquaquā mi-
nus prudentia quàm bonitate ualuerit. Qui Romanos intelligens cōfirmationem ſenà
torum biennio ante Innocentio pont. creatorum, ab ſe prius ꝙ in thronum ſublimarēt,
ita petituros, ut uel ui cōceſſurus eſſet, noctu abijt, in Sabinoſq; ad Farſenſe monaſteriū
delatus cardinalibus & curialibus Roma accerſitis, conſecratus eſt. Furentes autē Ro-
mani remp. affectātes alios pōtifici & eccleſiæ ſtudētes intus foriſq; uarijs uexabant in-
commodis. In quos cùm pontifex par pari referre cœpiſſet, qui cōſules creati, & patriæ
B gubernationi erāt pręfecti, pace cū pōtifice ea cōſtituerūt cōditione, ut ipſis q̃d ilico fe-
cerunt de magiſtratu abdicātibus, pontifex in ſedē ſuam pacificus rediret, fuitq; ſolenni
pōpa & ſumma populi lætitia introductus. Qui poſtea cum reſciſſet dolos in urbe ma-
chinationeſq; parari, ut tentus Senatores creari pateretur, perpetuis temporibus autori
tate apoſtolica permanſuros, ſaluti ſuæ fuga conſuluit: neq; em̄ ad regem Franciæ quod
nōnulli habent ſcriptores, cruce ſignandū uocatus ſe contulit, ſed nauibus ſecundo Ty
beri eſt delapſus: quē Romani haud ſecus ꝙ Gelaſium olim & nuper quartū Eugenium
armis teliſq; iniectis proſecuti ſunt. Appulſus Piſas cōciuium ſuorū nauigio fretus, ilicò
in Franciā nauigauit. Repertum ibi beatum Bernardū à quo abbate monachus princi-
pio effectus fuit, allocutus didicit, peſſimo rem eccleſiaſticā in Aſia loco eſſe. Amboq;
ſancti uiri Ludouicum regem Francorū tam multis orauerūt, ut cruce inſignitus, expe-
ditione cōtracta Conſtantinopolim ſe contulerit. Quē ſecundus Hemanuel Imp. haud
ſecus ꝙ Cōradum fraude ſeductū per Syriæ deſerta ducere ſuaſit, adeo ut hyberna ſub-
C ducere compulſus ſit. Eademq; tempeſtate Rogerius Siciliæ rex ſecundo Hemanueli
prędicto Imperatori, cuius dolos fraudeſq;, & inimicū in noſtros omnes animū melius
ꝙ Gallicus Germanicuſq; reges nouerat, infenſus eū bello agitare, ac domare cōſtituit.
Cum claſſe igitur de Africa tunc reducta Corcyrā & eius urbem Corphum aliquandiu
oppugnatam, Corinthū quoq;, & Thebas, ac Euboiam quæ & Nigropōtus de imperio
Cōſtantinopolitano cepit, ſpoliauitq;. In Cōſtantinopolim quoq; ducturus erat, niſi re-
ſciſſet Imper. Venetos bello ſocios ſexaginta triremiū claſſem Petro Bolano duce ſinu
Adriatico eduxiſſe. Flexit itaq; dextrorſum Rogerius ad Aſiæ litrota, intētaturus Chri-
ſtianis opē, aut ſi barbaris infidelibus incōmodum afferre poſſet: itaq; Chriſtiano nomi
ni feliciter ceſſit, Ludouicū enim Francorū regem, qui à S. Simeonis Antiocheno por-
tu ſoluens, Palæſtinā petebat, Saracena claſſis fortè obuia interceperat: cum Rogerius
caſu obuius parta de Saracenis uictoria Chriſtianum regem gaudens, uenerabunduſq;
excepit. Interim claſſis Veneta receptis, quæ de imperio capta ſpoliataq; Rogerius li-
querat, pręſidijs immunita, ad Patracēſem ſinū ſubſtiterat. Quod cū intellexiſſet Roge-
D rius Francorū rege apud Ioppem dimiſſo, Cōſtantinopolim delatus ſuburbia eius urbis
præſente Hemanuele incēdit, & palatiū aliquādiu oppugnatū cum capere nequiuiſſet,
uſq; tamē pugnādo progreſſus eſt, ut poma Imperialis pomerij ad gloriā fortitudiniſq;
oſtētationem manu ipſe propria legerit. Cum autē Rogerius damnis ſatiatus Gręco il-
latis in Italiam rediret, claſſi fortè obuius, quā Imperator Venetæ addiderat, triremibus
undeuiginti, & ipſe ſpoliatus eſt. At Conradus Ludouicúſq; reges Græci Imperatoris
dolos malis ſuis edocti iuuenum cōueniente exercitu Balduino regi Hieroſolymitano
ſuam operā ſunt polliciti, uiſúmq; eſt nihil magis è re Chriſtiana fore, ꝙ in Damaſcum
ducere. Secutus fuerat Ludouicum regem diuerſo itinere Portuenſis quidā epiſcopus
cardinalis, quem Eugenius papa ſedis apoſtolicæ legatū miſerat Hieroſolymam. Itaq;
ducturi in Damaſcum tres Chriſtiani reges, cardinalem quoq; legatū, & ſimul patriar-
chā Hieroſolymitanū, multos quoq; epiſcopos expeditioni intereſſe curauerāt. Dama-
ſcus Aſſyriæ urbs primaria, & ut dicūt metropolis omniū fermè urbiū Aſię uetuſtiſſima
eſſe uidetur. Quā Abraæ ſeruos fundaſſe ſacræ tradūt literæ. Eſtq; campeſtris agrum ha
bens natura ſoli ſterilem ac aridū, niſi quatenus aquæ irrigāt ſuperne fiſtulis cuniculiſq;

ſubductæ,quarũ humor terrã reddit omniũ fertilem,& conſitionibus pręſtantiſſimam, E
paruuſq́; amnis in regione unicus,proximis mœnibus delabens,parua ab illis dirimitur
terrę lingula,cõſitionibus omniũ in orbe precioſiſſimis cõtecta.In qua cùm noſtri prin
cipes prudẽti cõſilio caſtra firmaſſent,& ſi urbs mœnibus altiſſimis denſiſſimiſq́; muni-
ta uiribus capi nequiuiſſet,in poteſtatem breui uentura erat, ꝙ aquatione fluminis pro-
hibiti Damaſceni,iumenta intus,equitatumq́;, qui pręſidio inerat alere non potuiſſent,
fontibus qui in urbe erant,ingẽti populo difficillimè ſuffecturis. Cum tamen ſibi timẽ-
dum ciues ſcirent ne ſuccisſis cuniculorũ meatibus, quod haudquaquã operoſum nimis
fore intelligebant, & ipſi fontes in urbe areſcerẽt: ſubripuit uerò de tanta urbe uictoriã
Aſſytij hominis dolus, eum Balduino regi ad eam diẽ fidũ,à quo ductus fuerat, Dama-
ſceni pecunia corruperũt.Iſq́; regibus ſuaſit,ut caſtris ad aliam urbis partẽ metatis,mœ-
nia uires ſuas fruſtrãtia oppugnãt. Damaſceni irruptione facta fluuio potiti,munitioni
bus additis in ſuam poteſtatẽ firmato, noſtros aquatione prohibuerũt, quodq́; par fuit
ex eo facto incommodũ, ab annona in caſtris breui laboratũ eſt, quæ niſi ab amnis ripa F
poterat importari. Soluta obſidione cùm tãtus exercitus re infecta ad Ioppem rediſſet,
Conradus, Ludouicuſq́; cõminutos malè habitoſq́; exercitus ſuos in Europã reducen-
tes ad propria ſunt reuerſi. Erat annus ſalutis ſecundus,& quinquageſimus ſupra decies
centenũ, quãdo Eugenius pont.in Italiam eſt reuerſus, quem Romani bene & honeſtè
acceptum media urbe in Lateranenſe patriarchium deduxerũt. Iſq́; in uno, quẽ ſuper-
uixit anno,præter compoſitam rem eccleſiaſticam urbes, Tarracinã,Sitiam,& Norbã,
& Fumonis arcem,quas tyranni occupauerãt,in deditionem recepit,& Tybure obiens
in beati Petri baſilicã eſt delatus,Cui Anaſtaſius quartus in põtificatu ſuffectus eſt, ꝗ ci
uis Romanus Suburę regionis per menſes fermè duodecim,quibus uixit,reformãdare
eccleſiaſtica,& palatio apud Pãtheona extruẽdo intẽtus fuit:eidemq́; Romæ defuncto
Adrianus quartus in põtificatu ſucceſſit,qui uir gente Anglicus, cum à tertio Eugenio
cardinalis in Noruegiam miſſus eſſet prouinciam omniũ terræ cognitæ occidentalium
ultimam,eam gentem multitudine copioſiſſimã primus omnium Chriſtianorum Chri- G
ſtianam effecerat.Eo itaq́; creato põtifice Romani cõſules ſuos ſicut per Anaſtaſij tem-
pora adminiſtrationi urbis præfecerũt, & Arnoldum Brixianũ Henricum ab Eugenio
primum poſt Anaſtaſio urbe pulſum reduxerũt.Erat uerò præditus ille ea facundiæ ue-
hemẽtia,ut populos in manifeſtas hęreſes,quibus ſtudebat facile attraheret.Quare põ-
tifex nõ prius ad conſecrationẽ ſuam Laterani de more faciendã ire uoluit,ꝗ Arnoldus
Roma & eius terra ꝗ longe expulſus eſſet.Interea cardinalẽ S.Pudentianæ uia ſacra ad
pontificem accedentẽ Romani ad Coſmę & Damiani ædem armis ingreſſi uùlneribus
affecerunt. Pontifexq́; urbẽ Romã eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto.Et fortè poſtremi
tunc erãt ſacri quadrageſimales ieiunij dies, quod cũ populus ægerrime ferret, peruicit
prudentiorũ ſententia,& Arnoldo ſeductore pulſo,& cõſulibus depoſitis, põtifex ſan-
ctum in Laterano celebrat paſcha,nũcius eſt allatus,Guilelmũ Sicilię regẽ,ꝗ aut multo
antea defuncti genitoris Rogerij regnũ acceperat,arma in Romanæ eccleſiæ terrã ho-
ſtilia cepiſſe,& hinc Beneuẽti ſuburbia,inde Cęperanũ Babucumq́; oppida occupaſſe. H
Cõmouit ea res Adrianũ pont. cui quũ alia in tãta pontificatus nouitate deeſſent arma,
exercuit eccleſiaſtica. Et Guilelmo fidelium cõmunione,regniq́; titulis priuato proce-
res populoſq́; regni eatenus iuramento illi pręſtito abſoluit, ut nulli facta rebellio fraus
eſſet.Interim dum põtifex Viterbij ageret,Fredericus primus de gẽte Sueua Germanus
Imp.deſtinatus Lombardiam ingreſſus, Terdonam obſidebat,qui ea potitus ad urbem
Romã tanta properabat celeritate,ut põtifex ſibi timẽs in munitiora quęq́;, Vrbemue-
terẽ primo,poſt Ciuitatemcaſtellanã cum collegio cardinaliũ ſe receperit. Miſſis tamẽ
hinc inde oratoribus,Fredericus in campis Sutrinis debitã pontifici reuerentiam ac tu-
telæ ſpõſionem exhibuit,à quo breui poſt in principis apoſtolorum baſilica coronatus
eſt.Sed dum ea celebritas utrunq́; principẽ, eorumq́; primores detinet in baſilica occu-
patos,Romani cum pontifice parũ concordes propter cõſules,& eadem ratione Impe-
ratorem ſuſpectũ ducẽtes portas urbis clauſas tenuerũt. Frderici enim exercitus,quem
duxerat magnum,in pratis quæ appellãt Neronis,tentoria ſtationeſq́; habebat,quũ de
repẽtè cõſulibus,& cęteris in urbe primoribus incõſultis plebs Romana eruptione per
pontem

A pontē Traiani facta, Germanos inuadit in Vaticani ſuburbio, & ad ſcalas baſilicæ mar-
moreas obſeruatos, in queis nil tale ſuſpicantibus præda primū, poſt cædes haudquaꝗ
parua eſt cōmiſſa. Poſtquā uerò Germani in pratis habētes alter alterū adhortari cœpe-
runt, & reddita cędis uiciſſitudo, & plurimi intercepti ſunt, excitus ad tumultum Impe-
rator incenſis in Romanos animis ferebatur, quē pontifex exoratū tantiſper deliniuit,
ut captiuis dimiſſis ciuitati culpam in iuuentutis temeritatē reijcienti pacem cōdonaue
rit. Eaꝗ cauſa creatorū conſulum proteruiæ Romanorū addita factum eſt, ut principes
Lateranenſem eccleſiā petituros per aduerſi Tyberis ripam Mallianū uſꝗ oportuerit
accedere, qui amne ibi tranſmiſſo per Sabinos Farſenſeſꝗ, & Poliumcaſtellū delati, ad
pontē Lucanū peruenerint: quo in loco dū ſacris cōficiēdis pōtifex cunctat̃, Tyburtini
temeritate & perfidia ducti, urbē ſuā publico conſilio Frederico dediderūt. Sed cùm pō
tifex id ægrè ferret, ut nullo toleraturus modo uideret̃, Imperator urbem reddidit, quā
B iuris eccleſiaſtici eſſe à ſuis didicit. Poſtquā in Lateranū eſt peruenrū, Imperator paucos
moratus dies in Germaniam redijt. Poſt quod tempus uenerunt Romā nonnulli Apu-
lorum, Calabrorumꝗ procerū, & principis Capuani oratores pōtifici Adriano ſuaſuri,
ut ad ſuam de Italia terram Guilelmi Normanni tyrannide oppreſſam per ipſius terræ
principum uirorū populorumꝗ cupientiſſimorū manus recipiendā ſe cōferret. Ponti-
fexꝗ ſecundo mēſe apud Lateranū uixdum finito, cum exercitu ea temporis breuitate
contracto ad Caſinenſem ſaltum S. Germani oppidum acceſſit: reperit ibi uerò multos
earum regionū proceres cum copijs expectātes, quos fidelitatis ſacramento ſibi & Ro
manæ eccleſiæ obſtrinxit. Et Roberto principe Capuano Andreaꝗ comite præmiſſis,
Capuā ipſe & inde Beneuentū ſe cōtulit: ubi cæteros de Apulis Calabriſꝗ & Salernis,
qui Caſini non interfuerant iureiurando adegit. Dumꝗ pontifex Adrianus exercitum
recipiendis tot regionibus idoneū, & Rogerio qui ſe cū copijs Salerni cōtinebat Italia
pellendo cōparat. Palæologus quidā nobilis Græcus ſecundi Hemanuelis Græcorum
C Imp. nuncius Anconam aduenerat. Nam per id temporis Imperator ipſe Græcus Ve-
netis infenſus, Anconitanos in magnā amplitudinis ſpem erectos ſuis adiunxerat par-
tibus. Palæologuſꝗ literis ab Imperatore per ſuos nuncios Beneuentū miſſis pontificē
orauit, ut acceptis quinꝗ librarū auri millibus, tres urbes ex maritimis Apuliæ ſibi per-
mitteret. Quod ſi facere pōtifex animū induxiſſet, ſuā Palæologus cū claſſe ingēti Gui-
lelmo Italia Siciliaꝗ uiribus deturbādo pollicitus eſt operā. Ea cum fortè reſciſſet Gui-
lelmus, & iam Græci pont. inſcio nōnulla de Apulis, Salentinis, & Calabris, Palęologo
impellente ceperant, ad miſericordiā pontificis cōfugit. Miſſis Catanienſi epiſcopo, &
de ſua nobilitate primoribus, cum poſtulata paucis uerbis in hāc maximè formā propo
ſita fuerint, ut cōmunioni eccleſiæ reſtitutus rex à pōtifice in utroꝗ Sicilię regno cōfir-
maretur, qua uiceuerſa pollicebat̃, oīa iuris eccleſiaſtici, quæ occupauerat reddere, &
inſuper Paduā, Montemfuſcum, & Morionem oppida Beneuentanis cōfinia, eccleſiæ
& pontifici permittere poſſidēda, Romanis deinde rebellibus pōtifici propria ſubigē-
dis impenſa ſuam operam exhibere. Auri uerò ſummā Græci pollicitationibus parem
D cum ſibi tunc paratā nō eſſe diceret, dato temporis ſpacio nihilominus ſoluturū ſe ſpō-
debat. His cōditionibus pōtifex uel ea maxime ratione, quòd Gręco Imp. ſemper alias
Chriſtianorum hoſti apertiſſimo parum crederet, pro ſua prudentia aſſentiebatur. Sed
cum res in cardinalium collegio eſſet diſcuſſa, tenuit quorūdā nō minus auaricia, quàm
imprudentia Guilelmum Imp. Græci fauoribus & pecunia deturbandum. Vixꝗ ſatis
ſciebatur oratores ad Guilelmū eſſe reuerſos, quādo illū paratiſſimo exercitu in Apulia
ducto omnia euertere eſt auditū. Copijs nanꝗ Græcorū & Apulorū apud Brunduſium
coactis eo prælio ſuperauerat. Ad cuius prælij famam omnes qui de Apulis, Salētiniſꝗ
apud Caſinum & Beneuentū ſacramento ſe pontifici & Romanæ eccleſiæ obſtrinxe-
rant ſubitam Guilelmo deditionem fecerāt. Mouit itaꝗ Adrianum pontificem nō ma-
gis Guilelmi audacia, ꝙ illorū quibus ipſe crediderat, Apuliæ procerum perfidia, cardi-
naliumꝗ, qui oblatam occaſionem ſperauerāt imprudentia. Et imo eodemꝗ tempore
hinc Guilelmo pacis & redintegrādæ beneuolentiæ ſpem fecit, inde cardinales mali cō
ſilij autores, ſe, qui Romā redire ſimularet, in Marſos uſꝗ procedere iuſſit. Quūꝗ Gui-
lelmus ad S. Martini baſilicā Beneuentani agri ſe contuliſſet, ad expectantis ibi pon-

tificis Adriani pedes prouolutus eſt. Cui nouo fidelitatis fœdere & ſacramēti religione E
obligato Adrianus pont. ſolita regni utriuſq; iura in feudationem conceſſit. Profectus
inde papa per Caſinēſes, Marſos, Reatinos, Narnienſes, Tudertinoſq;, Vrbemueterem
adijt. Fuitq; Romanorum pontificū primus, à quo ea urbs inhabitata, & cultior eſt red-
dita. Hyeme poſtmodū appropinquāte, Adrianus eadem penè uia in Lateranenſe pa-
triarchium eſt reuerſus. Et quoniā maligna cōſulum conuerſatio urbē ſibi fecerat odio-
ſam, Adriam animo magis q̃ corpore æger ſe cōtulit, morienſq; ibi Alexandrū tertium
habuit ſucceſſorē, qui patria Senēſis, & ſi canonicè lectus fuit, multas uariaſq; in pōtifi-
catu paſſus eſt agitationes. Quibus initium dedit Octauianus quidā Romanus, tituli S.
Clementis presbyter cardinalis. Is tamē in urbe factioſus fauori innixus eſt, quem Fre-
dericus Imp. pridem ſibi fuerat pollicitus: obſidebat ea tēpeſtate Fredericus Cremam
opulentiſſimū Italiæ in Lombardis oppidū. Ad quem cùm miſiſſet Alexāder pontifex
oratum, ut ſeſe à duodeuiginti cardinalibus electum, ab Octauiano, quē tres tātummo-
do prophanaſſent tueretur, proteruo ille uerbo reſpōdit: oportere utrunq; pontificē ad F
ſe ire Papiam, ubi partium iure audito, uerum ipſe pontificem declararet. Ea pōtifex, ut
debuit, ægrè tulit: & quia Octauiani factio eum in urbe moleſtijs afficeret Ananiā ſe cō-
tulit, Octauianuſq; tunc Signiā occupauit. Fredericus uero duobus epiſcopis è Germa-
nia ad Alexandrū miſſis, eum tanquā cardinalem appellatum monuit, ut ad conciliū Pa-
piæ celebratum iudicandus accederet. Cui pontifex eloquētiſſimus graui & ornata ora-
tione in eam reſpondit ſententiā, ut pontificem concluderet Romanū à nemine iudica-
ri. Abeunteſq; tunc re infecta epiſcopi oratores expectantem Signiæ Octauianum, cui
pontificatus nomen Victori additū erat, ut pontificē uenerati ſint, quem & Papiam in
Romani pont. ſimulacrum deduxerunt. Adoratum tamen Fredericus in conciliabulo,
ut cæteri adorarēt de Italia epiſcopi & abbates peruincere nequiuit, adeo ut multi ſacer-
dotia potius quorum beneficio alebantur amittere ſint paſſi. Ea quū Alexāder intelle-
xiſſet, trina imperatoris monitione perfecta eum Ananiæ & Octauianū compliceſq; u-
triuſq; excōmunicauit, & miſſis ad oēs Chriſtianos principes oratoribus, ſuā illos iuſti- G
tiam edoceri, & quid ſit agendum conſuli curauit: nec fuit in orbe Chriſtiano princeps,
aut populus quiſpiam præter Frederico ſubditos, qui Alexandrum in pontificē nō ha-
buerit. Quæ quū eſſent ſibi renunciata ad ſecundū ſui pontificatus annum qui inchoa-
uerat Romam redijt, ubi multos offendit factioni aduerſæ cōſentientes: & Theutonici
interea, quos Fredericus immiſerat, omnē eccleſiæ terrā, præter Vrbemueterē & Ana-
niam occupauerāt: quāobrē papa Iulio epiſcopo Præneſtino cardinale in urbis Romæ
uicarium relicto, hortātibus à Philippo Francorū rege qui redierāt oratoribus in Cam-
paniam redijt, Franciā nauigio petiturus, & Tartacinā concedēs naues cōſcendit, quas
Guilelmus Siciliæ rex parauerat. Genuā inde nauigās & Montēpeſſulanū, excōmunica-
tionem Frederici Octauianiq; innocauit. Paulopoſt Philippi Francorū regis ſuaſione
Clarummontē urbem Aluernā eſt delatus. Defuncto interim tertio Balduino Hieroſo-
lymæ Almericus frater in regno ſuffectus eſt. Qui aggrediēdis rebus magnis ilico incu-
buit. Nāq; Aſcalonē tēplarijs, ſicut oſtēdimus, à fratre Balduino cōceſſam primo regni H
anno magis reddit cōmunitam. Et inde expeditus quū in Ægyptios duxiſſet, Drogmo-
ni regi Ægyptij copiarū præfecto congreſſus magnā in barbaris cædem edidit, Alexā-
driam paulopoſt delatus primariā Ægyptiorū urbē, quā Tiracunus Saladini Turcorū
regis præfectus, Soldano Ægyptio fraude ſubtraxerat, arctiſſima preſſit obſidione, ut
Alexādrini cū nullo pacto Chriſtianis ſubijci ſint paſſi, eatenus Almerico regi ſe pmiſe-
rint, ut in Soldani poteſtatē per manus ſuas reducerentur, Almericuſq; pecunia ingēti à
Soldano accepta, fecit illi recipiēdæ Alexādriæ poteſtatē. Qua in pecuniarū diſſolutiōe
cùm fraudē Almericus interceſſiſſe intellexiſſet, magno uir animo in Soldanū ducens
Charras, nunc Charrū urbem potentiſſimā obſedit. Fredericus interea omni Romanæ
eccleſiæ terra dolis ſibi itiribuſq; ſubiecta, urbes Imperio ſubditas tyrānicè etiā pręter ſo-
litum uexabat, ut nihil omiſiſſe uideatur, quod cōmitti in captis ui barbaris urbibus cō-
ſueuerit: & ſi aliquos rerū indignitas populos cōmouit, ut aut querelam ad ſe deferrent,
aut Theutonicis ſcelerum adminiſtris liberiore reſiſterent cōtumacia, eos crudeliſſimè
mulctauit, Terdonaq; primo ſpoliata, Mediolanū poſt ſolo æquatū eſt, cuius populum

in

A in ſex portarũ tribus diuiſum ſex agri ſui loca decimo ab urbis ſolo diſtãtia miliario ha-
bitare coegit, deinde Cremonã maximis affecit incõmodis. Cõmouit ea crudelitas cęte
rorum Italiæ populorũ animos, adeò ut miratus ſim Venetos qui nihil tunc in cõtinenti
Italiæ ſolo poſſidebãt, ſaluberrimi conſilij fuiſſe autores, quorũ ſuaſionibus cõſtat Ve-
ronenſes, Patauinoſq; & Vicentinos ſocietatem belli his cõditionibus inijſſe, ut præter
tributa Imperatoribus dari ſolita nihil poteſtatis aut iuris in eorũ quibuſq; urbibus Fre-
derico permitterẽt. Eiectiq; ſunt ilico prædictis urbibus, earũq; oppidis Germani magi
ſtratus, deinde firmãdis ubiq; communitionibus ſinguli populi intenderũt. Quæ quum
eſſent Frederico in Mediolanenſibus agẽti nũciata, ſuos Germanos undiq; cõuocauit,
& Papienſium Cremonenſiumq; auxilijs fretus, Veronã duxit. Pręuenerant illum cõſi-
lio ſociæ bello ciuitates, & ſuas Veronã Vicentini Patauiniq; copias cõtraxerãt. Quare
priuſquam Fredericus caſtra ad Veronam, ſicut minabatur firmare potuerit, Veronen-
ſes eruptione facta, nõ ſolum caſtra caſtris, ſed pedes propemodũ pedibus cõtulerunt.
B Qua deterritus ſociorum bello populorũ audacia & fortitudine Fredericus, & cœptũ
conſeri prælium detrectauit, & fugiens potius quàm recedẽs in agrũ redijt Papienſem,
ubi uaria animo agitãs, illatam à ſocijs bello iniuriam diſſimulauit. Verebatur enim ne
Alexandri pont. autoritas, quam apud exteras gentes eum maximã comparaſſe audiuẽ
rat, crudelitati addita quam in Lombardis commiſerat, ſibi aliquãdo afferret incommo-
dum. Quamobrẽ quod facere uiribus nequiuerat, papam dolis deponere eſt aggreſſus.
Miſitq; ad Philippũ Franciæ regem oratores ſummos de ſuo imperio uiros, quorum le-
gationis ſumma fuit, debere ambos Chriſtiani orbis ſupremos principes utrunq; põtifi-
cem quẽq; ad ſuum conuentũ perducere, in quo ſolidiori innixus iuſtitiæ alter cõfirme
tur, aut tertius contendẽtibus pertinaciterq; cauillantibus à Chriſtianorũ concilio ſub-
rogetur. Dictuſq; eſt conuentui apud Diuionẽ locus, ubi Sauo fluuius Gallias dirimit à
Germanis. Prius uerò ꝗ Italia moueret Fredericus, ſociorum bello populorũ oratores,
qui apud ſe uocati cõuenerant blãdè allocutus, ut magiſtratus imperij à ſe impoſitos to
C lerarent hortatus eſt, & arces quas in Italia obtinebat, fidiſſimis ex Alemãnia cuſtodib.
attribuit cõſeruãdas. Primuſq; Fredericus Scotiæ & Bohemię regibus ac magno ſocia-
tus nõ magis armatorũ exercitu, ꝗ prælatorũ doctiſſimorumq; ſui imperij uirorum cœ-
tu, Octauianũ die conſtituta, Diuionem deduxit. Deinde proceſſit ad Sauonis pontem
Philippus rege Anglorũ Hẽrico & eius exercitu ſociatus: põtifex uerò Alexãder apud
Dolenſe monaſterium, Aquitaniæ eſt dimiſſus, qui quod erat indignũ, exiſtimauerit ſe
cõciliabuli iudicio ſubijci, in quẽ nemo habeat poteſtatẽ. Fredericuſq; poſtquã ſublatã
eſſe uidit deponendi Alexandri facultatem, & ualida fames utrunq; inuaſerat exercitũ,
re ulterius intentata in Germaniam redijt. Alexander autẽ ex Dolenſi monaſterio Tu-
ronum accedẽs, diem ad generale conciliũ ibi celebrandũ dixit. Dumq; ibi cõuenirent
uocati, Pariſios ipſe urbem regiam nõ magis inuiſit ꝗ ſpiritalium munerũ gratijs deco-
rauit. Inde Turonũ ad diem dictam reuerſus multa in cõcilio cõſtituit, quæ nunc etiam
decretis iuris põtificij obſeruãt, & regis Philippi ſuaſiõe firma põtificalis ſedes eſt dele-
D cta. Dumq; ibi paucos moratus eſſet mẽſes, Octauianũ hęreſiarchã Lucę, quã incolebat
ciuitatẽ obijſſe, Guidonẽq; Cremẽſem Frederico ex Germania per literas & nũcios iu-
bente in ſecundũ eſſe antipapã prophanatũ. At in Italia ſocij bello populi Imperatorem
ueriti cũ exercitu reuerſurũ, uires ſuas adaugere adnixi ſunt, tam multiſq; uicinos oraue
runt populos, ut & ipſi cõſenſerint eorũ fœderibus colligari. Cremonenſes uerò primi,
poſt Brixiani & Bergomenſes, hinc Mediolanenſes diſperſi, & demũ Placentini, Vero-
nenſium ſocietati, ſic enĩ appellata eſt, ictis fœderibus acceſſerunt. Eodemq; tẽpore Iu-
lio Præneſtino epiſcopo, quẽ uicariũ urbis Romæ ab Alexandro pont. relictum oſten-
dimus, defuncto ſuffectus eſt Alexãdri literis Ioannes tituli ſanctorum Ioannis & Pauli
presbyter cardinalis: cuius uiri in urbe Roma gratioſi prudẽtia atq; largitione factũ eſt,
ut maxima Romani populi pars ad pontificis ſui obedientiã Imperatore & eius idolo
Cremẽſi ſpreto, redierit, baſilicaq; principis apoſtolorũ primo poſt omnis eccleſię terra
in uicarij põtificis poteſtatẽ ſit reddita. Et uſq; adeò autoritas beneuolẽtiaq; Alexandri
põtificis in Romanorũ animis reuocata eſt, ut eũ publicè cẽſuerint, uel ſummis precib.
reuocandũ. In primis tñ Ioãne uicario memorãte cõſules noui ex gente põtifici affecta

creati ſunt. Miſſi Senonas de populo Romano oratores peruicerũt, ut pont. Alexãder B
Frãciæ & Angliæ regũ conſilio, Romã redire conſenſerit, qui per Pariſios Biturigesq;
& Mõtempeſſulanum ad mare Gallicũ delatus Meſſanam Siciliæ ciuitatẽ Francorum
regis nauigio peruenit. Inde Guilelmi regis Siculi triremib. quatuor fretus peruenit Ro
Anno ſalutis mam. Erat is annus ſalutis quintus & ſexageſimus ſupra undecies cẽtenũ, & põtificatus
1165. ſui ſextus, per q̃d tẽporis Veronẽſes munitiſſimas Riuuli & Appendij arces, quas Fre-
dericus præſidio obtinebat, uiribus expugnatas demoliti ſunt. Nam reditu pont. Alexã
dri erectiores animis facti omnia moliebantur intendebantq;, quibus Frederico reſiſti
poſſe crediderint. Certũ eñ erat copias ipſum ſolito maiores parare quibus Italos omẽs
deleret, potius q̃ domaret. Dum uerò Lombardia per Veronenſiũ uim ſocietatemq; re-
ſpirans Frederici reditũ contremiſcit, & urbs Roma eiuſq; terra Alexandri pont. reditu
gaudet, Hemanuel Græcus Imp. quem orientis Imperatorij nominis tyrannum haud-
quaquã Frederico Barbatoſſæ occidentali mitiorẽ fuiſſe cõſtat, multa in Italos Dalma-
taſq;, & Hiſtros machinabatũ, quæ ſunt altiuſculè repetenda. Poſtquã Veneti duce Do- F
minico Michaele afflictis Hieroſolymæ, & Balduini Burgẽſis ſecũdi regis tunc capti-
rebus opem tulere, Hemanuel ſeſe apertũ Venetis oſtendit hoſtẽ: quo item tẽpore Ste-
phanus Vngarię rex inchoatas cũ Venetis Hemanuelis prædicti fauore cõſuetas inimi
cias cõtinuabat, nec fuerat his bellorum cauſa occaſioue alia, quàm quũ Dalmatiæ aut
Hiſtrię, & Liburnorũ ciuitates, & oppida Imperatorij iuris Vngari inuaderẽt, & Veneti
illatam imperio iniuriã propulſarent. Sed poſt q̃ Hemanuel quibuſcunq; modis potuit
Venetos ledere cœpit, omnia illi quę pro imperio tutari cõſueuerant, ſibi ſubijcere ſunt
adnixi. Quo in negocio non minus Vngaros, q̃ Græcos hoſtes pariter uicinos, pariter
potentiſſimos cõciuere. Quin etiam Hiſtri, Dalmatæ, & Liburni maritimis, teſte Liuio
Patauio, latrocinijs aſſueti, quo impunè piraticã exercere poſſent, cum nulli dictorum
ſubijci quærerẽt, ſimulatã eorum amicitiam per uices ludificabãt. Quamobrem Domi-
nicus Maurocenus Venetorum dux ad annũ ſalutis undequinquageſimũ, & undecies
centenum claſſem triremiũ quinquaginta in Hiſtros duxit mare Adriaticum latrocinijs G
Anno ſalutis infeſtantes, & Polam, Rubinum, Parenticum, Hemoniã & Humagum reip. ſubegit. Ad
1149. annum inde ſeptimũ, Vitali Michaeli in demortui Dominici ducis locũ ſuffecto, quar-
tus Adrianus pont. Romanus, Gradenſem eccleſiam primatũ ſuper omnes ducatus Ve
netiarum atq; etiam Hiſtrię & Liburnorum eccleſias tenere declarauit. Quod cum Vl-
ricus ueteris Aquileiæ patriarcha ægrè ferret, fauore Stephani Vngariæ regis uſus Gra
denſe oppidum dolis & uiribus ut caperet intentauit, immiſſaq; Venetorũ claſſis, & pa
triarcham Vlricũ & ſeptingentos ex Foroiuliana Vngaraq; nobilitate in prælio cepit.
Quos omnes Veneti ea dimiſerunt cõditione, ut promiſſum tunc tributũ Foroiulien-
ſes quotannis reipub. penderẽt. Quod quidẽ tributum duodecim porcos, duodecimq;
panes ſingulos pondere ducentarios eſſe Veneti declararunt. Vnde mos ad ætatẽ uſq;
noſtram peruenit, uenationem ſingulis annis poſtremò carniſpriuij die porcorũ XII.
Foroiulienſiũ Venetijs publicè exhiberi. Altero qui ſecutus eſt anno, Arbenẽſes, Libur
nos Veneti ſubegerũt. Per quod tempus Vngariæ rex Stephanus ſimulata cum Vitali H
Venetorũ duce amicitia, duas ex Vngara nobilitate uirgines, duobus filijs eius in ma-
trimoniũ copulauit. Eoq; breui poſt in Dalmatas ducẽtes, & fauore præſtãtes, Spalatũ,
Traguriũ, Sibinicumq;, Venetorũ rebellarũt reipub. & Tarderenſes Venetis item ſub-
diti, eccleſiæ ſuæ ſubiectionẽ Gradenſi factam indignè ferentibus in rebellionẽ ab eo-
dem rege per id temporis ſint impulſi. Adeoq; Venetorum damnis intentus rex erat, ut
Vitalis dux cũ triremibus triginta ad recipiẽda in Dalmatis perdita miſſus fuerit repul-
ſus. Per idemq; tẽpus Anconitani Imp. Conſtantinopolitano Hemanuele cui parebant
ac omnino ſubditi erant iubente, Venetis infeſti erant. Qui triremium quinq; nauigio
duce Guiſcardo Anconitano omnia Venetorum ditionis littora, atq; maria latrocinijs
excurſionibuſq; fœdabant. Sed dux Vitalis Michael amiſſa triremi una, & Anconita-
Anno ſalutis nas demerſit triremes, & Guiſcardum ſuſtulit in eculeum. Quo anno qui erat ſextus &
1166. ſexageſimus ſupra undecies centenum, idem Venetorum dux claſſe ingenti emiſſa, cui
præfectum Dominicũ Maurocenum ciuem ſuum Vngaros Iadera deturbauit, & urbis
receptæ mœnibus apertis, quæ in mare ſpectabãt, ducẽtos ex nobilitate Iadrẽſi obſides
accepit.

A accepit. Qua deterriti clade Dalmatæ oēs, eiectis Vngari regis Stephani præſidijs, ſeſe
Hemanuaeli Conſtantinopolitano Imp.ſubditos dediderunt. Vſus uerò eſt in Venetos
Hemanuel fraude raro aliàs audita. Eos eñ publica fide data per nuncios eſt hortatus,
ut omnibus Imperij locis mercimonia libere cōtrectarent. Quod cùm multi ac penè o-
mnes ſolito pridē more factitarēt, una cunctos die cum nauibus mercimonijsq; interce-
pit. Conſternati ad eum nuncium Veneti ad Imperatorē quacunq; placandum creaue-
rant oratores, cum uiginti eorū naues fortuitu Grę corū inſidijs delapſæ in patriam ſunt
reuerſæ: & fortè maior uis inerat earum rerū, quæ maximū attuliſſent perditę detrimen-
tum. Vnde Veneti animis erecti ſunt, adeo ut abſentibus undiq; in patriā edicto reuoca
tis, decreuerint, armauerintq; claſſem omnium maximā, quas Latini nominis populum
aut principem poſt Romanorū imperij ruinā armaſſe legerimus. Nam ſatis cōſtat cen-
tum eos triremes, & onerarias naues cæteras uiginti intra centū dies fabricaſſe, cùm ta-
men Hiſtri & Iadrenſes alias decē triremes claſſi addiderint. Quæ in Tragurium primò
B ducta, eam ciuitatē captam inuito Vitali duce diripuit. Raguſium deinde quū recepiſ-
ſet dux, Nigropontū curſu perpetuo adnauigauit. Quumq; urbs oppugnaret, facta eſt
duci ab Imperatoris nuncio ſpes ampliſſimæ ac tutiſſimæ pacis. Sed priuſquā miſſi Cō-
ſtantinopolim ad eam tractandam oratores redirent, dux Venetus obſidione urbis Ni-
groponti, qua potiri deſperatet omiſſa, Chium imperij urbem & inſulā ui cepit. Ad quā
dum Veneti pacem expectantes deſidēt, peſtis claſſem ualida inuaſit, quę Vitalem Mi-
chaelem ducē uel inuitū in patriam redire coegit, contactaq; eo morbo ciuitas Veneta
maximā accepit cladem. Dux uerò mœſtus, quū publico conſilio rebus adſflictis cōſul
turus concionē in palatium cōuocaſſet, impetus in eum factus eſt. Qui fuga ſibi cōſulēs
ab ignoto homine uulneratus, apud S. Zachariæ monaſterium diem obijt. Cui ilico eſt
ſuffectus Sebaſtianus Zianus uir habitus ſui ſeculi omnium Venetorum non magis ſa-
pientiſſimus q̄ ditiſſimus. Interea dum hęc Venetijs & ſupradicta ab Hemanuele Con-
ſtantinopolitano Imp. in Dalmatis agerentur, Fredericus Barbaroſſus Romanorū oc-
C cidentalis imperij Imperator, cum ſolido aliàs maiore Germanorū exercitu in Italiā re-
uerſus erat. Qui uir aſtutiſſimus notum ſibi Italicorum erga ſe odium, notas coniuratio
nes diſſimulans, in agro Brixiano nulli moleſtus ſubſedit, omnes etiā Veronenſes atq;
Cremēſes ſe adeūtes benignè, ut cōſueuerat, allocutus. Inde Ferraria, Bononiēſem adiēs
agrum, pluſculumq; ibi cōmoratus, ſeſe mitiſſimū liberaliſſimumq; omnibus exhibuit;
Quod uerò Guidonē Cremenſem idolum ſuum Lucæ habentē ab Hetruſcis ſperni, &
Alexandrum pont. Romæ ſummo haberi honore intelligeret, partem copiarū ſuarum
penè dimidiam in Hetruriam præmiſit, ipſe rectà per Romandiolam petijt Anconam
Piceni urbem, quam arctiſſima obſidione cinctam ab Hemanuelis Cōſtantinopolitani
Imp. amicitia & ſubiectione intendebat auertere: & ſui interim Germani in Hetruriam
præmiſſi bello freti, quo Piſani Lucenſeſq; diu contenderāt, rem idoli per Hetruriā faci
liter erexerūt. Exinde urbis Romę terra hoſtiliter inuaſa, & illius pars quæ in Hetruſcos
uergit, ad Imperatorias partes redire cōpulſa eſt. Nec deerāt in urbe ciues, q̄ partes ſecu
D ti imperatorias Guidoni hæreſiarchæ fauerāt, & Germani proceres imperatorij exerci-
tus duces, maxima uſi largitione plurimos ſeducebāt, ut Alexāder papa pecunijs eccle
ſię in urbis defenſionē, ciuiumq; bonorū conſolationē expoſitis, cōcionibus homilijsq;
per ſingulos penè dies habitis parū proficeret. Nam primarij urbis, quos nunc barones
tunc capitaneos appellabāt, Imperatori obſequētes omnia pontificis cōſilia euertebāt;
Sed dum hic Fredericus parte una copiarum Anconam obſidet, inde exercitus ſui pars
altera in Hetruſcis agit, Mediolanenſes ſociorū bello populorū, præſertim Cremonen-
ſium, Placentinorū, Veronenſiumq; auxilio urbem ſuam Mediolanum, ubi fuerat, eſtq;
nunc, ſolito munitiorem ędificauerunt, & Laudenſes eius urbis nouæ quæ nunc extat à
Frederico ædificatæ ciues ſociorum bello Lombardorū partibus acceſſerunt. Per quod
tempus Guilelmo Normanno rege Siculo apud Panormū defuncto, alter Guilelmus
filius ſucceſſit. Et Hemanuel Conſtantinopolitanus Imp. pontificem Alexādrum ratus
omnia faciliter conceſſurum, quæ in Frederici Barbaroſſæ damnum dedecuſq; redun-
darent, cum uarijs modis & artibus pertentauit. Miſit nanq; oratorem ex Italis gratio-
ſum Iordanem Roberti olim Capuani principis filium palatij Imperialis protoſeuaſtō;
cuius

cuius legatio ea in primis ſubornata eſt uerborũ fraude, quib. Græci ſuo ipſorũ infortu- E
nio Romanos põtifices ad id uſq; tẽporis duodecies deceperãt, Hemanuelem ſuosq; ſa
cerdotes, & imperij proceres in cõcilium accerſitos põtificẽ Romanũ orbis Chriſtiani
caput orandum ſtatuiſſe, ut ſe gregem etiã dñicum in Chriſti dei caulas bonus ſanctuſq;
paſtor ultro uenturos cogere uelit, & munerib. quæ pretioſa attuleras, oblatis ad extre-
mum poſtulauit, Hemanuelem futurum tam fidelem ꝙ potentem eccleſiæ & Chriſtia-
norum pugilem immani Barbaroſſo, redintegrari ad totius Rom. imperij monarchiam,
pollicitus pecunias & quidẽ ingentes, pollicitus copias tam multas, ut Fredericũ facile
apparuerit Italia pelli poſſe. Põtifex uerò tanta re in fratrum ſuorum eccleſiæ cardinaliũ
cõcilio diſcuſſa, duos ex eo collegio oratori addidit, qui Cõſtantinopolim accedentes,
quid ea ſibi uellent, exploratius intelligerent. Erat is annus põtificatus Alexandri ſepti
mus. Per quod tempus Romani fatis, ut uidet̃, ſuis trahentibus uicinos ſocioſq; popu-
los, & in primis, Thuſculanos, Albanoſq; aperto perſequi odio cœperãt, nõ magis quia
Germanis illi, quãdoq; ſicut & Romanorum pars fauiſſent, ꝙ quòd imperata immode- F
ratius tributa pendere noluiſſent. Ad eumq; uentum eſt in urbe furorem, ut initio ac re-
clamante Alexandro pont. populus Romanus raptis tumultuariè armis menſe Maio in
Thuſculanos duxerit. Ranio comes, quem Apuliæ ducatu ab Innocẽtio ſecundo pont.
Romano, Lothario q; Imp. ornatum fuiſſe docuimus, Thuſculanam urbem regebat, ad
cuius gubernationem porius ꝙ dominium, poſtquã Apulia à Rogerio fuerat deturba-
batus, eum accerſiuerãt Thuſculani. Is uir ætate decrepitus, licet gente Germanus eſſet,
Alexãdro pont. fauebat, & tamẽ uiſo Romanorum furore, q agro cultu cõſitionibuſq;
amœniſſimo undiq; uaſtato ad urbis oppugnationẽ ſuccedebant, Germanorum in Ne
peſino Surrinoq; ſedentium auxilia implorauit, quæ illi Romanorũ duplicitates exoſi,
nec Imperatori, nec põtifici ſatis integrè conſentientium attulere. Venit in mentẽ nunc
unica priſcorum ſocordia Romanorum, qua illos Liuius uſos ſcribit, quãdo fuſis apud
Alliam fluuium à Gallis Senonibus, ac plane deletis eorũ copijs nec portæ urbis clau-
ſæ ſunt, nec aliter hoſti ita obuium itum eſt, quin ea gens inimica patentibus portis ur- G
bem ingreſſa, ferro igniq; demolita ſit. Senſerant uiderantq; Romani Thuſculum obſi-
dentes Germanos obſeſſis ſuppetias attuliſſe, & tamen aut ſuorum numero quẽ ingen-
rem nimiumq; fuiſſe dolemus cõfiſi, aut ſocordia ſicut & maiores uſi, cum erumpẽtibus
Thuſculanis Germaniſq; prælium cõmiſerunt. Ad cuius initium pars Romanorum per
uineas ſyluaſq; dilapſa, pars in patriam eſt reuerſa. Iam em̃ apud Romanos priſca deſie-
rat militiæ diſciplina, nec ſerra acies ſubſidijsq; ita erat firmata, quin prælio impunè me-
liores quiq; à nullo prohibiti magiſtratu poſſent excedere. Paucis itaq; reſiſtẽtibus, cæ-
dem in Romanis Germani Thuſculaniq; maximam ediderunt, quam qui interfuit ciuis
ut conijcio, & cardinalis Romanus ſcribit, illam ſuperaſſe potius quàm æquaſſe, quæ a-
pud Cannas ſub Annibale accepta fuit. Sed ſiue hic ſcriptor modum exceſſerit, ſiue ali-
quid maximũ à ſimilitudine, ſicut fuit, ſignificare uoluerit, ſatis cõſtat nobis, nec Allien
ſem, nec Cannenſem cõſtituenda re Romana tanti fuiſſe, quanti eadẽ penè delenda hæc
Thuſculana clades momenti fuit: nunquam em̃ poſtea populum, nunquã diuitias Ro- H
ma habuit, niſi quas nuper magni Eugenij, quã tẽporibus ſuis cũ lautiore cultu inſtau-
rare occœpit. Ea ciuium Romanorum clade audita, Alexander pont. mœſtus ac plane
animo fractus, plãgentem & incõditos ad ſidera eiulatus tollentẽ omnis ætatis ſexuſq;
multitudinẽ urbe perluſtrata, cõſolari adnixus eſt: & hoſtes tãta elati uictoria, oblatam
occaſionem ſecuti ſunt, qui Albanis, Tyburtinis, & ex Cãpania multis in prædæ belliq;
ſocietatem cõuocatis, ad uſq; urbis mœnia, ad ipſumq; Tyberim populationem incen-
diaq; cõmiſere. Barbaroſſuiq; ſtrage ipſa celeri audita nuncio, Anco ſlico obſidione li-
berauit: & ad urbem potius curſu quàm acceſſu rapido properauit, nec prius de ea cele-
ritate ſubſtitit, ꝙ de monte Mallo ſubiecta urbis mœnia ſunt inſpecta. Ad diem poſte-
ram copiæ in prata Neronis appellata ſubductæ, & Vaticani irruptio pertẽtata, irrupiſ-
ſentq; niſi defẽdentes põtificis famuli obſtitiſſent. Tulit moleſtiſſimè Fredericus in tãta
Romanorũ calamitate ſolos pontificis familiares eum ſuburbio probibere, & circum-
ductus ad beati Petri baſilicã copijs parietem illius perfringere eſt aggreſſus. Quumq;
id tardiuſcule ſuccederet, ignem tecto ualuiſque ſupponi iuſſit. Suppoſitúſque fuerat,

quum

A quum ęditui eccleſiæ incēdium auertere cupiētes, ualuis reſeratis illum ſurentē ingredi
permiſerunt. His intellectis pontifex ſibi timens patriarchium linquens Lateranenſe, in
Frangepanenſium domos amphitheatrum S. Mariæ nouæ monaſterium, & pallaram
ſiue palladium undiq; cōplexas ſe contulit, ubi munera aliquandiu uoluit exerceri. Per
quod tempus Siciliæ rex Guilelmus audita urbis Romę obſidione pontifici timēs, quē
genitoris ſui mores imitatus colebat, duas triremes illi & uim magnā pecuniarum ideo
miſit, ut poſſit ſibi & eccleſiæ rebus uel fuga, uel defenſione cōſulere: acceptaq; pecunia
Frangepanenſibus & Petri Leonis filijs, cuſtodibuſq; portarū à pontifice diſtributa eſt:
qui triremes ad regem reduci iubēs duos cum illis miſit cardinales, ut regis cōſilio auxi
lioq;, quid ſibi in tantis periculis agendum eſſet exploratius intelligeret. Et Barbaroſſus
interea ad ſuas cōuerſus artes, archiepiſcopos, epiſcopoſq; Germanos in urbē miſit ora
tores, id maximè cum Rom. populo curaturos, ut pontificis utriuſq; Alexandri, & Cre-
menſis cauſa uel à populo ęquis auribus audita diſcuſſaq;, dignior in unū eccleſię caput
B cōſtitueretur: quod ſi fieret, pollicebatur ſeſe pacē urbi & omnia quæ occupaſſet, eccleſię
redditurum. Quibus malignis artibus quum aures populū accōmodare Alexāder pon-
tifex cerneret, nocte intēpeſta cū ſua familia urbe abijt: & ad Circeiū primo, poſt Tarra-
cinam inde Caietam delatus Beneuentum acceſſit: ſub ipſam autē pontificis fugā Fre-
dericus altero affectus eſt maximo omniū incōmodo, quòd peſtilentia per Iuliū men-
ſem qui tunc erat, & ingens, & ſubdita ſuum inuaſit exercitū, quæ non minus in proceri
bus & magnatibus, ꝗ in multitudine debacchata eſt, adeo ut pace, quam fugiēs inuitus
erat per ſuam abſentiā redditurus, ſcripto uel biſq; data, recedere ſit cōpulſus. Fugit uerò
Lucam, & quòd peſtis in exercitu continuaret, inde profectus Pontetremulo, Terdo-
nam, Papiāq; acceſſit. Ibi multa in Lōbardos bello ſocios intētare orſus, breui deterri-
tus eſt apparatib. quos ab illis maximos fieri intelligeret. Fueruntq; tam ardētes animis
ſocij bello populi, ut abeuntem Papia Barbaroſſum quum in Germaniam tranſmitteret
prius ꝗ agro Papienſi excederet ſint aggreſſi: quē fugientē potius ꝗ abeūtem ad Alpes
C uſq; ſupremas, extremam carpendo aciem per dies ſingulos ſunt ſecuti: uixq; dum Fre-
dericus in Germanijs quieti ſuæ locū deligere potuerat, quū Lombardi omnes, Papien
ſibus, Terdonenſibuſq; exceptis publico ſtatuerūt cōcilio urbē in loco ædificandā: un-
de Papiēſibus, Terdonenſibuſq; & Mōteferratenſibus, quos ſolos Barbaroſſa in Lōbar
dis amicos haberet, moleſtiæ inferri poſſent, & apud Rouerctū, locus Tanaro amni adia
cens deſignatus eſt: ubi Mediolanēſes, Placētini & Cremonēſes cura eius rei in ſeipſos
ſuſcepta, urbem cōdidere: quā in Barbaroſſæ dedecus iniuriamq;, & ut loco maior acce Anno ſalutis
deret autoritas, de pōtificis nomine Alexandriā appellauere. Quod quidē ad annū ſalutis 1168.
octauum & ſexageſimū ſupra undecies centenū, qui & nonus Alexandri pontificatus
erat, actum inuenimus: cōueneruntq; in ipſam urbem foſſa aggeribuſq; & plācata mu-
nitam humiliū prius caſtellorū uillarumq; habitatores, Marēghi, Gandofori, Bergolli,
Hunilæ & Soleſtæ. Creuit uerò ſtatim populus in multo maiorē eo, quē poſtea dieb. no
ſtris habuit. Siquidē cōſtat ꝗndecim milia uiros primo eius cōditæ anno illā incoluiſſe.
D Dúmq; pont. interea Beneuēti agit, Romani in Albanos ducētes, quos Germanis Thu
ſculaniſq; fauiſſe meminerāt, urbē ipſam progenitorū olim ſuorū patriā funditus deſtru
xerunt. Id ipſūmq; Thuſculanis cōtigiſſet, niſi Alexander pont. ſua illos bonitate deter-
ruiſſet. Sed & per hoc etiā tempus Hemanuel Conſtantinopolitanus Imp. apocriſarium
ſuum ad Alexandrū pontif. mittens Beneuentū, magnā legationi pecuniarū uim addi-
dit, quas uerba facturus orator in mediū prius obtulit, lōgaq; eius oratio eam habuit cō
cluſionem, ut Græcorū ſubiectionē potius ꝗ unionē occidētali eccleſię faciendā ſit pol
licitus, ſi coronā occidētalis Imperij, qua Fredericus iuſtè & debitè priuatus erat, pōtifex
Cōſtātinopolitano reddere uellet. Qua de re cū accuratiſſimas ſæpenumero cōſultatio
nes Alexāder cū cardinalibus ac nobilitate Romana habuiſſet, tandē petitā coronā da-
re & ſimul oblatā accipere pecuniā noluit. Quibus accidit diebus, Guidonē Cremēſem
antipapā apud baſilicā S. Petri, ubi eum Barbaroſſa Germanorū præſidio ſeptū reliquerat, infelicē animā exhalare. Cui alter à cōplicibus in idolū ſuffectus eſt Ioannes Sirmiē-
ſis ex Pannonia abbas, uir pridē furtis latrociniiſq; infamis, pérq; eius rei occaſionē Fre
dericus Bambergenſem epiſcopū bene & catholicè de Alexio pont. ſentientē ad eum
miſit

miſit oratorem,futurum ratus,ut machinatio quã in pontificẽ more ſolito deſtinauerat, A
per boni & ut exiſtimauit ſimplicis epiſcopi operã fateretur.Per dandam enim Alexan
dro pontif.& eccleſiæ pacem quantumuis ampliſſimam Lõbardos Fredericus poſtha-
bitos relinqui ſolos ſatagebat,ut diſiunctos poſtea utroſq; facilius cõficeret:ſed põtifex
qua erat prudẽtia,antiqui hoſtis fuit dolos callens Verulas ſe cõtulit,ubi nõ prius Bam
bergenſem amicum hominẽ,cùm benignè põtifex excepiſſet, iuſſit publicè mãdata ex
ponere,illoq; partim teſtes ex mandatorũ formula recuſante, partim perplexa loquẽte
factũ eſt,ut re nedum infecta,ſed etiam uix inchoata, ad Barbaroſſum redierit. Dumq;
pontifex Verulis agit, Raino, quem Tuſculi dominũ fuiſſe oſtendimus, Romanorum
in Tuſculanos odium timẽs,ipſam urbem Ioanni antipapę dedit.Eius em̃ interceſſione
Alemanni mõtis Flaſconenſis oppidi cum illo permutationẽ facere promiſerunt. Eaq;
permutatione uerbis & ſcripto cõſtituta,Ioannes qua die Tuſculis admiſſus fuerat, ea-
dem eſt expulſus.Raino autẽ cùm à Flaſconenſibus nõ admitteretur Tuſculum redire
quæſiuit, quẽ Tuſculani nedum urbe prohibuerunt, ſed agro quoq; præcipitem detur- B
barũt.Iſq; Verulas ad pontificem cõfugiens bene acceptus, iura quæ ſibi in Tuſculano
cõpeterent,eccleſiæ donauit. Tuſculani etiam crebris per ſingulos penè dies inſultibus
à Romano populo agitati,Alexandrum pontificem in dominũ protectoremq; publico
conſilio accerſiuerũt,cuius deterriti præſentia Romani motibus temperarũt.Agentem
Tuſculi pontificẽ Alexandrum Henrici regis Angliæ oratores uiri eccleſiaſtici adierũt
regem ipſum ab iniuſta nota purgatũ,quem necis beati Thomę Cantuarienſis archiepi
ſcopi conſciũ fuiſſe crebris rumoribus allatum erat. Quibus auditis põtifex de fratrum
ſuorũ conſilio, duos ad rem inſpiciendã cardinales in Angliam legatos miſit. Gerebat
eo tẽpore bellũ in Hybernia Hẽricus,qui de aduẽtu cardinalium certior factus ſeſe illis
in Normandiã obuium humilemq; exhibuit. Re aliquandiu à cardinalibus diſcuſſa ad
eam uentum eſt concluſionẽ,ut Henricus primorum regni cõſilio ad cardinalium præ-
ſentiam cõuocato,ſeſe iuramẽto purgauerit:in cuius uim infra ſcripta pontifici Alexan
dro & Romanæ eccleſiæ ſpopõdit fore,ut necis ſancti uiri pœnitentiam agat,cuius etſi C
inſons inſciuſq; fuit, occaſionẽ præſtitiſſe ſit uiſus, quia illum uiuẽtem minus debito &
honorauerit,& fauore fuerit proſecutus,Ducentos inſuper milites Hieroſolymã mittat
anno integro permanſuros,& ſeſe niſi alia ſit põtificis mens ante trienniũ Hieroſolyma
cum poſſibili exercitu aduerſus barbaros profecturũ.Malas inſuper cõſuetudines in re
gnum aduerſus eccleſiaſticã libertatem introductas emendaturũ permiſſurumq; quod
hactenus prohibuerit,ut ſubditis ſuis libera ſit in quoſcunq; euẽtus ad Romanã curiam
appellatio. Ad extremumq; iureiurãdo Henricus rex, quod minimè poſcebatur,ſeſe &
filium regni conſortẽ profeſſus eſt,regnũ Angliæ ab Alexãdro pontifice permiſſum ita
obtinere,ut neminem poſthac Angliæ regẽ fore declarauerit,qui à Romano pontifice
nõ eſſet appellatus,Dumq; hęc per legatos in Normãdia agit pont.Alexander,ad urbẽ
Romam præſcriptis ſibi conditionibus poſſe accedere poſtulauit. Conſulibus enim &
populo pollicebatur nihil agere aut intẽtare, præter illa quæ in diuinã rem eccleſiis cer-
nerẽt.Et quũ nõ admitteretur,relicta ciuibus Tuſculanis urbe, in ſuam & eccleſiæ terrã D
Campaniam ſe contulit,agebatq; Signiæ quãdo cardinales à Normãdia & Anglia ſunt
reuerſi,qui retulerunt multa inſpexiſſe, plurima audiuiſſe miracula, quæ ad beati Tho-
mæ ſepulchrũ deus oſtenderat: quamobrẽ põtifex illum in ſanctorũ martyrum Chriſti
numerum retulit.Nec minore poſtea uiſum eſt miraculo bellum, quod inter Henricum
Angliæ regem prædictũ,& filium ſuum ſecundo cædis in beatum Thomam commiſſæ
anno exortum eſt:cui fauores incentiuumq; addidit Philippus rex Francorũ,cuius filiã
Viramus rex Angliæ iunior habuit uxorẽ.Aquitaniaq; om̃is eius belli motibus per an-
num quaſſata ad extremum latè cõmiſſis incendiis cõflagrauit.Sedatum tamen eſt non
minus perniciosum q; deteſtabile id bellum Alexãdri pontificis opera, quam cardinali
uno ſedis apoſtolicæ legato ad id miſſo diligentẽ accuratiſſimamq; adhibuit. Eodemq;
anno pontificatus Alexandri quintodecimo Fredericus Imp.paratiorem ſuperioribus
exercitum iam quinto in Italiam duxit: & quia in Montisferrati marchionis fauoribus
plurimũ fideret, per montem Ciniſiũ iter fecit, & primis in Alpiũ deſcẽſu caſtris ad Se-
cuſam ſubſtitit, quod oppidũ ſociis bello urbibus Lombardis fœderatũ, dolo magis &
ſimula-

A ſimulatiõe pacis ꝙ uiribus captum diripuit,igniq; uaſtauit. Inde Aſiã delatus,quæ urbs
& ipſa ſocietati acceſſerat,multa in illam comminatus eſt: quorũ timore perterritus mol
lior populus,præſidio quod à ſocijs inerat dimiſſo,urbẽ Frederico dedit. Elatus bino ad
urbes quas adierat ſucceſſu Fredericus, Monteferratenſibus, Papienſibusq; non magis
urgentibus,ꝙ opem afferentibus,Alexandriã delere cõſtituit,quam & furore plenus im
petijt. Sed pluuia Octobri iam medio dies quatuor cõtinuata,Tanarusq; amnis alueo ef
fuſus magno Alexandrinis præſidio fuerunt, quæ incommoda Fredericus Ferratẽſisq;
marchio & Papiẽſis,quo ſuperabundabãt odij in obſeſſos ardore,adeò tolerarũt, ut uel
de cœno & aquis oppugnatio ter quaterq; fuerit intẽtata:& quũ ſociorum quod inerat,
freti præſidio pari odio audaciaq; Alexandrini reſiſterent, menſes quatuor aſperæ hye-
mis obſidio continuata eſt. Ad prima autem ueris ſigna ſociæ bello ciuitates opẽ obſeſ-
ſis ut afferent mouerunt,annonã nauibus aduerſo Pado Tanaroq; fluminibus, & ſimul
terra carris copioſiſſimam cõportantes. Iamq; Terdonam tãtus attigerat exercitus, quũ
B Fredericus dolo in Alexandriã diu ſtructo,ut conſumeret accelerauit, cuniculos ille in
urbem perducẽtes occulte ſuffoderat,quibus milites armatos ingredi ſingulos oporte-
bat. Nihil itaq; magis obſtabat patrando facinori ꝙ obſeſſorum peruigil perpetuaq; cu-
ſtodia,quare aſtu imperator ſimulato ab aduentante inimico exercitu timore obſeſſos
blande allocutus,pacẽ illis obtulit,quam aliquot dierũ induciæ præceſſerũt:dumq; feſſi
diutina tot menſiũ obſidione Alexandrini curis ſolutiores dormiũt, hoſtes cuniculo ſin
guli quidem,ſed contigui in urbem ſubrepunt. Exciti tñ nocturni uigiles turmã hoſtilẽ
tacitam in tenebris hallucinãtes potius ꝙ inſpicientes,hoſtẽ adeſſe, captam eſſe urbem
clamoribus ſignificarunt:ad easq; uoces Alexãdrini raptis armis irruẽtes,eos qui intra-
uerant,trucidant,& cuniculo repagulis firmato, eruptione facta, armatas Frederici co-
hortes ad portã expectantes ingẽti in ipſis cõmiſſa cæde ad imperatoris uſq; tentoria re
pulerunt,nec prius in urbem ingreſſi ſunt,ꝙ impoſitũ foſſæ,urbi ſuperminens caſtellum
C igne ſuppoſito cremauerunt. Dies tunc illuceſcebat Chriſtianis celeberrima dominicæ
reſurrectionis,cuius reuerẽtia ſociorum bello populorũ exercitus prælium inire ſcelus
duxiſſet:ſed econtra Fredericus,ſicut Alexandrinos per eam celebritatẽ quietiores cau
tioresq; opprimere quæſiuit:ita oblatã feſtæ omniũ diei occaſionem fugæ accepit,& ua
ſis in exercitu ad crepuſculũ conclamatis,eductis copijs,caſtra,quæ ſpeciem oppidi præ
ſe ferrent,cremari iuſſit. Qui uero Papiã petere intendebat,Terdonam uerſus iter facere
cogebatur:quare ſedentes ad Terdonam ſocij bello populi,uiſis,quæ præcedebant qua
drato agmine hoſtis ſui turmis,cum ea quæ apud Alexãdriam nocte erant facta ignora
rent,ſeſe ad præliũ parauerunt,ſed uno eodemq; tempore, quid apud Alexandriam ge-
ſtũ erat,& Fredericum flexo ſiniſtrorſum agmine ad Guillã oppidũ prima feciſſe caſtra
nunciatũ eſt. Erant in regione nobiles utriq; partiũ pariter affecti, quibus interceſſorib.
de pace agentibus,res cõpromiſſo & inducijs ſedari cœptæ ſunt,Fredericoq; Guilelmo
Colonienſi archiepiſcopo,Gerardo de Pozaſcha Taurinenſi capitaneo, & Ricardo de
ſancto Nazaræo Papiẽſi partes ſuas,ſocij bello populi Giberto Piſci Mediolanenſi, Ge
D rardo de Gambara,Brixianos,& Guilelmo Veronenſi ſuas & ipſi partes cõmiſere. Cõ-
ſcriptis cõpromiſſo,induciarumq; fœderibus primores ſociorum bello populorũ impe
ratore ſalutato,iter in patriam inierunt. Ipſe aũt omnes blande allocutus, Papiam ſe cõ-
tulit. Redeũtes in patriã ſiniſtro Pado ſociorum exercitus,cum Placẽtiæ appropinquaſ
ſent,Cremonẽſibus obuiarunt conſulibus,qui copias ſuas ad Carrotiũ de tempore illius
moræ in caſtra ſocialia perducturi,tardiuſcule profecti erant,creditumq; eſt cõſules præ
dictos,Papienſium amicitia retardatos,fidẽ ea mora ſocijs feſelliſſe. Quod cum Cremo
næ reſcitũ eſt,conſulis ſucceſſores dati,& illorũ qui primores urbis erant,palatia ſolo e-
quata ſunt,ceteri Lombardiæ populi inducias in caſtris factas laudauerunt. Sed paci cũ
imperatore conſtituendæ non prius uacandũ eſſe duxerunt,ꝙ Alexandri pontificis Ro
mani pacis & quietis ratio eſſet habita,quin etiã Veneti,quorũ ſuaſione arma principio
in Fredericum à Veronẽſib. Paduanisq; capta fuiſſe oſtẽdimus,ut rebus etiã ſuis conſu-
lerent admoniti ſunt. Sebaſtianus enim Zianus,quem anno ante tertio ducem creatum
fuiſſe docuimus,Hemanuelis Græcorũ imperatoris bellum Venetis graue oneroſumq;
eſſe intelligens,pacẽ ab illo terq; quaterq; petierat. Isq; inſolẽs imperator Henricũ Dan

dulum oratorē ad ſe miſſum, ꝙ legationem ſuā conſtāti animo exequeretur, cōtra ius gē E
tiū uiſu obtenebrarat, candentibus æneis oculis appoſitis, quē tanq̃ de pace tractaturus
uocari iuſſerat. Quamobrē Veneti Lombardorū conſilio uſi pacē cū Frederico occidē-
tali imperatore conſtituerunt, pauloq́ poſt cum Guilelmo rege Siculo fœdus in annos
uiginti ea inierūt cōditione, ut pacis bellorumq́ ſocietas utriſq́ eſſet. Vt autē ad Almeri
cū Hieroſolymę regē reuertamur, Is cū Charras aliquādo obſediſſet, potiundi quidē ſpe
nō caruit: ſed à Milone quodā de planta ſeductus pecunia à Soldano accepta abijt re in
fecta, pauloq́ poſt idē rex in Aſcalonā urbē egregiā duxit, cui expugnandæ Hemanuel
Græcorum imperator contra ac cōſueuerat magna ſubminiſtrauit auxilia. Et tamen Al
mericus parādis cōmeatib. qui exercitui importarent, adeo negligēs fuit, ut annona in
caſtris deficiēte obſidionē alioquin feliciter ſucceſſurā ſoluere ſit coactus. Eo aūt Alme
rico haud diu poſt defuncto ſuffectus eſt in ſextū Hieroſolymæ regē Balduinus filius, ꝗ
& ſi lepra ꝑcuſſus fuit, regnū fortiter prudēterq́ adminiſtrauit. Et in Italia interim Frede
ricus imperator in meliorē mutatus eſſe ſentētiā uidebat̃, qui Italiā intelligens iniurijs F
quas forte intentaret reſiſtere paratā, pacis dādæ pontifici & eccleſiæ primus habuit mē
tionem, tresq́ è collegio cardinales ab eo euocati, cum ſedis apoſtolicæ legationis titu-
lo acceſſerūt, & Papiæ cōuentus eſt habitus, cui Lombardæ, ſocietatis oratores ſedulo
interfuere. Petierunt à Frederico cardinales pacē, per quam pont. Ro. ſua & eccleſiæ iu-
ra tā ſpiritualia q̃ tēporalia reciperet, retineretq́ intacta, & Lombardi ſubiectionis mo-
dum poſtularunt, cōferēdorūq́ tributorū cōſuetudinē obſeruari, quā Carolus Magnus,
Ludouicus & Lotharius cōceſſiſſent. Agebaturq́ pontificis, & ſociorū bello Lombar-
dorū nomine, Hemanuelē Conſtantinopolitanū imperatorē, & Guilelmū regē Siciliæ
pacis quæ fieret fœdera tenere. Frederico aūt iniqua poſtulante conuentus eſt diſſolu-
tus & cardinales Ananiā apud pōtificē, Lōbardi in urbes quiſq́ ſuas, re infecta, rediere.
Paulo deinde poſt reſcitū eſt, Fredericū priuſq́ cōuentus fuerit inchoatus, copias è Ger
mania nouas accerſitū miſiſſe, quas quū exploratores breui affuturas renunciaſſent, Pa-
piēſem, Comenſemq́ agros Mediolanēſes populationib. infeſtarunt, Alexanderq́ pōt. G
ut Frederico Papienſibusq́ rem moleſtā faceret, Alexādriā urbē nouam dato epiſcopo
An.ſal. exornauit, & Papiēſem eccleſiā crucis & pallij dignitate priuauit. Annus aduenerat pō
M.c.lxxv tificatus Alexādri ſeptimusdecimus, qui & ſalutis quintus ſeptuageſimus ſupra undeci
es centenū erat: cuius anni mēſe Iunio Frederici imperatoris copiæ, & quidē ingētes per
Domuſſulæ ſaltū peruenerunt Comū, & ſociorū bello, Veronenſiū, Brixianorū, Noua-
renſiū, Vercellenſiūq́ militia, Mediolanenſib. præſidio acceſſit, adeoq́ ardentis in præ-
liū animi fuerunt ſocij, ut irruiturum à Como furibundū hoſtē aperto campo, & ut dixe-
runt ſub dio expectare uoluerint, ductumq́ maximo apparatu Mediolanenſis populi
charrotiū in rus Barilianū: quò quum eſſet ad horā diei tertiam uētum, impatiētes moræ
Mediolanenſes ſeptingēti equites Comenſi agro, quà hoſtis uenturus nūciabat̃, tria mi
lia paſſus progreſſi ſunt. In quos à longe uiſos Fredericus trecentos primū equites, inde
alias poſt alias turmas inuicē penè contiguas immiſit, ut repulſi Mediolanēſes multis ac
ceptis uulneribus ad charrotiū primo de fuga ſubſtiterint, additaq́ Mediolanēſium, & H
ſociorū pugnæ ardori, quē præ ſe ferebat, reſiſtēdi neceſſitate, uexilla charrotio ubi ſer-
uabantur euulſa ſunt. Structaq́ acies hoſti oppoſita, & Fredericus iā totis copijs in præ-
lium paratus ardentiſſimusq́ aduolauerat, primus in tanto conſerēdę manus ardore Fre
derici ſignifer quum aquilā in confertos hoſtes temere intuliſſet, confoſſus, aquilaq́ pri
marium imperatoris ſignum in hoſtium poteſtatem facta eſt: quo in loco cū pugna eſſet
atrox, & multi hinc inde caderent, alijs etiā locis multa cōmittebatur cædes, ut neutri ſu
perarent' ne hoſtē an ſuperarētur intelligere poſſent. Fredericus uero ad aquilæ ſuæ ca-
ſum ira potius q̃ timore percitus, impetū in hoſtes inconſultius fecit, dumq́ multos ma
nu etiā, ipſe ſua uulnerat, interficitq́, equo ſuffoſſo prolapſus occubuiſſe creditus eſt: ad
quam imperatoris cæſi famam pariter in utroq́ exercitu conuolantē, & ardentiores ani
mis Italici impreſſionē fecere, & Germani pedem primo referre, poſt fugā ſenſim com-
mittere cœperunt. Nec fuit eo in prælio, quod pari utrinq́ odio cōmiſſum eſt, qui ſupe-
ratum concertatorem pręmio uel ingenti promiſſo ſeruate uoluerit: fugientiū uero mul
tos Ticinus amnis abſorpſit, & plurimi eorū ignari itinerū ad hoſtium oppida caſtellaq́
delati,

A delati,partim cæſi,partim ſunt capti, maior tamẽ pro numero cædes in Comenſibus Pa
pienſibusq́; cõmiſſa eſt.Facta de impedimentis & cæſorũ ſpolijs præda militi eſt conceſ
ſa.Erat Comi uxor Frederici,quæ mutata ueſte uirum funere regio proſequi ſatagebat,
& quæſitũ biduo cadauer non inueniens à Mediolanenſibus,per oratores petierat,cum
die à cõmiſſo prælio quinta Fredericus Papiæ habitu comitatuq́; imperatorio urbẽ per
ambulare prius eſt conſpectus, ꝙ eum uiuere uel Papienſis populus reſciſſet: poſtq́; &
uxor & uiri eccleſiaſtici ingens multitudo, quos iturus in prælium imperator Comi di-
miſerat,Papiam ad eum cõuenerunt,multi eorum ea fuerũt audacia,ut in faciem illi di-
cerent perſecutionẽ eccleſiæ,qua tãdiu Fredericus debaccharetur,Germanos & ſuo im
perio ſubditos luere.Ad quæ uerba audentiores facti epiſcopi & archiepiſcopi nume-
ro multi quos ſecum imperator duxerat,illi ſunt proteſtati ſeſe, niſi Romano põtifici &
eccleſiæ pacẽ breui dederit,eum derelicturos,cui ſucceſſorẽ ab electoribus dari poſtu-
lent.Quibus minis deterritus Fredericus Magdaburgenſem,Maguntinumq́; archiepi-
B ſcopos,& Normacenſem electum oratores ad pacem cum Alexandro pontifice conſti
tuendam deſtinauit,miſitq́; Ananiam:cuius pacis tractatum concluſionemq́;, quia ma-
ximi ea momenti in multorum maximorumq́; regnorum rebus fuit, & ut uolumini qđ
ſatis creuit,modus detur,in librum ſextumdecimum deferemus.

BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI-
natione imperij Romani,Decadis ſecundæ,Liber Sextus.

PACIS fœderum'ue formulam,quæ apud Ananiam, aut à pontifice Ale
xãdro petita,aut oratoribus ab illo denegata eſt,omittimus, ꝙ eandem
poſtea ſæpius contigit uariari.Id enim ſolũ Ananiæ cõcluſum eſt,ut põ
tifex Bononiam,Fredericus imperator Mutinam ſe conferrent. In qua
locorum propinquitate,& principes ad colloquium conuenire, & om
nia poſſe feliciter meliusq́; componere apparebat.Delatus itaq; ad Gar
C ganũ montẽ Alexander,magnaq́; fretus Guilelmi Siciliæ regis liberali
tate,tredecim illius triremes,quas repperit paratiſſimas, apud Veſtã urbẽ ſuis onerauit
cum prælatis magniſq́; uiris & cætera curialiũ turba, tum etiã equis albis quibus pont.
Ro. iter faciens uti conſueuit:& licet aduerſa aliquando uſus ſit nauigatione,Paleroſam
tamen poſt Alexam inſulas,deinde Iaderam,Lyburnorũ ciuitatẽ cum integra claſſe per
uenit.Inde Venetias cum nauigaſſet ſolenni pompa, quam Sebaſtianus Zianus dux ac
curatiſſime parauerat,à Venetis eſt exceptus. Prius uero ꝙ pont. Veſta moturus eſſet,
ſex cardinales cum omni totius curiæ equitatu Bononiã terra præmiſerat, nõ magis ho
ſpitium ſibi & curiæ paraturos,ꝙ ſecuritati & ſolitis Frederici machinationibus conſul
turos.Factumq́; eſt,ut eodem non magis tempore ꝙ die pontifex Venetias, cardinales
Bononiam,& Fredericus Mutinã attigerint. Libet nũc cætera à Chriſtianis alibi geſta
ſuo etiam huic tempori accõmodare,Cremonenſes,Terdonenſesq́; magna uſi leuitate,
quo tempore pont. Veſta moturus erat,poſthabitis ſociorũ bello fœderibus Frederico
D adhæſerant.Et in Aſia cum Noradinus Turcorum rex obiſſet,Saladinus quidam illi ſuf
ctus eſt,qui uir omnium quos ſeculũ illud in gente barbara tulit,fortiſſimus prudentiſſi
musq́; fuit,adeo ut rege Aegypti per arma capto occiſoq́; Aegyptũ ſibi Syriãq́; ſubege-
rit:Chriſtianos uero apud Hieruſalẽ & alibi in Aſia agentes breui fuerat cõfecturus,ni-
ſi eodem anno & propemodũ menſe quo ipſe à Turcis, à Chriſtianis Balduinus in regẽ
fuiſſet aſſumptus.Is eñ quartus Balduinus,& ſi lepra ſicut diximus,erat tactus, nec ani-
mus illi nec rei militaris peritia inferior habebatur. Cum enim ad tertium utriuſq; regni
annũ apud Aſcalonẽ prælio concurriſſent, maiores Saladini copias Balduinus fudit,&
altero item prælio apud Tyberiadẽ cõmiſſo inter eos,uiginti milia Saracenos, Turcos,
& Arabas præſente Saladino minores copię Balduini profligarũt.Profecturus uero mi
noris Aſiæ,Armeniæ,& Lyciæ olim regnis,quam maiorẽ Turchiã nũc appellant,Sala-
dinus,Soldanum præfecerat gente Turcum,paucis admodum copijs attributis,cũ qui-
bus tantã prouinciam adminiſtraret.Itaq; Saladino tantis implicito bellis,quãta aduer-
ſus Ægyptios Chriſtianosq́; eum ſuſcepiſſe oſtendimus,Hemanuel ſecundus Græcorũ
imperator ſubijciẽdę ſibi Turchię animũ adiecit, & copijs quidẽ ingẽtib.paratiſſimisq́;

raptim ductis, Ciliciam primum, ſpoliando, urendoq; ſubegit. Aſiam minorem ingreſ- E
ſus ad Cuneũ uſq; urbem prouinciæ primariã peruenit. Soldanus interim copijs armato
rum decem miliũ magno labore cõtractis, haud longè à Cuneo deſedit, præſentiæ cuius
ſpe ea urbs regia Turcorum amantiſſima ſubſtentabatur. Tactus uero erat Soldanus re
gni ambitiõe, & ſi forte de Saladino aliquid durius accidiſſet, illi ſuccedere expectabat.
quare multis Hemanuelem orauit, ut parte earum ciuitatũ, quas ceperat retenta, quod
erat reliquum ſibi relinqueret, fœdera ſecum quæcunq; præſcriberet inituro. Et cũ He-
manuel Cuneum obſtinatius petens in illũ ducere pararet, ingenio barbarus aſtuq; re-
bus ſuis conſulere perrexit. Fuga nanq; ſimulata fauces montium arctiſſimas eſt ingreſ-
ſus. Quem Hemanuel eueſtigio eſt inſecutus, futurũ ratus, ut eo exercitu oppreſſo, Tur
chia omnis in ſuã fieret poteſtatẽ. Sed aditib. ubiq; repagula præſidiaq; barbarus ita ap-
poſuerat, ut quamprimũ ingreſſus fuit, Hemanuel ſeſe cum omni exercitu interceptum
mœſtus, & omni deſtitutus ſpe ſalutis intellexerit. Actumq; erat de eo exercituq; ſuo, ni F
ſi Soldanus perfidia in Saladinũ uſus, regno qđ ambiebat imperatoris Græcorũq; præſi
dia uoluiſſet magno beneficio comparare. Nihil enim ultra captis imperatori & Græcis
præſcribens, quàm ut ijs quæ de Turcis ceperant, redditis pacem ſecũ poſt hac cõſtanter ſer
uarent, eos abire permiſit. Vt autẽ ad pacem Italicam redeamus, annum agebat in pon-
tificatu Alexander duodeuigeſimũ, qui & ſalutis ſeptimus ſeptuageſimusq; ſupra unde
cies centenum erat, quando Venetias menſe Martio in patriarchiumq;, quod in Riuoal
to eſt, applicuit: quo in loco eum eueſtigio conuenerunt Frederici oratores, ſuſpectã al-
legantes Bononiam urbem, apud quam locus conuentui fuerat deſtinatus, & re in con
cilio diſcuſſa, conſtituendæ pacis dicta dies Ferrariam eſt mutata. Pontifex interea tur-
bæ nobiliũ, & omnifariam populorũ, qui ad eius conſpectũ undiq; conuenerant ſatisfa-
cturus, dominica die ieiunij celeberrima, cuius diuini officij uerba penè omnia lætitiam
præ ſe ferunt: in euangeliſtæ Marci baſilica rem diuinam fecit, & auream roſam de eius
diei more Sebaſtiano duci honoris gratia dedit: qua in celebritate populis, q undiq; cõ- G
fluxerant, nihil gratius fuit aut admirabilius, quàm habita à pontifice eloquentiſſimo homi
lia. Poſtridie huius diei pont. profectus Venetijs, duce & maxima parte nobilitatis Ve-
netæ deducentibus, Ferrariam ſe contulit. Quo item in loco uariantibus imperatoris &
ſociorum bello populorum ſentẽtijs mutatus tractandæ pacis locus ea conditione Ve-
netijs deſignatus eſt, ut ſeſe Veneta reſpublica ſacramento obligaret, non admittendũ
Venetijs imperatorẽ, priusq; à ſuis oratoribus concluſam pacẽ ipſe iureiurando ſolenni
ter confirmaſſet: Venetorũ aũt ſponſione ſcripto allata iterũ pont. duce Sebaſtiano de-
ducente, ſecundo Pado Venetias eſt delatus. Qua in urbe pacem ea forma, quam Alexã
der pont. ſemper antea petierat, Frederici oratores eccleſiæ conceſſerunt: Guilelmo au-
tem regi Siculo pax in quindecim annos, & socijs bello Lombardis ſex annorum indu
ciæ fuerunt datæ. Satis memores ſumus ſupra à nobis ſcriptum eſſe Alexandrũ pontifi-
cem pro Hemanuel Conſtantinopolitano imperatore pacem æque ac pro rege Siculo
ſemper antea poſtulaſſe, ut mirari cogamur imperatorem ipſum in concluſione Vene- H
tijs facta fuiſſe præteritũ: ſed quod ſcriptores nõ tradũt, à quib. hæc ſumimus, noſtra fert
opinio ipſum imperatorẽ tunc à Turcorum Soldano, ſicut oſtendimus, interceptũ à põ
tifice pro mortuo fuiſſe omiſſum. Fœderibus pacis ad tertium quàm inchoata fuerat mẽſem
concluſis, ſcriptoq; ſolẽni, quod legimus firmatis, Fredericus imperator Clugiã, & pau
lo poſt permittente põtifice, Venetias eſt deductus. Poſtera aduẽtus ſui die, in qua apo
ſtoli Iacobi natalicijs uigiliæ obſeruabãtur, pontifex ad fores intrinſecas baſilicæ Marci
euãgeliſtæ ſella ſedens ornatiſſima, Fredericum imperatorẽ expectauit: qui cum attigiſ
ſet ueſtibulũ, dimiſſa humeris purpurea chlamyde qua induebat, in terrã cernuus, ac pla
nè proſtratus pontificis pedes exoſculatus eſt: & pont. illum manu ſubleuatũ ad oris o-
ſculum admiſit. Itum eſt inde ad ſacrum, & quidem gemmis ornatiſſimum precioſiſſimis
baſilicæ altarium. Quo item in loco celſiore conſpecti ſunt orbis Chriſtiani principes ſe
ſe inuicẽ amplexantes. Paulo poſt profectus Veneta urbe Fredericus, cum Rauennã, et
inde Ceſenam ſe contuliſſet, Bretenorium Romanæ eccleſiæ oppidũ ſibi retinere cona-
tus eſt, quod tamen requiſitus breui reddidit. Et pont. Alexander cum ſuis triremib. tre-
decim, alijsq; quatuor quas Veneti addiderunt, deducente uſq; Rauennam Sebaſtiano
duce

A duce ad Sipontinum Gargani mõtis portum,unde uenerat eſt reuerſus. Inde per Troiã
Beneuentumq; ad Caſinenſem ſaltum delatus,contulit ſe ad Ananiã.Quod cum intelle
xiſſet Ioannes ille Sirmienſis antipapa,in caſtelli Montiſalbani latebras ſe abſcõdit.Ro
mani uero quam eccleſiæ atq; omni Italiæ datam eſſe cernebant optatiſſimam,&ipſi pa
cẽ à ſuo præſule popoſcerunt,miſſis urbis primoribus ſeptem uiris, quib. facultas com-
ponendi plenaria eſt attributa.Nihil uero accuratius egit pontifex,ꝙ ut conſulibus om
nino poſthabitis dominium urbis ſibi plenarie permitteret,uenitq; Tuſculum quo ma-
ius populo Romano ſui & curiæ faceret deſiderium , nec potuit euincere , ut annis iam
quiquaginta continuatus tolleretur abuſus , quin actũ eſt ut creati à populo cõſules nõ
prius ad magiſtratum cuſtodiendæ urbis admitterentur,ꝙ fidei ſeruãdæ pontifici,& ec-
cleſiæ ſacramẽto ad eius pedes adacti eſſent.Rediitq; tunc tertium Romam Alexander
pontifex,& Lateranenſem primo,poſt cæteras inuiſens urbis baſilicas ſeſe populo ſalu
tandũ adorandumq; paſſim exhibuit,& paulopoſt ut eccleſiam à ſchiſmatis labe multis
B ante annis inquinatam cõmodius reformaret,conciliũ generale ex orbe Chriſtiano, ad
quod ingens cõfluxit multitudo,Laterani celebrauit.In quo præter cætera , Chriſtianis
omnibus ſub eccleſiæ cenſurarum cõminatione inhibuit,ne ferrum,ligna,armaq; barba
ris infidelib.importarent.Quo anno Venetiis defuncto duce Sebaſtiano Ziano aureus
magiſter Petrus eſt ſuffectus.Et imperator Conſtantinopolitanus ſecundus Hemanuel
moriens Alexium puerum,cui Agnes Philippi regis Francorũ filia eſſet ſponſa,reliquit
imperii ſucceſſorem,Andronico quondam Græco regia proſapia oriundo,ea conditio
ne in tutorẽ curatorẽq; ſibi dato,ut imperiũ ipſe aliq̃t annis ꝓ puero adminiſtraret . Per
quod item tempus rex Hieroſolymæ quartus Balduinus Saladino Turcorum regi præ
ſtantiſſimo quotiens congrederetur fortiter reſiſtebat . Et tamen illius uirtutem eximiã,
& ſuum ipſius lepræ incõmodum ſecum reputans,futuris Chriſtianorũ Aſiæ rebus pro
ſua prudentia proſpicere conſtituit. Cum enim deterrente morbo uxorẽ ducere noluiſ-
ſet,liberorum ſpe deſtitutus,nepotes quæſiuit relinquere ſucceſſores : duas namq; ſorores
C ſuas in matrimoniũ collocauit,quarũ primogenita nomine Sibylla Guilelmo marchio-
ni Montisferrati,Longaſpata cognomine appellato nupſit,quæ primo anno filiũ pepe
rit,cui Balduino fuit de auunculi nomine appellatio. Ad annum quoq; in quo prædicta *Anno ſal.*
contigerunt,qui erat primus octogeſimusq; ſalutis ſupra undecies centenum Alexãder *M.clxxxi.*
pontifex Romanus gloria magis ꝙ annis plenus Romæ diem obiit,cuius fuit ſucceſſor
tertius,Lucius Luca urbe,& gente nobili oriundus.Per cuius tẽpora põtificatus,& Hie
roſolymæ regni,& Græcorum imperii uires peſſum ire cœperũt.Andronicus enim quẽ
Alexii curatorẽ à ſecundo Hemanuele relictum fuiſſe oſtẽdimus,id ambiens imperium
multa in hunc maxime modum machinatus eſt:gentem Latini nominis,quæ frequentiſ
ſima tunc temporis partim conuerſabatur, ſuis conatibus maxime aduerſaturam ſuſpi-
cabatur.Quare tantũ apud populũ nobileſq;,&ipſum imperatorẽ egit,ut gens ipſa non
magis publico edicto,ꝙ furibundo impetu ſit expulſa.Et breui poſt nauigantem laxan-
di animi gratia imperatorẽ Alexium in mare præcipitatum necauit . Iſq; ſumpta eueſti-
D gio purpura,imperator à ſatellitibus complicibusq; declaratus,omnes in curia & ciuita
te primarios horrenda ſuſtulit occiſione.Quæ dum Conſtantinopoli agerentur, Guilel
mus Longaſpata Monteferratẽſis Balduini regis gener, & alterius Balduini infantis ge
nitor Hieroſolymæ eſt defunctus.Quare Balduinus rex ingraueſcentis cum ætate mor
bi ſui,& nepotis,quem deſtinauerat ſucceſſorem ætatis, & ſimul uirtutis Saladini hoſtis
periculum animo metitus,præſidiũ regno ſimul & nepoti per nouũ ſororis Sibyllę ma-
trimoniũ afferre quæſiuit,eamq; adoleſcenti Pictaua gente oriũdo Guidoni de Luſigna
no dedit uxorem,ea conditione dotis fœderibus adiecta , ut quando ſe rebus humanis
eximi contingeret,Guido pro nepote Balduino,quoad pueritiam ſupergreſſus eſſet, gu
bernandũ acciperet.Ingreſſusq; regiam Guido,permittente rege, omnia adminiſtrauit.
Lucius autẽ pontifex Romanus dum hæc fiebant,conſules à Romanis deponi curauit,
multo enim ex nobilitate populoq; Romano ope & auxilio , quos iã diu ea tyrannis ad
rapinam omnia conuertens faſtidiiſſet,innitebatur.Sed adeo cõſularis factio præualuit,
ut Lucio urbe deturbato in fautores ſuos crudeliter ſit ſæuitum:nouo enim apud Roma
nos exemplo quotquot pontifici ſtuduiſſe compertum eſt,qui fuga ſibi tardius cõſulue

rant,effoſſis oculis ſunt cæcati,& pontifex fugæ ſuæ neceſſitate ad bonū conuerſa con- E
ſilium,quod Romæ deſtinauerat,Veronam concilium cōuocauit, rebus Hieroſolymæ
titubantibus ſuppetias allaturus.Nam Guido Luſignanus in regni Hieroſolymitani ad
miniſtratione,quam quartum Balduinum regem ſibi cōmiſiſſe oſtendimus,adeo elatus
imprudensꝗ fuit, ut eum rex breui deijcere ſit compulſus. Quinetiam rex nepotis re-
gniꝗ rebus conſulturus,illum ut erat puerum in regem declaratū de more inunxit, Ber
rando comite Tripolitano in pueri ipſius regis tutorem regniꝗ adminiſtratorem ſolen
niter cōſtituto.Per quæ tempora Saladinus regni Hieroſolymitani terram cum magno
aggreſſus exercitu,ingentem pecoris hominumꝗ abegit prædam,& congreſſos præda
toribus Chriſtianos milites,in queis templarij fuerunt multi, maiori ex parte occidit.Ea
& ſimilia futuræ deſolationis regni Chriſtianorum indicia quum optime regnoſcerent
Heraclius patriarcha Hieroſolymitanus, & hoſpitalis peregrinorum Hieroſolymæ ma
giſter,Veronam ad Luciū pontificem, & inde eo ſuadente ad Philippū Francorū regē
ſe contulerunt,opem rebus afflictis Hieroſolymæ poſtulantes.Philippusꝗ cum ire non F
poſſet,multos milites Hieroſolymam ituros in Italiam ad pontificem miſit: nec interea
quieuit in male quæſito imperio Andronicus, nam Guilelmus Siciliæ rex illatā Latinis
ex imperio iniuriam ſui animi generoſitate ulciſci perrexit, qui nauali terreſtriꝗ expedi
tione Theſſalonicam Macedoniæ urbem aggreſſus eā cepit, & multas Græciæ ac Thra
ciæ urbes,partim afflixit,partim ſibi parere coegit.Andronicus enim qui ſe Cōſtantino
politanis odioſiſſimum eſſe intelligeret,nullas in Guilelmum copias aut mari, aut terra
educere eſt auſus,quin potius urbi ſeruandæ intentiſſimus fuit:huic ſuſpecti diuerſis in-
ſimulati cauſis,aut interfecti,aut ſi pudor aliquid mitius agendum ſuaſit, exilio ſunt dā-
nati.Qua impulſi neceſſitate Conſtantinopolitani Iſacb quendam imperiali & ipſum ꝓ
ſapia genitum ex Peloponneſo uocatum imperatorem tumultu concito acclamauerūt.
Isꝗ populi multitudine ſtipatus Andronicum prælio ſuperatum, captumꝗ ſingulis mu
tilatum membris,uitam in acerbis cruciatibus finire curauit.Andronici morte in Italiam
nunciata,quæſiuit tertius Lucius pontifex Romanus,Guilelmum Siciliæ regem qui cū G
Iſach nouo rege Cōſtantinopolitano pacem compoſuerat,Hieroſolymam mittere, cui
& Philippi regis Francorum ingentem militiam, & alios quotquot ex orbe Chriſtiano
Veronam ad edictum conuenire iuſſerat,addere intendebat.Sed nuncij hæc cum Gui-
lelmo rege Siculo acturi uixdum à pontifice profecti erant, cum ſanctus ipſe pater Ve-
ronæ defunctus eſt. Cui Vrbanus tertius ex gente Cribella Mediolanenſi pontifex eſt
ſuffectus.Eodemꝗ in tempore primus Fredericus occidentalis Romanorum impera-
tor,Henricum filium prouincijs & urbibus, quas de Italia Romanum tunc poſſidebat
imperium præfecit:per quod tempus cum aureus magiſter Petrus dux Venetiarum A-
drenſes cogere uolens, ut & archiepiſcopum ſuum curarēt Gradenſi patriarchæ defer-
re,illi tunc quartum Veneto rebellantes imperio,Belæ tertio regi Vngaro adhæſerunt.
Paulo autem priusquam Lucius pontifex Romanus, Veronæ ſicut oſtendimus, diem
obierit,Hieroſolymæ quartus Balduinus lepra magis quàm ſenio confectus interierat,
Quintusꝗ Balguinus nepos puer & ipſe rex ſucceſſerat, cuius regni curam Tripolita- H
nus comes,ſicut defunctus uoluerat ſenior Balduinus,gerere nequiuerat,quòd Sibylla
pueri mater,Guidoꝗ Luſignanus uir ſuus uerbis taliter reſponderant, ut uim illo repel
lendo,ſi abnuiſſet,eos apparuerit illaturos.Dumꝗ res ipſa magnis Chriſtianorum Hie-
roſolymæ agentium ſimultatibus tractatur, Balduinus puer regni Hieroſolymæ Chri-
ſtianorum ſeptimus ad octauum auunculi necis menſem defunctus eſt.Eam pueri regis
mortem Sibylla genitrix præcognitam texit,futurum quod apparebat uerita, ne Tripo
litanū comitem populus & militia omnis in regem Hieroſolymæ accerſirent, multisꝗ
aſtuta mulier non magis pollicitationibus blanditijsꝗ,quàm largitionibus à patriarcha
epiſcopis,proceribus, magnatibusꝗ, Guidonem uirum ſuum præſentem & ipſum in-
ſtantem Hieroſolymæ regem creari obtinuit. Tulit uero grauiter tantam iniuriam Rai-
mundus comes Tripolitanus,&debito commotus uindictæ ardentiſſimus ſtuduit,quę
non magis æmuli Guidonis regis, quàm ſuam ipſius & cæterorum Latini nominis po-
pulorum rem in Aſia euertit. Inducias nanque cum Saladino conſtituit,quæ Tripolita-
num comitatum à fauore Chriſtianorum penitus ſepararunt.Quin etiam Tyberiadis &
Galileæ

A Galileæ principatum hæreditate tenentē nobiliſſimam mulierem ſibi matrimonio co-
pulans,eundē quoq; principatum regno Hieroſolymæ per nuptias abſtulit.Erant tamē
tunc temporis Saladino cum Chriſtianis omnibus generales induciæ, quas uir aſtutus
abrumpere ſatagebat,cum fortuna eius conſilijs fomentum addidit. Mōtisregalis Chri
ſtianus princeps multa trans Iordanem deditione tenebat. Saracenis undiq; continen-
tia,à quibus Hieroſolymam annona perpetuo anni tempore importabatur:is princeps
inconſulto ac penitus inſcio rege inducias temere uiolauit. Quod cum intellexiſſet Sa-
ladinus, Turcis, Saraceniſq; omnibus Aſiaticis per nuncios & literas ſuaſit utendū eſſe
omniū maxima,quam tunc diſcordes Chriſtiani præberent,ſui ipſorum exterminij oc-
caſione,effecitq; celebrata per Aſiam Saladini fama & autoritas,ut nō magis ſubditi ad
edictum,ꝗ alij barbari ad tanti uiri ſuaſiones in maximum conuenerint exercitum, in
quo equites quinquaginta milia præter peditatum penè innumerum fuere. Qui uero
nullum ad Hieroſolymā tutum habituri fuerant iter,in quo aut ſaltus inuij, aut annonæ
B defectus,aut oppoſitæ Chriſtianorum copiæ nō fuerint tardaturæ,barbari per Tripoli-
tanum Tyberiadiſq; & Nazarenum delati agrum omnia pacata quietaq; inuenerunt.
Vnde prima ad Acconem,quæ & Ptolemaida,caſtra metati ſunt.Inerant uero urbi reli
gioſorū Chriſtianæ militiæ principes tēpli,& hoſpitalis Hieroſolymæ magiſtri, quibus
eam urbē à regibus Hieroſolymæ conceſſam fuiſſe oſtendimus: hiq; ad primum hoſti-
lem impetum,qui kalendis Maij factus eſt intrepide eduxerunt, ac prælio ſunt congreſ
ſi. Pugnatum eſt diſpari ualde copiarum numero diſpariq; uirtute,ꝗ pauciores multo re
ligioſi milites magnam cædem in barbarorum multitudine ediderunt: nec ceſſit uicto-
ria Chriſtianis incruenta,ꝗ hoſpitalis magiſter uir fortiſſimus, & meliores quiq; ex ſuis
in prælio ceciderunt,quæ clades accepta multo magis rem Chriſtianam ꝗ̄ illata barba-
ros afflixit.Raimundus interim Tripolitanus comes barbarorum inducijs parum fidē
Tyberiadem communiuerat,in quam Saladinum reſpicere intellexerat,& uxore ſua ibi
dem relicta Tripolim ſe contulerat, apud quem tantum ualuerant Chriſtianorum pre-
C ces,ut Guidoni Hieroſolymæ regi cōciliatus à barbarorum inducijs diſceſſerit.Quam-
obrē Saladinus Accone omiſſa,Tyberiadē obſedit. Confugerat à kalendarū Maij præ-
lio Hieroſolymā templi magiſter,quo & poſtea Raimundo Tripolitano comite impul
ſoribus Guido rex copias quotquot Chriſtiani Aſiæ poterant dare coniunxerat, dūq;
Chriſtiani in Tyberiade obſeſſi barbarorum oppugnationibus intrepide fortiterq; reli
ſtunt,coactum apud Hieroſolymam exercitum Guido rex,Raimūduſq; Tripolitanus,
& templi magiſter diuiſis inter ſe muneribus eduxerunt, & uerſo ad Tyberiadem urbē
obſidione leuandam agmine,primo ad fontem Sophorianum caſtra fecerunt. In quos
Saladinus & ipſe impiger magnam copiarum partem immiſit. Dumq; ſecundis caſtris
Chriſtiani thronum Ethim aquis abundantem uicum petere contendunt, obuij hoſtes
innumera multitudo præoccupauere:& Chriſtiani prælio,quod tota die ad noctē con-
tinuatum erat defatigati,in arido campeſtri loco caſtra firmare coacti ſunt.Dies erat no
narum Iulij quarta,in cuius ardore feſſum prælio & itinere militem, cōfectaq; caumate
D & labore iumēta,aquis reficiendi nulla penitus facultas fuit. Eademq; nocte Saladinus
omiſſa Tyberiadis obſidione,ad ſuos cum toto exercitu ſe contulit. Fuiſſe traditum eſt
Chriſtianos milites in prælio expeditos equites triginta,milites quadraginta milia,qui-
bus facile fuiſſet,quadruplo maiori barbarorum exercitui reſiſtere:ſed quamprimū ho-
ſtes qui tota laceſſiuerant nocte,ad auroram ſtructa acie cœperunt impetere, confecta
ſiti,caumate,& uigilia noſtrorū non magis iumentorum quàm hominum corpora pri-
ſtinū amiſiſſe uigorē,ac planè ſopita eſſe ſunt uiſa: & qui ternos quaternoſq; ſinguli fu
gare proſternere ac cōficere ſoliti fuerant, uice mirandum in modū uerſa ſeni ſeptenīq;
ſingulis hoſtium fugabant, ut fuga prius ad ortum ſolis diſſipatioq; noſtrorum ſit uiſa,
quàm prælium ordine potuerit inchoari:dumq; duces Chriſtiani partem fugientem, di
labentemq; acie militem detrahunt,partim reprimendo ferocienti hoſte ſe cōtinent,fœ
da & aliàs inaudita in Chriſtianis commiſſa eſt fuga: de qua tamen pauciſſimi ſunt pro-
lapſi,quòd nedum fugientes ſingulos,ſed eos etiam qui globati poſitis armis manū da-
bant,barbari trucidabant.Tripolitanum comitē ab amico barbaro Tyrum fuiſſe dedu-
ctum,fama increbuit: Guidonē regem, & templi magiſtrum cum notioribus noſtrorū

 militibus

militib.ſeruatis,Saladinus uinctos abduxit.Eaq́ in miſerabili clade magna crucis ſalu- E
tiferæ pars amiſſa eſt, nec uero ceſſauit ſicut alibi aſſolet, cũ fine prælij noſtrorũ cædes,
quòd religioſos Saladinus quotquot ſeruati erant,ſecuri percuſsit: peruaſit uero oſtẽſa
in prælio puſillanimitas cæterorum quoq́ Chriſtianorum, qui in urbibus mãſerant,ani
mos, ut paucos barbaros quãtumuis multi expaueſcerẽt Chriſtiani. Tãta potitus uícto
ria Saladinus primum ad Acconem duxit, quam Chriſtiani cũ ſingulis ueſtimẽtis abire
permiſſi eueſtigio dediderunt, Beritum deinde,poſt Bibliũ, & cõtinuato uictoriæ cur
ſu,quicquid ab Accone ad Aſcalonem maritima regio habet, Saladinus pari deditio-
nis facilitate recepit.Aſcalonitæ aũt urbis munitione fiſi ſeſe non prius deditionem fa-
cturos eſſe reſponderunt,ꝙ Hieroſolyma in hoſtis fieret poteſtatem. Oberat uero plu-
rimum rei Chriſtianæ non magis fortitudo & rei militaris peritia,ꝙ recognita uirtus &
humanitas Saladini, quæ noſtros ad faciendum deditionẽ redderet faciliores. Siquidẽ F
nullum qui tributa ſibi pendere ueller populum, urbe aut oppido eiecit, nulli datã fidẽ
uiolauit uir promiſſi tenaciſſimus & in miſericordiam liberalitatemq́ procliuus. Forte
per eos dies in quibus inſauſtum Chriſtianis commiſſum eſt prælium, Conradus mar-
chio Montisferrati Tyrum applicuit nauigio uectus Iſach Cõſtantinopolitani impera-
toris,cuius ſororem in matrimonium acceperat.Qua quidem affinitate imperator eum
honeſtauerat, quia opẽ ſibi attulerat aduerſus Græcum nobilẽ ad imperium aſpirantẽ.
Eodemq́ die Tripolitanus comes,Tyrum & ipſe de fuga ab infauſto prælio ſe contulit,
qui uir perfidus ſcelerum ſuorum ſibi cõſcius, cum uirtutẽ Conradi duceret ſuſpectam,
relicta Tyro Tripolim acceſſit,ubi morte ſubitanea eſt defunctus.Dumq́ cadauer eius
de more leuatur,præputium illi inuentum eſt obligatum, ꝗ miſer ipſe Saracenus, ſicut
fama uulgauerat effectus fuerat circũciſus,Tripoliſq́ Antiocheno principi eſt permiſ-
ſa,ut Conrado Montisferratenſe Tyrum, & Antiochiã Tripolimq́ ſuo principe deſen
ſantibus nonnihil ſpei Chriſtianis in Aſia eſſe reliquũ apparuerit. Et forte per id tẽpus G
Guilelmi Siciliæ regis quadraginta triremiũ claſſis ex improuiſo apud Tyrũ apparuit,
eamq́ eſſe Chriſtianorũ nõ prius eſt creditũ, ꝙ Margaritus uir Siculus fama notus, ſeſe
illius præfectum ductoremq́ oſtendiſſet.Guilelmus eñ Normannus rex omnium eius
ſeculi Chriſtianorum peritiſſimus, quamprimum Guidonem Hieroſolymæ regẽ nouũ
& Tripolitanũ comitem aperto diſsidere odio reſcijt,eam claſſem Chriſtianæ rei præſi-
dio deſtinauit.Saladinus interim ad Aſcalonẽ reuerſus dierũ decẽ oppugnatione agita-
tam,ea ſibi impoſita cõditione paſſus eſt recipere, ut Guidonẽ Luſignanũ regẽ & tẽpli
magiſtrum Tyrum deduceret liberatos.Sed & Turcorum alia manus ingens Laodiceã
aggreſſa,dedentibus Chriſtianis potita eſt,auctaq́ Arabum turmis & cohortibus eadẽ
manus Antiochenos fines ingreſſa, & in montem uſq́ Nereum delata populatione in-
cendijſq́ omnia fœdauit,quos rapinis debacchãtes,& nulla militari coercitos diſcipli-
na Antiochena plebs & militia Chriſtiana aggreſſa,nõ minori cæde affecit,ꝙ in noſtris
ediderant,Saladinus interea Aſcalone communiẽda fuerat occupatus.Qui alijs auctis H
copijs quæ ab Antiochena populatione defugerant in Hieroſolymam duxit, quã ad oc
cidentalem plagam obſedit,oppgnationibuſq́ per decem dies fruſtra ibidem cõtinua-
tis,alia atq́ alia per uiginti item dies caſtra fecit,obſeſſiq́ ingẽs populi multitudo deſpe
ratione magis ſuppetiarum adducti,quàm oppugnantium timote perterriti, deditionẽ
ea fecerunt conditione, ut cum ſupellectili, quam humeris ſinguli ferre poſſent, abire
permitterentur.Inuenioq́ factam eſſe eam deditionem ſecunda die Octobris,anno no-
no octogeſimo, poſtquam in Chriſtianorum fuerat poteſtate.Migraturi Hieroſolyma
Chriſtiani Heraclium patriarcham, & clerum facto agmine ſunt ſecuti. Quorum pars
Antiochiam,pars Tyrum,pars Alexandriam petijt, quæ hęc ipſa à Margarito regis Si-
ciliæ claſsis præfecto excepta in Siciliam eſt tranſmiſſa.Saladinus uero Hieroſolymam
ingreſſus campanas primum turribus deiecit,baſilicę dehinc etiam eccleſiæ Chriſtiano
rũ iumentis in ſtabula ſunt completæ, præter templum Salomonis olim celeberrimum,
quod Turcis pariter & Saracenis ſicut & Chriſtianis cõſueuerat ſanctũ eſſe, illudq́ pri-
uſquã Saladinus ingredi uoluerit,aqua lauari roſacea,& ſuis luſtrari execrationibus cu
rauit.Manſeruntq́ in urbe Chriſtiani Aſia oriundi multitudo, quæ populum non ſine-
ret deſiderari,Suriani,Armenij,Iacobitæ,Georgiani & Græci. Profectus inde impiger
Saladinus

A Saladinus in Tyrum duxit,quam urbem Conradus marchio nõ magis ciuibus ꝙ cæte-
ris qui eò confugerant Chriſtianis publico permittẽte concilio defenſandam,& perpe
tua ditione tenendã acceperat, Margaritusꝗ Siculus præſidio illi cum claſſe fideliter
aſſiſtebat.Quare terra mariꝗ repulſus, & clade affectus non minima ferociens Turcus
in Hieroſolymã eſt reuerſus.Peruaſerat iã & maximo conſternauerat mœrore cunctas
occidentis Chriſtianorũ prouincias infelix captæ Hieroſolymæ nuncius,& de ope du-
rantibus in fide urbibus ac oppidis afferenda multi populi conſilia inibant, Vrbanusꝗ
pont.Romanus, quem audita Guidonis Luſignani regis noui, & Tripolitani comitis
diſſidia,& quẽ Saladini uirtutis fama principio ſui pontificatus terruerat, orbem Chri-
ſtianorum generali edicto de mittendis in Aſiã copijs monuerat. Idꝗ quũ ſerius negli-
gentiusꝗ ardore ſui animi,quo ferebaĩ fieri cerneret, Venetias petere cõſtituerat,Chri
ſtianam eò militiã feſtinantius copioſiusꝗ ſua præſentia conuocaturus. Iamꝗ Ferrarã
attigerat,quum infelicis prælij rumore primum, poſt certiore atꝗ ꝙ erat maiore Chri-
B ſtianarum rerum exterminij nuncio ad ſe perlato, febre & dolore correptus eſt, ex qua
breui mœſtus interijt.Suffectusꝗ eſt illi octauus Gregorius Beneuento oriundus, qui
ardore animi par ſuo prædeceſſori,parẽ illi ſed tẽpore acceleratiorẽ habuit mortis euen
tum.Nanꝗ quũ ad mittenda in terram ſanctã Chriſtianorum militum auxilia totis ani-
mi corporisꝗ uiribus inſudat,Piſas ſe cõtulit, quo Piſanos inter & Genuẽſes acerrimo
cõtẽdentes bello pacẽ facilius componeret.Pace autem plane compoſita adiecta utriꝗ
parti cõditione,ut claſſe armata in barbaros ducerent Chriſtianos in Aſia uexantes,ad
diem põtificatus ſui duodeſexageſimum,Piſis obijt.Tertiusꝗ Clemens Roma oriũdus
demandatũ ſibi papatum accepit.Interim Saladinus Antiochenum principatum,cuius
ditionis eſſent ciuitates quinꝗ & uiginti,intra tres mẽſes ceperat. Antiochiã uero quũ
pergeret obſidere,patriarcha,cuius imperio tãta urbs ſuberat.multis ab illo ditatus pe-
cunijs dedidit. At Clemens tertius pont. Romanus Chriſtianorum rem in Aſia magis
magisꝗ in dies periclitari intelligens.generali, ut in ſimilib. aſſolet,edicto Chriſtianos
C admonet,excitat,hortaĩ, ut crucis ſalutiferæ ſigno non magis humeris quàm cordibus
affixo arma in barbaros ſumant,de æternæ felicitatis gloria triumphum ſingulis paritu
ra.Cõciuit uero ea Romani pontificis exhortatio orbis Chriſtiani principes, Fredericũ
Romanorũ imperatorem cognomẽto Barbaroſſum,Philippum regem Franciæ,Ricar
dum regẽ Angliæ,Oddonem ducem Burgundiæ,quos innumera penè archiepiſcopo
rum,epiſcoporum & aliorum principum uirorum multitudo ſecuta eſt. Quinetiam ex
Italia, Veneti & Piſani claſſes paratiſſimas eduxere, Venetæꝗ Rauennas ab Henrico
Dandulo tunc duce iuſſu Clementis Romani põtificis eſt præfectus,& alteri ſuus Piſa-
nus præfuit archiepiſcopus. Ex Friſonibus quoque & Dacis triremes quinquaginta,
duodecimꝗ paratiores ex Flãdrenſibus Chriſtianã expeditionẽ ſunt ſecutæ: & Guiel
mus Siciliæ rex utillimam omniũ operã tantis tã multisꝗ exercitibus nauauit, ꝙ claſſe
ſua mare barbaris piratisꝗ pacatũ ubiꝗ reddidit,inſuperꝗ annonã, & omniſariã com-
meatus ex Apulia Siciliaꝗ importauit. Diuerſa tamen tot principum populorumꝗ nõ
D magis fuit acceſſus uia, ꝙ eundi & ferendi in tempore ſuppetias diligentia. Friſones e-
nim, Dacæ & Flãdrenſes in Mauritaniam & Africæ littora de itinere flectentes, Sarace
nos quidẽ multis hominũ cædibus,cõmiſſisꝗ incendijs & rapinis afflixerunt: & Silui-
na urbe dierũ quadraginta obſidione,uiribusꝗ capta & ſpoliata,cædem repertorum in
ea mortalium crudeliſſimam cõmiſerunt. Sed id in primis admiſerunt imprudentiæ ac
errati,ut multò tardius ꝙ noſtri deſiderabãt indigebantꝗ ad Chriſtianã & Aſiæ expe-
ditionẽ delati ſint. Primos uero ac omnium pro tempore utillimos ea expeditio ex Ita-
lia Venetos habuit & Piſanos.Nã Clementis papæ edicto palam facto, Bela Vngariæ
rex, Venetiꝗ,ut terræ ſanctæ opitulari poſſent, pacẽ utrinꝗ diu denegatã pari facilita-
te inuicẽ cõceſſerunt,& cõiunctã in Adriatico, Venetam, Piſanamꝗ claſſes magna uis
Italiæ nobiliũ militum eſt ingreſſa.Quibus Tyrum delatis & in urbem expoſitis, territi
prius ac penè deſperantes in illã Chriſtiani reſpirare cœperunt. Guido Luſignanus re-
gio tumens nomine Tyrũ per ea tẽpora ſe cõtulerat,eius urbis dominio potiri ſperans.
Sed Tyri ciues Cõrado Mõteferratenſi fidẽ,quam ſacramento iurauerant, ſeruãtes,illũ
abſꝗ uerborũ cõtumelia,aut facti alicuius uiolentia reduxerũt.Qui magna ꝓ tempore
uſus

uſus prudentia, coactum ex amiſſis Aſiæ urbibus & oppidis pulſorum Latini nominis E
Chriſtianorũ Tyri cõgregatorum accepit exercitum, & Acconem, quæ & Ptolemaida,
obſedit. In quę caſtra & Veneti & Piſani copias expoſuerũt, tumulus eſt urbi imminẽs,
Thoronũ uocãt, quẽ caſtris locum Guido delectũ Gaufredo Luſignano fratri ſuo attri
buit cõmuniendum, ut cætera ipſe belli munera liberior obire poſſet. Quod cum Sala-
dinus intellexiſſet, deo ſuo gratias egiſſe fertur, ꝙ hoſtium ſuorum reliquias ſimul cum
rege in ſua retia perduxiſſet, qđ certũ eſt, Chriſtianos aggredi à ſuis propè impulſus, id
nulla ratione alia dixit differre, q̃ quia germanum ſuũ breui affuturum eius prædæ, de-
corisꝗ & gaudij participem fore uellet: nec dubitarunt peritiores ex noſtris qui fuerãt
Guidonẽ in caſtra ſecuti, Saladinũ ſi impetijſſet gentẽ Chriſtianã omnino imparatiſſi-
mam, & quam ex colluuione magis q̃ cõſilio in ea coegiſſet caſtra, diſſipaturum conſe
cturumꝗ fuiſſe. Sed ecce ex inſperato claſſis appulſa eſt, quam Iacobo Auẽnio duce ac
præfecto, Brabantini, Flandrenſesꝗ, Friſiones, ac Dacæ militibus armisꝗ & commea-
tibus inſtructiſſimã tranſmiſerunt. Quibus copijs auctus Guido rex, Ptolemaidam Ac F
conẽ bina foſſa uallo cõmunita, & ſtadio inuicẽ diſtante cinxit, ea ratione, ut Chriſtia-
nus exercitus in eo uallatus ſpacio, hinc ab obſeſſorũ eruptione, inde à Saladini inſultu
tutior redderẽ. Et ex Gallijs, Italia & Germania milites ſæpe ueniebãt, qui imperatorẽ
Fredericũ, & Franciæ & Anglię reges breui ſicut opinabanẽ, affuturos, pro ſuo, ut dice
bant, animorũ ardore pręceſſerãt. Saladinus autem copijs & ipſe auctus, quas ex Meſo
potamia, Ægypto, & Arabia frater ſuus contraxerat, caſtra ſpeciẽ urbis præ ſe ferentia
noſtrorũ caſtris oppoſuerat, quæ foſſa & uallo ipſe etiam communiuit. Tantis uero ma
chinis, tanta ſagittarũ multitudine Saraceni ex urbe & ex caſtris Chriſtianos noctu æ-
que ac interdiu uexauere, ut hos magis q̃ illos obſidione premi appareret. Forte fortu-
na accidit Saracenos magnã manũ extra munitiones ſuas ita cũ armis cõnſpectos eſſe,
ut in Chriſtianorũ caſtra facturi impetum uiderentur: qua diu optata occaſione Guido
rex ocyus uti uoluit, ſtructaꝗ in caſtris acie erumpens impetũ fecit, barbariꝗ in portas
uſꝗ cum magna cęde repulſi ſunt. Saladinus autem ſtructa & ipſe in caſtris acie eduxit, G
collatis ſignis, & totis copijs pugnaturus. nec detrectauit Guido, quin Gaufredo Luſi-
gnano fratre ſuo caſtrorũ cuſtodiæ cũ paucis militibus relicto, cæteras educens copias,
ſigna & ipſe cõtulit, pugna acri inchoata utrinꝗ impetu, haud quaq̃ diu ꝓtracta eſt, Sa
raceni noſtrorum impetum ferre nequeuntes in fugam ſunt conuerſi, nec repetebãt ca
ſtra quorum munitioni diffiderent. Quid autẽ ageret in tanto ſuorum tremore Saladi-
nus nec ipſe ſciebat. Ferunt Chriſtiani militis in fronte pugnantis equũ, quo deſcẽderat
rapidũ profugiſſe, & proſecutos qui capere intendebant alium inclamando poſt alium
ita uociferaſſe, ut qui poſtremi in aciebus atꝗ in ſubſidijs ordine ſequebanẽ, fugã à no-
ſtris in prima pugnantibus acie cõmitti crediderint. Magnus itaꝗ animos omnium in-
uaſit pauor, & qui uicerant, hoſtẽꝗ fugientem proſequebanẽ, Chriſtiani in fugã præci-
pitem ſunt conuerſi. Quod quum Saladinus præter ſpem opinionemꝗ ſuam cerneret,
Saracenis de fuga reuocandis retrahendisꝗ totus incubuit, & fugiẽtes Chriſtianos in-
ſtantiſſime eſt ſecutus, ilicoꝗ quam in ſuis timuerat, magnã in noſtris edidit occiſionẽ. H
Quin & obſeſſi Acconẽſes eruptione per ſeparatas munitiones Chriſtianorũ facta, ma
gnã in fugiẽtibus cædem cõmittere cœperãt, quũ Gaufredus Luſignanus uir ſtrenuus,
& multo q̃ Guido frater regno dignior, caſtris erũpens opem attulit, & cladẽ alioquin
futurã omnium maximam auertit. Ceciderunt eo in prælio Chriſtiani, ut creditũ eſt ſu-
pra duo milia: & militiæ tẽpli magiſter uir bello eximius, ac Andreas Bremenſis comes
cõfecti uulneribus in caſtra delati interierunt. Annus tunc tẽporis Ptolemaidæ obſidio
nis unus & dimidius erat exactus, per quod tẽpus imbres perpetuo cõtinuati uere, an-
nonã quæ in caſtris cumulata ſeruabatur, corruperunt. Vnde Chriſtianorũ caſtra fames
tanta inuaſit, quantã humana corpora uix tolerare poſſe credaẽ. Quod & ſi in decuplo
facta fuit precijs rerũ auctio, haudquaquã facile erat diuitibus & bene nummatis quæ
nõ uenundarentur ſuſtentationi neceſſaria inuenire. Vnde tabes multos & inedia cõfe
cit, multos ad accipiendam uel precariã ab hoſte mortem in ipſas hoſtium munitiones
egit præcipites, nõnullos iumentorũ fame intereuntiũ cadauera in cibũ ſumpta langui
dã retinere animã adiuuerũt, & dyſenteria quod ſemper in ſimilib. aſſolet, in Chriſtianis
debac-

A debacchata eſt. Ad eã rerũ deſperationẽ quũ eſſet uentũ, tumultus in caſtris concitus, et
regẽ & cæteros terruit duces, quodq; à furẽtibus arma tenẽtibus poſtulatũ eſt, e ueſtigio
cõceſſum, inuadenda eſſe hoſtiũ caſtra, annonãq; inde uiribus rapiendã. Iuerunt aũt tri
ginta milia, quinq; ex omni natione, ex omni ordine meliores. Eos ſublatis clamoribus
irruere ac propè inſanos nullo ordine ferri cernẽs Saladinus, ſimulata fuga deſeruit ca-
ſtra. In quæ quũ Chriſtiani nullo reſiſtẽte perrupiſſent, ditiſſimę ſupellectili paſſim in ta
bernaculis inuẽtæ nõ minus ꝙ annonę manus miles appoſuit rapaciſſimas, nullaq; fuit
cuiq; maior cura ꝙ quẽ efferre poſſet faſce humeros onerare. Saladinus interea caſtra cir
cũactus ad eã ſe cõtulit partẽ, quà Chriſtianis ad ſuos intelligeret redeundũ. Et ſinguli
facto agmine ſub põdere tremẽtes abſq; ullo reſpectu hoſtium reuertebant̃, paucíq; in
ſua temeritate feliciores Chriſtiana attigerãt caſtra, quũ irruens rapidũ hoſtis impeditũ
ſarcinis agmẽ undiq; inuaſit, nec fuit Chriſtianorũ quiſq;, qui præda ocyus abiecta ſpẽ
in armorũ defenſione oſtẽderit, ſed fuga ſibi ſalutẽ quærere ſinguli adnitebant̃: quia ad
B ſuorũ caſtra ab hoſte interclusa multi ad mare delati ſunt, quorum partẽ hoſtilis cęcidit
gladius, partẽ aquæ natãdo conatos euadere abſorpſerũt. Afflictus ea clade Guido rex,
alterũ quoq; accepit incõmodum, ꝙ Sibylla uxor & filij quatuor quos ex ea ſuſceperat
dyſenteria in caſtris debacchãte interierunt: unde noui in Chriſtiana re labores exorti
ſunt. Iſabelis Sibyllæ ſoror, & ipſa quarti Balduini Hieroſolymæ ſexti regis filia uirgo
Herfrando Toronio nobili adoleſcẽti deſpõſata erat, cui Hieroſolymæ regnũ, ſublata
Sibylla, iure debebat̃, in quã ſpẽ Herfrãdus adoleſcẽs gratioſus à Chriſtianis ꝓceribus
attolli cœperat, cũ Ferratẽſis marchio Cõradus ipſam Iſabelẽ Tyri agentẽ rapuit, & cõ-
ſummato cũ deſpõſata traductaq; matrimonio, regni Hieroſolymæ titulos uſurpauit:
Qđ quidẽ malo exemplo factũ ægerrime tulerũt principes Chriſtiani. Effecit tñ neceſ-
ſitas, atq; indigentia annonæ, quã ſola Tyrus Chriſtianorũ caſtris præberet, ut ſiue ini-
quis, ſiue cõtumacibus animis Cõrado oẽs duxerint adulãdũ. Et Cõradus qua erat in-
genij dexteritate, primores quoſq; & potẽtiores ſibi largitiõe ac munificẽtia obligauit.
C Sed & nouũ rebus Chriſtianis per id tẽporis accidit incõmodũ. Guilelmus rex Siciliæ,
quo ꝓtegente, Chriſtiani ab infidelibus, & pariter ab imperatoris Græci ꝓteruia mare
pacatũ, & plurimã ſæpenumero, ſicut oſtẽdimus, acceperãt opẽ, Panormij diẽ obijt, nul
lo ex ſuis ſuperſtite, cui regnũ illud debuerit demãdari. Tertius uero Clemens pont. Ro
manus, quo impellẽte tã multa occidẽtales pręſidia Chriſtianis in Aſia afferebãt, Siciliã
rege carẽtẽ, ꝓ Romana eccleſia recipere eſt adnixus. Sed magnates Siculi ne in Roma
ni põtificis poteſtatẽ fierẽt, uel potius ut eius regni tyrannide abuti poſſent, adulterinũ
regẽ inſtituerunt, Tancredum Rogerio rege Normanno ex cõcubina genitum, quem
uirũ ſocordẽ Guilelmus nunq; uel ſpurij fratris nomine dignũ duxerat. Dumq; in Cala
briã & Apuliã Clemens pont. copias mittit, & Tancredus reſiſtit, quicquid citra fretũ
regni nomine cenſet̃, populationibus, incendijs, rapinis, & cædibus uexatum. Obſidio
interim Acconis eſt cõtinuata, & Conradus Monteferratenſis præſidia commeatumq;
Chriſtianis ex Tyro ob recentẽ regni Hieroſolymæ ſpẽ diligẽtius copioſiusq; immiſit.
D Fredericus quoq; Romanus imperator cũ ampliſſimo exercitu eodem tẽpore ex Ale-
mannia eſt ꝓfectus, undecimq; caſtris per Vngariam, Bulgariamq; & Thraciam conti-
nuato itinere, apud Cõſtantinopolim primum deſedit, quem ut Boſphorum ꝙ celerri-
me tranſmitteret Iſaac imperator eo diligentius iuuit, quo magis potentatum illius diu
antea formidauerat. Primã uero de Turcis Philomeniã urbẽ, Fredericus cepit, & Iconiũ
delatus, nõ magis eius agrum ꝙ adiacentem regionem magnis populationibus incen-
dijsq; uaſtauit. Armeniã inde minorem ingreſſus, omnia quæ ſunt adita in ſuam com-
pulit poteſtatẽ, adeo ut nec prius nec poſt ſuo unquã exterminio magis timuerit Saladi
nus. Sed tantã Chriſtianorũ ſpem infelix hora ſuccidit, ꝙ amnem rapidũ ſudoris lauan-
di caumatisq; mitigãdi auidior temere & inexplorato ingreſſus tantorũ exercituũ im-
perator enectus eſt, eiusq; copiæ agrũ Antiochiæ petierunt, in quo dũ deſident magis
ꝙ bellũ gerunt, partim morbo & aeris intemperie perierunt, multi partim ita diſſipati
ſunt, ut nullo aut minimo Chriſtianæ expeditioni fuerint adiumẽto. Quo aũt tempore,
Fredericus Boſphorũ traijciebat, Philippus rex Franciæ, & Ricardus rex Angliæ Gal-
licum, Liguſticumq; & Tyrrhenum mare cum copijs emenſi apud Meſanam conſede-
bant,

bant,ſecundos uentorũ flatus auide expectãtes, quibus oblatis Philippus prior ſoluẽs E
proſperaꝗ; uſus nauigatiõe Ptolemaidæ portũ breui attigit, maiorꝗ; & paratior opinio
ne noſtrorũ fuit exercitus,maior tormentorum machinarumꝗ; uis,maior commeatus à
potentiſſimo ditiſſimoꝗ; rege in Chriſtianorũ caſtris expoſitus,Ricardum uero regem
tẽpeſtas Cyprum detulit uel inuitum,ubi terra portuꝗ; a Gręcis, nec ipſi etiam impera-
tori ſatis parentibus,eſt prohibitus,ut cõtinuata, quæ forte ceſſauit tẽpeſtas illum cum
claſſe breui fuerit ſubmerſura.Excãduit uero animis uir magnanimus, & ui expugnatã
ſpoliatamꝗ; omnẽ Cypri inſulam firmo ſuorum præſidio cõmuniuit.Nec tamen diutur
na facta eſt mora regi Francorũ portũ Ptolemaidæ ſubſequendo. Tã multis Frãcorum
Anglorumꝗ; copijs,tã multis omnigenũ machinarũ tormentorumꝗ; generibus Guido
rex ſuctus,uarijs per ſingulos dies inſultibus, uarijs oppugnationib. obſeſſos agitauit,
ꝗ ſelecti à Saladino uiri ingẽs multitudo nõ modo muros tutati, ſed facta quãdoꝗ; eru-
ptiõe cominus ſunt cõgreſſi,adeò ut machinas adactasꝗ; uineas,& caſtella muris æqua
ta igne ſuppoſito ſæpe cremauerint.Interea apud urbẽ Romã defuncto Clemẽti Iacyn- F
thus diaconus cardinalis,gente Romanus,grãdæuus uir,& uirtute inſignis,in tertiũ Cę
leſtinum pontificẽ eſt ſuffectus,qui ægre ferens apertã Siculorum rebellionem in ſuum
prædeceſſorẽ imprudentiſſime intentatam,eos compeſcere conſtituit:iam enĩ Tancre-
dus pro rege habitus,Calabriam,Apuliamꝗ;,quũ nullus cõtradiceret,retinebat. Quare
Cælestinus poſtridie coronationis ſuæ Hẽricũ ſextũ Frederici Barbaroſſæ in Armenia
defuncti filiũ à Germanis electoribus declaratũ in regem Romanorum, imperatorem
cõſtituit,ea iniuncta cõditione,ut Henricus ipſe regno citra ultraꝗ; fretũ Siculum pro-
prijs recuperato ſumptibus,& cẽſum ſolueret annuũ, & iuris eccleſiaſtici terrã ſibi red-
deret poſſidendã.Idꝗ; quo rex facilius aſſequeretˢ, Conſtantiã Normanno rege natam
uirginem in monaſterio Panormi agentẽ occulte educi curauit, eamꝗ; natu grãdiorem
ꝙ quæ filios procreatura uideretur, diſpenſatione apoſtolica illi in matrimonium copu
lauit. Reddidit uero Henricus imperator primam omnium urbem Thuſculam põtifici
Cæleſtino,cuius & Romanæ eccleſiæ iuris erat.Isꝗ; præter hac una in re incõſideratiſſi G
mus Romano populo permiſit, à quo nulla adhibita aut pietate aut mora funditus eſt
exciſa:& ut omnis in futurũ inſtaurationis ſpes adimeretˢ,ruinarũ illius ſaxa Romã ſunt
delata,quæ in cliuo huius tẽporis Capitolino ad memoriã cõſeruantˢ. Ingreſſi regnũ cũ
exercitu rex Henricus,& regina primo imperij anno,Neapolim obſederũt.Sed quũ pe
ſtilentia exercitũ inuaſiſſet,re infecta abeuntes in Alemanniã acceſſerunt. At apud Pto
lemaidã,Philippus Francorũ, Ricardusꝗ; Anglorum reges,quãdoꝗ; ſimul quãdoꝗ; co
pijs ſeparatis expugnãda urbe,alijs atꝗ; alijs rationibus ac conſilijs ſunt uſi. Saxis enim
muralibus & quãdoꝗ; molaribus domos in urbe & muros munitionesꝗ; eis extrinſecus
additas machinis maioribus perfregerunt: quũ tñ minores machinæ Manganellas, &
quandoꝗ; quæ Bricolas appellabãt,ꝗ minoribus,eo frequẽtiorib. ſaxis crebro iniectis
& milites de aggeribus repugnãtes,& omnẽ in urbe ætatem ſexumꝗ;, partim opprime
rẽt,partim terrore perpetuo facerent contabeſcere.Scribit ſolus è ſcriptorũ, quã incide
rimus turba,Iacobus epiſcopus patria Genuẽſis,Saladinũ tãta laborãti obſidione Pto- H
lemaidæ opẽ afferre totis conatibus incubuiſſe,& cũ terra nequiret,mari nouum exco-
gitaſſe præſidiũ. Nanꝗ; Ceteam illum nauẽ in portum uſꝗ; dicit perduci curaſſe nõ ma-
gis militibus & cõmeatu onuſtam,ꝙ ſerpẽtibus plenã,quos caueis, alueolisꝗ; dimiſſos
in Chriſtianorũ caſtris diſpergi uoluerat,noſtros morſu, aut ſolo ueneni cõtagio confe
cturos:quã quidem nauim facit à Ricardo rege Anglico cũ triremibus obuio in portu
fuiſſe demerſam.Siue aũt ea nauis ſpe fruſtrati,ſiue oppugnationibus defatigati milites
Saladini & ſimul ciues ſecũdo obſidionis anno paucis ante diebus elapſo,de urbe dedẽ
da mentionẽ facere occœperunt:nec fuit cõditio, quæ aut poſtulantes Chriſtianos aut
ſpõdere duriores barbaros magis fatigauerit,ꝙ crucis dominicæ cõſignatio,per ſpon-
ſionẽ adſtipulata, nõ maiori deditio facta eſt lætitia, ꝙ accepta,nec aliud barbaris pro-
miſſum eſt,ꝙ ut ſalui cũ ueſtimentis in tuta perducerentˢ, quin Franco regi dimidia de-
ducendorũ barbarorũ pars,altera Anglico attributa eſt. Vrbe aũt in poteſtatẽ recepta
cũ ꝓmiſſa repeterentˢ,crux nuſꝙ inuenta eſt.Quamobrẽ Ricardus rex Anglicus quot-
quot ex petitionis fœdere deducẽdos acceperat, nemine ſeruato, trucidauit.Philippus
uero

A uero magna ſimul prudētia & humanitate uſus partem ſe contingentē cum Chriſtianis
ram carceratis ꝙ apud barbaros ſæuientibus permutauit. Eaq; cædes à Richardo com-
miſſa Ptolemaidæ urbis amiſſæ damno addita, uel eo maxime Saladini animū cōſternā
uit, quia meliorem copiarum ſuarū partem cōtinuata duobus annis ea obſidio abſtule-
rat, ut hoc nouo accedente cæſorū militum incōmodo, poſſe alibi Chriſtianis reſiſtere
deſperauerit. Quapropter maritimarū urbium, quas retinere diffiſus eſt, muros aperuit
Porphyriæ, Cæſareæ, Aſcalonis, Gazæ, & Elan, per quod tēpus rex Richardus Ioppen
additis munitionibus inſtauratā Chriſtianis omniū generū populis repleuit. Quod ne
fieret Saladinus impetu irruēs terribili prohibere eſt conatus. Sed immiſſa principio Ri
chardi claſſis magna, & poſt addita maior, Saracenos ab opere impediēdo auertit. Flac
ceſcere em̄ Saladini uirtus potentatuſq; occœperat, & noſtrorū ubiq; augeri, ut barbari
Hieroſolymæ regnū retinendi ſpe deciderint, quā noſtri econtra recipiendi indubitatā
B certiſſimamq; cōceperāt. Sed accidit ut importuno tēpore ſolita quæq; ſolidiſſima diſſi
pare, inter Philippū Richardumq; reges ſuborta æmulatio, quę diuiſam Chriſtianorum
expeditionem labefactauit. Hi nanq; reges tunc primū in Aſia memores facti eſſe ſunt
uiſi ſimultatū, odiorū, inimicitiarumq;, quas ipſi inter ſe, ſicut & progenitores ſui in Nor
mānia ſoliti fuerāt exercere: & quicquid unus aggrederet̄, alter impedire conaret̄, pro
uiribus, proq; ingenio. Primus tamē Philippus rex Francorū manifeſto errore cōmiſſo,
infamiam quoq; manifeſtā incidit: qui morbo, ut dixit, latenti, ſed ut creditū eſt ſimula-
to, in facti ſui, quod omnibus diſplicere intelligeret, purgationē prætenſo, cū parte exer
citus Aſia eſt ꝓfectus, Oddoniq; Burgūdię duci reliquias ſui exercitus attribuit guber-
nādas. Affirmat uerò Iacobus epiſcopus, & ſicut ſępe diximus patria Genuēſis, ꝙ Galli
cis fauere ſit ſolitus, Saladinū poſt captam à tota expeditione Ptolemaidā ſiue & Acco
nem, & Ioppen à Richardo rege inſtauratā, quod poſtea reſcitum eſt, niſi tūc Philippus
deceſſiſſet, reddendæ Chriſtianis terræ ſanctæ æquiſſimis aliter cōditionibus animum
C adiiciſſe, qui pręſumpta indè cōfidentia audacior redditus, noſtros ſicut prius ante ſper
nere cœperit. Richardus tn̄ eo maiora in dies aggreſſus eſt, quo præteriti tēporis æquè
ac futuri laudē ad ſe ſolū ſperauerit trahere, ſi abſente Philippo aliquid præclare geri cō
tingeret. Per quod tēpus Monteferratenſem Cōradum Tyri in foro agentē ſicarij duo,
Arſacidas, Saraceni uocant, gladijs confoderūt. Id em̄ genus homines ſuperſtitioni ſuæ
deuotos infideles æternā promereri beatitudinē autumāt, & publicè prædicāt, ſi hoſte
eorū publico interempto morte ipſi uel crudeliſſima afficiunt̄, & hi de fuga retracti in-
felicem animā inter cruciatus exquiſitiſſimos effuderūt. Hēricus autē Cāpaniæ comes
Iſabele regina in uxorem traducta, Tyri quidem dominium accepit. Sed oblati regni
Hieroſolymitani titulos ideo habere noluit, quia regē Frācię ſicut & cęteri Gallis oriū-
di ꝙ poſſent celerius ſubſequi intendebat. Et Richardus rex Anglicus Guidonē Luſi-
gnanum intelligens Tyri & Ptolemaidæ dominiū æquè ac Hieroſolymæ regnū ambi-
re, prudenti cōſilio occurrit motibus, quos in rem Chriſtianā præuidebat, eo Ptolemai-
da proficiſcente cum ſummo exterminij periculo incurſurā: Guidonē enim blandè ap-
D pellatum faciliter in ſententiā mouit, ut pecunia haudquaquā grandi rebus Chriſtianis
auxilio ſibi diſſoluta, regnū Cypri ꝑpetuo acciperet dominio ac titulo poſſidēdū, Gui-
doq; Ptolemaida ac omni Aſia cum copijs, & ſupellectile migrās regnū Cypri ab An-
glicis traditū libens accepit, quod & cognationis ſuę ſucceſſores in noſtra uſq; tempora
tenuerunt. Mouētes Ptolemaida Richardus Oddoq; Burgundus, ut Hieroſolymā ob-
ſeſſum pergerēt, multa trahere impedimēta coacti ſunt, quod trinis caſtris per impacata
& hoſtibus plena iter facturi erant, priuſquā Ioppi appropinquarēt, unde annonam ca-
ſtris importari neceſſum erat. Eunteſq; primo & ſecūdo itineris die ac intermedia nocte
Saladinus à fronte à lateribus ad extremamq; aciem nunquā laceſſere, nunquam iactis
eminus ſagittis deſiſtit uulnerare. Ventū eſt ſecundis caſtris ad Aſſur oppidū inter Cæ-
ſaream Palæſtinæ & Ioppen ſitū: ad quē locum Richardus ſagitta in incertum miſſa uul
neratus, ferociam barbarorū compeſcere ſtatuit. Primam enim & ultimam acies, prout
incedebāt ſtructas, de uia pauliſper & laceſcenti hoſti tanquam per furorē & iracundiā
reſiſtere iuſſit. Saladinuſq; oblatam rei bene, ut crediderat, gerēdæ occaſionem ample-
xus, totis in illos uiribus incubuit, quod præliū binis locis & longè ſeparatis gerebatur.

Richardus autem Oddoq́ cum toto Chriſtianorũ iuuentutis robore unica conglobati E
acie inter utroſq́ hoſtium globos hincinde pugnantes perruperũt. Pugnatũ eſt à meri-
die quàm diu per lucẽ, uel in crepuſculum uergentẽ licuit: quo in prælio multi ex noſtris
in queis Iacobus fuit Auennius uir excellẽs, & multo plures ex barbaris ceciderũt. Reli
quitq́ tunc primũ noſtros Saladinus, & tanquã de fuga potius quàm de itinere Hiero-
ſolymã ſe cõtulit, Chriſtiani uerò in loco prælij nocte illa morati, tertijs poſtea caſtris ad
Bethlemibilẽ peruenerũt, q uicus pari pene ſpacio ab Ioppe Hieroſolymiſq́ diſtat. Ibiq́
caſtra in cõcilio ualidis firmata munitionibus tam diu habẽda eſſe decreuerũt, quouſq́
Hieroſolyma adiretur ordine obſidenda. Poſtridie q̃ loco caſtra fuerant cõmunita di-
miſſi per regionẽ, ut aſſoler, exploratores nunciauerũt ingentẽ ex Ægypto camelorũq́
& mularũ uim commeatum Hieroſolymã importaturam, auerſa longe à caſtris uia iter
facturã eſſe, locuſq́ ad quẽ poſſent indicatus, ſexto diſtans à Hieroſolyma miliario. Et
Richardus cum toto caſtrorũ robore iuuentutis, nocte cõcubia profectus, feliciq́ uſus F
audacia & temeritate, interceptam prædã omnem cum agaſonibus Ægyptijs in caſtra
perduxit. Fuit in Chriſtianorũ exercitu apud Bethlemibilẽ ex tot tamq́ diuerſis natio-
nibus, conflata maxima expectatio exceſſus ad Hieroſolymæ obſidionẽ. Conſtans em̃
fama etiam apud barbaros erat, Saladinũ expertas tanti exercitus uires nunquã in urbe
expectaturũ, in qua pauci pariter ex ſuis, ut clauderent adduci potuiſſent. Exemplo em̃
deterriti erant Ptolemaidæ, in qua ſuos Saladinus meliores quoſq́ inuitus perire permi
ſerat, nec maior apparebat ea apud hoſtes defendẽdi deſperatio, q̃ apud noſtros potiũ-
di confidẽtia erat. Nihilominus fecit aliter Richardi regis mutatio ꝓpoſiti euenire. Qui
concionatus, ſe uereri ne per hyemem breui affuturã, commeatus ſatis abundè ſubmini
ſtratura eſſet Ioppe urbs maritima, præſertim ſi mare fuerit procelloſum, differendã eſſe
in uer proximũ obſidionẽ cenſuit, motiſq́ caſtris Aſcalonẽ petijt, quũ & pariter Gazã
urbem hyeme illa inſtaurauit, quanquã Gaza templariorũ, quibus attributa erat opera
eſt communita. Oddo autẽ cum Gallicis ſuis apud Henricum Campanũ etiam Gallicũ G
Tyri hyberna egit. Perſeuerauntq́ hyeme illa in Aſia tot tamq́ diuerſarũ gentiũ Chri-
ſtiani omnes, præter Venetam & Piſanas claſſes, quæ tertio iam anno patria quum ab-
fuiſſent, & nauium reparatione, & militum remigumq́ ſupplemẽtis permaxime indige-
bant. Sed tanta inter ſeſe æmulatione, tantis concertauerãt odijs, ut bellũ utrinq́ mutuũ
in patriam ſit relatum. Quod malo Piſanorum ſucceſſu prius terminatum pene, q̃ geſtũ
eſt. Piſana em̃ claſſis Polam delata Hiſtriæ urbem Venetis tributa pendentem cepit, a-
pudq́ eam hyberna egit. Et Henricus dux Venetiq́ hinc claſſem in patriã reducem ex-
armarunt, inde nouam triremium decem, nauiumq́ ſex cæterarũ raptim armatã emiſe-
runt. Qua Polã ducta, & urbs ui capta, & Piſanorũ pars claſſis, quæ reliqua erat, incen-
ſa eſt: partem em̃ claſſis maximam Piſani reuocauerãt præſidio occurſurã, ſex eorũ na-
uibus onerarijs, quæ mercimonia à Tanai fluuio, & mari Pontico aduehebãt. Venetiq́
Polæ muro ita aperto dirutoq́, ut in eam ultra Piſanis receptus eſſe nequiret, Mothonũ
ſuam Peloponneſi urbem ſe contulerunt, apud quam Piſanis aperto uenientibus con- H
greſſa claſſis Veneta, & præſidiũ repulit malè habitũ, & duas ex his ſex mercimonijs ple
nas intercepit, paxq́ breui maximo cum Piſanorũ damno compoſita eſt. Iam uer adue-
nerat, Richarduſq́ Anglicus, & Oddo Burgũdiæ dux, hic ex Tyro cum Gallicis, ille ex
Aſcalone cum Anglicis, & cætera Chriſtianorũ colluuione Bethlemibilem ad ſolita ac
penè integra præteritæ æſtatis caſtra ſe cõtulerãt. Annona nãq́ deſtinata urbis Hieroſo
lymæ obſidioni neceſſaria undiq́ contracta erat, quũ derepentè Richardus rex & mul-
tis ſeorſum & breui poſt omnibus palàm dixit migrandũ ſibi in Europã, ut periclitatu-
rus in Normãnia à Philippi regis Frãciæ inſidijs machinationibúſq́ & uiolẽtia niſi ſub-
ueniret rebus ſuis præſidio accederet: fratrẽ quoq́ ſuum Ioannẽ nonnullis amicioribus
ſecretè innuebat ad regnũ Angliæ aſpirare. Quod quidẽ Chriſtianæ expeditionis du-
cum, procerum, atq́ commilitonũ animos cõſternauit. Ad ipſiúſq́ rei famam barbaro-
rum animi in ſpem uictoriæ certiſſimã ſunt erecti. Nec damnatum eſt hoc præceps Rai
mundi conſiliũ alia ratione magis, q̃ quod imprudenter tam cito fuerit diſſeminatum.
Oportuit nanq́ prius induciarum aut pacis fœdera cum Saladino intentari, quæ ille ad
præſcriptum fuerat accepturus. Quod enim de Philippo rege Francorũ ſuprà eſt dictũ,

multo

A multo magis hoc tempore futurũ conſtabat, ut Saladinus Hieroſolymã, eiuſq; regni urbes ac oppida æquis cõditionibus fuerit redditurus: ſed fœdera quęcũq; hoſtis dare uoluit, Richardus in profectionẽ pendẽs accipere eſt conatus, quæ in hãc maxime formã cõcluſa fuiſſe accepi, Diruerẽt Chriſtiani, & omnino immunitas linquerẽt quaſcũq; eo bello inſtaurauerãt ciuitates Aſcalona, Clarã, Gazam, & Ioppen, urbes tãtũmodo duas, Tyrum, & Ptolemaidam cum omni agro, qui inde ad Ioppen protendit, & caſtella perpauca, ac oppida poſſeſſuri, cætera accederẽt Saracenis. Secundũ quæ cõſtituta Richardus rex cum ſuis Anglicis, quos tamẽ multi alienigenæ ſunt ſequuti, in Europã traiecit. Eum tamẽ breui diuina ultio eſt ſequuta. Nã cùm in Auſtrinis de itinere ageret, captus, & in Alemanniã perductus, in carcerẽ eſt coniectus. Per quod tempus primum Philippus rex Franciæ Normanniã inuadẽs, populationibus ac incẽdijs latè cõmiſſis Ghiſortium caſtrũ, & plurima de Normãnis partim ui cepit, partim ſponte & metu deditionẽ
B facientia in poteſtatẽ accepit. Quæ Richardus poſt annũ ingẽti redemptus pecunia, ut reciperet diutiſſimè cõtendit. At in Aſia Otho Burgundię dux cũ copijs cęteraq; Chriſtianorum turba haudquaquã contemnẽda, Ptolemaidã, Tyrumq; poſt Richardi profectionẽ, & cõſtituta cum Saracenis fœdera ſe receperãt: à quibus ſæpenumero Hẽricus Cãpanus, maximis rogatus eſt precibus, ut regni Hieroſolymę titulos acciperet. Quod nulla ratione alia, ſicut oſtendimus, renuit, ꝙ quia labores bellorũ homo delicatus declinãs, in patriã redire & optaret & quæreret. Sed deo aliter uiſum eſt, qui labores illius opinione celerius finiuit. Nam cum ſupremã aulæ ſuæ partẽ Ptolemaidæ incautior circuiret, delapſus fracta ceruice interijt. Et fortè per eoſdẽ dies Guido Luſignaneo Cypri rege defũcto, regnũ Almericus frater acceperat. Qui Iſabele Hẽrici relicta in uxorẽ ſibi copulata regni Hieroſolymæ titulos ad illam hæreditario iure, ſicut oſtẽdimus, ſpectantes, & ſimul Tyri & Ptolemaidæ principatũ accepit. Nec tñ ſatis firma aut diuturnior futura uidebatur in Aſia res Chriſtiana, niſi per id quoq; tẽporis Saladinus interijſſet, uir
C omniũ eius ſeculi uirtute geſtarũ rerum gloria & potentatu facillimè princeps, qui unico, quod in funere circũferre iuſſit elogio, ſuam moderationẽ, ſuam ſpernẽdis rebus humanis magnitudinẽ animi oſtendit. Interulam eñ qua ſuum cadauer cõdiendum indui teſtamento diſpoſuerat, lancea ſublimem circunferens ſeruus ſuus per compita uicoſq; clamauit, Saladinũ Aſiæ dominatorem nihil aliud ex tanta opum affluẽtia ſecum ferre. Reſtituit autẽ ea mors noſtrorũ animos, ut etſi parua recipiendæ Hieroſolymæ relicta, magna retinendę, quam poſſidebant terrę, addita ſpes ac confidẽtia uideretur. Saladini eñ frater filijq; pernicioſiſſimis rei ſuæ odijs decertãtes, Turcos, Saracenoſq;, & Arabes in ſua diſſidia laceros diuidebãt, ut Biblium noſtri pecunia redemptũ à Saracenis recipere cõtra fœdera nõ ſint ueriti. Interea apud Siciliã Tancredus rex & filius infans, cui Rogerio inditũ erat nomẽ, & ipſe regio inſignitus titulo diem obierãt. Henricuſq; Romanorum Imp. Germanicus, à tertio Celeſtino põtifice Romano uocatus, magnum in Italiam exercitũ duxerat, ueneratq; ſecum Conſtantia uxor, Fredericum filium afferens quàm primũ, quem præter omniũ opinionẽ nimis annoſa pepererat. Iſq; ſecundus Fre-
D dericus poſtea uir factus eccleſiã pſequutus eſt, paruoq; negocio Neapolis primo, poſt quicquid in Italia Siciliæ regni uocabulo cenſet, & ipſa ſubinde Sicilia in eorũ poteſtatem ſunt facta. Conſtãs uerò tunc fama fuit, Henricũ Panormi agentem theſaurum ingentem à Normannis regibus tanto prius tẽpore, tantaq; in ſucceſſorũ proſperitate cumulatum, clàm expilatũ in Germaniã tranſiuiſſe. Is à pontifice accerſitus, uxore & filio Panormi relictis Romã ſe contulit: cum eoq; pont. Celeſtinus multis egit ut recuperandæ Hieroſolymæ curam ſuſciperet. Quod quidem munus, quum per ſe noluerit, per legatos exequi ſpopondit, prius ꝙ Roma & Italia decederet, nauigium ex omni Siciliæ regno, & imponẽdas uere proximo copias parari curauit, pariterq; Alpes trãſgreſſus archiepiſcopum Maguntinũ, & Saxonum ducem legatos declarãs, onus illis iniunxit copias ex omni Germania cõtrahendi. Qua tẽpeſtate Saraceni Africã Mauritaniamq; incolentes, ingenti claſſe in Hiſpaniã ulteriorẽ delati, congreſſum prælio Caſtellæ regẽ ſuperatumq; ceperunt. Et plurima tunc ea gens barbara de Hiſpanis ſubegit, quorũ partẽ Bethicam olim, nunc Granatã uſq; in hæc tempora tenuerunt. Nec in Vngaria tũc quietæ res erant. Nam Belæ regi mortuo, duorũ filiorũ natu maior Emericus ritè & ordine

in regno ſucceſſerat, Andreaſq; minor cõſpiratione cum magnatum parte inita fratrem E
deijcere anhelabat. Vētum erat apertis utrinq; odijs ad bellum, cuius ratione cõtractas
quiſq; copias ſub ſignis in campeſtria produxit, ut qui prælio ſuperior euaſiſſet, regno
quoq; quietior potiretur. Iamq; cohortes armatæ in aciem utrinq; prodierant, quum E-
mericus armis depoſitis, om̄i deſtitutus comitatu, regale manu geſtās ſceptrum per fra-
ternas acies eſt delatus, & obuijs quibuſq; aperta dixit fronte, quis ille tandem foret, qui
regio ſanguini arma manumq; inijcere ſit auſurus. Frater deniq; inuentus à uiro forti im
becillior obtruncatus eſt. Vere nouo, quod reditum Henrici in Germaniã eſt ſequutũ,
illius copiæ Magũtino epiſcopo, & duci Saxoniæ prẹſidētibus, hinc mari ex Italia Pto-
lemaidam delatæ ſunt, inde ex Alemannia per Vngariã Thraciamq; Cõſtantinopolim
peruenerũt, quas Iſach Imp. Græcus in Aſiam tranſmiſit: hiq; copioſus exercitus, & uiri
fortes per impacatam hoſtilemq; terram Ptolemaidam Tyrumq; peruenerũt, ubi nihil
prius accuratiuſq; egerunt, quàm ut inducijs Chriſtiani abrenunciarent, quas cum bar-
baro hoſte ad eam diem integras conſeruauerant. Quą die Germanorũ cœptis fortuna F
hinc applauſit, quod Berinthũ urbem impoſita à Saladini filijs prẹſidia, & ipſe populus
territi, quã Chriſtiani frequentatam ubi oportere uiſum eſt, munitionibus repararũt. Se
cundam poſtmodũ expeditionem Germani duces duxere Turonium. Quod oppidum
Turenſis agri munitiſſimũ, noſtris poſt perditam Hieroſolymã nequiuerant expugna-
re. Quũq; oppugnatio aliquot diebus cõtinuata eſſet, cuſtodes & incolæ procliues uiſi
ſunt, ſi per diem qua deditionis mentio fieri cœpta erat, fuiſſet æquis illorũ petitionibus
ſatisfactũ. Sed duces Germani negligentia uſi, rem in craſtinũ diſtulerunt. Eaq; die tan-
tus ſuperuenit Barbarorũ exercitus, ut Chriſtiani prælio repulſi, obſidionē ſoluere ſint
coacti. Quo Saracenorum exercitu in Berinthũ conuerſo, Chriſtiani ad primũ agmen
conſpectũ, urbem ſicut & barbari prius fecerãt, liquere deſertã, ſolamq; Ioppen tunc a-
gens in Aſia Romani expeditio Imperatoris & inſtaurauit, & ad primum hunc à barba
ris factum impetum cõſeruauit. Interea apud urbem Romanã tertio Celeſtino pontifi-
ce uita functo, tertius Innocentius patria Ananinus papatũ obtinuit: quo urgente atq; G
impellēte, Simõ de Monteforti Gallicus, uir fortitudinis fama clarus, cum aliquot mili-
tum Francorũ cohortibus, à Conſtãtinopoli Tyrum claſſe delatus eſt. Germani autem
quorũ multitudinis ſpe fretus, Simon res magnas gerere cõfidebat, ſub eius diem acceſ
ſus in migrationē ex Aſia pendere cœperãt, eo em̄ de Imperatoris ſui Henrici morte al-
latum erat. Is Miſſanæ in Sicilia agens, quũ grauiter ægrotaret ad Innocentium pontifi-
cem Romanũ mittens, uxorem ſibi & Fredericum filium puerũ commendauit. Philip-
pum uerò ſibi germanũ fratrem, cui totius Hetruriæ dominium ſub ducatus titulo con-
ceſſerat, quantũ in ſe fuit Romani imperij, & ſimul gubernationē regni Siciliæ quouſq;
filius adoleuiſſet adminiſtrationem retinere quæſiuit. Idq; maximè Maguntinũ archie-
piſcopũ & Saxoniæ ducem, ut inchoata in Aſia erumperent, mouit, quod nouo & peſ-
ſimo exemplo imperium dimitti hæreditariũ, iniquo animo paterentur. Ea igitur Hen-
rici mors & rem in Aſia Chriſtianã, & ſimul omnem Germaniã, maximis inualuit mo-
tibus, quos primos infeliciſſima urbs Ioppe ſenſit. Nanq; Germanis nullo ordine, ut eſt H
ea acris furentiſq; ingenij gens, à Ptolemaida Tyroq; ſoluentibus, qui apud Ioppen age
bant Chriſtiani, à Ptolemaida, ſicut docuimus, remotiſſimi, nec migrare cupientes, nec
prẹſidia annonãq; manētes habere aut petere potuerũt: in quos Saraceni Turciq; furen
tes ilico duxerũt, cinctáq; obſidione urbs tãdiu oppugnata eſt, quoad ſpreta, quę ſępius
oblata eſt deditione, uiribus capi potuit. Sęuitúmq; tunc primum acerbe in Chriſtianos
ad unum occiſos, & urbs à fundamentis murorum ubiq; euulſis in aream eſt æquata. In
Germania autem electorũ pars, Othonem ducis Saxoniæ, qui in Aſia fuerat, germanũ
fratrem delegit: pars Philippum, qui ab Henrico inſtitutus erat, cēſuit conſeruandũ. Ea
res bello diſſidiiſq; diutiſſimè acta, q̄d Philippo rex Franciæ, Othoni rex Angliæ faue-
bat. Innocētius autem in ea pontificatus nouitate nondũ potuerat tantas ſedare diſcor-
dias. Qui uir doctiſſimus, & omni ornatiſſimus uirtute, eo pontificatu ſeſe dignũ breui
oſtēdit. Nam inter cæteras decretales, quas extãtes reliquit, tres eo põtificatus ſui initio
edidit, ad hanc de qua agitur rem plurimũ facientes. Primam, quæ in inducijs habetur,
quoties orbis principes alter in alterũ delinquerent, correctionem ad pontificē Roma-
num

A num ſpectare. Et uenerãdos eſſe principibus, quãtumuis maximi ſacerdotes, ſecũdam.
Tertiam, quæ extra de electione habetur, ſingularis fuit: declarãs duorum, qui in cõtro-
uerſia electi erant, Othonem Imperatorẽ habendum eſſe, quẽ apud Aquiſgranium co-
rona imperiali de more coronari noluit. Nec tñ deſtitit ab incœpto Philippus, ſed He-
truriam in Italia, Sueuiamq́ in Germania, & maximã regni partem confirmauit. Con-
ſtantia uerò Frederici ſecundi filij ſui adhuc pueri Siciliæ regnum utrobiq́ adminiſtra-
uit. At in Aſia poſt importunã Alemannorum profectionẽ Barbari infideles Ioppe ſo-
lo æquata, petitis cũ Tyro & Ptolemaida inducijs, ideo faciliter acceſſerũt, quod & ipſi
diſſidijs inter ſe conflictabãtur. Quamobrem Simon de Monteforti rem Chriſtianã in
Aſia tutã uidens, cum ſuis cohortibus in Europã ſe recepit. Nec erat eodem anno ſalu-
tis primo & duodecies centeno Cõſtantinopoli maior, quàm aut in Aſia, aut in Germa *Anno ſalutis 1201.*
nia quies Iſach Imperatori, quo Chriſtianos amiciſſimè uſos fuiſſe ſæpius eſt dictũ. Fra-
B ter erat Alexius ætate minor, cum quo indulgẽtiſſimè agebat, adeo ut nihil ſibi ad ſum-
mam adminiſtrationis, præter imperatoriũ deeſſet nomen: eumq́ à Turcis ſua temerita
te captũ, Imperator magna ui pecuniæ impẽſa redemerat. Qui peſſimo uir ingenio pijſ-
ſimum indulgentiſſimumq́ fratrem dolo captum excæcatumq́ truſit in carcerem. Ea-
demq́ impietate Alexium nepotem Iſach genitũ, annos duodecim agentem, niſi fuga
elapſus fuiſſet, excæcare aut interficere quæſiuit. Fortè eodẽ anno ad prima ueris ſigna
Bonifacius marchio Montisferrati, Balduinus comes Sabaudiæ Venetias acceſſerunt,
nulla alia ratione, q̃ ut uia ad Conſtantinopolim propter uarios pridẽ in Germania, &
nuper in Conſtantinopoli exortos motus intercluſa, opem à Venetis peterẽt, tranſmit-
tendis in Aſiam copijs, quas Chriſtianorum ſubſidio dicturi erant: pactiq́ erant cum
Henrico Dandulo duce, quales, quotq́ naues habere, quantum pro naulo pecuniarum
diſſoluere deberent, quingẽtos quatuorq́ millia equites, octo millia pedites, & cõmea-
tus neceſſarios traducturi. Militibus uero ad edictũ tardiuſculè cõuenientibus protra-
C cta eſt diutius procerũ opinione Venetijs mora, ut æſtate iam in Autumnum uergente
pecunias proceres expectãdo conſumptas, à Venetis mutuas petere ſint cõpulſi. Fortè
per id temporis Iadera quintũ à Venetis ad Vngaros defecit, cuius recipiendę cura du-
cem Hẽricum & Venetos adeo urgebat, ut nauigium importuno tempore proceribus
pœnituerit promiſiſſe: quã ut reuocarent promiſſionẽ nullo adduci incommodo patie
bantur, quũ melior in re ardua & difficili diſceptantibus occurrit ſententia, dãdas dono
petitas maioreſq́ proceribus pecunias, ſi inita ſocietate illi recipiẽdis Dalmatiæ urbib.
oppidiſq́ rebellibus, ſibi opem afferre animũ induxiſſent. Initaq́ ſunt in annum fœdera
educendas eſſe à Venetis in expeditionẽ triremes ſexaginta, & præter Dalmatiã quic-
quid urbium, oppidorũ inſularumq́ & omnifariã prædæ caperetur, æquis inter utroſq́
portionibus diuidendũ. Henricus itaq́ Dãdulus Venetorum dux cum expedita trire-
mium claſſe primus omnium idibus Octobris ſoluit, cæteri poſtridie ſunt ſequuti. Quã
claſſem prętor armatas iam ducibus dandas triremes, urſerios quoq́ quibus equos defe
runt uiginti, & centũ onerarias naues ſeptuaginta cõſtat habuiſſe. Primumq́ Thergeſti
D ni & Muglenſes mare latrocinijs infeſtãtes domiti, & Venetis tributarij ſunt effecti. Ia-
deram uerò delari diutius ad eam opinione ſederũt, quam ſæpe oppugnatã multis labo
ribus, & multo effuſo ſanguine receperũt. Et quia eius quę iã quater rebellauerat reſpe-
ctu, liberari uoluerunt, Veneti muros urbis in mare uerſos aperuerũt. Actumq́ eſt inter
ſocios, ut hyemem planè inchoatã, & crebris iam inſæuientem tẽpeſtatibus ibi agerẽt.
Quare Iadrenſes quiq́ ditiores, & urbis primores Venetorum clementia deſperantes,
ſponte migrarunt. Interim Alexius ille puer quẽ Iſach Imperatoris Cõſtantinopolitani
in carcere agẽtis filium manibus Alexij fratricidæ tyrãni elapſum fuiſſe diximus, Iaderã
ſe contulit, cõſilio fretus nonnullorũ paternæ amicitiæ procerũ, à quibus Venetias du-
cebãt: petentẽ uerò afflictis rebus opem, & multa pollicentẽ Alexium ſocij bello exau-
diendum duxerũt. Suntq́ in hanc maximè formam fœdera conſtituta. Reductus in pa-
triam Alexius, Imperatórq́ aut ſolus, aut cum patre, ſi ſuperſtes inueniretur, cõſtitutus,
Græcanicã eccleſiam & religionẽ, Romanæ eccleſiæ, aut catholico ritui ſubijceret. Pro
damnis inſuper quæ tam Venetis, quàm Francis ubiq́ cõſtitutis Hemanuel Imperator
pridẽ intulerat, triginta millia auri marchas diſſolueret. Principibus uerò expeditionis

naulíimpenſæ ſatisfaceret,in qua erãt Venetis obligati.Soluerunt& Iadera,ad ucris ini B
tia bello ſocij perpetuo curſu Cõſtantinopolim petituri. Et interea Iaderẽſes patria pro
fugi Hiſtris finitimiſq; piraticam infeſtiſſimam exercuerunt,in quos noua à Venetis e-
ducta claſſis,& præſidium Iaderæ imminenti inſulæ impoſitũ eſt, cui Malconſilio indi-
ta eſt appellatio: quod quidem præſidiũ Iaderenſes patria extorres opibus Vngariæ re-
gis freti triremibus decem apud Caietam armatis diruerũt,quamobrem nouam atq; in-
gentem Veneti claſſem parare cœperunt.Id quũ Iaderenſes reſciſſent,pacem à Venetis
ſuppliciter petitam impetrauerũt,ut datis obſidibus primatum filijs in patriam reuerte-
rentur,comitem qui magiſtratus urbi præeſſet,& Archiepiſcopũ qui Gradenſi patriar-
chę deferret à Venetis habituri,& tres inſuper mille cuniculorũ pelliculas Veneto duci
in tributum annuum trãſmiſſuri. Claſſem interim bello ſociam Boſphorũ ingreſſam ad
Magna locum Galathis eregione haud longe à Conſtãtinopoli diſtantẽ, remota eſt ca
tena, quam Alexius fratricida denſiſſimã pręſidijs ad utrunq; latus tetenderat commu-
nitam. Ad quam dum tantus hæret exercitus, Cretenſes duabus uecti triremibus publi- F
co conſilio inſulam Alexio puero dediderunt, qua ille Bonifacium Montisferrati mar-
chionem paterna ſibi atq; auita affinitate coniunctum donauit. Catenaq; interim nõ prius
perrumpi potuit, quàm aquila nauis cetera uento impulſa ualidiſſimo eſt immiſſa, for-
cepsq; ſimul immenſus illam eodem iuuante impetu ſuccidit. Ea ſuperata peregrini, nã
eo ſe nomine is totus exercitus appellabat, urbi propinquant, proceresq; terreſtres co-
pias ducentes, primi excenſione facta ad urbis mœnia portasq; ferri cœperant, quum
Theodorus Laſchera adulterini Imperatoris gener,& copiarũ ductor, eruptione ſubita
impetum fecit, & prælium utrobiq; cruentum atroxq; commiſſum, tandemq; Græcus
intra mœnia eſt repulſus. Eodemq; tempore claſſis Veneta ad portum urbis circuma-
cta, quã & catena item altera retardauit. Eam enim incluſæ triremes uiginti pro uiribus
defenſabant, continuato tamen perpetuo duorũ dierum prælio, & ſciſſa eſt forcipe ca-
tena,& in portu triremes uacuæ, nam Gręci in terrã profugerãt, ſunt inuentæ. Portu ca-
pto peregrini partitis munerib. illi terra portas, hi de nauibus mœnia perpetuis agitare G
oppugnationibus cõſtituerũt. Venetiq; uineas ad promurale in portum uergẽs quàm
proximas adegerunt, binis inſuper nauiũ malis ſupernè ad caueas colligatis pontes im-
poſiti ſunt, de quibus muros altitudine ſuperantibus, oppidum ſagittis, catapultiſq; &
fuſtibalis feriebant. Quinetiam ignis de pontibus caueiſq; nauium in proxima cõtinen
tiaq; mœnibus urbis ædificia ſæpenumero iactus eſt, qui tandem ampliſſima corripiẽs
ædificia latiſſimũ commiſit incẽdium, ut eo territi metu crebris inſuper icti uulneribus
murorum defenſores eos linquere ſint coacti, quos ſcalis innixa iuuentus Veneta occu
pauit. Ad eumq; tumultũ in urbe concitum, Alexius fratricida territus nocte concubia
fugiens, ingẽtem theſaurum, quod poſtea reſcitum eſt, apud Hirenem filiam uirginem
in monaſterio defoſſum reliquit. Ea perditi uiri fuga per urbem uulgata, Iſach cæcus car
cere deductus,& puer Alexius maximo populi fauore patentibus portis in urbẽ eſt re-
ductus. Exinde factis utrinque Imperatori de more acclamationibus, Iſach pacta à filio
cum peregrinis fœdera ſponſioneſq;,& pecuniarum obligationem præſente ac cõſen- H
tiente populo approbauit, quorum exequutioni quum probus Imperator Iſach gratiſſi
mè intenderet, morbo ab aetis, ut creditum eſt, inſolentia cõtracto interijt. Nec ſegnior
erat, illo in oſtendenda gratitudine puer Alexius, quem & ſatis debito facturum, & in-
gentia inſuper peregrinis in Aſiam traiecturis auxilia allaturum apparebat, niſi ingrata
& ſeditionibus per eam tempeſtatem innutrita ciuitas omnia illius conſilia euertiſſet.
Tumultus enim in populo incertis autoribus eſt exortus, & incurſu ad imperiale pala-
tium facto, conuicia in Imperatorem iactata ſunt, quod puer ignarus rerum, pecunijs a-
uaræ & ſemper ante inimicæ genti Latinæ dandis urbem expilare, ac omnino intende-
ret exhaurire. Et puer Alexius ſibi timens prudenti ſupra ætatem conſilio, alta inclama-
uit uoce, ſeſe in eorum poteſtate dirigendis huiuſmodi alijſq; rebus de cætero perman-
ſurum. Hæc noctu de prima uigilia fiebãt. Mane Imperator conſilio pauciſſimis cõmu-
nicato ad Bonifacium miſit Monteferratenſem paterna ſibi atq; auita affinitate, ſicut
oſtendimus, coniunctum, admonetq; ac orat, ut de tertia uigilia cum armatis cohorti-
bus ad portam, quæ clanculum pateret, delatus in palatium aduolaret; fuit eius conſilij,
conſti-

A conſtitutiq; facinoris conſcius quidam & ipſe Alexius cognomine Murtillus,uel,ut alij
qui habent ſcriptores, Morchulſus, quem Iſach Imp.ex infima plebe in patricium pro-
toueſtiariumq; primariam Imperialium aulicorum dignitatem extulerat.Is malo uir in-
genio ad tyrannidē anhelabat. Quare primarios factionū, & in plebe audentiores allo-
cutus,tumultū ad primam uigiliam priori ſimilē cōcitari curauit. Quo tumultu uixdum
exorto Alexium puerū titubantem, ut in penitiora ſordidioraq; palatij deliteſceret,ad-
monuit,curauitq; perductum ad locum à ſuis ſatellitibus cuſtodiri : exinde in publicam
delatus eſt aream, & multa concionabundus dixit,oſtendens præſentem urbis cōditio-
nem,imminens ab extrema,auara,ambitioſa,& ſemper hactenus inimica gēte periculū
uiro nō puero indigere. Effecitq; q̄d in primis anhelans ſatagebat, ut incōditis uocibus
cum populus pars gubernatorē,pars ducem,pars Imperatorem acclamauerit: ſecundū
quas acclamationes magna ſtipatus caterua in palatium ſe proripuit, & puerū Alexiū,
quem datum bis uenenū nō occiderat,eliſo gutture manu propria necauit. Tumultu ex
B inde ſedato , copias contraxit quantaſcunq; urbs tunc populo frequentiſſima dare po-
tuit,& ſuis iam urgētibus fatis,hinc defuncti Imperatoris pueri amicos tollere,inde pe-
regrinos pellere animū adiecit. Primum tamen in peregrinos ducendæ acies ſunt inſtru
ctæ,& accerſiti ſacerdotes in pompam prodeuntes,iconamq; portantes glorioſæ uirgi-
nis dei genitricis, quæ in ſacrario ſeruabatur,diuina ituros in prælium armatos carmina
prçierunt. Secundum quæ rite facta eadem icona in uexillum & pugnæ ſignū præmiſſa
eſt. Fortè impetus primū factus eſt in Balduini comitis Flādrenſis ſtationes,quæ ad ſuæ
legationis tabernacula quotidie ſeruabantur. Itaq; dux nō magis corpore quàm animo
præſens paucis accurrens furentis Græci impetū tam diu moratus eſt, quoad omnis le-
gio arma rapuit,quæ in prælium tota cum irruiſſet,pſeudoimperator in portam uſq; re-
pulſus eſt,Iconaq; caſu à peregrinis capta,parum abfuit,quin tyrānus cum multitudine
ſua pro murali excluſa fuerit interceptus.Iconā peregrini apud ſe māſiſſe in eam accepe
runt partem , ut uictoriā ſibi de perfido hoſte maligno homine à deo ſponderi , in ſpem
C maximam ſint adducti. Quare in conſultationē eſt poſitum, quid plurimi & quiq; maio
res natu melioreſq; cenſerent à peregrinorum exercitu faciendum,uicitq; ſententia tol-
lendum eſſe, deijciendum eſſe perditiſſimum tyrannide hominem, qui tam multa in ſe,
tam horrēda in puerum Alexium commiſiſſet. Fœderaq; primum omnium inter eos in
hanc formulam renouata ſunt, ut urbis captæ, & imperij Romani urbium ac locorum,
quæ in poteſtatē fierēt,dimidia proceribus peregrinis,altera pars daretur Venetis poſ-
ſidenda: urbſq; ab his mari , ab illis terra uariatis per duodeſeptuaginta dies prælijs op-
pugnata eſt. Et licet magna Græci à peregrinis terra pugnātibus incōmoda acceperint,
muro tamen Veneti in portum uerſo, supernè de nauium malis , caueiſq; ſicut aliàs ex-
pugnatu priores urbe potiti ſunt. Tyrannuſq; noctis umbra tectus,cum pellicibus,uxo
re,& theſauro fugiens euaſit. Ciues uerò hinc ad capti ab hoſte muri uoces, inde tyrāni
fugam uno atq; eodem tempore ſunt exterriti. Sed dante ingenium neceſſitate, conuo-
catos in ſolennem pompā ſacerdotes ſecuti inermes,& crucibus iconiſq; ad fidem com
D parandam præmiſſis,tenentes murū armatos ueniam ſupplices orauerūt, qua facillimè
impetrata portis ubiq; patentibus Latini nominis multitudo undiq; eſt ingreſſa. Quie-
te urbi data proceres in concilio decreuerūt, quindecim uiros ex omni exercitu ſeligen
dos, quibus creandi Imperatoris, deligendiq; patriarchæ poteſtas eſſet irrefragabilis at-
tributa. Quod quum placuiſſet ad Veneti petitum impetrauerūt, ut niſi Imperator eſſet
Venetus,patriarchā ipſi poſſent ex arbitrio declarare,à Romano pont.confirmandum:
partitióque electorum in hunc maximè modum æquata eſt , ut quinque uiros externi
proceres Flandrenſis & ſancti Pauli Comites , totidem Monteſerratenſis Sabaudien-
ſiſq;, Veneti reliquos deputarent : Balduinuſq; Flandrenſis ſumma concordia in Impe-
ratorem ſublimatus, & Thomas Maurocenus in ſacris agens in patriarcham Conſtan-
tinopolitanum à Venetis declaratus eſt. Qui nouo Imperatori ex more inuncto diade-
ma impoſuit,& breui poſt pro confirmatione obtinenda,Romam ad tertium Innocen-
tium pontificem ſe cōtulit. Vſi uerò ſunt expeditionis huiuſce principes magna in no-
uum Imperatorem liberalitate. Nam ut onera imperij commodius tolerare poſſet, di-
midio illum partis eos ex fœdere tangentis , tam urbis quàm prouinciarum uectiga-

liumq́ &portoriorũ imperij donauerũt.Inde ad nonam captę urbis diem Veneti claſſe, E
cæteri omnes terra recipiẽdis Balduini Imp.nomine prouincijs,urbibus & inſulis edu-
xerunt,primuſq́ omnium Bonifacius Monteferratenſis, & Henricus Imperatoris ger-
manus frater omni Thracia,quæ Adrianopolim & Conſtãtinopolim dierum trium iti-
nere quaquauerſum interiacet,mirabili uictoriæ curſu potiti ſunt.Quæ om̃ia ut Impera
toris poteſtate ſolidius firmarent̃,caſtra duces ad Adrianopolim ſunt metati,quũ in ur-
bem Gręci nobiles &potentiores quiq́ Latinorũ exoſi imperium copias cõtrahebant.
Manſerat apud Imperatorẽ Conſtantinopoli Henricus Dandulus Venetorũ dux,quo
quartã partem imperij ſe tangentem certioribus diſcretã terminis ac locorũ nominatio
nibus noſceret.Et quia Ægei pelagi,Archipelagum nunc appellãt,inſularum pars ma-
xima,&adiacẽtes Creta ac Aulis,Euboia,nũc Nigropõtus in ea adnumerabant̃ quarta
parte,claſſem ſuam illis primũ recipiẽdis intendere curauit.Sed quũ ad Cretam eſt uen-
tum,omnis ea inſula in Bonifacij Monteferratenſis poteſtate pacifica eſt recepta. Quã
ob rem Imp.Balduinus concordiam in expeditione,&fœderum publicè ictorum iuſti- F
tiam conſeruandi cupidus Bonifacium in Theſſaliæ regem declaratum,ut Cretam Ve-
netis dimitteret eſt hortatus. Miſſiq́ ſunt ad caſtra in Adrianopolim firmata cũ Impera
toris decreto,Marcus Scãnutus nobilis Venetus,& Rabanus de carceribus Veronẽſis,
Veneti ducis oratores,qui imperialis decreti,quod exhibuerũt autoritate regẽ Theſſa-
liæ appellatũ,ut accepta à Venetis pecunia haudquaquã modica, ius illis ex Alexij pue
ri,extorriſq́ donatione quęſitum cederet,facile in ſententiã perduxerũt. Thomas inte-
rim Maurocenus Romæ fuerat,quem tertius Innocẽtius pont.liberiore quàm petitum
fuerat animo in patriarcham Conſtantinopolitanum confirmauerat, quod ea eccleſia
tunc uerè Romano pontificatui ſubiecta erat.Iſq́ patriarcha quũ Venetijs paruo fuiſſet
tempore, Conſtantinopolim ad ſuam eccleſiam reuerti uoluit, cui nauigaturo ſenatus
Venetus triremes quatuor duci Dandulo & eius claſſi addẽdas tradidit. Qua fretus ar-
matarum triremium occaſione patriarcha Raguſium urbem,quæ à Venetæ reipub.fœ-
deribus deſciuerat,recepit. Et Dyrrachio, quã urbem Gręci Imperatoris deſertã lique- G
rant inſtaurato præſidia impoſuit. Exceptus uero eſt Conſtantinopoli patriarcha ſum-
mo applauſu,quod pontifex Balduinum Imp. à patriarcha confirmato iuſſerat autori-
tate apoſtolica coronari. Eaq́ dies celeberrimo totius penè Græciæ nõ magis Latino-
rum quàm Græcorũ cõuentui lætiſſima fuit: per annum enim qui ab urbe Cõſtantino-
poli capta tũc finitus erat, quicquid Iſach & Alexius fratricida poſſederãt terra & mari
unica Adrianopoli excepta, in Latini Imperatoris Latinorumq́ procerum poteſtatem
actum erat:ſed perturbauit tantos Latinorum ſucceſſus, tantã lætitiam breui ſubſecuta
Balduini Imperatoris mors.Cuius ſucceſſor ſumma concordia declaratus eſt Henricus
frater obſidionẽ continuans Adrianopolis, cum Monteferratenſi Bonifacio inchoatã.
Nec erat caſtris profectus ad imperium Conſtantinopoli accipiendũ acceſſurus, quum
hinc Henricum quoq́ Dandulum Venetum ducem obijſſe nũciatum eſt, inde celeber-
rimi continuatiq́ rumores attulerunt hoſtiles exercitus maximos aduentare. Valachi
olim gens Romana,ulteriorẽ Danubij ripã accolentes,Bulgaris citerioribus cõiuncti, H
à Græcis prece magis quàm precio ſolicitati cõſtituerãt Adrianopolim ne in poteſtatẽ
Latinorũ ueniret,conſeruare.Quorum aduentu non magis ab exploratoribus cognito
quàm uiſo,nouus Imp.Hẽricus, nouuſq́ rex Bonifacius obſidione ſoluta, Cõſtantino-
polim petiere. Quinetiam per eadem Balduini Imperatoris, & ducis Venetorum obi-
tus tempora, Soldanus Iconij Saracenus ad Satelliam delatus eſt Græcam Europæ ur-
bem,ex qua Chriſtiani ſępenumero in Aſiam traiecerãt:quam ui captã ſpoliauit,omni-
bus qui in ea reperti ſunt, Græcis Latiniſq́, & alijs Chriſtianis immaniſſimè trucidatis:
nec quicquã à Chriſtianis in Aſia apud Tyrum Ptolemaidamq́ agentibus, ac cõtra eos
geſtũ memoratu dignũ inuenio,quod motus in Saladini morte,ſicut oſtẽdimus inchoa
ti inter illius fratrẽ & filios magis indies magiſq́ inualuerũt, & noſtris ſatis ſuperq́ erat,
quæ tenebãt pacificè poſſidere.Qua tẽpeſtate in Hiſpania ulteriore,Caſtellę regnũ ap-
pellant,ad annũ tertij Innocẽtij pontificis Romani quintum, maximi periculoſiſſimiq́
motus exorti ſunt. Ilmamolinus enim Saracenorũ Africam incolentiũ Imperator, quẽ
Tunetim Soldanúmq́ appellarunt, ingentes in Europam traiecit copias, primáque ad
Toletum

A Toletum fixit caſtra, in quibus dum ageret, bellũ publicè indixit omnibus qui Chriſtia
no nomine cenſerentur. Innocentiuſq; pont. ſalutem æternam publico pollicitus eſt e-
dicto, cunctis cruce inſigniendis in illam barbariẽ pugnaturis: cõuenerũtq; ad edictũ
poſt Hiſpanos primi omniũ Gallici eo plures parratioreſq;, quò cæteris ſunt nationibus
propinquiores. Sed cognita in uicinis populis elatio, eos ita diſiũxit, ut Hiſpani ſoli po-
tius periclitari, quàm Gallorum auxilio ſalui eſſe uoluerint: in quorũ caput ſua ilico im-
patientia conuerſa eſt, quod Ilmamolinus inaudito uſus uictoriæ curſu utranq; Hiſpa-
niã peruagatus eſt, latiſſimis oĩa incẽdijs populationibuſq; fœdauit, adeò ut hinc Arẽ
latum, inde Auenionẽ Gallicas urbes illud idem afflauerit incendiũ: & ut ſumma rerũ,
ꝗd noſtri eſt ꝓpoſiti, faſtigia ſequamur, quatuor Hiſpani reges, Caſtellæ, Aragoniæ, Por
tugalliæ, Nauarræ unitis in caſtra unà copijs Saraceno congreſſi ſunt, in cuius exercitu
ingentẽ ediderũt occiſionẽ. Fugienſq; Ilmamolinus in Beticã, nunc Granatã, ſe recepit,
quã regionem poſtea ſemper ſolã de terra Hiſpaniæ obtinuit Saracenus: hiſq; succeſſi-
B bus Chriſtianæ religioni maiores per eandem Innocentij tẽpora acceſſere, quod Liuo-
nia regio ampliſſima, cui hinc Dacia, inde Polonia & Sueuia cõtinet, eo curãte põtificẽ
ad fidem Chriſti conuerſa eſt. Et quum in Tholoſana Albienſiq; Galliarũ regione hęre-
ſis pullulaſſet, ac latè ac lõgè cœpiſſet ſerpere, beatus Dominicus tũc primũ fama noſci
cœptus, ad eas extirpandas ſe contulit. Erant uerò qui armis eam ſectã tueri adniteren-
tur, qua Comes Tholoſanus notabatur infamia. Quare datus eſt ab Innocentio pont. &
à Francorum rege Simon de Monteforti beato Dominico adiutor, qui cum cohorte ab
Hieroſolymę expeditione reducta, à ſancto uiro aduerſantium arma conatuſq; retudit,
tantiſq; ea hæreſis defixa erat radicibus, ut quæ ſeptimo inchoauerat, uix tãdem ultimo
pontificatus anno potuerit extirpari. Ad annum quoq; pontificatus Innocẽtij octauũ,
Otho ille, quem Romanorum regem Imperatoremq; inſtituerat, Philippo, ſicut oſten-
dimus, intruſo ubiq; ſuccubuerat. Agrippina enĩ Colonia Germaniæ urbs præclara, O-
thonem pulſum poſtrema omnium cõſeruauerat, quam urbem Philippus arcta preſſit
C obſidione, Othoq; facta eruptione, congreſſus ſuperatuſq; à Colonienſibus eſt expul-
ſus, qui tempori cedentes Philippo Imp. debitam obedientiam præſtiterunt. Nec tamẽ
diuturna fuit Philippo in adepto ubiq; per arma imperio quies, quod Lancherauius eũ
Palatinus Comes appetitum in inſidijs interfecit, electuſq; à Germanis Otho eius no-
minis quintus, Saxonum dux, ab Innocentio tertio ſequenti anno in baſilica S. Petri co
ronatus eſt. Ad quem etiam annum Henricus Imp. Latinorum ſecundus Conſtantino-
politanum augebat imperium, ut nihil fermè eſſet reliquum præter Adrianopolim, quã
Vattaris quidam Commo Græcus obtinens, uſurpato imperij titulo cõſeruabat. Et Ve
neti expeditioniſq; proceres partẽ de imperio, quæ in partitione obuenerat, unuſquiſq;
recipiebat. Quanquam Petrus Zianus Henrico Dandulo in Venetiarum ducem ſuffe-
ctus, liberum ſuis fecerat, ut pręter maiora reipublicæ reſeruata, quæ caperent ciues ſin-
guli retinerẽt. Primiq; omniũ Marcus Dandulus, & Iacobus Viadrius Galliopolim in-
uaſerunt. Marcûſq; Sannutus, & confœderati aliquot ciues, Naxo, Paro, Melo, Herinæ:
D & eodem tempore Marcus Dandulus Andro Ægei pelagi inſulis, quas tum Cyclades,
tum Archipelagum uocant, potiti ſunt. Rabanus uerò de carceribus Veronenſis, & ne-
potes Euripum, Andreas & Henricus Giſij, Timas, Micolas, Scyron, Scopelũ, & Scya-
thum, Philocalus Nauigoſus Stalimineum ſibi dominio ſubegerũt. Per quod idem tem
pus claſſis Venetorũ unius & triginta triremium, perſequẽdis piratis à Venetis miſſa,
Corcyrã, Corphi nunc dictam, & eodem uictoriæ curſu Mothonũ ac Coronum reipu-
blicæ Venetæ rebelles ſubegit, dominúſq; Della Roſa Campanus ex Gallia, reliquijs
Athenarum & Achaia potitus eſt: nec tamen deerant Græci in latrocinia coeuntes, qui
uarios pro poſſe motus intentarẽt. Henricus nanq; cognomento piſcator Maleæ Co-
mes Genuenſium claſſe fretus, Cretam inſulam Venetis, ſicut oſtendimus, ſubditam ut
caperet eſt adnixus. Veneti autem claſſe uigintiquatuor triremium immiſſa, & ſuam tu-
tati ſunt inſulam, & quatuor Genuenſium triremes interceperunt. Ea Latinorum apud
Conſtantinopolim uictoria animos Chriſtianorũ in Aſia agentium excitauit. Almeri-
cus tunc rex Cypri, regni quoq; Hieroſolymitani titulum, uxoris ratione, ſicut oſtendi-
mus, tenebat: cui rem Chriſtianam frigidè adminiſtranti, alium regem ſubrogandum,
qui in

qui in Aſia agebant proceres conſtituerūt, Ioanneſq; de Bregna celebris famę Gallicus B
miles in Hieroſolymæ regē magno cōſenſu declaratus eſt, q per ſolēnes accerſitus ora-
tores cum multis copijs Cōſtātinopolim eſt delatus. Et Latini regis Hērici nauigio fre-
tus, nonis Septembribus anno ſalutis nono & duodecies cēteno Acconē Ptolemaidā
peruenit, accepitq; illico in uxorē ad id reſeruatā Conradi olim Montisferrati marchio
nis & Hieroſolymæ regis filiam, cui id regnū iure hæreditario debebat. Per diem uerò
Michaelis archāgeli feſtiuitate ſolennē, & diadema utriq; regium Tyri eſt impoſitum,
& nuptiæ pompa regia celebratæ ſunt. Perq; id temporis Innocentius tertius pont. quū
in Aſiam copias mittere anhelaret, in nouas incidit moleſtias. Otho em̄ quintus poſt ac
ceptum ab ipſo pontifice diadema, iuriſiurandi, quo ſe de more obligauerat, religione
poſthabita terrā eccleſiæ hoſtiliter inuaſit: nanq; Radicoſanū montem Faliſcum, ſiue ut
corruptè appellāt, Flaſconē, & totam penè Romandiolam per diuerſas legiones, diuer
ſoſq; legatos occupauit, & ad regni Neapolitani regiones conuerſus, ut eas quoq; cape
ret eſt adnixus, Frederico ſecūdo, quem Romani pont. autoritas & promiſſa protectio F
ſecurū redderet, nihil tantis motibus ſuſpicante. Eos uerò motus pontifex Innocentius
iniquo ferens animo, ad Othonem miſit, qui eum ſuadendo, hortādo, admonendo per-
uincere conaretur, ut capta de eccleſiæ terra feudataria redderet: qui peiora indies mo-
liebatur, unde pontifex eum anathemate primū percuſſit: deinde perſeuerātem, & uias
omnes Romanas latrocinijs infeſtantem imperio & Alemanniæ regno priuatū diſpoſi
tūq; pronūciauit. Secutus eum prælatos & proceres, ac oēs alios imperij & regni popu-
los eatenus ſacramēti religione, qua illi obligabantur abſoluens, ut non magis poſſent,
q; deberent, ab eius imperio, reuerentia, & obedientia ſe ſubtrahere. Quamobrem rex
Bohemiæ, Lanthgrauius Toringij, & archiepiſcopi Magūtinus Treuerenſiſq;, dux Au
ſtriæ, & ex militibus præſtātiores quiq; eum deſeruerunt: quū etiam Germani electores
imperij Philippo ſuadente Francorū rege quàm primum de priuatione Othonis certio
res facti ſunt, Fredericū ſecundum Siciliæ regem uigeſimū agentem annum in Roma-
norum regem declauerunt. Philippus em̄ Franciæ rex Othonem Ioannis regis Angliæ G
ex ſorore nepotē debilitari, ac potentatu deijci exoptabat. Quibus tandē deterritus ma
lis atq; periculis Otho, in Alemanniam ſe recepit, & quæcunq; de Italia ceperat in Ro-
mani pōtificis Friderıciq; Siciliæ regis poteſtatē rediere. At in orientis partibus Cretē-
ſes quū animum in Venetos rebellem oſtendiſſent, miſerūt Veneti naues ſexcentas, to-
tidem triremes, & gubernandæ Candiæ ducē, ac Motoni & Coroni cōſeruatores, quo-
rum magiſtratuū uirtute & urbes inſulæq; retētæ ſunt, & Genuenſiū tres naues rebelli-
bus fauentium interceptæ. Quinetiā Rabanus de carceribus Veronenſis nepotes, cum
Nigropōtis inſula ſeſe Veneto feudatarios ſubegerūt. Pariter Gothfredus de Villa Gal
licus, qui in Achaiæ principatu domino Della Roſſa ſucceſſerat, & Michael Cōminos
Gręcus nobilis cum Pelopōneſi parte feudū Veneto obediētiamq; pręſtiterūt. Annoq;
qui ſecutus eſt quartodecimo duodecies cēteno Veneti motus Cretenſiū rebellioneſq;
compeſcere cupientes, equites ex ſuis, & plebeios pedites, eò in Coloniam deduxerūt,
prædiaq; inſulæ maiora, melioraq; tum equeſtri ordini, tum plebeis diuiſa. Primúſque H
pro republica Veneta dux Candiæ fuit Iacobus Teupolus, qui paulo antè quum prętu-
ram in Adrianopolim geſſiſſet, inducias cum Vattari Commino Græcorum Imperato
re Conſtantinopolim obtinente in quinquēnium, & cum Soldano Turcorum in bien-
nium pro republica Veneta conſtituerat, quæ quidem induciæ ab Imperatore Cōſtan-
tinopolitano pariter conſtitutæ ſunt. In Italia interim uocatus ab Innocētio Fredericus,
Romam uenit, & quum ſe uidiſſet à pontifice, à Romaniſq; omni curia benignè exce-
ptum, coronationem, benedictionemq; ad Imperium papalem popoſcit: quam blan-
dè reſpondēs pontifex, ea ratione renuit facere, quod is magno uir animo, ſicut Otho-
nem prius, hunc quoque pariter quæreret Italia deturbare. Iuit itaque in Alemanniam
Fredericus, quem primus omnium Maguntinus archiepiſcopus, & in ſuam admiſit ur-
bem, & Alemanniæ regni diademate inſigniuit. Agentem Magūtinæ Fredericum, Lu-
douicus regis Franciæ primogenitus in Lothoringiam accerſiuit, & ad Vallemcoloris
oppidum Moſæ amni propinquum collocuti principes fœdera inierunt, per quæ belli
paciſue ſocietatem inuicem ſpoponderunt. Pariter Otho priuatus Imperio, auxilia ſibi

ac

A ac belli ſocietatem cum Ioanne auunculo regis Angliæ, cumq́ Reginaldo Boloniæ ur-
bis maritimæ comite quęſiuit. In comitem uerò hunc prima ſocietarũ damna cadere in-
cœperũt, quod Philippus rex Frãcorũ Bononia eundẽ ex eius comitatu, Moraranijq́
Abbaculæ oppidorũ regni Frãciæ poſſeſſione deturbauit. Ioãnes uerò rex Angliæ ini-
ta per id temporis cum Ferrãdo comite Flãdrenſi ſocietate, ad Bononiam cum ingenti
claſſe recipiendã ſe contulit: quumq́ partem eius claſſis tempeſtate auectam aliquãdiu
expectaſſet, mutato propoſito prius ꝙ illa ueniſſet ad Granatingas Flandriæ oppidum
ſe cõtulit, quò & tota claſſis ſua eum ſubito eſt ſecuta. Philippuſq́ rex Frãcię in Ferrãdũ
primo duxit, & caſtello Ipra Brugiaq́ dedẽtibus oppidanis potitus eſt. Ex eo autẽ loco
relicta apud Damportũ claſſe, Gandauum oppidum regis opulentiſſimũ obſidere per-
rexit. Quo oppido breui per oppidanorũ deditionem capto, Reginaldus Boloniæ co-
mes Ioannis Anglorũ regis nauigio fretus, claſſem Philippi clàm cum modico prę ſidio
incendit. Vnde eo factũ eſt incendio, ut Philippus Gãdauo Ipræ & Brugiæ prę ſidio in-
B genti relicto in Pariſios ſit reuerſus, claſſe ubiq́ in ſui regni dominijs iuſſa, quã futura æ-
ſtate in Angliã inducere cõſtituerat. Tunc Ioannes Anglorũ rex uires ſuas regi Frãco-
rum potentatui longe impares fore ueritus, ad tertij Innocentij Pont. Romani miſeri-
cordiam protectionemq́ cõfugit: nanq́ Angliam Hiberniamq́ Romanæ eccleſiæ feu-
datarias ex fœdere conſtituẽs centum auri marchas pro utraq́ inſula quotannis ſoluere
eſt pollicitus, quod quidẽ aliquot poſtea ſeruatum fuiſſe inuenimus. Dum tamẽ ea Ro-
mæ apud pontificẽ agerẽtur, Otho cum ingenti exercitu ex locis Germaniæ ſibi paren-
tibus, ex Saxoniaq́ patria cõtracto ad Valentiniana Flandrię oppidũ deſcenderat Fer-
rando comiti ſuppetias allaturus. Quo audito Ioãnes rex Anglię, Comitem Marchiæ,
& cæteros Aquitaniæ proceres ſibi uarijs artibus, dariſq́ prę mijs cõciliauit, quorũ ope
Andegauos in ſuas partes traduxit. Ligeri amne paulo poſt tranſmiſſo, Rupeſmonachi
oppidũ obſidebat, quũ Ludouicus regis Franciæ filius potentiſſimum ducẽs exercitum
obſidionem ſoluit, adeò ut Ioannẽ ultra Ligerim oportuerit retrocedere. Otho interea
C Philippo regi ad pontẽ Bouinarũ prope Tornacum eſt congreſſus, prælumq́ ingẽs ad
diem ieiunij quintã geſtum fuit, in quo Philippus equo deiectus, ac ſuorum æque ac ho
ſtium cõcurſu oppreſſus penè interijt, tandemq́ ſubleuatus uictor euaſit. Eſtq́ tãta eius
prælij apud Gallicos ſcriptores memoria, ut multa de eo carmine heroico ſcripta extẽt:
nec tñ magna fuit cædes edita, quũ Otho ad duo milia, Philippus uix trecẽtos deſidera-
uerit. Sed gloriæ Gallis datum eſt, fractũ à ſe fugatumq́ eum, qui Romani imperij titu-
lum præ ſe ferẽs, aquilas amiſerit imperiales. Delapſus fuga hoſtis Otho in Saxoniã pa-
ternæ hæreditatis prouinciã ſe recepit, ubi mœſtus languenſq́ animo breui obijt. Tulit
uerò caſus, ut quo die prælium id apud Tornacũ in Gallijs eſt geſtũ, eodem aut poſtero
Henricus Imp. apud Cõſtantinopolim obierit, cui gente Gallico Petrus Comes Antiſ-
ſiodorẽſis pariter Gallicus eſt ſuffectus. Et per id tẽporis Fredericus poſt habitã Magũ
tiæ regum Alemannorũ coronam in Sueuia gentilitatis ſuę regione deſederat. Is audita
clade qua Otho apud Bouinas afflictus erat, Aquiſgranium imperatoriam urbem obſi
D dione preſſam recepit, ubi tertij Innocẽtij Romani pont. autoritate regiam iterũ de mo-
re coronã accepit, & ut aliquã erga deum oſtenderet gratitudinẽ, cruce inſignitus, uoto
ſe tunc publicè obligauit ſubſidij Chriſtianis in Aſia agentibus afferendi: ne etiã ponti-
fici quoq́ Romano ingratus eſſe uideretur, comitatũ de regno Siciliæ permiſit feudari
perpetuo eius donationis iure à Romana eccleſia peculiariter poſſidendũ. Per hyemẽ
uerò quæ ſecuta eſt, Innocẽtius papa conciliũ apud Lateranẽſem eccleſiã generale atq́
ampliſſimũ celebrauit, cui patriarcha Hieroſolymitanus, & Metropolitani Septuagin-
ta, epiſcopi duodecim, & quadringẽti abbates & primores cõuẽtuales octingẽti inter-
fuere. Quũ legati pariter eò cõuenerũt, Imperatorũ Germanici ac Cõſtãtinopolitani, &
regũ Hieruſalẽ, Frãciæ, Hiſpaniarũ, Anglię & Cypri, in quo quũ multa ſunt cõſtituta in
patrũ decretis extantia, tum maxime ſacroſanctũ promulgatũ edictum opem rei Chri-
ſtianæ in Aſia agenti populariter afferendã. Et quia hinc Piſani Genuenſeſq́, inde Lõ-
bardi bello inuicem cõflictarẽtur acerrimo, urbe põtifex uere primo profectus eſt, loca
petiturus, ad quæ bello contendẽtes uocare, & pacẽ quũ cõmodius, tum celerius con-
ſtituere poſſet. Sed apud Peruſiam de itinere mortuus ac ſepultus eſt. Extãt Romæ duo
huius

huius pontificis opera, ſitu, utilitate, & uſu longe diſtantia, hoſpitale S. ſpiritus in Saxia E
à Lombardis & Saxonibus ibi ſolitis habitare appellatum, quod in Vaticani ſuburbio
celebre & ditiſſimũ hoſpitalitati ampliſſimæ deſeruit unum, & alterum turris appellata
Comitis Vrſini operis, quę muro omnium totius urbis rariſſimo ſublimitate ſurgit exi-
mia. Eſtq́ ad forum olim Neruæ ad ueteris Suburæ principium, quæ per ætatem noſtrã
& diu antè inhabitata, nullo omnino uſui eſt aut fuit. Legimus uerò ipſum pontificem,
quum talis tantæq́ argueretur impenſæ eccleſiam ſancti Sixti, quæ extat in Auentino
celebris, tunc dirutam inſtauraſſe. Ea autem quæ ad pręclari præſtantiſſimiq́ huius põ-
tificis mortem ſecuta ſunt multi facienda, & diligentiorem poſtulantia narrationem, in
decimum ſeptimum librum, quod hic ſatis creuerit, duximus reſeruanda.

## BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI- natione Imperiȷ̃ Romani, Decadis ſecundæ, Liber ſeptimus.

HOnorium Almerico ciue Romano genitũ, tertio ſuffectum Innocen- F
tio, & ipſum eius nominis tertium Peruſię cardinales in Romanũ põ-
tificem creauerũt, qua in creatione ad ſextum prædeceſſoris diem obi
tus facta, maior ſolito adhibita eſt feſtinantia, quod Peruſini ciues dif-
ficultatem Hieroſolymæ rerum, & bellorum Italiæ ſedãdorum neceſ-
ſitates perpenderunt, & coacto in conclaui collegio penuria cibi per
dies ſingulos maiore facta, ut properarent, uim honeſtiſſimam attule-
runt, conſecratuſq́ pontifex deſtinatum à prædeceſſore pacis in Italia conſtituendæ tra
ctatum per oratores legatoſq́ continuauit, ipſe Romam intra primum creationis men-
ſem per Sabinos ſe contulit. Solicitabat eñ eum Petrus Antiſſiorenſis electus Imp. Cõ
ſtantinopolitanus, quem paulo poſt & Iolem ſimul uxorem idem pontifex in baſilica
S. Laurentiȷ̃, quæ uia Tyburtina extra muros inſignis uiſitur, imperiali diademate de-
corauit. Et rebus Chriſtianorum in Romania conſulturus, quæ Hieroſolymis profutu- G
ræ uiderentur, Ioannem de Columna cardinalem Romanũ Portuenſem epiſcopum a-
poſtolicæ ſedis legatũ declarauit, qui ad nonum coronati Imperatoris diem urbe profe
ctus Brunduſium ſe cõtulit, quò Imperator Imperatrixq́ acceſſerũt, omneſq́ ſimul Ve-
netorum nauigio accepti, ſimulq́ ſoluẽtes prima uelificatione in conſpectũ Dyrrachiȷ̃
ſubſtiterunt. Promiſerat eñ Petrus Imp. Venetis, ſi Conſtantinopoli in Italiam delatus,
eòdem reducerent, Dyrrachium Venetis reddendã, uel obſidione preſſam oppugna-
tamq́ recipere. Theodorus nanq́ dux Epirotas urbẽ ipſam dolo captã ueteri Græcorũ
iuri innixus ut retineret armis, litigio cõtentionibuſq́ adnitebar. Eamq́ expeditionẽ ut
uxorio liberatus impedimento, ac cardinalis reſpectu cõmodius exequeret, Imperator
Iolem uxorẽ cum parte claſſis Cõſtantinopolim præmiſit, quã paulo poſt cardinalis eſt
ſecutus, inchoataq́ eſt obſidio & oppugnationes per dies pene ſingulos intentatæ. Sed
urbẽ ueteri muro, quem Venetus inſtauraſſet munitã Theodorus milite abundãs ex E-
piro fideli facile defenſabat, adeo ut Imperator potiri deſperãs ſibi cõſtituerit abeundũ, H
& quod mediterraneas Macedoniæ urbes inuiſendi deſiderio teneret, petitã inter ſol-
uendum obſidionẽ à Theodoro fidei publicæ ſecuritatem accepit, ſecundũ quã ſcripto
ſibi datam ad Aretæ amnis portũ excenſionẽ in Macedoniæ littora primã fecit, inde ad
nemoroſa Tẽpe delatus, cùm ad ſaltus perueniſſet, montium ſyluis tectorum ſtructas à
Theodoro duce inſidias incidit, & abductus in teterrimum carcerẽ eſt cõiectus. Interea
principes Chriſtiani, quos tertiȷ̃ Innocẽtiȷ̃ diligẽtia & Lateranẽſis cõſiliȷ̃ decreta ad Hie
roſolymæ liberationẽ inflammauerãt, in magnũ conierant exercitum, qui partim terra,
partim mari Conſtãtinopolim, & inde cardinale de Colũna ſedis apoſtolicæ legato de-
ducente, Acconẽ ſe contulerãt, fueruntq́ primariȷ̃ inter eos proceres Andreas Vngarię
rex, Venetorũ nauigio fretus quod libẽter dederãt, quia ius eis ceſſit, quod in om̃i Dal-
matia regnũ Vngariæ ad eam diẽ habuerat, & dux Auſtrię, Henricuſq́ Niuerucẽſis Co-
mes, & Gualterius regis Frãcię camerarius. Quibus Ioãni Hieroſolymę regi cõiunctis,
in concilio actum eſt, Damiatã Ægypti urbem Nilo cõtiguam, ut primã omnium cape
rent, adnitendũ: ea eñ in poteſtate facta apparebat Cayrum & Babylonem cõtiguas ur
bes ampliſſimas & cõmodè obſideri poſſe & intercluſas cõmeatu facillimè expugnari,
Quo

A Quo Soldanorũ gẽtis Saracenæ principũ domicilio in Chriſtianorũ poteſtatẽ facto, fu
turum confidebant, ut omnis ea barbaries Saracena nõ ſolum Hieroſolyma & terra ſan *Anno ſal.*
cta, ſed orbe ipſo terrarum exterminaretur. Itũ eſt itaq; non magis cupientiſſimis ꝗ con *M.ccxviij.*
fidentibus procerum militumq; animis, & menſe Maio anni ſalutis duodeuigeſimi &
duodecies cẽteni Damiatę obſidio inchoata: ea ciuitas olim Heliopolis à Pertinace He
lio cõditore appellata, triplici murorum latericio denſiſſimorũ munimento cingitᷣ, quã
Nili amnis particula ad Romani Tyberis magnitudinẽ ambit, ut inſulam, ſed oblongã
arctamq; efficiat. Turris erat Pharea, non quidem craſſitudine & celſitudine illi ſimilis,
quã ad Pharon & Nilum ſtante Romano imperio fuiſſe legimus: ſed quæ ſuburbiũ &
mercatorũ apothecas ac publica horrea à piratis nocturnisq; prædonib. tutaretᷣ. Quã-
obrẽ ſub noſtri exercitus acceſſum addidit Soldanus ſuburbio utriq; præſidia, & muni-
tiones undiq; inſtaurauit. Eas dũ noſtri oppugnant munitiones, turrimq; undiq; machi
nis quatiũt, multi per dies ſingulos cecidere, quũ tñ ea maior in barbarie occiſio cõmit-
B teretᷣ: euicitq; fortiſſimorum ex omni prouincia alternis pugnãtium noſtrorum uirtus,
& ſuperatis munitionibus acceptũ cædis damnũ in decuplo hoſti redditũ. Annona ue-
ro in horreis, mercimoniaq; reperta in apothecis cũ militi cõceſſa fuere, opulentia Chri
ſtianorũ caſtra ſimul & lætitia ſunt repleta: hyems iã planè media erat, & nilus quem à
cõſueta inundatione per id tẽporis timeri nõ oportuit, ab maris inflatione, quã Eurus
maximã inuexit, ripas egreſſus eſt, adeò ut unda maris immenſum ſublata, inde amnis
redundantia noſtrorũ caſtra peruaſerit. Vnde impedimentorũ iactura facta, & cõmea-
tuũ pars maxima corrupta eſt. Cui malo remedia deſuper à deo cardinalis, legatus, & e-
piſcopi, ſacerdotesq; quærenda eſſe iuſſerunt. Eoq; finito ieiunio, maris tranquilliras eſt
ſecuta: quo itẽ die maior dei benignitate uictorię ſpes Chriſtianis ex improuiſo affulſit.
Soldani caſtra quæ ſuũ noſtro maiorẽ exercitum ſeruabant, à Chriſtianorum caſtris &
ab ipſa urbe Damiata fluuio, de quo diximus, tenuiore dirimebanᷣ, quæ tamen ad mille
paſſus ab ipſo diſtãtia fluuio Nili integri ripæ etãt oppoſita, unde præſidia in urbẽ nun-
C ciosq; mittẽdi facultas Soldano maxima erat, quod ſcaphæ in fluuio diſpoſitæ, & ex ur
be in illius caſtra dimitterenᷣ, & uenientes noctu ac interdiu introducerent, quas illico
ſubductas nullo noſtri nauigio poterãt intercipere. Ea re intellecta, inceſſit noſtros mi-
lites libido incipiẽdi, ſi qua poſſet urbs unica obſidione ultra citraq; fluuiũ circundari,
quos cũ uidiſſet in alterã traductos ripã Soldanus, amẽtia potius ꝗ pauore perterritus
eſt, paucisq; dimiſſis exploratoribus quà ꝓgreſſus inſpicerent, ſibiq; renunciarẽt, caſtra
fugiens impedimentis cõmeatuq; plena reliquit. Videntesq; fugientẽ cõtinuato agmi
ne denſiſſimo barbarum Chriſtiani milites trans amnẽ agenres, pars quidnã ſibi uellet
profectio inſpecturi propius acceſſere, pars commiſſam ab hoſte fugã, & caſtra ut erãt
integra capi poſſe Chriſtianis ducibus renũciarunt. Qui ratibus ad id pridẽ paratis am-
nẽ tranſmiſerunt, & reperta in hoſtiũ caſtris annona impedimentis quoq; ac ditioris ap
paratus ſupellectile, exercitus Chriſtianus magis ꝗ prius ad turrim Phaream eſt reple-
tus. Alteris ſubinde caſtris ad eam partẽ poſitis, quæ prius ponte iunxerunt, Damiata
D undiq; eſt obſeſſa. Eam Soldani fugã, eos Chriſtianorum ſucceſſus quum audiſſet Cor-
radinus Saladini olim filius, Hieroſolymę ultra retinẽdæ ſpẽ abiecit. Quã ne Chriſtiani
captã retinere poſſent deſolare cõſtituit, quinetiã à ſepulchro domini noſtri Ieſu Chri-
ſti uiolando ſceleſtas cõtinuit manus: cauſam uero ſepulchri tẽpliq; intacti, quam non-
nulli afferũt, delatæ tãtiſper Chriſtianæ religioni ueneratione omittimus, magisq; credi
mus Surianos, Ethiopas, Armenios, Georgianos, & alios Aſiæ Chriſtianos Hieroſoly
mã incolentes multos numero, & magis ſubditos Aſiæ & Aphricę principibus ea loca
dirui cõminuiq; prohibuiſſe, quorũ ratione & cauſa eã incolerẽt ciuitatẽ, eorumq; de-
ſiderio ſic Saracenos uel inuitos acquieuiſſe, ſicut eoſdẽ ſuſpectiſſimos inuiſosq; omni
tẽpore coguntur tolerare. Caſtris ut diximus, ad Damiatã undiq; terra communitis, Ni
loq; fluuio claſſis eſt addita, & uineæ adactæ, caſtella excitata, machinisq; oppugnatio
ne ſæpiſſime intẽtata, nec magis probe agitata extrinſecus urbs præualida, ꝗ fortiter in
trinſecus defenſata eſt. Primaq; æſtas & hyems, uerq; ſubſecutũ. Eo modo ad Damiatã
actũ. Ad Iuniũ uero alterius æſtatis menſem, Soldanus medio inter Babylonẽ Damia-
tãq; ſpatio caſtra habuit cõmunita innumero exercitu redũdantia, nec ullis adduci po-

ferat irritationibus, nullis noſtrorũ artibus, ut pugnæ copiam uellet facere. Tandem ſoli E
ex Chriſtianorũ exercitu Gallici proceres hoſtis ignauiam aliquo ut dixerũt, ingẽti de-
decore aut dãno afficere cõſtituerunt. Ioannes Hieroſolymæ rex tanquam Gallicus ma
gis q̃ dux exercitus illorum audaciam temeritatemq́ ſecutus eſt. Facti in conſpectum
hoſtes ſtructa acie Gallici ꝓbra in hoſtẽ dictis geſticulationibusq́ iactauere. Vallũ ali-
quando ſcandere cõminati, & partẽ eſſe noſtrorũ exercitus minimam, Saraceni de pro-
pugnaculis in campeſtri ſolo faciliter recognoſcebãt. Quare facta de repẽte & magnis
clamoribus, ut eſt gentis mos, eruptione Gallorũ inſolentiã leuitatẽq́ caſtigauere mul-
tis eorũ cæſis, plurimis interceptis, in queis Gualterius regis Franciæ camerarius, Milo
Mantolienſis, & Vicecomes ſanctæ Suſannæ ditiores potentioresq́ fuere. Et Ioannes
rex igne, ut appellant Græco afflatus, qd' facibus tragulisq́ Saraceni immittere cõſue-
uerũt, manus facieq́ cõbuſtus eſt. Quieuere poſtmodum Chriſtiani, fuitq́ exẽplo Gal-
lorũ, ut neminẽ ultra noſtrorũ militum libido ceperit, nedũ in Soldanũ, ſed ne in obſeſ-
ſos pugnã ineundi. Ea enim urbs, ſicut docuimus, munitiſſima, nunquã ui oppugnatio F
nibusq́ capi potuiſſet, quæ & cõmeatibus abundabat: ſed peſtilentia ingens ipſam mi-
randũ in modũ populata eſt. Quod quidẽ Chriſtianos, latuiſſe, ut credã, adduci nequi-
uiſſem, niſi apud oẽs ſcriptores id cõſtare uiderem. Fortè ad quintum menſem q̃ Galli-
ci in Soldanũ male pugnauerant, pauci milites Chriſtiani Damiatæ portas propius ac-
ceſſerunt, quid in urbe agere͂t exploraturi: ſilentioq́ quid ubiq́ in propugnaculis eſſet
admoniti ſunt, aut cuſtodes altũ ſopitos eſſe, aut aliũ per errorẽ omnino abeſſe. Quare
pedetẽtim referentes ſocios aduocant, ſcalasq́ ſemper in prætorio ad id paratas cõpor
tant, quibus in propugnacula portæ faciliter eſt conſcenſum. Et nemine obſiſtente, aut
clamore eos ꝓdente cohors integra portam tenuit, quã dum ſecuribus malleisq́ refrin-
gunt, accurrentes qui ex Saracenis ſtrepitum ſonitumq́ primi exaudiuerant, confoſſi.
Chriſtianiq́ interim patente ingreſſi porta, urbe potiti ſunt anno tandẽ dimidio atque
integro, poſtquã fuerat obſeſſa, quẽ nonarum Nouembris ſextum diem fuiſſe conſtat.
Ingreſſi urbẽ Chriſtiani, inſidias primo dolum'ue ab hoſte ſtructum ſuſpicaba͂t, quod G
neminẽ in plateis obuium, neminem in tectis aut ad feneſtras ſe ꝓſpicere uidebãt. Sed
intellecta eſt ſtatim urbis deſertę calamitas, quod plateę paſſim, uiciq́ oẽs, & ædiũ atria
cadaueribus utriuſq́ ſexus, omnisq́ ætatis hominum cõtegeba͂t, & qui in domibus ui
ui ſunt reperti, aut ipſo languebant morbo, aut ſalutẽ ſibi à lãguoris ſimulatione quære-
bant. Fuere autem omnes tam integra q̃ mala ualitudine uiuentes, tria uirorum milia,
quũ obſidionis principio fuiſſent ſeptuaginta. Portis ubiq́ munitionibusq́ Chriſtiano
militi ad cuſtodiã attributis, uicit in cõcilio ſentẽtia, tamdiu in caſtris commorandum,
quouſq́ purgata cadaueribus emundataq́ urbs uiſa eſſet ſalubritatẽ aeris recepiſſe. Cõ-
ceſſaq́ eſt ob eam maxime rẽ Saracenis ſalus, ut purgationis munus curãq́ ſuſciperent.
Prima uero omniũ Machonaria urbis primaria in glorioſæ uirginis dei & ſaluatoris no
ſtri Ieſu genitricis eccleſiã inſtaurata, ac in epiſcopiũ dedicata eſt. Eam urbem captã eſſe
intelligens Soldanus, caſtris incenſis Cayrũ ſe Babylonemq́ recepit, & Chriſtiani ſub
ipſum ueris initiũ urbẽ ad aeris ſanitatẽ redactam kalendis Februarij ſunt ingreſſi. Po- H
ſteroq́ die Cardinalis Columna legatus cum epiſcopis & ingentis numeri clero ſolẽni
pompa glorioſiſſimæ uirginis purificationem ardentibus non magis in eccleſia q̃ per
uicos & plateas candelis & cereis celebrauere. Habuit per id tẽporis Damiata ampliſſi
mæ opulentiſſimæq́ ciuitatis ſpeciẽ, repertamq́ in ea rerum omnium copiam auri ar-
gentiq́ & ditiſſimæ ſupellectilis uim maximã legatus regesq́ & duces exercitus militi
Chriſtiano æqua diſtributiõe largiti ſunt, quin etiã de agrorũ diuiſione in tẽpore faciẽ-
da actum eſt, cũctis exiſtimantibus fore, ut Soldano Babyloniæ deturbato, milites qui
domos ſupellectilemq́ accepiſſent in eius Colonia dato nomine aſcribi patere͂t. Duo
bus interim annis quib. Petrus Antiſiodorẽſis imperator Cõſtãtinopolitanus in Theo-
dori ducis Dyrrachini carcere agebat, Ioles uxor imperiũ adminiſtrauerat, quæ ad eos
fermè dies, per quos Damiata in Chriſtianorũ poteſtatẽ facta eſt diẽ obijt. Et Latini ꝓ-
ceres Cõſtãtinopoli & in Romania agentes, Robertũ Petri ipſius filium ex Gallijs ac-
cerſitum in imperatorẽ delegerunt. Romæ interim Honorius pontifex beatũ Domini
cum audiẽs ſchiſmaticos apud Toloſam domuiſſe, eius præſentisq́ ordinẽ cõfirmauit.

Quo

A Quò in tẽpore ſecundus Fredericus in Romanorum regem electus, Othone defuncto, Romã rediit, quem Honorius imperiali diademate inſigniuit. Obierat paulo prius Conſtantia eius mater, præſtantiſſima mulier, nõ magis annorũ quàm prudẽtiæ plena. Quæ uiſa filium adoleſcentiã ſupergredi incipientẽ, qui duosdetriginta ageret annos, ad eã diem in uirtutum uia cõtinuiſſe, quod ea de medio ſublata, mores uſq; quaq; mutauit. In pontificẽ enim ſpreta iureiurandi religione, anno coronationis primo multa & quidem enormia eſt aggreſſus: quẽ ut à flagitiis, à perfidia, à rebellione temperaret, admonentẽ magis magisq; indies ſpreuit, unde eũ duxit põtifex anathemate, niſi reſipiſceret, & ablata redderet, deterrendũ. Et quum ſperneret primã excõmunicationem, iterato pontifex priuationẽ imperii regnorumq; addidit, tertioq; in contumacẽ exaſperatus põtifex oẽs imperii & regnorum olim ſuorum ſubditos à ſacramento, in cuius uim fidẽ illi ſeruare tenerent, abſoluit. At apud Damiatã interea res Chriſtiana per ſingulos dies magis

B magisq; floruerat. Cardinalis eñ Columna legatus apoſtolicus, & Andreas rex Hungariæ, & cæteri proceres in bonã uenerant ſpem, fore, ut Soldanũ Saracenosq; breui cõficerent, quibus intentandis rebus id ſolũ morę interceſſit, qđ Ioãnes Hieroſolymę rex plus ſibi q̃ deceret arrogans, parũ conſiderabat, & ſi urbs Damiata ſuo ſubiicienda erat regno deferendũ tñ à ſe cardinali & Hungarorũ regi aliquantiſper eſſe, nec omnia illis præſentibus incõſultisq; ex arbitrio imperanda: cuius rei cum eſſet aliquando à cardinali modeſtiſſime admonitus, Hieroſolymã breui, ut dixit, rediturus acceſſit, quẽ multi milites ſunt ſecuti, nec priuſquã terq; quaterq; rogatus, ut rediret adduci potuit. Interim æſtas ac hyems prima habitata à noſtris Damiata exacta eſt. Verq; ad eius reditũ in alterã æſtatẽ abibat. Eo poſtea præſente, quũ de rebus agendis conſiliũ haberet, placuit omnibus in Cayrũ Babylonemq; ducendum. Ad quas urbes Soldanus omnes propè Saracenorum copias cõtraxerat. Facta tamẽ apud Damiatam diuturnior mora utilis uel ea ratione uiſa eſt fuiſſe, qđ captæ illius fama multos ex Europa milites illuc traxerat à Ve-

C neta, Genuenſi, & Piſana claſſibus tranſportatos. Ductũ eſt in hoſtem ad ipſas Iulii mẽſis idus. Nilo amne præter illũ, de quo ſæpe diximus, Damiatæ proximum priuſquã Babylon à Damiata adeat, alter deriuat̃ fluuius, cui Soldanus pontẽ impoſuerat nauibus cõſtructũ, quo poſſet facilius in noſtros Damiatæ agentes ducere. Eum põtem modico ſeruatũ præſidio cum noſtri occupaſſent, paululũ progreſſi ſunt. Poſtridie apoſtolorũ Petri & Pauli natiuitate celebri caſtra ſunt poſita, paſſus tria milia à Babylone Cayroq; ſemota, & quũ annonam in duos ſuffecturam mẽſes carris ſecum iumentisq; detuliſſet, claſſis etiam aduerſo ducta Nilo tantundem adduxerat. ut innumeri apud Babylonem Cayrumq; ampliſſimas urbes coacti Barbari ab annona priuſquã Chriſtiani milites uiderent laboraturi: ſpes itaq; uincendi noſtros ſolidiſſima hortabatur inde futura, ut uidebat̃, certior, quò celerius cõtingeret depugnari. Hic tentatus ſæpe hoſtis, ſæpe ad prodeundum in aciem prouocatus eſt, qui metu & pauore ſimulato per dies ſingulos maiore, perniciẽ in noſtros inauditã machinabatur. Nilum amnem cum Babylonẽ Cayrũq; præterlapſus eſt undiq; coercẽt ripæ eleuatiores alicubi pro ſoli neceſsitate, alicubi de-

D preſsiores, cataractæq; certa ſpatiorũ proportione in regionibus ſunt diſpoſitæ, de quibus agri conſtituto tẽpore inundant̃. Poſtquã igit̃ Chriſtiani duos in caſtris deſederant mẽſes incurſionibus populationibusq; ſatiari, occaſio diu expectata Soldano obuenit Nili in ſummas ripas ſolito citius tumefacti: qua fretus occaſione catarractas undiq; nõ magis amoueri, q̃ ripas ad amnis fundũ defodi curauit, cooperueruntq; illico regionẽ aquæ, ut Chriſtianorũ caſtris ubi ſolũ natura aut cõgeſta terra eleuatius erat, cubiti altitudinẽ ſuperarent. Iumẽtis uero ſublata imprimis paſcẽdi facultas, & qđ in caſtris paratũ erat, deſtructum eſt ſtramen, tũ nec aliquid fuit saluũ, quo mortales potuerint uel triduo ſuſtẽtari. In eã adducti rerũ difficultatẽ Chriſtiani alia quoq; angebant̃ maiore, qđ redituri Damiatã altiores alicubi depreſsis in locis aquas incedere uerebantur, ut nulla uia niſi per Nili aggeres tuta ab aquarũ periculo uideret̃, quã hoſtis armatus & alicubi aggere & foſſa cõmunitã ita obtinebat, ut prelio uideret̃ periculoſiſsimo deturbaturus. Petitã itaq; miſsis oratoribus pacẽ Chriſtiani his cõditionibus impetrauere, ut Damiatã cũ rebus in ea repertis Soldano dimiſſa, partemq; ligni crucis quã ille haberet reddetet, & captiuis uiciſsim liberatis Chriſtiani Acconẽ Tyrumq; redirent. Quibus urbibus

& earũ oppidis pax octo annis eſſet cũ Turco Saracenoq; ſeruanda. Quæ igiť in glorio E
ſæ uirginis purificatione habitari cœpta eſt Damiata, ad eiuſdẽ natiuitatis diem redita
barbarorũ ſpurcitie inquinãda. Is annus ſalutis erat primus uiceſimus duodeciesq; cẽ
An. ſal. M.cc.xxi. tenus. Quo anno Tartari gens Scythica Georgianã Armeniamq; maiorem direptas, ua
ſtatasq; ſuo ſubiecerunt imperio. Inde Ripheis mõtibus tranſmiſſis, ad eas delati uaſtiſ
ſimas regiones, quæ Tranſyluanã cõtingunt, in Poloniã, & poſt in Hungariam pene-
trarunt, quas Chriſtianas regiones populationibus incendijsq; late cõmiſſis, magno af
fecerunt incõmodo. Sed ad rẽ Aſiæ Chriſtianã. Damiata Soldano Babyloniæ reddita
cardinalis Columna legatus, rexq; Hungariæ Andreas, & dux Auſtriæ, ac cæteri fermè
oẽs illius expeditionis Chriſtiani in Europã quà uenerãt, ſunt reuerſi. Et anno q ſecutus
eſt, Ioannes Hieroſolymæ rex Tyri Ptolemaidæ ſecuritate fiſus, à pace cũ Soldano cõ-
ſtituta Romã uenit, quẽ Honorius pont. Romanus benigne acceptũ, muneribus nõ mi
nimis donauit. Isq; breui poſt in Franciã, ut dixit, nauigaturus, Piſas primo ſe cõtulit, &
aut promiſſam prius, ſicut fama poſtmodum uulgauit, cum Frederico excommunicato F
& pontificis hoſte affinitatẽ confirmauit, aut tunc primum à caſu inijt. Nanq; filiam quę
ſibi ex Iole, ſicut oſtendimus, uxore erat, illi in matrimonium deſpondit: cui in dotẽ no-
minati ius cõtulit, quod eidẽ filiæ materna hæreditate in regnũ Hieroſolymæ compete
bat: eſtq; hæc occaſio, qua freti poſtea oẽs qui Neapolitanum rite habuerũt regnũ, Hie-
roſolymæ quoq; regni titulis ſunt abuſi. Delatus inde in Franciam Ioannes rex bona ex
alieno incõmodo fortuna eſt uſus. Philippus eñi rex Frãciæ tunc fortè obiens, teſtamen
tũ magnificentia legatorũ ſuo digniſſimum regno fecit. In quo ſexaginta librarũ argẽti
Pariſienſium milia Ioanni regi, totidẽ militiæ templi, tantundẽ magiſtro hoſpitalis Hie
roſolymæ legauit. Voto poſtmodũ Ioannes rex ſe exoluturus memoriã ſancti Iacobi a-
poſtoli, quæ eſt apud Cõpoſtellã Gallitiæ inuaſit: à qua peregrinatione dũ tertio redit
mẽſe, Berengariã regis Hiſpaniæ ſororẽ cepit uxorem. Quo item anno ſalutis tertio ui
ceſimo & duodecies centeno, beatus Dominicus Bononiæ eſt defunctus, & ordinem
beati Franciſci Honorius cõfirmauit. Sub ipſum Fredericus imperio priuatus, ut rebus G
cõſuleret Alemanniæ, quibus ob noui imperatoris ſubrogationẽ timebat, Henricũ filiũ
decẽnẽ illi dedit in regẽ. Tribus abinde annis ſuperuixit Honorius, quo in tẽpore Chri
ſtianam rem in Aſia quieuiſſe ſatis cõſtat. Sed quid Fredericum inter & pontificẽ Ho-
norium fieri contigerit, apud ſcriptorum neminem tradi uidimus. Extant uero Hono-
rij põtificis, cũ decretales multæ, tũ Romę opera ſancti Laurentij extra muros urbis re-
parata cũ cœnobio baſilicarũ ſanctaſanctorum ad Lateranenſem eccleſiam inſtaurata,
An. ſal. M.ccxxvi. celebris ſanctimoniæ oratoriũ. Is pont. moriens ad annum ſalutis ſextum uigeſimũ &
duodecies centenũ, ſucceſſorem habuit nonum Gregorium patria Ananinum, & Inno
centij tertij comitũ proſapia oriundum. Qui & Laterano ubi creatus fuerat Ananiã per
æſtatis caumata ſe contulit. Vnde Fredericũ monuit, ut expeditionẽ in terram ſanctã,
cuius uoto pridẽ cruce ſignatus ſe obligauerat, tandẽ iniret, fore cõminatus, ut niſi in
breui exequereť, excõmunicationis priuationisq; ſententias ab Honorio prædeceſſore
in illũ promulgatas, confirmatas etiã atq; etiam aggrauaret. Promiſitq; Fredericus ſeſe H
quod uouerat, quod intendebat, quod pont. uolebat, ut exequeretur properaturum: di-
ctumq; eſt ueris tẽpus ad cõueniendũ Brunduſii, quo ex portu tunc ſoluere eſt pollici-
tus. Põtifexq; Romam reuerſus cruce ſignatos, qui in orbe Chriſtiano multi erant, ut ad
diẽ cõuenirent, dimiſſis quaqua uerſum tabellarijs, admonuit: cõuenit uero ingens mi-
litũ multitudo, quorũ genere & potentatu præſtãtior fuit Aſiæ ex Germania Lanthe-
rauius. Ver autẽ iam planè exactum erat, quum expectatus requiſitusq; ægritudinẽ in-
cidiſſe ſimulans Fredericus in Sicilia ſe cõtinuit. Malo enim uir animo, mala mẽte, nun
cios quod poſtea reſcitũ eſt, expectauit à Soldano Babyloniæ redituros, cũ quo fœde-
ra rei Chriſtianæ pernicioſiſſima inierat, quibus etiã reſpõdebat fœderibus clades per
eã inuectã morã in Chriſtianos milites Brunduſii deſidẽtes. Nãq; ſuperuenĩẽtia æſtatis
caumata occidẽtales milites, prę ſertim Germanos ſub cœlo frigidiori nutritos, grauiſſi
mis afflixerũt morbis, quorũ acerbitate multi, in queis Lãtherauius fuit interiere, pluri-
mi lãguorẽ morti penè ſimilẽ incidere. Ad eũ Lantherauij necis nuncium Fredericus
ex inſperato Brunduſium aduolauit, ditiſſimiq; principis equos, arma, aurum, argentũ,
& lauti-

A &c lautiſſimã ſupellectilẽ diripuit: põtifex interim crebris illũ nuncijs, oratoribus, epiſtò
liſq; in profectionẽ propellere eſt adnixus. Tunc, ut factæ prædæ contentiones declinà
ret Fredericus, tandẽ ad tertium idus Auguſti cum omni claſſe Brunduſio ſoluit, ſed cæ
teri ad deſtinatũ in Acconẽ curſum uelis ardentiſſime remiſq; contendunt. Fredericus
noctu cũ trireme dilapſus Brunduſium eſt reuerſus, quem ſic omnes admoniti eadẽ nò
cte ſecuti ſunt. Ad eã acceſſus Frederici imperatoris famã mouẽs ex Gallia Ioãnes Hie-
roſolymæ rex cũ Berengaria uxore Bononiam uſq; peruenerat, & ipſe in Acconẽ Ve-
netorũ nauigio traiecturus. Quẽ audita Frederici perfidia Bononiæ deſidentẽ, põtifex
Gregorius Romandiolæ & exarchatus Rauennatis gubernatorẽ ducẽq; inſtituit. Con
tulerat iã ſe Acconẽ Ptolemaidam Chriſtiana militia, quum requiſitum deſideratumq;
imperatorẽ germani milites, qui poſtremi omniũ Brunduſio ſoluerant, illum in Italiam
reuertiſſe primi renunciarunt. Deſtitutiq; duce primario milites Chriſtiani aliquod in-
cõmodum capere formidabant, niſi eos recreaſſet Conradini mors quondã filij Saladi-
B ni, cuius filiorũ tutor inducias cũ illis in duos annos petitas cõceſſit. At Gregorius pon
tifex quamprimũ intellexit Fredericũ omiſſa nauigatione in Italiam reuertiſſe, malignũ
hominẽ cõfirmatis ſui prædeceſſoris Honorij promulgationibus quãtis potuit maledi-
ctionibus ꝓſecutus eſt: ad quas illico eſt ſecutus uxoris Frederici Ioãnis Hieroſolymæ
regis filiæ obitus, cui Cõradus filius puer ſuperſtes fuit. Secundus Gregorij põtificatus
tunc erat annus, in quo certior erat factus, Hiſpaniaq; ſolito firmiora Chriſtianitatis fun
damenta iacere cœpit. Nanq; Arragonũ rex Ferdinandus Saracenis Maiorica inſula, et
Valentia urbe pulſis eas ad Chriſtianos ritus moreſq; perduxit. Valentiaq; opibus &
uiris præſtantiſſimis cõtinuato felicitatis curſu in hæc uſq; tẽpora eſt adducta. Fecerat
Fredericus quo tẽpore interrupta nauigatione in Italiã redierat, ſpẽ ꝓceribus, q in Ac-
conẽ nauigauerant, ſui acceſſus. Quo quidẽ deſiderio illos per annũ integrũ eſt fruſtra-
tus. Et tandẽ põtifice, ſicut pridẽ facere cõſueuerat, ſpreto, cuius reconciliationẽ negle-
xit, nauigationẽ ingreſſus eſt, de qua Cypri ſubſtitit, Seneſcallo militiæ ſuæ magiſtro cũ
C copijs Ptolemaidam præmiſſo, qui nõ magis militiæ Chriſtianæ, q̃ Soldani Babylonis
conatus apparatuſq; inſpiceret: tantumq; abfuit, ut Italia ſoluere & nauigare intendens
Fredericus põtificis benedictionẽ poſtulauerit, qđ Rainaldũ quendã Theutonicũ cõ-
ſtituens regni Siciliæ adminiſtrationẽ, illi aperte iuſſit, ut pontificẽ eccleſiaſticoſq; qui-
buſcunq; poſſet modis opprimeret. Iſq; ſuo, quod aperta dicebat frõte, domino ſatiſfa-
cturus, Marchiã Anconitanã cũ exercitu eſt ingreſſus, & Montemulmi Maceratamq;
occupauit. Peruſinos uero cũ pertentaſſet, in rebellionẽ promiſſa ingenti pecunia pelli
cere nequiuit. Obierat per id tẽporis beatus Franciſcus, cuius per dies ſingulos miracu
lorũ multiplicantium magnitudo Gregorium põtificem mouit, ut Roma Peruſiam pe-
tens, inde Aſſiſiũ ſit delatus, ibiq; cum crebreſcentia inſpexiſſet miracula, eundẽ in ſan-
ctorũ Chriſti numerũ retulit. Vixq; Peruſia reuerſus erat pontifex, quũ Conradus Gui-
ſcardi alter Frederici ſatelles in uallẽ Spoletanã duxit exercitũ, quem Fulginatum con-
iurata factio introduxit: nec tñ diu ea urbs in rebellione perſeuerauit, quod fidelis eccle
D ſiæ populus, & Cõradũ & perfidos cõciues eiecit. Interea Seneſcallus Frederici in Ac-
conẽ miſſus multa Chriſtianis ibi agẽtibus damna intulerat, quos ęgre cerneret ferre nò
cturna cum Soldano Babylonis colloquia, in quibus ipſe aliquando fuerat deprehen-
ſus. Quamprimũ tñ Soldani fœdera ſatis habuit cõſtituta, Fredericus ab illo accerſitus,
Ptolemaidã adnauigauit. Nec mora, oratores Romã dimittens, abſolutionẽ à pontifice
reconciliationemq; cõpoſitis uerborum lenocinijs implorauit. Pontifexq; qui omnia
reſciſſet, quæ Seneſcallus in Aſia cõmiſerat, perfidia domini in oratorũ faciẽ exprobra-
ta, petitionibus eorũ repulſam dedit, & hoſpitalarijs tẽplarijſq; in Aſia ꝓ crucis honore
militantibus, ut Frederico tanquã hoſti publico fauores detraherẽt iniunxit. Quamob-
rẽ Fredericus cõfuſione ſimul & indignatione plenus, conſultius ſibi duxit in Italiã na-
uigare. Pontifex interea, cũ admoniti excõmunicatiq; Rainaldus Marchiã Anconita-
nã, & Conradus uallem Spoletanam infeſtantes, ut captas de terra eccleſiæ urbes & op
pida redderent, adduci nõ potuiſſent, Ioannẽ Hieroſolymæ regem ex Romandiola ac-
cerſiuit, qui paratiſſimũ in Marchiã duxit exercitũ, Ioanneſq; Columna ſanctæ Praxe-
dis presbyter cardinalis ad eã Marchiæ expeditionẽ ſedis apoſtolicæ legatus fuit. Pan-

dulſus aūt de gente Sabella Romanus pontificis cubicularius copias ex urbe Roma ex E
omniq́ terra eccleſiæ cōtractas ad Ananiā coegit, pariterq́ eò ſe cōtulerunt Beluacēſis
Claramontenſisq́ epiſcopi cū copijs ex Gallia ductis, pōtifici aduerſus Frederici cona-
tus præſidio affuturis, fecitq́ prima is exercitus caſtra ad Inſulā finiū regni oppidū, qđ
aliquādiu oppugnatū pactione in poteſtatē uenit. In Caſinēſe uero Caſtellum monaſte
rio circūdatū difficilis impeditusq́ pōtificis exercitui aſcēſus fuit, qđ regni Iuſtitiarius
à Frederico impoſitus ea ſeruaturus clauſtra copias illuc cōtraxerat ingētes, in queis ma
gna pars Saraceni Frederici milites mercenarij. Deturbati tñ ſunt Mōte Ieſu Chriſti &
eccleſiæ hoſtes penè pariter infideles, Caſinēſisq́ caſtello ui capto, Germani incolę de-
ditiōe facta ſaltū aperuere, nullo deinceps labore, nullo ſanguine effuſo, quicquid oppi
dorū ad Capuā intercedit cū ipſa urbe pōtificis Gregorij cubiculario manū dedit. Quo
lætatus nūcio pont. Romam Peruſia eſt reuerſus. Per id fermè tēporis preſſi in Marchia
& ualle Spoletana Frederici ſatellites eorū quæ in regno fiebāt certiores facti, terrā om
nē eccleſiæ ſuo deſtitutā pręſidio reliquerūt, qua utrobiq́ recepta, legatus rexq́ in rebel F
lionē conuictos animaduerti, ſed mitius q̄ erant meriti curauerunt. Et tunc uno eodēq́
tempore Ioannes rex in Romandiolā eſt reuerſus, & Fredericus à Tarētino portu, quē
primū de nauigatione attigit, Neapolim anxius aduolauit. Iuerat Ptolemaidā cum ex-
peditione Brunduſij coacta, quā Fredericus deſtituit nauigantē, magiſter militiæ Theu
tonicæ Prutenorū, qui rē in Aſia Chriſtianam per inducias Damiatæ conſtitutas, perq́
perfidiā Frederici torpeſcere uidens, cū ipſo Frederico in Italiam redijt. Eo itaq́ & Me-
ſanenſi archiepiſcopo oratoribus Romā miſſis pacē Fredericus ueniamq́ ſupplex ora-
uit. Pōtifexq́ mitior q̄ oportuit decuitq́, his conditionibus eſt aſſenſus, uiginti centūq́
milibus auri uncijs eo bellorū compendio cōſumptis in eccleſiæ ærariū relatis, Frederi-
cus benedictione apoſtolica reſtitutus imperator & rex utrobiq́ in Sicilia & Alemann-
nia appellaret, terrāq́ de Neapolitano regno amiſſam noua in feudatione reciperet. Ea
quæ ſecuta eſt æſtate, Gregorius pont. Ananiā ſe cōtulit, quò & Fredericus imperator
acceſſit, & benigne acceptus ad pōtificatus menſam, qđ rariſſimū eſt, diſcubuit. Quūq́ G
pont. hyemē ageret Romæ, Peruſini extorres armis in patriā reducti multa in conciues
alterius factionis crudelitate ſunt uſi: ad quos motus cōpeſcendos pont. præmiſſum Io-
annē Columnā, ſanctæ Praxedis cardinalē breui eſt ſecutus. Profugis itaq́ in patriā re-
ductis, ciuitas pacificata nouē milibus auri publicè donata, & multi priuatim pro indi-
gētia, & cuiusq́ cōditione data pecunia recreati, utq́ ipſam urbē opib. repleret, in ea cū
omni curia duos & uiginti mēſes deſedit. Per qđ tēpus Romani pōtificis benignitate
abuſi, omnia eis etiā præter prædeceſſorū cōſuetudinē permittēs, in rebellionē pepēde
rūt. Cœperāt paulo ante Romani exploſo cōſulū, de quo iā diximus, magiſtratu, ſenato
res quandoq́ unicū, quādoq́ binos creare annuos, qbus eadē penè quę prius cōſulibus
fuerat, cuſtodię urbis dicēdiq́ iuris poteſtas eſſet attributa: cū tñ ærarij cura nō ſatis inte
gra dato à pōtifice magiſtratui linqueret, ut ad plenariā reipub. adminiſtrationē pręter
urbiū arciūq́ &, puinciarū urbi adiacētiū ſubiectionē nihil deeſſe Romanis uideret: Hā
nibalq́ ex Hānibalda gēte Rom. nobilis ſenator hæreſi cōſentiebat, in quā multi inci- H
derāt ſacerdotes, hiq́ pōtificis reditū formidātes, ſenatore uſi cōplice, populū in rebelli
onē tumultūq́ cōcitauerāt, cū deus peccato reſpōdens ſuppliciū inflixit. Tyberis eñ eā
in alluuionē excreſcēs, maiorib. quę aliàs unq́ fuerāt, parē, infima urbis ſubmerſa aliqt
tenuit dies, & cū domos impulſu aqua euerterit, multa in mare abſtulerit, plurima in ci-
uitate corruperit, tū maxime Romanorū ueſaniā hinc humiliauit, qđ ſubſecuta eſt tātā
humilitatē tabes, ex qua cū multi obierūt, tū nullus penè ab ęgritudine intactus fuit. Ve
nit tñ in Lateranū pont. & publicè oēs priuatimq́, etiā diſtributa pecunia cōſolatus eſt,
præter Hānibalē q excōmunicatus depoſitusq́ Ioānē de Poli habuit ſucceſſorem, præ-
terq́ ſacerdotes & clericos de hæreſi cōuictos, q dignitatibus beneficijsq́ priuati ſunt.
Qđ uero phyſici tūc cēſuerūt, tabē illā nō ex Tyberis alluuione, ſed ab aquis, quę in cō-
cauis cauernoſisq́ in urbe locis reſederant, pceſſiſſe, cloacas pont. ueteres purgari, no-
uasq́ plurimas ſubſtrui curauit: ſed quāprimū ciuitas ceſſātib. p hyemē morbis recreari
cœpit, ſenator inſcio primū, poſt fruſtra reclamante pont. armatus Romanorū cohortes
in Viterbiēſem agrū duxit, magnāq́ in eo edidit uaſtitatē. Miſſi aūt à pont. quatuor car
dinales

A dinales compoſitis Viterbij rebus,ſenatorē cohorteſq; in urbē reduxerūt. Acceſſit poſt
ad urbem Reatinam pōtifex,curiā in ea aeris ſalubritate cōſeruaturus. Qua in urbe bea
tum Dominicum in ſanctorum numerū retulit. Et eodem fermè die ſenator infeſtas du-
eens in Campaniā cohortes apud Montemſortinū de itinere primum ſubſtitit. Eum eñ
à Frederico imperatore in rerum nouarū ſtudia pro miſſis fauoribus incitatū fuiſſe poſt
ea reſcitum eſt,ſed accedentes derepente cardinales quatuor, quorū unus fuit Ioannes
cardinalis Columna,ſenatorem à propoſito deterritum in urbē redire fecerunt. Frederi
cuſq; ex Ceperano,ad quod oppidū motus Campaniæ urbiſq; expectauerat,petijt Meſ
ſanam.Spoletū poſtea æſtate pontifex quum diuertiſſet, beatum Antonium Portugal-
lia Hiſpaniæ oriundū,cognomine Paduanū,ob innumera quæ ad illius ſepulchrū facta
erant miracula,ſanctorum Chriſti confeſſorū collegio aggregauit. Inde profectus Ana
niam,Pallianū oppidū,quod Romani machinationibus capere adnitebantur, pecuniā
à poſſeſſoribus redemptū,& pariter Fumonē Serronumq; curauit eccleſiæ præſidijs cu-
B ſtodiri.Romæ interea ad apertā rebellionē uentū erat,quod ſenator mores imitatus pri
ſcæ reipublicæ uetuſtiſſimos legē rogauerat,populumq; ſtruxerat paſcua, uectigaleſq;
prouentus omnes,non magis Romanæ urbis, ꝙ prouinciarum Romæ undiq; adiacen-
tium reipublicæ iurium cenſeri.Et ne aliquis ab Hetruria legi officeret Montaltum op-
pidum turri addita à Romano populo cōmunitū eſt.Nec tñ temperauit diſſentientibus
etiam cardinalibus pontifex ab acceſſu in urbem,in quā à populi multitudine more ſoli
to obuia eſt deductus.Paucos ibi moratus dies,quum ſe nihil proficere intelligeret,Rea
tinam repetijt ciuitatē:quò & Fredericus imperator ex improuiſo ſe contulit,multa edo
mandis uel dura obſidione Romanis,adeo uehementi aſſertione pollicitus,ut Henricū
filium ex concubina ſuſceptū,quem Sardiniæ regem declarauerat adſtantem,ni recuſaſ
ſet pontifex,uoluerit dare uadē.Iuſſus itaq; imperator legatū pontificis adijt ſanctæ Ma
riæ in Coſmodi diaconū cardinalē Monteflaſconi cū eccleſiæ copijs agentē,quò & ipſe
ſuas ex Hetruria accerſiuerat, primuſq; in Romanum hoſtē Viterbienſium uaſtantē a-
C grum imperator protulit ſigna,& quum Riſpampanū eſſet decertādum, Romani impe
ratorijq; milites in unam aciem ſunt coniuncti, non quidē dimicantes, ſed conſtituta
etiam inter utroſq; fœdera oſtendentes:nec prius de eo itinere ſubſtitit Fredericus, ꝙ re
ctà Piſas,& inde Lombardos attigit fines,procedenſq; paulopoſt in Alemanniam ſe cō
tulit.Fortè tunc pontifex ad eam concitus rebellionis Friderici nunciationē Reate Pe-
ruſiam accedens Theutonicos nobiles uiros habuit obuios,qui ductas in Italiam copi-
as aliquà in Aſiā Chriſtianæ rei auxilio futuras traducere cupiebant, hiq; operā ſuæ intē
tioni haudquaquam diſſimilē Chriſtianis rebus nauaturi ſeſe facillimos hortāti requirē-
tiq; pontifici exhibuerunt.Ductaq; eſt breui cohors Teuthonica Viterbium,& Roma-
ni prælio congreſſi magnū acceperunt incōmodum.Inde legato pontificis ducēte, quū
in Sabinos uentum eſſet,capta in ea regione à Romanis de terra eccleſiæ oppida & ca-
ſtella in poteſtatē deditione ſunt facta.Agentē Peruſiæ pontificē Ioannis Vattari Adria
nopolitani imp. oratores,& Soldani Saracenorū Iconij nuncius adierunt, quorum ſimu
D lata intentio nullos ſortita eſt effectus,ſed eam attulit Chriſtianæ rei opē, ꝙ inde admo-
nitus rerum Aſiæ pont.ipſe Chriſtianos multis in Europæ locis,ut nouerat, cupientiſſi-
mos ad ſuſcipiēda de more ad ſpē futuræ beatitudinis æternæ crucis ſignacula ſacroſan-
cto decreto impellere eſt adnixus,dimiſitq; in omnē Chriſtianorū regionem ſanctorum
Franciſci & Dominici religioſos,qui deuotionis ardore prædicationiſq; inſtantia,mul-
tos ad pia arma ſanctiſſimāq; expeditionē ex Gallijs atq; Italia conciuere.Fortunatuſq;
ſanctis exornādis pont.ad ipſum crucis ꝓclamatæ tēpus ſanctā Elizabet regis Hūgariæ
filiā,& Lantherauio deſponſatā,ſed uirginē miraculis poſt obitū coruſcantē in cœtū ſan
ctarū paradiſi uirginū adſcripſit.Qua tēpeſtate ſcelus ad Conſtantinopolim emerſit, cu
ius cauſa Latinū inde nomen poſtea breui eſt pulſum.Robertus Antiſiodorenſis impe-
rator Latinus laſciuia magis uir ſenex ꝙ neceſſitate ductus,uirginē inſignis formæ Græ
cā,nobili ortā,ꝓgenie deſpōdit uxorē,nō neſcius eā Burgūdioni ꝓceri ordines in Latino
rū exercitu ducēti à genitrice matrona diuite prius fuiſſe deſpōſatā.Burgūdio itaq; ira &
furore accēſus amicos cliēteſq; & ſuos cōmilitones cōtraxit,& noctu puellæ palatiū in
greſſus cubilis forib. ui refractis eam naſo detruncato deformauit, genitrixq; in ꝓximū

mare demerſa eſt,nec auſus eſt imperator ad iniuriam mutire, Latinis omnibus iniuſtiti E
am eius,& Burgundionis audaciam pari indignatione contumaciaq; damnantibus.Per
opportune uero uiſa eſt accidere Roberti ipſius imperatoris mors breui ſubſequuta,cũ
ctis formidantib.ne Burgundionis audaciam neglectamq; à Latinis ultionẽ una eadẽq;
aliquando plecteret caſtigatio.Suffecto exinde fratri Balduino exagonarũ ad mare Põ
ticum,imperator curãtibus Venetis,filiam obtulit in matrimoniũ,fore pollicitus,ut Ro
maniæ imperiũ terram omnẽ inſulasq; Vattari pulſo in generi ſui ipſius redigeret pote-
ſtatem.Latini uero proceres ueriti ne Balduinum imperatorẽ additę ſoceri uires ulciſcẽ
da fratris iniuria facerent audentiorem, ætatem adoleſcentis obiecerunt, quæ nec im-
perij adminiſtrationem, neq; coniugiũ, præſertim quod à potentiſſimo inimiciſſimoq;
offerretur ſocero,ſatis toleraret.Euicitq; concors omniũ ſententia Ioannẽ Brennũ Hie
roſolymæ ſolo titulo regem ex Italia Romandiolaq; euocandũ.Qui permittente ac ſua-
dente Gregorio pontifice Cõſtantinopolim eſt delatus,eiusq; filia nomine Martha Bal
duino quũ eſſet deſponſata,conſtitutũ eſt poſt ſoceri mortẽ imperium genero permittẽ F
dum.Ioannesq; quamprimũ inijt imperium,nihil duxit antiquius, q̃ illũ in Gallias mit-
tere auxilia imploraturũ.Eã imperator exagonarũ repulſam ægerrime tulit,& quod ſæ-
pe antea rogatus facere noluerat, eandem filiã Theodoro Vattari filio deſpondit uxo-
rem.Qua iuncti affinitate Græci imperatores pellendis Latinis, non minus arma q̃ ani
mos iunxerunt.Preſſumq; eſt ilico terra & mari imperium Romaniæ,& quũ aliqua Ve-
neti,tum maxime plura imperator Latiniq; amiſere.Quid uero Fredericus occidentalis
imperator interea egerit in Italia,dictu multa non parũ digna duximus altiuſcule repetẽ
da.Erant ætate illa in marchia Taruiſina familiæ nobiles cæteris præſtantiores Ecelinus
Alberinusq; de Romano apud Baſſianũ Carrarienſes & marchiones Eſtenſes Veronæ
monticuli,& in eius agro ſancti Bonifacij comites:& quũ cæteri haberent uetuſtiorem
proſapiæ originẽ,Ecelinus loco natus erat ſubobſcuriore, cuius auus eiuſdem nominis
Theutonicus miles gregarius cũ Othone tertio uenerat in Italiã:hic uero ſub Frederico
ſecũdo,quũ eſſet uita & moribus perquàm adſimilis,auctus eſt opibus adeo magnis, ut G
tyrannidẽ ſibi cõſtituerit maiorem cæteris omnibus,quas abſq; imperij aut regni titulo
Italia raro aliàs pertulerit.Durauerat ad id temporis integra ſocietas,quã populos Lom
bardiæ Frederici primi tẽporibus inijſſe oſtẽdimus urbes complexa potentiſſimas, Me
diolanũ,Brixiam,Mantuã,ac maiorem Romandiolæ partẽ:& in Transpadanis, Vero-
nam,Vicentiam,Paduam,& Taruiſium:quibus Veneta urbs tunc penitus dominio ma
ritima cõſentiebat.In Frederici partibus Cremonenſes,Bergomenſesq;,Parmẽſes, Rhe
ginenſes,Mutinenſes,& in Alpibus Tridentũ perſiſtebant:cæteræ urbes & oppida Lõ
bardię,Romãdiolæ,& marchiæ Taruiſinæ pro uarietate fortunæ alternis fauebãt. Quo
itaq; anno Fredericus pontifice apud Viterbiũ data ſpe fruſtrato ac planè decepto abijt
in Alemanniã.Eodem reparatis copijs per Tridentinum menſe Februario in Italiã eſt re
uerſus.Primaq; urbs Verona in illius partes Ecelini opera eſt reducta. Inde Fredericus
Mãtuanum ingreſſus agrum,Marchariã Gazamq; oppida ui capta direptaq; incẽdit,&
Cremonã accedens nouẽ menſibus apud eam moratus eſt,ex qua quũ eſſet moturus ob H
ſidendã ſibi Mantuã cõminatus,flexit de itinere in Vicentinos,qui ex improuiſo copijs
circundati,cœperunt deditionis facere mentionem. Eaq; fretus occaſione Fredericus,
dum ultra citraq; cõmeant oratores,urbẽ dolo captã ipſo calendarũ Nouembrium cele
bri die diripuit atq; incendit:ad eamq; tantiſper moratus,quoad exercitus populatur,de
uaſtatq; Paduanum propinquũ agrum,in Taruiſinos duxit: circumſeſſamq; cepiſſet ur-
bem,ni Patauinus immiſſo milite ſubueniſſet.Dum aũt in Taruiſina obſidione agit, qđ
uerum fuiſſe conſtat,reſcijt Henricum filium paternã abominatum in eccleſiã impieta-
tem,fœdera cum ſocijs bello Lombardis conſtituta habere,quorũ primores regni Ale-
manniæ fuerãt ſuaſores.Itaq; ueritus,ne ducẽti aduerſus filium proceres populiq; Theu
toni aduerſarent̃,impudentia uſus inaudita,pontificem per nuncios orauit.Pontifex,ut
uidet̃,fœderis ignarus conceſſit literas apoſtolicas,quarũ ui regno ſubditi Alemãno pa
tri aduerſus filium paruerunt.Accerſitũ tñ fide publica & rogantibus regni procerib.ue
nia donatũ atq; impunitate Henricũ crudelis pater in Apuliã relegauit.Vbi poſtea eo iu
bente in carcere publico eſt necatus.Quinetiã per eoſdẽ dies cũ Fredericus cõcupitã re
gis An-

A gis Angliæ ſororem affinitatis gradu obſtante uxorem nequiret accipere, pontificis di-
ſpenſatione uoti compos eſt factus. Anno qui ſequutus eſt ſalutis ſeptimo & trigeſimo *Anno ſal. M.ccxxxvij.*
ſupra duodecies centenũ Theobaldus rex Nauarræ, proceresq; è Gallia, Almericus co-
mes Montisfortis, Henricus comes Bari & Campaniæ comes, per Germaniam Hunga
riamq; Conſtantinopolim peruenere. Inde Ptolemaidã delati proſperis ſucceſſibus ili-
co ſunt gauiſi, populationibus longe lateq; cõmiſſis, qua præda omnifariam rerum co-
pioſiſſima exercitũ ditauerunt. Fuitq; eius prædæ exemplo atq; ſpe, ut Almericus Hen-
ricusq; comites ad Gazam uſq; prædando urẽdoq; cum multis cohortibus penetrarint.
Intercedit uero Ptolemaidam Gazamq; priuſq; ad culta ſit uentum, oblonga regio ple-
raq; harenoſa, quam properantes in prædam Chriſtiani, minus ꝙ oportuit cõſiderarũt.
Sed quàmprimum feſſi de longo itinere, prædaq; facta tardati, redeuntes hoſtẽ ſequi fu-
rentem uiderunt, ſeſe inuicem cœperunt dementiæ temeritatisq; damnare: nec ſatis eos
iuuit, quod ſæpenumero alibi fuit ſaluti, prædam pugnando ſimul reijciendoq; dimitte-
B re. Almericus enim, Henricusq;, dum alijs fugæ ſpatium pugnando hoſtẽq; reprimendo
præbere nituntur, in duorum dierum fuga cum ſuorũ quibuſq; melioribus cecidere. Ab
iectioresq;, quibus nulla fuit decoris cura, Ptolemaidã cladis acceptæ nuncij ſunt reuer-
ſi. At pontifex Gregorius quum Peruſia Interamniam, inde Ferenulli monaſteriũ, poſt-
modum Ananiam acceſſiſſet, Romam à populo deſideratus rogatusq; redire cupiebat:
rediſſetq;, niſi Petrus Fraiepanes pecunia à Frederico corruptus, cuſtodia pro portis ha
bita prohibuiſſet. Diuertitq; Viterbium pontifex in illius hæreticos proceſſurus. Com-
poſita interim Alemãnicæ re, Fredericus in Italiam reuerſus eſt, firmo ut poſtea apparuit
propoſito, ſocias bello urbes pro uiribus edomandi. Sed primi omnium Patauini blan-
ditijs doloſisq; libertatis retinendæ factis ab Ecelino pollicitationibus decepti partes
imperatorias ſunt ſequuti. Quibus eueſtigio Ecelinus frenũ ſeruitutis iugum impoſuit,
Zobardo uiro Germano cũ Theutonica Saracenaq; cohorte ita immiſſo, ut Saracenis
portas Alemannisq; palatiũ ſeruantibus in apertam ſeruitutem Padua ſit redacta. Præ-
C ſertim quia Carrarienſium odio atq; inuidia Aaxo Eſtenſis marchio, Frederici, uel poti-
us Ecelini partibus adhærebat. Pontifex uero de Frederici in Italiam reditu apparatuq;
quẽ maximũ faceret, certior redditus, Gregorium Montelongum ſedis apoſtolicæ pro
tonotariũ ad illũ miſit, orans obteſtansq;, ut ſi pacem eccleſiæ, uel potius Ieſu Chriſti, ſi
ſuã ipſius beniuolentiã, quã proximis diebus in fauore aduerſus filiũ, & uxoria diſpenſa
tione teſtatus fuerat, tanti faceret, quanti certe Chriſtianus princeps facere debet, conſti
tuta cum Lombardis à Frederico auo ſuo fœdera, quæ Henricus pater inuiolata uolue-
rat, conſeruaret: & quum aſſenſum Fredericus præſtare uiderẽ, miſit pontifex unum, et
breui poſt tres cardinales, qui re infecta uel potius exaſperata Viterbiũ ſunt reuerſi. Põ-
tificẽ namq; magis Fredericus, ꝙ Lombardos deprimere anhelabat. Prius autem ꝙ Lõ-
bardia decederent cardinales, Fredericus in Montemclarũ duxit Brixianorum oppidũ,
& expugnatũ direptumq; incendit. Brixianos exinde quũ non poſſet trahere in ſuas par
tes, duxit in Mediolanenſes, qui cum exercitu & charrotio illi in itinere apud Curtẽno-
D uam obuiarunt. Pugnatũ eſt utrinq; animis ardẽtiſſimis, & ſpe neutrobiq; inferiore. Sed
quàmprimum ſanguinem effundi, cadentesq; utrinq; calcari conſpexerunt Mediolanẽ-
ſes, acie plurimi ſunt dilapſi: quorum exemplo ſocij quoq; bello populi uias in patriam
ducentes, uel notas ingrediebantur, uel ſtantes in aciem proximos ita interrogabant, ut
uiderentur impendentem perniciem expaueſcere. Itaq; quod plerumq; adſolet, factum
eſt, ut maior pars minorem, exercitatiorq; inexpertiorem ſuperarit. Melioresq; è Medio-
lanenſi populo & ſociorum auxilijs, quos pudor & uirtus in prælio continuit, partim
cecidere, partim ad charrotium conglobati, Frederico præſenti exhortantiq; ſeſe armis
depoſitis permiſere. In queis Petrus Teupolus Venetiarum ducis filius Mediolanen-
ſium poteſtas, & copiarum ductor primarius fuit: nec ceſſit Frederico uictoria incruen-
ta, tam multis è ſuo exercitu interfectis uulneratisq;, ut omiſſa Mediolani ſpe potiundi,
quæ haudquaquam tenuis apparebat, Cremonam redierit. Vnde Petrum Teupolũ Pi-
ſas, & inde in Apuliam miſit, ubi in uinculis trucidatus eſt. Et ſub ipſum uictoriæ nun-
cium, Paduam allatum, Ecelinus ocij pacisq; impatiens Azonem Eſtenſem proditio-
nis inſimulatum Eſtenſi oppido per arma eiecit: receptumq; oppidũ Saracenis attribuit

conſer-

conſeruandum. Cupiebat eo tempore, quærebatq; Gregorius pontifex in urbem Romā E
reuerti, populum à quo rogaret exauditurus, Ioannesq; Cincij tunc ſenator, plebeio atq;
ſordido natus loco, pecunia à Frederico corruptus obſtitit, cuſtodia portarū complicib.
attributa, quos pariter corruperat Fredericus. Sed eccleſiæ ſtudioſi occupato Capitolio
Ioannē deijcientes, legationem ampliſſimam, cuius princeps fuit Iacobus Capotius mi-
ſerunt, pontificem reducturam ueniensq; lętitiam populi per ſe magnā, diſperſa per ui-
cos qua incederet pecunia, & annona paulopoſt in plebē diſtributa effecit maiorē. Nec
defuerūt ad eos diſtributæ annonæ dies, ſeditioſi pecunia itē à Frederico corrupti, quos
machinationis in pontificem conuictos, à Ioanne Iudicis tūc ſenatore, populus iuſſerat
relegari. Perq; eoſdem dies pontifex auditam Mediolanenſium cladem moleſtiſſime tu
lit: & tamen in meliorē ſolito ſpem erectus eſt, ducē Venetorū exiſtimans illatam in filij
nece iniuriam aperta in Fredericum inimicitia proſequuturum: hinc magna uſus prudē F
tia pontifex, Venetum Genuēſemq; timore belli potius & ſuſpiciōe, q̃ bello inuicē exo
ſos, ad ſolida pacis fœdera perducere curauit. Vocatiq; Romā cum publica rei utriuſq;
publicæ autoritate, legati ad præſcriptam diem præſto affuere. Dedit autē pontifex, con
ſtituit atq; iuſſit accipientibus pacem annis nouem his cōditionibus duraturam: bella u-
terq; populus ſuſciperet gereretq; cōmunia, nec pacem, amicitiā, bellumue alter ſine al-
tero cum Vattari Græco imperatore habere, aut inire poſſet, & utriuſq; populi nauigia
amborū ſimul deferrent inſignia. Obteſtatusq; eſt pontifex, quod decreto ſancitū pro-
mulgari fecit, partem quæ huiuſcemodi conſtitutæ paci contraria primum faceret, excō
municationē cuius ſententia tunc eſt lata, interdictumq; à ſacrificijs incurſurā. Secūdū
hanc pacē magna omniū lætitia conſtitutam, arma pontifex ſpiritualia & ſacerdotij pro
pria in Fredericū exercuit, excōmunicatione in illum ad diem cœnæ domini promulga
ta, & omnib. iureiurādi religione ſolitis, qua imperij regnorum'ue ratione illi tenerētur
aſtricti. Et quidem ea pax alioquin laudabilis, uel ea ratiōe maxime fuit neceſſaria, ut hi G
præpotentes Italiæ populi, hinc Frederico, inde Græcorū imperatori Latinos apud Cō
ſtantinopolim opprimenti poſſent reſiſtere. Ioannes enim Brennius imperator ad eos
obierat dies, & Balduinus ex decreto acceperat imperium. Ioannes item Vattari apud
Adrianopolim orientalis appellatus, & alter apud mare Ponticum exagonarum Gręco
rum occidentaliū imperatores partim diuiſis, partim coniunctis copijs, Latinos, ſicut ſu
pra diximus, ut Græcia eijcerent, adnitebantur. Et Vattari continuatum ab Adrianopo
li Smyrnā uſq;, & Sataliā urbes maximas, obtinebat imperiū. Cui & ſuberant aderantq;
in bellis aſſidui Marcus Ganutus Ægei pelagi, & Leo Gualla Rhodum inſulas tyranni
de obtinentes. Fregerunt Veneti aliquot ante conſtitutam pacem annis utriuſq; Græci
imperatoris audaciā, conatibus illorum, quotquot intentauerant, inanitis. Cretenſes in
rebellionē pendentes cōprimere cupiens dux, eam inſulā pro Venetis gubernans, Mar
cum Ganutū mercede conductū auxilio aduocauerat, quum accerſitus à rebellibus Vat
tari tres & triginta in expeditionē adduxit triremes, & quem ſolū reperit cum triremib.
octo reſiſtentē, Ganutū in patriā prodito Veneto redire curauit, obtinuitq; tunc de inſu H
la Creta Vattari Rethimum, Mille Pothimum, Caſtrum nouū. Sed quum ulterius pro-
gredi Græcus imp. obſiſtente Veneto nequiret, relicta oppida cū impoſito pręſidio ami
ſit, tresq; de ſua claſſe triremes apud Cythereā inſulā naufragio periere. Tunc educta Ve
netijs ad eius rebellionis Cretę famā claſſis, Raguſinos, q̃ſuaſionib. pollicitationibusq;
Gręcorum Vattari ſtudentiū deducti deſciuerant, data uenia in ſolitā fœderationē ami
citiamq; recepit. Neq; uero potuerūt Latinorum debilitatē Veneti adeo adiuuare, quin
Conſtantinopolis tanta bellorū acerbitate ſit preſſa, Balduinus imperator Philippū fili-
um infantē accepti ęris alieni pignus tradiderit mercatoribus, quem illi proprię cōſulē-
tes ſecuritati, Venetias miſerunt in cuſtodia retinendū. Detractū quoq; ędium publica-
rum, & baſilicarū culminibus plumbū, uenit: nec erat alicunde auxiliū, pręter opē, quę
multa à Venetis ſuo ipſorum impendio obueniebat. Tandem Gręci imperatores rebus
clari ꝓſpere patratis, Cōſtantinopolim terra mariq; cinxerunt arctiſſima obſidione. Vn
de in ſalutis deſperationē adductus imp. Balduinus, Venetos ſuis grauatos periculis &
laboribus magna euicit precum inſtantia, claſſem ab illis triremium uigintiquinq; armā
dam, cui pro dimidia communis utriuſq; fieret impenſa: & ne fraudē in ſolutione peri-
culum

A culum'ue amiſſi forte imperij Venetus timens impendiũ recuſaret, pignora imperator
dedit omniũ precioſiſſima, lanceam, ſpongiamq;, quib. dominus & ſaluator noſter, hinc
potatus, inde uulneratus, & crucis ligni, in quo ea pertulit partem. Immiſſæ ilico Vene-
totum decretæ uigintiquinq; triremes, expectantem in portu, & ipſa urbis mœnia infe-
ſtantẽ inſolentiſſimum hoſtem Græcũ prælio ſuperarunt, & quatuor uiginti de inimi-
ca claſſe interceptis triremibus, Conſtantinopolis obſidione liberata eſt. Quinetiã Leo
Gaualla, qui Græcorũ dictæ obſidionis claſſi præfuerat, eadem die Rhodũ inſulã & ſe-
ipſum Veneto per fœdera ſubiecit. Et hæc quidem Conſtantinopolitanæ urbis libera-
tio eodẽ erat facta anno, in quo pacẽ Genuenſi cũ Veneto pontifex Gregorius eſſe uo-
luit. Quare pontifex ipſe maiora indies aduerſus Fredericũ intentare diſpoſitus fœdera
cum Venetis inijt, per quæ claſſis triremiũ item uigintiquinq; communi pariq; impen-
dio eſt armata, quam adhiberi uoluit pontifex Frederico Siciliæ uiribus expellẽdo, qui
interea poſt inſtinctã Mediolanẽſi cladẽ Cremonæ aliquãdiu fuit, ubi exercitũ & repa
B ratũ & auctũ maiorẽ ſolito coegerat, animo, ut creditũ eſt, Mediolanẽſes, aut Bononien
ſes, & Romandiolos ex compoſito inuadendi: quia tñ dominicæ reſurrectionis ſolẽnia
imminebant, ea apud Paduam, tunc ſibi primum omnino per Ecelinum ſubditam cele-
brare conſtituit. Vnde factum eſt, ut tertio ipſius Paſchatis die adeuntẽ eccleſię Padua-
næ dominicã domum accelerans, tabellarius conſtitutæ apud urbem pacis, & ſuæ pro-
mulgatæ excõmunicationis fecerit certiorem. Cuius tamen rei ſama Paduam prius to-
tam peruaſerat ciuitatẽ. Is itaq; facie ad ſimulatam animi quietem cõpoſita, de ſua iuſti-
tia, deq; rei ipſius indignitate multa diſſeruit, Petrumq; Vineũ ſuarũ magiſtrum epiſtola
rũ, magna ut in illa ætate facũdia uirũ, ſermonẽ habere iuſſit, ſuis laudibus, ſuiſq; de Ro
mana eccleſia deq; Romano pontifice meritis redundantẽ, & tamen exercitu in paruã
tunc paluſtremq; Venetorũ terram ducere iuſſo, ipſe furens frẽdenſq;, uel potius amẽs
præceſſit. Itum eſt in ſancti Hilarij monaſterium. Et terra omis Veneto ſubdita Pataui-
no contigua agro uix ſuſtinuit operientẽ ſe Romani olim imperatoris exercitũ, in Be-
C baſq; turrim exiguã, quum non eſſet terra acceſſus, conuicia ſunt iactata. Superueniens
interim à Venetijs cymbarũ ſagittarijs plenarũ multitudo, quæ aquas, ſicut equites ter-
ram cõpleret, Fredericum re intecta redire compulit. Reuerſus Paduã Fredericus præ-
ſtantiſſimos uſq; per auxiliorũ ſpeciẽ eduxit in obſides, & Vincẽtiã accedens monticu-
lum maiorẽ in arcẽ captũ Saracenis attribuit cuſtodiendũ. Cluſis inde Veronenſis agri
pręſidio munitis, ne liber cuipiã ſe ignaro in Germaniã eſſet acceſſus, & auxilijs Verona
accerſitis, in queis multi eſſent obſidũ loco habendi, in Mantuanũ agrũ ſigna edixit cra
ſtino educenda. Iuſſum tamen de nocte media procedere agmen Padũ qua traijcitur, in
Parmenſes petere curauit: tuncq; de continuato per agrum Parmenſem itinere, nunꝙ
prius ꝙ in Lucenſibus eſt quietũ. Nec magis iter id ſuum Fredericus conficere, ꝙ Eceli
nus marchiã omnẽ Taruiſinã ſibi ſubijcere accelerauit, magna ubiq;, ſed omiũ maxima
apud Paduã uſus crudelitate, de qua aliàs dicendũ erit. Decedens Luca Fredericus Pi-
ſas ſe cõtulit, eo cõſilio, ut non prius amiciſſimã linqueret urbẽ, ꝙ rebus Hetruriæ cõpo
D ſitis urbe Roma, & omi eccleſiæ terra potiri adniteretᷣ. Annus paulo prius inchoauerat
ſalutis quadrageſimus duodecieſq; cẽtenus, quũ pont. Fredericũ audiens Apenninũ eſ- An. ſal. M.cc.xl
ſe tranſgreſſum, rebus Lõbardiæ atq; Romandiolæ cõſtituit ſubuenire, quo iubẽte Gre
gorius Montelongus ſedis apoſtolicæ legatus, Mediolano ubi præſente Frederico con
ſtiterat, Bononiã ſe cõtulit. Eodẽq; tẽpore Iacobus Teupolus Venetorũ dux, claſſem du
cens ampliſſimã aduerſo Pado Ferrariã eſt delatus, quò & Mãtuani terra & Pado ꝓpe
populariter acceſſerũt. Et his ſe ſocios addiderũt, Albericus Ecelini frater, Azoq; Eſten
ſis, quos affinitate cõiunctos pari Ecelinus odio ꝓſequebatᷣ. Eas poſtea copias ad põtifi
cis præſcriptũ cõueniſſe audiens legatus, & ipſe aduenięs magnũ exercitũ Bononienſis
populi copijs auctũ effecit maximũ. Ferrariã urbẽ tunc Frederici autoritate fauoribuſq;
obtinebat Salinguerra Ferranẽſis honeſto natus loco, qui Ecelini ſororẽ diu antea ha-
buerat uxorẽ, adeo illi amicitia magis ꝙ affinitate coniunctus, ut quã ille gubernaret, ci
uitas uideretᷣ in Ecelini arbitrio cõſtituta. Iſq; ſenex, ac propè decrepitus uir laudatę pru
dentiæ, Eſtẽſis familię, niſi priuata obſtitiſſent Ecelini cũ illis diſſidia, uoluntati in omnẽ
euẽtũ fuiſſet aſſenſus. Obſeſſa eſt igitᷣ, ac diu oppugnata Ferraria, diutius reſiſtere parata
niſi Salin-

niſi Salinguerram alioqui prudẽtem ad colloquium ab amicis euocatũ legatus interce- E
piſſet,quia duce Venetorum Teupolo poſt receptam urbem, Venetias ductus, & libe-
raliter habitus,quietiſſimum habuit uitæ finem. Ferrariam uero pontificis Gregorij lega
tus Azoni marchioni Eſtenſi attribuit pro Romana eccleſia gubernandam. Et per id te
rè temporis claſſis Veneta,quã dimidia Gregorij pontificis impenſa armatam fuiſſe do
cuimus, ad Garganũ montẽ delata eſt. Vnde obuias duodecim Frederici triremes cuſto
diæ eius orę prefectas fugauit, Thermolas inde, Rhodũq;, Veſtinã & Veſticẽ oppida de
regno cepit: dũq; milites excenſione facta Veſticẽ ſpoliãt diruuntq;,nauis Cetea in ſinũ
Sipõtinum tẽpeſtate eſt acta,quã mille uiris pugnatorib. armatã, & Frederico militantẽ
Veneti expugnarunt. At Fredericus aliquot interea mẽſes Piſis egerat, de qua urbe di-
ſcordijs contentionibusq; omnem repleuit infecitq; Hetruriam. Singulas enim ciuita
tes,ſingula oppida pertentans,qui ſuas,qui pontificis Romani ſequerẽtur partes uoluit
intelligere. Piſanis quos uel Genuenſium, Venerorumq; odio ſibi omnino deditos no-
uerat,ſtatum aſſerere maximũ adnixus,ut eſſent ſe abſente, à quib. præſidia Romani im F
perij Hetruria, à quibus directiones gerendis rebus, à quibus conſilia peterentur. Fue-
runtq; Lucæ,quam primã de itinere ciuitatem adijt,fuerunt Florentiæ,Piſtorij, Volater
ris,Aretij,atq; Miniati,quos ſiue deprimendi conciues ſuos libido,ſiue temeritas in no-
torias Frederici aduerſus eccleſię ac ſolitæ quietis prouinciæ ſtudioſos partẽ factionẽq;
ſeduxit. Serpſitq; adeo longe & late id malũ omnem Hetruriã breui infecturum, ut nul-
la ciuitas,nullũ oppidũ,nullus pop. ea labe pernicioſiſſima manſerit intactus. Florentini
tñ præter admodum paucos & ipſos nobiles,maiore fuerunt conſtantia,ut quietẽ, ac ꝓ-
pemodum libertatem florentibus Romanorum pontificum rebus conſuetã pro uiribus
cõſeruarent: & quum Fredericus urbem ipſam memorans imperij iurium eſſe,eã in ſuis
partibus teneri contenderet, auſam illi fauere nobilitatẽ omnem pop. per arma Floren-
tinus eiecit. Eam itaq; ciuitatẽ ſæpe pertẽtatam Fredericus, quum precibus pollicitatio
nibusq; nequiret,armis territam in ſententiam perducere eſt adnixus, præſidio ex Ger-
manis Saracenisq; ſingulis partium ſuarum dato,cuius fauore contraria ſentientes exter G
minarent: primiq; omnium Piſtorienſes cancellarij,idem familiæ nomẽ, Panzaticos eie
cerunt: Volaterrani deinde, poſt Miniatenſes, Aretini & Lucenſes ſcelus in ciues cõſan
guineosq; admiſere. In multis enim ac penè in omnibus populis eò tunc demẽtiæ impie
tatisq; proceſſum eſt,ut quem pater filium,frater'ue fratrem uideret contraria ſentientẽ,
pelli patria ſit paſſus,aut confodi repugnantem. Quo infortunio quum ſola caruerit Se
na,in aliud maius ſeipſam præcipitauit. Amicitia namq; Piſanorum,uel potius odio faci
ente Florentinorum, Senẽſes nedum partes Frederici ſunt ſequuti, ſed illi ſeſe per fœde
ra ſubiecerunt,pariterq; Peruſinorum odio Aretini, factumq; eſt ſtupenda celeritate, ut
ſtudia partium, factionesq;, & populorum ſectiones, per omnem Hetruriam penè dino
ſcerent. Cui infectioni à Frederico, ut diximus, diſſeminatæ,nomina quoq; aut ipſe, aut
ex ſuis Germanis aliqui indidere. Verbo enim quod certe Germanicũ eſt, ſtudioſos ec-
cleſiæ Guelfos, & imperatoriæ factionis Gibellinos placuit appellari: faciliterq; addu-
cor,ut credã Ptolemæo Lucẽſi epiſcopo, qui paulo poſt ea tẽpora ſcripſit, ea infauſta re H
bus Italiæ nomina,primũ apud Piſtoriũ fuiſſe audita,quę paulopoſt omnẽ Italiã, pręter
unicã urbem Venetã infecere. Tantaq; rabie ducentis, & eo amplius annis ad hęc uſq;
tempora ſub infauſto eorũ nominum titulo ſęuitũ eſt,ut peiora inter ſeipſos ſcelera quã
doq; Itali cõmiſerint ijs,quę à barbaris iam ceſſantibus ſuerãt perpeſſi. Vrbs enim in ur-
bem populariter, prouincia in prouinciã, populi pars in alterã, nulla impellente alia q̃
harũ partiũ cauſa geſſere bella,quorũ nullus uictorię finis,nullus modus, niſi in ſangui-
nis effuſione & exterminio eſt petitus, nec uicini inter ſe cohabitantesq; ſolũ ea debac-
chati ſunt inſania atq; impietate, ſed quingentis ſeiuncti paſſuũ millib. pauperes, egeni
ęque,ac diuites & factioſi, quũ forte obuij fierent, nefaria inuicẽ cõmiſerunt. Nõ modo
enim diuiſa ſunt inſignia in pręlijs pręferenda, ſed colores, terrę fructus, ueſtiũ habitus,
ipſe hominis inceſſus, digitorum concrepitus, & oris hiatus ſuam habuere partiũ ſignifi
cationẽ. Brixiani, Bergomẽſesq;, apud q̃s ea maxime inualuit calamitas, alliũ cuius apd'
eorũ plebem plurimus eſt uſus, quo ſcindas modo plurimũ à ratione partiũ exiſtimant
intereſſe, auditumq; aliquando exhorrui, fuiſſe in Bergomenſiũ montibus, qui aduenas
ex Cala-

A ex Calabris Apuliſue aut Hetruſcis uiatores in hoſpitiũ receptos, alliũ quod ſuo ipſius
hoſpitis indicio in nucleos natura diſtinctos diuidi oportuit, gladio ſcindentes, tanquã
diuerſarũ partium interſecetint. Sed ad Fredericũ. Is poſtquã ſuos ubiꝗ notos habuit,
eorũ qui aut diuerſarũ cenſerentur partium, aut qui neutris cõſentire uellent, expugna-
ta oppida locaꝗ populatus eſt: & diuerſarũ partium patria pulſos omnes qui in ſuam fa
cti ſunt poteſtatem: nõnullos eueſtigio interfici, quoſdã oculis effoſſis in Apuliam rele
gari, quoſdã per diuerſa cruciatuũ genera ad mortẽ uſꝗ lacerari fecit. Et Piſani interea
tanti Imperatoris præſentia, tanto fauore animis tumefacti, nihil æquè adnixi ſunt, ꝙ ut
Genuenſes aliqua inſigni clade afficerẽt. Armaueruntꝗ claſſem triremiũ ſupra cẽtum,
adeò etiam milite ex Frederici copijs ſumpto refertã, ut & celeritati pondus, & pugnãti
bus obfuerit preſſura. Eam parari claſſem quàm primũ reſcijt Genuenſis, Venetũ admo
nuit, ſuppetias ex fœdere allaturũ. Claſſiſꝗ triremiũ ſexaginta, præfecto Andrea Teu-
B polo ducis filio Venetijs ſubito eſt educta. Quæ prima uelificatione Polam delata, eam
ciuitatẽ, quę ſuã triremẽ iuſſa nõ dederat, imperata pecunia & muro alicubi aperto, pu-
niuit. Cõtinuata exinde nauigatione Teupolus Dyrrachiũ eſt delatus, ubi à nũcio in id
miſſo certior eſt factus Frederici & Piſanorũ claſſem à Genuenſi apud Corſicã fuiſſe fu
gatam, quã ſubduci, in portuꝗ cõtineri uoluerit Fredericus. Quare Andreas præfectus
claſſe in Polam conuerſa, quã intellexerat iterum defeciſſe, eam ui receptã ſpoliatamꝗ
igni ferroꝗ uaſtauit. Per quod temporis Ioannes Vattaris Imp. Græcus ſenio conſe-
ctus, moriens, Theodorũ filium habuit ſucceſſorem, & Ludouicus Frãcorum rex per-
mittente, uel, ut uidetur, curante Balduino Imp. Conſtantinopolitano, pignora retulit
precioſiſſima Venetis, ſicut oſtẽdimus, ab ipſo Imperatore cõceſſa, lanceam ſpõgiamꝗ
& partẽ ligni crucis dominicæ paſſionis. Claſſe Piſana quo oſtẽdimus modo ſubducta,
quantũ oportuit reparata, cõſtituerat Fredericus in regnum Siciliæ tranſmittere, quum
hinc Fulginates, inde Viterbienſes eum mutare ſententiã coegerũt, uterꝗ eñ populus
C nõ magis ſuam ipſorũ quàm prouincialiũ rebellionem eſt pollicitus. Quare plenus ſpei
& furoris Entium filiũ Sardiniæ regẽ attributa copiarum parte præmiſit Fulginatibus
ſatisfacturũ, qui Peruſino quẽ ingredi intendebat, agro per arma prohibitus per Tiſer-
nates, & Eugubinos: & prius ꝙ aditi fuerint, Nucerini receptus Fulginei mœnibus, rex
Entius pertẽtatos, & uaſtato agro agitatos, Peruſinos, Aſſiſinates, Treuianos, Tuderti-
nos, & Spoletinos à fide põtificis & eccleſiæ nequiuit auertere. Spellani, Meuaniates,
Bittoniẽſeſꝗ Fulginatũ perfidiæ cõplices ſunt effecti. Fredericus interea Viterbij erat,
cuius ciuitatis maior fuit, ꝙ quæ feliciter narrari poſſit culpa, quod eam ex caſtello põt.
Gregorius in ciuitatẽ dato primũ epiſcopo extulerat, repulſoꝗ aliàs ab ipſius dãnis eo-
dẽ Frederico, impẽdentẽ quoꝗ ſibi à furẽtibus Romanis cladẽ auerterat. Sed & Viter-
biẽſes ſecuti ſunt in perfidia Ortani, Thuſcanẽſes, Cornetani, ac Mõteflaſconẽſes, quin
etiam urbem Romã eadem peruaſerat in eccleſiã pontificemꝗ impietas, ut nihil ad fa-
cinus, pręter acceleratiorẽ hoſtis aduentũ defuiſſe ſit uiſum. In quam difficultatem om-
nium periculoſiſſimã perductus põtifex, ab eo in quẽ ſperabat pręſidia protectionẽꝗ
D inuenit. Cardinalibus eñ & clero omni cum curia & populo in ſolennẽ pompã de mo-
re Chriſtiano ducendã conuocatis, capita ipſe apoſtolorũ geſtanda accepit, & cruce ar-
gẽtea, cui ueræ & uiuificæ crucis portio ineſt pręmiſſa, à Lateranẽſi epiſcopo apoſtolo-
rum principis baſilicã petijt. Vbi ambone conſcenſo orationem habuit, doctrina, cõmi
ſerationibus, & ad fidem, religionẽ, pietatemꝗ colendam, ſpectãtibus locis argumẽta-
tionibuſꝗ refertam: & quũ porrecto oſtenſoꝗ brachio capita apoſtolorum oſtendens,
cui ea committeret conſeruãda, cui cõmendaret, flens, ſuſpirãs, ingemiſcens interrogaſ-
ſet, multos uidit lachrymulã abſtergẽtes. Quare nihil moratus decretũ promulgauit ſa-
croſanctũ, gloriæ ſalutiſꝗ æternæ præmia illis pollicitus, qui aduerſus ſceleſtiſſimũ dei
& eccleſiæ ſuæ ſanctæ hoſtẽ Fredericum pugnaturi crucis charactere inſignirentur. Mi
rum uerò ijs, q ſuperius ſcripta perlegerũt, ſicut & nobis futurũ nõ dubitamus, potuiſſe
pontificis ter quaterꝗ pulſi uerba populum Romanũ in ſuam defenſionem armare, in
ea hoſtis potentiſſimi propinquitate, cuius largitione corruptos, atꝗ etiam coniuratos
eſſe primores quoſꝗ potentioreſꝗ conſtabat, ut nulli dubiũ eſſe debeat, diuina ope &
opera datam tunc eccleſiæ pontificiꝗ ſalutẽ. Properanti nanꝗ etiam, ut portas muroſꝗ

 petrum.

perrūperet, ampliſſimo Frederici exercitui cruce ſignata cohors cominus eſt cōgreſſa: E
ad cuius aſpectū adeò territus, adeo in furorem ueſaniamq; eſt cōmotus Fredericus, ut
captos ad ſe uiuos perduci cruce ſignatos in prima ipſe pugnās acie exclamauerit. Inde
perductos ad ſe Romanos, partim quaternis ad crucis formā confodit uulneribus, par-
tim caput in crucis modū quadrifariam ſcidit, partim in fronte eandem ferro crucē red-
didit inſignitos: clericos uerò detonſam in uerticem coronā ferro cæſim in crucē uulne-
ratam, ut dicebat, ornari iuſſit: quorū unus inflictum uulnus nimis patienrer tolerare ui-
ſus, in palearū cumulū funiculo eſt pertractus, & quū benedicere ac laudare deum per-
ſeueraret, igni ſuppoſito eſt crematus. Eam quū uidiſſet Fredericus populi Romani cō-
ſtantiam, tertio quàm aduenerat die mœrens frendenſq;, & omnia urens deuaſtanſq; in
itinere obuia, tranſit in Campaniam. Vnde breui poſt Beneuentū duxit, quā urbem par
tim dolo, partim ui captam direptamq; reliquit mœnibus immunitam. Et in Picentes
marchianos delatus, Aſculū obſedit: in cuius fortiter reſiſtentis agrò magna uaſtitas eſt
commiſſa: inde in Romandiolos ducere cupiens, Etium Sardiniæ regis filium, agitādis F
ſibi de Piceno aduerſantibus ſubigendiſq; dimiſit: à quo adoleſcente patri ſimillimo di-
reptiones ubiq;, incēdia, & uaſtitates ſunt commiſſæ, ut quicquid reſiſtere auſum eſt, ad
calamitatem maximam ſit perductū: quū tamen miræ ſint, & rarò aliàs auditæ crudeli-
tates, quas per id tēporis Fredericus exercuit per legatos in regni Siciliæ eccleſiaſticos,
q̃ multos archiepiſcopos epiſcopoſq; partim occiderit, partim carcere tenuerit, partim
relegauerit. In queis Cathaniēſis fuit epiſcopus, à quo ab infantia educatus fuerat. Quū
interea pōtifici ſatis ſupraq; eſſet eius caueri inſidias, rem eccleſiaſticam reformare, Eo
enī tempore decreuit, Salue regina, certis diuinæ rei horis addi, campanaſq; ad euchari-
ſtiæ confectionē, & laudes uirginis dei genitricis ſpeciali oratiōe in matutinalibus cele-
brari, quibus eccleſiaſticis rebus, ad rerumq; ſuorum ſalutē neceſſarijs intētus fuit. Nam
Iacobum Columnā Prçneſtinum epiſcopū cardinalem ad regem Franciæ, & Othonem
Montisferratenſi marchionum genere oriundum, S. Nicolai in carcere Tulliano cardi- G
nalem, in Angliā miſit oratores, prçſidia afflictis eccleſię rebus imploraturos. Eaq; dum
curat pontifex, Frederici rem in regno Siciliæ adminiſtrātes, in nullum ſacrum locū ma
gis deſæuierunt, quàm in celebre S. Benedicti monaſterium Caſſinenſe, aurea cuius &
argentea uaſa fregerūt, quæ Fredericus conflata redegit in nūmos, & monachis inde ui
ac conuicio deturbatis, ſatellites ſunt in habitationē ruinamq; præfecti. Per quod tēpus
Sora, Samnitū quondam urbs, ad Lyris fluuij fontem ſita, quod exactionibus oppidani
nō ſufficerēt, incendio ferroq; uaſtata eſt. Parq; Frederici ſatellitibus cura fuiſſe eſt uiſa,
Hieroſolymorū templi ac hoſpitalis loca ſubuertere, tanquā in illos accuratè deſęuien-
tibus quos nouerāt in Saracenos Aſiæ depugnare. Et quidē Saracenos adeo fouit Fre-
dericus, ut eos mercede conductos, magis quàm cæterā è Chriſtianis militiā charos ha-
bere ſit uiſus. Præterq; arma tractātes, multi ex ea barbarie amplos Italiamq; per Siciliā
geſſere magiſtratus. Eiuſq; gentis amore in Chriſtianos euſq; debacchatus eſt, ut Luce
riam Apuliæ ciuitatē, eiectis populariter Chriſtianis Saraceno dederit inhabitandam: H
cuius facti memoriā hinc ad nos perueniſſe uidemus, quod etiā ea urbs Saraceni Luce-
ria appellatur. Quacunq; autē ratione ſit factum, pietate in Lucerinum epiſcopum uir
ſceleſtus eſt uſus, quem cum Chriſtianis duodecim permiſit epiſcopū habitare. Sed le-
gem in regione promulgauit, qua Saracenos adeo uoluit ſaluos eſſe, ut cōtendentes cū
illis impunè occiderētur: cæſorum autem Saracenorum quæſtio, ſi captus non eſſet, qui
uim attulerat, in uicinæ regionis populos haberetur, qui æris ſumma, ac totidē capitum
ſupplicio punirenrur. Quin etiā alia impietate atq; inſania, ut Saraceno non magis ſibi
militanti, quàm in Africa agenti inſeruiret, eſt uſus: qui mulieres forma prçſtātiores per
Siciliam & ſuum Italiæ regnum concupitas uirgines à parentū ſinu, matronaſq; à uiro-
rum complexu rapi & paſſus fuerit & curauerit. Tunetis Saracenorum Africæ regis fra
trem baptizari uolentem Panormi prohibuit, eadem ratione tentum, ne Romā ad pōti
ficem accederet. In eo autem itinere, quod ab Aſculo in Romandiolā fecit Fredericus,
multo maior, quàm regiones illæ unquā à barbaris ſint paſſæ, uaſtitas eſt cōmiſſa. Fortè
per id tēporis Rauennę obierat Petrus Trauerſarius, uir nobilitate gētis & uirtute pro-
pria potentiſſimus, cuius filia eo mortuo Andreæ regi Vngariæ in matrimonium data
fuit.

A fuit. Iſq; Rauennam frequētem populo ditiſſimamq; tunc diu in Romanorum pontificum obedientia non magis gubernauerat, quàm poſſederat, nec unquā Frederici partibus uoluerat conſentire. Quare fretus mortis illius occaſione Fredericus, & accelerauit iter, & urbe ex improuiſo adita faciliter eſt potitus: inde in Fauentiā eſt ductū, quā ciues Bulgarelli cognomine in urbe primarij partibus eccleſiæ cū Petro Trauerſaria cōſentire aſſueti conſtantiſſimè defenſarūt. Et erat in Lombardia Gregorius Mōtelongus pōtificis legatus, qui à Fauentia Mediolanū uſq; quicquid urbiū oppidorumq; uiæ impoſitum eſt Æmiliæ, in pōtificis Gregorij & ſociorū bello partibus cōtinebat. Omiſſa ſunt pridem à nobis, quæ Chriſtianis in Aſia agētibus tunc temporis acciderūt. Pauca tamē & paruifaciēda fuerunt, quod Conradino Saladini filio rebus humanis, ſicut docuimus, exempto filiorū eius tutores cōſtitutas cum Chriſtianis inducias ſeruauerūt. Quas paulopoſt cōfirmauit Richardus regis Angliæ frater. Is enim exercitū haudquaquam con-

B temnendum in Aſiam tranſportauit, & Ptolemaidę Tyroq; appulſus, rem illarū urbium Chriſtianā repperit opibus tenuiorem eſſe, quàm quę ſua ope & opera ſubleuari poſſet. Vnde prudenti uſus cōſilio eaſdē inducias in aliquot annos firmari curauit, & Babylonis Soldanus, poſt cōſtituta cū Frederico fœdera in nullos ꝓruperat motus. Sed ad pōtificē eſt redeundū, magis Frederici perſequutione ſolo nomine Chriſtiani laborātem, quàm Accon Tyruſq; tunc laborauerint à Saracenis. Is pontifex ſuadentibus Frāciæ & Angliæ regibus, ad quos miſerat, ut diximus, cardinales, conuocauit oēs orbis Chriſtiani prælatos ad conciliū celebrādum pro reformatione eccleſiæ & pręſidio in Aſia apud Cōſtātinopolim laborantibus afferendo, primiq; omniū cardinales legati Romam ſimul redituri multos ex Gallijs Hiſpaniaq; & Anglia prælatos, & uiros excellētes acceperāt ſocios cōcilio affuturos. In queis Petrus de Collemadio Rothomagēſis archiepiſcopus & abbates Cluniacēſis Ciſterciēſiſq; fuere. Senſerat Fredericus cōcilium eſſe indictum, itineribuſq; per Italiā à ſe ubiq; obſeſſis, futurū intelligebat, ut mari omnes acce-

C dere cogerentur. Quamobrē Entium regē filium Piſas miſſum Piſanas ubiq; mari ſtructas habere curauit. Piſaniq; quā rogati fuerunt ſuo infortunio operam præſtiterūt. Alto nanq; nauigātes mari cardinales atq; prælatos cum immiſſis præſidio à Genua triremibus, rex Entius apud Sardiniam inuaſit, & fugiētes ſimul reſiſtenteſq;, & ut apparuit, euaſuros ſuperueniēs Piſana claſſis intercepit. Qua die Piſani ruinæ ſuæ cauſam & initium dederunt. Cardinales autem & prælati ad Amalphiam urbem ducti ſunt, ad quam poſtmodum in cuſtodia ſunt tenti. Dum autē eo tardatus captorū cardinalium & prælatorū impedimēto deſiſtit à cōcilio pontifex, menſe Auguſto & primo quadrageſimo *Anno ſalutis 1241.* ſalutis anno ſupra duodecies cētenū obijt: & Gaufredus ex Caſtillonea gēte Mediolanenſis Sabinenſis epiſcopus in quartū Celeſtinū pontificē eſt creatus. Timuiſſe inuenimus Fredericum, ne pontificē patria ardentiorē defuncto ſibi hoſtē efficeret, qua item ratione pontifex ętate grandiuſculus prudentia, quæ in illo plurimū eminebat, eſt uſus. Ad Fredericum enim mittens obſidionem Fauētiæ continuantē multis illum de futura pace pollicitationibus delinire conatus eſt. Sed priuſquā Fredericus reſpōdere potue-

D rit, Celeſtinus ipſe duodeuiceſimo pontificatus die defunctus eſt. Cui ut ſucceſſor daretur uno & uiceſimo menſe laboratū eſt. Cauſam eius diuturnæ uacationis apoſtolicæ uariè tradi uidemus. Sunt eñ qui Frederici partim perſecutiones, partim ſubdolas pacis promiſſiones, partim factas cōminationes uelint affirmentq; cardinales ab electione faciēda deterruiſſe. Sed eadē ratio Celeſtini electionis tēporibus integra erat. Nos uerò magiſtheologo Parmenſi ordinis minorū, qui uidiſſe omnia ſcribit de Frederico à nobis ſcripta credimus, tētos Amalphitano carcere cardinales, ne ipſis abſentib. electio fieret proteſtatos fuiſſe: quibus & collegas faciliter aſſenſiſſe crediderim, uidētes omnē Italiā Frederici motibus quaſſatā eſſe, & imminere per ſingulos dies periculū, ne urbem Romam caperet, cuius agrum de multis locis populationibus pene perpetuis agitabat, maiore tamen cura ubiq; adhibita, ut maria undiq;, undiq; itinera latrocinijs infeſtarentur, ne prælato cuipiam, aut uiro excellēti à regibus principibuſq; Chriſtianis ad urbem eſſet acceſſus, creando pontifici auxilium ſuaſioneſq; adituro, adeò ut noſtro credamus theologo affirmāti turbinibus Italiæ à Frederico illatis factā eſſe uniuerſam in illa famē, quæ potius rabies potuit appellari. Fauētia interim anno obſidiōis ꝓpè in Frederici po

teſtatem pactione eſt facta,inde in Bononiā ducēs,ſtudio eam priuauit,quod tunc pri- B
mum Paduam eſt translatum:& quum potiri poſſe non ſperaret, peruaſtato agro duxit
in Mutinenſes atq; Rheginos,nec diu apud eos moratus ſola agrorū uaſtitate cōtentus
fuit,pręſertim qum properaret ducere in Parmenſes,à quorum nonnullis odio Placen-
tinorum tradendę urbis ſpes oblata erat.Secundus iam annus cōfluxerat latæ in Frede-
ricum excōmunicationis, quo in tēpore ſicut ex ſuperioribus facilè apparet, ſedis apo-
ſtolicæ nulla aut tenuis autoritas, aut minima poteſtas fuerat, Gregorio ad poſtremos
uitæ ſuæ annos uarijs afflicto perſecutionibus,& ſede ipſa poſtmodū per duodeuiginti
menſes propter uacationem uiribus inanita.Qua tempeſtate Balduinus Imp.Conſtan-
tinopolitanus,& cæteri Latini in Romania agentes meliora quæq; amiſerāt,adeò ut de
retinēda Cōſtantinopoli deſperarēt, quam ſæpe apparuit in Græcorū poteſtatem redi-
turam,niſi proprio Veneti impendio ſuccurriſſent. Nec erat apud eos obſcurū auxilia
à Chriſtianis fruſtra expectari,aut peti poſſe,quibus mittendis Romani pont.deeſſet &
opera & autoritas.Dedit itaq; Balduino,ſicut & ſæpenumero plurimis laborātibus,in- F
genium neceſſitas. Qui Raimūdo ſociatus comite Tholoſano in Italiam eſt delatus,pri
mumq; ſicut debuerunt principes ipſi adierunt Fredericū. Is enim Parmam urbem à fa-
ctione ſuarū partium introductus,aduerſarios numero plures,q́ ſui erant eiecit,hiq́; po
pulariter in Placentiam cōmigrarunt.Impetrarunt uerò Imperator & Raimūdus à Fre-
derico cardinales pręlatoſq; Amalphitano carcere liberari,fore polliciti,ut illis ad colle
gium perductis,ad optatiſſimā pontificis electionem ueniretur,cum quo ipſi curam im
perij & ipſius Frederici iurium & ſolidę pacis haberent exactiſſimā rationem. Venien-
tibus inde Romam Balduino & Raimundo, quicquid in urbe fuit cardinaliū, prælato-
rum,curialium atq; Romanorum obuiam prodijt. Et quia miſſus Amalphim Frederici
nuncius,præceſſerat tertio principis Conſtantinopolitani in urbem aduētus die, ſubito
rumor urbem peruaſit liberatos cardinales Ananiam perueniſſe:unde nō magis ex cō-
poſito collegiū eò acceſſit, quàm effuſam omnē curiam, & Romanos ciues primarios
eſt ſecutum.Quò quum Balduinus Raimunduſq; acceſſiſſent,ilico de electione agi cœ G
ptum. Quæ Iunio menſe quarti quadrageſimi,& duodecies cēteni ſalutis anni apud ſan
ctæ Mariæ baſilicam celebrata eſt. Et Sinibaldus S.Laurentij in Lucina presbyter car-
dinalis Fiſchea comitum Lauaniæ Genuenſis in quartum Innocentium eſt creatus. Pla
cuiſſe ferunt Frederici nuncijs apud Balduinum Imp.agentibus illius uiri exaltationē,
Frederico omnium eius collegij,& curiæ amiciſſimi,certatimq; Parmam dimiſſi ſunt e-
quites acceleraturi,à quibus læto Fredericus nuncio afficeretur.Is autē mentis ſuę con-
ſcius fertur ex cōpoſito reſpondiſſe: bonū ſe amicum cardinalem in acerrimum hoſtem
Romanū pōt.permutaſſe. Ab Anania in urbem cùm eſſet reditum,de pace agi placuit.
Quæ cura Imperatorem Balduinum & Tholoſanum comitem æquè ac ipſum pontifi-
cem cupientiſſimum totos menſes quatuor die noctuq; exercuit, Frederici oratoribus
nuncijsq; per dies uariātibus, & nulli ſatis formulæ, nulli oblatæ cōditioni ſine ſcrupulo
acquieſcentibus, & reſcijt interea pōtifex Fredericū in eius caput cū Romanis ciuibus
machinati:cuius quidem machinationis ea erat ratio conſtituta,ut accedēs ciuitatē Ca- H
ſtellanam pontifex Fredericum ad ſe uenturū expectaturus in itinere caperetur. Quare
pōtifex ueritus ne ſi petitas denegaſſet cōditiones,coniurati ad facinus in ipſa urbe pro
ſilirent,& petitæ pacis cōditioni uerbo eſt aſſenſus, & diem ſui acceſſus puſillū remotio
rem ex formula cōſtituit. Interea petitas à Genua triremes ad Centumcellenſem portū
applicuiſſe certior factus,noctu adequitās ad illas delatus eſt,& nauigās Genuam inco
lumis peruenit,ubi periculoſiſſimā incidit ualetudinem,ex qua cùm cōualuiſſet,ad Phi
lippum regem in Franciam ſe contulit. Ingreſſum Rhodano amne aduerſo Franciæ re-
gnum pont.Innocētium rex ſumma ueneratione excipi curauit, deduciq; Lugdunum.
Quam in urbem concilium pontifex quū celebrare conſtituiſſet,ſuæ primum conſuluit
honeſtati. Quotiens enī ſermonem ad populum homiliamq; habuit,quod unoquoq; ſo
lenni die fuit,Fredericū alta inclamauit uoce,illum admonens,ut ad ea reſpondeat quæ
aduerſum ſe pro iuribus eccleſiæ conſequendis habebat,Lugdunum ſe conferret,futu-
rum proteſtatus,ut ſi non acceſſiſſet,ſatiſq; poſtulatis feciſſet,ipſe patrum uetere inſtitu-
to concilium conuocaret. Quumq; aliquot elapſis menſibus,nil ab illo reſponſionis ha
beretur,

A bereť,accerſiti ſunt ad ſynodũ patres de iure & cõſuetudine affuturi. Inchoaueratq; tũc
ſextus, quadrageſimuſq; duodecieſq; cẽtenus ſalutis annus. Conuenerãt uerò maxima An.ſal.
ex parte conciliũ inituri,quũ Fredericus Taddeum Sinueſſanum iureconſultum,& qui M.cc.xlvi.
dem præſtantiſſimũ miſit oratorem,omnia ut poſtea cõſtitit diſturbaturum:cuius lega-
tionis apparens ſumma,& quam præ ſe tulit ea erat,Fredericum de re ſua, de ſua iuſtitia
coram patribus dicturũ,breui affuturum,quem expectandũ & rogabat,& de iuris pon-
tificij rigore cum aduerſantibus cõtendebat. Nec morã grauiter pontifex patreſq; ferẽ-
bant,quouſq; reſcitum eſt,Fredericum Parmæ agentẽ id maxime moliri,enitiq;, ut Bri-
xianos,Mediolanenſeſq; bello diu pręmeditato paratiſſimus inuaderet. Erãt põtifici in
Parma urbe conſanguinei,& affines multi nobiles in regione primarij,quorũ ſalutis ra-
tione dum fuit cardinalis amicitiam cum Frederico, de qua diximus ſeruauit. Eos itaq;
pontifex clàm admonitos iuſſit uel nudos Placẽtiam commigrare. Quod quamprimũ
B eſt factum,ſententiã pontifex in Fredericum excõmunicationis,depoſitionis,priuatio-
niſq; pronunciauit,omnibus iuramẽto abſolutis,quo illi tenerẽtur,& poteſtate electo-
ribus attributa nouum quẽ uellent principem deligẽdi, prout in ſexto de iudicijs nunc
habetur. Ad eam nunciationem iracundia,cuius erat impotens,adeò excãduit Frederi-
cus,ut profugorũ pontificis neceſſariorũ ædes Parmæ & uillas rure ſpecioſiſſimas fun-
ditus euerterit: paulo poſt à duce, ut creditum eſt , multa etiam in põtificis oppreſſionẽ
pollicente ſuaſus,Lugdunũ accedere propoſuit, mouitq; Parma comitatũ ducens non
armatorum magis quàm togatorũ,qualem quantumq; poſt ſtãtis Romani imperij tem
pora nullus aut domi habuerat, aut in itinere duxerat Imperator. Lõbardiæ autẽ & re-
rum Italię adminiſtrationem Entio filio regi Sardiniæ commiſit,ea iniuncta cõditione,
ut ſeſe apud Parmã continẽs,quæcunq; ingruerent remotius gerenda,per legatos mini
ſtroſq; curaret. Iamq; Taurinum Fredericus attigerat,quũ regem Entium pepulere Cre
monenſes , ut oblata Quintiani Brixianorum oppidi furto , aut prima oppugnatione
C capiendi occaſione per ſuam ipſius ſolitam celeritatem diligentiamq; uteretur. Sed illo
haudquaquã impigriores fuere Parmenſes patria extorres. Qui Placentinorum allata
populariter ope freti,iter ad recipiendã patriam ſunt ingreſſi. Inerat Parmæ prætor Hẽ-
ricus Aretinus,cui dicendo iuri à Frederico pridẽ impoſito,Entius in Brixianos ductu-
rus,urbis præſidijq; regimen demãdauerat. Iſq; factionis Imperatoriæ Parmenſibus im-
pulſus,ſtructa acie extorribus ad Tarum obuijs cominus eſt congreſſus. Et prælũ odio
hinc inde uiribus maiore cõmiſſum eſt,in quo Teſta prætor & pręſidij primores interfe
cti ſunt. Parmenſium autẽ Frederico ſtudentium non magna magis,quàm crudeliſſima
cædes commiſſa fuit, minimoq; poſtea negocio extorres in patriã ſunt reducti. Ingreſ-
ſum iam Alpes Fredericum,is auditus Parmæ caſus ad reditũ traxit. Futurum enim exi-
ſtimauit,ut eo in Gallijs remotiſſimo Parmenſiũ ſi incolumes manſiſſent, exẽplo multi
de Italia rebellarent,uſuſq; eſt conatu cæteris antehac omnibus maiore,copijs undique
cõtrahendis. Venit enim cum omnibus Marchiæ Taruiſanæ neruis Ecelinus,aduenerẽ
ex Sicilia Apuliaq; Saraceni,& millium ſexaginta copijs Parma eſt cincta. Præuenerat
D autem conſilio & prudẽtia furentem Fredericum,etiam priuſquã Taurino mouere poſ
ſet,Gregorius Montelongus ſedis apoſtolicæ in Lombardia legatus, quẽ Innocentius
pontifex Aquileienſi patriarchatu ornatũ apud Mediolanenſes Placentinoſq; iuſſerat
permanere. Eo eñ curante hinc Placentini, Mediolanenſes,inde Bononienſes, Ferra-
rienſes,Rhegini,Mutinenſes præſidia Parmam immiſerant ſceleſtiſſima,ut Fredericus
illorum eruptionibus propè quotidianis agitatus,caſtra remotius cõmunire fuerit coa-
ctus: quæ quidem caſtra in magnũ circuitum foſſa ualloq; primum caſu & præter inten-
tionem munitiſſima Fredericus in urbem ædificata linquere conſtituit,ut Parma quæ pri-
mum caperet funditus diruta,hæc in eius locũ ſuffecta maneret: nomenq; urbi Victo-
riæ fuit inditũ,& tutelaris ſanctus de more Chriſtiano martyr Victor in baſilica cathe-
drali eſt nuncupatus, Victoriniq; moneta in urbe cuſa fuere dicti : continuatum poſtea
eſt duos fermè annos bellũ atrox uariumq; & Lombardiæ ac omni Italiæ pernicioſiſſi-
mum,omnibus quos per Italiam partiũ Gibellinæ & Guelfæ labes infecerat,auxilia nõ
magis militum,quàm pecuniarum odio partium utrinq; contribuentibus. Et fuit planè
urbs Victoria uario gentiũ & rerum inuſitatarũ cõmercio ac multitudine frequentata,

quod ꝑ ſingulos penè dies ex Africa, Mauritania, Aſia, Ægypto noui homines, noua ue B
ſte, nouis moribus ſunt uiſi. Animalia etiã uidit urbs Victoria, quæ poſt theatrales ſtãtis
Rom. imperij ludos Italia nõ uiderat, elephãtes, dromedarios, pãtheras, leones, pardos,
lynces, & urſos albos: quũ canes tũc uidiſſe aſſerat noſter Theologus hinc magnitudine
aſpectuq; horribili, inde extrema puſillitate. Aues quoq; & rapaces & cicures, Frederi-
cuſq; curauit prętet uſitatas in Italia multas, in queis falcones, chiluoneſq;, aſtures & gir
falchi albi, & q̄d eã decuit maieſtatẽ imperialẽ immẽſæ magnitudinis barbati bubones
fuere cõſpicui. Contraxit eò Fredericus habitas prius, & tunc primũ raptas ſpecioſiſſi-
mas mulieres, quibus à ſpadonũ grege cuſtoditis, uiridaria, uineas, hortos, & cõſitiones
cum uillis apud Victoriã urbẽ lautiſſimam curabat. Interea põt. Innocẽtius apud Lug-
dunum degens poſt concilium dimiſſum Oddonem Thuſculanum cardinalem epiſco-
pum ad regni Frãciæ prouincias legatũ miſit cruceſignãdos excitaturũ, qui Philippum
eorũ regem ſequerẽtur, in Aſiam traijcere intendentem. Id ipſum ſub pont. Innocẽtij in
Franciam aduentum graui & periculoſo implicitus morbo rex uouerat ſe facturum. Et F
quidem eam Philippi regis expeditionẽ peropportunè tunc deſtinatã, paratamq; appa
rauit. Quod anno antè tertio Tartari in exercitum coacti innumerũ, bipartito agmine
in Aſiam Europamq; deſcenderãt. Et qui in Aſiã duxere, Georgianã Thomitarum honorũ
olim regionẽ primũ, & poſt ſuperiorẽ Armeniã peruagati, ad Iconiã uſq; Turcorum re-
giam peruenere. Alia uerò manus Batone duce Poloniã & Vngariã excurſionibus po-
pulati ad mare Ponticũ deflexerũt, ubi Ruſſiam, ſiue Rutheniã & Gazam ampliſſimas
regiones uaſtitate maxima afflixere. Per idq; tẽporis Groſſoni gens Arabica eorũ deuo
ta ſuperſtitioni Soldano Babylonis impellẽte Chriſtianos in Aſia habẽtes diuerſis agi
tarunt in locis, congreſſoſq; tẽplarios & hoſpitalarios ſæpenumero malè mulctatos re-
preſſerũt, demumq; Hieroſolymã delati, tunc ſicut oſtẽdimus immunitam, eos ex Aſia-
ticis Chriſtianis, quos à Saladini filijs intactos diximus eſſe ſeruatos, ipſi maxima cõfece
runt occiſione. Sepulchrũ uerò dominicũ ad ea intactum tempora ſeruatum, quãta ma-
xima fieri potuit ignominia & ſimul uaſtitate fœdatũ eſt. Eadem etiam tempeſtate dum G
hic Tartari, inde Groſſoini tam multa gerũt, res Germaniæ pariter inquietiſſimę, quòd
Germani electores imperij factæ de Frederico priuationi, & ſimul autoritati ab Inno-
centio pont. eis attributæ innixi Lantgrauiũ Thuringiæ, Alemannorũ Romanorumq;
regem deſignauerãt, & Conradus adoleſcens Alemanniæ rex à Frederico genitore pri-
dem inſtitutus illũ regni ingreſſu & poſſeſſione armis prohibebat, ſed prædicata iubẽte
põtifice in Conradũ, Fredericiq; fautores cruceſignatio, multos in noui regis Lãtgrauij
An. ſal. præſidia fauoreſq; conciuit: breui tamẽ mortuus eſt Lantgrauius, cui electores Guilel-
M.ccxlviij. mum Hollandiæ comitem ſuffecerunt. At Philippus rex Francię ad annum qui iam in-
choauerat duodequinquageſimũ & duodecies centenum ad pont. Innocentium Lug-
duni agentem ſe contulit, eiuſq; benedictione habita iter ſuum in Aſiam deſtinatum
perſecutus eſt. Rhodano enim ſecundo ad Auguſti menſis idus in mare inferum dela-
pſus, primam de perpetua uelificatione terram attigit Cypri regnum, in quo hyemẽ &
ueris principium egit. Soluturũ inde ad Maij nonas multi ex Cypro cruceſignati arma- H
ti in id nauibus ſunt ſecuti. Et tantus exercitus, quem magnũ fuiſſe cõſtat, ad deſtinatam
mutua conſolatione urbis Damiatæ obſidionem primum omnium intentandam ſe cõ-
tulit. Tenebat uerò Babylonis Soldanus Nili oſtia firmiſſimo triremium nauiúmque
præſidio cuſtodita, & maris littora armati exercitus undiq; contegebant. Sed milites
Chriſtiani quàm primũ naues ceteras, & triremes terram attigiſſe ſenſerũt, ſcaphis myo-
paronibus atq; lintribus in tantam manum, quantam illæ potuerunt ferre, ad littus de-
lati ſunt, & unuſquiſque ut ſcapham maris altitudo deſtituit, in aquam ſabulúmue deſi-
luit, ut qui maioribus uecti erant myoparonibus, nõnulli obierint unda abſorpti, quam
uiolentiorem nauigium id fecerat raptim ductum. Sed tamen inſtructa in aquis acie
Chriſtiana cohors pugnantes de ſicco littore barbaros ſenſim repulit, quouſq; alia ſu-
per aliam delata ſcaphis manus in iuſtum creuit exercitum. Qui terra quam ceperat ad
Nili oſtium ferri cœpit: & pariter eodem tempore Chriſtianorum triremes ad claſſem
hoſticam cœperant nauigare, quum illi aduerſo Nilo remisueliſq; contendentem fu-
gere eſt conſpectum. Facta in continentem excenſione, Philippus rex tentoria ad littus
firmanda

A firmanda, & nemine ulterius inexplorato progrediendum edicto iuſſit. Sed ad Frederi
cum eſt redeundũ, qui dum tanta tam multaq; hinc pontifex Lugduni, inde rex Frãciæ
in Ægypto cũ gloria & dignitate reipublicæ Chriſtianę gerũt, Chriſtianos ipſe in Lom
bardia omnimoda crudelitate perſequitur. Poſtquã enim Parmæ ui expugnãdæ ſpem
abiecit, & famæ illam in deditionẽ cogere eſt adnixus, multa truculẽtiſſime ſunt cõmiſ-
ſa. Captos nanq; diuerſarũ partium Rheginenſes, Mutinenſes, Placentinos, Bononien-
ſes, atq; etiam Hetruſcos ante urbis Parmæ portas, promuraliaq; trũcari laniariq;, & bali
ſtis maioribus, quas appellãt bricolas, in urbẽ ſemiuiuos proijci curauit, nec à mulierců
larum pudore eſt temperatũ, ſi quãdo pauperculæ clàm in agrum delatæ Saracenorum
& Frederici ſatellitũ manus incidere. Tandẽ anno obſidionis ſecũdo propè exacto, Gre
gorius Montelõgus legatus, & Philippus uicedominus Placẽtinus ciuis Lombardorũ
prẹſidio prẹfectus, oblata, quã diu expectauerant, occaſione ſunt uſi: ſagittarij Germani
& Saraceni in magnum coacti numerũ ad Parmæ portas foſſaſq; cõglobati ſunt, id ma-
B ximè adnixi, ut cõgredi auſos, aut ſi nullus apparuiſſet ſtantes in propugnaculis quàm plu-
rimos uulnerarẽt. Tum legatùs præfectuſq; ſtructis in urbe aciebus, quãta maxima poſ-
ſunt celeritate erũpũt, nulla cõficiẽdis ſagittarijs, quod facile erat, mora adhibita. Id enĩ
ſolum, quod conſtituerãt, adnitebãtur, ut urbem Victoriã ex improuiſo aggrederẽtur.
Et in ea ſecuritate, quã Frederici potẽtatus, & ſimul obſeſſorũ Parmæ credita debilitas
iam diu præſtiterat, uiã quæ à caſtris in urbẽ rectà lataq; ducebat, ocioſi milites Frederi-
ci inermes deambulando cõpleuerãt, Frederici exemplo, quem noſter Theologus, qui
interfuit, ſcortorũ gregi laſciuientem tunc per nemora colluſiſſe affirmat. Ortus tamẽ à
ſagittarijs ad prima eruptionis ſigna clamor in uiam ſubito portamq; relatus eſt, quẽ ac
cepta à furẽti hoſte uulnera morientiumq; gemitus, & fugientiũ trepidatio ingeminarũt;
cõcurſus ad urbis Victoriæ portam quàm frequentiſſimus fuit: ſed inermes uiſendi ſtu-
dio ſe inculcantes, hoſtẽ aduentare furentem ſanguinolentumq; cõſpicati, dum arma ar
ripere properãt, portã reliquere hoſtibus indefenſam, & confugienti ſagittariorũ alio-
C rumq; inermiũ immixtus globo hoſtis eam ardenti animo tenuit occupatã. Nec mora;
ad omnes in eam perducẽtes uias & uicos pugnari truculentiſſimè cœptum erat, quum
Fredericus altero ſuper alterũ portę occupationẽ & hoſtem Victoria urbe potitũ nun-
ciante, unicam in fuga ſpem ſalutis arripuit, qui prẹter alia acceptæ cladis damna, prẹter
dedecus & ignominiam, aurea quoq; & argentea, ac penè maiora quàm imperatoria perdi-
dit ornamenta. In queis corona fuit mirabili precioſiſſimoq; iaſpidum ornatu. Eam enĩ
pondere & forma maiuſculã, quàm quæ capitis de imperatorio noſtri temporis more geſta
men eſſet: ad diuitiarũ, quas certè maximas habuit, oſtentationẽ in cubiculo cõſpicien-
dam ſemper habebat. Ditatus tanta præda, quã particulatim referre operoſum fuerit, ec
cleſiaſticorũ exercitus, Victoriã urbem glorioſe deuictam ſolo æquauit, nulla re magis
alia domandus, quàm quod in ſanguinis humani, nõ magis barbari, quàm Italici effuſio
ne modũ exceſſit. Fredericus autẽ in Cremonenſem agrum de fuga ſe cõtulit, nec Cre-
monã rogatus accedere eſt auſus, maximè ueritus, quod faciliter contingere potuit, ne po
D pulus tanta clade eius laſciuia atq; imprudẽtia afflictus pœnas ab eo ſuppliciumq; ſume
ret. Cremonẽſis enĩ militiæ flos cum carrhotio in urbe Victoria amiſſus, & odio partiũ
in primores quoſq; ſæuitum erat. Reparauit tamen breui exercitũ Fredericus, & in Pla-
centinos ducens, monaſterium S. Columbæ ſecus Dominum oppidum demolitus eſt.
Inde mouens, ut per Bercetium tranſmiſſo Apẽnino duceret in Hetruriã, Entium regẽ
filium Fauẽtiam cum parte exercitus miſit, eam urbẽ Rauennamq; in poteſtate, & pro-
ximas in obedientia retenturũ. Nam Foroliuienſes liberi, quibus omnia inter Apenni-
num Mariclamq; fluuium, & uiam Flaminiã parerent, libras centũ Imperatori tributum
diſſoluebant: pariter Ariminenſes Vrbinateſq; faciebant: & Marchia omnis Aconitana
Frederico parebat, quũ Peruſini, Aſſiſinates, Tudertiniq; partes pontificis ſequerẽtur,
Hetruriaq; pariter tota, præter unicã urbem Florentiã Frederico magis ſubdita eſſe ui-
debatur, quàm eius partes amicitiamq; fouere. Quare hoc in ſuo aduẽtu nihil ardentius
cõcupiuit curauitq;, quàm ulcerati apud Parmã urbem animi dolorẽ iracundiamq; in
Florentinorũ excidio euomere, nec multi feciſſet Gibellinæ partis ſuæ iniuriã in publi-
co accipiendã exterminio, quod illam nimis Guelfę nouerat inferiorem. Idq; quũ utriq;

 parti

parti pariter notum, accedẽs ad mœnia portaſq; Florentiæ Fredericus, nõ eſt in urbem B
admiſſus: ſed poſtulanti cõ ceſſum, ut Guelfis eiectis, Gibellina factio rerum in Florẽtia
potiretur. Eiectiq; pars magiſtratibus paritura abijt in exilium, pars uaga & diſperſa in
Frederici poteſtatẽ facta, immaniſſime ab eo eſt habita, pars in qua nobilitas præcipua
fuit, comitẽ Rodulphum de Vrſaria, & Rainerium Bõdelmontem ſequuta cõtulit ſe in
Vrſariã: quos inſecutus eſt Fredericus, & caſtello ui capto Rodulphus in aqua enectus.
Rainerius cum melioribus quibuſq; excæcatus, & ſub cuſtodia in Apulia relegatus eſt.
Dum tamẽ hæc ſceleſtiſſimus ageret, Fredericus infeliciſſimo ſibi percuſſus eſt nũcio.
Entium enim allatũ eſt filium ſuum, quem Romandiolæ præſidio relictũ fuiſſe oſtendi-
mus, prælio à Bononienſibus ſuperatũ, & cum copijs penè omnibus captũ eſſe, quem
poſtea Bononienſes diutiſſimè tenuerũt. Fredericum ſubinde in Apuliam ſe contuliſſe
apud omnes cõſtat. Sed Rolandus Albertinuſq; Muſſatus Patauini, quos uideo per ea
tempora ſcripſiſſe, illum dicunt Panormi fuiſſe defunctũ ad diem, quæ diei reſpõdebat,
in qua ſecũdo ante triceſimo anno Romanorũ Imperator fuerat deſignatus. Ptolemeus F
uerò fuit Lucẽſis, q & ipſe hoc in loco incipit, à ſe, ut paulò poſt dicit, uiſa ſcribere. Frede
ricum Martini teſtimonio affirmat, in Apulia apud Ferenſulã graui & periculoſo labo-
raſſe morbo. Ex quo quũ iam conualeſceret Manfredus adoleſcẽs filius ſuus, ex concu-
bina nobili muliere ſuſceptus, cõpreſſo iacentis in ſtrato ore eum ſuffocauit. Quicquid
uerò de morte Frederici ueritas habeat, ſatis cõſtat Fredericũ paulo prius ꝙ moreretur,
Manfredum inſtituiſſe Tarentinũ principem, multis illi additis oppidis & caſtellis, quæ
principatus titulo prius nõ conſueuerãt contineri. Voluiſſe em̃ uiſus eſt Fredericus in-
gentis ſpiritus acerrimiq; ingenij adoleſcẽtem, forma ſpecioſiſſimum, & literis exorna-
tum, quẽ non minus ipſe diligeret, quàm ab omnibus amari ſciret, partẽ ſuam habere, in
qua uitã uirtute ſua dignã duceret. Verebatur em̃ ne fratris Conradi auaritia & ingrati-
tudo, quod plerunque in ſimilibus adſolet, illi officeret. Ad Conradum enim legitimo
genitum matrimonio, quẽ ex Iole Ioãnis Hieroſolymitani regis filia ſuſceperat, regno-
rum potentaiuſq; omnis ſucceſſio deuoluebatur. Iſq; Conradus à Gulielmo rege Ale- G
manniæ, quẽ Lantherauio diu antea ſuffectum oſtendimus, continuato pridẽ agitatus
bello poſt Frederici patris mortẽ, in Sueuia gentis ſuæ patrimonio parum per ſe conti-
nuit. Quo in tẽpore Manfredus Neapolitanis ſibi illegitimo & nullis freto regni titulis
conſentire recuſantibus, bello & illatis damnis infeſtiſſimus fuit. Quũ enim omnes po-
puli Conradum breui, ut dicebatur, affuturum ſperantes, Manfredo fratri libenter pare
rent, exiſtimarunt Neapolitani fore, ut ipſis in poteſtate habitis, Mãfredus acerrimi am
bitioſiq; adoleſcẽs ingenij, regnum ſibi excluſo fratre conaretur retinere. Tandẽ Con-
radus amicitia fretus, Ecelini de Romano Tranſpadanã Italiæ regionem uniuerſam ty-
rannide obtinentis, Veronam, & inde Tiſanam ſe contulit. Ex quo portu paratiſſimum
ampliſſimumq; exercitum in Apuliam tranſportauit. Erat uerò quod rerum euentus &
geſta docuere, Conradus genitori Frederico inclemẽtia, ambitione & malignitate per-
quam aſſimilis: ſed morum elegantia & facilitate, quã ille artificio quodam præ ſe fere-
bat, carens, ut prudentia illum, uel potius patris aſtutia deſtituiſſe uideatur, idq; ſtatim H
ad ſuum in Apuliam aduentum oſtendit. Nam licet Manfredum, quod ſtatim poſtea
apparuit, ſuſpectum odioſiſſimumq; duceret, Neapolitanorum rem peruerſa ac debuit
uia tractare aggreſſus eſt, qui eos læſæ maieſtatis crimine poſtulatos ad ſatisfactionem
deditionemq; per oratorem faciendam compellauit. Nec ſatis audire uoluit oratores
defenſionem aduerſus Manfredi ambitionem, non rebellionem aduerſus legitimum
Frederici ſucceſſorem quæſitam oſtenſuros, & Neapolim furens, minarumq; redũdãs
obſedit. Sed iam temporis ratio admonet ad Ludouicum regem Franciæ redeundum.
Copijs Chriſtianorũ in Ægypti littus ad Nili oſtia, ſicut oſtendimus, expoſitis, Sarace-
ni Damiatam incolentes, urbe populariter migrare conſtituerunt. Accepta enim Ioãni
Brennij Hieroſolymę regis temporibus clades, eos à reſiſtentia deterrebat. Noctu itaq;
commigrantes, ignes pleriſq; ſuppoſitos in locis reliquerunt. Sed miſſi à Philippo ex-
ploratores quid ageretur ab hoſte, aut ipſe poſſet agere in circuitu contẽplaturi, popu-
lum in migratione, & ſimul ignem in flammas erumpere, ad tertiam uigiliam cõſpexe-
runt. Quod quũ eſſet in caſtra celeriter allatũ, accurrentibus Chriſtianis ignes rapidum

ſunt

A ſunt extincti,& ſubſecuto agmine Chriſtianorũ exercitu ciuitas eſt repleta. Inerat exer-
citui ſedis apoſtolicę legatus patriarcha Hieroſolymitanus. Inerāt & ex Gallijs epiſcopi
& abbates,quorũ prima omnium fuit cura cum ſolenni pompa undiq; ducta urbem lu-
ſtrare, Machoamiamq; barbarorũ primariam in glorioſę uirginis Marię baſilicam,ſicut
aliás factum fuerat cõſecrare. Edoctus uerò aliorũ mali exemplo, Philippus rex in con-
cilio decreuit expeditionẽ, Inde non prius ineundam, quàm Nili incrementorũ tempo-
ra prǣteriſſent. Sicq; prima æſtas ad Damiatã in ocio eſt exacta. Ad idus uerò Octobris
Robertus comes Pictauienſis eius regis germanus frater, nouas ex Gallijs Damiatã cõ
pias tranſportauit. Et Nouembri proximo ad exitũ propinquãte, Ludouicus Damiatã
mouens ad Ferramniam urbem duxit,apud quã Soldanus coactas undiq; barbarorum
copias continebat, diremptiq; paruo amne tanti exercitus in alterã uſq; hyemem cõſti-
tere. Et quanquã leuibus ſæpenumero certatum ſit prælijs, nunquã tamen in rerum diſ-
crimen totis copijs eſt depugnatum. Ad hyemem uerò mediam Robertus Pictauienſis
B magis auſus, quàm ſine toto exercitu perficere potuerit, in prælio captus fuit. Interim in
Italia Cõradus Sueuus Neapolim fame ad deditionem octauo menſe cõpulſam, muro
penè in circuitu euerſo immunitam reddens, meliores quoq; urbis ædes quaſq; euertit.
Inde in Capuam conuerſus, quæ Neapolitanis ante ipſius in Italiã aduentũ cõtra Man-
fredum conſenſerat, eam quoq; muro diruto diripi fecit: pariter Aquinum nobile oppi-
dum ui captum, ſpoliatumq; incendit, & tandẽ ſecũdo quàm aduenerat annò omni po-
titus Trinacris & Siciliæ regno, obijt ueneno, qđ Manfredi, ut creditũ eſt, opera medi-
ci pecunia corrupti propinarũt. Teſtamento tamẽ Conradus Conradinũ ex fratre Hen
rico nepotem regnorũ inſtituit heredem, datis illi ex Germania tutoribus, quibus regni
Siciliæ adminiſtratio in primis demandata eſſet. Fuitq; is Henricus, quem Cõſtantia re-
gis Caſtellæ ſorore uxore ſua ſuſceptũ Fredericus in carcere, ſicut oſtẽdimus, interfecit.
Nec tamen auſus eſt Manfredus res ad Cõradi mortem nouas intẽtare. Sed acutiſſimo
uir ingenio teſtamentum à Conrado factũ imprimis ſuppreſſit cõſcijs quibuſq; ueneno
C ſublatis. Et populos ad Cõradini pueri nepotis ſui in Alemãnia agentis fidem hortatus
eſt, quos magna ex parte dubios, uacillanteſq; in rebellionẽ ſiqua offerreť occaſio pen-
dentes eſſe cernebat. Interea Innocẽtius ea Conradi morte audita, nono tandẽ acceſſus
ſui anno, Gallijs & Lugduno, ut in Italiam rediret, mouere cõſtituit, quẽ Gallici omnes
magno honore, magnoq; fauore proſecuti ſunt. Suauiſſimus enim erat in Gallijs famæ
odor grauitatis, ſanctitatis, ac rerum geſtarũ eius pontificis, qui præter acta in concilio
nunc extantia, libros doctrina plenos apud Lugdunũ & ſcripſit & edidit, commẽtarios
in uetus Teſtamentũ, apparatus, nouellaſq;, & authenticas decretaliũ, & de iuriſdictiõe
& autoritate imperij: Petro de Vineis reſpõdẽs apologeticos libros fecit: & ſanctũ Edi
mundum Cantuarienſem in ſanctorũ numerum retulit. Lugduniq; ab eo põtifice, quod
ſeruatur, primum eſt conſtitutum, ut Romanæ eccleſiæ cardinales in publicum ad equi-
taturi galero rubente inſignirentur, nõ ſolum quo à cæteris ſint inferioribus conſpicui,
ſed ut ipſi admoneantur debere, qui illa poſt pontificalẽ maiore omniũ ornentur digni-
D tate, ad effundendũ pro fide catholica, & Chriſtiani populi ſalute ſanguinẽ paratos eſſe.
Delatus Genuenſium claſſe in Italiam, Innocẽtius pont. Romam ideo nõ acceſſit, quia
requiſitos nuncijs & literis Romanos, ut attributã ſenatoribus, quos tunc annuos crea-
bant binos, proximã regiæ uel potius tyrannicæ poteſtatẽ, ut abrogarent, aut ſe pręſen-
te moderatiorem tolerabilioremq; curarẽt, euincere nequiuerat. A Genua itaq; per Me
diolanum Laudam quũ ueniſſet, eam urbem in Frederici filiorũ partibus perſeuerãtem
Mediolanenſibus conciliauit, & inde rectà conceſſit Peruſiam, quæ urbs, ſicut oſten-
dimus, in ſuis aduerſis Fredericum partibus durauerat. Et quia Manfredũ principẽ Ta-
rentinũ audiuit ad regni Siciliæ tyrannidẽ diuerſis artibus machinationibuſq; aſpirare,
copias apud Peruſiã quantaſcunq; potuit cõtraxit. Interea uerò beatũ Petrũ Veronen-
ſem ordinis prędicatorũ, Mediolanum inter & Comum urbes ab hæreticis cõfoſſum in
ſanctorũ Chriſti martyrũ numerũ collegiũq; retulit. Deinde parato exercitu præmiſſo
petijt Aſiam, in qua urbe ſanctũ Staſilaum Cracouienſem epiſcopũ miraculis coruſcã-
tem in ſanctũ Chriſti confeſſorẽ haberi aſcribiq; curauit. Aderãt uerò frequentes apud
pontificẽ regni Neapolitani & ipſius urbis proceres numero potẽtatuq; plurimũ facië-
di, quorum

di,quorum ſuaſione & conſilio primū inductus,tunc ad acceſſum impellebatur.Ad pri- B
mamq́; ſibi & Romanæ eccleſiæ deditam Neapolim urbem muro inſtaurato munitiſſi-
mam de eo itinere ſubſtitit. Quē omnes ferè principes,in queis Mãfredus fuit,& popu-
lorum oratores ſalutatum reueritumq́; Neapolim adierũt, adeò ut regno eum utrobiq́;
breui potiturũ eſſe conſtiterit. Sed dum multa rãtæ rei neceſſaria curat moliturq́;,impor
Anno ſalutis tuna Italiæ & eccleſiæ rebus morte ad annum ſalutis quartũ quinquageſimum duodeci
1254. eſq́; centenum inchoantem menſe Ianuario præreptus eſt. Alexandrum pont.eo nomi-
ne quartum ex Rainaldo cardinale Hoſtienſi natione Campano cardinales,qui omnes
Innocentium in expeditionē ſequuti erant, in urbe Neapolitana breui creauerunt.Nã
conclaue ea fuerũt ingreſſi conditione,ut omni poſtpoſita longiore debito mora rebus
eccleſiæ à Manfredi uiolētia inſidijsq́; alioquin periclitaturis per noui põtificis creatio-
nem prouiderent:& eos Batolinus iuuit Tauernarius eques Parmenſis,quē Innocētius
pontifex ſororium ſuum Neapoli prætorē præfectumq́; præſidio impoſuerat. Is eñ uir
prudēs honeſta ac cõſueta ui adhibita, illos cibo per ſingulos dies immunito,ut aliquē F
concordarēt,impulit,potius quàm hortatus eſt. Nanq́; Manfredus quàm primum pon
tificem Innocentium nouit in ualetudinē incidiſſe,inſcijs omnibus Tarentũ,& inde Lu
ceriam concedēs Apuliæ urbē,Saracenos illius incolas faciliter in ſcelus traxit. Erat So
giç in Apulis ducti ab Innocētio Neapoli maxima pars exercitus,qua põtifex Neapoli
tanos in tanta rerum quiete,quãta in eius aduentu apparuerat,leuare uoluerat. Eas itaq́;
copias incautas aggreſſus cũ Saracenis Mãfredus & occidit cepitq́;, & rebus omnibus
ſpoliauit,accerſitisq́;,quas ipſe prius occultè cõparauerat copijs,tumultum ubiq́; maxi-
mum cõciuit,utq́; maior ſuo facto accederet autoritas,tutorum Conradini nepotis præ.
ſe ferens nomē,quæcunq́; adijt loca illius nomine recepit. Diximus ſuperiori loco Ro-
bertum comitem Attrebatenſem dum incautè, & paucis fretus copijs in Saracenos pu-
gnaret, fuiſſe captũ. Deinceps Chriſtianorum exercitus mora diuturniore apud Farra-
riam urbem facta, graui peſtilentia eſt infectus, quæ & in gregarijs & in præſtãtioribus
quoq́; militibus pari debacchata colluuione alioquin maximũ cõminuit debilitauitq́; G
exercitũ. Et Saracenus interea fluuium à Nilo ſciſſum, quo ad eam diem commeatus in
caſtra Chriſtiana comportabatur, claſſe tenuit occupatũ, cariſtiaq́; primum mox fames
in caſtris ualida eſſe cœpit. In eas perducti difficultates omniũ maximas Chriſtiani prin
cipes,ut Damiatã redirēt tentare coacti ſunt. Primusq́; omnium patriarcha ſcaphis & a-
ctuarijs nauibus,quæ in fluuio multæ erant,turbam ingentē impoſuit,triremes Sarace-
nas ad oſtium amnis, quo in mare ſe onerat,in ſtationē poſitas aut fallere, aut ſpernere,
aut irruendo perrumpere meditatus. Sed nõ potuit tantas uires dare imperioſa neceſſi-
tas,quin hoſtiles concatenatæ triremes, eum tanquã in retia delapſum fruſtra adnixum
repugnantemq́; interceperunt. Philippus uerò rex eadē die Aprilis quinta ſtrictis acie-
bus,magis quàm dēſo agmine, terra iter ingreſſus obuios habuit Saracenos, tantã bar-
barorum colluuionem,quantã ſibi oppoſitam nullo prius tempore intellexerat,nihilq́;
Chriſtiana dignum militia eo die magis cõmiſſum eſt,q̃ quod Philippus ipſe rex Fran-
ciæ,& Alfonſus Pictauiēſis,ac Carolus Andegauēſis comites Germani illius fratres in H
prima pugnantes acie,primi penè omniũ uictori barbaro manũ dare coacti ſunt, cæteri
penè omnes,paucis admodũ fuga prolapſis,partim cæſi,partim fugientes,magis quàm
prælio decertãtes fuere capti. Nec erat cuipiam dubiũ,quin Saracenus Chriſtianã gen-
tem omi Aſia fuerit pulſurus,niſi à deo factũ eſſet,ut Soldano cui ea obuenerat de Chri-
ſtianis uictoria,à ſuis interfecto,alter fuerit ſuffectus,qui rem ſuã principio firmiorē pa-
ce & accepta pecunia,quàm bello fore ratus,Philippum fratresq́; & patriarcham ac om
nes ad eam diem ubiq́; captos, etiam in ſeruitutē redactos Chriſtianos reddita Damia-
ta,& ingentis pecuniæ ui diſſoluta, Ptolemaidã perduci curauerit:ut tamen aliquid cõ-
modi pius Chriſtianæ rei ea expeditione uideretur addidiſſe, fratres dimiſit in Franciã,
& apud Ptolemaidam tam diu moratus eſt,quoad Cæſarea, Ioppe & Sidon inſtauratæ,
præſidijs firmarētur. Eas enim urbes uacuas Chriſtiani Philippo Soldanum bello diſti-
nente receperũt. Tandē Philippus anno acceſſus ſui in Aſiam ſexto,rebus in eum, quo
diximus,modũ geſtis in Franciam eſt reuerſus. Sed iam ad Alexandrũ pontificē reuer-
tamur. Scribit theologus noſter gente Vbaldina Florentinũ cardinalē inſpiciēdis uotis
ſuffra-

A ſuffragijſq;,quæ in conclaui pro creando pontifice nouo ferebantur, propoſitū cōfecta
electione primū fuiſſe, qui Alexandrum pont. gratulabundus applaudenduſq; adora-
uerit:cui Alexander ipſe ilico reſponderit,ſeſe quidē nomine,ſed illum ſubeundis one-
ribus pontificem futurū.Qua ratione factum uideretur, ut profecturus Neapolim cum
collegio & curia Alexander Ananiā petiturus Octauianū ſedis apoſtolicæ legatū Nea
poli cum exercitu dimiſerit bello Mãfredi conatibus aduerſaturum.Ipſe autē quampri-
mum Ananiæ fuit,Manfredum publica in concione excōmunicauit: & parādis copijs,
quas Octauiano mitteret legato ſuo,operā adhibuit intentiſſimā. Sed de Manfredo al-
tiuſculè repetendū eſt, qui uigilātiſſimi uir ingenij tribus potētiſſimis Italiæ prouincijs,
Hetruria,Lombardia,& Tranſpadana,in ſuis partibus retinendis magnā adhibuit dili-
gentiam, adeo ut plus penè in illis certo tēpore,quàm in Neapolitano Siciliæ regno po
tuerit.Quod quidē geſta in ipſis tribus ꝓuincijs poſt Frederici mortē ordine relata oſtē
dent.Mortuo Frederico Florētini utraq; pars ſeſe in libertatē uindicarunt.Quam tamē
B plebs excluſa nobilitate adminiſtrabat.Soli eñ Gibellinæ factiōis nobiles urbi inerāt,
quibus multitudo maiori ex parte Guelfa parum fidebat,quinimo quū eos magiſtratus
in reipub.moribus & diſciplina continere difficillimū ducerent,pro remedio prouiſum
eſt,eiectos Frederici tēporibus Guelfos nobiles reducere,ſicq; factū eſt,ut nobilitas in-
uicē diuiſa ſibijpſi in urbe oppoſita fauor fuerit creſcentis reipublicæ initijs,quibus una
quæq; per ſeipſam ſola pro poſſe fuerat aduerſatura.Creatiſq; tunc primū Florentiæ ma
giſtratibus,Antiauos appellauere:forma reipublicæ dari cœpta.Creuitq; mirū in modū
ſub ea libertate populi Florentini ſimul cum potētatu audacia,adeo ut finitimos Hetru
riæ populos cōtraria ſentiētes,aut fœderibus ſibi cōiungere,aut uiribus domare cœpe-
rit,tertio anno ꝙ reipublicæ ſtatus fuerat inchoatus,quem ſatis cōſtat ſecūdū quinqua-
geſimum ſalutis fuiſſe, duodecieſq; centenū. Guelfi enim Frederici temporibus Piſto- An.ſal. M.cc.lij
rio eiecti,ut reducerenť, prima à Florētino in Piſtoriēſes expeditio educta:nec id extor
rium amore magis, ꝙ ut reducti Cōradi Frederici filio tunc Italiam ingreſſo, in omnem
C euentū aduerſarenť.Nec defuerūť tunc in Florentia nobiles Gibellini ducēdæ in Piſto-
rium expeditioni aduerſantes,qui uocati ſigna ſequi reipublicæ recuſarent.Et quidē Pi
ſtorienſes reſiſtere prodierūt.Sed de Guelforum reductione nihil tunc eſt actum.Erant
tamē animi populo Florentino bene geſta apud Piſtorium re aucti,adeò ut minores ex
plebeis quiq; in libera urbe maiores ſpernere ex ſua nobilitate cœperint , quib. ſubeſſe
ac in cūctis obſequi conſueuerāt. Vnde nobiles qui ſigna in Piſtoriū ducenda ſequi no-
luerant,armis eiecti ad Senenſes Piſanoſq; ſuarum partium confugerūt. Quo tempore
primum Florētinus populus parrtes Guelfas adeo apertè cœpit præ ſe ferre, ut oēs pro
hoſtibus duxerint,qui per Hetruriā contraria ſectarentur.Hinc Aretinis Guelfarū par-
tium Frederici tēporibus patria eiectis præbita ſunt auxilia,bellumq; Aretinis ex Ron-
dina caſtello,quod obtinerēt Guelfi,à Florentino extorribuſq; eſt illatū. Quinetiā Flo-
rentini parum ducentes Guelfos ubiq; reduci, dedita opera curarunt ſingulorū Hetru-
riæ populorū Gibellinos patria exturbari. Quibus uno ac eodem tempore quatuor po
D puli conſenſerūt,Lucēſis,Miniatenſiſq;,Alcinas,& remotior Vrbeuetanus:quorū Mi-
niatenſis Piſano,Alcinas Senenſi hoſtibus,abſq; dato à Florentinis auxilio reſiſtere ne-
quiuiſsēt.Pariter in Mugellano agro,Gibellini Vbaldinis dediti nobilibus primū domi
ti, & ex ipſis qui in Montariā gentis Vbaldinæ caſtellū confugerūt, diutina obſidione
ſunt capti.Interim Piſani bellū Lucenſibus acerrimum intulerunt,per quod tempus ſe-
cunda à Florētino in Piſtorienſes expeditio facta eſt: apudq; Montoporium cōgreſſus
à Piſano Lucenſis planè ſuperatus, omnes amiſit copias, quibus ſpoliādis colligēdiſq;,
& Piſas uerſus abducendis,dum intentus eſt Piſanus,fama cladis ſociorū ad Florētinos
in caſtra perferť, qui agmine raptim dēſiore iuſſo accelerare, in uiā ſemitis peruenerūt,
qua uictori Piſano in urbē reditū eſſe nouerant:aſſequutiq; eos ad Eram Fluuiū,& diſſi
pato agmine incedētes ex improuiſo adorti primo impetu terruerunt.Piſanus tamē re-
aſſumptis animis in ordines redit,repugnatq; eò acrius ardētiuſq;, quò calētes ex recēti
uictoria animi, præſentiores ſingulis fuere. Nec opus erat Piſano militi adhortatore in
Florentinū hoſtē antiquū,& recentis uictoriæ æmulū pugnaturo. Florentinus econtra
nec Piſanū uincere omnium de Hetruria inimiciſſimū,nec Lucenſem recēs fœderatum

ſuccum-

ſuccumbere pati poterat. Itaq; maioribus utrinq; odijs, quàm uiribus eſt pugnatū, finem E
tamen prælio dedit ingens Piſanis accepta clades: multis nanq; cæſis, tria illorum millia
Florētiam in uinculis ſunt perducta, Lucenſiſq; cū raptis de hoſte ſpolijs in patriam eſt
reuerſus. Tulerunt quoq; eadem æſtate Florentini opem Alcinatibus, ab oppreſſione
Senenſium laborātibus. Et idem exercitus ad inchoantem hyemem Florentiā eſt redu-
ctus. Veris poſtmodū initio tertiam Florentinus in Piſtorienſes expeditionē habuit, in
qua tandē quęſita diu de Piſtorienſi uictoria eſt obtenta. Nanq; reductis Guelfis Piſto-
rienſes pacē bellumq; ex Florētini pręſcripto poſthac habere per fœdera ſpopōderunt.
Ea item æſtate Senenſi bellū intulit Florētinus, quod quidem bellum prius penè quàm
oſtenſum eſt, ictis fœderibus eſt ſedatum: per quæ perpetuam Alcinati pacem Senēſis,
& Florentinus exulibus repulſam ſpopōdit. Nulla ad id tēporis Volaterrano cum Flo-
rentinis belli aut iniuriarum cauſa, uel occaſio inciderat, præterquā quod Piſano Vola-
terranum magis, q̄ Florentino cupere & fauere conſtabat, & tamē Senenſi expeditum
bello exercitum Florētinus in Volaterranorū fines duxit. Dumq; populatio de more in F
agro ederet, Volaterranus nullos, ſicut Florētini quęſiuerāt ſperauerātq; oratores, nul-
los miſit nūcios, q̄d ſibi ea uellet nouitas ſciſcitaturos: ſed ruens de celſo mōte Volater-
rana iuuentus in prædatores primū, poſt effuſo curſu in Florentinū exercitum ad ipſas
montis radices expectantem impetū fecit. Quam occaſionem ex improuiſo oblatā Flo
rentini ductor exercitus retinendā eſſe ad ſuos alta inclamabat uoce, & parē eſſe dicti-
tans eis hoſtiq; aſcendendi difficultatē, ſuos Volaterrano in prælium commiſcuit, gere-
baturq; res pari fugientium inſequentiumq; anhelitu, ut curſu magis utrinq; aſcendēdo
certari quàm armis decerni appareret. Quū eſt ad portā urbis peruētum, pariter feſſus,
pariter defatigatus, pariter pallēs Florentinus Volaterranuſq;, urbē pariter ſunt ingreſſi
ut nulla utrorumq; maior eo in loco q̄ numeri fuerit differentia. Vrbſq; Volaterra, quā
in ſuas partes perducere quæſiuerat Florētinus, ſuo in hunc modū imperio fuit ſubdita.
Nàm ſupplicāti inermiū etiam mulierum puerorumq; multitudini, & culpā in iuuentu- G
tis temeritatē à publico cōcilio auertēti pax & impunitas eſt conceſſa, Guelfiſq; extorri
bus reductis, & paucis numero, ſed potētioribus quibuſq; Gibellinis in exiliū actis, ciui
tati quies eſt reddita. Soli ex Hetruſcis reliqui erāt Piſani Florētino infenſi, q̄ apparatu
territi quē Florentinos maximū facere intellexerant, petitam pacem iniquis cōditioni-
bus impetrauerūt. Nec tamē ſatis tunc Florētino fuit, populos per Hetruriam integros
habere fœderatos, ſed Guelfos ubiq; ſicut Florentiæ rerū potiri, ac planè dominari data
enixè opera quæſitum. Hinc miſſi per ſpeciē ferendæ Volaterrano opis quingēti equi-
tes Guidone Guerra equite Florentino duce, Gibellinos Aretio à Guelfis quieſcētibus
eijci curauerūt: quia tñ id mali exempli facinus Piſtorienſes Volaterranoſq;, apud quos
maxima Gibellinorū pars cum Guelfis māſerat, auerſuros à ſe Florentini ſuſpicarētur,
miſſus eſt in Aretinos exercitus, & culpa publici cōcilij in Guidonē Guerrā auerſa, cō-
pulſi ſunt Guelfi Gibellinos in patriā reducere. Expreſſa tamē eſt ab utriſq; nouorū cō-
ditio fœderū, ut prætorē Aretini acciperēt Florentinū, pacem ut dixerunt inter utroſq; H
nutriturū. Secundum quæ fœdera cum Aretino icta, Senenſes quoq; territi fœdus cum
Florentino nouum pepigerūt, in quo maximè actum eſt, nō licere utrinq; alterius par-
tis extorres fouere, & belli paciſq; cum omnibus ſocietatē utriq; populo ita fore, ut re-
quiſitus à Florentino Senenſis, & illi pariter Florentinus petita copiarū afferret auxilia.
Et hęc quidē in Hetruria fuere geſta. Quo tempore poſt Frederici obitū, Cōradus filius
partim in Germania deſedit, partim recipiēdos Siciliæ regno uſq; ad obitus diē intētus
fuit. Per quod omne tempus, nec pont. Innocentius Lugduni agens, neq; Conradus ſuo
ipſius negocio impeditus, ullam ſuſceperunt Hetruriæ rerū curā. Quod uerò Florenti-
nus tradit Ioānes Villanus, nullis Cōradus moriēs Conradino filio datis tutoribus re-
gni Siciliæ adminiſtrationē artiumq; curam reliquit, & qui teſtamento dati erant, quod
Manfredus ſuppreſſit, id penitus ignorarūt: nec ad Conradi mortem aliqua Māfredus
cum pōtifice Innocentio percuſſit fœdera, per quæ aliquas in regno cōceſſiones habue-
rit, unde illū in regnū ſuo fauore perduxerit. Sed quæ ſuperius à nobis ſunt ſcripta, Cō-
rado Manfredi opera mortuo, & pontifice Lugduni agēte, Manfredus multos, ac penè
omnes regni populos bonis uerbis in Cōradini nepotis fide ac poteſtate cōtinuit, quos
non igno-

A non ignorabat ſibi ſpurio pro ſe agẽti nullatenus parituros.Itaq; Mãfredus,quod ſu pra
diuertentes oſtẽdere quæſiuimus,pont.Alexandro Ananię agente, Octauianum lega-
tum pauciores ipſo Imperatoreq; copias habẽtem clauſum Neapoli deſidere coegit.In-
terim miſſis Piſas & in Lombardiã nũcijs,paternæ factionis & amicitiæ Gibellinos fo-
uere ac in uarios motus concitare curauit.Primiq; omniũ Piſani ſpreto fœdere cum Flo
rentinis paulo antè,ſicut oſtẽdimus icto, bellum Lucenſibus intulerũt,magna inde pru
dentia uſi,quòd cum paucioribus multo ꝙ oportuit copijs ad uſq; Lucæ mœnia perue-
nerunt.Et quidẽ ingens populatio,& maxima ubiq; uaſtitas eſt cõmiſſa.Sed Florentini
milites Lucenſibus cõiuncti Piſanum redire ad ſuos fines parãtem in pugnam uel inui-
tum ſiſtere coegerũt. Vicit uerò inſtructior ardentiorq; in prælium ſocius bello exerci-
tus,&de Piſanis partim Auſeris fluuij uorticibus,in quos fugiẽtes ſe præcipites agebãt,
abſorpti,partim in prębo cęſi,partim capti,tria milia deſiderati.Ductuſq; poſtera die in
B Piſanos exercitus acceptã in Lucẽſibus uaſtitatẽ accepta reddidit uillarũ caſtellorumq;
incendia,& uſq; ad urbis muros mortaliũ pecoriſq; populatio ingens facta.Qua affecti
clade Piſani,petitã pacem pernicioſiſſimis,& plenis ignominia cõditionibus accepere.
Mutronum enim arx prævalida cum adiacenti undiq; maris littore Florẽtino deditum,
& mercimoniorũ libera cõportatio permiſſa portorio uectigalibuſq; exempta. Quod
uerò Senenſes fœderibus & ipſi ſpretis bellũ moturi uiderẽtur, Bonitiũ, cuius fidei cõ-
ſtantia erat dubia,Florẽtinus aperto alicubi muro reddidit immunitũ. Quo adducti ex
emplo Aretini Cortoniẽſes ſuſpicati, Gibellinos Mãfredi fauoribus & inſtigatione res
in ꝓuincia nouas molituros,in eos duxerũt,captaq; urbs mœnibus alicubi dirutis præ-
ſidio impoſito tãdiu cuſtodita,quouſq; arx ualida in ſummo uertice ędificata eſt Rebus
in hunc modũ per Hetruriam diſpoſitis,Florentini partis Guelſæ primores,quod apud
alios factitari curauerãt Hetruriæ populos, urbem ſuã aduerſa factione Gibellina pur-
gare conſtituerũt.In primoſq; omniũ Vbertos gentem nobilem & ditiſſimam ſęuitum.
C Hi cũ quibus eſſet magnus in populo fauor, territi iniurijs atq; ignominijs,cum patria
nõ excederent,armis ſunt pulſi,quos & cæteri oẽs plebei æquè ac nobiles Gibellini fa-
cto agmine ſecuti uia,quæ ex eo ſemper Gibellina eſt dicta cõmigrauere,ac Senas per-
uenere.Id cũ ęgrè ferrẽt Florẽtini,miſſis Senas oratoribus illos ex fœdere pellẽdos eſſe
contenderũt.Vnico autẽ argumento Senenſes adhibitam extorribus conſeruãdis con
ſtantiam uiſi ſunt oſtẽdere honeſtiſſimã. Vtroſq; enim dixerunt,& qui ſeruari uelint,&
qui pelli reijciq; poſtulẽtur,eoſdẽ eſſe illos,quibus cum Senẽſis fœdera percuſſerit, Flo
rentinos.Quibus altercationibus cũ aliquot cõſumpti eſſent dies,bellũ Senenſi Floren
tinus indixit.Multis interea literis opem à Senenſi rogatus,cùm nullã oſtenderet Man-
fredus,oratores ad eũ ex Florẽtinis extorribus ſunt miſſi, quorũ princeps fuit Farinata
equeſtris ordinis gente Vbertus,quẽ magnanimũ multæ fortitudinis uirum, Mãfredus
benignè audiuit. Erat uerò Farinata,quod plerunq; in ſpiritus ingentis & multũ robu-
ſtis cõtingit uiris,res magnas & arduas gerere,q̃ diffuſe &ornatè multa dicere paratior.
Itaq; pauca de utrorunq; ſupplicantiũ audientiũq; progenitorum amicitia præfatus pau
D ciora ad concluſionem ſubintulit, fore ut niſi proſtratis ad genua amicis ſectatoribuſq;
ſuis ſubueniat,Manfredus nõ magis deſertos perditũ eat,quàm nomen,famã omnemq;
Hetruſcorum amicitiã ipſe amittat. Reſpõditq; paucioribus Mãfredus, breui fore ut re
in ſuorũ concilio diſcuſſa eis grata ſimul reſpõdeat & efficiat. Quia uerò alia tunc & o-
mniũ maxima rebus ſuis meditaret̃ moliretur q; Manfredus,oratores abſoluere diſtulit.
Reſciuerat nanq; nõnullos de Germania proceres legitimos,Cõradini tutores ducẽdo
in Italiã exercitu parãdo intẽtiſſimos eſſe. Quamobrẽ nõnullos ſubornauit,qui è Ger-
mania ueniſſe ſimulãtes atra induti ueſte Conradinum obijſſe diem magnis ſingultibus
affirmarũt,& ipſe atro item procedẽs indumẽto iuſta nepoti per baſilicas de more per-
ſoluit.Nec tamen mora,regio amictus paludamento regẽ ſe appellari adorariq; ac coro
nari ex ritu moreq; maiorũ curauit. Quo cum diſtineretur incepto,& multis ad tantam
rem indigeret copijs,abſolutos in bonã ſpem maioris pręſidij erectos Florẽtinos extor
res una tantũ turma Germanorũ equitum iuſſit eſſe cõtentos:crediderimq;, quod ſolus
in hac parte tradit Villanus, ſpretam fuiſſe à Florentinorum cœtu præſidij paucitatem,
& delinitos à Farinata oratores acquieuiſſe.Quod uir præſtãs prudentiſſime futurũ di-

xerit,ut potentiſſimus animorumq́ plenus, ac ambitionis rex uictoriã parui præſidij,ſi E
quà ſuccederet,maioribus cõtinuaret copijs,qui acceptã aliquo caſu ignominiam totis
uiribus ſummoq́ conatu eſſet reſtauraturus.Iamq́ Florẽtini om̃es partus Guelſæ copia-
rum neruos nõ magis ſui quàm aliorum Hetruriæ populorũ in unum contraxerãt exer-
citum,cum eoq́ exercitu maiore omniũ, quos poſt cõſtitutam rempub. habuiſſent,Se-
nenſem agrum ingreſſi erãt. Quumq́ ingẽs populatio ubiq́ eſſet,caſtellis ui expugna-
tis & uillis,incẽdia,direptiones,& ruinæ hoſti aduſq́ urbis mœnia oſtendebãtur.Senẽ-
ſeſq́ Florẽtino uiribus impares ſeſe mœnibus continebãt, expectantes ſi qua à Manfre
do cum oratoribus præſidia mitterẽtur. Succeſſit interim ad portã Florẽtinus, caſtraq́
uix extra iactum machinæ eſt metatus. Senis uerò cùm eſſet cõſpecta dati à Manfredo
quod aduenerat præſidij paucitas, dolor ubiq́ & ſalutis deſperatio fuit,à qua torpeſcẽs
ciuitas periclitatura eſt uiſa,niſi eã unus Farinata ſuaſiõe & adhortatione, & cõſilio ſub
leuaſſet, futurũ pollicitus, ut ea Germanorũ paucitas,ſi Senẽſis bene utar̃,deleta magis
& cæſa q̃ ſalua & integra Florentino & Guelſis Hetruriæ excidium afferat. Quod cum F
ubiq́ per urbẽ concionabũdus diceret,ſuadenti exorantiq́ cõceſſum, ut magiſtratuum
dicto quicunq́ arma ferre poſſent ad portã in hoſtium caſtra uerſam adeſſent illius im-
periũ excepturi:omnibus autẽ in urbe arma ut expedirent intentis,Farinata Germanos
ſuis immixtos Florẽtinis extorribus aſſumpſit nocte illa ex ingenio diſponẽdos,indul-
rumq́ noctu & mane epulis,indultũ uino undiq́ per urbem maxima diligentia cõquiſi
ro,ut nedũ Germani natura & cõſuetudine procliuiores ebrij furẽteſq́ ſint redditi, ſed
ipſi etiã moderatiores Florẽtini inculcata illis de induſtria ebrietate ſint tacti.Solis ortu
poſtera die uixdum inchoante Farinata Senenſes ad portam armatos allocutus, nihil
accuratius ſecum agit,q̃ ne ſacta eruptione caſtris hoſtium propinquarent,cùm potius
quo tunc erant modo ſic portã à dextra circumſtarẽt, ſicut ad eam intus ſe audiẽdo con-
ſtipati erãt,& ſigno eruptioni dato,porta ipſe patẽte primus omniũ eſt egreſſus.Senen-
ſes ſecũdo loco euocatos per aciei ſtruẽdæ ſpeciem ad portam hinc inde explicat, ſuos
deinde Florẽtinos maiori ex parte equites caſtris proprinquare iuſſos tam diu à prælio G
continere præcepit,quoſq́ eum ſigna inſpexiſſent turmis hoſtium inferentẽ:extremi o-
mniũ Germani equites inter exeuntes Florentinos Senenſeſq́ præcipiti erumpẽtes im
petu prius penè in hoſtẽ delati ſunt,quàm portã patere,& illam exiſſe multitudinem ab
hoſte conſpectum eſt, ſtragemq́ & cædem ubiq́ magnã quocunq́ iuit fortiſſimorũ &
ſimul furore amentiũ cohors edidit Germanorũ: & Farinata cũ equitatu uexilloq́ Flo-
rentino ſubſequi ordine cõſpectus,terrorẽ uel ea addidit ratione,quòd Senenſis propè
populariter porta effuſus,magni cuiuſpiã exercitus ſpeciẽ præ ſe tulit:iamq́ ſuos in or-
dines cõiunxerãt in caſtris Florẽtini,& pars Germano repugnare,pars extorriũ ſuſtine
re impetũ parabat,cùm ſiſtens gradũ Farinatæ equitatus,& ad portam ſe continens Se-
nenſis,Germanorũ temeritatẽ ſolam eſſe oſtendit,quæ caſtigata tumultũ ſit terroremq́
in ſubitum ſedaturũ,cinctiq́ armatorũ globis Germani equites,& ſi multos repugnan-
do interſecere,ad unũ ipſi omnes cæſi,ac per iracundiã laceri iacuere. Vexillumq́ Man-
fredri in Hetruria notiſſimũ,q̃d Germanos principio reddiderat terribiliores,per igno- H
miniã tractũ ſordidatumq́ partis Guelſæ ſignis ad dedecus eſt ſuffuſum. Reuocatiq́ in
urbem Senenſes Florentiniq́ extorres,nõ nihil alieno periculo factũ eſſe gauiſi ſunt.In
telligebãt eñ quod prius dixerit Farinata tũc primum iacta eſſe in cohortis cæde & ue-
xilli ignominia Manfredi in nomẽ Guelfum odij fundamẽta.Itaq́ conſtituerũt tam diu
ſe mœnibus cõtinere,quouſq́ admonitus admiſſi à Florẽtino flagitij,rogatuſq́ Mãfre-
dus miſſis maioribus copijs ſubueniſſet.Et Florẽtini tot cladibus hoſti uaſtando primũ
urendoq́ & demũ prælio inflictis,re bene & feliciter geſta in patriã ſunt reuerſi.Erat in-
terea Manfredi res meliori ubiq́ loco, quòd ſeruatã de more Panormi regiã prædeceſ-
ſorum pecuniã rex declaratus acceperat,cõductiq́ mercede Saraceni in Siciliã ex Afri-
ca ſe cõtulerant:nec multũ illi infeſtus eſſe poterat Octauianus cardinalis Romani põ-
tificis legatus, quẽ primarij quiq́ eccleſiaſtici exercitus duces pecunia à Mãfredo cor-
rupti deſeruerãt,adeò ut ſeſe Neapoli penè clauſus cõtinere cogeretur:quanquã præter
amiſſi caſu & ſuo infortunio damnũ,cardinalem infamia attigit fauoris in eum modum
Mãfredo præſtiti,quo Vbertinis cõſanguineis, & Vbaldinorũ ſectatoribus Florẽtinis
poſſet

A poſſet rex cõmodius ſubuenire. Itaq; Manfredus ad primã Senenſium oratoris expoſi-
tionem mille & quingẽtos equites Germanos duce quodã Iordane dedit, ea illi iniũctã
cõditione, ut tribus in Hetruria menſibus præſtita Senenſi & Florentino extorri operã
in Apuliã ſe reciperẽt. Eo Germanorũ equitatu in Senenſem agrũ perducto, omnes de
Hetruria parte notati Gibellina, & patria extorres, & illa euocati Florentinorũ extorriũ
diligẽtia atq; opera Senis cõuenere: nec ſatis cõſtabat, aut prudẽtiores in cõſilijs elicere
ac explicare poterãt, quid moliendũ aut intentandum eſſet, dignum uel aliqua ex parte
fructũ tanti exercitus opera allaturũ, & angebat præſcriptus à rege terminus continuã-
da ad alicuius urbis ſi qua intẽtaretur obſidione exiguus. Tandẽ Prouincianus Saluani
Senenſis potẽtia inter cõciues, & gratia in populo pollens, prudentiã quoq; maximam
ſibi eſſe tunc oſtẽdit, prædã dicens rapinas, incẽdia, & uaſtitatem quæcunq; in Floren-
tini hoſtis agro cõmitteretur, nõ ſatis dignã fore rem quæ tantis Mãfredi regis, & ſuarũ
partiũ Hetruriæ Gibellinorũ conatibus reſpõdeat, quin potius aliquã curandũ, ut ſedu-
B ctus in prçliũ Florẽtinus deleri cõficiq; poſſit, cui capiẽdæ occaſioni maximè ſit accom
modum, expeditionẽ in Alcinates oſtendere, quem populũ Florentinus uel inde dile-
ctiſſimũ, quod Senẽſi eſt inſenſiſſimus, nulla ratione, nullo ſit deterritus periculo deſer-
turus. Diſſeminatum itaq; primum occultè tanquã inuitis partibus emanauerit, ducen-
dam eſſe in Alcinates expeditionẽ, quæ poſtea primis diebus publicè eſt indicta. Et pla
nè q̃d præuiderat Prouincianus, Florẽtini ad eius deſtinatæ expeditionis famã publicè
cõmoti, priuatis quoq; omnibus Alcinati ſubueniendũ, quibuſdam maturiore conſilio
apparatuq;, nõnullis prçpropere iudicãtibus, cum alio Prouincianus aſtu uaframẽtoq;
uſus pendentes ad arma impulit Florentinos. Subornauit enĩ ex Senenſi populo uiros
mercatores ocij & pacis ut cõſtabat amatores, qui Florẽtiæ ad Antianos noctu ſicut ac
ceſſerãt, perducti, multos quod uerũ erat Senis eſſe iureiurãdo affirmarũt, quib. quietis
amatoribus bellũ diſpliceret, & ueris falſa immiſcendo eo uſq; progreſſi ſunt, ut multos
melioreſq; populi Senenſis quoq; inita cõiuratione oſtẽderint ſtatuiſſe, Prouincianum
C uel interficere, uel patria eijcere, qui unus bellũ alat, à quo tyrannidis accipit alimẽta, ni
hilq; cõficiendæ rei deeſſe aliud, quàm ut oſtenſç per ſpeciẽ occaſionemq; opis Alcina-
tis ferendç Florentini populi copiæ capiẽdç arma populo Senenſi afferãt occaſionẽ: &
cum Antiani tanta re ſatis credẽda ſubdubij uiderẽtur, adactis ſacramẽto ne efferrẽt, &
ſe proditos in capitis periculũ adducerẽt, ſigilla illi protulerunt, quæ coniuratos ad fidẽ
aſtruendam dediſſe iurarũt. Et inflammati ſpe Antiani, ſentientes quoq; contraria ciues
hoc argumẽto in ſuã flexere ſententiã, & ſummo omniũ conſenſu expeditio eſt indicta;
Guelfiq; de Hetruria oẽs auxilia ſunt rogati. Et ne parti Gibellinç cupientes qui Florẽ-
tiç etiã nõ deerãt, domi manẽtes aliquid incõmodi abſente exercitu machinari poſſent;
omnes ſigna Guelforũ præcedere eſt iuſſum, & diligẽtia eſt curatũ. Conuenere ad eam
diẽ Lucenſes, Miniaſq; & Piſtorieſes. Aretinus uerò iuſſus ad fines agri Senenſiũ expe-
ctare, poſtq; omnia ſatis parata erant, delatus in Senẽſem agrũ exercitus ad Arabiç am-
nis pontẽ qui quarto à Senis miliario uia eſt Aretia, cõſedit & præſto fuere Aretini, pa-
D ratiſſimus equitũ peditumq; exercitus, ut Guli. Ptolæmeuſq; affirment XL. in eo omni
exercitu armatorũ milia fuiſſe. Cauerat uerò alia, quàm Florentinus ratione domeſticis
periculis Aretinus, q eiectis patria Gibellinis, portas urbis unica excepta, muro & mate
ria liquerat obſeratas. At Senenſes re ad eum qui maximè deſiderabãt locũ perducta,
cupientiſſimũ Iordanẽ impulerũt, ut ſtructis in urbe aciebus quãta fieri poſſet celeritate
erumperẽt. Cum aũt eſt in Florentinorũ exercitu propius cõſpecta Germanorũ equitũ
cohors, quã Iordanus primã immiſerat, ad ſe ut ea in certamen ex more committendum
crediderũt exercitus duces, altera deinde poſt alterã ſubſequi iuſſa dolũ à Prouinciano
ſtructum tandẽ ſerò intelligi fecit. Subito enĩ qui erant conſcij inuicem uno tenore dixe
runt, promiſſum noctu à peierante Senenſi in Prouinciani perniciem tumultũ, à die niſi
deus ipſe auertat, calamitatẽ Florẽtino populo & Guelfis Hetruriç importaturũ: nec tñ
mora alacri animo in certamẽ itum, & malè mulctatus, qui furẽs impetierat Germanus,
ſecundã aciem Florentini extorres Senenſiſq; equitatus habebãt, quæ ad hoſtẽ ardenti-
bus quidẽ animis, ſed gradu preſſiore cum acceſſiſſet, omnes Guelforũ exercitus nerui
in eam ſunt conuerſi, & prelium conſeri cœptum, multũ cædis & ſanguinis habiturum,

niſi Iordanus quicquid peditatus Gibellino inerat exercitui ꝑ colles uiæ, pōti & fluuio E
imminētes ita diſperſiſſet, ut à dextris ſiniſtriſq;, & à tergo Guelfi repugnare coacti ſint,
nec ordines à principio per ſubitā hoſtis inuaſionē male ſtructos ſeruare, aut reſtituere
potuerint. Eaq; neceſſitas Guelfo addita tot tamq; diuerſis in locis repugnādi multis cō
modo ceſſit, quòd iuſſi à ducibus in pugnā ire, ſimulātes per riuulos & nemora dilabe-
bātur: & eos ferūt ex Gibellinis, qui Florentia ob ſuſpicionē educti fuerāt, partim fugæ
effuſioris initiū dediſſe, partim ubi ſeſe obtulit facultas pugnātes Guelfos à poſteriorib.
cecidiſſe: quin certum eſt quendā ex illis nobili oblatū familia oriundum Pactiæ gentis
Guelfæ nobilis, fortitudinis fama celebrē, primariū Florentini populi ſignū prælio infe
rentem manu qua hoſtilē geſtabat gladio detruncaſſe, & ad ſigni caſum fugā à Guelfis
fœdiſſimā fuiſſe cōmiſſā, ut nullo poſtea in loco præterq; ad maiora ſigna carrhotio in-
hęrētia fracti diſſipatiq; Guelfi, pugnā ut reſtituerent ſint cōnnixi. Ad carrhotiū uerò cū
multus ſit effuſus ſanguis, tandē Iordani interuētu deditio eſt accepta, quā uictorię inſo
lentia, & animorū exaſperatio reijci faciebat. Cędes eius diei à nullo ſcriptore maior tra F
ditur facta, quàm trium miliū de Guelforū exercitu, cùm de Gibellino multos nō dubi-
tē cecidiſſe, & quod certius eſt, quatuor milia captiui cū carrhotio, ſpolijs, & ſignis mili
taribus Senas fuere perducti, cūctis qui prælio ſuperati effugerāt in patriā reuerſis: ma-
gna apud quoſq; Guelfos Hetruriæ animorū cōſternatio, ſed apud Florētinos maxima
fuit, quibus nec extorres expectādi cōſiliū, nec urbē ab illis defenſandi cōfidentia erat.
An. ſal. Itaq; undecimo poſt pugnā die, quā Septēbris ſextādecimā anni ſalutis ſexageſimi duo
M.cclx. decieſq; cēteni fuiſſe cōſtat, omes Florētini Guelforū ſectatores, partiū pars Lucā, pars
Bononiā migrauere, urbēq; Florentiā paucis habitatā, nullius partiū cōtagiōe infectis,
ueniētes Iordanus extorreſq; patēte porta ingreſſi in Māfredi dominatū ſubiectionēq;
ceperūt. Nā Guidoni Nouello comiti attributa portarū cuſtodiæ cura, Iordanus præſi-
dio præfectus, omnia ex arbitrio adminiſtrauit. Et hæc quidē nunc ſatis de his quę Ale-
xandri pont. Romani tēporibus Māfredi opera, uel potius malignitate in Hetruria ſunt
geſta. Ad illa nunc ueniemus, quæ eiuſdem Manfredi fauore atq; inſtigatione per illud G
idem pont. Alexandri tempus in Lombardia & Italia Tranſpadana fuere commiſſa.

## BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLINAtione imperij Romani, Decadis ſecundæ, Liber Octauus.

ECelinum de Romano ſecundi Frederici Imperatoris, cui eſſet uita &
moribus ſimilis, fauore fretum rem Tranſpadanam ita euertiſſe, ut eius
dominio ac tyrannide ſit potitus, ſatis ſuprà oſtenſum eſt. Frederico &
Conrado filio uita functis, & Manfredo per Innocentij pont. tempora
quieſcente, primi omnium Tridentini iugum Ecelinum tyrannidis ex-
cuſſerunt. Iſq; copijs in illos per uallem Suganam miſſis, ingentem edi-
dit crudelitatem, & preſſos obſidione compulit ad deditionem. Exinde Brixiani Guel-
fos eccleſiæ ſtudētes Gibellini, partim cæde confectos, partim eiectos in maximam ca-
lamitatem miſeriamq; coniecerunt: nec tamen pati uoluerūt, ut Ecelinus in urbem cum H
exercitu ingrederetur, cuius capiendæ urbis deſiderio permaximè tenebatur. Quo an-
no pont. Alexander conſtituit laborātibus in Lombardia & Tranſpadanis à tyrannide
Ecelini eccleſiæ partiū ſtudioſis opem ferre, præſertim cùm Venetos haberet ad id cu-
pienniſſimos, qui recipienda urbe Padua nauigium & copias pollicebantur. Creatuſq;
Philippus ex nobili Fontanenſium Ferrarienſi familia, archiepiſcopus Rauennas ſedis
apoſtolicæ legatus, contulit ſe Venetias, qua in urbe armis primum uſus eccleſiaſticis,
quæ uitæ æternæ præmia repromiſit crueſignādis omnibus qui in bello aduerſus Ece-
linum tyrannū barbaris truculentiorem ſigna pontificis & eccleſiæ ſequerentur. Preme
bat tunc Ecelinus Mantuā obſidione multis ac maximis fretus diuerſarū gentiū copijs,
qui præter Germanos equites, pręter accepta à minoribus urbiū oppidorumq; populis
auxilia, duodecim milia Paduanos & militum ſimul & obſidū loco eduxerat, cùm tamē
Veronenſes, Vicētiniq; & Brixiani totidē uolūtarij attribuiſſent. Et prędicta unicus ſu-
perabat auxilia Vbertus Pelauicinus, qui ſuos Cremonenſes Placētinoſq; & cęteros de
regione Gibellinos in eadē Ecelini caſtra cōtraxerat. Parantem Venetijs exercitū pon
tificis

A tiſicis Alexandri legatum extorres, Padua, Vicentia, Verona, & omni Trãſpadana atq;
Lombardia eccleſiæ partiũ adierunt, pariterq; adit Aazo Eſtenſis marchio Ferrariã Ro
mana permittẽte eccleſia adminiſtrãs, cuius copię Venetorũ baliſtarijs & eruceſignatis
additæ conflatũ ex Bononienſibus Romandiolisq; legati exercitũ reddiderunt ingen-
tem, adeò ut Ecelino uideretur uel in cãpeſtribus obuio ardẽtiſſimè cõgreſſurus. Et pręſ
bitæ ſunt omnib. à Veneto naues, præbitæ machinæ, & quicquid bello terra gerẽdo op
pugnationibusq; uſui fore uiſum eſt, à Venetis comportatum. Itaq; ductũ eſt primo, ab
eis in Corregiã uicum. Quò & Anſedinus Ecelini ex ſorore nepos Patauij prætor cũ co
hortibus ſe cõtulit. Is enim quamprimũ parari tantum Venetijs exercitũ intellexit, flu-
uios omnes ſiue Timauũ, Brintã, ſiue Bachilionẽ, naturales, ſiue foſſis ab utroq; ductos
manufacto auerterat alueo deriuatos, ut aqua ſtagnorũ deficiẽte, exercitus in terrã ne-
quiret exponi: & quidem maiores, & militũ pondere grauiores deſtitutum flumẽ aquá
Corregiolæ hoſtiũ naues nõ pertulit, ſed ducti lembis minoribus milites maximè bali-
B ſtarij prohibentẽ excenſione Anſedini militẽ repulerũt. Omni exercitu in terrã expo-
ſito Plębeſſacci oppidum eſt inuaſum, quod magno firmatum præſidio Anſedinus ipſe
præſens cõſeruauit, & legatus inde infecta re profectus Cõcadalbari Caputſiluę, & Bu
bulentam uillas potius cõminutas, quàm caſtella ui cepit. Id quũ reſciſſet Anſedinus op
pido Plæbeſſacci relicto Paduã acceſſit, & legatus Saccenſi oppidanorũ deditione po-
titus fugientẽ Anſedinum ad Paduã eſt ſecutus, cuius ſuburbium ad Ponticurui por-
tam oppugnatũ eodem die aditum & receptum eſt, audaciorq; uictoria redditus legati
exercitus pontis Altinatis portã dura & cruenta utrinq; pugna recepit: nec ultra perre-
xit reſiſtere Anſedinus, ſed fuga ſibi ſuisq; conſulẽs urbẽ Paduã reliquit, quæ illico facta
eſt in legati & exercitus poteſtatẽ: pariter quarto inde die arx in urbis angulo munitiſſi
ma, pariter eodem tẽpore cuncta agri oppida & caſtella fecerunt legata põtificis impe-
rata. Ecelinus interea quicqd Paduæ agerect, ignarus, Mãtua cuius potiri deſperauerat
relicta, Veronã redire pergebat, traiecerat q; Minciũ, ſtatiua ad eius amnis ripas triduo,
C ut dixerat habiturus, cũ mala ſibi Paduæ amiſſæ nunciatio eſt allata. Sed ea diſſimulata,
Veronã properè cum copijs eſt ingreſſus, primũq; omniũ crudelitate ibi debacchatus
eſt omniũ maxima, quas unquam aliàs à tyrãno quopiam, aut perditiſſimo homine cõ-
miſſas eſſe legimus. Eos nanq; duodecim milia Patauinos non quidẽ gregarios milites,
aut diuerſi generis mercede cõductos, ſed ciues & maiori parte optimates, & equites di
uerſis cruciatibus interfecit. Dumq; tanta cõmittitur impietas, tantũ ſcelus, curauit Ece
linus Bachilionẽ fluuiũ repagulis clauſum alueo ſub urbe Vicentia deriuari, quo Padua
undiq; aquis priuaretur, quæ foſſis deductæ manufactis & urbẽ cõmuniunt, & cum plu
rimis uſibus, tum maximè molis ſufficiunt cõuoluendis. Curauerat item interea legatus
Paduæ ſuburbia foſſis circũductis ita cõmuniri, ut conatibus Ecelini quantũuis impe-
tuoſiſſimis de illarũ aggeribus reſiſti poſſet, earumq; opere uixdũ perfecto, aquas redu-
cturus apprime neceſſarias magno impetu maximoq; omnium copiarũ apparatu in Ba
chilionis clauſurã duxit, ad quã urbis Vicentiæ prætorem cum Ecelini copiarũ robore
D obuium habuit, & pari utrinq; animorũ ardore, pari cõfidentia decertatũ eſt. Eratq; pla-
nè ſuperior legati exercitus, cũ Bachilionẽ amoto obice in iuſtũ rediſſe alueum clamã-
tibus operarijs prælium eſt diremptũ. Reuerſo Paduã legato cunctorũ in exercitu pri-
morum cõſilio in Vicentiam expeditio deſtinata, quę & ad Cuſtodiã uſq; uicum dedu-
cta eſt. Quo in loco cũ ſigna Bononiẽſis militia deſeruiſſet, multi eorũ exẽplo etiã ſine
commeatu in patriam ſunt reuerſi, ut legatũ omiſſa Vicẽtiæ potiundi oblata ſpe, Paduã
reducere exercitũ oportuerit. Ecelinus interea ſecũdo amiſſæ Padue exacto mẽſe ingẽ-
tem coegerat exercitũ, cuius fama legatum terruit: unde accerſitis Ferraria, Venetijs &
Mantua auxilijs, eccleſię exercitus eſt adauctus, & cõtulit ſe Paduã cum copijs Grego-
rius Montelongus, quẽ prius Innocẽtio pont. legatum patriarchatu Aquileię ornatum
fuiſſe docuimus, eoq; cordatiſſimo uiro præſente Ecelini, cuius audaciam ſæpe repreſ-
ſerat, mores callẽte ſpes eccleſię exercitũ firmiſſima tenuit fore, ut Ecelinus ueniẽs cum
damno & ignominia pelleretur, quod & propediem eſt factũ: cùm enim multis à Vicẽ-
tia caſtris pręter conſuetudinẽ Paduam duxiſſet ad foſſam corona armatorum cinctam
ſubſtitit, oſtẽſæq; ſunt plerunq; oppugnationes, & tamẽ nulla intẽtata, ſignis ad octauã

dicm derepente cõuerſis exercitus ille pergrandis re infecta Vicẽtiam & inde Veronã B
eſt reductus:ubi eũ diu tenuere animo ſuſpẽſum motus in Germania exorti, quib.aliqd
ſuſpicaretur incommodi.Nanq; Guilelmo quẽ in Romanorũ regem diu antea electum
fuiſſe oſtẽdimus à Friſonũ gente interfecto,electores Germani diſcordes in alterius ſa-
cienda ſubrogatione omnem ad arma Germaniam cõciuere : & tandẽ nominatione fa-
cta nullum habitura effectum,hinc Alfonſus Caſtellæ Hiſpaniarum rex,inde Ricardus
Cornubiæ comes regis Angliæ germanus frater in uanã ſpẽ imperij ſunt adducti.Et ar-
chiepiſcopus Rauennas legatus interea Mantuã ſe cõtulerat,unde theologi Minoriſtę
Brixiam ab eo ſunt miſſi,quorũ prædicatione & ſuaſionibus Brixiani extorres Guelfa-
rum partium eccleſiæ ſtudioſi ſunt reducti, carceribus etiã ex ipſis tentos dimitti impe-
tratum,& in unũ perducta cõcordis ciuitatis regimẽ Brixia eccleſiæ partes,ut cõſueue-
rat eſt ſecuta,cum breui poſt legatus ſua præſentia cõfirmauit.Noua autẽ pauloante re-
bus Lombardiæ calamitas inuecta erat, quòd Vbertus Pelauicinus copias à Mãtuana F
Ecelini expeditione reduxit,Cremonæ & Placẽtię omiſſo quẽ gerebat capitaneus titu-
lo accepit.Quẽ partis Gibellinæ factio omnis de Lõbardia nõ ut ducem magis quàm ut
dominum eſt ſectata.Sed erecti animis Brixianorũ exemplo Papienſes primi,poſt Pla-
centini ſe in libertatem uendicauerũt eccleſiæ & legati fauoribus protegendam. Quo
item tempore,Monſſilicis,& Calaonum,quæ oppida omniũ regionis Paduanæ muni-
tiſſima in Ecelini partibus durauerãt,Azoni Eſtenſi pro eccleſia & legato recipienti de
ditiõe permiſſa ſunt.Et Albericus de Romano, quẽ legatus Ecelino fratri,ut ſimulabat
hoſtẽ in Taruiſio cõſeruauerat,hoſtilia tunc in Paduã facere occœpit. Tantis igitur mo
tibus exciti Vbertus Pelauicinus,& Ecelinus quẽ Germania diſcors terrere deſierat,ſer
uanda tyrannide fecerunt quãtoſcunq; potuerũt maximos apparatus.Quod cùm eſſet
in regione notorium,Brixiani omnium primi rebus ſuis conſuluerunt : accerſitis nanq;
à legato copijs, quas Ludouicus S.Bonifacij comes à Mantua introduxit, Gibellinos
Guelfi patria eiecerũt,& urbs planè eccleſiaſticis eſt permiſſa. Ei reformãdæ ciuitati cũ G
legatus aliquot impẽdiſſet dies,cõtulit ſe Mediolanũ,cuius ciuitatis cõponendis moti-
bus in rebellionem fatiſcentibus plurimos dies cõmoratus eſt. Et eo ibi agente Cremẽ-
ſes fide Mediolanenſibus falſa,quib.diu fuerãt ſubditi,ſeſe Cremonenſibus patronis ue-
tuſtioribus permiſerũt,quorum errati uenia dari potuit,ſi Cremonẽſi & nõ Placentino,
qui præſidiũ induxit deditio facta eſſet. Potitus Crema Pelauicinus, Quintiano & Cal-
uiſiano Brixianorũ oppidis proditione captis præſidia impoſuit, Ecelinuſq; Piſcariam
Veronenſis agri in Brixianum uerſi caſtellum accedẽs, paratum pridem exercitũ eò ſe
iuſſit ſubſequi Pelauicini copijs cõiungendũ.Et legatus interea Mediolanũ profectus,
Brixianus ſecũ traxit copias,hicq; Mãtuano,qui accerſitus aduenerat, exercitui cõiun-
ctis caſtris ad Ollium amnem Gambaræ proximũ ſunt firmata. Viderant uerò Gamba-
renſes oppidani utrunq; Pelauicini & legati exercitum , & quia in eccleſiaſticas partes
Guelfas procliuiores animis eſſent,legatum enixè orauerãt,ut apud eos diuertẽs maio-
res ex ſuis copijs manẽs,in oppido expectaret.Iſq; ueritus ne q erant ad ſua ſigna coacti H
diuerſarũ urbium milites ſe à caſtris abſente delaberẽtur,non cenſuit abeundum,& no-
ctu ſibi renũciatum eſt ab exploratoribus Pelauicini exercitum copijs Veronenſiũ eſſe
auctum. Nec tamẽ ſatis reſcijt legatus Ecelinum fuiſſe, qui eas copias his maiores quas
Pelauicinus habebat,Piſcheriam adduxiſſet, dumq; legatus ad eam nunciationẽ ſolici-
tus quid agendũ eſſet cum ſui exercitus primoribus diſputat, hoſtes rapidum aduenta-
runt,coactiq; ad repagula caſtris ętatis noſtrę atq; etiam illius more appoſita decertare,
eccleſiaſtici milites nullum ſeruare ordinem,nullas ſtruere acies potuerũt,ut prius pene
omnes capti fuerint quàm armati. Captos legatũ & Brixianum epiſcopũ Ecelinus Bri-
xianis partium Guelfarum coniunxit pariter interceptis,& cum ſuo mouẽs exercitu ca
ptiuos omnes præeuntibus legato & epiſcopo in longũ agmen uinctos ad Brixiæ por-
tam præmiſit.Nec uerò expectarunt qui ad urbis cuſtodiam permãſerant Guelfarũ par
tium Brixiani,ſed portarũ claues pilo in uexillum præferẽtes pueri & mulieres ſacerdo
tibus immixti ad exorandã Ecelini miſericordiã ſunt effuſi, quos benignè præter ſolitũ
ac blandè cùm excepiſſet,ad urbis dominatũ magnis plauſibus introductus eſt.Et Pela
uicinus Mantuanos in partẽ prædæ adducens Cremonam ſe cõtulit.Milites uerò quos
dẽ

A de Venetis, Ferrarīēſibus, Romādiolis & Paduanis legatus duxerat, quotquot fuga pro *An. ſal.*
lapſi ſunt in Vrcios oppidū cōfugerunt. Annus is erat ſalutis undeſexageſimus duode- *M.cclix.*
cieſꝗ centenus, quo in tēpore Manfredus regni titulo elatus, & Octauiano pont. lega-
to in Neapoli propè clauſo prima Senenſibus & cęteris de Hetruria Gibellinis pręſidia
dederat: qui de cōflictu apud Gambarā certior factus, Ecelinum ad proſequendum ui-
ctoriam eſt hortatus, parua uſus prudentia, qui Pelauicinū per obliuionem præteritum
ſpernere ſit uiſus, quem pariter aperta cōtumacia ſpernere cœperat Ecelinus, oppidulis
de Brixiano Cremonēſi cōtinentibus, quæ Cremonēſes in partē uictoriæ renuerāt, per
inſidias furtumꝗ receptis. Erat Cremonæ hoſtis Boſus Douarius nobilis præſtantiſſi-
muſꝗ ciuis, quo in regione gratiſſimo curāte Cremenſes à Mediolanenſi, ut oſtēdimus
defecerāt. Is indignatione cōmotus Ecelini rapacitatis, cui nulla eſſet ſociorū commodi
& utilitatis ratio, Pelauicinum Cremonenſeſꝗ facile traxit ineundam eſſe quā ipſe con
fideret redintegrare, cū Mediolanenſi amicitiā & fœdera, cum illo Mātuanoꝗ, & cæte-
B ris eccleſiæ ſtudioſis in Ecelini perniciē accipiēda. Et planè Boſi Mediolanū miſſi ope-
ra Martinus Turrianus præpotens in Mediolano ciuis, eam ciuitatē Cremonenſi con-
ciliatam ad arma ſimul cum cæteris de Lombardia ac Trāſpadana in Ecelinū ſumendā
impulit. Gregorius interea Mōtelōgus patriarcha Aquileiēſis nō modò cōtinuerat in
fide Paduā, ſed copias Venetijs Romādiolaꝗ acceſſiuerat Mātuā trāſmittēdas. Et ade-
rat illi aſſiduus Azo Eſtēſis marchio, quē patriarcha iuſſerat euocatas Ferraria coactaſꝗ
undiꝗ, ut diximus copias, Mātuā perducere. Annus interim à ſubdita Ecelino Brixia a-
ctus erat, quo in anno copias ille nō magis auxerat, ꝙ pridē habitas noua diſciplina ar-
mis equis & milite expedito inſtruxerat, ut eſſent pauci multorū operā pręſtaturi: & no
ua per id tēporis redintegrata à Martino Turriano cū Cremonenſibus amicitia Gibel-
linos Mediolanenſes ab inuidia in proditionis ſcelus impietatemꝗ in patriā concitaue
rat. Fueruntꝗ proditionis autores capitanei, & Valuaſores, quos Fredericus ſecundus
eo cognomine notatos potius ꝙ honeſtatos ſuarū partiū primores uoluerat recogno-
C ſci. Hi nanꝗ miſſis occultè nuncijs, & primorū filijs in obſides datis, Mediolanū Eceli-
no, ſi properè duceret, prodere ſpopōderūt. Et iam hinc Ecelinus Vrcios obſidione pre
mebat, inde Martinus Turrianus demandatū ſibi à populo Mediolanenſem exercitum
eduxerat, Azoni Eſtenſi, & Ludouico Bonifacienſi ac Cremonenſibus apud Soncinū,
quò illi cōuenerant coniungendū. Itaꝗ Ecelinus tantæ ſpei fœderibus conſtitutis, agrū
Vrciorū uaſtat incenditꝗ, & impedimenta iubet feſtinanter in Brixiam cōportari. Inde
nocte cōcubia per pontem Palatioli cum expeditiſſimo quinꝗ milium equitatu profe
ctus ad pontem Caſſiani Abduæ impoſitū primis ſubſtitit caſtris, ubi quum nullus eſſet
repertus, quod in fœdere aſcripſerat, à Mediolanenſibus coniuratis miſſus, malo ſe au-
gurio mouiſſe domo dixiſſe fertur, & ſublatis repēte ſignis in Modoctiæ ſuburbia eſt
delatus: effeciſſet uerò quod cōcupiuerat Ecelinus, niſi nouo deus auxilio illius aduerſa
rijs ſubueniſſet. Bergomēſis nāꝗ uir quiſpiā parti Guelfę cōſtitutam, cuius erat cōſcius,
proditionē Martino Turriano per celerem nuncium manifeſtauerat. Et uno eodemꝗ
D die hinc Ecelinus ab Vrciana obſidione mouit, inde Martinus Mediolanū reuerſus co-
pias, ne dilaberentur, in Romanæ portæ ſuburbio continebat. Qui uerò Soncini erant
Eſtenſis, Pelauicinuſꝗ, & Bonifacienſis duces Ecelini ueſtigia ſequuti, quo die ad pon-
tem Caſſianum peruenerant, eademꝗ die Modoetiam Ecelinus oppugnatam, quum
non cepiſſet, Tricium duxit, cuius oppidi ſuburbia ui capta diripuit ac incendit: & cum
arcis ualidiſſimæ cuſtodes non ſolum reſiſterent, ſed illi iaculis ſaxiſꝗ supernè dimiſſis
infeſtiſſimi eſſent, uicum acceſſit mercatum populo frequentiſſimū nulli moleſtus, qui
annonam equitatui præberet. Nam angi mœrore cœperat, & planè incommodū perni-
ciemꝗ extimeſcere, Martino quod nouerat in Mediolani ſuburbio copijs agēte, & cæ-
teris hoſtiū copijs reditū in Brixianos prohibere ac intercludere paratiſſimis. Et iam ex
ſuis Italicum quenꝗ in fugam deſertionemꝗ ſignorum pēdere cernebat. Quamobrem
deſperatione ductus, tanquam hoſtes inuaſurus duxit in pontem Germano equitatu
media ſui exercitus parte præmij ingentis pollicitatione onerato, ut uel tantiſper hoſtē
ponte deturbatum auerterent, quoad ipſe tranſgreſſus ſuæ ſaluti fuga armiſꝗ conſule-
ret. Sed durum atque impoſſibile fuit Germano ferocem ponte militem deturbare, qui

apertis illis cãpis par pugnãdo ſuperiorq; fuiſſet. Et Ecelinus dum inſtat urgetq; ſagitta E
in incertum miſſa ad crus infimũ ſaucius homo decrepitus, qui annum ageret octogeſi-
mum laxari cœpit, & tamen timore uires addente, omiſſa põtis pugna, amnem paulò ſu
perius uado traiecit. Et prælio leui cõmiſſo captus uir malignus, Sonciumq; perductus
interijt, hicq; finis tyranno fuit, qui quatuor & triginta annis Tridentũ, Feltrum, Ciuita-
dum, Taruiſium, Paduam, Vicentiã, Veronam, & demũ Brixiam oppreſſas tenuit. Quę
urbes ad eius mortis nuncium ſeſe in libertatẽ Romanę eccleſiæ obnoxias uendicarũt,
Taruiſina urbe excepta, quã Albricus frater, ſicut docuimus obtinebat. Eũq; Taruiſini
patriarcha hortante, ac præſidia pollicente, ut caperent occiderẽtue intentarũt. Quod
cum ille reſciſſet, uel potius eſſet ſuſpicatus, ad S. Zenonis caſtrũ in regione munitiſſi-
mũ, uxorẽ filioſq; & filias cum ſuppellectile theſauroq; pręmiſit, & nocte ſubſecutus o-
mnia diligẽtiſſimè & copioſiſſimè parauit perferendæ obſidioni ꝙ diutinæ neceſſaria:
quem longe fefellit opinio, quod quatuor tantummodo mẽſium perpetuis penè oppu-
gnationibus defatigati cõmilitones ſui facta deditione eum uxoremq; & filios ac filias F
uinctos in manus hoſtiũ perduxere: quos omnes mutuo ſe conſpicientes, ac uitæ antea-
ctæ uiciſſim culpãtes diuerſis tormentorũ & quidem exquiſitorum generibus, qui pa-
rentibus filijſue, aut fratribus ab Ecelino, & ipſo Albrico orbati erãt, excarnificatos in-
terfecere: nec uerò minores fuerũt motus, qui põtificis quoq; Alexãdri quarti tẽporib.
hinc Cõſtantinopolim inde Chriſtianas Aſię urbes & inſulas agitauere. Cupiuerat Ale-
xander ipſe ad prima aſſumptionis ſuæ tẽpora Chriſtianis Aſiæ rebus ſubuenire, q̃d ut
intẽtaret, nedũ perficere poſſet à Manfredi agitationibus eſt prohibitus. Erant e͠m Pto-
lemaida, Tyruſq; urbes opum amplitudine, populorumq; frequẽtia adauctæ, utpote in
quas Veneti, Genuẽſes & Piſani per annos iam quatuor & ſexaginta quot à Chriſtianis
fuerant poſſeſſæ, omnẽ orientis occidentiſq; cõtraxerant mercaturã. Qui tres de Italia
populi ſeparatas quiq; areas, & uicos domibus cõtinuatos, ſeparata habebãt prætoria,
in quibus iudicia in ſuos tam ciuilia ꝙ criminalia exercebant, nihilq; erat duobus eo-
rum populis in eadem urbe præter eccleſiam cõmune: de qua tamẽ apud Ptolemaidam G
Veneti, Genuenſeſq; altercationibus ſæpenumero cõtenderũt, quod Veneti tertia eius
urbis parte in uim fœderũ pridem cum Balduino rege Hieroſolymo ictorũ donati, mo
naſterium S. Sabæ eius urbis primariũ ſibi propriũ tenere quæſiuerãt. Hiſq; auditis con-
tentionibus, Alexãder pont. cenſuit iuſſitq; monaſterij illius collationis ius, & omnem
diſpoſitionem utriq; populo fore cõmunes, cuius cõceſſionis apoſtolicas literas ne ab
altero occultarẽtur eodẽ utriq; tenore dedit. Sed Genuenſis pręueniẽs literas Philippo
Mõteforti Gallico Ptolemaidæ urbi tũc de more expeditiõis Chriſtianę pręfecto oſtẽ-
dit, & eius amicitia fretus monaſteriũ in arcem caſtellúmue communitum ſibi, excluſo
Veneto, tenere cõſtituit. Suborta exinde contentio tumentes prius nõ inuidia magis ꝙ
illatis hinc inde iniurijs & damnis duorum præpotentiũ populorum animos exacerba-
uit, quos tantũ abeſt, ut demulcere ac mitigare quæſiuerit Philippus, quod Venetos ter
tiam urbis partẽ dominij, ut dicebãt, ſibi arrogãtes, populariter Ptolemaida abire iuſſit.
Eam iniuriam, id damnũ dedecuſq; indignè tulit Venetus, & Tyro quò ſe receperat, Pi H
ſanos allocutus facile in ſententiã duxit, & ſpreto fœdere quod cũ Genuenſi pauloante
iecerãt, ſocietatem ipſi nouam in communem utriq; hoſtẽ Genuenſem inierũt. Perq; id
tẽporis alia item pacis belliq; fœdera cum Manfredo regem ſe appellante pont. Alexã-
dri quinto anno cõſtituta ſunt, in quib. id expreſſe actũ eſt, ut in ſolos de Italia Genuẽſes
claſſis Veneta regiæ adiungeretũ. Dũ eis Veneti fauoribus cõparandis intenti ſunt, Pla-
cẽtia Cypri regina, duxq; Antiochenus, & tẽpli Hieroſolymi magiſter, ac Ioãnes Ibelini
comes, quib. eſſet aſſidua Ptolemaidę Tyriq; cõuerſatio, Mõtefortẽ inſolẽtię, temerita-
tiſq; & iniuſtitiæ increpauerũt, fore dicẽtes, ut niſi re in integrũ reſtituta, Venetos cõci-
liet, rẽ in Aſia Chriſtianã id erratũ, id ſcelus ſuũ euertat. Cumq; elatũ, & q̃d cõſtat ſemia-
mentẽ hominẽ in peruicacia perſtare Veneti reſciſſent, triremes tredecim, quæ ſibi tũc
Tyri erãt, raptim educũt, Ptolemaidam aduolant, catenã qua portus claudebatur refrin
gunt, ilicoq; naues Genuenſiũ tres ac uiginti, triremeſq; binæ exarmatę incẽdio abſum-
ptæ, ac S. Sabæ caſtello monaſterium impoſitum eſt deſtructũ. Genuenſes uerò interea
apud Tyrum & ipſi duas & uiginti triremes armauerant, quę Venetorum auctæ in dies
claſſi

A claſſi ſępenumero cōcurrerunt, ut nullis per id temporis Saracenis, aut Turcis euertēda
re in Aſia Chriſtiana fuerit opus, ſucceſſit tamē paulisper Veneta claſſis in mare Pōticū
delata, quę Meſembriā urbē de Saraceno expugnatā diripuit. His quę apd' Ptolemaidā
geſta diximus, Genuę nūciatis, claſſem ea reſpublica ingentē armauit, triremes quadra-
ginta, naues ceteas decē, quæ Tyrū ſunt miſſę, & pariter Rainerius Zenus dux triremes
Venetijs quindecim, taredas decē, & qui ex Venetis Ptolemaidæ agebāt, undequadra-
ginta uachetas naues ceteas decem parauere, pareſq; potētatu & armis in Aſia Veneto
Genuēſes hoc uno erāt inferiores, q Tyrū uterq; cōmunē habebat urbē, in qua quātum
claudebat portus, hoſtilia à Latini nominis magiſtratu inuicē facere prohibebāt. Ptole
maida uerò Genuēſis cum ſuo Mōteforti erat excluſus, unde Veneto cōmoda præſidia
accedebāt. Alexāder interim pont. Romanus his quę apud Ptolemaidā malè inchoata,
peiores apud Genuā, Venetiaſq; progreſſus habebāt, auditis, oratores ab utraq; repu. &
pariter à Piſana ad ſe mitti curauerat, pacēq; inter eos cōponere erat connixus, quæ iam
B pro clauſula habebatᷣ: cùm ad annū ſalutis ſexageſimū, duodecieſq; centenum, ex Aſia An. ſal. M.cclx.
eſt allatū, ingētes, & niſi Veneto Piſanus acceſſiſſet, pares eas claſſes, Ptolemaidā inter
& Tyrū acre prælīū depugnaſſe, cuius uictoria duobus cōiunctis populis cōtigiſſet: &
hinc Genuēſes quinq; & uiginti de ſuo amiſſis nauigio in Tyri portū cōfugit, inde uictrix
Veneta Piſanaq; claſſis Ptolemaidā eſt reducta: abuſuſq; eſt uictoria Venetus, qui pu-
blica tūc primū ac priuata Genuēſis populi in Ptolemaida ędificia demolitus eſt, turrim
ingētē cū prętoria cui erat appoſita, & horrea, mercatorūq; apothecas, qnetiā uiatores,
præco & apparitores, q de Genuēſi ad eam diē manſerāt Ptolemaidę ſunt expulſi. Cùm
itaq; Genuēſis reſp. ſuos à Romana curia reuocaſſet ad pacē tractādā miſſos oratores, id
à Venetis pōtifex impetrauit, ut captos in pręlio dimitterēt Genuēſes. Erāt itē ea tēpe-
ſtate res apud Cōſtantinopolim in peſſimū adductæ locū, adeò ut Balduinū Imp. cæte-
roſq; Latini nominis in Romania agētes retinēdi ea quę erāt reliqua deſpatio inuaſiſſet,
quib. & uires & animos reſtituit ducta in Aegeū primo, poſt in Pōticū mare Veneta claſ
C ſis, quam ex uictoria in Ptolemaidæ portū reductā fuiſſe docuimus. Et fortè tūc accidit
Theodorū Vattari Gręcorū, ut appellabāt, Imperatorē mori, duob. filijs ſupſtitibus, qui
bus pueris Michaelē Palæologū ſibi affinitate cōiunctū teſtamēto dederat tutorē. Qua
ut apparuit ſecuritate per Imperatoris Latinorū rebus addita, claſſem Veneti à Pontico
reuocarūt. Sed Michael Palæologus uir ingētis ſpiritus multa in Latinos eſt aggreſſus,
quę Vattari penè decrepitus dimiſerat intētata, primumq; omniū Guilelmo Frācigenæ
Achaiā, & proximas Gręciæ regiones obtinēti pręlio cōgreſſus eum ſuperauit, captūq;
Adrianopolim perduxit: inde uerſam in mare Ponticum regionem, ut reciperet, miſſo
exercitu curare cœperat, cùm Balduinus Imp. copias quę ſibi erant omnes nauibus im-
poſuit, quas præfecto claſſi prætore Cōſtantinopolitano gēte Venero, ad ipſius Pōtici
oræ defenſionē uoluit circūduci. Interea qui erant Cōſtantinopoli uetuſta origine Græ
ci odioſum pridē, ut eſt gentis natura, Latinū nomen inde cōſtituerāt eijcere. Inita itaq;
cōiuratione Palæologus de recipienda urbe per idoneos eſt admonitus. Claſſe igitᷣ im-
D peratoria, quæ omnes aſportauerat Latinorū neruos, in Pōtico iam agente, adueniens
exercitu Palęologus, refracta à coniuratis porta nocte cōcubia eſt admiſſus. Balduinus
uerò Imp. & Pantaleo Iuſtinianus patriarcha nauigio derepente cum ſuis omnibus &
rapta ſupellectile ad Euripum ſeſe profugi receperūt. Potitus urbe Palæologus ea iecit
rebus ſuis impietatis ſceleriſq; fundamēta, quibus poſtea reſpondit omnis ſua ſucceſſo-
rumq; ex ea cognatione Imperatorum uita, qui tātum imperium, tantam Romani olim,
poſt Græci, demum Latini nominis dignitatem ſuis leuiſſimis perditiſſimiſq; moribus
in manus Turcorū dedere, potius quàm peruenire, aut prolabi permiſerūt. Is enim tutor
crudeliſſimus pueros fidei ſuæ ſub affini nomine ab eo qui eum extulerat cōmendatos
cùm interfeciſſet, imperium aſſumpſit. Finiſq; fuit Latinorū in Conſtātinopoli imperio
per annos duo de ſexaginta cōtinuato. Qua itē tēpeſtate Octauianus cardinalis Vbal-
dinus, re Neapolitana, & illius regni, quàm parum feliciter adminiſtrauerat omnino de
relicta, ad Alexandrum pont. Viterbij agentem redijt. Nam poſtquam is pontifex Cla-
ram uirginem anno pontificatus ſui tertio Ananiæ in ſanctarum collegiū retulit, Viter-
bium ad pacē, de qua ſuprà diximus, inter Venetos & Genuenſes tractandā ſe contulit.

Vbi

Anno ſal. Vbi anno ſalutis primo ſexageſimo, duodecieſq; cẽteno diẽ obijt, uaria & maiore parte E
M.cc.lxi. aduerſa cũ omni põtificatus tẽpore, tum maximè extremo anno fortuna uſus, qui omne
regnũ Siciliæ contra atq; ſciuerat, & urbem Florentiã in Manfredi hoſtis eccleſiæ pote-
ſtatem ueniſſe, Cõſtantinopolim à catholicis amiſſam, bellum inter potẽtiſſimos Italiæ
populos Venetũ Genuenſemq́;, & Piſanũ eſſe inchoatum, eodem quo obijt anno uidit,
ut ſola, ſed ſolida, & multifaciẽda eum cõſolari potuerit felicitas illa Tranſpadanorum,
Lõbardorũq; eccleſiæ deditorũ, quos eodẽ quoq; anno Ecelini Alberiniq; fratris exci-
diũ ab immani horrẽdoq; ſeruitio liberauerat. Suffectũ Alexãdro Vrbanũ eius nominis
quartũ pont. Romanorũ ex Trecenſi Gallica urbe oriundũ, tribus annis & menſe uno,
quibus uixit, eadẽ Manfredi tyrannidis, quæ & Alexandrũ uſſit cura, ut eiſdẽ penè di-
uiſionibus rerũ diuerſis in locis geſtarũ, quas ꝓximè ſecuti ſumus, utẽdũ eſſe ducamus.
Primumq; locũ res habebit Hetruſca. Gibellini Florentiã reducti Guelforũ, qui patria
exceſſerãt, inter ſe cũ diuiſiſſent, multas illorũ ædes, turreſq;, & uillas demoliti ſunt. Idq;
impetu & furore factũ, inde miſſi ſunt ad Mãfredũ oratores accepti ab illo beneficij gra F
tias acturi, & magnis oraturi precibus, ut Iordanẽ cũ equitatu præfixo termino diutius
apꝺ eos ſineret permanere. Interim Hetruria om̃is motibus turbata erat, Guelfis alicubi
illos uictoriæ cõfidentia & fauore patria deturbãtibus, Guelfi tamẽ Aretini omniũ pri-
mi quàm primũ, qui prælio ad Arabiam cõmiſſo ſuperfuerant, in patriam peruenerunt,
quicquid erat domi reliquiarũ Gibellinæ gentis malè habitos expulerũt: pariter Minia
tenſes Piſtorienſeſq; fecerũt. Lucenſes uerò cõfiſi pręſidio, quod Florẽtini apud ſe exu-
lantes præſtabãt, intentauere. Et à Manfredo interea Florentiã redierãt oratores, id ma-
ximè nunciãtes paucorũ menſiũ moram Iordano equitatuiq;, & ea quidẽ difficulter re-
gem conceſſiſſe. Anxius nanq; animi eſſe cœperat ab Vrbani pont. apparatibus, quos
eum ingẽtes facere intellexerat. Cruceſignãdos enim ex omni orbe Chriſtianos, ſed ex
Gallijs accuratius ſacroſancto de more decreto exciuerat, q̃ ductos à Mãfredo in Italiã
Siciliãq;, Saracenos, & ipſum eccleſiæ hoſtẽ armis pergerẽt deturbare. Ea itaq; oratorũ G
denũciatione nõ magis Florẽtini, q̃ cæteri de Hetruria Gibellini ſunt territi: quippe qui
intelligerẽt ſe eo carentes præſidio certaminibus ubiq; implicandos, in quibus ſuccum-
bere timebãt. Vt ergo quid agendũ eſſet, prouidendumq; diſcutere poſſent, cõuentui lo
cus apud Emporium oppidũ eſt indictus. Ibi cùm multa & uaria eſſent à ſingulis dicta,
Piſani, Senenſeſq; facilè in eandẽ ſententiã uenerũt, nil ſalua urbe Florentina prouideri
diſcerniq; poſſe, quod ſolidã diuturnamq; allaturũ, cõſeruaturumq; ſit Gibellinis Hetru
riæ ſalutẽ: ea autẽ ſublata urbe, & Guelfis illis Hetruria omni, quod facile foret pulſis, ni
hil poſſe incõmodi uictoribus impẽdere. Intererat cõuentui Farinata Vbertus, nullum
interea uerbũ, ut eius hominis naturã ac mores diximus fuiſſe locutus, qui eandẽ diruẽ-
dæ Florẽtiæ ſententiã refricari audiẽs, tunc aſpectu cõmotior aſſurgẽs dixit, Florẽtiam
urbem, quã ipſe nõ ędificaſſet, ſe uiuo dirui nõ paſſurum: hiſq; dictis cõſilio ſe proripuit,
quod ilico diſſolutũ eſt. Poſt paucos exinde dies profecturus Florentia Iordanus omni
bus bello ſocijs Hetruriæ Gibellinis facilè perſuaſit, cõductos ſtipendio equites mille, H
quibus in cõmuni omnes ſoluerẽt, Guidoni Nouello attribuẽdos: quẽ præfectũ præſi-
dio adminiſtratoremq; Florẽtiæ pro Mãfredo relinquebat. Iſq; uir celſi & ipſe animi eo
equitatu cõſcripto, & ciuitatib. oppidiſq; Gibellinis copias ad ſe mittere iuſſis, conflatũ
inde exercitũ in Lucẽſes duxit, apꝺ quos exules Florẽtinos frequẽtiores q̃ alibi eſſe no
uerat. Iãq; Nouellus nõnulla ceperat de Lucẽſibus caſtella, cũ illi à Florẽtia nunciatũ eſt
Florẽtinos exules Signiã furto occupaſſe, quo ex oppido natura loci munitiſſimo Flo-
rẽtinus pariter & Piſanus agri maximè poterãt infeſtari. Irruerũt igiť propè populariter
Piſani, & eò ducturus ſigna cõuerterat Nouellus, cũ ſibi eſt celeritate relatũ, noctu ꝓfu-
gos occupatores oppido exceſſiſſe, maximũq; is auſus Lucẽſi ſimul & Florẽtino exuli
attulit incõmodũ, q̃ eo Signẽſi facto elatiores redditi, pręlio quoq; pręſũpſerũt cũ No-
uello decernere, à quo fracti fugatiq; ac multa cęde cõfecti ſunt, agerq; Lucẽſis tũc om̃is
in Nouelli poteſtatẽ eſt factus. Ea affecti clade Lucẽſes, pacẽ quibus petebãt libertatis
retinẽdæ cõditionibus nõ impetrauere. Et Aretini interea, Guelfarũ partiũ bello à ſuis
extorribus Gibellinis à Senẽſibuſq; agitati ægrè reſiſtebãt. Qui Nouellũ quoq; ductu-
rum in ſe audientes ſpõte patria migrauerũt. Quam qui ſunt reducti extorres Gibellini
acceptis

A acceptis à Nouello magiſtratibus pro Manfredo tenuerūt, eorumq́; exēplo Piſtorienſes Gibellini Guelfos quū eieciſſent, facti ſunt in Manfredi magiſtratuū poteſtatē. His deterriti aduerſariorū ſucceſſibus, Lucenſes fœdera clandeſtinè cum Nouello inierūt, per quę Mãfredi dominio ſunt ſubiecti. Inde improbati, quod Florētinos apud ſe exulātes, conſiliū fœduſq́; cum Nouello ictum cælatos de repentè pelli oportuit, quibus uxores, paruoſq́; filiolos in fugæ modū trahentibus, nihil quod domi eſſet præter indumentum aſportādi facultas eſt præbita. Hiq́; omnes facto agmine tranſmiſſo Apēnino Bononiā peruenere. Sicq́; omnis Hetruria tūc Mãfredo, aut ſubdita fuit, aut eius magiſtratuū uoluntati, omneſq́; Hetruſci Guelfarū notati partium patria pulſi Bononiā ad Florētinos exules confluxerūt. Quæ omnia quarti Vrbani primo pontificatus anno fuerunt geſtā. Quo item anno motus prędictis ſimiles ac prope maiores Lombardia pertulit, & regio Trãſpadana Ecelini morte audita, quod ſuprà diximus, quæſiuerāt omnes, cœperantq́;
B libertati ſtudere, quā Romanæ fauor & umbra eccleſiæ protexiſſet. Brixianos tñ omniū primos inchoatā pauciſſimis diebus quietem continuare prohibuit tyrānus: cùm enim Gibellini urbē adminiſtrātes Guelfis reducēdis ſuſpēſi animis deliberabūdiq́; pēderēt, Vbertus Pelauicinus id fieri diſſuaſit, per cuius facti ſpeciē cōſeruādi copias urbi admouit, de quo loco clādeſtina cū extorribus Guelfis machinatus eſt, remq́; in eū perduxit locū, ut ubi adminiſtrādæ ab utriſq́; pręfectus eā ſibi dominio ſubegerit. Mãſerat ad eā diem in carcere archiepiſcopus Rauennas Romani pont. legatus, quod eum Gibellini ne Guelfis faueret dimittere noluerūt. Quē poſtea Pelauicinus in carcere iuſſit diligentius cuſtodiri, ne prouinciā in pace, & pōtificis obediētia liberatus cōſeruaret, quā ipſe turbatā euertere & ſibi ſubijcere intēdebat: hic epiſtolas ſpreuit, quas Vrbanus pōtifex pro liberatione legati multas ad eum dedit. In quā liberationis deſperationē cum ſe adductum cerneret archiepiſcopus, ingenio eſt uſus. Nanq́; corruptis re pecuniaria datis à Pelauicino cuſtodibus fugiēs Mantuā ſe cōtulit, quæ urbs ſimul cū Verona, Vicētia, &
C Padua inchoatā ad Ecelini mortē concordiam ac pacem cōſeruauit. Veronenſes enim accerſitum Mantua Ludouicum S. Bonifacij comitem ciuem ſuum nō ut dominum, ſed tanquā publicorū directorē executoremq́; conſiliorū uenerabātur. Et Mantuā Rauennas archiepiſcopus ſua præſentia tutā reddidit, prout Gregorius Montelongus Aquileienſis patriarcha, Paduā, Vicentiam, Taruiſiū, Feltrumq́; & Cenedā tutabatur. Pelauicinus uerò præter Brixiā, Cremonamq́; ſubditas ſibi urbes, Placētiam, Parmā, Papiam, & ipſum etiā Mediolanū ita ſuis infecerat partibus, ut alter Ecelinus uideretur effectus. Parmenſibus autē Pelauicini partes ſectātibus, Mutinēſes & Rhegini, Ferrarienſiū, Bononienſiumq́; cōſilio eccleſiæ partes tenuerūt, quod ut ſolidius certiuſq́; facere ac cōtinuare poſſent, Gibellinos ex utraq; urbe armis eiecerūt. Ad quā rē cōficiendā accerſiti Bononia exules Florētini, maximo fuerūt auxilio, q̄d hi armis tractādis ſimilibuſq́; gerēdis rebus innutriti, odio quoq; Gibellini nominis opetā ſuā ardētius nauauere, & eos rerū inopes familia extra patriā grauatos, prædæ auiditas incitabat. Bona ēm illorū, qui Mutina primū, poſt Rhegio pellebātur, ipſis Florētinis in præmiū ſtipendijq́; locū pro-
D miſſa affatim ſunt cōceſſa, adeò ut inde ditati, equos, arma, & famulatū ſibi parauerint, in cohortemq́; creuerint ſplēdidiſſimi equitatus. At apud Cōſtātinopolim eodē primo pontificatus Vrbani anno Veneti Palæologū bello agitare non deſierāt, quem ui & armis tyrānide deturbaſſent, niſi illū Genuēſes ſummis conatibus protexiſſent. Nāq́; belli ſocietate ſecū inita claſſem eò perduxerunt omnem, quā poſt acceptā prælio cladem ad Tyrum maiorem prima inſtructioremq́; habebāt. Guilelmus ille Gallicus, Achaiæ, & Bithynię princeps, quē in tutorē ſe agentē ſuperatū captumq́; fuiſſe oſtēdimus, caſtrum Malualiæ munitiſſimū obtinebat: quod cū Palęologo permiſiſſet, carcere liberatus, iſq́; Venetis fœderatus bellū acre in Cōſtantinopolim ſubditaſq́; Palęologo prouincias gerebat, ut Creta, Euripoq́;, quæ & Nigropōtus, Motonio, Coronioq́; & Nauplio, ſiue ut dicūt, Neapoli, Romaniæ, Venetorū locis Guilelmi principatus, regio bello cōiunctis tanto Palæologus indiguerit præſidio, quantū uexerat Genuenſis, Venetæ ēm claſſi in Pōtico fuerat: ad primos nunciare Palæologi tyrānidis motus ſeptem & triginta triremes, Rainerius Zenus dux addiderat: quæ dū Ionio mari nauigat, ſexaginta Genuēſiū Grecorumq́; triremibus ad Theſſalonicenſem ſinem obuiauit. Illiſq́; nihil mouentibus,

Veneta

Veneta claſſis minor maiorem impetere nõ eſt auſa. Sed hac noua claſſe Nigropõtum E
appulſa,tres aliæ Venetorũ triremes Conſtantinopolim prædarum iuerunt: dumq; fa-
ctam ingentẽ aſportant prædam nauigio,quod apud Theſſalonicam,Genuenſem Græ
cumq; habuiſſe diximus in Boſphoro obuiæ fuerũt captæ,& partem uirorũ qui inerant
Genuenſis interfecit, partem aliam omnẽ Conſtantinopolim ductã Palæologus excæ-
cauit.Eadẽq; Genuenſis & Græca claſſis paulopoſt egreſſa Boſphoro ad Veneti dãna
circũacta eſt,cui duæ & triginta Venetorũ triremes fortè apud Potros inſulam ſunt cõ-
greſſæ,prælioq; potẽtiſſimæ claſſes magnis utrinq; animis decertarũt:& Venetus ſupe-
rior quatuor ex hoſtili claſſe captas abduxit,cæteræ cõnixæ remis ueliſq; in portũ Mal-
uaſiæ confugium habuerũt. In Aſia uerò interim Ptolemaidã urbem incolentes hoſpi-
talis Rhodi magiſter,cæteriq; nominis Latini proceres ita Venetis fauebãt,ut ipſorũ ea
urbs iuris potius quàm omnium Latini nominis populorũ eſſe uideretur: econtraq; Ty
rum incolẽtes Genuenſi fauores pro uiribus ſupraq; præſtabãt, ut hæ urbes tanto captę
retentæq; Chriſtianorũ ſanguine,deteſtãdo affligerentur bello, quæ à Saraceno interea F
quieſcebant.At Manfredus Hetruria,ſicut diximus,penè omni potitus Marchiã quoq;
Anconitanam dubia utriq; fide uacillantẽ ſuis partibus cõſentire coegit, moxq; moliri
cœpit,ſi quà poſſet põtr. Vrbanum cæteris eccleſiæ prouincijs expellere,cumq; machi
nationes intentatæ ſatis nõ ſuccederẽt,uim apertã adhibuit. Saracenos enim ex Africa
mercede cõductos ex Sicilia accerſitos alijs cõiunxit Saracenis, Luceriã,ſicut ſuprà do
cuimus,Frederici patris ſui dono decretoq; incolentib.Hiq; nihil ab excõmunicationè
morati Furſinonem uſq; Campaniã populati,pariterq; Guido Nouellus ex agro Senẽſi
mouẽs,terrã Hetruſci eccleſiæ patrimonij populabũdus impetijt. Præuiderat diu pon-
tifex hæc futura,miſeratq; S.Clementis cardinalẽ in Gallias, quo curante prædicata crũ
ceſignato ingentem exciuerat militiam in Manfredum complicumq; de Italia,& in pri-
mis in Saraceni excidiũ pugnaturã,Guidoq; Antiſiodorenſis epiſcopus, Robertus co-
mitis Flãdrenſis filius Caroli prouincię,& Andegauorũ comitis gener,& Ricardus co- G
mes Vindocienſis cruceſignati eam ſibi prouinciã aſſumpſerunt: quorũ edicto cruceſi-
gnatis,qui ſuas uellẽt ſequi copias, dies ad conueniendũ apud albam Pompeiam Italiæ
ſub Alpibus urbem dicta.Cõtractum inde exercitum in Hetruriã ducturi duces Gallici
Lombardia iter facere conſtituerũt,non ignari Pelauicinũ Manfredo conſortẽ,ut tran-
ſitu eos intercludat pro uiribus enixurũ.Cùm eſt in Brixianos uentũ,Pelauicinus para-
tiſſimas oppoſuit copias, quæ prę lio leui comiſſo fractæ ac diſſipatæ ſunt, alterq; exerci
tus Pelauicini maior ſe præſente ad Ollium amnẽ oppoſitus nõnihil moratus eſt cruce-
ſignatos,quòd ad amnis uada pugnandum fuit obicibus cõmunita: deſtitit tamen ince-
pto Pelauicinus, Mãtuanos à tergo inſtare ueritus, quos nõ dubitabat pro exercitu ſup
petias allaturos.Progreſſi Mãtua,& inde per Bononiã,Romãdiola cruceſignati Peru-
ſiam peruenire,quos ad benedictionẽ ad ſe cõuocatos põtifex à Viterbio per Sabinos,
Marſioſq; in Campaniam deduci curauit.Romani eñ & ſi nihil aduerſus eccleſię terras
per ea tempora moliti erant, pontificẽ tamen Vrbanũ ſicut nec defunctũ paulo prius H
Alexandrũ ut in dominum admitterẽt,adduci nõ potuerant: & tamen omiſſa ſenatoris
ex Romana gente pridẽ ſolita creãdi conſuetudine, ſenatorẽ tũc primũ externæ origi-
nis habere cœperãt, Brãcaleonem quendã Bononiẽſem, qui ut integer magnanimuſq;
promiſſam iureiurãdo iuſtitiam cõſeruare, ac furta, rapinas & homicidia punire cõten-
deret,à factioſis magiſtratu deiectus eſt.Bononiẽſes uerò Romanos ciues caſu Romã-
diola iter facientes cùm detinuiſſent,pont.Alexandro intercedente,mutua utrinq; libe
ratio eſt cõceſſa, & Brancaleo liberatus iterũ ſenator à Romano populo cõſtitutus eſt.
Hiſq; populi magnatũq; cõtentionibus eſt factũ, ut Romæ ſenatoris exploſo nomine,
Brãdereſij tunc primũ creati ſint, qui numero plurimi ex omni regione ſumpti, urbẽ ex
arbitrio adminiſtrarent: perducti in Campaniã cruceſignati paruo negocio Saracenos
nullo penitus effuſo ſanguine expulerũt, quòd illi fuga ſibi conſulẽtes, intra Liris fluuij,
ſiue ut appellãt, Gariani clauſtra ac munitiones ſe cõtinebãt. Fuiſſetq; magno & diutur-
no bello opus,tantis fretũ uiribus Manfredum ſui regni clauſtris, & quidẽ munitiſſimis
deturbare.Maiorẽ etiã interea ſolidioremq; rebus ſuis eccleſiæ opem Vrbanus pont.af
ferre cogitauerat, cuius rei cõficiendæ ſpes quãprimũ eſt allata, cruceſignatos cẽſuit di-
mittendos.

A mittendos. Nam oratum Franciæ regem Ludouicum facile in ſentētiā duxit, ut Carolus
prouinciæ & Andegauorum comes ipſius Ludouici cōſobrinus ac gener Siciliæ citra
ultraq; fretum rex creatus copias duceret, cum quibus conceſſis regni iuribus potiretur
Carolusq; pontifici & regi facilem ſe præbens omnia diſponere ac parare cœperat, tan
tæ expeditioni, tanto muneri exequendo neceſſaria, cū Vrbani pont. renunciatā mortē
creditū eſt conſtitutū Caroli facinus turbaturam: duos eius pont. tempora tulerunt cele-
bris famæ uiros, Thomam Aquinatem prædicatorū, & Bonauenturā minorum ordinis:
Thomamq; hi motus regni Siciliæ, de quibus nunc agimus, ad doctrinæ ac religionis ui
am traxiſſe uident. Quo in tempore Conradus ex gente hac Sueua imperator, Aquinū,
ſicut oſtendimus, uaſtans, Thomā Petrū parentes eius genere nobiles, & in oppido pri-
marij patria profugi Caſſinenſis cœnobij monachis cōmendatum reliquerunt alendū:
ubi literis ac religioni operā dare cœpit, ad eamq; peruenit doctrinæ excellētiam, ut ne-
mini philoſophiæ & theologiæ ſcientia ſecundus habeatur. Vrbano ad quarti anni pon
B ficatus ſui initiū apud Viterbiū defuncto, cardinales Clementē eius nominis quartū ab-
ſentē ſubrogauerunt. Is Guido prius Fulcodij appellatus eſt, qui uitæ conſultorū totius
Galliæ primarius, præſtantis quoq; aduocati cauſarū in regū Franciæ curia laude orna-
tus eſt, uxoremq; & filios habuit, qua defuncta Podienſis primo epiſcopus, poſt Narbo
nēſis archiepiſcopus, demum & cardinalis & Sabinenſis ſimul epiſc. fuit. Eum itaq; cel e
bris famæ & magnæ rerū experientiæ cardinalē pont. Vrbanus cōponendis inter Hen-
ricum Angliæ regem & Simonē Montisfortis comitem illius cōſobrinū contentionib.
legatū miſerat, de qua legatione pontificalis eum addita dignitas reuocauit: raroq; aliàs
quicquā oportunius accidiſſe uiſum eſt, q̄ eius pont. in Italiā aduētus, quē Manfredi in
ſidias timentem nauigio quidā mercatorio religioſi mendicantis habitu terra ueniſſe aſ-
ſerunt: quod conſtat, Peruſiā primo cū aueniſſet accerſiti cardinales eum deduxerunt
Viterbium, de qua urbe amoliri & parare cœpit, quæ Caroli propediem affuturi conati
bus accōmoda iudicauit. Quanquam Carolus paulopoſt Maſſilia ſoluens cum triginta
C triremibus in Tyberim eſt delatus, Romamq; peruenit. Non poſſum hoc loco non dam
nare eorū qui pont. Vrbani tēporibus ætate proximi ſcripſerunt ineptias, apud oēs em̄,
qui numero multi ſunt, conſimilis eſt traditio, Carolū benigne à Romanis acceptū, pōt.
decreto ſenatorē urbis fuiſſe creatū: quem magiſtratū anno penè adminiſtrauerit, ſuas
expectans copias, quæ ex Gallijs ducebant. Ptolemæusq; Lucenſis præfatus ſe quicqd
rerum eius tēporis geſtarum ſcripſit uidiſſe, cum prædicta de Carolo nude, ſicut & alij,
dixerit, quoſdam adijſſe cardinales à Clemente pont. miſſos, Carolū in Lateranenſi ec-
cleſia Hieruſalē & Siciliæ regē, & Beatricem uxorē reginā declaratos coronaſſe: nec eſt
qui dicat qua ratione aut cauſa factū ſit, ut pontificem Romani nō admiſerint, cuius iuſ-
ſu talem tantūq; ſenatorē accipiebant: aut cur is Romæ potius præſente amiciſſimo re-
ge noluerit eſſe, q̄ Peruſiæ aut Viterbij, ſicut & prædeceſſor ſuus Vrbanus exulare. Qđ
nobis conſtat, Carolus dictorū regnorū corona ornandus, per ſolennē ſtipulationē cō-
ſcriptaq; quæ extāt, annuos duodequinquaginta mille aureos in feudi penſionem ſubie
D ctionisq; & recognitionē Romanæ ſpopōdit eccleſię. Hisq; in fœderibus actū, nec ſuc
ceſſorum culpā licere Romanū imperiū, ſi etiā ab electoribus demādatū eſſet, accipere
adminiſtrandū. Nam etſi terrebat pontificē Frederici primi & ſecūdi imperatorū memo
ria, pręſentis quoq; temporis motus formidabat. Alfonſus enim rex Caſtellę imperiū, ad
quod in controuerſia electus erat, armis & largitione adnitebatur accipere, & comitem
Cornubię fratrē regis Anglię illius aduerſariū parui facientes Germani electores, in Ca
rolum faciliter conſenſiſſent, nec id ęquo tuliſſet animo Alfonſus, quē conſtat in Italiam
ducturum fuiſſe, niſi eum diſtinuiſſet Henrici & Frederici fratrū ſuorū ſuſpicio motuū,
quos regno pulſos extra Hiſpanias exulare coegit. Henricus em̄ in Gallias, Fredericus
in Africā acceſſerant, ut Saracenos hic, Gallos ille ad Caſtellę regni incōmoda concita
rent. Et erat Henricus pecunijs ditiſſimus Hiſpania aſportatis. Interea Caroli copiæ trāſ-
cenſis Alpibus in Lombardiā uenerunt, quibus Mutinam appulſis cohors Florētinorū
exulū factis apud Mutinā Rhegiumq; rapinis, ſicut oſtēdimus, ditata ſe adiunxit, eosq;
Gallici proceres, q̄ nouerāt acerrimos Māfredo hoſtes eſſe, libēter in cōſortiū admiſerūt,
ductūq; Romādiola Vmbriaq; ſiue ducatu Spoletano tantū exercitū Carolus per Sabi-

nos in Campaniam flectere iuſſit, ipſe paulopoſt cum eo, quẽ Romæ contraxerat, haud E
quaquam minore exercitu eſt profectus. Richardus namq; Vindiociẽſis comes cũ co
pijs cruceſignatis in Saracenos, ſicut docuimus, ductus: & multi de Hetruria, alijſq; Ro
mã circunſtantibus prouincijs Guelfi eum cupientiſsimi ſunt ſequuti. Quum eſt uentũ
ad Lirim fluuium, Manfredi præſidia Ceperano impoſita oppidũ abſq; certamine dedi
derunt, maiorem inde conatũ Carolus ſuperando Caſſinenſi ad Germanũ oppidũ ſaltu
adhibuit qđ præſens ipſe Mãfredus locũ natura operibuſq; munitiſsimũ magnis quoq;
copijs defenſabat: ſuperauit tamen Carolus non magis uirtute aloquin egregia, ꝙ ho-
ſtis negligentia: qui Carolum in patentibus, ut dixi, campis expectaturus, Beneuentum
uſq; retroceſſit: & paucis apud Germanum relictis cũ uirtute & audacia oppidũ aliquã
diu ſeruatum eſt. Quũ eſt ad campos uentum Beneuento proximos, Manfredus hoſti
obuius exercitui pugnæ copiã fecit. Cõſtitit tñ uterq; exercitus, & duces in manifeſto eo F
rum diſcrimine anxij omnia uiciſſim contemplauere. Ferunt Manfredũ Caroli copiarũ
obſtupefactum Italica quæ eſſent cõſpicua multis in turmis arma admiratũ, quinam hi
eſſent interrogaſſe, & quum Guelfos eſſe ex Lombardis, Hetruſciſq; & cæteris de Italia
regionibus collectitios reſponderetur, dixiſſe, neminem ad ſe ueniſſe Gibellinum, iure-
iurandoq; cõminatũ, ſe Gibellinam ſi uiciſſet ſectã aduerſariæ proſtraturũ. Pugna dein-
de atroci cõmiſſa, ducum uirtus conſpicua fuit, qui in longo certamine uiciſſim ſuperaſ-
ſe, ac uicti eſſe ſæpenumero ſunt uiſi: primuſq; Carolus cũ laboranti ſuorũ turmæ ſubue
niſſet, proſtratus occubuiſſe eſt creditus. Eaq; uox undiq; in utroq; audita exercitu Man
fredũ impulit, ut extra ordines audentius pugnans ipſe Carolo iam cõparente fuerit in-
terfectus, tũcq; certa Carolus uictoria eſt potitus. Cecidere in Mãfredi exercitu ex Ger-
manis meliores quiq; ingens numerus, & propè totidẽ Saraceni, Italici generis paucio-
res ideo interfecti ſunt, quod ſubſidiariã ipſis aciẽ Manfredus attribueret, quã repenti-
nus in prælium, ut diximus, aduolans nõ immiſerat: ſed ex propè integra exercitibuſq; præ G
lio ſuperatis magna militũ ducũq; multitudo eſt capta. In queis Iordanus Hetruriã pro
Manfredo adminiſtrare ſolitus, & Petrus Hubertus exul Florentinus primarij fuere: nec
ceſſit incruenta Carolo uictoria, qui cædis in ſuo exercitu factæ damno haudquaquã ui
cto fuit inferior. Ingreſſus admittente populo Beneuentũ Carolus, regionis populos in
deditionẽ cõfluentes multos ibi excepit. Progreſſuſq; primã ex omnib. rebellẽ Luceriã
urbẽ reperit, in quã ſe noui & ueteres receperant Saraceni. Ad eam itaq; oppugnandã
ſubſiſtens Carolus in rem Hetruſcã primũ reſpicere cœpit. Mareſcallũ ẽm, ita ordines in
exercitu ducentes Galli appellant, cũ equitibus quingentis mittens, Guelfos illũ Florẽ
tia extorres Guidone Guerra duce aduerſus Senas Piſaſq; ducere iuſſit: ſequutiq; ſunt
Florentinos cæteri de Hetruria Guelfi, quos Carolo diximus militaſſe. Scribunt autem
Ptolemæus Lucenſis, ac Gulielmus monachus ad primã accedẽtis regij equitatus famã
in Hetruria diſſeminatã Gibellinos Florentia populariter demigraſſe, qui Piſas ſe cõtu-
lerint, & aduenientes Mareſcallũ Guidonemq; Florẽtiã cum Guelfis extorribus introdu H
ctos: quanquã Villanus facit Guelfos à uictoria reduces tertio ante equitatus Caroli ad
uentũ menſe à Gibellinis in urbẽ fuiſſe admiſſos, ꝗ multa cũ illis ad conſtituendã remp.
inchoauerint, quæ ſub mareſcalli acceſſum interrupta fuerint, & Gibellini tũc patria de-
migrauerint. Reſcijt uero per id tẽporis Clemens pont. Conradinũ adoleſcentẽ Conra-
do genitũ Sueuo copias in Germania paraſſe ingentes in Italiã traducendas, quò pater-
nã in Italia, auitamq; tyrannidẽ reſumeret & imperij, de qua ſæpe diximus, uacatio, fauo
res Conradini conatib. uidebatᷣ maximos allatura, qđ Gibellinos duce ſolito carentes,
cõſtabat illũ in dominũ imperatoremq; admiſſuros. Quare qđ aliàs Leo tertius Magnũ
Carolum primũ imp. creaturus facere auſus fuerat: Clemens quoq; pont. uacantis impe
rij curã aſſumpſit: & hunc Carolũ regẽ ſuũ in Hetruria uicariũ inſtituit: & rex alias ad ma
reſcallũ copias mittẽs Piſanos & Senenſes partib. ſtudentes Gibellinis bello iuſſit ꝙ fie
ri poſſet acerrimo agitari: hæcq; manus militũ quos oẽs Gallos fuiſſe conſtat perpetuo
itinere Florentiã petijt: quò & Guelfos oẽs de Hetruria auxiliares copias cõtrahere cu-
rauerat mareſcallus. Dũ tñ Guelfi apud Florentiã cogunť, Gibellini ad retenta agri Flo
rentini ſanctillarũ, ꝓximaq; caſtella è Piſis aduolant. Bellũq; inde in Florẽtinũ agrũ ciẽt
acerrimũ, ut deſtinatã in Senẽſes expeditionẽ primã, mareſcallus ſub ultimæ cohortis re-

giæ

A gſtæ aduentum in Sanctilatũ ducere ſit coactus, præliaq; ad illud crebra fuerunt cõmiſſa,
utriſq; odio partium ſupra uires hoſtilem haurire ſanguinẽ adnitentibus. Succubuerũt
tamen numero pauciores Gibellini male à Piſano adiuti, & Guelfus in eos penè om̃es,
quot ibi ſunt ſuperati præſertim nobiles deſæuit, cui minus poſtea negociũ fuit poſſeſſa
ubiq; in agro Florentino caſtella de Gibellinis recipere, in quibus diuerſa, & uarijs acta
diebus cædes haudquaquã minor quã unius diei Sanctilarũ eſt cõmiſſa. Habita uero de
Gibellinis uictoria Guelfos inter ſe Florentinos ad ſeditionẽ ea quæ cũ Gibellinis erat,
periculoſiorem perduxerat, quam ægre Mareſcallus potuit ſedare. Ad prædã enim do-
mosq; omniũ, qui Gibellino notarent̃ nomine, diſcurſum eſt, quorũ nonnulli Florentię
latitabãt, & dum unuſquiſq; ad libidinẽ rapit, certamina ad meliora precioſioraq; fuere.
Potiorq; in Campaniã erat, qui uiribus præualebat: multis iam occiſis, plurimis uulnera
tis bellũ in Guelfis ciuile breui futurũ apparuit, quod armis ſedatum Mareſcallus in hũc
maxime modum ſuſtulit: creati nanq; ſunt ciues duodecim, quib. Guelfarum partiũ capi
B taneis fuit appellatio. Hisq; poteſtas attributa, ſine prouocatione omnium maxima, ut
quicquid facerent, iuberent, decernerent, ſacroſanctũ in Florentino haberet̃: manſitq; in
ætatẽ uſq; noſtrã ea poteſtas, cenſoria tñ magis, ꝙ iuris ad qđ creata fuerat diſtributiua,
qđ ciues aliquando non ullam ob aliam rem, ꝙ quia Guelfi uiderent̃, pro hoſtibus qui-
dam habiti, quidã dignitate, & reipublicæ adminiſtratione priuati ſunt. Tumultu in hũc
modum ſedato deſtinatam pridem in Senenſes expeditionẽ Mareſcallus inijt. Excurſio
nibusq; late factis ager Senenſis populationib. incendijsq; fœdatus eſt. Petitus tñ auxi-
lium Piſanus tunc primũ Gibellinos Florentia extorres ſimul & Senenſes cõfouere per
rexit: eorum enim trium populorum copiæ in unum coniungendæ exercitũ Bonitij cõ-
uenere, quod oppidum Senas inter & Florentiam medium natura loci munitiſſimũ erat
imperatoris partibus cupientiſſimũ. Eoq; ſtatim inclinata eſt om̃is Hetruſci belli moles,
quod Mareſcallus Florentino ſe agro introcludi ueritus, illuc reduxit exercitũ, diuq; Bo
nitium hinc à regijs Guelfisq; copijs oppugnatum, inde à ſocijs bello Gibellinis defen-
C ſum eſt. Et Conradini aduentus in Italiã fama increbreſcebat. quamobrẽ Carolus ex om
ni Siliciæ regno citra ultraq; fretum præterꝙ unica urbe Nuceria potitus, fœdera Sara-
cenis illã tenentibus conceſſit, per quæ tributo grauiore imperato ſuis legibus & mori-
bus uiuere ſunt permiſſi. Et Roma Viterbiũ petens, ijs quæ tempus poſtulabat cũ pon-
tifice cõſtitutis in caſtra Bonitiana ſe contulit. Angebantur eo tempore Clemens ponti
fex & Carolus rex curis, ſed multo ꝙ oportuiſſet, ſi omnia reſciſſent incũbẽtia, leuiorib.
Hinc aliqua altius repetere libet, à cardinali Arragone rerũ eius tẽporis, quib. interfuit
ſcriptore certius tradita, ꝙ ut Guilelmi Remenſis monachi Ptolemęiq; Lucenſis atq; e-
tiam Villani ciuis Florentini ſcripta cenſuerim imitanda. Henricus Fredericusq; ab Al
fonſo eorũ fratre ulterioris Hiſpanię, Caſtellã appellant, rege ꝓfugi, diuerſas ſicut oſten
dimus petierunt regiones, id maxime adnixi, ut aliquos in fratrẽ reges aut populos cõci
rent hoſtes. Fredericusq; in Africã ad Saracenos, Henricus ad regẽ Frãciæ ſe cõtulit. Re
ge aũt Frãciæ affinitatẽ, qua tribus ipſe fratrib. pariter iunctus erat, ad pacificationẽ præ
D tendente, Henricus in Angliã traiecit, nec ſatis potuit cõtendentẽ de imperio cũ Alfon
ſo fratre Cornubiæ duce, ad conatus illi propoſitos incitare. Hinc Germaniã petijt, ubi
Conradinũ è ſorore Cõſtantia pronepotem ſuo conſentaneũ deſiderio repperit, cõſtitu
tumq; eſt inter eos clandeſtine fœdus, ut rebus ad machinationẽ, quam Henricus adole
ſcẽti ſæpenumero uerbis depinxit, & quæ infra à nobis deſcribent̃, ordine inchoatis Cõ
radinus in Italiã cũ exercitu aduolaret. Veniẽs uero è Genua Piſas Henricus, Piſanos in
cõſtitutã cũ Conradino machinationẽ facile traxit, & inde Viterbiũ ad pontificẽ tanq; à
fratris ſuperbia atq; ambitione profugus, ac omnino errabundus ſe cõtulit, magnaq; cũ
omnibus largitione uſus, eo uſq; liberalitatis & munificentiæ eſt progreſſus, ut põtificẽ
quoq; data mutui nomine pecunia, ſibi obnoxiũ reddiderit. Qua fretus largitiõe diſcor-
dẽ tũc etiã magis ſolito ciuitatẽ Romanã reddidit pariter in ſua ſtudia deſideriaq; procli
uem, adeo ut diſſimulanti concupitũ illi ſenatoriũ obtulerint magiſtratũ. Idq; quũ ſatis
habuit cõſtitutũ, reuerſus Viterbiũ pontifici ea narrauit uerborum ſimulatione, ut uitã
apud Romanos proteruos efferatosq; homines ducendã prorſus abominari ac omnino
ſpernere uideret̃. Carolus interea Viterbiũ ueniens Henricũ ſibi affinẽ, ſicut & Franco-

rum regi hominẽ à fortuna afflictũ amiciſſime cõſolatus eſt, autorq́; apud pont. fuit utei E
tubanti in omniaq́; prolapſuræ quæcũq; primo ſe offerrẽt pericula urbi Romæ is præſi-
cerẽt, regia ortus ſtirpe uir magnanimus, ꝗ aliena nõ indigens pecunia rem Romanã ui
derẽt in meliora pacis & quietis ſtudia redacturus. Vno igit̃ atq; eodẽ tempore Henri-
cus Romanũ accepit ſenatũ, & Carolus in Bonitiana, ut diximus, caſtra ſe cõtulit, fecitq́;
quãtos maximos potuit recipiendo oppido apparatus, qui oẽs redditi ſunt inanes, ut ſe
dendo fameq́; oppidanos domãdo uictoriã illũ oportuerit expectare. Henricus interea,
cui iacta eſſent machinationis fundamẽta, Cõradinũ ut ꝓperaret admonuit, Piſaniq́; pa
riter ab eo admoniti claſſem triremiũ triginta, quã in belli Venetorũ aduerſus Genuẽſes
ſocietate paratã habebãt, eduxerũt. In eãq́; è portu Romano receptus eſt Capitius qui-
dã Neapolitanus in regno Sicilię citra fretũ gratioſus, Hẽrici cõſiliorũ machinationisq́;
omnino cõſcius: quo imperante triremiũ gubernatores, ut erant Piſis à magiſtratib. iuſſi
cũ tota claſſe ad Africæ littora nauigarũt, affuitq́; promptus audito de Capitij aduentu
Fredericus ſenatoris germanus, & Saracenis mercede conductis magna manu nauigio F
impoſitis ad Siciliæ littora nauigatũ eſt. Fredericus aũt quocũq; acceſſit, Conradini ne-
potis titulũ præ ſe tulit, quẽ breui affuturũ omnib. affirmabat: & iã Conradinus Veronę
erat, qui Carolũ audiens magnũ in Hetruria exercitũ habere, dubius quid ageret tres ibi
deſedit menſes. Per qđ tẽpus maxima copiarũ pars Germania eductarũ, Tyralli comi-
te deſertorũ eiuſmodi principẽ ſe faciente, in patriã eſt reuerſa. Perq́; id tẽporis Carolus
Bonitio, deditione ab oppidanis facta potitus, in Piſanos duxit, & populationibus incẽ
dijsq́; late cõmiſſis caſtella aliquot expugnata diripuit, turresq́; Piſanũ cõmuniẽtes por
tũ, dirutas ſolo ęquauit: inde ductũ eſt in Mutronium, quã arcẽ munitiſſimã ingenio ma
gis q̃ uirib. captã rex deditiſſimis ſibi Lucenſib. poſſidendã cõceſſit, maiora ꝑfecto, ac
potius quæcũq; uoluiſſet in Hetruria geſturus, niſi uartæ eũ & quidẽ malæ nuntiationes
ad regni ſui cuſtodiã reuocaſſent. Fredericus nãq; omi penè Sicilia, Panormo, Syracuſis,
& Meſſana duntaxat exceptis, ꝓ Conradino potitus erat: & Saraceni, ſpreto fœdere cõ
ſtituto, quęcũq; Luceriã adiacent, excurſionib. latrocinijsq́; infeſtabãt, quib. incidit incõ G
modis reginæ mors apud Neapolim ſubſequuta. Eãq́; reginã dũ funere q̃ ſumptuoſiſſi-
mo Neapolitani ornare curãt, Capitius Piſana uectus claſſe Conradini nomen in portu
Neapolitano clamabat. Inde maritimã regni orã circũuectus, ꝑtẽtatos pleriſq; locis po
pulos in rerũ nouarũ motus cõcire cœpit. Quã primũ uero Carolũ mouẽre, ut in regnum
ſe reciperet eſt cõſpectũ, Senẽſes omniũ primi, poſt Piſani, inde ſenator Cõradinũ nũcijs
ad iter ineundũ epiſtolisq́; impulerunt, ꝗ Verona mouẽs, Papiã ſe cõtulit, ubi & multos
moratus eſt dies. Nã præter Veronẽſes & Papienſes Lõbardi oẽs Carolo cupiebãt. In-
de adnitentib. deducẽtibusq́; Papienſib. ad Carretenſiũ Liguriæ oppida eſt delatus. quẽ
Piſani claſſe exceptũ Piſas lætiſſimi detulerunt. Addiderunt ſe Cõradini copijs Lõbar-
diæ Gibellini parua militũ manus, ꝗ exercitus in Lucẽſem agrũ expoſitus maiore odio
& furore, q̃ ꝓ quãtitate ſit creditũ, uaſtitatẽ ubiq; & incendia cõmiſit. Agrũ uero Florẽti
nũ uaſtare aggreſſus, à Mareſcallo ꝓhibitus eſt, quem Carolus cũ ſolitis copijs dimiſerat
Florentinis & Aretinis præſidio affuturũ. Carolus interea per agrũ Sabinũ Cãpanumq́; H
in Apuliã delatus, Nuceriã obſedit oppugnauitq́;: & quũ potiri uirib. nequiuiſſet, caſtel
lis in circuitu ad oẽs uiarũ exitus excitatis gentẽ barbarã, ne erũpere poſſet, clauſit, ut eo
rũ cõſpectu liber Cõradino aduenięti poſſet occurrere: prẽſidia quoq; Meſſanijs, & alijs
in Sicilia de fide perſiſtẽtib. aduerſus Fredericũ immiſit: & Cõrad. interea mareſcallo a-
pud Aretiũ cõgreſſus eſt, ubi facta in Guelfis illũ comitãtib. ac Gallico milite ingenti cę
de, mareſcallus quoq; ſuis copijs omino ſuperatis occubuit. Cõfluxerũt ꝑ id tẽporis ad
Cõradinũ, alij à Lõbardis Romãdiolisq́; Hetruſcis Gibellini maior militum manus ea
quã Germania is eduxerat, Lõbardisq́; Romãdiola iter faciẽtib. & ipſis Romãdiolis Gui
do Feretranus partiũ ꝓſequutor Gibellinarũ acerrimus ſeſe ab Vrbino ductorẽ addit.
Nec fuit tũc dubiũ, quin ſi morã ibi uel paruã feciſſet Cõrad. Aretio primũ, poſt omi He
truria fuerit potiturus. Sed trahebat ipſum ſenator Hẽricus ꝗ animorũ in citeriori Italica
regni parte à Gallis ad Cõradinũ inchoatos in Sicilia motus habens exploratos, illũ ꝓ-
perare ad certã, ut apparebat, uictoriã anhelabat. Itaq; Conrad. ea potitus apud Aretiũ
uictoria, Senas deflexit, ubi aliq̃t moratus eſt dies. Inde rectà in Viterbiẽſes cãpos quar-
tis ca-

A ris caſtris ſe cõtulit, nihil ueritus præſentẽ inſpicienteḿq; põtificem lædere, quẽ paterna
auitaq; imitatione omni ea in expeditiõe nouerat ſe ſpreuiſſe. Tradunt uero Guilelmus
Ptolemæusq; Lucenſis Clementẽ pontificem ſanctitatis ſuæ diuulgatã opinionẽ eo in
Conradini negocio cõfirmaſſe, qui ſpiritu ut uidet̃ prophetico cõtra ac omnes opinabã
tur, adoleſcentem tanto comitatũ exercitu prædixit tanquã uictimam ad exterminiũ ce
demq; deduci. Propinquanti Romæ Conradino ſenator Henricus pompã educens im-
peratoribus introducendis adhiberi ſolitã, illũ ad pontẽ Miluiũ excepit. Selectiq; ex om
ni ordine & dignitate primores quiq; Romani Conradinũ circũfuſi in equo ſedentẽ pe-
dibus ſunt ſecuti, & præcedens ac ſubſequens longo & cõpoſito agmine populus in Ca
pitoliũ uſq; deduxit. Cõduxerat uero Henricus ſenator mercede Hiſpanos cohortẽ ar-
mis equiſq; inſtructiſſimam, pecunijs abunde datis, eccleſiarũ urbis direptione contra-
ctis, Romaniq; partim à magiſtratib. iuſſi, quos ſenator eadem adiuuit pecunia, partim
ſpe ducti prædæ in Conradini caſtra cõfluxerant, & barones urbis nonnulli, capitaneos
B tunc appellabãt, ſtudio partiũ ſe cõiunxerãt ſenatori. Moturi itaq; cũ tãto exercitu Con
radinus & ſenator Guidonẽ Feretranũ attributis in præſidiũ copijs Romæ & capitolij
cuſtodẽ reliquerunt. Erat uero animus Caſinũ petere, & ea uia agmen præcedere impe-
ratũ. Sed ab exploratorib. nunciatũ eſt Carolũ præſentẽ curantẽq; ſaltũ obtinere copijs
repaguliſq; munitũ. Quamobrẽ iudicantib. Romanis, idq; ſibi aſſumentib. oneris, ex Ty
burtino in olim Equicolorũ, nunc Tallocotij montes, & inde in Marſorũ cãpeſtria per-
uenit exercitus. Quũq; dextero lacu Fucino ad ueteres aquæductus aqua olim Martia
Romã perducenda excitatos, qui & nunc quoq; uiſunt̃, ductũ eſſet, agmine duces qua-
drato incedere inchoarunt, qđ Carolũ in propinquis agere nunciabãt frequẽtiſſimi ex
ploratores. Cãpi ſunt, Palentinos appellãt, hinc lacu Fucino, hinc montib. circundati al-
tiſſimis, quaq; finiunt̃ cãpi, collis excipit ab oppido Alba decẽ ꝓductus ſtadijs, cuius ob
iectu uallis concaua mille paſſuũ ambitu ita claudit̃, ut à Palentinis campis in eam profe
ctus undiq; adimat̃. Quũ itaq; Conradinus quatuor milia paſſus in hos patentes proceſ
C ſiſſet cãpos, Carolus decimo inde ſtadio ad cõcauæ uallis fauces primã ſuorũ aciẽ oſten
tauit. Erant Caroli copiæ Cõradini exercitu multitudine inferiores, idq; hoſti notiſſimũ
eſſe nõ ignorabat. Nanq; copias eũ cõſtabat Meſſanenſib. à Frederico obſeſſis, & diuer-
ſis regni urbib. à Capitio, Piſanaq; claſſe tentatis præſidio immiſiſſe, quũ certius ſcirẽt o-
mnes, quantũ idẽ apud Arretiũ amiſerat equitatũ. Quare Carolũ paucitas ipſa utendum
eſſe aſtu & prudentia admonuit. Alardus illi comes erat Neapolitanus, qui ætatẽ à pueri
tia ad ſenium uſq; in militia egerat. Is ſub Germanis regibus militare ſolitus, facile dixit
fore maiores multo ijs, quas Conradinus ex diuerſarũ gentiũ colluuione cõtraxerit, co-
pias delere, ſi modo loci, quẽ inſederãt, opportunitate omniũ maxima Carolus uti ſciat.
Copias eñ, inquit, has oẽs ſi in campos deducis, furor Theutonicus à iuuenili ducis ar-
dore, & ignara rerũ multitudine impulſus illico conficiet, pariterq; & celerius fiet ſi par-
tẽ uel maximã obieceris. Sed ſint tibi in hoc mõtis ualliſq; receſſu meliores quiq; in ſubſi
dijs collocati, quos quũ in hoſtẽ noſtrorũ ſpolia legentẽ fugientibuſq; inſequendis diſſi
D patũ immittes, uictor ꝓculdubio è uicto euades. Struentem acies Conradinũ ferunt Hi-
ſpanis Italiciſq; in fronte locatis Germanos ſibi equites tria milia cũ ſignis in ſubſidiaria
acie retinuiſſe, Henrico ſenatore nulli obligato ordini, ut omnia prouidens, diſponẽſq;
laborantib. ſubueniret. explicuit uero extenditq; parentib. his cãpis utranq; aciem Con
radinus, Carolus aũt tanquã ſpe uictoriæ & cõfidentia fretus, prima ſuorũ acie ſtadijs cir
citer decem in cãpos prodire iuſſa, quicqđ erat ſibi roboris ex Alardi cõſilio in ualle cõ-
caua poſt collem cõtinuit in inſidijs: ipſe gregarij militis ſagulo cõtectus in tumulo ſub
ſtitit, unde pugnantes locatoſq; in ſubſidiaria acie pariter ꝓſpectaret. Mareſcallus inde
ſuus regio conſpicuus ornamento, factæ ab hoſtib. pugnandi copiæ obuius proceſſit, a-
deoq; militũ Caroli paucitatem Mareſcalli iuuit peritia, ut tribus cõtinenter horis par cę
des, par ſanguinis effuſio utrinq; fuerit, nec ſatis apparebat cui eius uictoria prælij ceſſu-
ra eſſet, quin Mareſcallus dũ hoſtile ſiniſtrũ cornu audẽter urget, locum ſenſim mutauit,
quo illos relictis ordinib. diſſipatos facilius cõficeret: quũ hoſtis ſolito cõglobatior in
illũ q rex Carolus eſſe credebat̃, prout etiã ipſe Caroli militia eſſe credebat, delatus eſt.
Tantaq; fuit Hiſpanorum & Italicorũ Conradini exercitus tunc facta impreſſio, ut glo-

bus cum Mareſcallo pugnans fractus fuerit,ipſe uero cum equo ꝓſtratus iacuerit cõcul B
catus.Tunc ſubitus & undiq; cõſonus clamor auditus eſt,uictos Gallos Carolũ cecidiſ-
ſe:ad quã uocem Caroli copias in fugã cõuerſas Conradini exercitus partim cepit: par-
tim fugiẽtes inſecutus eſt,nec ullus iam ordo,nulla in utroq; exercitu erat acierũ alarũq;
ſtructura.Id quũ Romani equites aſpexiſſent,Conradino cũ ſignis & puerorũ,debiliũq;
multitudine deſtituto,ad prædam & ipſi quaquauerſum curſu effuſiſſimo diſſipati ſunt.
Tunc Carolus Alardo memorante inſidijs erũpens magna ꝓcella in Conradinum fert,
obuios quoſq; ſternit, ac diſſipat: Conradinus ecõtra cõſtipatũ ad integra Caroli ſigna
cuneũ in ſe ferri lõgo ꝓſpiciens interuallo,obſtupefactus,quidnã id eſſet, unde hæc uis,
unde hic nouus hoſtis interrogat,fitq; illico patẽtib.in cãpis ſubita mirabiliſq; mutatio,
multis q captiui aſſeruabant̃ cuſtodes ſuos in oſtentationẽ gloriæ adducentib. Conradi
nus interim & Auſtriæ dux adoleſcentes,ætate ſicut & infortunio pares,ſigna, ubi toto
prælij tẽpore fuerant,relinquentes ſeceſſerunt. Eſtq; locus in quo eccleſia extat ſancta
Maria inde de uictoria appellata. Anxij inde,& qd in ea fuga agerẽt animis ꝑplexi,prin F
cipes agaſonis cuculione cõtecti per deuia latitarunt. Henricũ ſenatorẽ affirmat Arago
cardinalis,deducentib.per notiſſimã regionẽ Romanis incolumem euaſiſſe,quẽ Prole-
mæus,Guilelmuſq;,& Villanus ſcribunt de fuga apud Reate retractum in Caroliq; po-
teſtatẽ factum,diẽ in carcere obijſſe.De Cõradino Auſtrinoq; duce apud tres prędictos
ſcriptores cum cardinali cõuenit eos apud Aſturã die ab accepta clade octauo recogni-
tos ad Carolum fuiſſe perductos,quos ille publico iudicio interfici iuſſerit: ſed perductos
de fuga Romã perueniſſe,& à ſtudioſis Guelfarum partium repulſos,ſolus inter prædi-
ctos Villanus facit:q & alterum per errorẽ Romanũ dicit fuiſſe uirũ pecunia corruptũ,
à quo ipſi adoleſcentes in uinculis ad Carolũ ſint perducti,quum piſcatorẽ fuiſſe aſſerat
cardinalis,quẽ ingenti promiſſa mercede adoleſcentes quoq; precib.euicerunt,ut piſca
toria eos ſcapha in Senenſis Piſani'ue agri littora ꝑduceret: & quũ pecunia carens Con
radinus annulũ in pignus dediſſet,nautã per ſimulationem cõmeatus in ſcaphã deferen
di ad ꝓxima delatũ caſtella,peritiores ſuæ patrię annuli ualorem interrogatos,qd agere G
ſpopondiſſet edocuiſſe,cumq; multa ſubinde locutũ de adoleſcentiũ facie liberali & ſor
dido indumento,ſuſpicionem audientib.inieciſſe Conradinũ eſſe,quem inter cæſorũ ca
dauera nõ inuentũ fama eſſet Carolũ maxima diligentia perquiri facere. Ab hiſq; oppi-
danis,q cũ piſcatore iuerint,aſſerit cardinalis,infeliciſſimos adoleſcentes fuiſſe captos.
Illorũ q in poteſtatem Caroli de hoſtili exercitu ſunt facti, & cæſorũ numerũ nullus ſcri
bit:& qđ ab eorũ aliquib.uarie eſt traditũ,cõſtat nobis prælium hoc quinto kalendas ſe
An. ſal. ptembris duodeſeptuageſimo,& duodecies centeno ſalutis anno fuiſſe geſtũ.Certa po
M.cclxviij titus plenaq; uictoria Carolus ſuas copias penè oẽs in regni citra ultraq; regiones dimi-
ſit,à quib. maximo labore,maximiſq; populorũ ſtragib. etiã poſtquã in deditionẽ acce-
pti fuerãt factis,reiecti ſũt hinc Capitius,inde Fredericus,oẽſq; urbes,oĩa oppida utro
biq;,præter Luceriã Carolo paruerũt. Ipſe exacta iam hyeme Romã accedens,benigne
à populo introductus,oblatũ deniq; ſenatorium munus adminiſtrãdũ accepit. Vnde &
fluctuãtes uarijs ſicut pridem motib. Hetruriæ res cõponere eſt aggreſſus, ea præſertim H
ratione qđ Clementem põtificem ſanctũ certe uirum,ægre nouerat ferre cõmiſſas in re
gni populos crudelitates. Vnde ab immutato in ſe illius animo aliquid incõmodi expa-
ueſcebat. Primi uero omniũ Senenſes Mareſcallũ paucis ſociatũ militib. uia, ut Carolus
iuſſerat,tendentem Arretina accerſitũ pro magiſtratu regias gerente uices admiſerunt:
quo curante Senenſes inter & Florentinos pax æquis fœderib.cõſtituta eſt. Molientem
interim multa in Piſanos Carolũ quarti Clementis Romani põtificis mors,& ſubſecuta
cardinaliũ in ſucceſſore deligendo diſcordia retardauit. Quanquã eum Ludouici fratris
ſui cõſobrini Francorum regis deſtinata expeditio haud quaquã minus, ꝙ pontificatus
Romani uacatio à rebus Hetruriæ,& oĩs Italiæ dirigendis auertiſſe uideť. Ludouicus
nanq; nõ deterritus laborũ periculorũq; memoria, quib.in Aegypto apud Damiatã fue
rat agitatus,nouã in barbaros infideles expeditionem pridem inire decreuerat, ad quã
Albanenſis cardinalis à põtifice Clemente ſedis apoſtolicæ legatus fuerat deſtinatus. E-
ratq; magnanimo regi animus maiora aggredi,ꝙ quæ oẽs ad eã diem principes intenta
uerãt Chriſtiani,Saracenos eñ Africã incolẽtes,quod factu facillimũ apparebat, prius
domare

A domare ac cõficere, q̃ in Aſiam ſe cõferret. Quum itaq; audiſſet Ludouicus Carolum
uictoria potitũ eſſe, illũ fraterna requiſiuit cõfidentia, ut ſuam in deũ tantæ uictoriæ au-
torẽ oſtenſurus animi gratitudinẽ, in eandẽ & ipſe expeditionẽ copias, tormẽta, cõmea
tũq; cõferret. Dictaq; eſt ad cõueniendũ ijs qui Gallijs Hiſpanijſq; mouerent, Maſſiliæ
calendarũ Martij dies. Cõtinuauerat interea Viterbij cardinaliũ in pont. electione con
tẽtio, quæ etiã omnẽ Hetruriã in motus cõtẽtionesq;, & ſolita pridẽ diſſidia cõciuerat.
Nã Bononiẽſes Piſanis incẽtoribus adiutoribusq; cõfluẽtes undiq; perditos in magnã
periculoſamq; manũ armauerant. Et Senẽſes Colle oppidũ ad Elſæ amnis ſupremũ ca-
put opulentiſsimũ obſidẽtes, incõmodũ à Florentinis acceperãt. Accedẽſq; itaq; in He
truriã Carolus Collẽſi Bonitianaq; re cõpoſita cũ Piſanis quoq; prudẽti cõſilio trãſegit:
cõtra eñ ac oẽs præſertim Florẽtini fuerãt opinati, atq; etiã precibus cõtenderant, pacẽ
eis honeſtiſſimã dedit: qđ quidẽ nulla cum ratione magis feciſſe cõſtat, q̃ quia nauigio
illũ in expeditionẽ barbaricã & magno & paratiſſimo adiuuerũt: nec tñ maiore danda
B Piſanis pace prudẽtia rex. q̃ leuitate atq; impietate in re Bonitiana uſus eſt: nãq; ut Flo-
rẽtinis applauderet gratificareturq; Piſanã dãnantibus pacẽ, Bonitij oppidi deſtructio-
nẽ illis uẽdidit, q alterũ poſtea oppidũ lõge priori populo opibusq; impar ad collis in q̃
prius fuerat, radices infimas ædificarunt, quale nunc exſtare uidemus. Soluentẽ Maſſi-
lia Ludouicũ, ut in Africã traijceret, tres filij adoleſcẽtes, rex quoq; Nauarræ, Theobal-
dus Cãpaniæ comes, paritérq; apoſtolicũ legatũ multi ex Frãciæ regno prælati in expe
ditionẽ cupientiſſime ſunt ſequuti. Vſiq; proſpera nauigatione ꝓceres, ad Carthaginis
olim, nunc Tunetis portũ mẽſe Martio peruenere. Facti uero erãt à gẽte barbara ad reſi
ſtẽtiã maximi apparatus, & populi ad ea littora cõfluxerãt infiniti, quibus ſummo cona
tu reſiſtentibus difficilior Chriſtianis opinione fuit excenſio. Tãdẽ portu diutina obſi-
dione potiti, Tunes Chriſtiani terra mariq; obſederunt. Factæ ſunt æſtate iã media fre-
quẽtes in mediterranea excurſiones, ut ad Hipponẽ terq; quaterq; peruenerit popula-
tio. Per Iuliũ interea mẽſem caumata ſolito etiã maiora ſub mitiore aliã cœlo gẽtẽ Gal
C licã lãguoribus primũ affecere, q in apertã ilico peſtilentiã eruperũt, editaq; iã à morbi
ſæuitia in multitudinẽ clade, primus in utris principibus Ioãnes Ludouici regis filius Ni
uernẽſis comes interijt: illũ paulopoſt ſequutus eſt cardinalis legatus, et Auguſto iã mẽ
ſe in finẽ ꝓcliui Ludouicus ipſe rex immatura tãtis gerẽdis rebus morte ſubtractus eſt,
cui iure & ordine in Frãcorũ regẽ Philippus filius eſt ſuffectus. Ad idq; Carolus Siciliæ
rex, cõpoſita, ut diximus, re Hetruſca, & Ruſo Anguillariæ comite præfecto omnis He
truriæ inſtituto cũ magna claſſe in caſtra peruenit, q̃ conſulente & flagitãtibus barbaris
pax eſt data, cuius fuere cõditiones, ut captiuis utrinq; liberatis, Tunetis rex ſolẽni gẽ-
tis more tributũ quotãnis Carolo regi ſoluere ſpõderet, liberũq; ſimili ſpõſione faceret
Chriſtianis in ſuo diuerſaturis regno fidem Chriſti dei priuatim & publice laudibus ad-
hortationibusq; ad Saracenos factis extollere. Eã claſſem, eas copias in Siciliã reductu-
ri reges, quũ Drepani portũ petituri eſſent, ualida tẽpeſtate ſuborta multas amiſerũt na-
ues, pars tñ eorũ maxima portũ Drepani ſunt ingreſſi. Quibus in excẽſiõe prima omniũ
D cura fuit euitãda cõtagione, gẽtes in plurima admiſſas oppida diſſipare, nec adeo ꝓfuit
diligẽtia qn rex Nauarræ, & Cãpaniæ comes apđ Drepanũ interierint. Quãobrẽ Philip
pus Carolusq; intẽtiõe ſua, & omniũ opiniõe celerius in Italiã nauigarũt, in Cẽtũcellen-
ſemq; ciuitatis ueteris portũ delati Viterbiũ uenere, ubi cardinales eſſe nouerãt in põtifi
cis electiõe faciẽda, ſicut & antea diſſidẽtes. Euicitq; regũ exhortatio atq; inſtãtia, ut in-
greſſi cõclaue patres in Theobaldũ cõuenerint Placẽtinũ Leodienſem archidiaconẽ in
Aſia tũc agẽtẽ. Quo eñ tẽpore Ludouicus rex Frãcorũ, ſicut oſtẽdimus, Maſilia ſoluit,
Hedoardus Henrici regis Angliæ filius, qđ cũ prædicto cõſtituerat Ludouico, cũ ingẽti
claſſe ex Anglia ꝓfectus, nauigauit in Aſiã tãdiu expectaturus, quouſq; Ludouicus re
Africana, ut ſperabat, proſpere geſta, uictorẽ eò exercitũ trãſportaſſet. Theobaldus itaq;
in rẽ Chriſtianã animo & tota mẽte deuotus apud Ptolemaidã agebat, cũ hinc apđ Vi-
terbiũ in põt. delectus, inde ex Hedoardi caſu ingẽti mœſtitia eſt affectus. Arſacida qdã
ex ſuo qđ docuimus inſtituto tã multis apđ Hedoardũ ſe inſinuauerat blãditijs atq; ar-
tib. ut illũ regiõis geſtorũq; in ea ꝑitiſſimũ familiari cõſuetudine in colloqũ ſæpe admit
teret. Ea fretus occaſiõe uir immanis prælio, qđ ueſte occultauerat, Hedoardũ in cubicu
lo ſolũ trino cõfodit uulnere, quẽ & cõfecturus fuit, niſi ꝓualidus iuuenis cõpreſſã ſicarij

dexterã tãdiu ab ictu cõtinuiſſet, quouſq; accurrẽtes clamore & ſtrepitu exaudito famu B
li nõ repulerũt magis Arſacidã, q̃ fœde laceratũ cubiculo extraxerũt. Cõualuit tñ Her-
bardus, & Theobaldũ ad põtificatus obeunda munera uenturũ dato nauigio, additiſq;
in ſocietatẽ, qui ſecũ in expeditione erant, prælatis abunde iuuit. Simile etiã per eoſdem
fermè dies Viterbij facinus inopinato caſu accidit. Venerat ad põtificẽ Henricus ado-
leſcens Ricardi regis Cornubiæ olim comitis tunc defuncti filius, multa paterni olim re
gni negocia apud ſedẽ apoſtolicã tractaturus. Dumq; nouũ creari põtificem anxius ex-
pectat, Guido Mõtefortis & ipſe adoleſcens cũ Ludouico Francorũ rege eodẽ ſe cõtu-
lit: forte accidit utrunq; ad rẽ diuinã ſancti Laurentij eccleſiã, quæ Viterbij eſt celebris,
eadẽ hora petere, alterq; alterũ adeſſe ignorabat. Sed Guido poſterior ingreſſus cõſpe-
ctũ remotiore loco liberali ac regia potius facie adoleſcentẽ caterua famulatus ſtipatũ,
quodã ex ſuis indicante Ricardi filiũ eſſe didicit, à quo Simon pater in Anglia per dolũ
fuerat interfectus, nullaq; loci tentus reuerentia, incautũ aggreſſus interfecit, Equitibus
inde ſuis, & pariter Philippi regis deducentibus ad Ruſum Hetruriæ præfectũ incolu- F
mis peruenit. Põtificis declaratione facta, & oratoribus ad eũ Syria accerſendũ miſſis,
reges diuerſi, Philippus Franciã uerſus iter ingreſſus, Carolus Romã, & inde Apuliam
petijt, cõtinuauitq; Luceriæ obſidionẽ paulo ante per legatos inchoatã. Quo tempore
copiæ ex Africa ſunt reductæ, duraq; & pertinax hinc oppugnatio, inde reſiſtẽtia fuit,
qđ omni alia liber cura rex potentiſſimus omnia adhibuit tormentorũ machinarumq;
genera, & prӕter Saracenos ſalutẽ & miſericordiã à chriſtianiſſimo rege deſperãtes, per
fugæ & perditi capite dãnati quotquot præterita regni habuerant diſturbia, in id aſylũ
diu antea tutiſſimũ ſe receperant. Quare ut ſuorũ parceret ſanguini & cӕdibus rex pius,
oblatã à Saracenis deditionem ea accepit cõditione, ut perfugis perditiſq; chriſtiani no
minis quotquot inerant deditis, illi duplicatũ penſuri tributũ, urbẽ in magiſtratuũ regni
obedientia retinerent. Per qđ tempus Theobaldũ pontificẽ ad Sypontinũ, & nouӕ ur-
bis Manfredoniæ portũ ueniſſe Carolo Capuæ agenti nunciatũ eſt, quẽ ille ſumma ex-
ceptũ ueneratione Ceperanum uſq; deduxit, ꝓgreſſuſq; per Marſos & Sabinos Theo- G
baldus Viterbiũ peruenit, ubi reiterata, ac ſi noua fieret, à collegio creatione ſua deman
datã põtificatus dignitatẽ & ſimul Gregotij decimi nomẽ accipiens inuẽtus eſt. Philip-
pus Francorũ rex intetea Cremonã cum perueniſſet, opẽ Hieroſolymæ rebus, quam in
Africa nequiuerat, alia ibi uia afferre adnitebaẽ. Cõtinuauerant ad id uſq; tẽporis Vene
ti & Genuenſes bellũ pridẽ, ſicut oſtẽdimus, apud Ptolemaidã inchoatũ, de quo aliqua
Anno ſal. repetere ad hoc tẽpus perducentia ducimus neceſſarium. Ad annũ tertiũ ſexageſimum
M.cc.lxiij. duodecieſq; centenum Rainerio Zeno duce Veneti quinq; & quinquaginta triremes
ad Siciliæ oram miſerunt, quæ claſſis Genuenſi, ut ſperauerant, nõ inuenta, in Aſiam na
uigauit, caſuq; apud Tyrum obuia Genuenſium nauis cetca eſt expugnata. Portũ dein-
de Venetus eadẽ qua nauim ceperat lætícia ingreſſus, Tyro ut potireẽ adnixus eſt, au-
xilijs ad expugnationẽ terreſtribus Ptolemaida & Accone accerſitis, Ceſſit tñ conanis
inanis. Quæſitã interim reddendi incõmodi uicẽ Genuenſis inuenit, qui nauim onera-
riã, ratdaſq; decẽ Venetijs ſoluturas, quo in Aſiam mercimonia deſerrẽt certior factus, H
triremes ſedecim ad Gulphi fauces curauit poſt ſcopulũ in inſidijs expectare. Sed moni
ti ab exploratoribus Veneti expoſitis in littus mercimonijs ab Epirotis protecti, naues
uacuas amiſere, Tertio abinde anno claſſis Veneta quatuor & uiginti triremiũ, tribus
Genuenſiũ triremiũ, quarũ prӕfectus erat Lanfrancus Borbonius, apud Lilybeũ fortui
tu obuia eas cepit. Quod quũ Genuã eſt perlatũ, educta aduolauit duodetriginta trire-
miũ claſſis, quӕ perquiſitã accuratiſſime Venetã ad Drepani portũ repperit, cõflictuſq;
habitus eſt acerrimus, in quo maximũ Genuenſis Reſpu. accepit incõmodũ. Nanq; tri-
bus ex ſuis triremibus in prælio crematis, cӕteræ oẽs prælio ſuperatæ utrinq; crudeliſſi-
mo fuerunt captæ. Quæ clades accepta à Genuenſi effecit, ut Michael Palæologus illi-
us ſocietate ſpreta inducias cũ Venetis cõſtituerit quinquennales. Eodemq; anno trire
mes Genuẽſiũ uiginti q̃nq; Admirhato ac præfecto Auria, Venetis triginta apud Mo-
thonũ cõcurſuræ quũ uiderẽẽ, retroceſſit Genuenſis, & naui oneraria mercibus Vene
torũ magni ualoris plena apud Euripũ expugnata potiti ſunt. Eadẽq; Genuenſium claſ
ſis orã Cretæ circũuecta, Caneã illius inſulæ oppidũ cepit, ſpoliatumq; penitus diripuit:

Exortuſ-

A Exortusq́ per id tēpus Venetijs tumultus rempu. in diſcrimen adduxit, dum enĩ multi-
plicandi uectigalis molituræ cura patres in cõſultatione detinet occupatos, clamor, per
urbē, poſt popularis concurſus ad palatiũ eſt factus, ꝓdienſq́ in publicũ Rainerius dux
populũ uerbis mitigare aggreſſus, ictu lapidis uiolatus eſt, domosq́ nobiliũ nonnullas
plebs diripuit. Tandē ſedato tumultu, auctores quiq́ incentores & ſe plebi duces oſten
derant, in eculeũ ſunt appenſi. Vrebat tunc Venetos acceptæ in naui oneraria & caneę
ruina cladis aliqua ulciſcendæ cura. Miſerunt itaq́ Ptolemaidã tres in uiginti triremes,
occaſionē ibi aliquã gerendæ rei expectaturas, quæ caſu Ptolemaidã inter & Tyrũ duo
de triginta Genuenſiũ obuiæ cõflixerunt, fecitq́ locorũ cuiq́ ſuorum propinquitas ani
mos, & in rerũ diſcrimen utrinq́ audentius depugnatũ eſt. Inferior tñ Genuẽſis quinq́
triremes amiſit, parabantq́ per ſingulos dies hi præpotentes populi talia uiciſſim infer-
re damna, ut nullo amplius Saraceno, nullo externo hoſte affligenda, peſſundandaq́ in
Aſia re Chriſtiana opus eſſe uideret. Quũ Clemēs quartus pont. Romanus utrunq́ po-
B pulũ per nuncios, & epiſtolas monuit, ut belli inducijs cõſtitutis, oratores ad ſe acturos
de pace Viterbiũ mitterent. Id ipſum etiã dictos orarunt populos reges Franciæ & Sici
liæ, ſuã utriq́ opē operamq́ in pacis, quo fieret, conſeruationē ſtabilimentũq́ polliciti.
ueneruntq́ Viterbiũ oratores, & re aliquot mēſibus tractata nihil eſt cõcluſum. Fames
ea tēpeſtate ualida Venetias affligebat, frumentatumq́ Apulia & Sicilia, ut cõſueuerat,
abſq́ claſſis præſidio importandi facultas Genuẽſi bello adimebat. Oratos tũc magna
precũ inſtantia Taruiſinos, Patauinos, Ferrarienſes, ut annona iuuarēt, Laurētius Theu
polus dux Rainerio Zeno defuncto ſuffectus, pecunia etiã exceſſiue ꝓmiſſa emollire
nequit. Noua itaq́ mari Adriatico nauigantibus tunc primũ uectigalia, & ut certiore di
cã uocabulo, frena impoſuit: lex enĩ tunc ſuperinde lata in hanc uſq́ diem ſeruata eſt, ut
intra Hiſtrũ phanatici ad Polã promontoriũ, & Rauennatiũ plagã nauigantes ad uecti
gal ſoluendũ, mercesq́ & onera, ſi magiſtratibus collibuiſſet deponendũ, Venetias ſe
cõferrent. Creatusq́ magiſtratus cũ barchis attributis, ne legi fiat fraus, die noctuq́ u-
C triuſq́ littoris plagas portusq́ perluſtrat: quæ ratio præter Genuẽſe bellũ Venetos im-
pulit ut cũ Piſanis Carolo regi apertis hoſtibus fœdera in quinquenniũ renouarent. Fu-
it annus in quo Cõradinũ à Carolo ſuperatũ Philippũq́ regi Frãciæ in Africa defuncto
Ludouico fuiſſe ſuffectũ oſtendimus, quē & diximus Cremonã appulſum utiliſsimã reb.
Aſiæ Chriſtianis operã nauauiſſe. Qui à Genuẽſi, Veneto & Piſano prope pariter à Cre
mona diſtãtibus uocatos oratores diu apud ſe habuit, & eius cura atq́ precibus inducię
in quinquēnium cõſtitutæ ſunt. Eodēq́ anno ſalutis uno ſeptuageſimo duodeciesq́ cē
teno Bononiẽſes magnã Romãdiolę partē dominio prementes clauſam à Veneto Ro
mãdiolis ꝑ Adriaticum mare nauigationē, ui adaperire conati ſunt. Parato enĩ uarijs ſi- *Anno ſal. M.cc.lxxi.*
mulationibus exercitu cũ Veneto per oratores egerunt, ut abrogata lege, cuſtodibusq́
amotis, priſtinã ſibi Romãdiolisq́ nauigãdi Adriatico redderēt libertatē: mouit pariter
cũ oratore exercitus. Diuerſi uero hic Rauẽnã ille Venetias petiere. Sẽſerat dolũ Theu
polus dux, pariq́ fuerat uerſutia uſus, nouē enĩ eius triremes ꝓximũ Rauẽnę Primariũ
D Padi oſtium ingreſſę Bononiẽſem exercitum mare inter & Padum, ut locum occuparet
accelerare uiderunt: & ſubito præſidia duo, unum Bononiẽſis ad Primarium, Venetus
alterũ ad Sanctalbertũ ſummis conatibus excitauerunt: duxitq́ poſt breui Theupolus
dux terra & mari copias, ꝗ Bononiẽſium opera impediret. Cõtinuatum uero eſt bellum
in tertiũ fermè annum, & crebra cõmittebant prælia, in quibus ſæpe Bononiẽſis ſuperi
or euadebat. Quippe in cuius exercitu quadragenûm millium copiæ militarēt, & erant
maiori parte Romãdioli bellis tumultibusq́ innutriti. Tãdē uno ſuperati prælio Bono
niẽſes, pacē ea acceperũt cõditione, ut ſuo exciſo ad Primarij oſtium caſtello, libera ſibi
quarundã rerũ edictio cuſtodi Padi oſtiorũ Veneto linqueret. Anconitani aũt quũ Bo
noniẽſium exēplo Venetis bellũ inferre nõ poſſent, ad Gregoriũ decimũ põtificē Ro-
manũ querelas detulerunt, quibus pont. motus, mare à Venetis liberũ linqui iuſſit. Ve-
netiq́ tunc minime paruerunt, ea nuncijs prætenſa ad cõtumaciam excuſatione, qđ An
conitani maledictis mēdacijsq́, & falſa ſuggeſtione uſi, põtificem ſeduxiſſent. Et per id
temporis Gregorius pont. deſtinatum triennio ante cõcilium Lugdunẽſe acceſſurus
Florentia iter fecit. Quem Carolus Siciliæ rex, & ipſius Florentiæ ſicut & penè omnis
Hetruriæ ſub uicariatus eccleſiæ titulo dominus, cum magna principum honoratorũq́
uirorum

uirorũ ſocietate deduxit. Agentē Florentiæ pontificē pulcherrimam contemplatũ ur- E
bē cepit, qua erat bonitate, compaſſio illorũ ex ciuibus qui malignis gētis Sueuæ impe
ratorũ operibus ea urbe extorres exulesq; agebant, & Carolo rege in ſuā perducto ſen
tentiā, illis reducendis operā cũ præſentibus dare cœpit: à quibus duris renitentibusq;,
tandē extorſit, ut ſeſe eius fidei & ut dixerunt, diſcretioni permitterent, fore ſpōdentes,
ut ſuo cōſtituta arbitrio ſeruarent: omnibus paulo poſt reductis, primorum ex ipſis filij
aliquot & nepotes Guelfarũ partium magiſtratui obſidum loco honeſte per municipia
habendi à pontifice ſunt permiſſi. Profectus inde pont. perpetuo itinere Lugdunũ per-
uenit, ubi attentiore in primis cura atq; diligentia de afferenda Hieroſolymæ rebus ope
eſt actũ. Cōtulit uero ſe ad id cōciliũ Michael Palæologus Græcorũ imperator, & unio
ni orientalis ad occidentalē eccleſiā tredecima tũc eius gentis peierationi cōſenſit, ſecu
tiq; illũ nōnulli Tartaræ gentis Scythicæ proceres ſacro baptiſmatis charactere ſuperfu
ſi Chriſtianos ſe & catholicos fore ꝓfeſſi ſunt. Sed & Rodulphus Haſſiæ comes ab ele
ctoribus Germanis in Romanorũ regē imperatorēq; declaratus ea cōditione à Grego F
rio pōtifice in cōcilio eſt acceptus, ut ſequenti anno in Italiam pacificus ueniēs Romā
ad coronā inunctionemq; accipiendam ſe conferret, exinde rebus Hieroſolymæ quan
tā poſſet maximam opem ferret. Florentini interea Guelfi quo primum tēpore Grego-
riũ pontificē Italia exceſſiſſe crediderunt, Gibellinos non quidem armis, ſed uarijs affe-
ctos territosq; incōmodis & cōminationibus ad fugam pepulerunt, his quos à pontifi-
ce in obſides acceperant arctiore cuſtodia conſeruatis. Quod cum intellexit pont. urbi
Florentiæ ſacris interdicens incolentes anathemate damnauit. Secutiq; Florētinos, uel
potius eorũ acti inſtigatione factioſi quidam Piſani, res & ipſi nouas intentauere. Ioan-
nes enĩ Gallura cauſidicus, & eius ſectatores nōnulli Piſis pulſi Florētiā confugerunt;
quos Florentini Lucenſesq; ad motus in Piſanis cōcitādos copijs profecuti ſunt. Gallu
ra autē morte ſubtracto, Vgolinus comes eadē rerum nouarum ſtudij ratione Piſis eie-
ctus eſt, quē Lucenſis Florētinusq; inde maiori cōfouit auxilio, quod plures ipſum no-
bilē in urbe agroq; cōplices ſtudioſosq;, q̃ cauſidicum habere conſtabat. Itumq; eſt ma G
gnis utriuſq; populi copijs ad Piſarum uſq; mœnia, & cum nihil in urbe mouerent, caſtel
lis quibuſq; immunitis illata uis & præda, hinc Lucam, inde Florentiam comportata.
Quinetiā per id Lugdunēſis cōcilij tēpus, Bononienſes Guelfi equitatus Florētini præ
ſidio freti Lambertanos, Aſinellosq;, & eius factiōis familias ſexdecim præſtātiſſimas,
imperatorios, ut appellabant Gibellinos, urbe eiecerũt. Per cuius tēpora tumultus rex
olim Sardiniæ Entius, quē Frederici ſecundi filiũ à Bononiēſibus captum fuiſſe oſtēdi
mus, Bononiæ confectus ſenio in carcere obijt, Gibellini uero Bononia eiecti oēs cum
uxoribus & filijs benigne à Foroliuiēſibus ſunt excepti. Quamobrē Foroliuiũ & Ari-
minũ Bononia per eā tempeſtatē ſolas in Romādiolis aduerſarias habuit. Pulchre uero
tũc, & ꝓ utriuſq; populi inſtigantis Florētini, & crudeliter obſequētis Bononiēſis mali
gnitate pœna, ut uidet, diuinitus eſt inflicta. Venetorum nāq; monumēta omni ſuſpici-
one uel in hac una re carētia habēt, Bononiēſes Guelfos & Florētinos equites magnũ
exercitũ obſediſſe Forũliuiũ, in qua urbe cōficere quærerēt extorres Bononia Gibelli- H
nos, factaq; ab obſeſſis eruptiōe fractos fugatosq; Guelfos octo milia amiſiſſe, quorum
nōnulli pars maxima ſunt occiſi. Qđ aũt aliũde nobis cōſtat, Bononiēſes à Foroliuiēſi
obſidiōe repulſi, amplũ in Romādiola dominiũ ꝑdiderũt. Primaq; omniũ Ceruia, maxi
mũ Bononienſi uectigal ex ſale ſolita præbere, Venetis ſe permiſit. Acta eſt etiam tunc
temporis in Lugdunenſi concilio Anconitanorum cum Venetis cauſa, abbasq; Neruiſ-
ſiæ, cui eam pontifex commiſit Gregorius cognoſcendam. Anconitanos nil ſatis ſoli-
de probantes reiecit, permiſſa pontificis auctoritate Venetis cura, eam de qua diximus
maris Adriatici oram à Saracenis piratisq; ſimul cum uectigalium portoriorumq; ſuo-
rum iuribus defenſandi. Quo tempore pontificis Gregorij cura induciæ Venetos in-
ter & Genuenſes Cremonæ ſicut docuimus cōſtitutæ in biennium prorogatæ ſunt. Re
in concilio bene geſta pontifex Gregorius iter ad Italiam eſt ingreſſus. Cũ ueniſſet Bel
locadorũ expectantē ibi Alphonſum Caſtellæ regem audiuit. Qui multis eſt queſtus,
pontificē ipſum male & perperā facta Rodulfi electione accipienda, nullam ut debue-
rat, habuiſſe electionis ſuæ ad imperiũ rationem. Eum uero pontifex tam multis placa-
uit rationibus, ut prætenſum ius ſuũ nouo imperatori deſignato cedere cōſenſerit. Inde

per

A per Viennã Lauſanãq; tranſmiſſis alpibus Lõbardia Hetruriaq; pont.iter fecit, quẽ Florentini pro ſua ad eccleſiæ cõmunionẽ cõciliatione fruſtra in cõcilio oratũ, ſecus Florẽtiæ mœnia tranſeuntẽ placare nequiuerunt. Cũq; Arretiũ perueniſſet ſanctus & ſumma dignus ueneratione pont. diem ibi obijt. Ad cuius celebre etiam nunc ſepulchrũ ſanctitas ſua quanta fuerit, miraculis crebreſcenribus eſt oſtenſum. Sed interrupta pontificis Gregorij morte rebus Hieroſolymæ afferendæ opis ſpe maxima, trium ex põtificibus Romanis intra quintumdecimũ mẽſem defunctorũ incõmoda, uacatio quoq; ſedis ſex cõtinuata mẽſes ſequũt. Primusq; decimo ſuffectus Gregorio apud Arretiũ Petrus Tarantaſiẽſis epiſcopus Hoſtiẽſis, Romã illico ſe cõtulit, cui in beati Petri baſilica cõſecrato fuit Innocentio nominis ordine quinto nomẽ. Per cuius tẽpora bellũ Venetos inter & Genuẽſes prope innouatũ eſt. Iacobo enim Cõtareno eodẽ quo & hic pont. anno ſalutis quinto ſeptuageſimo, & duodecies centeno in Venetiarũ ducẽ creato, duæ Genuenſium triremes taridã unam mercimonijs onuſtam de Venetis apud Meſſanã ceperunt. *An. ſal. M.cclxxv.*

B Ad cuius rupti fœderis famam Michael Palæologus imperator Græcus, ſuũ & ipſe fœdus, ut apparuit, uiolaturus ad arcẽ uſq; Acarnaniã claſſe peruenit. Veneti uero xxv triremiũ claſſe intra dies xv armata, oratorẽ Genuã ad res repetendas miſerunt, quæ ſi nõ eſſent redditæ, bellũ indici iuſſum: ſatiſq; fecit Genuẽſis, & orator in reditu fœdus cũ Piſano in quinquenniũ renouauit. Et ſi aũt Carolus rex omnẽ penè Hetruriã uicariatus imperij titulo ſicut pridẽ obtinebat, Lucẽſes tñ eo, ut uidetur, inſtigante bellũ aduerſus Piſanos põtificis Gregorij morte audita mouerant, quod & ab illis acerrimũ referebatur. Quare prima huius põtificis cura fuit, ſumptis ab ipſo rege nũcijs duos addere, q in Hetruriã ſimul delati, dictos populos ad pacis fœdera perduxerũt. Ea Piſanis iniuncta cõditione, ut Vgolino comite, cæteriſq; ſecũ exulibus in patriã reſtitutis bona redderent omnia, quæ prius cõſueuerãt poſſidere. Sub ipſumq; tẽpus Floretini legatione ſolenni Romã miſſa, abſolutionẽ ab excõmunicatione, & interdicti amotionẽ ab ipſo põtifice Innocẽtio impetrarũt. Qui ſecunda die ſexti menſis, q fuerat deſignatus, in Lateranẽſi

C palatio defunctus, Othobonus ex Fiſchea gente comitũ Lauaniæ Genuẽſi in quintũ Adrianũ põtificẽ eſt aſſumptus: hic pont. præſente Carolo rege Romano ſenatore Laterani electo Viterbiũ priuſquã eſſet conſecratus acceſſit. Quod quidem nulla potius ratione alia uideẽ feciſſe, q ut ſe tantiſper à regis ſubiectione ſubtraheret, cuius nimiũ exceſſiuumq; potentatum cuperet imminuere. Ad Rodulfum enim illico miſerat, qui contra ac Gregorio decimo promiſerat uenire in Italiã diſtuliſſet. Sed is bello aduerſus Bohemiæ regẽ implicitus imperij iura, & pariter debitos eccleſiæ fauores ſpernere uidebaẽ. Et accedebat tũc Caroli regis magnitudini, qđ paucis innixus uel urbibus, uel oppidis, quorũ umbrã potius q dominiũ in Achaia habebat, & Cõſtantinopolitanũ aſpirabat imperiũ, cõſtituerat per id tẽporis bello Palæologũ agitare: quæ & alia dũ magno Hadrianus moliẽ animo, ad quinquageſimũ, uel ut aliqui habẽt quadrageſimũ põtificatus diẽ Viterbij obijt, habuitq; ſucceſſorẽ Petrũ Portugalenſem Tbuſculanũ epiſcopũ cardinalẽ, quigeſimuſprimus Ioãnes uoluit nominari. Is uir alioquin doctus, & uirorum doctrina

D cultorũ amantiſſimus, uita & moribus leuis fuiſſe dicit. Primã uero in põtificatu curã ſuſcepit Michaelẽ Palæologũ ad promiſſam cõſtitutamq; in Lugdunẽſi cõcilio unionẽ ita hortari, ut niſi eã ſeruaſſet Carolo ipſi regi fauorẽ fuerit præſtiturus. Per eiuſdem põtificis tẽpora Veneti Anconitanos bello mariq; acerrimo proſecuti ſunt, qđ ad orã Hiſtriæ & Romandiolæ nauibus clandeſtine cũ mercimonijs penetrãtes, latæ Venetijs legi, & uectigalibus portorijſq; fraudẽ facere præſumpſiſſent, delectoq; ad id bellũ præfecto ſex & uiginti triremes dux attribuit Cõtarenus, & machinæ ad urbis oppugnationem onerarijs nauibus comportatæ. Dum aũt portus magno oppugnaẽ conatu, tempeſtas derepente coorta nauigium in altũ pelagus tranſuerſum egit. ſexq; triremes impactæ litoribus Senogalliæ perierunt. Immiſerũt paulopoſt Veneti ſupplemẽto naues taridas & triremes, quibus aperto nauigantibus mari Anconitanus perbelle ſtruxit inſidias: omnibus enim quæ ſibi eſſent nauibus & triremibus Venetorum, & præfecti claſſis inſignia ſunt aptata, ad quas applauſu nautico occurrentes, cũ duæ declinaſſent Venetorum naues captæ, & Anconã magno gaudio ſunt perductæ, cuius cladis bifariam acceptæ indignatio ſenatũ perpulit Venetum, ut reuocatus cum claſſe prima præfectus in carcerem

carcerem ſit cõiectus, & noua inſtructior expeditio in Anconã ducẽda paulo poſt Ve E
netijs eſt educta. Eodẽ quoq; tempore templarij Tyrum urbem pro expeditione Chri-
ſtiana adminiſtrantes ſolitã ante bellũ Genuenſe iuriſdictionẽ & portoriorum exem-
ptionẽ Venetis in ea urbe redintegrauerũt. Tergiuerſatus eſt interea uerbis Palęologus
cũ Ioanne Romano põtifice, qui pont. ruina oppreſſus cameræ, quã ædificari curabat,
octauo põtificatus mẽſe exacto, Viterbij interijt. Cardinalesq; illico Romã acceſſerũt,
nouũ in Laterano põtificẽ delecturi. Et Carolus rex ſenatorio functurus munere cõcla
uis cuſtodiæ curã habuit, quæ rebus eccleſiæ multũ, ſibi plurimũ obfuit. Dum em̃ aper-
te pertinaciterq; Gallicum potius q̃ Italicum creari põtificẽ cõtendit, electio ſextũ pro
pe menſem cũ magno rerũ orbis Chriſtiani damno atq; incõmodo eſt dilata, & ipſe ma
ximũ inde nõ magis patrum, q̃ populorum Italię odiũ incurrit. Subſecuta aũt eſt eius er
ratum tam repentina q̃ digna correctio, Ioanne Caietano Cardinale ſancti Nicolai in
carcere Tulliano in tertiũ Nicolaum pontificem declarato. Is em̃ gente oriundus Vrſi-
na in Romanis præſtantiſſima, animi dotibus corporisq; ornatiſſimus fuit, adeò ut mul F
ta fecerit, plurima intentauerit, ſuã prudẽtiam & animi magnitudinẽ oſtendentia. Nihil
tñ in põtificatu duxit antiquius, q̃ Caroli potentiã imminuere. Idq; ſua ingenij dexte-
ritate intentatum atq; perfectũ eſt. Vicariatũ em̃ imperij in Hetruria illi obligaturus Ro
dulfum in Germanis deſignatũ imperatorẽ excuſationi ſuæ prætendit, quem ſimulauit
opẽ Hieroſolymæ rebus ex cõſtituto adferre, requiſitũ reſpondiſſe, Id à ſe nec fieri poſ-
ſe nec debere, niſi uſurpatã in Hetruſcis autoritatẽ Carolus dimiſiſſet, quã ſimulationẽ
pont. utrinq; cõtinuauit. Rodulphus em̃ hoc ipſo Hetruriæ à Caroli uicariatu liberatæ
facto deliniuus Romandiolã & Rauẽnatũ exarchatũ põtifici & eccleſiæ reddidit. Nãq;
poſt fractas apud Forumliuiũ, ſicut oſtendimus Bononienſiũ Florentinorũq; copias,
omnis Romãdiola imperatorias ſecuta erat partes, & minima quæ ſinguli darent popu
li tributa percipiẽs Rodulfus, eos priuilegio ſub imperij titulo liberos eſſe dixit. Cuius
rei geſtę ordinẽ in Foroliuienſiũ monumentis extare uidimus. Nicolaus itaq; pont. Ber
toldo Vrſino nepote in Romandiolæ Comitẽ declarato, cũ nuncijs & literis Rodulfi G
miſſo, omnẽ Romandiolã ꝓ eccleſia recepit, cui & Bononia tũc pariter fuit dedita, poſt
quẽ Latinus cardinalis alter Nicolai põtificis ex ſorore nepos in Hetruriã uicariatu im
perij liberã ſedis apoſtolicæ legatus acceſſit. Is em̃ cardinalis præſtantiſſimus, & auun-
culi põtificis uirtuti reſpõdens, omni Hetruriæ ad pacẽ quietẽq; perductæ, Gibellinis
Florentiã ac in cæteras urbes reductis, eccleſiæ magiſtratus impoſuit, à quibus Hetru-
ria quãdiu is põtifex uixit ꝓ eccleſia eſt retẽta. Venerat tñ paulo ante põtificis mortẽ in
Hetruriã uicarius à Rodulfo miſſus, quẽ utrũ pont. fuerit admiſſurus mors eius incertũ
fecit. Senatus uero officiũ regi abrogaturus pont. oportere dixit Romanos cõciues ſu-
os in eccleſiæ fidei integritatẽ, à qua pridẽ deuij fuerãt, alliciendos ab eccleſiaſticis gu-
bernari. Et ſeipſum ꝓnuncians Senatorẽ, magiſtratus munera pluries per ſe q̃ per aliã
obiuit. Venerũt ad eius creationis nouitatẽ de more Veneti oratores, q̧ diu ſpreti quũ
ad ſalutationẽ reuerẽtiãq; ſicut & alij nõ admitterent, à Cõtareno duce ſuo reuocati ur-
be profecti ſunt, ſed eos de itinere reuocatos pont. admiſit, multis & dulciſſimis uerbis H
de Anconitanę urbis Romanæ eccleſiæ iuris oppreſſione redarguros, & reſpõdere ꝓ-
hibitos reiecit. Siue aũt interea parauerãt eduxerãtq; Veneti, ſiue poſtq̃ intellexerant,
quæ ſuis apud põtificẽ cõtigerant oratoribus, certũ eſt octo eorũ triremes q̃ die orato-
res Venetias attigerũt, ad cęterã claſſem Anconã obſidentẽ ꝑueniſſe. Miſerũt ꝑ id tẽpo-
ris Anconitani Venetias legatos de pace acturos, quæ ꝓpemodũ cõſtituta erat, cũ eſt
allatũ duas Anconitanorũ triremes tardã de Venetijs ſecus Sicilię littora prędatas eſſe:
quã ob rẽ & dimiſſi ſunt re infecta legati, & triremes quatuordecim Venetijs eductę in
Anconitana caſtra expeditionẽq; aduolarũt, quarũ duas paulo poſt incaute ab alijs ſepa
ratas Anconitanus ſilentio inter cuſtodias dilapſas cepit, in portũq; perduxit. Et paulo
poſt æquis cõditionibus cõſtituta eſt. Scribit Ptolemeus Lucẽſis, Nicolaũ põtificẽ, niſi
eius cõſilia mors occupaſſet, reges duos unũ Lõbardiæ, alterũ Hetruſcis fuiſſe daturũ,
quo regib. Siciliæ atq; Germanis imperij titulo abutẽtibus euertẽdi Italiã ſicut ſæpe fe-
cerant, facultas adimeret. Innuitq; Vrſinos eum potius fuiſſe, q̃ alios ad id faſtigij eue-
cturũ. Quinetiã cõſtat põtificẽ ipſum deturbãdo Sicilia Carolo nonnihil initij dediſſe
Petro

A Petro Arragonū rege Ioannis Porchitij opera ſuaſo, ut iure hæreditario Cōſtantiæ uxo
ris ſuæ prætenſo, id regnū recipere adniteretur. Cōſtituit uerò is pontifex lege promul-
gata, neminem regio ſanguine ortum, ſenatorē urbis de cætero fieri, & alijs quicunq́ fie
rent anni tempus in magiſtratu concedere, nullius etiā futuri pōtificis autoriiate licere.
Qui opera Romę reliquit, ut in ea ætate conſpicua, erecta inſtaurataq́ apud S. Petri ba-
ſilicam, apudq́ Lateranum palatia, & Suriani in Cunino monte oppidi arcem commu-
niuit, in qua tertio pōtificatus anno, ꝑpè exacto, apoplexi correptus uitā interrupit, mul
tis uirtutū operibus, ſi longior fuiſſet, glorioſiſſimè decorādam. Delecturi nouum pon-
tificē cardinales in Viterbio coacti, tēpore debito cōclaue ingreſſi ſunt, cuius cuſtodiæ
cura Richardo demādata eſt Hānibalenſi Romano proceri, apud Viterbienſes ita gra-
tioſo, ut illi potius, ꝙ eccleſiæ ſubditi uiderent. Iſq́ malo exorſus initio, quod electionē
turbauit, Vrſum Nicolai pontif. defuncti nepotem Viterbienſi prætura eiecit, ſibi à pa-
truo pontifice demādata. Tulerunt id grauiter, ſicut debuerunt, Mattheus cognomēto
B Rubeus, & Latinus cardinales, quorum hic ex ſorore, ſicut oſtēdimus, ille ex fratre pōt.
Nicolao fuerant nepotes, & aliorū ex Italis cardinalium conclaui incluſorum, quos pe-
nè omnes Nicolaus creaſſet fauori innitētes, fieri electionē, niſi Vrſus reſtitueretur, im-
pediebāt. Quod quū intellexiſſent Viterbienſes, conclaue irrumpētes, eductos ui & fu-
rore Vrſinæ factionis cardinales in cuſtodia habuerunt. Et Romę interea Hannibalen-
ſes factio potētiſſima cōtractis undiq́ auxilijs tumultū in urbe cōciuerāt, nihil aliud ad
nixi, ꝙ ut eiectis, ſicut dicebant, dominio Vrſinis reipub. forma in urbe conſtitueretur.
Aliquotq́ cōmiſſis cædibus & incendijs, tandē Vrſini cum omni factione ſua Pręneſte
ſeceſſerūt, quos factio Hānibalenſium eſt inſecuta. In Capitolio autē Apulus quidā no-
bilis uices tunc ſenatoris gerebat, cui & creatus pōtifex uicariatus urbis autoritatē con-
ceſſit. Sed & is illico in Hānibalenſiū caſtra ſe cōtulit, geſtaq́ ſunt eo præſente ſub Præ-
neſtinis mœnibus pręlia, & regio undiq́ eſt uaſtata. Nam Viterbij interea patrū cōcor-
dia erat ſecuta, qui ad quintū & dimidiū indiuiſionis menſem Italicis Vrſinorum abſen-
C tia ſuperatis, Gallicum pontificē creauerūt Simonem tituli S. Clementis presbyterum
cardinalem, fuitq́ quartus Martinus pōtificatus nomine appellatus, uir bonę ui cōſtitit
mētis, & omia probè in pōtificatu geſturus, niſi Gallicos reges nimijs fauoribus ꝓſequi
curauiſſet. Noluit tamē Viterbij pōtificalibus inſigniri, quod Viterbienſes cēſuerit ob
factam in cardinales Vrſinos uiolētiam excōmunicatos, & Vrbemueterem delatus, ibi
coronam accepit. Scribit Ptolemeus, quem & nōnulli poſtea ſecuti ſunt, Carolum Sici
liæ regem, quū in noui amiciſſimiq́ pontificis amplexum cucurriſſet, oblatā ab eo ſenà
toriam dignitatē adminiſtraſſe, quod quo fieri potuerit modo, Lateranēſis eccleſię mo-
numenta, quæ ſumus ſecuti ſupra oſtenderūt. Hannibalenſes em̄ poſtquā Vrſinos mu-
nitiſſima urbe Præneſtina deturbādi nullā ſibi facultatem adeſſe uiderūt, nouuſq́ illicò
cōcitus eſt tumultus, in quo Ioannes Cincius Latini cardinalis Hoſtienſis illius qui Vi-
terbij tentus fuerat, germanus frater, in Romani populi capitaneum eſt creatus. Apulò
illo pont. Martini uicario, & ſenatoris uices gerēte, in publicum carcerem furentiū hu-
D meris cōportato, ad primū ipſius Ioānis Cincij regiminis tēpus ſtudia partiū Romæ re-
crudcrunt, multiſq́ in locis cædes & incēdia ſunt cōmiſſa, & ad infimas Capitolij col-
lis radices, qua parte nunc eſt, ut cliuus in urbē ducēs, ædibus frequentatiorē, mercatum
nūc appellāt, domus aliquot crematę, aliquot ferro ſunt dirutæ, quas ruinas eo loco nūc
deformes eſſe uidemus. Pontifex interea Montisfaliſcorū oppidū aduenerat, in quo cō
ſpectu lacus Volſinenſiū, & cōſitionum multitudine amœniſſimo æſtatē egit: nec eius
uicinitate ueritus eſt Ioannes Cincius, qui Romanas cohortes in agrum Viterbienſem
duxerit, quo illatam Latino fratri ſuo ulciſceretur iniuriā, uaſtiraſq́ in Viterbienſi agrò
ingēs, & cędes in defenſantes rem ſuā Viterbienſes ſunt cōmiſſæ. Capitaneo Romā re-
uerſo, Martinus pont. Romanis rebus prudentiſſimè conſuluit: Mattheum nanq́ Vr-
ſinum cardinalē Romam mittens, paci ut ſe facilem pręberet admonuit, quam Ricardū
prædixit Hānibalenſem à ſe humiliter petiturū, & Ricardū quod diu per nūcios popo-
ſcerat contractū à conclauis uiolatione excōmunicationē remitti à pōtifice reſcijt, dum
modò humiliatus Mattheum placare curaret, paruoq́ amicorū negocio factū eſt, ut Ri-
cardus capite pedibuſq́ nudatis, corrigiam deferens in laqueum à ceruice pendentē ad

Matthęi pedes procidēs,& amicitiā redintegrarit,& ab excōmunicatiōe fuerit abſolu- E
tus.Id quamprimū factū eſſe intellexit pontifex Romano populo per nuncios & literas
liberū fecit, ut à duobus ex nobilitate Romana in populo gratioſis grauibuſq; uiris pu-
blico concordiq; ciuium inermium cōcilio in ſenatores annuos delectis, autoritate etiā
apoſtolica gubernarent. Populiſq; Hannibalem Petri Hānibaldi filium & Pandulſum
Sabellū creauit, quorū magiſtratus tempore res Romana quietiſſimè ſimul & iuſtè gu-
bernata effloruit. Affectauerat quod ſupra innuimus, Carolus Siciliç rex Cōſtātinopo-
litano imperio manus inijcere: quare pōtificis Martini fauore nimio abuſus eū impulit,
ut Michaelē Palæologū ſponſiones ſeruandæ unionis in Lugdunenſi cōcilio factas nō
implentem excōmunicauerit. Quod quū Petrus Arrago rex intellexit eodē Ioāne Pro-
chitio qui cū Nicolao tertio inchoauerat, & Benedicto Zachariæ Genuenſe operā na-
uātibus belli paciſq; ſocietate cū Palçologo ſociatus eſt. Claſſemq; illico Petrus ad Tar-
raconem cōmuni utriuſq; impenſa armare cœpit. Feiunt Martinum pont. Carolo inſti-
gante Arragonem quid ea ſibi uellet parata claſſis per nuncios interrogaſſe, cui ille mi- F
nori q; pontifici debuerit reuerētia reſpōderit, interiorem ſe qua uteretur tunicam lace-
raturum, ſi cordis ſui cogitationē cōſciam eſſe ſuſpicaret: potuit nanq;, quod breui poſt
primaria ipſius cordis ſui cōſilia tecturus fecit, reſpōdere, ſe eā in barbaros Africæ Sara-
cenos deſtinaſſe. Duxit nanq; in Africā tam diu ibi futurus, quoad Panormitanos reſciſ-
ſet rebellionē inchoaſſe cum Ioāne Prochitio conſtituiā, & ad Hipponem uſq; delatus
mortalium rerumq; prędam ingentē abegit. Inuolutæ tunc etiā erant Hetruria, Vmbria
& Romandiola motibus ad Nicolai tertij pont. mortē inchoatis, & apud Mediolanum
Turianos, gentem in urbe nobilē potentiſſimamq; uicecomites Luchinus, Mapheus &
Ioannes germani fratres ui armiſq; expulerāt. In Hetruria uerò miſſus tertio Nicolao ui-
uente à Rodulpho Imp. deſignato uicarius apud Miniate oppidū ſe à principio conti-
nuerat, qui per tentatos ad Nicolai pont. mortem Florētinos Lucenſeſq; Imperatori o-
mnino rebelles repperit. Quare Germanorū equitatu, ſed paruo quem habebat fretus,
quū caſtris nequiret ad urbes metatis, bellū factis incurſionibus utriſq; intulit. Vnde re- G
nouata ſunt in Hetruria Guelforū inter ſe fœdera, & cōiunctæ Florētino Lucēſis copiç
in Piſiēſes uicario imperiali, ut uidebatē fauētes ſunt ductæ, preſſumq; obſidione, & prę-
lijs agitatū nobile id ditiſſimumq; tunc oppidū expugnatum eſt, quod à militibus præ-
dæ auidis direptū duces exercitus, ne tāta affectus iniuria Piſiēſis populus uires reſume-
Anno ſalutis M.cclxxxi. ret, dirui curauerūt. Hæc primo pont. Martini anno ſalutis primo octogeſimo & duode
cies cēteno geſta fuere. Eius qui ſecutus eſt anni principio, Peruſini in Fulginates delati
poſt editā in agro uaſtitatē obſederūt urbem, quæ ui capta muro alicubi diruto reddita
eſt immunita. Excōmunicauit pōtifex illico Peruſinos, ſacriſq; eam urbem incolētes in-
terdixit: ſed miſſi oratores tā multis apud pōtificē inſtiterunt, ut eos pecunia ingēti mul-
ctatos eccleſiæ cōciliauerit: quinetiā ut mulctæ damnū ciuitati reſtauraret, ad eam ſe cō-
tulit multo ut dixit tēpore habitandā. Apud Romādiolos interea res cū eccleſiæ & pō-
tificis dignitate ſucceſſerāt. Guido nāq; de Appia Gallicus, Carolo Siciliç rege militare
ſolitus ea cōditione in Romandiolā eſt miſſus, ut rebus eccleſiæ in ea reſtitutis, in Gal- H
lias ſibi redire liceret. Erātq; ſibi equites octingēti, quibus & magnū pōtifex reddiderat
peditatum: Guidonē enim Feretranū, qui rebellionis in ea prouincia poſt Nicolai tertij
mortē autor fuerat, omnino pelli uolebat, fore ſperās, ſicut & fuiſſet, ut eo pulſo Romā-
dioli omnes eccleſiæ & pōtificis obedientiæ ſubderētur: & Feretranus quidē ſingulari
uir aſtutia nullo in oppido, nulla in urbe expectauit, ad quā Guido Appia ducere cōſti-
tuerit, pariterq; nullū oppidū, nulla ciuitas prçſentia Feretrani deſtituta, parere ac ſubdi
eccleſiæ diſtulit, prçter unicā urbem Forumliuium, ad quā prçſente Feretrano pōtificis
acceſſit exercitus, qui & magno uſus furore ſuburbiū recepit, tūc populo frequētiſſimū
portç appoſitū, quç rectà ducit in mōtes, ſuburbioq; cōmiſſis crudeliter cçdib. ſpoliato,
urbē Guido Appia ſedēdo, & ſimul oppugnando capere cōſtituit, nec flecti potuit à ci-
uibus deditionē pulſo Feretrano pacificam offerētibus, quin urbem ui captā diruere mi-
naretur. Dum ea Foroliuij cōtinuatur obſidio, cōſtitutæ cum Siculis à Ioāne Prochitio
aduerſus Carolū regē ſuoſq; Gallicos machinationes in facinus memorabile eruperūt.
Panormitanis enim ducibus Siculi multarū urbium & oppidorū quiq; primarij Gallos
exoſ-

A exoſi, quorũ inſolẽtiã, auaritiã, & inauditã in quaſq; mulieres laſciuiã tolerare nequirẽt,
ad unũ tollendos cõiuratione inita inuicẽ ſpopõderũt, dictaq; eſt patrãdo facinori cer-
tæ diei hora omnibus cõiuratis in tanta urbiũ oppidorumq; diſtãtia pariter reſponſura,
ut quãprimum ueſpertinã diuinę laudis horã eſſe cãpanis ritu Chriſtiano ſignificari per
eccleſias audirẽt, ſinguli populi Gallos apud ſe repertos & ubiq; obuios obtrũcarẽt: nec
defuit, aut fraudẽ fecit publicæ ſpõſioni, adeò ut Gallis, q in Sicilia ubiq; erãt cuiuſcũq;
ætatis crudeliter ſublatis, in eos quoq; ſæuitũ ſit, q utero clauſi materno ſemine cõcepti
Gallico credebãt: Cui ꝓpè diei alterã in Gallis cõmiſſam apud Forumliuiũ cędẽ, reſpõ
diſſe uidemus. Erat Foroliuij Guido Bonatus aſtrologorũ ſuæ ætatis primarius, extãtes
cuius libri cęteris eius facultatis & doctrinę libris facile pręferunt. Is patrię amãtiſſimus
cõciues admonuit, ut omni certamine aliquot diebus omiſſo, à ſe deſignatis dieb. parati
armis, promptiq; animis, quũ iuſſiſſet eruptionẽ in hoſtẽ facere properarẽt. Quanquã
Lateranẽſis eccleſiæ monumẽta literis ſcripta ad diem Kal. Maij ſecundã populũ erupiſ
B ſe, & Guidonẽ de Appia cum Gallis prope omnibus interfectũ indicãt. Eiuſq; rei geſtæ
Dãtes Florẽtinus poeta uulgaris noſtræ patriæ honoris gratia meminit. Quanq; porta
ſuburbijq; locus ab eo facto rupta in hęc tẽpora nomẽ ſeruãt. Redijt in urbẽ paulo poſt
Feretranus, & multa de Romandiolis, ut cõſueuerat, poſſedit. Carolũ regẽ quãdo ſui ad
internecionẽ in Sicilia cæſi ſunt, ſolus inter ſcriptores in Hetruria fuiſſe Villanus dicit.
Ptolemeus uerò locũ omittit, narratq; regẽ ipſum ad ſubitũ mali nũciũ ex prouincialib.
Gallicis ſibi militare ſolitis, ex omniq; ſuo de Italia regno atq; ab Hetruria ingẽtẽ cõtra-
xiſſe exercitũ, quem Rhegiũ uſq; præmiſerit tãdiu expectaturũ, quouſq; nauigium illò
transportãdo cõtrahere potuiſſet: nãq; quicquid fermè nauiũ prius habuerat, circa Sici
liam amiſerat. Tranſmittens poſtea Meſſanã terra mariq; obſedit, cuius capiendæ urbis
ſpes omnis uel inde ſubitò eſt ſublata, qđ ſuis Galli clamoribus in cœlũ ſublatis interne-
cionẽ Meſſanijs cõminabantur reddere, quã eos cõdonandam abolendamq; uel iureiu
rãdo & omi teſtatiõe oportuit polliceri. Arrago rex interea in Sardiniã ex Africa ſe cõ-
C tulerat, nauigiũ tãdiu reficere, quoad à Siculis uocarẽt. Quare dum Carolus freto traij-
cit, à Panormitanis feſtinare rogatus, eodem penè tẽpore, quo Carolus Meſſanę, Panor
mi fuit: nec mora, titulo coronaq; Siciliæ regni quo cæteri antea cõſueuerãt reges more
& apparatu appellari inſigniriq; eſt paſſus: inde acceptis quę ex omi Sicilia cõfluxerant
copijs, terra & mari mouẽs in Carolũ ferri cœpit. Vix dumq; prima liquerat caſtra, quũ
eſt renunciatũ, Meſſana obſidiõe liberata, Carolũ in proximis Calabrię littoribus cõſe-
diſſe. Et per id tẽporis Carolus Salerni princeps uelociſſimis à rege Carolo patre nũcijs
accerſitus, aliquot ex prouincia Narbonẽſi cohortes in Italiã traduxerat, qui per Florẽ-
tiam genitori deditiſſimã, perq; urbẽ Romã primũ in Neapoli de itinere quieuit. Petrũ
interea Arragonẽ omni Sicilia potitũ Carolus ex Calabris cõpellatum literis perfidiæ
coarguerat, quod affinis cõſanguineuſq; dolis quæſitũ machinationibuſq; regnũ ſubri-
puiſſet. Cui Arrago cauſæ ſuæ honeſtati prętẽderat hæreditariam Cõſtantię uxoris ſuc-
ceſſionẽ, quæ illi à Mãfredo patre, & Cõradino auunculo cõpeteret, addiditq; multa in
D literis extãtia, quas uidemus de Siculorum precibus, quas exaudire homo pius & regio
ortus ſanguine à calamitoſis & inaudita preſſis miſeria nõ potuerit. Qua ex uerborũ cõ
trouerſia cõuentum eſt, ut duello & armis decertata orbi publica & notoria per alterius
uictoriã eorũ iuſtitia oſtenderet. Et præter duellũ, quod reges ipſi depugnarẽt, centum
quilibet eorũ milites ducere debebat, qui pariter inuicẽ decertarent. Locus per cõmu-
nem utriq; affinẽ Angliæ regem indifferẽter tutus, Burdegala urbs Vaſconiæ eſt dicta.
Iuitq; ex Italia in Vaſconiã Carolus, & Ioannẽ Gryllũ conueniens regis Angliæ in Va-
ſcouia Mareſcallũ, ſeſe cum aduenifſet Petrus cõſtituta exequi paratũ obtulit. Arrago-
nem quidã ſcribũt noctu acceſſiſſe incognitũ, à Gryllo illi regis Frãciæ propinquãtem
ad iuſtum ſibi metũ prætendiſſe, cuius ratione à loco nõ tuto ſeſe detrectati certaminis
purgatũ eſſe prædixerit. Quidã uerò ipſum regem ultra regni ſui fines nõ acceſſiſſe cõ-
tendũt. Miſerat põtifex Martinus, quo tẽpore Carolus in Gallias Burdegalamq; acceſ-
ſit, Gerbardum Parmẽſem cardinalẽ ſedis apoſtolicę legatũ, & Caroli illius filij, & regni
gubernatorẽ. Petruſq; Arrago Rhogeriũ de Loria Siciliæ & claſſis inſtituerat Admir-
rhatũ, qui duelli cõſtituta euanuiſſe intelligẽs in portũ uſq; Neapolitanũ claſſe delatus

eſt.Contraxit illico Carolus princeps quicquid triremiũ nauiũq; ubiq; habuit, prælioq; E
à cardinali legato ,phibitus decertare,paululũ deſtitit: mox uero illius ſpreta autoritate
atq; reſiſtentia,adeò præceps ruit in prælium,ut nullo penè cõmiſſo certamine, cũ magna
nauigij parte captus,in Siciliã & breui poſt in Arragoniã fuerit perductus.Carolus pa-
ter interea huius rei ignarus, datas à rege Frãciæ, acceptas ingentes copias mari terraq;
in Italiã ducebat. Iamq; Corſicã præteruectus Italiæ littora proſpectabat, quũ forte ob-
uius mercator Piſanas de naui uociferatus,eũ filij caſum paucis edocuit uerbis, quẽ eo-
dem die de induſtria miſſi à legato plurimi nunciarũt. At Martinus pont.nõ magis Pe-
tri Arragonis iniuſtitiam ægre ferens, q̃ Gallicorũ damni & iniuriæ acceptæ impatiẽs,
Petrum excõmunicatum,regnis quoq; hæreditatis paternæ priuauit,in quibus regẽ in-
ſtituit Carolũ ſecundũ,regis Frãciæ primogenitũ,eademq; regna quãdiu in Petri Arra-
gõis poteſtate & obediẽtia perſeuerarẽt,eccleſiaſtici interdicti incõmodo ſunt dãnata.
Quinetiã ne quid deeſſet mali,quod ab irato põtifice poſſet infligi,æternæ beatitudinis
præmia illis ſacroſancto decreto ,pmiſſa ſunt,qui cruce inſigniti in Petrũ Arragonẽ ho- F
ſtilia intentarẽt. Et ſuus põtificis dux belli Guido Mõtefortis in Romãdiolã cum exer-
citu miſſus,rem interea bene geſſerat,nõ magis ui & armis q̃ Feretrani prudẽtia,qui ſuis
Mõtisferetri oppidis pactione retentis,cętera de Romãdiola in põtificis poteſtatẽ fieri
curauerat,inter quæ Forumliuij fuit, quã urbẽ Mõtefortis in Guidonis Appij & Galli-
corum necis ultionẽ mœnibus ſpoliauit, Vrbinũ uerò cùm recipere pergeret Mõtefor-
tis,cõmiſſo pręlio eſt repulſus. Qui eam exercitu cinctã Foròliuio parem reddere cõmi
natus eſt. Agri tñ,oppida & caſtella à Feretranis remotiora breui in poteſtatẽ deditione
ſunt facta: nec dubium cuipiã tunc fuit Guidonis Feretrani mores callenti atq; ingeniũ;
quin urbem ipſe, ſicut & uicina ſibi oppida, ſpe præbita & immiſſis noctu præſidijs ſu-
ſtentaret.Sed dum ea protrahit̃ Vrbini obſidio, Rubeus Anguillarius in Hetruria Co-
mes Mõtefortis ſocer obijt,ad cuius retinẽda comitatus oppida in Saonã,& eam mari-
timam,nunc Senenſem oram urgentia cum parte exercitus aduolauit. Partẽ uerò illius
maximã Comiti Iuuenatij attribuit,cũ quibus obſidionẽ cõtinuauit.Eodem quoq; tem- G
pore bellũ inter Genuenſes Piſanoſq; ad Corſicã inchoatũ eſt. Et Carolus rex Neapoli
appulſus ciuitate cõfirmata,quã repperit titubãtem, in Apuliam ſe cõtulit,copias inde
nauigiũq; cõtracturus,quo in Siciliã trãſportaret exercitũ, ſed febre correptus interijt.
Cardinaliſq; legati opera & diligẽtia Carolo ſecundo in Arragonis carcere agẽti,regnũ
id cõſeruatum eſt, Philippi uerò regis Frãciæ filium comitẽ Atrebatẽſem ad eius regni
cuſtodiã accelerare iuſſum, paucę è Gallijs copiæ ſunt ſecutę, q̃d plurimis pater ad deſti-
natum in Arragoniã bellũ indigeret.Id eñ regnum filio primogenito acquiſiturus,cui à
Martino pont.cõceſſum erat,maximos fecerat apparatus.Et quartus Martinus põtifex
morte interim ſubtractus, ſuũ regẽ Carolũ eſt ſecutus. Ad eius mortis nũciationẽ Gui-
do Feretranus Iuuenatij comitẽ copiarũ eccleſiæ Vrbinatiũ urbẽ obſidione prementiũ
ducẽ aperto impetijt bello, quẽ & repulit prælio ſuperatũ. Eaq; ciuitas in Feretrani po-
teſtatem facta excidium euaſit,quod illi à pont.Martino,ſi ſuperuixiſſet,certiſſimũ im-
minebat.Nec fuit diuturna ſedis apoſtolicę uacatio,q̃d cardinales motus ueriti,quos a- H
lias diuturnior ſedis apoſtolicę uacatio dederat,Iacobũ Sabellum ex uetuſta procerũ fa-
milia Romanũ in põtificem,cui quarto Honorio fuit nomen declarauerũt.Erat tũc Ro-
mæ alter ſenator Pãdulfus Sabellus,põtificis germanus frater: per cuius tempora magi-
ſtratus Romana res iuſtè & quietiſſimè fuerat adminiſtrata. Quare pont.Honorius ad
Anno ſalutis M.cclxxxv. annum ſalutis quintũ octogeſimũ,duodecieſq; centenũ Romã accedens apud ſanctam
Sabinã in Auentino habitauit, quas ab eo tunc ædificatas ædes nunc deſertas dirutaſq;
uidemus,fouitq; hic pont. Gallicorũ regum ubiq; partes.Rodulphus aũt ſolo titulo tũc
Imperator cãcellarium ſuum in Hetruriã mittẽs,principalẽ de fiſco ſuo Genuenſem oẽs
qui pecuniã attribuerũt in libertate dimiſſos imperij fideles pronunciauit.Per quã occa-
ſionẽ Lucenſes duodecim milibus auri datis,libertate donati ſunt.Et Florẽtinus popu-
lus ad quietẽ iam perductus,nouã inchoauit ſaluberrimãq; regiminis formã,quę in no-
ſtra quoq; tempora,licet aliquãdo prout oſtẽdemus,à Gallicis regibus interrupta perue-
nit.Creati eñ ſunt ſex magiſtratus bimeſtres futuri,quib.artiũ primorib.fuit appellatio,
& ſeptimus breui additus uexillifer iuſtitiæ uocatus.Interea Philippus rex Frãciæ bellũ

Arragoni

A Arragoni illaturus per terrã Rõcillionis Pyrenęos mõtes trãſmittere eſt adnixus,à quo
rũ clauſuris ualido Arragonũ pręſidio firmatis repulſus cùm eſſet,flexit in Gerundẽſes,
eamq; urbẽ cinxit arctiſſima obſidione,cõmeatibus tãto exercitui neceſſarijs ad proxi-
mum caſtris portũ nauigio in id parato à Narbonenſibus cõportatis. Dum ea obſidio
tertiũ iam protrahit̃ menſem,Petrus Arrago cõmeatum,qui tunc maximo conatu defe
rebat̃,ut interciperet intentauit.Selectos itaq; ducẽs quingẽtos milites terrã,quę portũ
& caſtra intercedit,medio occultus ſpario inſedit.Pręſidio inde calonibus à Frãco rege
datis, ſubita eruptione cõgreſſus, prælıũ decertauit acerrimũ,in quo maior utrinq; pars
meliores quiq; aut occiſi,aut cõfecti uulneribus ſunt proſtrati. Accepitq; Petrus & ipſe
uulnera,ex quib.malè,ut ferũt,curatus,uel potius quia laboribus militiæ citius ꝙ opor-
tuit,ſe periculis expoſuit,eſt defunctus,regnũq; Arragonũ Fernãdus natu maior,Sicu-
lorum Iacobus ex teſtamẽto accepit.Gerũda urbs interim pactione à ciuibus dedita eſt
in regis Franciæ poteſtatẽ.Per quod item tẽpus laboranti ex uulneribus Petro Arrago
B num regi nunciatũ eſt,Honoriũ quartum pont.Romanum excõmunicationem à quar-
to Martino pont.factam in eum Fernandumq; & Iacobũ filios, ac Cõſtantiam uxorem
innouaſſe.Sed & Philippo Francorũ regi ſua etiã per id tẽporis infortunia euenerũt.Cũ
eñ multa & magna apd' Gerundã in Arragones moliret̃,ſubita ac aliàs inaudita morbi
uis ſuũ inuaſit exercitũ. Aeris nanq; craſſitudo ſuã adeò oſtendit corruptionẽ,ut muſcis
nõ uolantibus magis ꝙ inſidentibus omnia uel in cibum ſumenda obtegerent̃,febriſq;
paſſim,& mortes ubiq; exercitũ inuaſere: quã afflictionẽ dũ animo æquè ac corpore iã
æger pergit declinare,Philippus & in febrẽ ipſe corruit,quæ Perpinianũ petentẽ oppi-
dũ,uſq; adeò indies augeſcẽs comitata eſt,ut eò appulſi incolumitate medici deſperare
ſint uiſi,tũcq; alia ſuper aliã,quod plerunq; rerũ habet cõditio humanarũ,infelicitas ſub
ſecuta eſt.Eam claſſem,quã diximus cõmeatum à Narbona ad Gerundã obſidẽtẽ exer-
citum cõparaſſe, Philippus à Piſanis Genuenſibuſq; maiori ex parte cõduxerat, & Ge-
runda potitus,dimiſſam abire permiſerat,cuius maximã partem Fernãdus rex in ſua re-
C ceptã ſtipendia claſſi addidit,quã Rogerius de Loria Siciliæ Admirrhatus audita regis
Petri morte,ſubſidio Arragonẽſibus tũc adduxerat, cõgreſſaq; utraq; claſſis deſidẽti in
portu Narbonẽſi Frãcorũ nauigio uictoria facillimè eſt potita,quę clades accepta Phi-
lippi regis Francorũ mortẽ acceleraſſe credita eſt.Eodẽ etiam tẽpore claſſes Genuenſis
Piſanaq;,& publica ipſarũ ciuitatũ impenſa armatæ apud Lamellũ inſulã Piſano portui
uicinã cõcurrerũt,prælıũq; fuit ſicut numero nauiũ uirorumq; ingens,ita deſideratorũ
multitudine eximiũ.Piſani eñ poſt cõtinuatã perpetuo die pugnã, ſole in occaſum uer-
gente,in portũ ſe recipere adnixi,à d eam prorarũ conuerſionem fracti ſunt, in fugamq;
cõuerſi, unde quinquaginta triremes partim ab hoſte abactas, partim ſubmerſis amiſe-
re.Qua in clade duodecim milia uirorũ magis occiſa,enectaq; q̃ capta tradunt̃.Eaq; cla
de accepta factũ eſſe ſcribit Frãciſcus Petrarcha,ut nõ modò uires ęquoreas,ſed animos
nauigãdiq; propoſitũ Piſani amiſerint.Quieuerunt interea noui Francorũ Arragonũq;
reges,pariter adoleſcẽtes,& Angliæ rex Odoardus utriq; affinis in Vaſconiã ſe cõtulit;
D pacem inter eos ea maximè cupiens ratione cõponere,ut Carolum Salernitanũ princi-
pem,cui regnũ deberetur Neapolitanũ,carceribus liberaret. Turbauitq; eam pacẽ ſemi
cõſtitutam factus in Siciliam tunc tẽporis impetus. Nanq; Gerardũ Parmenſem cardi-
nalem,Martinus quartus ſedis apoſtolicæ legatũ conſeruãdo Gallicis Neapolitano re-
gno inſtituerat.Is itaq; & comes Atrebatenſis regis Franciæ filius, eiuſdẽ regni cõſerua
tioni poſt mortẽ,ſicut oſtẽdimus,Caroli deputatus, inſulam Siciliæ ut reciperent intẽra
runt.Nauigio eñ à Venetis mercede ac amicitia contracto & copijs ab Hetrurię amicis
ciuitatibus accerſitis,ingẽtẽ cõflarũt exercitũ,cuius partẽ legatus præfecto & duce Re-
ginaldo Duelini Comite ad Catinæ urbis portũ duci iuſſit.Eaq; urbs e ueſtigio eſt rece-
pta.Mãſerãt uerò Neapoli & per uicina Italiæ littora milites multi, q̃bus ad reliquũ trãſ
portãdis exercitũ Reginaldus Cotina potitus,ſuũ quo euectus erat nauigiũ,redire cura
ret.Et eodẽ tẽpore Guido Mõtefortis uicariatus Hetruriæ titulũ in ſuis oppidis mariti-
mæ Senenſiũ regionis retinẽs, Comeſq; Bononienſis, & Philippus Comitis Flãdrenſis
filius Comitis Atrebatẽſis militię ſocij cũ ſuo & ipſi nauigio ab ora Hetruriæ maritima
ſoluerãt,copias & ipſi in Siciliã nõ minimas,& legati exercitũ cõportãtes.Sed quo tem

pote claſſis Gallica ſoluit, ut diximus, à Catina Italiã repetitura, Rogerius de Loria Sici- E
liæ pro Iacobo rege Admirrhatus à Narbonenſi rediens uictoria, ad tumultũ ſe confere
bat, quẽ intellexerat in Sicilia excitatũ, q̃ uiſam à longe Gallicã claſſem, effuſa aſſecutus
nauigatione nullo labore defenſoribus uacuã intercepit, & eadẽ qua à Narbonẽſi expe
ditione mouerat, fortuna uſus, alteri item obuiauit claſſi, quã Mõtefortis Bononiẽſis &
Flãdrẽſis comites ad Gallicanũ & ipſi exercitũ ducturi erãt, cõgreſſuſq; huic, ſicut & ſu-
periori ex improuiſo Rogerius ipſam uiris armatã fortibus ſicut & uacuã cepit. Nec me
liore q̃ hæ claſſes fortuna uſæ ſunt Gallicorũ copię, Catinã, ut diximus, deditã obtinen-
tes. Arragonis nãq; regis copię, quas urbiũ Siciliæ pręſidio liquerat, Siculis populariter
accerſitis, Catinã urbẽ obſidione cinxerũt, quã ſępenumero oppugnatã ui cepiſſẽt, nec
erat dubiũ quin eandẽ ſuperati occiſionẽ ſubituri fuiſſent obſeſſi, qua Gallicos om̃es in
prima inſulę Carolo regi Gallico facta rebellione oſtẽdimus occubuiſſe. Quare Aueli-
nus Reginaldus dimiſſi importunè ac temerè nauigij ſui, quo in Italiã reportaret incõ-
modũ tunc primũ intelligẽs, deditionẽ ea fecit cõditione, ut cũ omni exercitu, qui terra F
iter fecit in Italiã redire permitteret. Sed & Bononiẽſis Flãdrenſiſq; Comites cũ primo-
ribus ex ſua claſſe captis pecunia redẽpti Neapolim rediere. Soluiſq; Mõtefortis in car-
cere tẽtus obijt. Motus itaq; in Sicilia malo omine à Gallicis inchoati, pacẽ ab Odoardo
rege, ſicut oſtẽdimus, inchoatã turbauerũt. Interea quartus Honorius anno põtificatus
ſui ſecũdo uix dum elapſo, in Auẽtino mõte apud S. Sabinam obijt: cardinaleſq; incluſi
eiſdẽ in ędibus noui pontificis electionẽ facere nequiuerũt. Suborta enim derepẽte per
Aprilẽ aeris grauitas, eos penè omnes in malam ualetudinẽ proſtrauit: quorũ nõnullos
interfecit, q uerò ſuperfuerãt, ut erant ægroti, ad diuerſa loca perlati ſunt, qui poſt ęſtatẽ
hyememq; exactã Februario reuerſi in eodẽ loco põtificẽ creauerũt fratrẽ Ioannẽ Aſcu
lanum ordinis Minorũ, cui Nicolao quarto inditũ eſt nomẽ. Iſq; illico ſe cum curia ad ur
bem tranſtulit Reatinã, & poſt annũ Romã reuerſus, apud S. Mariã maiorẽ curiam te-
nuit. Per eius uiri alioquin boni tempora multa in orbe Chriſtiano infeliciſſima accide- G
runt. In primiſq; urbs Roma ciuiũ agitata diſſidijs incẽdia atq; cædes plurimas pertulit.
Vnicum tamẽ ſecundus habuit pontificatus prædicti annus lætiſſimũ, pacẽ Arragones
inter & Gallicos reges conſtitutã, licet eandẽ multo peioribus, q̃ quæ principio oblata
erat cõditionibus, ut rex Carolus acciperet, motus Sicilię effecerint. Nãq; pactus eſt ſuis
impetrare ſumptib. Iacobũ Arragonẽ à pont. Romano, ſicut Carolus genitor ſuus fuit,
feudatariũ Trinacriæ regẽ inſtitui ac coronari. Quod ſi triennio nõ impetraſſet, in carce
rem unde dimittebat̃, redire promiſit, deditq; fiijs ſponſionis ſeruãdæ obſides, Carolũ,
cui poſtea Martello regi Vngariæ fuit cognomentũ, & Loiſium, qui poſt actã in beati
Franciſci religione uitã in ſanctorũ numerũ eſt relatus. Ea uerò conſtitutæ pacis lætitia
haudquaquã fuit Chriſtiano populo diuturna. Tripolis nãq; urbs Aſiæ inſignis ſecũdo
itẽ põtificatus quarti Nicolai anno obſidione & uiribus facta eſt in Soldani Babylonię
poteſtatẽ, quã quidẽ urbem ditiſſimã poſt cõmiſſam in mortalib. cædẽ maximã, poſtq;
abactã aſportatãq; omnifariã rerũ prædã, igni primũ, poſt ferro abſumi diruiq; curauit. H
Progreſſuſq; eodẽ furoris impetu barbarus Tyrũ, Sidonẽ, Barutũ, & earũ urbiũ oppida
intra tertiũ põtificatus Nicolai annũ cepit, & ſicut Tripolim incenſa diruit. Iſq; princeps
aſtu & prudẽtia ęquè ac uiribus & potẽtatu pollens, ne ea clade accepta nominis Chri-
ſtiani principes occidẽtis in Aſiã cõciret, induciarũ fœdera in duos annos Ptolemaidæ
habitatoribus Chriſtianis cõceſſit. Nicolaus tamẽ pont. per crucẽ de more aſſumẽdam
edicto ſtatuit, afflictis Chriſtianorũ Aſiæ rebus ſubueniendũ, iuſſaq; eius maioris fuerũt
efficacię, q̃d mille quingẽtos ipſe eq̃tes ex publico eccleſiæ fiſco curauit primos omniũ
Ptolemaidã cõportari, quos & multi in magnũ exercitũ ſine certo præſtantiq;, ut opor-
tuit, aliquo duce ſecuti ſũt. Qui quò plures, eò fuerũt p̃nicioſiores. Ptolemaida urbs po-
pulis tunc frequẽtata innumeris, quãtos nũc nõ temerè alat aliqua urbs Italię, à ſeptẽ di-
uerſis ſibiq; ipſis inuicẽ contrarijs premebat̃ potius lacerabaturq;, q̃ gratulabatur magi-
ſtratuũ gẽtiumq; generibus. Patriarcha em̃ titulo Hieroſolymitanus ſibi tẽporalẽ ęquè
ac ſpiritualem uindicare quærebat gubernationẽ: eandẽ hinc tẽplarij, inde hoſpitalarij,
& pariter Theutonici ab armatorũ tractatione, & ſanguinis, ut dicebãt, effuſiõe repete-
bãt. Suã ad ſe ſolũ ſpectantẽ rex Cypri uel ea ratione uolebat, q̃d tertio antè anno regnũ
Hieroſolymæ

A Hieroſolymæ titulos in Comitis Atrebatẽſis cõtentionẽ ſpõte ſua,& paucis temeritati
aſtipulãtibus aſſumpſerat. Rex quoq; Carolus ſecũdus Neapolim ex carcere reuerſus,
nihil ducit antiquius,ꝗ̃ Ptolemaidã mittere, qui de Hieroſolymæ regni titulis cum Cy-
prio rege cõtendente,paterna auitaq; & proauita in illa urbe iura uel armis & uirib.cõ-
ſeruarent,quia in re uſq; adeò exarſit animis,ut tẽplariorũ hoſpitalariorũq; quos Cyprio
regi magis cupere audiſſet, prædia in regno ſuo Neapolitano direpta uaſtauerit.Cõſulẽ
quoq; ibi habuere Piſani,qui maiore uſus eſt ambitione,ꝗ̃ ibi quoq; Genuẽſis aut Venę
tus utebatᷣ.Milites itaq; nouos Nicolai põt. iuſtum in exercitũ ſine duce & rectore eius
quæ requirebatᷣ autoritatis imprudẽter miſſos, nullus q continere ſciret & poſſet, nullus
erat q uellet à flagitijs & ſceleribus ꝓhibere. Eaq; militũ multitudo in Chriſtianorũ cæ-
dibus,rapinis,adulterijs,uiolationib.& incẽdijs aliquãdiu debacchata, in agrũ Soldani
aliquandiu,poſt parũ interdiu ꝑ furta & latrocinia penetrauit,atq; eo uſq; progreſſa eſt,
ut prædas iumẽtorum mortaliumq;,& rerũ omniũ tanquã iuſto bello propalã abigeret.
B Tulit tñ patienter iniuriã, diſſimulauitq; diutius omniũ ſpe Soldanus, reſq; per nuncios
& abactã prædã terq; quaterq; repetijt: & quãdo tandẽ nõ ſunt redditæ,terminum præ-
fixit,intra quẽ niſi fieret ſatis,ſe cõminatus eſt Ptolemaidę excidio poſtergatis,quas ipſi
uiolaſſet,inducijs acceſſurũ. Alterum interea ſuperiori ſimile pont. Nicolaus cõmiſit er-
ratum,ꝙ unicã de qua diximus,ſui põtificatus felicitatẽ labefactauit. Carolo nãq; ſecun
do gratificari cupiẽs,pacem interrupit,quã ille & Arrago cõſtituerãt. De qua re dicturi
nõnulla in geſtis rebus Hetrurię memorãda, à Dante poeta,qui interfuit,diuerſis in lo-
cis ſcripta altiuſculè reperemus. Guidone Feretrano rem Piſanã adminiſtrãte,& Galura
iudice cum ſuis cõplicibus in exilium acto, Vgolinũ Comitẽ præſtantiſſimum ea ætate
ciuẽ ſuũ cum duobus filijs,totidemq; nepotibus Piſani diuerſarũ partiũ carcere tentum,
inedia mori coegerũt. Quæ res Florẽtinos,Lucẽſes,Senẽſes,Piſtorięſes,Volaterranos,
Pratẽſes,& eius ſectę urbes & oppida Hetrurię in nouũ aduerſus Gibellinos bellũ,quã-
to nunq̃ alias ſtudioſos ſuſcipiendũ incẽdit. In Arretinoſq; primus belli impetus eſt deſti
C natus,exulibus maximè id poſcentib. Arretinis,qui aliquot circa Arretiũ obtinẽtes,niſi
ſubueniretᷣ,amittere timebãt. Guilelmus Petramalus ea tẽpeſtate pręſul,Arretio domi-
nabatᷣ,cui bonus Feretranus Comes ex Vrbino,nõnulliq; ex ꝓximis regionibus,& ex-
torres Florẽtia Gibellini cum copijs auxilio aduenerãt. Fathlicẽs uerò ad bellũ prędicti
ſecũdi Caroli carcere,ſicut ſuprà docuimus,liberati reditus in Italiã tepeſcere fecit. Nãq;
is ad pontificem Peruſij agentem pro cõfirmatione regni acceſſurus, per mediã Italiam
ueniens,Florẽtiam ſe cõtulit,ubi paucos moratus eſt dies. Senenſi,inde uia proficiſci pa
rantem,Florẽtini deterruerunt,exploratũ ſibi eſſe dicentes ſtruxiſſe Arretinos inſidias,
quo illũ in Senenſi agro cõficerent, per quã ducendi regis occaſionẽ accerſiti ſunt Flo-
rentiam Guelforũ Hetruriæ omniũ copiæ. Et Florentini propè populariter eductis om
nium ordinũ ſignis ad id regis præſidium prodierunt. Erant tamẽ regi Gallorũ equitum
cohortes duæ in armis expeditæ,quas duce & pręfecto Almerico Narbonenſi, oẽs He
truſcorũ copias præcedere uoluit. Fama interim & à redeuntibus, q pręmiſſi erãt explo
D ratoribus rex certior eſt factus,Gibellinum quidẽ à Florentinorũ apparatibus cauentẽ,
copias tenere paratas,ſed Arretij mœnibus ſe cõtinere, multiſq; dixiſſe,honores ſe regi
quãtos poſſet exhibiturum,ſi fortè ſibijpſi magis ꝗ̃ hoſtium ſuorũ calumnijs credens,il-
lac iter facere animũ induxiſſet. Cõſilio igitur Florentinorũ rex Ceſentinati uia iter in-
greſſus,Pupium peruenit Comitis Nouelli oppidum,quem cõſtabat Arretinis cupere,
quibus tunc tẽporis militabat:nec tamẽ fuit ea in regione, qui ad regis aduentum quic-
quã hoſtile fecerit aut oſtenderit. Florentini nihilominus omnem regionem lõge lateq;
populati,incẽdia quoq; aliquot cõmiſere. Ad poſteram quæ ſecuta eſt aurorã,rex cum
equitatu mouens,per ipſa Apennini iuga in Tifernatem, nunc Ciuitatiſcaſtelli agrũ ire
cõtendit. Et eodẽ tempore Guilelmus præſul,motuũ quos ſuperiore ueſpera & per no-
ctem Florentini intentauerãt,à profugis Caſentinatibus manu hoſtiũ dilapſis,certitudi
nem habens,Bibienã uenit,quẽ equites noningentos, octo milia pedites habuiſſe Vil-
lanus affirmat. Prælij ordinẽ,ut cõmiſſum eſt,à Villano mutuari licuit. Sed ad alia ꝓpe-
ranti maiora,ſatis fuerit cũ Dãte, qui interfuit ſummatim rem colligere. Cãpi in quibus
res geſta eſt,Cãpaldinũ quod tũc erat,retinẽt nomẽ. Victores primo cõgreſſu Arretini

in Florentinorū equitatu fuſo cædem maximā commiſere. Sed dum uictoriam temerè E
pręſumūt, ordinib. ſpretis, & pugnādi ardore ſenſim intermiſſo primū à latere & à tergo
circūuenti, paulo poſt in fugā conuerſi, cuius primū inchoatæ Nouellū Villanus notat.
Guilelmū præſulē cōcordāt ſcriptores ſuis in fugā cōuerſis, ut Bibienā cōfugeret hortā
tibus reſpōdiſſe, cōmunē ſibi omnino futurā aut ſalutē, aut mortē cū tot præſtātib. ami-
ciſſimiſq; uiris, quos in id periculi perduxiſſet, & his dictis inſtaurato pręlio nō inultum
inter ſuorū cadauera cecidiſſe. Dātes uſq; adeò Florētini & Guelforū, in queis ſūe adnu
merabaẽ, uictoriā extollit, ut hoſtes penè ad internecionē cecidiſſe uerborū magnificē-
tia ſignificet. Villanus uerò tria milia cū Guilelmo & in his Pheretranū deſideratos, ca-
ptos ad duo milia aſſerit. Sed ad Nicolaū quartū pōt. Romanū. Is ſecundū Carolū regno
honeſtaturus, q̄d paterna ſucceſſiōe habiturus erat, regē eum utriuſq; Sicilię, & quæ eſt
ultra Fretū, & eius quæ citra dicit̃ appellauit. Quod cū audiſſet Iacobus Drago, ſpe quā
in fœderib. cū Carolo ictis cōceperat, fruſtratus, illū bello agitare cōſtituit, & claſſe in-
genti per tumultū educta in Italiā nauigans Caietā obſedit, ut coactus ſit Carolus diſſi- F
patas in ea regni nouitate uires magno labore, magniſq; impēdijs cōtrahere. Sed q̄ pri-
mā inter eos eō poſuerat Odoardus Angliæ rex per oratores pacē iterato cōſtituit, Ca-
roluſq; Iacobo pont. cōſenſu nouo ſe obligans ſacramēto, primo factas ſpōſiones intra
bienniū ſeruare ac implere promiſit, & huius quidē belli paciſq; negociū pōt. Romanū,
& eos reges per annū occupatos, à Ptolemaidę periculi cogitatiōe auertit: quo itē anno
bellū graue atq; difficillimū inter Philippū Frāciæ & Odoardū Angliæ reges inchoatū
eſt, ut neuter quoq; eorū rei in Aſia Chriſtianę curā, ſicut aliquādo cōſueuerat, ſuſcipere
potuerit. Quare Soldanus anno ipſo, quē rebus reddēdis pręfixerat, exacto, centū quin
quaginta armatorū milia in Ptolemaidā duce filio immiſit. Ipſe eñ morbo fortè p̄ id tē-
poris implicitus tenebaẽ, filiuſq; animis per ætatē ardētior, ampliſſimę urbi & multis re-
dundāti paratiſſimiſq; copijs obſidionē opinione Chriſtianorū arctiorem admouit: qui
poſt repreſſas multo ſuorū ſanguine primorū dierū eruptiōes, quę ab obſeſſis fiebāt, ad
munitiones oppugnādo ſucceſſit. Dumq; hæc duobus iā mēſibus magno gerit animo, G
genitori defuncto Soldanus ab exercitu eſt ſuffectus. Quo elatus ſucceſſu urbis Ptole-
maidæ prædā per edicta, præconūq; uociferationes, quæ etiā Chriſtianis intra munitio-
nes exauditæ ſunt exercitui donauit, & accuratiori ſolito uſus oppugnatiōe, eo uſq; p̄-
ceſſit audacię, ut foſſā uirgultis materiaq; cōplere tētauerit. Retulit tñ par temeritati in-
cōmodū, tam multis de infinita, quā immiſerat multitudine cōfoſſis, ut Chriſtiani per ca
dauera ſuorū uirgulta materiāq; obtegētia erūpentes ad eius tentoria pugnādo perue-
nerint. Sed tantū id damnū alioquin ingēs à barbaro acceptū, ſui ipſius fortuna, uel po-
tius noſtrorū faciēte ſocordia & infelicitate hinc inſtauratū eſt, q̄d diſcordes in ciuitate
noſtros deſperatio cepit, multiq; partim nulla uſi timoris ſimulatiōe, partim captatis ab-
eundi cauſis, partim clandeſtina per noctē fuga deſertores effecti ſunt. Ad eamq; paulo
poſt animorū cōſternationē eſt uentū, ut publico oēs cōſilio mulieres primū paruulos
& debiles cū ſupellectili emiſerint, deinde cōſtituerint duodecim milia armatos in urbe
retinēdos, qui defenſioni ſufficerēt, cęteris emigrandū. Manſeruntq; ex primoribus rex H
Cypri, patriarcha Hieroſolymæ, & hoſpitalis tēplariorūq; magiſtri. Rexq; Cypri igna-
uia, quæ certiore uocabulo perfidia appellari poteſt, uſus, ilico per fugā multitudinē eſt
ſecutus. Fuitq; exēplo eius, ut oēs quibus nauigij facultas nō defuit, Ptolemaida emigra
rēt. Poſtremi omniū Hieroſolymę patriarcha, magiſtriq; nō prius urbē deſeruere, q̄ Sol
danum uiderūt, ſiue à caſu, ſiue quod fugæ à Chriſtianis cōmiſſæ certior eſſet factus, op
pugnationē ſolito maiore impetu oſtētare. Hiq; dromone in id ſeruato portu delapſi, ſe
cunda primū nauigatione ſunt uſi. Sed uēto poſt parū in ualidā tempeſtatē mutato, ſub
ipſam Cypri plagā naufragio periere. Soldanuſq; eadē die & hora Ptolemaidā à paucis,
quos nauigij carētia detinuerat, Chriſtianis malè defenſatā ui cepit, & mortalibus in ea
repertis ad unū cęſis, prędā quidē militi ſuo promiſſam, iterato eō ceſſit edicto. Sed tāto
tenebaẽ illius excidēdę urbis deſiderio, ut perproperè ſuppoſitus ubiq; eo pręſente atq;
incitante ignis, maximā prædæ ipſius partē aſſumpſerit. Mœnibus inde, & urbis parieti
bus paſſim ſolo æquatis, duriore Saracenus miles Soldani imperio eſt oneratus, q̄d fun
damēta ita ubiq; cōfodi diſſipariq; iuſſit, ut nullum poſthac ædificij ueſtigiū appareret.

# A BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI nationc Imperij Romani, Decadis ſecundæ, Liber nonus.

ANnus erat ſalutis nonageſimus duodecieſq́ centenus, quando tandem An. ſal. M.ccxc.
reliquias amiſimus uictoriæ illius celeberrimæ, quã anno ante quarto
de ducenteſimo Vrbani ſecundi põtificis Romani auſpicijs & uirtute
Chriſtianorum expeditio inchoauerat. Saluę tamẽ manſerũt per id tem
poris Cyprus inſula, & Armenia minor, dicta prius Cilicia, quas per e-
iuſdem expeditionis occaſionem ceperãt Chriſtiani. Quarto deinceps
Nicolai pont. anno, Rodulphus ſolo nomine Imp. Germanus obijt. Adulphuſq́ Haſſię
comes, uir ſtrenuus, ſed pauper, à Germanis electoribus in eiuſdem imperij ſpem, titu-
lumq́ aſſumptus eſt. Quo item anno idem pont. Nicolaus apud ſanctam Mariam maio
rem Romæ interijt, cardinaleſq́ incõmodi, quod ad Nicolai ipſius creationem, à mor-
bis in urbe Roma apud Auentinum acceperunt, memores Peruſiam cõmigrauerunt, e-
B lectionem in ea urbe eo meliorem futuram rati, quo mente & corpore per lætam uale-
tudinem quietiores tractare poſſent. Non enim deerant, qui, ut ſunt hominum mentes
aucupandis malorum cauſis ſuperſtitionem tam multa, quæ Nicolai pontificatus uide-
rat, uel ut dicebant, orbi Chriſtiano inuexerat infortunia, à ſua electione uitio inter mor
bos facta calumniarentur: ſiue autem eam ob accurationem ſolito adhibitam diligen-
tiam, ſiue ob turpem impendentemq́ ambitionem ſit factum, menſes tres, annos duos
in deligendi contentionibus perſeueratũ eſt, quæ diuturna ſedis uacatio, multum rebus
Chriſtianis attulit detrimẽti. Palęologum Michaelem Conſtantinopolitanum Imp. per
id temporis mortuum clerici, ſacerdotes, & monachi eius gentis in ſacro ſepeliri pro-
hibuerunt, quod occidentalibus catholicis in Lugdunenſi concilio cõſenſiſſet. Andro-
nicuſq́ filius ſucceſſor ſuus, ſi pont. Romani auxilia tunc parata habuiſſet, unionem in
paternæ iniuriæ uindictam conſeruaturus uidebatur, quã ſemper poſtea recuſauit, bel-
lumq́ inter Anglicum Francumq́ reges inchoatum pont. Romani interuentu faciliter
C ſedari potuit. Quod poſtea multiplicatis hinc inde iniurijs & damnis, horrendas diutur
nis temporibus cædes calamitateſq́ habuit. Fuerat interea in Narbonenſis Galliæ pro-
uincia ſecundus Carolus rex Neapolitanus, qui in ſuum reuertens regnũ per mediã Ita-
liam Peruſia iter fecit, ubi aliquot moratus menſes, hortãdo, orãdoq́, cardinalibus ele-
ctionis concluſionẽ perſuadere conatus eſt. Eam uerò regis inſtantiã unicus cardinalis
Bñdictus Caietanus patria Ananinus adeò ægrè tulit, ut cõuitijs appetitũ petulãter re-
darguerit, nõ debere dicẽs illũ rogare, cuius preces tãtopere iteratas uim oppreſſionis
oẽs cernerẽt habituras. Cõtulit ſe ergo Neapolim Carolus, & breui poſt cardinales in ui
rum anachoritã cõuenerũt ætate grauẽ, ac propè cõfectũ, ſed uitæ ſanctitatis fama cele-
brẽ Petrũ Morroneũ Eſernienſem, q cœnobiũ incoleret, ſecũdo à Sulmone miliario ad
Maielæ mõtis radices, Pelignæ gẽti religione præ cæteris uenerãdũ. Iſq́ decreto de ſua
electione facto hortãte Carolo rege aſſentiẽs, Celeſtiniq́ tertij aſſumẽs nomen Peruſiã
à collegio rogatus ut accederet, adduci nõ potuit: q acceſitis ad ſe cardinalibus Aquilã
D urbẽ acceſſit, ubi cõſecratus, duodecim creauit cardinales. Venit uerò ad eum à Peruſia
ultimus omniũ cardinalium Benedictus Caietanus, regem Carolũ, ut uidebatur, timẽs:
quẽ Peruſię, ut oſtendimus, aſperioribus uerbis læſerat: effecit tñ Benedicti ipſius aſtu-
tia, dexteritaſq́ ingenij, ut apud pontificẽ regemq́ ipſum, & apud curiales primũ agẽdo
obtinuerit locũ. Seruauit eandẽ uitæ normã auſteritatemq́ Celeſtinus, in qua tot ante
annos fuerat maceratus, paucis extrinſecus dignitati conceſſis, cui inſeruire ac ſe accõ-
modare pro uirib. eſt adnixus. Sed partim eũ parua ac om̃ino nulla deſtituit experiẽtia,
partim calliditas & importuna aulicorũ decepit auaritia, partim effœti ſenectute corpo
ris imbecillitas ab actiõe ꝓhibuit, & multa illico omitti, pleraq́ ꝑperã & ſordidè cõmitti
cœpta: propter quæ põtificis prudentiã primũ deſiderari nõnulli ex primoribus aſſen-
tiebant, ſubinde pernicioſas eſſe uiri inſenſati ineptias plurimi propalã uociferati ſunt,
quæ ſancto uiro renũciata ſuaſerũt, ut malè populo Chriſtiano, ſibi & animæ ſuæ peius
aſſumptũ pontificij muneris onus abrenunciãdo dimitteret. Id quum multis communi-
catum ad Caroli regis aures perueniſſet, eum perpulit, ut pontificem amantiſſimum re-
gni ſui decus Neapolim duceret, qua in urbe facilius auerti poſſe à põtificatus dimittẽdi
propoſito

propoſito uideretur. Itum eſt, & hinc nihil amiſit, quod põtificatus retinendi uoluntatẽ E
Celeſtino adderet. Inde omnia nõnulli cardinales, quo abijceret intentarunt. Vſuſq; rex
argumento, quod efficaciſſimũ arbitratus eſt, ſolennem cõuocari etiã ex regni urbibus
cleri proceſſionẽ curauit. Quæ quũ om̃ia urbis Neapolitanæ ſacra perluſtraſſet loca, ad
ædes ſubſtitit, quas põtifex inhabitabat, primuſq; archiepiſcopus põpæ ductor, alta in-
clamãs uoce, ſaluberrimã põtificis benedictionẽ populo popoſcit. Quod quũ ter qua-
terq; factũ eſſet, prodiẽs ad feneſtrã duobus epiſcopis comitatus, põtifex populo bene-
dixit. Vix dumq; uerba carminis finierãt, cum altiore inclamãs uoce archiepiſcopus cle
ri & populi, atq; etiã curiæ totius iuſſu orare, obteſtari, adiurari illũ, dixit, ne põtificatum
bene ac feliciter in ſe locatũ dimitteret, in alterius manu fortaſſis periclitaturũ: alterq; e-
piſcoporũ à latere põtificis eo iubẽte eueſtigio reſpõdit, futurũ in rẽ, q̃d deus pro ſalute
populi diſponere dignaret̃. Ferũt Benedictũ Caietanũ cardinalẽ Ananinũ gratia dolo-
ſe uſum, qua apd' põtificẽ cęteros antecedebat, iuris põtificij decreta, quę excellẽter do F
ctus erat, undiq; ad ſuam intentionẽ ſelecta, ea ratione illi oſtendiſſe, ut impoſitũ ſibi ſa-
lutis animarũ totius orbis onus uir timoratus ſuas uires ſuperaturũ exiſtimãs, dimittere
ſtatueret. Quod quũ eſſet facturus, cõſtitutionẽ edidit declarantẽ, pont. licere Romano
põtificalẽ dimittere dignitatẽ. Poſt parũq; cardinalibus collegialiter cõgregatis, põtifi-
catu, quẽ paulo minus ſex menſibus adminiſtrauerat, ſe abdicãs, alterius ſubrogãdi po-
teſtatẽ illis arbitriũq; permiſit. Nec multi interceſſerũt dies, cũ Benedictus ipſe in põtifi
cem eſt delectus, cui octauo Bonifacio fuit nomẽ. Interea dum cardinales curiaq; om̃is
põpę noui põtificis celebrandæ intenta eſt, Petrus Morroneus ad priſcã anhelãs eremi
uitã clandeſtinè Neapoli eſt profectus. Quod quũ Bonifacio põt. eſt renuntiatũ, miſſis
equitibus retractũ de uia illũ in cuſtodia haberi iuſſit. Verebat̃ eñ uir ipſe aſtutus, q̃d &
futurũ breui apparuit, ne populi Petrũ potius ſanctitate recognita cõſpicuũ, q̃ ſe doctri
na, faſtu, & elatione redundantẽ pro Romano pont. pro Petri ſucceſſore Chriſti uicario
ſequerẽt̃. Primo autẽ põtificatus anno nõdũ exacto, Bonifacius Neapoli Romã petẽs, G
Celeſtinũ apud Fumonis Cãpaniæ arcẽ tã arcta teneri cuſtodia iuſſit, ut inde mortẽ illi
acceleratã fuiſſe ſit creditũ. Damnarunt oẽs Celeſtini cuſtodiæ uiolentiã, adeò ut morte
audita, uoces opprobrijs & ignominia plenæ in Bonifaciũ pont. propalã in urbe & cu-
ria iactarent̃. Sed eam à multis & meliorib. quibuſq; illatã põtifex iniuriã ſolis imputa-
uit Iacobo & Petro cardinalibus de Colũna, cũ quibus priuata exerceret odia à regiõis
& patrię diſſidijs oriũda. Nobilis nanq; potẽtiſſimiq; generis familia Colũnenſis partes
Gibellinas nõ modò in proprijs Cãpanię urbibus & oppidis, ſed in Anania quoq; foue
bat, cũ in Guelfis Bonifacij genitor, & agnati ciues Ananini numerarent̃. Quare uocati
ad põtificẽ, malo q̃d reſciuerãt in ſe animo cardinales, Nepeſũ ſeceſſerũt, quã urbẽ Ioã-
nes patruus obtinebat, Bonifaciuſq; furore in illos excandeſcẽs, quũ nullas tũc haberet
copias per cruceſignatos raptim edicto cõgregatos, Ioãnẽ Columnã eò cõpulit neceſſi
tatis, ut nepotes à ſe iuſſerit demigrare, q̃ Pręneſte alterius patrui Sarræ Colũnẽſis urbẽ
cõfugientes, ſeſe tãdiu in ea cõtinuerũt, quouſq; preſſi à cruceſignatis Præneſtini, Sarrã H
quidẽ & cardinales ſaluos emiſerũt. Sed urbẽ fide põtificis publica dediderũt, quã iratus
populo ęquè ac principib. põtifex dirui curauit. Sed & Zagarolũ primo, poſt Columnã
oppida, in quæ cardinales & Sarra ſe de fuga cõtulerũt, ui ad deditionẽ cõpulſo, ſolo ſi-
cut & Pręneſte ęquari fecit: plapſiq; fuga mẽtito ſeruorũ habitu, pceres diuerſi, cardina-
les Rheate, Sarra Antiũ petiere: tũcq; põtifex ppetuã, quãtũ in ſe fuit, notã Colũnẽſibus
inurere ſatagens, pulpitũ, q̃ extat ad Lateranenſem eccleſiã dextrorſum euntibus mar-
more ornatiſſimũ fabricari curauit, de quo cardinales ille capello & dignitatib. priuauit.
Sarrã uerò & fratres ac cõſanguineos anathemate dãnatos, ppetuò Roma & eius terra
exules fore iuſſit. Miramq; Frãciſcus Petrarcha narrat Sarrę Colũnenſis calamitatẽ, qui
nullis hominũ coetibus ſe cõmittere audẽs, à quibus põtifici poſſet dedi, per nemora ali
quãdiu delituit, cibo à paſtoribus ſuſtẽtatus, quouſq; in Catelanos incidẽs piratas per lit
tora in prędã diſcurrẽtes ad Rhemigiũ eſt abactus. Neq; immerito Sarra põtificis crude
litatẽ timebat, qui tanta efferebat̃ rabie, nõ magis in Columnenſis familiæ q̃ uniuerſum
factiõis Gibellinę nomẽ, ut oẽs apud quẽ quẽpiã illorũ latere ſuſpicatus eſt, Gibellinos
acri odio inimicitiaq; pſecutus fuerit. Iacobo de Voragine Genuẽſi pręſuli ſuffectus eſt

A Porchetus Spinola minorũ ordinis, qui pro cõfirmatione ad ipſum Bonifacium ponti-
ficem Romã ſe cõtulit. Fortè dies aduenit capitis ieiunij Cinerum appellati, adeuntesq́;
dũ res fieret diuina, quosq; põtifex ipſe ſinciput pollice cinerib. intincto ſacris in crucẽ
tetigit. Sed Porcheto Genuẽſi archiepiſcopo ad pedes ꝓcedẽti mutato carmine cęteris
dici ſolito ſecũdũ ſincipitis crucesſignationẽ dixit, Memẽto quod Gibellinus es, & cum
Gibellinis in cinerẽ reuerteris, iniecitq; in oculos cineres, & eũ archiepiſcopatu eadẽ die
priuauit, quẽ & paulo poſt reſtituit, certior factus, cardinales Columnẽſes, nõ Genuam,
ut ſuſpicabaт̃, ſed Reatinã urbẽ cõſugio petiuiſſe. Erat inde annus ſalutis terdecies cen- An. ſal.
tenoſecundus, in quo Bonifacius pontifex beato Ludouico Franciæ regũ ſtirpis ex ſe- M.cccij.
cũdo Carolo Neapolitano rege beati Frãciſci ordinis in ſanctorũ numerũ relato ſextũ
edidit codicem iuris põtificij celeberrimũ, & ciuitatẽ Eugubiã, quæ Gibellinorũ ductu
ab eccleſia deſciuerat, per Neapolionẽ Vrſinũ cardinalem ſedis apoſtolicæ legatũ recu
perauit. Adulpho eñ Saxoniæ Imperij Romani titulũ tenente in bello, quod cum Al-
B berto duce Auſtriæ geſſit, apud mõtẽ Germaniæ Baſemuchel interfecto, electores prę
dictum illi deſignarũt in imperio ſucceſſorẽ, à Bonifacioq; põtifice, ut eum de more cõ-
firmaret, miſſis terq; quater oratoribus, impetrare nequiuerũt. Erãt eo tempore ſecũdo
Carolo, regi Neapolitano nati poſt S. Ludouici mortẽ ſuperſtites ex Maria uxore regis
Hungarię filia mares ſex, fœmellæ quinq;, eorumq; maior natu Carolus Martellus Hũ-
gariæ regnum materna: ſecũdus Robertus Calabriæ dux Neapolitanũ paterna hæredi-
tate expectabat, tertiuſq; Philippus Tarentinũ obtinuit principatum. Natarum prima
Clementia nomine, Carolo Philippi regis Frãciæ primogenito nupta erat: ſecundã no-
mine Blancã, Iacobus Arrago Sicilię rex dimiſſis anno ante quinto Carolo Martelloq;,
& Ludouico poſtea ſancto, quos tenebat, ſicut oſtẽdimus, obſides in matrimoniũ acce-
perat: cũ eo item ex pacis fœdere Leonorã tertiã Fredericus Arrago Iacobi frater, titu-
lo & ipſe regni Siciliæ ornatus uxorẽ habuerit. Quũ itaq; anno undetrecẽteſimo & mil Anno ſalutis
leſimo Iacobũ Arragonẽ Siculũ regem obijſſe diem fama increbuiſſet, Robertus Cala- M.ccxcix.
C briæ dux, Caroli genitoris iuſſu in Siciliã traductis copijs, Cathina urbe potitus eſt. Phi-
lippuſq; Tarẽtinus dux, frater ſuus cũ paratiſſima claſſe illico eſt ſubſecutus. Siculi inte-
rea correptis populariter armis, ſeſe aduerſus exoſum Gallicũ nomẽ ut tuerẽt terra ma-
riq; parauerãt, & Fredericum Arragonẽ ea uocauerũt ratione, ut regnũ Trinacrię ſibi e-
tiam tardiuſculè aduenturo conſeruandũ eſſe plenè confiſus, copias ex Hiſpanis tradu-
cendas uel adhibita lõgiore mora cõtraheret. Nauigauerat interea ſolutiore diſciplina
claſſis Philippi principis Tarentini eam præ ſe ferens ſecuritatẽ, quã nę excepta à Ro-
berto fratre omni Sicilia debuit oſtẽtare. Quin etiã Roberti claſſis ex Cathinenſi portu
ſoluens illi quamprimũ elonginquo apparuit abſq; bellici apparatus armatura obuiam
eſt progreſſa. In utranq; igitur claſſem pari ſocordia, ſed motu uẽtoq; diſpari uiciſſim ſe
petentẽ Siculorũ claſſis magno ordine, maioriq; apparatu, maximo animorũ ardore de
lata eſt: primaq; impetita, quę poſterior nauigare cœperat Roberti ducis claſſe armamẽ
tiſq; deſtituta, nullo Siculorũ labore diſſipata eſt: quę partim demerſa eſt, partim interce
D pta eſt, partim ad hoſtiles portus abducta eſt, adeò ut paucæ triremes remigio uſæ acce-
leratiore Cathinã ad Robertũ fuerint reuerſæ. Durius poſtea fuit Siculis cũ Philippẽſi
claſſe prælium, q̃d his præſens & tũc primũ quãdo cladẽ proſpicit fraternæ cladis memor
effectus cõgrediẽdũ eſſe hoſtibus, quos ſalutis deſperatio una audere faceret, nõ minus
ſuorũ arma, q̃ animos in rerũ diſcrimẽ curauerat præparari. Quacũq; tãdẽ ratione à nul-
lis tradita ſit pugnatũ, id nobis cõſtat Philippũ pręlio ſuperatũ in Panormitanũ carcerẽ
fuiſſe coniectũ. His duob. incõmodis paucarũ horarũ interiecta mora acceptis, Rober-
tus dux animi anxius, & q̃d ageret dubius, in fugã ea ratiõe ſententiã inclinauit, q̃d Fre-
dericũ reſciuit propediẽ cũ claſſe & copijs affuturũ. Cathina itaq; in ciuiũ poteſtate reli-
cta cũ paucis, quæ ex utraq; claſſe ſupfuerãt, triremib. in Italiã eſt reuerſus, Fredericuſq;
paulopoſt uictorię Siculorũ utriuſq; de Gallicis habitę media in nauigatiõe certior fa-
ctus, curſũ ad Meſſanã tenuit, quò cũ & Siculi terra mariq; ad diẽ cõueniſsẽt in Calabros
eſt ductũ, quę regio penè oĩs breui uenit in regis Siculi poteſtatẽ. Dũ ea eſſet in regno
Sicilię ultra citraq; Fretũ agitatio, in Hetruria q̃q; uarij fuerũt motus ꝑ triẽniũ cõtinuati,
q̃s unico cõtextu & ordine referemus. Sociæ bello Guelfarũ partiũ ciuitates, renouato

cum Genuẽſibus aliàs habito fœdere, Piſas terra mariq; inuadere ſtatuerũt, Genuẽſeſq; E
triremibus uſi quadraginta, Lyburnũ Piſani portus præſidiũ ui captũ, incenſumq; ſolo
æquauerũt: quin & Piſanos exitu ingreſſuq; maris, præſertim cũ nauibus mediocris etiã
magnitudinis prohibituri, naues onerarias lapidibuſq; grauatas in portus oſtio demer-
ſerũt: terra autem Guido Feretanus caſtella ad Herã fluuiũ de Piſanis à Florẽtino occu-
pata recepit, & paulo poſt pontẽ ad Heram item fluuiũ, quem Florẽtini in arcem oppi-
dúmue ſumptuoſo opere cõmunierãt, furto obtinuit: cuius oppidi amiſſio Florẽtinos
adeò ſtimulauit, ut gentili Vrſino non magis opinione uirtutis, ꝙ partis Guelfæ ſtudij
ſpe, in belli ducẽ aſſumpto, ſocios bello & partibus populos opẽ enixiſſimè flagitarint,
per Iuniumq; menſem quãdo uaſtandæ ſegetis facultas fuit maxima, ad Piſana uſq; mœ
nia populabundus peruenit exercitus. Cupientẽ erumpere, & in prælium dimitti iuuen
tutem Piſanam, Guido Feretanus dux omnium ætatis ſuæ prudẽtia clarus intra mœnia
portaſq; cõtinuit equitũ ad mille, quos mercenarios habebat, eo tũc ut ducere poſtea ſo
litus fuit, maximo fructu capto, quod eorũ auxilio nimium cõprimendo ciuium pugnę F
ardorẽ, hoſtes mora & cũctatione edomuit. Nanq; tot populorũ alluuio expectationẽ
per meſſis tempora extra patriã diuturniorem nõ ferens, dilabi quũ cœpiſſet, Florẽtini
incendijs & uaſtitate in agris pro tẽpore ſatiati, in urbẽ rediere: expeditio quũ primum
eſt reducta ciuilibus diſſidijs initium dedit, quæ in ætatem uſq; noſtrã ſæpius innouata
perdurat. Nobilitati enĩ infenſa plebs, eam mirum in modũ depreſſit. Eiuſq; facti auto-
rem Ianum quendã, cui genitricis Bellę nomẽ cognomẽti loco fuit, Villanus timore, ut
uidetur, magis ꝙ iudicio laudibus immeritis effert. Is tamen in mali exẽpli re uexilliferũ
iuſtitiæ primus, utilem poſtea ciuitati inſtituit magiſtratũ. Fuit autem inſignis ea rerum
in urbe Florẽtina mutatio, ut plebs rerum potita pacem à Piſanis petitã cum publico &
concordi Piſanorũ conſilio, macra, ut aiunt, daretur. Pinguem poſtea ac prope ſordidã
à Piſana impetrauerat plebe, ſuã & ipſa nobilitatem ut deprimerẽt adnitente. Vgolinus
enĩ Galluta nobilitati infenſus, cum eius ſectæ exulibus eſt reductus. Guido Feretanus
magiſtratui plebeio, quẽ plebs externũ delegiſſet, cedere iuſſus, & pons ad Heram deie G
ctis munitionibus in uillæ formã redactus eſt. Quieſcente per eam pacem, & pontificis
octaui Bonifacij protectionẽ ciuitate, eximia quędã Florentiæ opera eodem penè duo
detrecenteſimo terdicies centeno ſolutis anno inchoata ſunt S. Ioannis & caſtri Franci
oppida in ſuperiore Arni ualle, & intra urbem palatiũ, quod ſedẽtes ad reipub. clauum
primores artium, & uexillifer iuſtitię inhabitãt. Pomeriũ urbi productum, & mœnia ſu-
perducta, & carcer ampliſſimus in arcis ſpeciẽ ædificatus. Annus aduenerat ſalutis mil-
lenus, terdecieſq; centenus, in quo octauus Bonifacius pont. Romanus prudenti pioq;
uſus cõſilio, patres imitatus ueteris teſtamẽti, annum inſtituit Iubileũ, cẽteno inde quo-
quo futurũ anno: cuius ea fuit ratio, ut qui ex trãſalpinis, ultramarinisq; uenientes, octo q.
ex Italia & eius inſulis quindecim diebus ſacra urbis loca orãdo obirẽt, plenaria pecca-
minũ uenia donati eſſent. Magnũ ea ſummi põtificis indulgẽtia alicubi fructũ attulit, ꝙ
diffidẽtes aliqui & acerrimis etiã capitalibuſq; inimicitijs publicè & priuatim uſi in pa-
ce beneuolẽtiaq; cõciliati ſunt. Et ſecũdus Carolus rex Neapolitanus Saracenos annis H
ante circiter quinquaginta à genitore & ſeipſo ſub tributo in urbe Luceria toleratos, tũc
primũ ita uexauit, ut qui ex eis Chriſtiani noluerint effici interficerentur: qui uerò Chri-
ſtianam profeſſi ſunt religionẽ, retentis diuitijs manſere: quæ pars fuit minima, & eo mi
noris facienda, quo eorum plurimi ita perfidiam retinuerũt, ut eorum ſucceſſores mẽte,
animo, & occultis uitæ omnis actibus, Saracenã in hæc uſq; tẽpora impietatẽ redolere
dicãtur. Multi quoq; per id temporis in ſalutẽ animæ ſuæ deuoti, ſi ducẽ nacti eſſent ido
neum, in expeditionẽ Hieroſolymã acceſſiſſent. Et fortè accidit Carolum Valeſij comi-
tem, Philippi Francorũ regis germanũ fratrẽ, Catharinã Balduini Conſtantinopolitani
Imp. ultimi filiam accipere uxorem, qui ueniens anno iubileo Romã, fauores illi recu-
perando imperio à Bonifacio pontifice impetrauit. Quos quidẽ nulla ratione alia pon-
tifex ſpopondit, quàm quia alterã ipſe expeditionẽ recipienda Hieroſolyma deſtinaue-
rat, ſperabatq; ducẽ ei pręficere, qui acceptis in exercitũ cupiẽtiſſimis ex toto orbe Chri
ſtianis utriq; negocio ſatisfaceret. Prius uerò quàm deſtinatũ huiuſmodi ducem põtifex
declararet, Carolum iuſſit Valeſium copias in agrum Romanũ quantaſcunq; poſſet ex

Galliję

A Gallijs traducere, quas eo qui iubileũ ſecutus eſt anno, Valeſius in mediocrem exercitũ
ad Hetruriã cum perduxiſſet: pontifex eũ inſtitu it in patrimonij ſancti Petri in Thuſcia
defenſorẽ, cuius opera peropportune Florentinus populus, ſi uoluiſſet, utiliſſima uti po-
tuit. In urbe Piſtoria, ſicut olim Guelfarũ Gibellinarũq; partiũ, ſic & nouę alterius peſtis
anno iubileo initiũ fuit. Cãcellarij gens ditiſſima, & numero multiplicata nimio, quod
apes faciunt emiſſo examine, eſt diuiſa: nec id paci ſuæ, ſed per ſanguinẽ & uulnera clien
tibus utrinq; & Piſtorienſi populo in fauorem ut erat affecto cõcurrentibus, & ut actos
ſcelere nomen quoq; oſtenderet, albos unã, alteram partẽ nigram placuit appellari: cre
ſcensq; indies malũ Florentini ſedare intendentes, ſeipſos infectum fœdatũq; iuerunt.
Primores em̃ capita diuiſionis Piſtoria Florentiã educti, Florentinam quoq; ciuitatem
in albos nigrosq; ſciderunt, ꝙ uiros locupletiſſimos aliqui pecunia corrupti, nonnulli
affinitatis iure, alij inclinatione, ut fit, animi uel iuuerũt, uel deprimi cõculcariq; curarũt,
ſicq; Florẽtia Gibellinis Florentia exterminatis nouã inuenit labẽ, qua Guelfi bifariam
B ſunt diuiſi. Duæ familiæ æmulatione pridẽ & odio cõtendẽtes, Donati nigrorum, albo
rũ Circuli ſeſe factionũ capita exhibuerunt: nihil uero magis ab hoc exorto recens ma-
lo timuerunt magiſtratus, ꝗ ne Gibellini exules ab altera partiũ educerent. Hic miſſis
oratoribus legatũ à Bonifacio põtifice cardinalem Oſtienſem cõponendis rebus impe
trauerunt, qui a Circulorum factione ſpretus, urbi ſacris interdicto irarum plenus in ter
ram eccleſiæ redijt: põtifexq; facinora correcturus, quæ indies maiora Florentiæ cõmit
tebant, Carolum Valeſium ab Hetruſco ſancti Petri patrimonio illuc cum copijs acce-
dere iuſſit. Prius uerò ꝗ Florentiam is attingeret, Piſtorienſes albæ factionis, Andrea
Girardino equite Florẽtino inſtante, nigros urbe expulerunt, omniaq; in eorũ rebus &
bonis nefaria cõmiſerunt. Et Lucæ, quam urbem id quoq; incẽdium afflauerat, Intermi
nelli alborum duces Obiciorũ familiæ nobilis primario interfecto nigros, quibus pręe-
rat, ut pellerent armis annixi ſunt. Sed hi armis de repẽte correptis, uictores illos patria
præcipites eiecere. Veniẽs Florentiã Carolus, hinc à multis cũ honore acceptus, hinc à
C nõnullis penè repulſus eſt. Vnde eo uocante reuerſus eſt Oſtienſis Florentiã, cui pręſen
te Carolo prima fuit cura ciuitatẽ in unicã, ut pauloante fuerat, partẽ Guelfam cõiunge
re, & Circulis Donatisq; pacificatis primores ex utriſque pari numero delegit, Corſiq;
Donatis & Nigro aperta cõtumacia reſtiterunt. Quare his etiã nominatim eccleſiaſtico
ſuppoſitis interdicto redijt ad pontificem. Manſit tñ Carolus, nec prius inde abijt, ꝗ ad
quintum moræ apud Florentinos factæ menſem, albę factionis ciuibus per arma pulſis
maiora Florẽtiæ & per agrum cõmitti ſcelera uidit, ꝗ quæ mitiſſimi & uere regij uir in-
genij inſpicere poſſet. Bonifacius interea pont. deſtinato mente & animo ſui exercitus
accerſendo duci manũ apponens Appameenſem epiſcopũ ad Philippum Francorũ re-
gẽ miſerat oratorẽ, qui epiſcopus põtifici à quo miſſus erat, uehementia atq; etiam faſtu
adſimillimus, poſtq; ſuaſiones precesq; parum uiſæ ſunt mouendo regi, & in ſententiã
ducendo efficaces, quæq; extrema excõmunicationem regniq; priuationem nõ timuit
cõminari. Sed par fuit illius arrogantiæ regis leuitas, in carcerem em̃ cõiectum iuſſit pa
D rum ciuiliter cuſtodiri. Sed alter à põtifice ueniẽs nuncius Narbonenſis archidiaconus,
poſtq; dimittendo epiſcopo regẽ durum uidit, duriora & ipſe põtificis mandata ꝓtulit.
poteſtatus em̃ regnum Francię ad Romanã ſpectare eccleſiam, illum monuit, ut à rega
libus abſtinens gerẽdis muneribus, quicquid à regno in id tẽpus ſibi quæſitum erat põ-
tifici & eccleſiæ conſeruaret, quinetiã adſtantes ꝗ forte ſalutatum regem conuenerant
prælatos principesq;, & cæterã nobilitatẽ atq; militiam archidiaconus pontificis uerbis
à iuramento abſoluens, quo regi fuerant aliquando obligati, iuſſit ut primo quoq; tẽpo
re & ipſi & cæteri, ad quorũ aures ea admonitio perueniret, Romã ad pontificẽ ſe con-
ferrent, pronunciauit: & paulopoſt archidiaconus indulgentias, conceſſiones, indulta,
& gratias quotquot id regnũ ad eã diẽ à pontificis Romanis habuerat, tãdiu ſuſpenſas
cenſeri, quoad ſingulas quiq; à Bonifacio pontifice denuo impetraſſent. Liberauit itaq;
rex Appameenſem epiſcopũ, & regnicolas edicti monuit, ne Romã quis ſe inſcio, aut
accederet, aut pecunias quacunq; cauſa tranſmitteret. Secundus iã erat à iubileo annus,
in quo Carolus Valeſius rẽ conſobrini regis ſecundi Caroli Neapolitanã, ut erigeret ex
Hetruria in Apuliã cũ copijs omĩbus ſe contulerat: nec fuerat id octauo Bonifacio pon

tifici moleſtũ,poſtꝙ ſua de ſpe auxilij regis Franciæ deciderat. Et Valeſius in Calabriã E
ducens,prædã quidẽ animalium ingentem abegit, ſed neminem armis reſiſtentem ob-
uium habuit.Fredericus eñ congredi prælio non auſus,pacis primus fecit mentionem,
quæ in hunc maxime modũ cõſtituta eſt.Redditis nanq́ & urbibus & oppidis de Italia
captis,& captiuis hincinde liberatis, ꝑmiſſus eſt Fredericus à Gallicis rege Carolo filijs
& Valeſio comite iureiurando ſpondentibus,quamdiu uixiſſet Trinacriã obtinere. At
apud Florentiã pulſis albarũ partiũ ciuibus,& Carolo Valeſio ob eã indignitatẽ, ad Bo
nifaciũ,ſicut oſtendimus reuerſo,multa ſunt ſecuta, quæ Dantis Aldegerij poetæ Florẽ
tini uerbis dictata certioris noticiæ ſunt, ꝙ à Villano Ptolemeoq́ Lucẽſi referri uidea-
mus. Dantes in Alborũ partibus annumeratus, urbe Florentia extorres ad eũ confluxe
runt,acceptusq́ eſt ab utraq́ in belli ducẽ Scarpeta Ordelaſus uir nobilis, & Gibellino
rũ in Foroliuio princeps:eò quoq́ uocatus acceſſit Huguitio Fagiolanus multa tunc in
Apennino,q Foroliuio eſt proximior,caſtella poſſidens, peritiſſimus ea ætate exerci-
tuũ ductor,Bononiẽſesq́ parti tunc fauentes Gibellinæ Foroliuium acceſſere.Et canis F
grãdis Scalifer, Veronæ tunc primũ dominio potitus à prædictis omnibus Foroliuij a-
gentibus ꝑ Dantis legionẽ oratus auxilia equitũ peditũq́ conceſſit. Innuunt aũt nobis
peregrini Calui Foroliuiẽſis Scarpetæ epiſtolarũ magiſtri extãtes literæ crebrã Dantis
mentionẽ habẽtes,à quo dictabant̃,fuiſſe prædictis animũ in agrũ Mugellanũ ad Vbal-
dinorum terram, & inde Florentiam ſe conferre, iueruntq́ aduerſo fluuio Anomone.
ſed ſiue caſu,ſiue reſciuerint, Florẽtini Lucenſiũ auxilio freti Piſtorienſem primo agrũ
populati ſunt:deinde Mugellanam delati uallẽ, Vbaldinæ gentis quæq́ meliora occu-
pauerant loca,cũ extorrũ exercitus tranſmiſſo Apennino ad Pollitianũ decedens caſtra
firmauit,à quibus fame magis ꝙ hoſtiũ metu,cũ proficiſci inciperent,Florentinus, Lu-
cenſisq́ exercitus ſuperuenit,ꝓfectioneq́ in fugã cõuerſa,capti ſunt extorrũ & quidem
ex primoribus nõnulli,de quibus Florentiæ ſumptũ eſt cũ crudelitate ſupplicium,& diſ
ſipatus potius ꝙ maximo affectus incommodo, tantus extorrum exercitus in Roman-
diolã eſt reuerſus. Celebrauerat interea Philippus rex Francorũ apud Pariſios prouin- G
ciale cõciliũ,& eccleſiaſticis ſimul ac nobilitatis ſeculariũ primoribus æque cẽſentibus,
ad ſedẽ apoſtolicã in ſe mitiorem ęquioremq́ appellauerat. Forte paucis ante mẽſibus
Sarra Columnẽſis Romanus,in Gallijs fuerat a rege ſuſtẽtatus,q horrẽdo illũ remigan
di ſeruitio liberauerat.Cũ eñ Cathelana triremis, in qua miſer Sarra detinebat̃, littori-
bus magis ꝙ portui Maſſiliæ adhæſiſſet, Sarra nobilis caſu prope in ſcapha adnauigãtẽ
paucis & perpropere allocutus quis eſſet admonuit,& facie ipſa, oculisq́ magis ꝙ uer-
bis liberationẽ ſuã,ſalutemq́ orauit.Quod cum rex reſciſſet fama uiti & pontificis odio
adductus,multas immiſit triremes,quæ repertũ Sarram his qui detinebãt etiã dum libe
rarẽt incognitum eduxerunt. Eum rex pontificis perniciem machinari cupientem non
prius exaudiuit,ꝙ ex Italia eſt allatum, pontificem ipſum Alberto Auſtriæ duci a Ger-
manis electoribus declarato imperij Romani titulum prius multotiẽs denegatũ ita ſpo
pondiſſe,ut rex quoq́ Francorum fieri pateret̃:quod cum Albertus cõſenſiſſet,põtifex
una eademq́ celebritate,hinc Philippũ Frãciæ regno priuatũ,inde Albertum Romano H
& illo ornatũ pronunciauit.Philippus interim à Sarta edoctus, Guilelmũ quendã No-
garetiũ equitem ſibi fidum,ea per omne regnũ diſſeminata profectionis cauſa Romam
petere iuſſit tanꝙ appellationis apud Pariſios cõcilio à ſe factę libellum ferret pontifici
uel à cardinalibus ſibi amicioribus exhibendũ. Accepiſſe aũt cõſtat Nogaretiũ Romæ
appulſum ad ducẽtos equites Gallicos, ꝓ Carolo Valeſio militãtes, q deſidia potius ꝙ
perfidia remorati ducẽ ſuum ſubſequi differebãt.Sarra interim eodem quo abiret men-
tito ſeruuli habitu in Latinã redierat regionẽ, qui Nogaretium quid acturus eſſet, eum
certiorẽ factum Ferentini tanꝙ ex improuiſo adeſſe iuſſiſſet,Ananiam ingreſſus eſt, &
Ananinis ueteribus amicis operã nauantibus, Bonifaciũ pontificem in paterna domo,
& in eodẽ in quo genitus fuerat cubiculo ualuis ui refractis obſtupeſcentẽ,& unde à q-
bus'ue impetus fieret ignorantẽ primus Ioſue propria manu cepit.Perductũ Romã põ-
tificẽ intra quartũ uigeſimum diem interiſſe ſatis cõſtat,genus mortis cum uarie tradat̃,
nõ niſi uiolentũ,ut credamus fuiſſe inclinat animus. Territi eo põtificis caſu cardinales
Peruſiã acceſſere,ubi ad duodecimã mortis Bonifacij diẽ,Benedictum undecimum,na
tione

A tione Taruiſinū & ordinis prædicatorū pōtificē creauere. Qui Guilelmum eum quinꝗ
ciuibus Ananinis excōmunicatos pronuncians, eadē actione Ioannem & Iacobum car
dinales tanꝗ iniuſte damnatos ad dignitates patrimonijꝗ & beneficiorū poſſeſſionē
ea reſtituit cōditione, ut capello cardinalatus inſigni aliquādiu abſtinerent: regi autem
Franciæ titulū & libertates & priuilegia reſtituit, quæ abſtulerat Bonifacius. Habuit is
pont. curæ Florētini populi pacificationē, Nicolaumꝗ Pratēſem Romanæ eccleſiæ car
dinalē ad id miſit, q plebis fauori in primis captando, prudenti aſtutoꝗ cōſilio eſt uſus.
Plebē eñ in uiginti diſtribuens partes, ſigniferos unicuiꝗ attribuit, à quibus in oppreſ-
ſorū defenſionē, aliam'ue ciuitatis neceſſitatē cōuocari dirigiꝗ poſſent. Qua fretus pa-
rata ſibi in multitudine gratia exules in patriam ut reduceret, intentauit. Eaꝗ in re uſꝗ
adeo progreſſus eſt, ut illi Arctio & Romandiola ab eo accerſiti agrū attigerint Floren
tinū. Quod cum eſt in urbe ſcitum, arma nobilitas æque ac plebs cepit tanto tumultu, ut
ſibi timens cardinalis Pratū perpropere ſe cōtulerit, ubi ſimilis intētata exulū reductio
B cum non ſucceſſiſſet, ad pontificem reuerſurus, Pratum & Florētiam eccleſiaſtico ſup-
poſuit interdicto: poſt cuius profectionē pluribus inter ſe cædibus & incēdijs ꝙ unꝗ an
tè debacchati ſunt. Et pont. Nicolaus his quæ legatus retulerat, & alijs quæ poſtea Flo-
rentiæ gerebanť auditis, duodecim ex primoribus ciuitatis ad ſe per litteras & nuncios
accerſiuit. Sub quorū aduentū pont. ipſe nono pontificatus ſui menſe obijt, ciuesꝗ ipſi
non modo re infecta, ſed nec etiā intentata in patriam ſunt reuerſi. Sede apoſtolica ua-
cante extorres Florētini albarū partiū, & Gibellini, quos in Romādiola ſeceſſiſſe oſten
dimus, ſiue ſua ſpōte, ſiue à Nicolao cardinale Pratenſe, ut ferebať, admoniti, clandeſti-
no impetu in patriā reuerti intentarunt. Ex agro eñ Bononienſi mouentes occultis per
Mugellanos tramitibus ad portam propè urbis, quę eſt uia Bononienſi, prius peruenit,
ꝙ eorum acceſſus fama & ſubito allatus, ut fit nuncius, incredulos primo, poſt territos
ciues, & ipſos magiſtratus ad arma cōmouerit. Nec erāt per id tēporis excitati perfectiꝗ
ſatis muri, quos nunc extantes perducto ad ultimū pomerio ſuperimponere cœperant.
C Itaꝗ extorres nouem milia pedites, mille ducenti equites irruperunt. Eo primum loco
ad uias, quæ in urbē ducunt ædibus frequentiorē, ciues uiſi ſunt, repagula obijcientes,
armaꝗ ad reſiſtentiā oſtentantes: & erat primum noctis crepuſculum, quod quidē ani-
mo firmis circunſtantibusꝗ extorribus tēpeſtiuū eſſe potuit, intrinſecis om̄ia in noctis
umbra ſuſpicaturis peiora, & uictoriā facillime conceſſuris. Sed cum urbē ingreſſi tre-
pidā, partim ducibus incōſultis ac omnino inſcijs ad prædā, partim uindictam, partim
ad amicorum colloquia dilabunť, cōſpecti per uicos uagabundi populum uicatim con
globatū in ſe cōciuere, paucisꝗ cū plurimi præualerent, refugientiū ſtrepitus clamorꝗ
multis ſimul locis ad ſigna relatus exercitum aduenā omnē uarijs cōflatum ex populis
in urbe aliena pauore impleuit, Ita nullo pellente præpotens exercitus paratā ac propè
partā tantæ urbis uictoriā fugiēdo amiſit. Maior uero poſtea Florentinos magiſtratus
timor ac urbis ſeruandæ deſperatio cepit. Itaꝗ cum nullus tunc pont. Romanus eſſet, à
quo præſidium & opē, ut cōſueuerant petere poſſent, ad ſecundū Carolum regē Neapo
D litanum cōfugerunt. Qui Robertum filium Calabrię ducē, cum mille equitibus ea con-
ceſſit expreſſa pactione, ut fœderatorum Florētinis Guelforum Hetruriæ populorū, q
& ipſi opē ab eo flagitauerāt, exercitus oēs ſimul cum Florentinorum copijs ductitans,
bella quæcunꝗ incūbentia uel ſpōte ſuſcepta ex ſuo ipſius arbitrio adminiſtraret. Eūꝗ
cum equitatu Florentiā appulſum, Lucenſes Florentiniꝗ ad premendā obſidiōe Piſto-
riā impulerūt: ſed defenſabať ab extorribus, nō magis Florētinis ꝙ cæterarū Hetruriæ
urbiū Albis & Gibellinis, q Robertū aduſꝗ Prati mœnia oppidi repulerūt, de eoꝗ ibi
obſidendo & minas iactauerunt, & audax aliquādo magis ꝙ efficax cōſilium inierunt.
Dum ea in Hetruſcis geruntť, coarctati in cōclaui à Peruſinis cardinales tādē in Bernar-
dū Burdegalenſem epiſcopū tunc agentē in Gallijs cōuenerūt. Is decreto electionis de
ſe facto apud Burdegalā accepto Lugdunū ſe cōtulit, & Clemētis quinti nomine aſſum
pto, cardinales illuc ad ſe literis accerſiuit, q omnino facta parēdi mora mēſe Auguſto *An. ſal.*
anni ſalutis qnti, terdeciesꝗ cēteni acceſſerūt. Fuitꝗ ea curiæ trāſlatio annis ſeptuagin- *M.ccc. v.*
ta quatuor duratura, quæ multas dei eccleſiæ pręuaricatiōes, multa inuexit Chriſtiano
populo detrimēta. Interfuerūt Luguni pōtificis coronationi, Philippus rex Franciæ, Ca

roluſq; frater ſuus in Franciã ex Italia reuerſus, Ioãnes dux Britannię & quicquid nobi E
litatis omnis Gallia tunc habebat. Dumq; põpa eius celebritatis ex more & p urbem du
cerẽ, muri pinna gentiũ preſſura incubantiũ impulſa corruit, cuius caſu dux Britãniæ,
multi ignotiores oppreſſi interiere. Carolus regis frater debilitatus, & pont. ipſe adeo in
turbã præceps deturbatus eſt, ut mitra ex capite excuſſa iaſpidẽ precioſiſſimũ amiſerit.
Creauit uero Clemẽs cardinales ex Gallijs tã multos ut facile tunc coniectura oẽs aſſe-
qui potuerint, pontificẽ Romanũ deinceps non niſi ex Gallicis creari poſſe. Italiæ autẽ
& urbi Romæ uiſus eſt ſatis feciſſe in duobus, Iacobo & Ioanne Columnenſibus, quos
ad capellũ & integrã dignitatem reſtituit. Ne autem Romani curiæ abſentiam diuturni
orẽ, ſicut ſibi conſcius erat, futuram ægre ferentes omnino rebellarẽt, tres cardinales at-
tributa ſenatorij muneris poteſtate, Romã accedere curauit. Et cũ Sardiniã Saraceni Pi
ſanorum à bello Genuenſi laborantiũ dominio ſubtraxiſſent, eã pont. ea cõditione Fre
derico Siciliæ regi conceſſit, ut illi recipiendæ ilico manũ apponeret. Forte per id tem-
poris Veneti ſocietate belli cũ ſecundo Carolo Neapolitano rege inita, imperium Con F
ſtantinopolitanũ inuadere cõſtituerant. Quod cum timeret futurum rex Raſſiæ, nunc
Deſpotũ appellãt, Clementem Romanum pontificem legatos popoſcit, quibus ſeſe &
populos ſibi ſubditos dedere ſpopõdit in catholicæ eccleſiæ unionẽ. Sed cum Carolus
rex, Venetiq; à belli motibus refrixiſſent, legatos ad ſe miſſos Raſſus rex de priſco gen-
Anno ſal. tis more deluſit. Eodẽq; anno ſalutis ſeptimo terdecies cẽteno in rebus Chriſtianis uarij
Mcccvij. motus agitationesq; inciderũt. Dulcinus quidam & Margarita uxor ſua hæreſiarchæ a-
pud urbẽ Lõbardiæ Nouariã ſectatores utriuſq; ſexus ad mille nacti, uirus diffundere
cœperãt, eò pernicioſius, quò ſacerdotes & religioſos in populorũ inuidiam adductos
ſpernentes, ſimulatã puritatẽ quandã, & innocentiã uitæ proponebant, ſecundum quã
immixti fœmellis mares laſciuia ad libitum debacchabant. Eos itaq; immiſſi à Clemẽte
Romano põtifice nuncij in montẽ coactos excelſum Alpibus cõtinentẽ fame & frigo
re cõfectos ad unũ ſuſtulerunt. Et maioris mali fomes Templarij multis antè annis in Aſiæ
bellis, quæ aduerſus infideles geſta ſunt cõuicti omniũ pernicioſiſſimi, Chriſtum enim G
ſpernentes blaſphemantesq; ac penitus deridentes, pro quo pugnare cõſueuerant, eos
Turcis & Saracenis cõſenſiſſe & noſtrorum expeditionibus fuiſſe aduerſatos conſtitit.
Vnde multis eorũ uario affectis ſupplicio, cæteri oẽs prædijs redditibusq;, & bonis quę
poſſidebant ampliſſimis ſpoliati ſunt, quæ partim cõceſſa ſunt Rhodijs Hieroſolymæ
Hoſpitalarijs, partim nouis attributa religionibus in Hiſpania aduerſus Saracenos, Beti
cã olim, nunc Granatã incolẽtes à põtifice inſtitutis. Et forte eodẽ anno accidit Rhodũ
inſulã à Saracenis capi Turcis, quã Hoſpitalarij nouis aucti opibus receperũt. Albertũ
etiam imperatorem ex Auſtria Romanum nepos ex fratre appetitũ inſidijs trucidauit.
Per id quoq; temporis magni quæſtus & prædæ piũ facinus cõmiſit Philippus rex Fran
ciæ, pulſis ex omni regno Iudæis, quos diuitias poſſidentes eximias cum ſingulis ueſti-
mentis abire permiſit. Fecerat Romani imperij, quo ad rem Italicã uacatio, ut oẽs penè
urbes ſolitæ imperio parere, tyrannis eodem penè capitanearus titulo appellatis ſubeſ-
ſent. Nanq; tres de quibus ſupra eſt dictũ imperatores ab acceſſu in Italiã abſtinuerant, H
ut non abſurde imperiũ uacaſſe dicamus: hinc Verona Scaligeros, Mantua Paſſerinos,
Padua Carrarienſes habebat, & Marchiones Eſtenſes, quos anno ante ſexageſimo Sa-
linguerra eiecto, Ferrariã p eccleſia adminiſtraſſe oſtendimus, Mutinæ & Rhegio urbi
bus poſt annũ Iubileũ frena impoſuerãt, ad tantũq; deuenerant potentatũ, ut ſecundus
Carolus rex Neapolitanus, Beatricem filiam ex Maria regina uxore ſuſceptam, Azoni
tũc Marchioni dederit in uxorẽ: cuius matrimonij honore & lætitia, Azo haud quaq;
diu gaudere potuit: anno eñ quinto à iubileo & eius matrimonij primo Friſcus quidã
adoleſcens, quẽ ex aliena uxore ſibi filium eſſe dicebat, eũ dolo captum, in carcere mori
coegit. Et Ferrarienſibus nõnullis, epiſcopoq; in primis adnitẽtibus Ferrariæ, Mutinæ,
& Rhegij dominiũ obtinuit. Rogatiq; Veneti copias Friſco auxiliares cum nauigio im
miſerunt, caſtellũ eñ Thealdũ nomine ponti erat impoſitum, quo Padus ab urbe in ri-
pã tranſmittitur, uiæ continentem Bononiam perducenti, quod caſtellũ abſq; nauigio
capi poſſe Friſcus diffidebat. Eos motus cũ intellexiſſet cardinalis cognomine Pelagu-
ra, quẽ Clemẽs pont. Bononiam legatũ miſerat, Venetis ſub anathematis cõminationẽ
iuſſit,

A iuſſit,ut à re Ferrarienſi abſtinẽtes,copias inde deducerẽt.Hicq; machinis interea Caſtel
lo thealdo appulſis,& nauibus Ferrarienſiũ, ꝗ propoſito de uulgi cõſuetudine mutato
populi & eccleſiæ dominiũ acclamabant:ubiq; incenſis,partẽ quoq; urbis ponti conti-
guã ceperant, nec prius exaudiri inter prælij tumultum legati iuſſa potuerunt,ꝙ pons à
Venetis igni ferroq; interruptus, & Caſtellumthealdũ fuerit occupatũ. Friſcus interea
populũ ſibi rebellẽ domare aggreſſus, Rinaldo quodã de Marcharia equitum ductore
operã crudeliter nauante fretus,Ferrariã penè mediã incẽdit:ſedato parumper à Vene-
tis tumultu,deditionẽ illi excluſo Friſco facere cõſenſerunt. Tuncq; Ferrarienſes tanꝙ
in ſubiectionẽ accepti à motibus tẽperarunt, Pelagura legatus interim crucesignandos
ꝓpoſitis autoritate apoſtolica uitæ æternæ præmijs, Venetos, Ferrarienſesq; Bononiã
cõuocauerat. Et pont.Clemens quintus Venetis publice apud Auenionẽ excõmunica
tis interdixerat ſacris,quos ubicũq; reperirent capi iuſſit, ꝓ ſeruisq; uenundari.Quãob
rẽ factũ eſt,ut apud Londonũ Flãdrenſesq; & Galliarũ loca multi ualoris Venetorum
B mercimonia in prædã à locorũ dominis fuerint direpta.Miſerat itẽ Clemens pont. Ro-
manus præter Pelagurã legatũ duos quoq; in Hetruria cardinales,ut eius ꝓuinciæ mo-
tus bellaq; cõponerent,illiq; à Piſtoria inchoantes,quam oppreſſione Guelforũ libera-
re quærebãt,Roberto duci Calabriæ,Hetruſcisq; ſimul omnibus, ut eã urbẽ obſidione
leuarent anathematis & interdicti cõminationibus edixerunt,Robertũ dicto legatorũ
parentem oẽs Hetruſci præter Florentinos & Lucẽſes ſecuti ſunt.Interdictũ itaq; eſt ſa
cris Lucæ & Florentiæ ciuitatibus,& Robertus nouũ pontificẽ ſalutaturus, Auenionẽ
acceſſit.Paulopoſt Piſtorieſes obſidionis longitudine fatigati, & fame preſſi deditionẽ
his fecerũt cõditionibus,ut exulib. Florẽtinis aliarũq; ꝓuinciarũ Gibellinis, ꝗ præſidio
pauci inerãt permiſſis abire,ciuibus à uictore irato eſſet impunitas.Potiti urbe Florenti
ni Lucẽſesq;,à ciuiũ quidẽ ſanguine tẽperarunt,urbis uero mœnibus ſolo æquatis,foſ-
ſas quoq; ab ipſo Piſtorienſi populo cõpleri curarũt,agroq; eius urbis duabus ipſis ciui
tatibus applicato,redacta in rus Piſtoria,utriuſq; iuriſdictioni ſubiecta manſit.Erat is an
C nus põtificatus Clemẽtis ſecũdus,quo itẽ Florẽtini re Piſtorieſi cõfecta, priuſq; copias
reducerent,gẽtis Vbaldinæ in agro Mugellano reliquias perſecuti ad Accianicũ duxe-
rũt,qđ oppidũ arduo ſupra uiã Bononieſem loco ſitũ,male à diſcordibus inter ſe Vbal-
dinis defenſatũ,& pecuniaria pactione receptũ diruerunt, ex eiuſq; populo in plana ad
uiæ Bononieſis tabernas hoſpitatorias perducto extans oppidũ Scarparia, ſicut & Ta-
bernis erat nomẽ,appellatũ,paruo tẽpore ædificatum eſt.Cum reuerſi ad pontificẽ car-
dinales ea retuliſſent quæ in Hetruſcis fiebant,is reformandæ ꝓuinciæ auidus, Neapuli
onẽ Vrſinum cardinalẽ eò legatum miſit, fore ſperans, ut apud Florentinos Lucẽſesq;
ſuarũ ſtudioſis partium cardinalis multum autoritatis momentiq; haberet. Sed is haud
ſecus ꝙ primi duo ſpretus,& cũ copijs, quas accurate cõtraxerat repulſus, interdicto à
primis duobus in Florentiã Lucãq; denunciato per aggrauationes proceſſuũ cõfirma-
to ad pontificẽ eſt reuerſus. Tantũ uero abfuit,ut interdictũ timuerint Florentini, quòd
religioſos eccleſiaſticosq; ſuorũ locorũ maioribus ꝙ poſſent cõferre tributis grauatos
D crudeliſſime ab exactoribus uexari exhauririq; permiſerũt.Quamobrẽ magna deus ca-
lamitate Florentinos afflixit, Curſium enĩ Donatũ ciuem ampliſſimũ, & de eo populo
in primis benemeritũ patria ut eijcerẽt,diu multumq; in urbe tumultuatum eſt,ut cædes
in prælijs incendiaq; cõmiſſa ſint. Tandẽ Curſius dũ fugeret eſt cõfoſſus,nec aliã æmuli
prætenderũt ei facto cauſam,ꝙ ꝗ Huguitionis Fagiolani,de quo ſupra diximus,filiam
uxorẽ duxerat.Et per id temporis Aretinus populus ſimili ingratitudine uſus, Tarlatos
ciues ſuos de ciuitate optime meritos,Guelfis exulibus in patriã reductis per arma eie-
cerũt.Apparuitq; exinde Florentinos Aretio per Guelforũ reductionẽ fuiſſe potitos:
nec paruo ipſi etiã Florentini tunc in Lucenſes ſocios ſcelere ſunt uſi.Piſtoriã enĩ foſſa
coactæ multitudinis labore dies noctesq; cõtinuato purgata, & portis ualloq; dũ muri
reficerent circunductis cõmunita,ſibijpſis,poſthabito Lucẽſi propriã retinuerunt:nec
multi intercesſerũt dies, cũ Huguitio Fagiolanus generi iniuriã in Guelforũ damnis ul
ciſci cupiẽs, Tarlatos in Aretinũ redire adiuuit.Pelagura interim cruceſignatis apđ Bo
noniã ingẽtẽ exercitũ coactis,Florẽtinos opẽ popoſcit,qui equitatũ haudquaꝙ paruũ
ſub ſignis quatuor miſerũt.Qđ cũ reſciſſet Ferrarieſes, Venetis & Friſco rebellãtes,eas

omnes legati copias in urbē admiſerūt, ductūq; eſt ad Caſtellithealdi oppugnationem, E
multa utrobiq;, ſed in Venetis maior cōmiſſa eſt cædes. Vnde factū eſt ut Veneti, quod
per oratores ad pōtificē miſſos facere quęrebāt, coacti uiribus, urbe Ferraria prius, poſt
eius Caſtellothealdo exceſſerint. Quibus pont. abſolutionē ilico & pacē dedit, & Pela-
gura legatus Florentiā urbē pariter ob datos equitatus fauores interdicto leuauit. Octa
uo dehinc terdecies centeno ſalutis anno ſecundus Carolus rex Neapolitanus diē uitæ
Anno ſal. clauſit extremū, Robertusq; filius à pōtifice apud quē erat, regni cōfirmatione in Italiā
M.ccc.viij. redijt. Sed dū is in itinere agit, Lambertus Bernardinusq; fratres de Polenta Rauennæ
tunc primarij ciues, ac prope domini caſtrū Marcomama, quod ad ſanctum Albertum
in Padi ripa Veneti tenebant, Ferrarieſium opera inſcio Pelagura cardinale præſtita ce
perunt. Quæ cauſa impulit Pelagurā, ut Roberto regi Bononiam detinere appulſo Fer
rariā cōmiſerit pro pontifice & eccleſia gubernandam. Isq; Degum de la Rapta Hiſpa-
nū, ſiue ut appellant Cathelanum, multa in Beneuētanis oppida & caſtella tenentē eius
urbis præfectū prætoremq; cum Cathelana cohorte reliquit. Nondumq; Bononia Ro- F
bertus erat ꝓfectus, cum Ferrarienſis populi pars maxima in tumultum cōcita, pars do-
miniū populare, pars reductionē nobiliū Eſtenſium acclamauit: tunc dimiſſi à Caſtello
thealdo, qui inerant præſidio Cathelani, cōprehenſos ex plebe duodetriginta in furcas
ſuſpēderunt: de cæteris numero multis pariter in tumultu captis, Degus nullū aliud ſup
pliciū ſumi uoluit, ꝙ in carcerē coniecti, tantum pecuniæ in redemptionem penderent,
quanta ingenio poſſet ab eis & uiribus extorqueri. Eius etiā anni initio electores Ger-
mani apud Francofordiā cōuenientes, Henricū Lucēburgenſem in Romanum impera
torē delegerunt. Quē & Aquiſgranum Germani regni corona & infulis decorarunt, le-
gatiq; ipſius regis cū Romanum pōtificem Auenione agentē adiſſent petitum Roma-
ni imperij confirmationē, ea impetrarunt cōditione, ut intra bienniū Italiam ingreſſus,
Romā coronandus accederet. Nō autē præfixi termini finem expectauit Henricus, ſed
præmiſſis in Italiā oratoribus ad propinqua Alpibus regni Germaniæ loca Italiæ conti
nentia uenit. Primiq; ex Italis aditi ſunt ab imperatoris oratoribus Florētini, quos impe G
rator creationis ſuæ initio apud Francofordiā didicerat nominis imperatorij in Italiaq;
cæteris omnibus hoſtes eſſe. Nā multos fuiſſe cōſtat Italos patria pulſos, præſertim Gi-
bellinos nō Hetruriæ magis ꝙ omniū Italiæ regionū, qui noua deligendi creatione etiā
apud electores expectata, illū in magnā uictoriæ & amplitudinis ſpē erectū, quid agen-
dum ꝓuidendūq; eſſet ſubito edocuerūt: tripartita fuiſſe tradit imperatoris oratorū ad
Florētinos expoſitio mandatorum, quòd primo loco imperatoris omnium ſapiētiſſimi
potentiſſimiq; tunc creati barbararū numerus gentiū, quas traducturus ſit in Italiā, pro
maximo ac ꝓpè infinito relatus eſt, petitus ſecūdo loco intra Florētiā urbē cū aduenis-
ſet receptus, & ceſſatio ab iniurijs uicinorū, præſertim Aretinorū iuſſa eſt. Dātes Alde-
gerius Foroliuij tūc agēs, in epiſtola ad Canē grādē Scaligerū Veronenſem partis albæ
extorrū, & ſuo nomine data, quā Peregrinus Caluus ſcriptā reliquit, talia dicit de reſpō-
ſione ſupra dictæ expoſitionis, à Florētinis urbē tenētibus tūc facta, ꝑ quæ temeritatis
& petulātiæ ac cæcitatis ſedētes ad clauū notat, adeo ut Beneuenutus Imolēſis, quē Pe- H
regrini ſcripta legiſſe crediderim, Dātē aſſerat, hinc cœpiſſe Florētinos epitheto cæcos
appellare: reſpōſum em̄ fuiſſe innuit, nō eſſe ſatis quæ oratores primo loco dixerint ue-
ro ſimilia ac ſibi inuicē cohærētia, imperatorē Romanū ſicut illi dixerint, & ipſi ſperent
ſapientiſſimū barbaros immanē gentē in Italiā eſſe ducturū, qđ alij cōſueuerint Roma-
ni principes Italis in barbariē extra Italiam, nō barbaris ſemper pernicioſis & Romano
nomini hoſtibus in Italia uti. De receptu quid expediat deceatq;, poſthac & in tēpore
reſpōſuros, Aretini ceſſationē belli cōtra imperatoris officium peti, cuius in primis par
tes ſint electos patria, qđ populus in eo bello quærat Florētinus, ut reducat eniti. Profe
cti Florētia oratores Aretiū petiuerūt, & firmos ꝑ ſe Tarlatos, Fagiolanūq; in ſpē opis
imperatoriæ erectos reddiderūt firmiores, adeò ut repulſi prælijs Florentini in Henrici
aduētus timorē ſuſpenſi, tū à Bononia Robertus rex Neapolitanus eos recreauit. Is em̄
qui Henrici in Italiā aduentū formidaret præſidia ſibi aduerſus eum cōparare ſtudebat.
Quare moratus aliquot dies Florētiæ, omne Guelfum Hetruriæ nomē in priſtinā cum
Florētinis ſocietatē reſtrinxit, cuius ipſe caput principemq; conſtituit, pollicitus ſeſe co
pias

A plas,quamprimum Henricus appropinquare cœpiſſet præſidio immiſſurũ. Tranſgreſſo
interim Alpes Henrico, Taurienſes,ad quos primũ deſcenſurus erat, populariter obuiã
profecti ſeſe & urbẽ eius arbitrio permiſere. Pariter paulopoſt fecerũt Aſtenſes quibus
urbib. rex dedit uicarios,iubens ut populos in primis inter ſe pacificos cõſeruarent: exin
de Philippus Papiæ comes, Simon Collubianus Vercellarũ, Antonius Viſceragus Lau
dæ,urbium primarij ciues,uel potius tyrannuli Henrico concurrentes, datos ab eo uica
rios,in urbẽ quiſq; ſuã acceperunt,& Alboinus Caniſq; grandis Scaligeri Veronenſes,
obedientiam Henrico per oratores,ſubiectionẽq; polliciti ſunt. Mediolanũ urbẽ fami-
liæ duæ, Turriani & uicecomites potẽtatu pares, & hoſtes magis aperti q̃ æmuli preme
bant,potius q̃ aut ipſi gubernarent,aut à populo permitterent gubernari. Guidoq; Tur
rianus Guelfæ, Matthæus uicecomes Gibellinæ factionũ principes erãt. Itaq; & ſi Gui-
do capitaneatus populi magiſtratum tunc gerens, Henrici in Italiam aduentu lætatus e-
rat, q̇ cum Guelfis fauturum ſperabat: tamẽ ueritus, ne Matthæus gratiam occupaturus
B aliquid machinaretur, cum copijs accurate contractis in agri Mediolanenſis finib. ſe cõ
tinuit. Matthæus uero uicecomes ad Lupoldum Auſtrię ducem diu ſibi notum mittens
per eum Henrico ſpem fecit, fore ut appulſis Mediolano copijs, plenum illi dominium
à populo traderetur. Quod cum reſciſſet Guido in urbemq; redijſſet, ad arma cõcurſum
eſt,eranq; prælio factiones decertaturæ,cum Henrici exercitus urbi appropinquans u-
troſq; terruit,pariter ueritos,ne in alterius fauorem Henricus ꝓcliuior aduenisſet, Guel
fi tñ & numero & magiſtratus, quem gerebat Guido fauore præſtabant,quos conſtabat
Henricum ſtudio partium libentiſſime admiſſuros: hinc nulla ratione alia ſumi ab eis ar
ma apparebat, q̃ ut cæſis pulſiſq; Gibellinis, nouarum quæ fieret rerum mutatione ſoli
quietioreſq; gauderent. Ea intelligens Henricus pacis cõſtituendæ auidus, urbem ab u-
triſq; publico conſilio in dominatum accepit, & Guidonem inſigni munere honeſtatũ,
ut ſibi obligaret, Vercellis donauit, Galeatio ſpondens Matthæi uicecomitis filio, quem
ſecum Romã ducere cõſtituiſſet, equitum præfecturã, Lupoldusq; Auſtriæ dux cũ Ger
manorũ cohortibus in uicecomitũ gratificationem urbi præſidio eſt impoſitus. Audita
C Mediolani deditione Henrico facta, oẽs Lõbardi circumſtantes, præter Alexandrinos
fidelitatis ſeruandæ ſacramẽto ſeſe imperio obligarũt, & cũ ſinguli uicarios accepiſſent
regios, nullus fuit, aut populus liber, aut in ciuitate aliqua tyrãnus & factiõis primarius,
qui eiectos prius aduerſæ factionis principes, atq; multitudinẽ in patriã iuſſus à uicario
nõ admiſerit. Soliq; tunc è remotioribus Patauini nõ ſatis pariturí uidebanť, q̇ eos uici
ni Ferrarienſes atq; Bononiẽſes à rege Roberto admoniti incitarẽt. Hẽricus interim fer
reã imperij coronã, nõ Modoetiæ, ut debuit, ſed Mediolano recepit: cuius muneris exe-
quendi celebritas maiore facta eſt impẽdio, q̃ cui ærariũ Mediolanenſe ſufficeret. Vnde
hinc Matthæo, inde Guidone certatim adnitentib. tributo etiã inſolito ciuitas eſt graua
ta. Fuit id plebi moleſtiſſimũ, & murmur primo, poſt clamores ſenſim exaudiri, gemina
tã & auctã eſſe Mediolanẽſi populo ſeruitutẽ, nõ introductam diu expectatã ab impe-
rio libertatẽ, & manũ rapinis Germani appoſuerãt, qs factioſi rerũ nouarũ & tumultus
pariter auidi adiuuarent: tandẽ ad arma eſt uentũ, Germaniq; principio territi, cũ cædes
D in ſuis & uulnera ederẽť, introductis quę in ſuburbijs & agro erãt diſperſæ copijs, aper-
to in utrãq; factionẽ prælio decertare cœperũt. Sed Galeatius uicecomes magno uſus
aſtu, Matthæo genitore domi tanquã ad arcẽ ſuorũ ſeruandã relicto, duci Lupoldo, &
Germanis ad eũ cõglobatis adhæſit, tumultus & plebis audaciæ, ac temeritatis cauſam
omnẽ & culpã in Turrianos referens tyrannidẽ affectantes: nec fuit difficile furentes ꝑ
ſe Germanos accendere, pareſq; odio Germani & Gibellini in Turrianos ſunt. Erant hi
cũ magna populi parte cõſtipati, in platea ędi ſubiecta uirginis, quã Nouã uocant, quid
agerent dubij, q̇ imperio & populo aduerſari pariter nefariũ eſſe ducerent. Ad primum
itaq; impetũ admirabundi ac propè amentes diſſipati ſunt. Pugna deinde ad uicos rela-
ta, cędes utrinq; ꝓmiſcua fuit. Guido omniũ primus uicecomitũ inſidias recognoſcẽs,
cum filijs in fugã eſt uerſus, quem ſuorum pars maxima eſt ſecuta. Profectiq; Vercellen
ſi porta omnes cũ pueris & uxorib. Vercellas petiere, debacchatiq; in diuerſam factio-
nẽ uicecomites ad triginta illius primores in queis quatuor ex Turrianis fuere, impera-
toris militũ Germanorũ auxilio interfecerũt. Ad eũ exciti tumultũ nõnulli Lombardiæ

populi à promiſſa Henrico fide receſſerũt, primiq́ & eodẽ ſimul die Cremonẽſes ac Cre E
menſes impoſitũ à rege uicarium, & Gibellinos armis non ſine cædib. expulerunt, Ma-
giijq́; Brixiani Guelfarum partiũ duces, Theobaldum Burſatum aduerſæ factionis prin-
cipem pauloante iuſſu regis reductũ, cum interficere quęſiuiſſent, is de fuga cõtulit ſe ad
Henricum, Pariter Parmæ Rubei pauloante Henrico iubente à Giberto Corrigienſe in
patriã redire permiſſi, ab eodẽ patria ſunt eiecti. His quæ tot in locis fiebãt, rebellionib.
auditis, Henricus urbe Mediolano uicecomitũ curæ & cuſtodiæ relicta exercitum tunc
primum ſimul coactum in Italia uiſum in Cremonenſes duxit: cuius urbis Guelfi reſiſte-
re diffiſi, Brixiã cum uxorib. pueris, & aſportata leuiore ſupellectile emigrarunt, Cremẽ
ſes uero ſeditione facta, mitius ſecũ agi ſupplices impetrauere. Sed Cremonæ à Gibelli-
nis deditæ mœnia portasq́; & Guelforũ domos cum Germani euertiſſent, Cremã quoq́;
reddiderũt minore excidio immunitã. Ad eius facti terrorẽ Parmenſes Gibellini eiectis
Guelfis accerſitũ & precibus impetratũ regis uicariũ habuerũt. Duxit paulopoſt in Bri-
xiam Henricus, ad quã urbẽ à proprijs alienigenisq́; Guelfis probe defenſatã aliquãdiu F.
ſedere coactus eſt, editaq́; in agro omniũ, quæ excindi, uri, euertiq́; potuerunt uaſtitas,
adhibitæ oppugnationib. machinæ, cuniculi ſunt acti, & tandẽ fugientibus in montana
Guelfis, dedita a Guelfis urbs murorũ portarũq́; munitiones amiſit: nec aliter ibi q́; Cre-
monæ à Guelforum ædibus uel excidio uel incendio temperatũ eſt. Ad Placentiã uero
cum ducere pariter iratus pararet Henricus, cardinale de Fliſco intercedente, Placentini
eiecto armis Alberto Scoto Guelforũ duce contraria ſentiente, imperialẽ uicarium ad-
miſere. Papiã nõnulli in partib. Henrici cõſtanter duraſſe, & fœdera à principio per Phi
lippum comitem cum illo icta obſeruaſſe, nõnulli poſt rebellionem afflictã fuiſſe cõten
dunt. Interea dum Henricus primũ oppugnãda poſt euertenda Brixia occupatus eſt, ora
tores quos ad Venetos miſerat redeuntes pararã eſſe retulerunt eã rempublicã nauigiũ,
qđ poſtulaſſet præbere, quo ad regiones urbi Romæ ꝓpinquiores cum omni exercitu
trãſportaret. Per qđ item tempus, Veronenſes, Vicentini, & Patauini, & Taruiſini miſ-
ſos ad ſe uicarios acceperũt, præſidia pariter, quæ dãda eſſe crediderãt admiſſuri. Sed Hẽ G
ricus copias integras ad urbem Romã ducendas retinere maluit, & Varneriũ Hauſper-
genſem comitem, Lõbardiæ præſidem inſtituẽs copias ſibi modicas attribuit, quib. eam
ꝓuinciã cõſeruaret. Ipſe deducentib. qui apud eum aſſidui erant, Amideo Sabaudiæ co
mite, & Piſanorum Genuenſiumq́; oratorib. per Placentinos Genuã ſe cõtulit qua in ur
be eum adijt Ricardus Gambatoſa Roberti regis Neapolitani orator. Adieruntq́; pari-
ter Frederici Aragonis Siciliæ regis nuncij, amicitiã & fœdera aduerſus Robertum regẽ
utiq́; hoſtem offerentes, quib. benigne Henricus reſpõdit, oblatis aſſentiens fœderibus,
quæ cum eſſet Romæ initurum ſe ſpopõdit. Gambatoſa igiť pro uanis ſimulatiõe redun
dantib. quæ retulerat uerbis, ab Henrico ſimulata recepit. Certum em̃ Hẽricus habebat
à Genuenſib. Piſanisq́; relatum, regẽ Robertum Romæ, & per Hetruriã præpedimẽta,
& aduerſarios ſuis conatib. ſuæ coronationi pro uirib. pręparaſſe. Nã præter cõfirmatas,
ut oſtendimus, per Hetruriã Guelforum ſocietates, quã primum Neapoli agens Henri-
cum Brixiã obſidere intellexit, ueritus ne illa urbe potitus per Bononiã duceret in He- H
truriã, Digotionẽ mareſcallum attributo duorum millium equitatu miſit, qui Ferrariã,
Bononiãq́; primo poſt Florentiã & Hetruriã defenſando, prout neceſſarium in tẽpore
duceret, in partib. cõſeruaret. Digotioq́; Henricum intelligens Genuã acceſſiſſe, Floren
tiã & inde Lucã cũ copijs eſt delatus. Per eundẽ undecimũ terdecies cẽtenum ſalutis an-
*Anno ſalutis* num, Clemens quintus pont. Ro. cõcilium apud Viennã Narbonenſis Galliæ urbẽ cele
*M.cccxi.* brauit, in q̃ ad alterius anni medietatẽ ꝓtracto, templariorũ nomen om̃ino extinxit, de
ſubueniendoq́; Hieroſolymæ multa fecit uerba, quæ in irritum cecidere, & decreta pro
mulgauit extantia, quib. de ſuo nomine Clementinis appellatio ꝑſeuerat. At Henricus
cum menſem tertium Genuæ egiſſet, maris quã expectauerat tranquillitate oblata trire
mib. quadraginta Genuenſiũ, Saonenſiumq́; Piſas petijt, equitatu terra ꝑ Lucenſes præ
miſſo, quib. uaſtitas maxima eſt cõmiſſa. Digotionis uero & additę à Florentinis ſocijsq́;
bello Guelfis copiæ numero Germanis longiſſime inferiores, minori q́; erat opus præſi
dio Lucenſib. fuere. Præmiſit ex ipſis Henricus Ludouicum Sabaudienſem Amidei fili
um quingentos equites ducentem, qui Romam ad Stephanum Columnam accedens in

ædibus

A ædibus Lateranenſi palatio cõtiguis ſe cõtinuit. Idq; gentem Vrſinam in inuidiã, nouiq;
imperatoris ſuſpicionem plurimũ cõcitauit. Et Florentini in Italia poſt Henrici in Italiã
aduentum maximam exulum ſuorũ partem in patriã reuocauerant, confirmandisq; ſo-
cietatib. à Roberto inſtitutis fuerant intentiſſimi. Quare agentis apud Piſanos Henrici,
& uaſtantis Lucenſem Miniatenſemq; agrũ Germani equitatus pericula ut cauerent, ne
minẽ extra urbẽ & agri oppida ac caſtella conſpici curauerunt. Varie à ſcriptorib. quæ
ſequunt̃, tradita uidemus. Villanus, & Ptolemæus ambo Hetruſci, ambo his temporib.
ætate proximi contraria ſcripſere. Ille Robertũ regẽ & Vrſinã gentẽ Romanã in Henri
cum Romã ingreſſum armat, prælia dicit tribus menſibus Romæ geſta, & multa ad hæc
addit, quæ aliunde ꝙ à Ptolemæo falſa eſſe deprendimus. Hic quod uerũ fuiſſe nobis cõ
ſtat, tres cardinales dicit à Clemente Romano pontifice legatos Romã ueniſſe Henricũ
apoſtolica autoritate coronaturos, ad quos ilico Robertus rex Ioannẽ Germanũ fratrẽ
ſuũ magno ſtipatũ, ſed inermi comitatu uenire curauit, ut nouo imperatori uel ſimulate
B congratulaturus, pompã redderet ſua præſentia ornatiorem: itaq; Ptolemæi ſenſum no-
ſtris ſuisq; uerbis ordine explicauimus. Profectus Piſis Henricus ſecus Plumbinũ per o-
rã Hetruriæ maritimã Viterbiũ ſe contulit, ad quẽ clerus omnis & Romani populi pars
maxima quũ ueniſſet, deduci inde cœptũ eſt pompa in ſimilibus conſueta. Perductus in
Lateranenſe palatiũ Henricus, quod Viterbij uiderat, de Vrſinorũ à ſe & Columnenſi-
bus equitũ alienatione uoluit intelligere. Omnes itaq; urbis primores, & honeſto natos
loco, inferioresq; ad conuiuiũ inuitauit, ut qui malo in eũ eſſent animo abſentia notaren
tur. Veneruntq; præter aliã multitudinẽ Stephanus Columna, Nicolaus Miletus, Han-
nibal Hannibaldus, Ioannes, Sabellus, Theobaldus de campo Floræ, ut ſola lex eius ſe-
culi primatibus defuerit gens Vrſina, quæ ſub ipſum Henrici aduentũ partẽ urbis infi-
mam ædibus ſuis circũadiacentẽ Tyberi pontiq; Traiani continentẽ ad uiarũ exitus re-
pagulis cõmuniuerat, magis uerita, ne aduerſa factio quicꝗ in eos machinaretur, incau-
tosq; inuaderet, ꝙ quia motus intentare quæſiuerit. Ad epuli finẽ Henricus de ſuo aduẽ
C tu in hanc ſententiã eſt locutus, iuſſu ſe & pactione à pontifice Romano Clemente coa-
ctũ ueniſſe Romã, cũ aliàs certo ſciri à Romanis poſſe, tum maxime triũ cardinalium ibi
præſentiũ teſtimonio, qui & cõfirmationi electionis de ſe factæ pręſentes Auenione fue
rint, & Romã ad eius coronationẽ legati ueniſſe conſpiciant̃: non tamen tã longi itine-
ris laborẽ ſibi fuiſſe grauẽ conſideranti ſuos ſe Romanos amantiſſimũ ſibi populũ eſſe
uiſurũ, cũ quo lætos iucundosq; aliquot dies, cũ quo ludos & conuiuia amiciſſime age-
ret: ſed falſum ſe iudicio & opiniõe, hoſtes in ea & ſine cauſa aduerſarios inueniſſe, quos
nedũ uerbo nunꝗ aut facto lęſerit, ſed inter primarios urbis ut ſunt, habere & in amiciti
am recipere conſtituerit: hinc quos uideret inimicitias ſecũ gratis oſtentare, eorũ inſidi-
as quin caueat ac pro poſſe repellat tẽperate nõ poſſe. Quę quũ dixiſſet ad ſuos qui cir-
cunſtabãt cõuerſus, adigendos eſſe fidelitatis ſacramẽto, qui aderant, Romanos omẽs,
poſcẽdasq; & in cuſtodiã recipiẽdas arces urbis, demumq; tenẽdos oẽs imperauit. Iura-
runtq; oẽs, & ſolus Theobaldus de cãpo Florę cũ affines & cõſanguineos ſua ſequi cõſi
D lia ſolitos, ſicut & cęteri fecerãt, Romanos ciues tenere ac obligare id iuramentũ uoluiſ
ſet, ſolos excepit Vrſinos: de quib. cõſanguineis ignominioſe locutus eſt, nec ſatis illi ꝓ
fuerũt maledicta adulanter in ſuos iactata, ut quotquot quærebat cũ Stephano Colũna
datis obſidib. abire permiſſo liberarent̃. Arces uero urbis, quas Ptolemęũ ſecuti impera-
torẽ petiuiſſe diximus, ędes erant in Theatris, Thermis, & uetuſti operis ędificijs in arcis
formã, qđ etiã nunc facile intelligit̃ cõmunitę, quibus tũc Germanorũ pręſidia ſunt im
poſita. Vſus eſt etiã tunc alia maiore imperator imprudentia ac fatuitate, qui pręter ten-
tos de quib. eſt dictũ ciues, tributũ à populo popoſcit ſolito ſemper antea uel uicatim,
uel diſperſas in multitudinẽ pecunias ab alijs qui coronabant̃ accipere. Cõmota eſt itaq;
in tumultũ, & omnis utriuſq; factionis populus ad Vrſinos confluxit, primũq; in detur-
batos occupatis arcibus, poſt in alios urbẽ perambulãtes Germanos impetus cũ cęde &
ſanguinis effuſione factus eſt. Eo exaudito tumultu Hẽricus, datos à Piſanis ſagittarios
à nauibus uocari iuſſerat, quib. paulò prius fuerant adducti: in quos à naualibus quę ſub
Auẽtino ſunt, ut Lateranũ accelerarẽt mouentes, Ioãnes Roberti regis frater turmas na
uales impetũ facere iuſſit, quę eadẽ die Neapolim uenientes in eadem naualia attractis
triremi-

triremibus ſe receperant.Ioannesq́ oppreſſis dolo Piſanis,turmas ſuas oẽs eo uectas na E
uigio,& equitatũ prius in id propinquo urbi loco paratum in urbem Hẽrico rebellẽ du
xit.Angebaẽ interim cõmeatus inopia Henricus,& pecuniarum carentia in pop.Rom.
odium,ſicut oſtendimus,adductus erat.Quare cardinalib. facile aſſenſus, coronã cuius
in baſilica apoſtoli de more accipiendæ ſpes omnino ſublata erat, in Laterano accepit,
Tyburq́ migrauit.Eò cũ copijs urbe ,pfecto cardinales, Ioannẽ quoq́ Roberti regis fra
trem cum ſuis copijs quæ multiplicari cœperant,urbem purgare iuſſerũt,paxq́ & quies
urbi Romanæ reddita,tertiodecimo die poſtq́ Henrici imprudẽtia,atq́ auaritia tumul-
tuari cœptum erat.Agentem Tybure Henricum nuncij adierũt Frederici Arragonis Si
ciliæ regis,cum quib.,pmiſſa apud Genuã fœdera tã cupide cõſtituit, ut affinitatẽ quoq́
regi Siculo honeſtiſſimã ultrò obtulerit.Actumq́ in primis, ut bellum Fredericus ſubi-
to uicinis Siciliæ Calabris inferens claſſem educeret q́ poſſet ingentẽ Piſanæ & Genuẽ
ſi claſſibus cõiungendã,quas imperator ab illis ad ſe potentiſſimas nauigare curaret.Ip-
ſe paulopoſt Tybure ,pfectus per Sabinos Vmbrosq́ Peruſiã,& inde Aretium amiciſſi F
mã tunc ſibi urbem delatus,uallis Arni ſuperioris oppida & caſtella nemine omnino re
ſiſtere auſo cepit. Cõfluxerant eñ ad eum omnes Gibellini, & Albæ partis Florentini,
ac cæteri Hetruriæ exules,quib.deducentib.edocentibusq́ bellum illud imperator gere
bat.Ductum eſt inde ad urbem Florentiã,&caſtra ad montuoſam illius partem nõdum
muro cinctã firmata ſunt.Erat tñ foſſa & uallo firmiſſimis plancis, & materia ſpiſſo urbs
tam cõmunita,ut facile à multitudine,quæ inerat defenſareẽ.Nam Lucenſes,Miniaten-
ſesq́,& Senenſes copias immiſerant, Bononienſib. autem & Ferrarienſibus regis Ro-
berti uenerat equitatus.Quare imperator oppugnatione abſtinens,quã cerneret ineffi-
cacem futurã,incubatione potiri & obſidione cõſtituit:hinc ſede ad ſancti Salui mona-
ſterium tertio ab urbe ſtadio ſibi in prætorium ſumpta,Mugellanos Caſſentinates,& de
cætero penẽ omni Florentinorum agro ſeditionem facientes bene acceptos nullo gra-
uauit onere alio,q́ ut cõmeatum abunde in caſtra perferrent. Ad menſem inde unum &
dimidium hyemis aduentu rerum penuria laborari in caſtris cœptum,& quum hominũ G
ſuſtentationi neceſſaria ingenio & induſtria importandi ſpes aliqua oſtendereẽ, nullus
alendi iumenta & equos in ea ſoli ſterilitate modus apparebat.Motis nãq́ per Nouem-
brem caſtris imperator ad Donatianum oppidum uia Senenſi octauo à Florentia milia
cõſedit,& præfecti ex Gibellinis extorribus & Florentinis duo,unus apud Scarpariam,
alter apud Inciſam attributis Germanorum copijs cohortibusq́ relicti, capta de Floren
tinis ſeruare,& ſimul urbem incurſionib.infeſtare curarunt. Moratus apud Donatianũ
menſes duos imperator,poſtquàm ſementis faciendæ ſpem omnino præteriſſe, & agrũ
omnino uaſtatum uidit,excedens dixiſſe fertur,Florentinos uel ſociorum urbi incluſo-
rum auxilio ſatis ſufficere indigentiæ & fami ita accreſcendæ,ut ante æſtatis initium, ſe
qui in deditionem recipiat,pariter uocare & orare cogaẽ.Profectus Donatiano impe-
rator primis ad Bonitium caſtris petuenit,ubi oppidum reſtituit,quod diu anteCarolus
rex,ſicut oſtendimus, exciderat:dumq́ hiberna ibi ducit, Senenſes & proximiores ſibi
Geminiatenſes Collenſesq́ uaſtatione agrorum & illatis quandoq́ in erumpentes cla- H
dibus agitauit.Intellexerãt interea Florentini abeſſe non poſſe, quin uel fame coacti ini
mico imperatori futura æſtate dederent ciuitatem.Quare petitum ſæpenumero auxilio
Robertũ regem,quum ut amicis ſubueniret,euincere precibus nequiſſent, deditum ur-
bis dominiũ ut conſeruaret impulerunt,nihil in ſubiectiſsios conditionib.actum expreſ-
ſius,q́ ne exules quouis tempore, quacunq́ cauſa & ratione reduceret. Nec tamen alia
tunc præſidia Robertus rex immiſit,q́ quæ à Bononia,ut oſtendimus,Ferrariaq́ adue-
nerant,nouo enim ipſe bello agitari cœperat. Quod Fredericus Siciliæ rex tranſmiſſo
cum copijs freto & capto Rhegi tunc intulerat. Agentiq́ ad Bonitium imperatori, de
Frederici in Calabros aduentu &Genuenſium Piſanorumq́ parata,ut iuſſerat claſſe fue
rat nunciatum.Quare ut cum Roberto in Neapolitanum regem à Romano põtifice in
ſtituto iure ageret,Piſas ſe contulit.Quam urbem præclaram &ut dicebat liberã Rober
tum regem ſe ab obiectis purgaturum edicto ter repetito admonuit.Interea tamen Lu-
cenſes Miniatenſesq́ tantis affecit cladibus, ut Lucenſes amiſſis agri oppidis apparue-
rit eo anno ſimul cũ Florentinis in deditionẽ fuiſſe uenturos. Acta igitur in hunc modũ
Piſis

A Piſis maxima æſtatis parte imperator, per Senenſem agrum ubiq; uaſtatum contulit ſe Aretium, qua in urbe cum magnis honoribus eſſet acceptus, Robertum regē priuatum regno pronūciauit, & hinc claſſem in illū nauigare iuſſit, inde in Seneſes ipſe profectus eſt, confiſus dum eam obſideret ciuitatē, Florentia per deditionem Lucaq; potiri. Quū eſſet uentum ad montē apertum, Senis ad tertium lapidem proximum, & Florentina, ſicut docuimus, clade nobilitatum, imperator incidit in ægritudinem, ex qua ut conualeſceret, medicorū conſilio balnea adijt Maceratēſia: quo in loco certior eſt factus, Clemētem Romanum pontificem cenſuiſſe, & literis declaraſſe, regno priuare Robertū nō potuiſſe, qui ad loca non tuta fuerat citatus. Quum aūt Henricus ea balneorum lotione minus recreari, ac conualeſcere uideret, medicis item conſulentibus purioris aeris loca petere uoluit, itumq; eſt Bonconuentū, quod oppidum duodecimo a Senis miliario diſtās dum obſidione incipit premere, diem obijt. Signa ueneni in cadauere appareuiſſe multi ſcripſere. Ptolemæus uero Lucenſis affirmat ueneno eum periſſe, à prædicatorū ordinis

B fratre in euchariſtia daro. Aliusq; addidit, id Florentinorum induſtria factum eſſe. Quicquid eius rei ueritas habeat, ſatis ſupraq; certum eſt, non magis Florentino, & Lucēſi, ac cæteris eius ſectæ Hetruſcis, q̃ Roberto regi ſalutem in ea morte quæſitā eſſe. Multis uero econtra ea mors incommoda perniciemq; attulit. Fredericus Siciliæ rex omnium primus & copias terreſtres, & claſſem in Siciliam reduxit. Pariter Piſani & Genuenſes ſuas & ipſi claſſes ſubduxere. Populi tamen Hetruriæ imperatoris ſequuti uictoriā in rebellione perſtiterunt. Piſani paulopoſt quum à Florentino & Lucenſi iratiſſimis fauori regis Roberti innixis, maius q̃ cui ſatis reſiſtere poſſent, bellum ſibi impendere non dubitarent, prudentiſſimo rebus ſuis conſilio prouiderunt. Iſq; paruo quē adduxerat, equitatui Germanos ad quingentos addidit, Henrico ſolitos militare. Fama erat, & multi per ſingulos dies nunciq; afferebant, Florentinos & Lucenſes uerbis tumētes elatis, exterminium magis q̃ bellum Piſanis cōminari. Quare præoccupans bellum Huguitio utriſq;,

C ſed Lucenſi ardentius intulit, eam per ſingulos dies oſtendens, cuius fama pridem clarus fuerat, rei militaris peritiam: maiora namq; crebrioraq; ſub eo mille, q̃ diu antea ſub Hērico triginta millia utriq; populo damna intulerunt: amiſitq; Lucenſis oppida, ex ijs etiā quæ Henrico urgente fuerant retenta: ſefellerat autē utrumq; populum diu ante accepti regis Roberti ſpes præſidij: quod Henrici etiam & Frederici timore liberatus, ſæpe promiſſum mittere negligebat, ut Lucenſes ea præſidiorū regis deſperatiōe oppreſſioni addita, Fagiolani pacem peritam iniquis acceperint conditionibus. Ager namq; Lucenſis mutilatus Piſano additus, & exules Gibellini Albiq; in patriā ſunt reducti. Cōuerſum inde in Florentinos, integrum à Fagiolano bellum indies creſcebat, adeo ut anno iam ab Henrici morte elapſo, nullis à Roberto rege copijs apparentibus, maiora in illos Fagiolanus audere inciperet, quū ab exorto Lucæ tumultu reuocatus eſt. Reductis em̄ in patriam, agros, & extantes, certasq; repetentibus res ſuas, qui occupauerant, proterue quū reſponderent, uerbis primo aſperiorib. & conuicijs altercatū, deinde ad uerbera ac uulnera uentum erat Vocatū itaq; ad res cōponendas Huguitionem quum urbi appropin

D quare eſt uiſus, hinc Gibellini audentius agere, inde Guelfi primores partim patria emigrare, partim deliteſcere cœperūt. Et ingreſſus urbē Fagiolanus, magna uocis & uultus acrimonia utroſq; à contentionib. deterrebat. Nullus uero ſatis, qđ aiunt, ſuſpicioſos amauerit. Guelfi nihil boni à Gibellino principe armato ſperare auſi, in fugā populariter uertunt. Gibellini in propria primū ruentes aliena quoq; derelicta alicubi diripuere, q̃s & ſequuti ſunt milites Piſani, ut nullus uicus, nulla in urbe platea direptionib. caruerit, quales in capta ab hoſtib. urbe ſpolianda edi conſueuere. Quod quū cernerent Germani milites, ad prædā & ipſi diſcurrentes, nullo Guelforū Gibellinorumq; diſcrimine ſuā faciebant, quæ defenſorib. carebant. Nec potuit furens frendēſq; Fagiolanus tam celer accurrere, quin permiſſa Guelforū direptio: Gibellinis ex parte aliqua fuerit cōmunis. In huncq; modū Luca ſemiſpoliata Piſanorum, uel potius Fagiolani dominio māſit ſubdita. Receperunt ſe profugi Luca Guelfi in agri caſtello, quæ non occupauerat Fagiolanus: & Florentini eorum protectioni copias etiā ſupra uires immiſerant. Nouo em̄ per eoſdem dies bello impliciti erant aduerſus Aretinos, qui Tarlatis adnitētibus ita Fagiolano eorum, ut docuimus, in patriam reducturi fauebant, obſequebanturq;, ut illi Aretium,

tium,ſicut Piſæ Lucaq́; ſubeſſet. Peropportune uero tunc Robertus rex audita Lucēſiū E
clade Petrū Grauinæ comitem germanū ſibi fratrē,natu omnium minorē cum equitatu
in Hetruriā immiſit.Qua tempeſtate multa quoq; alibi uarie ſunt geſta, quorū ratio eſt
habenda. Philippus rex Franciæ à Clemente Romano pontifice, poſtq́; is Auenionem
à Viennenſi concilio ſe receperat,per cardinalem ad ſe miſſum ſuaſus,conuentum apud
Parhiſios habuit,in quo & ipſe cum filijs duobus, Ludouico Nauarræ rege, & Carolo
Valeſii comite,& Angliæ rex Edoardus uoto ſubueniendi Hieroſolymæ rebus emiſſo,
cruce ſignati ſunt.Et ne legentem in uana ſpe detineamus,ea uota in irritū cecidere. Cle
mensq́; pontifex quum Petrū Morroneum,qui Celeſtinus fuerat,in numerum retuliſſet
beatorū,fato eſt functus.Poſt quē ſedis uacatio diuturnior eſt ſequuta.Interimq́; in Ger
mania electores Aquiſgrani conuenientes,duos in cōtrouerſia ad imperium delegerūt,
inter ſe conſobrinos,Ludouicum Bauariæ,& Fredericū Auſtriæ duces. Hiq́; copijs de-
repente contractis prçlio cōcurrerunt,in quo cædes utrinq;,ſed in Auſtraſiis maior fuit:
Fredericusq́; ſuperatus & captus in carcerem eſt coniectus. Ludouicus uero ea elatus ui F
ctoria ꝑ imperatore illico ſeſe geſſit,multa diſponēs cōcedensq́;,quæ confirmatū coro-
natumq́; decuit,Romani pontificis conſilio iudicioq́; ſubijcere. Ardētibus eñ diſſidijs
atq; bellis Italiæ ciuitatibus,faces imperatoriæ autoritatis adulterinæ addidit, nulla pon
tificis Romani autoritatis habita ratione. Primum tamē omniū ex Lombardis Mathçū
uice comitē,Galeatiumq́;,Marcum,Luchinum,Ioannē,& Stephanum eius filios ita fo-
uit,ut ad urbis Mediolani tyrānidem tunc primum impudentius cœperint aſpirare. At
in Hetruria Petrus Grauinæ comes,etſi adoleſcens erat, pro ſua tñ prudentia rē Floren-
tinā adeo collapſam eſſe intellexit,ut magis pace reſtitui,q̄ bello erigi poſſet & uiribus,
quas ipſe paruas,illi tenues habebant,diſſidijsq́; infirmas.Incipiens igitur ab Aretinis fa
cile Guidonem Petramalam epiſcopum in ſententiā duxit,qui Tarlatos & ipſos Gibel-
linæ factionis primarios per Huguitionis Fagiolani amicitiam potentes,niſi per pacem
cum Florentinis conſtitutā ita deprimere nequibat,ut ſicut anhelabat urbis tyrānide po
tiretur:fœdus eñ ea uerborum forma conceptū eſt,ut licet dominij nomen Roberto re- G
gi ſit permiſſum,epiſcopo Petramalæ urbis adminiſtrandæ, & creandorū in ea magiſtra
tuū poteſtas arbitriumq́; manſerit. Habuitq́; eam uim cōſtituta cū Petramala pax,ut om
nia quæ ſub imperatoris Henrici aduentum in Mugellanis,Caſentinatibusq́;,& Floren
tino agro rebellaſſe oſtendimus,uenerint in Petri Grauinæ comitis poteſtatem. Nec in
terea rei ſuæ deerat Fagiolanus,qui poſt Petri aduētum,crebriores ſolito incurſiones ad
portas uſq; Florentinas fecerat. Quum tñ Piſtorienſes Miniatenſesq́; & Volaterranos
redderet inquietos,ac ea interdū de Lucenſibus quę Guelfos exules retinuiſſe diximus,
circunferendo caſtra obſidione oppugnationibusq́; infeſtaret.Dū tanta dux impiger,tā
uariaq́; agit ac intentat,libido cepit montis Catini uel uirib. capiendi, quod oppidū re-
bus gerendis,præſertim in Piſtorienſes in primis duceret opportunū.Quumq́; intenta-
ta magno conatu incautos oppugnatio nō ſucceſſiſſet,caſtella in circuitu ſubitaria exci
tauit,materia & ceſpititio opere munitiſſima,tamq́; proxima,ut cum machinis oppida-
ni præſidiumq́; à Florentinis impoſitū terrerent̄,& dies noctesq́; infeſtarentur, tum etiā H
pauci milites de illis obſidionē eo abſente continuarent:qua eñ utebat̄ uigilantia, & ra
ro alias audita celeritate,quū aliquando male inchoatā Catini oppugnationē parū cer-
neret ſucceſſurā,derepente mouens Piſtorienſes, Florētinos,& Miniatenſes eadem die
populationibus infeſtauit.Dum ea montis Catini cōtinuat̄ obſidio,Philippus princeps
Tarentinus fratrū octo Roberti regis ordine quartus,Florentiā ueniens, maiorē equita
tum eo quē Petrus duxerat,ſecum traxit.Quo anno ſalutis decimoſexto terdeciesq́; cen
An.ſal. teno Romanæ eccleſiæ cardinales Philippi Pictauorū comitis Ludouici Frācorū regis
M.cccxvi. Germani fratris opera,uel potius uiolentia apud Lugdunum incluſi pontificatus uaca-
tioni ſupra duos annos cōtinuatæ finem impoſuerunt.Iacobus eñ Cantuarienſis epiſc.
Portuenſis in pontificē Romanum,cui ſecundo uigeſimo Ioanni fuit appellatio,eſt crea
tus:qui primo pontificatus anno requiſitus, Ludouicū Bauariæ ducē confirmare ideo
recuſare dixit,qđ præter admiſſum in cōſobrino ſecū in cōtrouerſia electo ſcelus,multa
præſumpſerit facere & concedere,imperatoris Romani,legitime per gradus oēs inſtitu
ti excedentia poteſtatē.Erant interim Florētini,& ſocij bello Guelfarū partium populi
aduentu

A aduentu Philippi & eius acceſſione equitatus in eã adducti elatione, ut præſumpta de
aduerſarijs uictoria, nullo ſibi ordine, nulla gerẽdis rebus diligẽtia opus eſſe opinarent.
Hinc cõtractis Florẽtiam auxiliaribus omnium copijs, Philippus nõdũ ſatis rerum He-
truriæ præſertim Huguitionis Fagiolani uirtutis & potẽtiæ gnarus, in errorem pernicio
ciſſimũ præcipitatus eſt. Ductus enim qui ductor eſſe debuit, ad ſoluendã montis Cati-
ni obſidionẽ acceſſit, firmataq; ſunt exercitus caſtra hoſtium caſtellis, & circũductis Ca
tino munitionibus tã proxima, ut ab inuicẽ proſpicientibus, quid utrinq; agerent haud
dubie noſcerẽt. Sub ipſum aduẽrantis regij exercitus initium, & ea quæ ſequuta eſt die,
leuia aliquot cõmiſſa ſunt prælia, quorũ certã nullus retulit uictoriam. Id tñ inde cõnie-
ctura Huguitio exiſtimauit futurũ, ut regij fratres bellis uſi maioribus ſedẽdo ipſum cõ
ficere pergerent, qui cum eorum Hetruſcorumq; partis maximæ uiribus ſe imparem in-
telligeret, hinc Lucã reuerti cõſtituit, qua in urbe ſedendo ipſe uiceuerſa hoſtem per oc
caſiones lædere, & ſi fortuna iuuiſſet cõficere meditabat. Nocte itaq; quæ eſt ſequuta,
B modico in caſtellis ad deſtinendũ hoſtẽ relicto præſidio, impedimentiſq; præmiſſis ag-
mine quadrato ꝓfectus eſt, quum à relicto in caſtris milite ne hoſtis illa ingrederet in-
cenſa ſunt. Quod quum de regijs caſtris cõſpectum eſt, Hetruſci animis ardẽtiores Phi-
lippum perpulerunt inuitum, ut fugientẽ Fagiolanum breui, ſicut dicebant prædã futu
rũ inſequeret, tãtaq; celeritate mota ſunt caſtra, ut nec ſatis quadrari exercitus, nec ſtrui
acies, nec imperiũ dari potuerit, ut quod dabat à male ꝓperantibus ſit acceptum. Senſit
tñ mouentis furentiſq; exercitus ſtrepitum Huguitio, & dum ſuis propior ardentibus
caſtris hæret, incõpoſitos qui omnium primi fuerant aſſequuti, nõ magis in ignis caſtro
rum ſplendore uiſos, q̃ à uernaculo uocis & uerborum ſono recognitos, Senenſes, Vo-
laterranos, Miniatenſeſq; intellexit eſſe, in quibus ſpoliorũ primitias ea celeritate quæ-
rentibus principium occiſionis, ad cõmilitones cõuerſus, edendum eſſe uociferatus eſt.
Pugnans itaq; in prima ut erat acie, quod conuerſus de itinere ordo faciebat, Huguitio
in tribus populis præcurſoribus cædẽ ac ꝓpe occiſionem cõmiſit, quo prælij initio re-
C dacta erat in proximũ caſtris ardentibus collem pugna, & uenientes ſicut & primi fece
rãt alij de Hetruria milites à Fagiolano peſſime mulctabant. Quã dum peritiſſimus rei
militaris dux tenet oblatã occaſionẽ, uincendo ſimul & accelerãdo ad regios fratres in
fugã pendentes, ſuos in aciẽ dirigentes, ſimulq; adhortãtes peruenit, ut iã dies crepuſcu
lo acto exorta, duorum exercituum robur concurriſſe oſtẽdit: nec ſatis diffinire auſim,
utrum ne ſtirpis regiæ iuuenes, quorũ alter multa retulerat uictoriarum decora, quẽq;
domeſticæ potentiæ & gloriæ faſtus incendebant, impendentis periculi accipiendæ cla
dis metus, an Fagiolanũ nõ ignobilẽ multis ſæpenumero honoris & gloriæ muneribus
uſum, & duarũ Hetruriæ urbium dominio felici uictoriarum curſu auctum inchoatæ ui
ctoriæ ſpes urgentioribus ſtimulis expugnabat. Certatũ eſt una utrinq; acie, uno utrinq;
equitatus peditatuſq; globo, ut qđ euenit, apparuerit eam partẽ unde primum pedem
referri cœptũ eſſet, nulla reparabilẽ ſubſidiaria acie in fugam clademq; conuertendam
eſſe. Duces ipſi unuſquiſq; unũ habebãt in prælio adoleſcentes, Petrum Philippus fra-
D trẽ, Franciſcum Huguitio filium, quos nulla potuerũt diligẽtia, nullis fauoribus conſer
uare: ceciderunt eñi, & hinc metum tremoremq;, inde Franciſcus irarũ & audaciæ faces
addidit, fugiens cũ multitudine Philippus in tura euaſit. Huguitio uictoria uſus et cædẽ
in nobilitate ac primarijs cõmitti, & qui capiebant poſt uictoriã ſeruari iuſſit. Cæſorum
numerũ Florẽtini ſcriptores uix duûm millium referunt, quẽ quatuor penè millium fu-
iſſe noſter Caluus affirmat: captos multo plures cæſis fuiſſe, & deditum eadẽ hora mon
tẽ Catinum ab eodẽ Caluo eſt traditum. Terruit is caſus Florentinos, & adeo à Rober-
ti regis beneuolentia auertit, ut præſtantiorẽ fortunatioremq; dominũ, ſi uſquam loci re-
periri potuiſſet, in regẽ ſicut obloquebant infauſtum fuerint cõmutaturi. Peruaſitq; ea-
dem fortuna regis deſperatio omnium etiã ſibi per Italiam deditorũ animos. Deghi de-
leto, quem diu ante Ferrariam Roberti regis nomine docuimus gubernaſſe, commilito
Catelanus Bochinpanæ Ferrarienſis familiæ adoleſcẽtẽ occiderat: nec erat animaduer-
ſionis in facinoroſum magiſtratibus cura, quæ res Ferrariẽſis populi animos in Bochin
panæ gentis fauorẽ ſolito longe maiorẽ erexerat. Quum itaq; Bononiã & inde Ferrari-
am eius cladis in Hetruria acceptæ maior etiã ueritate fama eſt allata, Ferrarienſis popu

lus Rainaldi Bochinpanis inſtigatione arma cepit, aſſerendamq́ libertatē oēs princi- E
pio acclamauerunt. Deghus & q ſecū publica urbis loca ſeruabant, in arcē palatio ſub-
iectā deſcenderunt. Quumq́ maiorē, quàm cui reſiſti poſſet fauorem populi uidiſſent,
in Caſtellithealdi & clauſam ad pontē ciuitatis partē ſeſe curſu effuſiſſimo receperunt.
Nec mora, Rainaldus Obitio & Azo Eſtenſis ex Rodigio accerſiti, Ferrariā aduolarūt.
Quibus ducibus in Caſtellithealdi arcē, & ſubiectam pōti ciuitatis partem, quā Cathe-
lani tenebant cōmunitam, ordine eſt ductum. Repugnantes uero & urbem per arma re
cipere ſperantes Cathelanos ciues ad pōtem clauſi, quorum fidei uerbisq́ illi crederēt,
in exterminiū perduxerūt. Proditis namq́ munitionibus quum Eſtenſes & populus ar-
mis inſtructior perrupiſſet, aditus ad pontē fugientibus à proditoribus eſt præcluſus, cę
desq́ magis in diſſipatos q̃ prælium fuit. Erant ponti, ut aſſolet, ſcaphæ & lintres alliga
tæ, ut plurimum piſcatoriæ, quarum nōnullas Cathelani, porta pontis ad caſtellū perdu
cente excluſi, dum tumultuarie cōſcendunt, prægrauante armorum pondere demerſe-
runt: aliæq́ ad Caſtellumthealdum fugientē turbā delaturæ, ab his qui pontem obtine- F
bant, & portā Ferrarienſem, materia ſuperne deiecta in Padū obrutæ ſunt: ut plureis ijs
qui ferro occiſi erant Cathelanos Padus abſorpſerit, fecitq́ ea militū accepta clades, ut
Deghus, relicta Caſtellithealdi arce paucis defendenda, Bononiā migrauerit: deditāq́
Anno ſal. pactione arcē, Eſtenſes quū anno ſalutis duodeuigeſimo terdecies cēteno recepiſſent,
M.cccxviij. pleno urbis dominio ſunt potiti. Multos interea menſes Florētinum populū ea mœſtū
habuerat præſidij & ſalutis Bononiæ deſperatio, qua ad Catinenſem cladē imbuti erāt,
cū ſua, ſicut aliàs faciente fortuna, uel potius Piſanos ſuo trahente fato, ſalus Hetruriæ
Guelfis & in primis Florentiæ urbi, unde nō ſperabaī, eſt facta. Piſani em̄ nobilitatis pri
mores patriæ ſuæ ſucceſſus proſperos, & amplitudinem diutius pati nequeuntes, inui-
dia in Fagiolanū exarſerunt, quē inita cōiuratione, aut confodiendū, aut dolo eijcien-
dum eſſe cōſtituerunt. Reſciuerat id Huguitio, & à Florentinorū damnis tantiſper ab-
ſtinens, ac domi ſe cōtinens, diſſimulādo blandiendoq́ duriſſimos omnium Italiæ gen
tis illius animos mollire, & ad bonam mentem reducere nitebaī, quum proruptūros in
ſcelus amicorū de Piſana plebe cōſilio non quidem, ut debuit primarios, ſed audaculos G
leuiores quoſdā publica animaduerſione coercuit. Nerium ille filium, cuius nos natum
eodē nomine ſenē adoleſcentes hæc narrare audiuimus, Lucæ adminiſtrationi & cuſto
diæ præſidio equitū attributo prẹfecerat, qui partim à genitore admonitus nouerat, par
tim ſuapte reſciuerat diligentia, Lucenſis primores nobilitatis eadē coniuratione à Piſa
nis infectos eſſe, req́ pro omnibus gerendā unicum ſuſcepiſſe Caſtrutium adoleſcentē
nobilitate diuitijsq́ primarium, quem ætate & cōtubernij conſuetudine dilectiſſimum
hortando, admonendo, orando, in beneuolentia & fide aliquandiu conatus fuerat reti-
nere, & quū ſatis nequiſſet ab incœpto reuerti, per occaſionē abactæ à Lucenſibus prę-
dæ coniecit in carcerē. Id Lucenſes adeo ferebant grauiter, ut quē teneri captum quere-
banī, multo ægrius educi ad ſuppliciū paſſuri uiderētur. Quod quum Huguitio reſcijt,
parte equitatus Piſis præſidio relicta, cum reliquo Lucam, ut peteret, eſt profectus. Ea
cōiurati occaſione freti correptis armis, portas Piſanæ urbis derepente clauſas, ſuo cu-
rarunt præſidio cuſtodiri. Pręmiſerant uero celerrimos Lucā nuncios, qui nunciata Piſa H
norū rebellione Lucenſes cupientiſſimos, ut pariter facerent, pariter impulerūt, hincq́
coniurati ad portas occupandas delati, inde plebs immiſſa impetu in publicas cædes fa
cto, & Caſtrutio refractis carceribus educto, populi dominiū acclamauit. Eo tumultu
exaudito Nerius, quū hinc cōcitæ & furenti reſiſtit plebi, inde portas per ſuos retinere
conaī, utrobiq́ repulſus, porta ad quā ipſe pugnabat, cui Piſanæ eſt appellatio, ꝑlapſus
euaſit. Nec lōge Piſas aduolaturus Luca aberat, quum aduenienti paterno equitatui, &
mox ipſi factus eſt obuius genitori, req́, ut geſta erat, narranti, unus & alius ſuper aliū à
Piſis ſuperuenit, tumultū populi portas nobiliū præſidio teneri, rebellionem nuncians
repentinam. Eumq́ in modū uir rei militaris peritia præſtantiſſimus captus & triennio
priuatus, potius q̃ dominium, maiore eorum, qui facinus ſcelusq́ admiſere, q̃ ſuo detri
mento amiſit. Intellexit em̄ ilico fortunæ mutationē Huguitio, & qua in cæteris utebaī
celeritate Lucā prætergreſſus, ad Maleſpinas marchiones amiciſſimos Lunenſem pe-
tijt regionem: longo inde circuitu ad ſua Romandiolæ oppida rediens cōtenuit, filiosq́
motiens

A morlens & nepotes reliquit, q noſtra ætate paternis Saſinatenſis Boiorũ olim agri ca-
ſtellis à Florentino populo ſunt pulſi. Lucã urbẽ qua hora Fagiolanus fugiens Nerius
reliquit, eductus carcere Caſtrutius in dominium tyrãnidemq; cepit, & Piſani petitam
per legatos à Roberto rege pacẽ eodẽ anno impetrauere. Notata eñ qua ad Catinẽſem
acceptam cladem, & Ferrarienſi rebellione collabi eum apparuerat fortuna, rem ſuam
rex Robertus, nec quęſita quidẽ, nec opinata felicitate augere cœpit. Qua de inſigni re
rũ humanarum fluctuatione diligentius eſt dicẽdum. Ludouicum Bauariæ ducem poſt
datos Matthæo uicecomiti, nimios in Mediolano conſtituenda tyrannide fauores, poſt
ſubleuatos in rebellionẽ in aduerſariorumq; cædem Lombardiæ Gibellinos, Ioannes
pont. Romanus petentem imperij confirmationem, & repulit, & ut ab imperialibus ab-
ſtineret muneribus, anathematis cõminatione deterruit: legato etiã Romanæ eccleſiæ
cardinale in Lõbardiam à põtifice miſſo, uicecomites pater & filij, ut omiſſa tyrannide
Mediolanum ſibi relinquerent gubernandũ, petiti quum non paruiſſent, urbi ſacris in-
B terdicto excõmunicati ſunt. Parumq; poſt perſeuerans in eorũdem fauoribus Bauarus
Auenione publico primũ conſiſtorio, poſt in cathedrali baſilica anathematis ſpirituali
mucrone ab irato põtifice eſt cõfoſſus, quod quidẽ uſq; adeo uir impius ſpreuit, ut miſ-
ſis in Italiam nuncijs rem eccleſiaſticam omnino euertere ac peſſundare cõtenderit. Pri
mam tñ Italiæ regionum Lombardiam eius faces incendij impleuerunt, quibus & Ligu
ria eſt afflata. Gibellini namq; Genuenſes Lombardorum ſuæ factionis fauore Guelfos
multis affecerũt incõmodis. Hiq; ut reſiſtere poſſent Robertum regem promiſſo urbis
dominio auxilia periuerunt, quæ illis ab Hetruria quũ dediſſet, breui poſt paratiore pręę
miſſo exercitu mouens à Neapoli cũ nauigio eſt ſubſequutus. Contraxerant interim in
urbẽ ad eiusq; Pulſcefre ſuburbia Gibellini Lõbardorum auxilia, & terra paribus utrin
que uiribus decertatũ eſt, quum muri Guelfus per claſſem regiam ſuperaret: tertium iã
diem pugna dies noctesq; cõtinuata erat, in qua nullus incẽdio, nullus cædi fuerat mo-
dus, quum Gibellini præmiſſis mulieribus puerisq; Saonã populariter emigrarũt. Hãc
C urbis Genuæ calamitatẽ Franciſcus Petrarcha duci & concilio Genuenſium ſcribens
memorat in hæc uerba: Senſim inde ad illud tempus animos memoriãq; reuocate, quan
do felicitatis comites luxus, liuor & ſuperbia ciuitatẽ beatam & uictorem populum per
uaſit, & quod externis manibus factum foret, in tantas impulere miſerias, ut deſerta, in-
culta, & fœda ciuitatis facies, & littorium illud decus ꝑ ædium magnificentia in toti-
dẽ ſpeluncas latronum uerſum, horrorem atq; metum prætereuntibus incuteret. Poſtre
mo urbs ipſa ſuis ab exulibus obſeſſa Mediolanenſiũ auxilio diuq; bello grauiſſimo ue
xata eſt. Dũ in ea tunc Robertus almæ memoriæ rex Siculus, q ad præſidiũ eius acceſſę-
rat, anno propè integro eſt incluſus, quotidieq;, quod pro monſtro monſtrandum eſt, et
nunquã aliàs auditum, nõ ſolum terra ſimul & pelago, ſed aere etiam & ſub terram uno
tẽpore pugnaretur. Idq; nos explicare pergemus, anno ſalutis triceſimo terdecies cente An. ſal.
no Nouembris menſe Gibellini Genuam obſidẽtes cuniculis ſub terrã actis, q ad Sabi- M.cccxxx.
næ prædandã ædẽ penetrabãt in urbem, ea potituri erant, quũ Guelfi alijs in oppoſitum
D cuniculis ab intra ſuffoſſis ſeſe obuios dederunt, præliaq; ſub terra multis diebus acerri-
me ſunt cõmiſſa, in quibus quũ Guelfi ſuperarent, armis omiſſis aquam in cuniculũ de-
duxerunt, quæ hoſtiũ opera inundauit incaſſum ceſſura, niſi ſuppoſitus derepente ignis
pontes cõbuſſiſſet, quibus ad quadraginta murorum urbis cubiti aliquãdiu fuerãt ſub-
ſtẽtati, ceciditq; murus, ad cuius caſum irruptio in urbẽ à Gibellinis intentata, & à Guel
fis econtra multis utrinq; commiſſis cædibus eſt prohibita. Excitatusq; tumultuarie ab
omni ſexu & ætate murus Guelfos in urbe tutatus eſt, feſſiq; Gibellini & potiri patria
deſperãtes, Clauarũ cõceſſerunt. Robertus rex Genuę dominio potitus, priuſq; cœptus
uictoriæ calor refrixiſſet, Saonam terra mariq; obſedit, ubi primo obſidionis die maior
multo ea quę triduo Genuę commiſſa eſt, cædes fuiſſe refertur, Gibellinisq; eiectis, Sao
nam quoq; rex Robertus obtinuit, ilicoq; cõtulit ſe in Gallias, & põtifice Ioanne, apud
quẽ aliquot diebus fuit, ſuadente Carolum Valeſii comitem regis Frãcię Philippi filiũ
in Italiam cum copijs miſit, Guelfis Lombardiæ Tercellis apud Guidonẽ de Turre con
gregatis præſidio adfuturum. Ingreſſusq; Vercellas Carolus, dominio quod tamen par
uo retinuit tempore, eſt potitus. Coacti enim Mediolani iubente Bauaro totius Lom-

bardiæ Gibellini duce Galeatio uicecomite, Vercellas adeo arcta cinxerunt obſidiõe, B
ut Guelfi cõmeatus primũ caritudine, poſt fame cõpulſi, urbe ſimul cũ Gallicis emigrauerint, quam Galeatius ſibi dominio ſubegit. Per quod tempus Gibellini in Lõbardia, Bauari, Guelfi in Liguſtinis regis Roberti auſpicijs & auxilio præualuere. Caſtrutius quoq; Caſtracanus Lucenſis, & Guido Petramala præſul Aretinus, tyranni partium & ipſi Gibellinarũ Florentinos hincinde, & ſocios bello Guelſos agitabant, Caſtrutiusq; prior incurſionibus in Florentinũ agrum factis, caſtella quædã & oppida cepit occurrerunt illi cum exercitu Florentini apud Victolinum primo, poſt apud Fucetiũ, quos ita repulit, ut ſatis duxerint laceras quidẽ, ſed nõ uſquequaq; fractas intra urbem copias cõtrahere, Piſtorienſesq; tunc Philippi Tiditij ciuis eorum primarij ſuaſione & opera Florentinorum amicitia poſtergata Caſtrutio fœderati ſunt. Et Petramala interim Vocamano, quod oppidũ obſidione premebat, ſubſidiarijs Florentinorũ copijs ui repulſis illo eſt potitus. Ad eius quæ ſequuta eſt, æſtatis finem Florẽtini cum ſummo niſu copias comparaſſent in Caſtrutiũ ducendas, Genuenſes quoq; Roberti regis iuſſu claſſem ad F
proxima Lucæ urbi littora immiſerunt. Agitatus hincinde terra & mari Caſtrutius, copijs & ipſe ſummo conatu reparatis in Florẽtinos duxit, quod parua manu orã eius agri maritimã tutari poſſe cõfideret, iuuitq; audacem Caſtrutium fortuna. Ductor nãq; Florentini populi copiarũ uir externus pecunia ab eo corruptus, quum ad eum transfugiſſet, diſſipatas illi copias intra mœnia reduxerunt. Caſtrutiusq; nihil ultra ueritus in Fucetianis primo, poſt tranſmiſſo Arno in Miniatenſibus Montoporianisq; magnã edidit uaſtitatẽ, dũq; Petramalanus interea Rudinenſes de Florentinis expugnat, Caſtrutius à Miniatenſiũ, de qua diximus, & aliorũ uaſtatione in Lucenſes reuerſus, nõ quidẽ dimiſit exercitũ, ſed ad aliã agri Florẽtini partẽ conuerſus, Pratenſes uaſtare cœperat, quum Florentini nõ magis territi q̃ irati, correptis propè populariter armis ex urbe egreſſi ſunt: uocatiq; in expeditionem undiq; exules, promiſſa, ſi probe pro patria egiſſent, reductione in magnam manum ſigna populi ſunt ſequuti. Itũ eſt ad proxima Prato loca, ad quæ Caſtrutius uaſtando populandoq; peruenerat, eoq; qui noctu retroceſſerat, non inuento, proceſſit exercitus uſq; Fucetium, Exercitu reducto exules ex fœdere in patriã reuerti parabant, qui per ignominiam repulſi, paululum per diẽ recedentes furto noctu porta Feſulana ingredi intentauere. Erantq; uiri in armis duo millia cognationibus in urbe affinitatibus clientelisq; potentes Quibus facile fuit, ſi ex improuiſo imperijſſent, ingredi ciuitatẽ. Sed dum multos pertentant, acceſſusq; ſui reddunt gnaros, proditi fuere. Porta enim à magiſtratibus cuſtodita, ut ſperauerant, nõ admiſſi, maiore q̃ unquam ſuæ reductionis deſperatione per Italiã diſſipati ſunt. Caſtrutius uero & Guido Petramala, diuerſi ut erant agrum Florentiæ diuerſis populationibus uaſtationibusq; infeſtabant. Guidoq; quum multa de Aretinis oppida & caſtella quæ diu poſſederant Florentini recepiſſet, Ciuitatem caſtelli ſociã bello Florentino urbem dedentibus Gibellinis, q Guelfos eiecerant, ſibi ſubegit. Id ægerrime tulerunt Peruſini, & Florentinorũ inſtigatiõe ac equitatus auxilio bellum epiſcopo Aretinisq; intulerũt, & Philippus Tiditius Piſtorienſis tyrannidẽ in patria ſua affectatã, quũ poſſe ſatis retinere diffideret, Caſtrutio permiſit. Qui Piſtoriam cum copijs patente ingreſſus porta, arcẽ in illa curauit iuuitq; ab incolis communiri. Florentini tunc Caſtrutium uicinæ & bello eis ad eam diem ſociæ urbis Piſtoriæ dominio auctum magis ſolito formidare cœperunt. Quare orati magna precũ inſtantia bello ſocij, Senenſes, Bononienſes, Peruſini, Miniatenſes, Volaterrani auxiliares quũ dediſſent copias, Florentiæ & per agrũ quanta nunquam ante diligẽtia habitus eſt delectus, Raimundusq; Cardonius gente Hiſpanus, ſed bellis aſſuetus innutritusq; Italicis in ducem belli mercede acceptus, conuenitq; Prati ad dictã diem exercitus, q facta leui & repentina in Piſtorienſibus excurſione, flexit ad infima Lucenſis Piſtorienſisq; agrorum loca in paludes uerſa, quæ Caſtrutius obtinebat. Galeatius uicecomes interea poſt eiectos Vrcellis Guelfos Accijs filiũ natu maiorẽ cũ iuſto exercitu urbibus Lombardiæ, apud quas Guelfi præualebãt, bellum inferre curabat. Isq; adoleſcens reductos Parmã Gibellinos fouebat, quum admonitus uicinitate Caſtrutius, eũ factionis iure & amicitia, & mercedis interuentu auxilia popoſcit: nec prius aut arcem Piſtoriæ imperfectam linquere, aut Florẽtino reſiſtere uoluit, quàm Accius ſicut promiſerat aduenifſet.

G and H margin letters appear beside lines: G (beside "Caſtrutius uaſtando...") and H (beside "ſis tyrannidẽ...").

Inerant

A Inerant aũt Florẽtino exercitui equites tria,pedites uiginti millia,à quo Lucẽſes Piſto-
rienſesꝗ; Caſtrutio præſente,quod nunquam antea cõtigerat,uaſtati,& oppida Cappia
num,Topalſum,Falconũꝗ; ſunt capta.Procedensꝗ; prædando urendo Florẽtinus exer
citus ad uſꝗ; urbis Lucæ mœnia peruenerat , quũ excitus Caſtrutius hoſti ad Sextima-
nas aquas obuiũ ſe cõtulit, ſtatiuaꝗ; uterꝗ; exercitus aliquãdiu locis cõfuſus cõmunitis
ꝓpinqua habuit:leuia uero per ſingulos dies prælia ſunt commiſſa , quorum uno tandẽ
caſu inchoato totis undiꝗ; copijs eſt cõcurſum, longeꝗ; inferior Florentinus multos ac
meliores quoſꝗ; partim cęſos,partim captos deſiderauit.Caſtrutius ipſe nõ immunis co
piarũ detrimenti, ſaucius quoꝗ; prælio exceſſit:hærebat tñ in Lucẽſi agro Florentinus,
qui Caſtrutium uidẽs ſe in ſtatiuis cõtinere , ad Fucetium receſſit:Caſtrutiusꝗ; Accium
appropinquare intelligẽs,timore ſimulato,ſubſequi diſtulit , quouſꝗ; illũ quid facturus
erat admonitum,ad proximũ hoſtibus locum de uia flectere curauit.Exinde Caſtrutius
equites mittẽs,quia ad leue certamẽ hoſtes de more laceſſerẽt, cum toto exercitu eſt ſe-
B quutus.Cõſtat Florentinos de aduentu uicecomitis leue ad quod prouocabant , certa-
mẽ detrectaſſe , ueritos quod euenit,ne ſi incœpiſſent cũ uicecomite ac Caſtrutio ſimul
uel inuiti decernere cogerent.Sed dum pẽdentes in receſſum quid agerent dubij cõſul-
tantesꝗ;,partim ſententias dicunt,partim muſſant,ingerentes ſe præcipites Caſtrutiani
milites,alios inuenerunt de Florentino exercitu,q omniũ ignari conſiliorũ,decus,ut di
xerunt,patriũ ſeruare uoluerunt,prœliumꝗ; eſt cõſertum,in quod uterꝗ; exercitus incu-
buit.Dura aliquãdiu & atrox fuit pugna, nec facile apparebat , ad quẽ uictoria inclina-
ret , quũ hinc alã ducẽs equitũ Raimundi commilito facta audentius impreſſione cum
ſuis omnibus interceptus eſt:inde Accius,ut erat admonitus,ex inſidijs ꝓuolauit, & e-
rãt ei mille quingẽti equites,quos ex omni Gibellino Lõbardiæ ſelegerat equitatu. Ad
cuius ꝓcellam cũ robore Caſtrutij copiarũ illatã,Florentini exercitus ordines ſunt con
fracti,fugaꝗ; ilico cõmitti cœpta.Accio aũt uictoriã in fugientes ꝓſequente,Caſtrutius
prælio ſe ſubtraxit,circũuectusꝗ; per colles ad arcta peruenit,paludes montesꝗ; interia
C centia,quibus ſolis in amplã planitiem eſt acceſſus,cædem Accius , quam in fugiẽtibus
nequierat,tunc primũ maximam edidit:quum parem ac maiorẽ ederet Caſtrutius,nulla
re magis tardatus eſt,ꝗ; quod uiuentes potius capi,ꝗ; cadauera, ut dixit , fieri cupiebat.
Capta itaꝗ; eſt maxima pars Florentini exercitus , & Raimundus primo ad Caſtrutium
perductus,paulopoſt eius filius impedimentorũ cuſtodiæ præfectus in Accij poteſtatẽ
cũ illis peruenit.Huius uictoriæ ſpolia quę fuerunt multa, partim Lucã,partim Piſtoriã
ſunt relata.Caſtrutiusꝗ; dierũ ſex quiete exercitui data, agrũ Florẽtinũ ad eã partẽ euer
ſum terribili uaſtitate potius ꝗ; populatiõe fœdauit.Inde Signiã delatus eſt, quod oppi
dum inferendo Florentiæ bello idoneũ,impoſiti præſidio à Florentinis milites relique-
runt.Eo potitus oppido Caſtrutius,nihil moratus cupientiſſimũ uice comitem duxit ad
Florentiæ urbis mœnia de ꝓpe inſpicienda,& ſole in ueſperã uergẽte, tantus exercitus
ad ſtatiua in celebri uico Piritula ſecũdo ab urbe milliario aliquot , diebus habẽda per-
ductus eſt,per quos dies nihil ludorũ,nihil iucũditatis omiſſum eſt,quo lætitia in caſtris
oſtenſa,ſpectantẽ de mœnibus ciuitatis multitudinẽ redderet mœſtiorem . Equuria eſt
D ad eã ciuitatis portã publice inſtituta, & carcere dimittendos equos Piritulæ continent
magiſtratus:ad eã itaꝗ; publici ſolennis ludi ſimulationẽ Caſtrutius,propoſitis premijs,
equos,uiros,mulieres,publice trino miſſu à Piritula ad portã currere curauit,Dũ Piritu
læ duces agunt,turmæ in circuitũ dimiſſæ cædes,incendia,uaſtitatẽ in Florẽtino Praten
ſiꝗ; edebant,& adibant equites peditesꝗ; portã, ſi forte prodirent in prœliũ pertentantes.
Triduo Piritulæ acto quum nemo portis obſtinate clauſis exiſſet,Caſtrutius Signiã re-
duxit exercitũ:noctemꝗ; unam tantummodo commoratus , orantem Accium uiceco-
mitem ad inſpiciendam parte alia Florentiã,in Arni uſꝗ; fluenta comitatus eſt. Primaꝗ;
hæc tyrocinia atꝗ; præludia uicecomitũ genti Florẽtino populo bellis agitãdo, quę ra-
ro ad hoc uſꝗ; tẽpus intermiſſa,Philippus tertius Mediolanenſiũ dux continuat. Accio
datis ſtipendijs,& ſpoliorũ maxima parte donato,in Lombardiam redire permiſſo, Ca
ſtrutius Pratũ obſedit,& quum potiri deſperaret,in circuitu uaſtauit.Dum hæc in Italia
agerent,Ioannes uigeſimus ſecundus pont.Romanus multa probe egerat, rem eccleſi
aſticã concernentia.Multis namꝗ; creatis cardinalibus,in queis duo tantum Itali fuere,

Ioannes Columna,& alter Ioannes Vrſinus Romani proceres,Thomã unũ Erphordẽ- E
ſem epiſcopum,& alterũ Thomam Aquinatem prædicatorũ ordinis anno põtificatus
ſeptimo in numerũ retulit ſanctorũ Chriſti domini Cõfeſſorũ. Eoq; q ſecutus eſt anno
ſalutis duodetrigeſimo terdecieſq; centeno Bauari electione abrogata, in illũ tanquã
Anno ſal. M.cccxxviij. eccleſiæ rebellẽ ac ſchiſmaticũ cenſuras exercuit.Erat eñ omnis Italia illius inſtigatiõe
armis diſſidijſq; inuoluta,& quicquid pont.faceret,Bauarus deſtruere adnitebať. Gui-
donem Petramalã poſt occupatã Tiphernum Ciuitatẽcaſtelli appellatam Romanæ ec
cleſiæ iuris urbẽ pont.præſulatu ſacerdotioq; exautorauerat, Ioãne Biordi Vbertino in
Cortonenſem epiſcopũ declarato:id eñ ad eam diẽ Arretinæ diœceſeos oppidũ in epi-
ſcopalẽ erexit ſedẽ,cui præter attributã perpetuo manſurã portionẽ, cætera quoq; ſub-
iecit,quæ ad eccleſiã ſpectauerant Arretinã,Concitusq; in iram Bauarus inſtigãte Gui-
done in Vbertinorũ caſtella ducens,Laterina Sabinumq; euertit.Tenebatq; per id tem
poris Rauennã urbẽ Almericus eccleſiæ illius præſul,& comitatũ Romandiolæ ꝓ Ro-
mano pontifice etiã in Bononia adminiſtrabat,in quẽ Bauarus Rainaldũ Obitionẽ, & F
Nicolaũ Eſtenſes Ferrariæ tyrannos copijs adiutos adeò incitauit, ut Argentã Rauen-
natis eccleſiæ oppidũ,Guidonis Truncaduri Gibellinorũ principis proditione primũ,
poſt omnẽ Rauennatis agri Riperiã Padi Argentæ contiguã occupauerint. Paſſerinus
enim Bonacoſa,cui Bauarus ad Mantuæ tyrãnidem animos copiasq; addiderat, ſorore
Eſtenſiũ in matrimonũ accepta, ſeſe cũ copijs illorũ exercitui & pariter furori ſociũ ad-
didit.Qui in magnũ cõiuncti exercitũ,caſtella de Mutinẽſibus Romano pontifici ſub-
dita,& ipſam urbẽ Bononiã ut inuaderent ad ſancti Felicis oppidũ ſunt delati.Cõtraxe
rat interea Romandiolę Comes Bononiã copias,&Florẽtini quũuis à Caſtrutio preme
renť,petitos ex fœdere ducentos equites Bononienſibus auxilio miſerãt.Quarũ eccle-
ſiæ & põtificis copiarũ dux Beltrandus Aledoſius Imolenſis cũ ad ſanctũ Felicẽ hoſti
obuius proceſſiſſet,fracti Eſtẽſes & Paſſerinus, fugatiq; maximũ acceperũt incõmodũ.
Ferrariaq; eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, Eſtẽſes & Bonacoſa extra cõmunionẽ ec
cleſiæ ſunt ꝓiecti. Caſtrutius interea Florẽtinos ex Signia adeò preſſerat,agitaueratq;, G
ut eliciendis à Roberto rege domino ſuo,quas negligẽtius ſubminiſtrabat copijs,nouo
uſi fuerint argumẽto.Carolũ eñ filiũ illius Florentiã in dominũ mitti per oratores ciui-
tatis primatios poſtularũt.Sed dũ oratores Neapolim uadũt, Caſtrutius Mõtimalo per
frequẽtes ac propè multorũ dierũ labore & periculo cõtinuatas expugnationes capto
præſidiũ impoſuit.Signiãq; ea diruit ratione,qđ Carolo cuius aduentum nouerat, præ-
ſente illam retinere diffideret. Quam tñ ibi prius habuerat belli ſedem tranſtulit Carmi
gnanum.Sub ipſum Caroli aduentũ Ioannes Romanus pontifex Ioannẽ Vrſinum car-
dinalẽ in Italiã legauit, cui factionis gratiã multos in Italis fauores ſperauerit additurã,
amboq; principes de rebus gerendis cõmentaturi Florẽtiæ cõuenerũt. Quantumq; hi
Guelfos,tantundẽ Galeatius uicecomes Gibellinos de Hetruria in ſpẽ uictoriæ adnite
bať attollere: per quod tẽpus factionis Gibellinæ principes Itali omnes per Bauarũ in
Italia precibus pollicitationibusq; uictũ deſcẽdere coegerũt,qui ſuperatis Alpibus Tri
denti ſubſiſtens nullis precibus, nullis promiſſionibus ut progredereť ulterius adduci H
poterat,niſi eò delati Galeatius uicecomes, Guido Petramala, Scaligeri,Carrarienſes,
Eſtenſes,Bonacoſæ,&Caſtrutij oratores ui ꝓpemodũ adhibita attraxiſſent.Brixiã itaq;
Mediolanũq; peruenit.Qua in urbe celeberrimo multorũ populorum cõuentu, priſco
more Guido Petramala præſulatus autoritate præſumpta coronam illi ferreã impoſuit.
Bauarus uero contrà ac oportuit pecunijs indigentiſſimus,Mediolanẽſes ac cæteros ſi-
bi fauentes populos adeò exhaurire cœpit,ut oẽs ſibi reddiderit inimicos. Quumq; Ga
leatius eũ principẽ, & ut appellabat, imperatorem ſuũ ab exactionibus nimijs orando
ſuadendoq; retrahere conareť,Bauarus nõ magis iracundia q̃ auaritia ductus illum &
filios ui adhibita cõiecit in carcerẽ.Abradenda exinde commodis Mediolanenſi popu
lo pecunia,Bauarus noua eſt uſus machinatione:ciuibus eñ ſolo libertatis nomine do-
natis permiſit,ut uigintiquatuor ex oñi populo creatis reipublicæ adminiſtratio ꝑmit-
tereť,quibus præſidẽ ſeu præfectum addidit,ea ut dixit ſolummodo imperatoria auto-
ritate geſturũ,ad quę externi magiſtratus cõſueuerũt in liberis ciuitatibus deputari.Do
natus inde à Mediolanenſibus ob tantũ munus pecunia ingenti Bauarus in Brixianos
ducens,

A ducens,apud Vrcios Soncinumq́ deſedit: Quibus in oppidis quũ multi adeſſent cum
ſecuti principes uiri,populorũq́ oratores,multa diſſeruit de importuna uicecomitũ pa-
tris & filiorum tyrannide,qua etiam ſe pergerent cõculcate: & placatis ſi nõ omniũ, cer
tè multorũ animis in Hetruriã iter ingreſſus eſt.Carolus interea cõpoſitis his,quæ cũ car
dinali fuerant Florentiæ cõponenda, exercitum emiſit in Caſtrutiũ & eius dominia du-
cendũ,à quo oppidũ Mõs appellatũ Fucetianis paludib. proximũ eſt expugnatũ.Idẽq́
exercitus breui poſt Arceminium tenue opib. ac propè immunitum in Piſtorienſib. ca-
ſtellum expugnauit. Aberat eñ Piſtorienſi agro Caſtrutius, qui Bauaro Lunẽſi uia qđ
nouerat uenturo,obuius ire cœperat.Qua item ratione Carolus copias oẽs intra Florẽ-
tię mœnia reuocauit.Ingreſſum Lucã Bauarũ,Caſtrutius honore ꝓſecutus eſt, qui ſum-
mus poſſet imperatoribus exhiberi.Cupientẽ inde Piſas accedere ciuiũ diſcordiæ prohi
buerunt,quorũ nonnulli tyrannidem libertatis nomine obtinentes uicecomitũ facti ex
B emplo,territi,illum uel ingenti donatum pecunia excludendum cenſebãt,quũ plebs ip-
ſa & nobilitatis pars cõtraria ſentiens,introducendum duceret muneribusq́ donãdum.
Eaq́ diſſenſio Guidonẽ Petramalã Caſtrutio diſcordẽ,hoſtemq́ apertũ fecit, utroq́ di-
ſpari quidem forma,ſed eadẽ fide & affectione cũ Piſanis pro Bauaro adnitente.Appul
ſis itaq́ urbi copijs Piſani tãtiſper deditionẽ ſunt morati, quouſq́ cũ his qui cõtraria ſen
ſiſſent,ciuibus uerbo & animo placatus princeps nihil moleſti in illos tẽtare ꝑmiſit.Qđ
quum eſſet Caſtrutij & Guidonis licet diſſidentiũ opera factũ,pleno Bauarus Piſarũ do-
minio eſt potitus.Guidoq́ Arretium,à qua urbe diu abſuerat,petiturus,ora accedẽs ma
ritima,febri apud Nigrummontẽ correptus interijt.Cõmoratus Piſis duos fermè mẽſes
Bauarus,efflagitanti Caſtrutio cõceſſit,ut Galeatiũ uicecomitẽ, Acciumq́ & Marcũ fi-
lios carcere liberatos Lucæ foueret,ipſe ad urbẽ Romã iturus per maritimã tetẽdit orã,
quẽ Caſtrutius mille quingentos pari penè numero equites peditesq́ ducẽs ſecutus eſt.
Quot numero fuerint Bauari copiæ nullus tradit.Sed ingẽtes fuiſſe hinc certũ ſumit ar-
gumẽtũ,qđ Robertũ ille regẽ potius bello agitare,ꝙ ad coronationẽ petere anhelabat.
C Hinc quo primũ die Bauari & Caſtrutij copias Viterbiũ attigiſſe Carolus intellexit,Flo
rentia & ipſe cũ copijs ꝓfectus ad genitoris regniq́ pręſidia pergere incœpit,fecitq́ iter
quadrato agmine per Arretinos,quã ciuitatẽ Saccon Petramala Guidone ſuo fratre de
functo,armis & factionis pręſidio obtinuerat.Inde Peruſiã accedẽs ꝑ Spoletinos & Mar
ſos regnũ ingreſſus eſt.Ac Bauarus ingẽti Romæ exultãtiq́ acceptus fauore coronatio
nẽ tãdiu diſtulit,quoad ꝓceres & urbiũ Italiæ oratores,q̃ cõtinuo cõfluebant,oẽs adue-
niſſent,quoad'ue põpa pridẽ ad omnia templa baſilicasq́ urbis deſtinata, & ad eius ac-
ceſſum inchoata Laterani die præfixa quieſceret: quo die kalendarũ Iunij nona nõ qui-
dẽ Sarra Colũnenſis, qđ Florentinorũ habent monumẽta,ſed Stephanus ſenior, & Sar
ræ tũc pueri genitor iuſſu cleri & populi corona illũ inſigniuit. Vrbẽ eñ Romã duo pri
marij nobiles ex ijs quos nunc Barones appellãt,ſeſe regis Romanorũ uicarios dicẽtes,
gubernabãt.Eratq́ is annuus magiſtratus à Romano ſenatu creatus, geſſit tñ magiſtra-
tum illũ quandoq́ unicus,qui dũ abeſſet alius ſuſtinebat.Hincq́ per Ioannis xxij. tẽpo-
D ra uidemus Hannibaldũ de Hannibaldis, & Ricardũ Vrſinũ fuiſſe uicarios. Paulo poſt
Frãciſcus Comes Anguillariæ ſolus fuit, & Steph.Colũna ſenior,cũ quinq́ annis eũ con
tinuaſſet magiſtratũ, Nicolaũ Stephani de Comite ſibi aliquãdo ſubſtitutũ reliquit. Ea
ornatus adulterini imperij corona Bauarus,rem aggreſſus eſt omniũ nephariã, & cæte-
ris uitæ partib.reſpondenrem. Electum enim in antipapã Petrũ Corbarienſem ordinis
minorum,agri Reatini,ruſticũ hominem,qui uxorem habẽs iuuenem, renitentẽq́ pſeu
doreligioſus debita Romano pontifici reuerentia adorauit, nec defuerunt flagitioſi, &
illi ſimiles apoſtatæ dãnati capite,& alia perditorũ turba,qui & ſecuti ſunt idolum,& ab
eo adulterinus cardinalatus præſulatusq́ & ſacerdotij dignitates acceperint. Quo in pa
trando ſcelere nõ aliud à Bauaro quæſitum eſt,ꝙ ut Ioannis Romani pontificis autorita
te cõminuta,liberius ipſe rem Italicã perturbaret.Sed ad rem Hetruſcã.Abiturus Florẽ-
tia Carolus Philippũ Carnotenſem uirũ rei militaris peritiſſimũ, & qui copias regis Frã
ciæ nõ modicas ductitaſſet,præſidio Florentiæ cũ equitib.mille Gallicis reliquit.Pariter
reliquerat Caſtrutius Lucæ & Piſtorij copias in omnẽ euentũ præſidio affuturas.Baua-
ro itaq́,& ipſo in primis Caſtrutio,quẽ oẽs Itali Romã cõfluẽtes pluris penè ꝙ ipſum

facerēt Bauarū,ducendas in Robertū regē copias,& cætera bello neceſſaria paratib.Ro E
mā nuncius eſt allatus,Carnotēſem per altā ut tūc erat hyemē glaciel,quæ Piſtorij foſſas
reddiderat permeabiles,cōmoditate eā urbē furto ingreſſum eſſe, quā poſt prælia uarie
ab impoſitis præſidio Caſtrutianis militib. & factiōis Gibellinæ ciuib.cōmiſſa, obtentā
nullo partiū amicorū inimicorūue reſpectu ac diſcrimine totā militi diripiēdā ꝑmiſerat:
& cū alter poſt alterū cladis nuncius Romā ueniſſet, nō prius inde Caſtrutius proficiſci
potuit,ꝙ arcē quoq; factus eſt certior,captis in prælio q hoſti in urbe perrexerant repu-
gnare,cuſtodib.ueniſſe in Carnotēſis & Caroli poteſtatē.Suis itaq; præmiſſis mille quin
gentis,quos Romæ habuerat equitib.peditibuſq; Caſtrutius, cū parua & ipſe manu Pi-
ſas,& inde Lucā feſtinantiſſime peruenit.Quibus in urbibus paratæ ſunt celeritate & di
ligētia copiæ,cū his cōmeatus,& cætera expeditioni neceſſaria ſunt educta.Quinto em̄
die poſtꝙ Caſtrutius tanta uelocitate Lucā attigerat, ſub ipſum copiarū ab urbe Roma
aduentū exercitus eſt ꝓfectus.Inerant uero exercitui Galeatius uicecomes.Acciuſq;,et
Marcus nati ducēdis ordinib. à Caſtrutio præfecti,tāto apud ſe loco habiti, ut eorū ſuæ F
in caſtris æquauerit poteſtatē.Adita à tanto exercitus nō militū magis numero ꝙ ducū
ꝓbitate plurimi facienda,Piſtoria in circuitū eſt cincta,ut exeūdi clauſis admittēdiue ue
niētes facultas pariter ſit adēpta.Spoliatā em̄ urbē,carentia rerū,ac ꝓpè iam fame noue
rat laborare.Intētauit tñ oppugnationes nō magis potiundi ſpe, ꝙ ut Simoni Toſæ no-
bili Florētino,quē Carnotēſis præſidio præfectū reliquerat,præſtaret occaſio dedītiōis
celerius faciēdę,ꝙ fames cōiuncta periculo ſuaderet.Nec uſi ſunt Florētini Philippuſq;
ignauia ope obſeſſis pro uirib.afferēda.Cōtractis nanq; uiginti peditū,trib.equitū mili-
bus cōmeatū ut importarent copioſiſſimū,aduſq; Caſtrutiana caſtra duxerūt,tētataq; in
Caſtrutij munitiones caſtris obductas irruptio,tandē Florentini conatu & ſpe fruſtrati,
depoſito Prati cōmeatu,Lucenſem Piſanūq; agrū factis incurſionib.populati ſunt.Et in
terea Simon Toſa ſuos ſubueniendi ſpe amiſſa,receſſiſſe uidens,cū ꝓprijs cōmilitonū re
bus abire permiſſus,Piſtoriā tertio ꝙ capta fuerat mēſe uix dū exacto ſpoliatā reddidit.
Fecitq; is Piſtoriæ caſus Bauarū à deſtinato in Robertū regē bello tepeſcere,qđ Caſtru- G
tio præſente uiro omniū impigerrimo ad ueris initiū fuerat initurus. Acceſſit quoq; ad
orā Siciliæ regis Frederici claſſis,quā Petrus duceret,eis tardatus,quia Genuēſes quoq;
Guelfos patria extorres ſequi oportuit.Claſſem em̄ diu ante in id bellū paratā abſq; claſ
ſe regia mittere noluerūt.Inchoata erat,ac propè media æſtas, quādo Bauarus omiſſa e-
ius belli dictas ob cauſas intentione, Tudertū uſq; ſe contulit:in Florentinos nanq; duce
re cōſtituerat,nec ulli etiā Florentino dubiū apparebat, quin eſſet Florentia poniturus,
præſertim cum hinc factio Petramala ex Arretio, inde Caſtrutius & Piſani,& alia parte
Vbaldini ex Apennino & Romādiola in eius caſtra fuerint cōfluxuri.Ducebat uero ſe-
cū Bauarus antipapā,quo eū ſe præſente à populo uel inuitus faceret adorari.Dūq; Tu-
derti copias cōtrahit tardiuſcule ſubſecutas,claſſis Sicula & Genuenſis ad Tyberina o-
ſtia,& illo iubēte Cornetū uenit,ad quā cū Bauarū relicto Viterbij Idolo ſe cōtuliſſet,e-
uinci à Petro Genuenſibuſq; nō potuit,ut ad Neapolitani belli molē redire uoluerit. E-
rat em̄ in Florētinū ardentior,ꝙd firma potiūdi ſpe ꝓpediē inchoatū ad uotū cōſummaſ H
ſet,niſi eadē quæ aliàs fortuna Florentino pręſidiū opēq; tuliſſet.Caſtrutius em̄ morbo à
Piſtorienſis expeditionis labore cōtracto uita migrauit, cuius filiorū Arrigi & Galerani
nomine,cū Piſis præſidia eſſent impoſita,Bauarus illuc delatus,urbē à nobilitate deditā
ꝑ ſe & imperio,ut dixit,Romano gubernādā accepit. Tarlatumq; Petramalā Guidonis
fratrē in illa præſidē præfectūq; reliquit,Lucāq; accedens electis ſimili impietate Caſtru
tianis recepit,quā Germano cuidā attribuit gubernandā. Lucēſem uero populū Caſtru
tij filijs minus multo ꝙ oportuit fidelē pœna quā meriti erant,breui ſubſecuta eſt. Tribu
ta nanq; ſolito grauiora illico imperata ſunt. Florentini interea Carmagano obſidione
oppugnationibuſq; potiti,altero itē felici nuncio per id tēporis ſunt lætati, Caroli regis
Roberti filij eorū dñi uita functi:& ne quid inchoatę eorū felicitati deeſſet,Bauari uires
à Germanorū equitū defectionib.cōminui acceperunt. Valida em̄ illorū manus quū Lu
cam occupare cœpiſſet,nec ſatis ſucceſſiſſet conatus,proximum ei urbi collē ſtatiuis ce
pit. Erat tunc in Piſtorienſi agro cum copijs Bauarus, quod electo eo iubente à Piſto-
rienſe populo milites Caſtrutiani Piſſiam Bugianūq; oppida retinere, & Caſtrutij filijs

ſalua

A ſalua reddere adnitebantur. Quare trãſfugis propere, cũ ſoli pecunijs deliniri uiderent,
eas in hũc modũ habere curauit. Galeatio uicecomite paulopoſt Caſtruiiũ Piſſiæ mor-
tuo, Accius Marcusq́ filij ad Bauari miſericordiã confugerãt, hiq́ pecuniã multo maio-
rem ea, quã milites Germani petebant ea cõditione Bauaro ſpoponderunt, ſi in patriã re
ducti eſſent. Vnde Accius Marco fratre apud transfugas pro obſide relicto cũ Germa-
nis quatuor nobilibus ea ratiõe eſt miſſus, ut autoritate imperatoria reductus pecunias
illis diſſolueret Bauaro deferendas. Iuitq́ Accius & nullo reſiſtente Mediolanũ introdu
ctus, pecunias amicorũ collatione habitas Germanis deductorib. dedit, cum quib. illi in
Germaniã trãsfugerunt. Fruſtratus pecuniarũ Mediolano afferendarũ expectatiõe Ba-
uarus, & transfugarũ, quos perſequi cuperet, adductus indignitate in Lombardiã ſe con
tulit, Petro Corbario cũ ſectatorum ſentina, Piſanis, apud quos manſerat per literas com
mendato. Ingreſſus Lombardiã Bauarus, omnia peiore ꝙ crediderat, loco repperit. Ac-
cius nanq́ uicecomes ingratitudinis & perfidiæ memor, qua in genitorẽ Galeatium u-
B ſus fuerat, Mediolano illũ omnino excluſit, & Germani milites Accium intelligẽtes Ba
uaro rebellaſſe, Marco illius fratri fidere cœperunt, adeò ut ex obſide illũ ducem habere
uoluerint, cuius retenta diu cũ ueteranis Caſtrutianorũ effecit gratia, ut arce ſibi tradita
Lucæ urbis dedente populo acceperit dominatum. Quo tempore & ꝓpemodum die pi
ſtorij Piſisq́ ad arma concurſum eſt. Piſtorienſes tñ priores electo Bauari præſidio, pacẽ
cum Florentinis ea fecerunt cõditione, ut reductis exulibus cõflata ex utraq́ factiõe re-
ſpublica cõſtituerẽt. Piſani autem Tarlato benigne emiſſo id curauerunt ſolum, ut iugo
Bauari excuſſo, rem ipſi ſuã ad libitum gubernarẽt: nec potuit inchoata in Hetruſcis per
ciuitatum liberationem pax diuturna eſſe. Veterani nanq́, Caſtrutiani, Catinum, & pau
lo poſt Victolinum, quę oppida ſub mortis Caſtrutij tempus Florentini receperãt, occu
parunt. Et Germani milites ductu Marci uicecomitis Lucã obtinentes, eam urbem Spi
nulæ Genuenſi uiro nobili ac ditiſſimo, qui claſſi extorrum Genuenſium ductor erat, ac
cepta ingenti pecunia uendiderunt. Exarſit illico in Spinulæ inuidiã odiumq́ Florenti-
C nus, & illi bellum intulit ſubitarium. Qď cum magno Spinula excepiſſet animo, accerſi
tæ ſunt ex Lunẽſibus copiæ, & ueterani in ſocietatẽ belli mercede aſciti, quibus auxilijs
fretus Spinula, non magis repulit quàm bellũ intulit Florẽtinis, qui ad Catinũ delati prę
ſidio, quod Spinula Lucã accerſiuerat, deſtitutum obſederunt, duxeruntq́ ad illud miro
opere & labore, ac ingenti impẽdio munitiones aduerſus Spinulę impetus, quos die no
ctuq́ maximos faciebat, tandemq́ potiti ſunt. Bauarus interim ignominia & cõfuſione
onuſtus redijt in Germaniã. Per quod ferè tempus Petrum Corbarium pontificis Nico-
lai quinti fœdantem nomen, Bonifacius Comes cognomine Donantico Piſanus captũ,
Aueniонemq́ perductum uero pontifici Romano Ioanni uigeſimo ſecundo, in munus
obtulit, à quo minus ille ꝙ merebaẽ, male habitus eſt, uitã enim in carcere breui, ſed nul-
la adhibita ui finiuit. Poſt Bauari in Germaniã reditum, Ioannes pontifex Philippo Frã-
corum rege inſtante, generalẽ in Saracenos Hieroſolymam tenens expeditionem ſacro
ſancto de more decreto edixit. Philippusq́ eius expeditionis dux declaratus eſt, cui põ-
D tifex fructuum regni Franciæ eccleſiaſticorum decimam partem ea reſeruauit ratione,
ut expeditionis impendio ſufficere poſſet. Sed & ſibi põtifex cæterorũ orbis Chriſtiani
fructuum eccleſiaſticorum decimam pariter portionẽ uoluit reſeruari. Quæ dum agerẽ
tur prædicto rege Philippo hortante, Ioannes Bohemiæ rex Hẽrici filius Brandeburgẽ
ſis, quem apud Bonconuentum oſtendimus obijſſe, ad pontificẽ mittens, ſequeſtrẽ ſe ex
hibuit, ut Bauarus eccleſiæ reconciliatus, iuri quod imperij electio prætenderet renũcia
ret, alterq́ Henricus, & ipſe dux Bauariæ imperator ordine crearetur. Idq́ licet pontifex
parum exaudierit, Roberti regis Neapolitani animũ offendit, qui non ullũ tunc impera
torem creari uoluiſſet in Italiã tranſiturũ. Florentini interim potiundi Luca auiditate fla
grantes, eam obſedere, qua breui fuerãt potituri, niſi nouus in Italiã turbo poſt emiſſam
Bauari peſtem incubuiſſet. Ioãnes eñ Bohemiæ rex à Brixianis accerſitus Gibellinis, in
Italiam ueniens, eã urbem Bergamumq́ cepit, quẽ quum Spinula & Lucenſes præſidiũ
opẽ.ꝙ popoſciſſent, immiſit ille equitũ duo milia, peditũ paulo minus, ſolutaq́ obſidiõe
Luca, Florentinus ager populationib. & incendijs eſt fœdatus. Parmam, Rhegiũ, Mu-
tinam per id temporis ſicut & priùs poſt Bauari diſceſſum cardinalis Oſtienſis Romani
pontifi-

pontificis in Bononia legatus bello preſſas pro eccleſia capere nitebatur. Sed earũ urbiũ E
populi regis Bohemiæ dominũ præeligentes, ſeſe illi miſſis oratoribus dediderũt. Nec
tulit id Bononiæ legatus indigne, quin potius amicitia, & fœderatione cum eo rege ini-
ta Bononienſes Florentinis cõtrà ac conſueuerant eſſe, reddidit inimicos. Qđ quidẽ cõ
ſcio Ioanne Romano põtifice factũ apparuit, quũ is Bohemo regi nulla in re poſtea fue
rit aduerſatus, mutataq́; eſt exinde rerũ in Italia cõditio, ut quib. pontifex Rom. rexq́; Bo
hemus aduerſaret, eoſdem Robertus rex Florentiniq́; nullo Guelfi aut Gibellini nomi-
nis diſcrimine fouerent. Fuit uero Ioannis Bohẽmi regis in Italiã aduentus quibuſdã ex
ijs etiã qui Bauaro fuerant aduerſati, in primisq́; uicecomitib. qui nullũ uoluiſſent Ger-
manũ in Italia potentẽ eſſe, formidoloſus. Quare inita cum Maſtino Scaligero Veronẽ
ſe, Philippino Gonzaga Mantuano, Carrarienſibus, Patauinis, Eſtenſibus, Ferrarienſi-
busq́; tyrannis cõfœderatione Roberti regis Neapolitani per icta cum Florẽtinis fœde
ra partib. adhæſerunt, in quos oẽs pontifex Rom. cenſuras eccleſiæ ꝓmulgauit. Eius ue-
ro ſocietatis cum tot Lombardis principibus à Florentinis initæ fama effecit, ut Piſtori F
enſes libertate poſtergata urbẽ pleno dominio ipſis permiſerint Florẽtinis. Quæ cũ Bo
hemus rex intellexiſſet, Carolo filio cũ copijs Parmæ, Rhegij & Mutinæ urbiũ cuſtodię
relicto, in Germaniã ſe cõtulit, maiores, & tãtis neceſſarias copias conatib. cõtracturus.

## BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI natione imperij Romani, Decadis ſecundæ, Liber decimus.

ELATI animis regio fœdere primi omnium ex ſocijs Eſtenſes in legatũ
Bononiæ & partes Romani pontificis res nouas tentare cœperũt, cau-
ſaq́; uidetur remotiuſcule repetenda. Poſt occupatam, ut diximus, ab E-
ſtenſibus, Argentam Rauennatis eccleſiæ oppidũ, Ferrariæ urbi ſacris
à legato fuerat interdictum: quod dedecus animarumq́; periculum non
prius eſt ſublatum, quàm fatigati Ferrarienſium querelis Eſtenſes oppi
dum reddiderũt. Sed quo tempore Bohemus rex in Germaniam abijt, G
Eſtenſes fœderis confidentia ſuperius dicti, & Alberti Scaligeri, quem Maſtinus frater
cum copijs miſit auxilio caſtris ſancti Felicis agri Mutinenſis obſidione perrexerunt,
quod oppidum Manfredus pius Carpenſis cum Carpo & caſtellis ad uiginti Carolo Io-
annis Bohemi regis filio cõmendauerat, adeò ut eius defenſioni fiſus nihil ab Eſtenſib.
formidaret. Quare parum abfuit quin oppidum nullo cuſtoditum præſidio, Eſtenſes im
petu primo ceperint: cuius repentinæ obſidionis, quum primum certiores facti ſunt Ca
rolus Manfredusq́;, quicquid copiarum ſiue externarum ſiue prouincialiũ Parmam in-
ter & Immoſam fuit, in unum coegerunt exercitum, qui ad Felicianum ductus expecta-
re auſos Eſtenſes, Scaligerumq́; confregit. In eaq́; fuſi exercitus pugna octingentos ce-
cidiſſe Ferrarienſium monumenta legimus affirmare: captorum numerum, qui uidetur
fuiſſe ingens, adhibita in præſtantiorum enumeratione diligentia ipſis in monumentis
ſupprimi fecit. Nãq; Nicolaus Eſtenſis Rainaldi Marchionis frater, Theobaldus de Co
ſtabilis, Iacobus de Algerijs, & pleriq; ciues nobilitatis Ferrariæ nobiles primores in eo H
numero fuere. Secundum eam uictoriam curauit legatus contrahi à comite Romandio
læ copias, quæ in urbem Ferrariam ducerentur, ad quas Rauennæ congregatas cubila-
rium in primis chariſſimum legatus equitatum ducere iuſſit ingentem, partim mercena
rium eccleſiæ militantem, partim à Carolo Bohemo datum, & Rauennæ ad Comitis e-
dictum conuenerant Galeotus Malateſta Ariminenſis, Franciſcus Ordelafus Forliuien
ſis, Richardus Manfredus Fauentinus, Oſtaſius Polotenſis Rauennas, qui quatuor re-
bus uſi nouis, quas Bauari cum eccleſia inimicitiæ prius tantopere conciuerant, urbium
quique ſuarum tyrannidem ſub capitaneatus titulo inuaſerant. Tantis copijs proxi-
mè ad urbem Ferrariam Argentæ uia appulſis, proditione à ciuibus aliquandiu prius
condita, pons Comiti Romandiolæ patefactus eſt, qui peninſulam, in qua eſt Argenta
ei coniungit peninſulæ, in qua urbs Ferraria haud longe ab ipſo ponte ſe iungit: &
ingreſſus noctu exercitus eo in ſpatio, quod urbem pontem'que interiacet, ſancti
Antonij uocant ſuburbium, caſtra habuit: continuata eſt obſidio menſes duos, & fre-
quentibus intentatis oppugnationibus, ægre aliquãdo à Rainaldo Marchione mœnia
ſunt

A ſunt defenſa. Tandem Philippus Gonzaga Mantuanus, Maſtinus Scaliger Verõeſis,
Vbertinus Carraria Patauinus copias cũ dediſſent auxiliares, Rainaldus Marchio ipſis
idibus Aprilis, die in ueſperã procliui erupit. Diſſipatus uero eſt opinione celerius eccle
ſiæ exercitus, & quũ cædes magna nõ cõmitti nequiuerit, tũ maxime ſeruandis ducib. &
in exercitu primorib. ea ratione Marchio intentus fuit, ut eſſent captiui, quorũ permuta
tione Nicolaũ fratrẽ, & cæteros ex ſuis prælio captos Feliciano faceret liberari. Et à Ca-
ſtellothealdo delapſæ naues in dromonũ formã armatæ, multos de eccleſiæ exercitu ce
perunt, ſcaphis lembiſq; fugere adnitentes. Captũ Romandiolæ Comitẽ legatus & cu-
biculariũ ſuũ in Nicolai Eſtẽſis, Thebaldi de Coſtabilis, & Iacobi de Algerijs, aliorũq;
prælio captorũ Feliciano liberationẽ permutauit. Galeotũ aũt Malateſtã, Franciſcũ Or
delaphũ, Richardũ Manfredũ, & Oſtaſiũ Polotenſem Marchio hoſpitaliter ac honeſte
habitos ea dimiſit pactione, ut obedientia reuerentiaq; legati & eccleſiæ poſthabita, ci-
uitates quiſq; ſuas alijs de Italia ſocijs bello urbib. & principib. cõſentire curarẽt. Inde in
B pontis ꝓditores animaduerſum eſt, ut liberata tãto periculo Ferraria, exercitus ut erat tã
ta præda ditatus, Scaligero Gonzaga, Carrarioq; iubentib. duce Rainaldo Marchione
in agrũ Bononienſem hoſtiliter ſit ductus. Ioannes rex Bohemus interea equitatu Ger-
manorũ quẽ haudquaq; ingentẽ adduxerat, Parmæ relicto, Bononiã ſe contulerat ad le
gatũ, & Carolũ filiũ, qui Lucã uiſendi ſtudio acceſſerat, eò redire curauerat: hiq; dum le-
gato die noctuq; aſſiſtunt, de Romandiolæ urbiũ rebellione, & copiarũ Marchionis in
agrũ Bononienſem facto impetu anxiè conſultanti, peiore perculſi ſunt nuncio, Brixiæ
& Bergomi rebellionis. Eas eñ urbes Maſtinus Scaliger deditione ciuiũ occupauerat,
nec prius potuit rex quid agi oporteret deliberare, ꝙ Papiã quoq; allatũ eſt urbẽ ſibi ami
ciſſimã, Acciũ uicecomitẽ ingreſſum eſſe, arcemq; oppugnare, quã præfectus ꝓ rege ip-
ſo aſſerat cõſeruare. Ioannes itaq; Carolo filio cum modicis copijs ad Mutinæ cuſtodiã
relicto Parmã, & inde accepto exercitu Papiã duxit, qui circũductas ab Accio arci mu-
nitiones, cũ ſuperare nequiſſet, in agrũ cõuerſus Mediolanenſem magnã edidit uaſtita-
C tẽ, uixq; Parmã redire potuerat, cũ Lucæ urbis audita rebellio eũ coegit raptim trãſmit-
tere Apẽninũ. Almerius eñ Caſtracanus Caſtrutij genitor Amiorũ ope Lucã ceperat,
impoſituſq; paulo ante Carolo regis filio arci præfectus eã ſeruabat: appulſis eò copijs
Lucenſes publico delicto per oratores eccleſiaſticos uiros in paucorũ culpã auerſo ue-
niã impetrarunt. Rex tñ, cui ſatis eſt uiſum à cæde proditorũ temperare, ingentẽ uim pe
cuniæ à Lucenſibus extorſit. Inde Bononiã reuerſus, legato fruſtra diſſuadere conato, in
Germaniã redire cõſtituit: mutationũ eñ Italiæ ciuitatũ uoluntatis faſtidio ſimul & peri
culo fatigatus, ad quietẽ ſibi in Germania paratã anhelabat. Mutinæ igit̃ & Rhegio ur-
bibus præſidia Germanorũ, & præfectos quũ impoſuiſſet, Parmã & Lucã Petro & Mar
ſilio Rubeis fratrib. in Parma potentiſſimis reliquit cuſtodiendas, & eiſdẽ nobilibus ſi-
mulq; urbiũ populis in ſpem adductis maiorũ copiarũ, quas ſe adducturũ eſt pollicitus,
Alpes tranſmiſit. Interea cardinalis Oſtienſis Bononiæ legatus, Bononienſes Florẽtino
rum ſuaſione in rebellionẽ procliues uidens, in arcẽ confugit, quã aliquot ante annis ad
D Feliciani Mutinenſis uiæ portã ædificari curauerat. Conuertit uero Bononienſis popu-
lus furorẽ in legati militiã mercede conductã, quæ partim agri caſtellorũ aduerſus Fer-
rarienſem, partim urbis præſidio intenta erat, & hinc Marchionis Eſtenſis, inde Floren-
tinorũ copijs auxilio accerſitis, arx uallo, foſſaq; cingi cœpta. Nõnihil tñ humanitatis &
reuerentiæ erga cardinalẽ oſtenderunt Florentini ciues, à quibus auxiliares copiæ Bo-
noniã ſunt ductæ, quod eorũ interuentu arcẽ à legato populus recepit. Iſq; Piſas Floren
tinis itẽ deducentib. acceſſit, quò pariter deducentib. Florentini, Ioannes Caietanus car
dinalis, Vrſinus parũ felici minuſq; fructuoſa legatione uſus ſe contulit, Oſtienſiſq; cele
rius Piſis profectus, Ioannẽ Romanũ pontificẽ in Auenione repperit ſoſpitẽ. Qui tñ bre An. ſal.
ui poſt anno ſalutis quarto triceſimo terdecieſq; centeno defunctus eſt. Ad dieq; abin- M.cccxxxiiij
de ſextumdecimũ, Iacobus agro Toloſaico oriũdus ſanctæ Priſcę cardinalis in põtificẽ
Benedictũ duodecimũ eſt aſſumptus. Qua celebrata legatiõe cardinalis Vrſinus Aueni
onẽ applicuit. Benedictuſq; in põtificatu nihil duxit antiquius, ꝙ ꝓmulgatas a Ioãne in
Bauarũ cẽſuras, abrogationeq; repetere ac cõfirmare. Per quę tẽpora principes populiq;
in Italia bello ſocij, hinc põt. morte audita, in urbis Bononię ad ſuas partes acceſſiõe elati
omnia

omnia præſumebāt.Quare urbes quatuor,quas ſolas in Romanæ eccleſiæ reuerētia Bo E
hemus rex præſidijs conſeruabat,inter ſe conſtitutis fœderib.ſunt partiti,ut Parma Sca-
ligero,Rhegiū Gonzagæ,Mutina Eſtenſi,Luca cederet Florentino. Quinetiā Germa-
ni Bohemo regi militare ſoliti mercedis magnitudine corrupti, dictis bello ſocijs ſtipē-
dia facere ꝓmiſerunt.Quæſiuerant uero eas ſocij bello copias ſuis ſinguli ueſtib.diſpar-
tiri,& cū Maſtinus ad inchoatā Parmæ obſidionē plurimos illorū adhibuiſſet,Florētini
aliā & ipſi manū ad ſuā expeditionem in Lucenſes deſtinatā trahere contendebant. Tu
lerunt id ægre Germani duces,& Petrū Rubeū fratresq; longa cōſuetudine notos ſtipē
dia ꝓmittentes aliquandiu intermiſſa duxerunt exaudiendos,quibus pręter reditum ad
urbem inſtaurandū cum Bohemo rege gratia,Scaligerum interficere ſunt polliciti.Idq;
tentatum quia perficere nequiuerūt,Rubeorū opinione celerius in urbē Parmā ſe tranſ
fugio receperunt.Scaligerq; intermiſſa derepēte Parmenſi obſidione Pado ad Bryxillū
tranſmiſſo in Vicentinos reduxit exercitū.Ea etiam Germanorū defectione factum eſt,
ut Lucenſe bellū à Florentinis fuerit intermiſſum.His ut acciderant intellectis, Ioannes F
rex Bohemus Lucā urbē Philippo Francorū regi dono dedit:qui Florētino populo per
oratores in Italiā miſſos,ne Lucę urbi ſuę deinceps moleſti eſſent monito,cęteros quoq;
& Florentinos,& eorū ſubditos mercaturā in regno Franciæ exercētes,edicto certiores
fecit fore,ut quæcunq; Lucenſibus à Florentino populo inferrent damna, ab eis repete
rent in carcerem detrudendis.Dum hæc apud externos reges longo gerunt tractatu,&
Germani equites Parma profecti Italia diſceſſerant, & Maſtinus proprijs ac Gonzagæ
Eſtenſisq; copijs fretus,noua expeditione premebat Parmam.Florentini uero regis Frā
ciæ minis poſtbabitis Lucā cœperāt obſidere. Quinetiā Nicolaus Eſtēſis Beatrice Gui
donis Gonzagæ filia in matrimoniū accepta,ſuarū copiarum auxilio,& paruo Rainaldi
Marchionis fratris ſui equitatu innixus,Mutinam incurſionibus, & aliquādo oppugna
tionib.pertentabat.Nam Rainaldus Marchio cum maioribus copijs Argentā oppidum
terra Padoq; premebat,tulitq; ſors,ut fermè eodem tempore tribus bis in locis,ſed diuer
ſimode, qui bellū intulerant uictoria ſint potiti.Primus enim Nicolaus pro Marchione G
germano fratre Mutinā deditione ciuiū abſq; aliqua graui & oneroſa pactione recepit.
Rainaldus uero pontem,qui Padū apud Argentā iungebat,Rauēnatibus onuſtū defen
ſoribus,cum igni ferroq; interrupiſſet,ob factā eius pontis caſu cædē,oppidū ui cepit,&
Parmam Petrus & Marſilius Rubei fratres germani ea Scaligero conditione dederunt,
ut dedendā quoq; tertio eorum fratri Rubeo Lucam ſibi retineret.Eoq; in ſociorū bello
principū uictoriæ curſu deſtinatā ſibi Philippus Gonzaga Rheginenſem urbem ciuib.
ultro dedentibus accepit.Turbauit prædictā Ferrarienſium lætitiam Rainaldi Marchio
nis mors breui ſubſecuta,cui paulo poſt acceſſit Nicolai obitus tam repentinus, ut Mar
chionatum,qui ei debebatur,Obitius frater minor acceperit.Maſtinus Scaliger interea
poſtq; Lucæ urbis dominium à Rubeis Parmenſibus habuerat, Paduā quoq; Vbertino
Carraria ob ciuiū diſſidia permittente recepit.Scaligeroq; omnia tunc temporis adeo fe
licia ſucceſſere,ut qui Bauaro primū,poſt Ioanni Bohemo regi diu paruerāt Felitrēſes,
Bellunenſes,& Cenetēſes,ſuo quoq; dominio ſe ſubiecerint:nec erat tunc, aut poſt Ece H
lini tēpora quiſquā fuerat tyrānus plura q; Maſtinus Scaliger in Italis poſſidēs, adeò ut
Florentini nō magis Lucæ dominio fraudatos ſe indoluerint, q; potentem tyrannum à
Lucæ uicinia formidabant. Tantū enī abfuit,ut Maſtinus factum ſuū acceptæ cōtra fœ-
dera Lucæ aliquibus,ut fit,uel ſimulatis uerborū purgauerit argumētis, qđ illorū à que-
relis non temperantiū caſtella & agrum incurſionib.agitauit. Veneti tunc unicā in con
tinenti Italiæ ſolo Taruiſiū urbē tenebant,cui à Scaligero nō timere nō poterant.Et Gō
zaga uicecomesq; in illius inuidiā magis à potentatu aucto q; à fœdere Florentinis nō
ſeruato adducti erant.Quare Florentino populo facillimū tūc fuit exoptata æque ac ne
ceſſaria aduerſus potentiſſimū Scaligerū hoſtem nouum præſidia inuenire. Orati enim
legationibus Veneti primo,poſt Gonzaga & uicecomes,Obitius Marchio,& Bononi
enſes in fœdera & belli ſocietatē ſibi aduerſus Scaligerū cōſenſerūt. Sed primū maiusq;
belli onus Venetis incubuit:hi enī peditatui equitatuiq; quatuor miliū numero merce-
de cōducto,totidem urbanos magna parte ſagittarios addidere,cui exercitui in Taruiſi
nis cōtracto,Petrus Rubeus in ducē præfectumq; attributus eſt. Nam paulo poſt quàm
ipſe

A ipſe & Marſilius fratres Parmam, ſicut docuimus, Scaligero dediderãt, eos ille dolo pri-
mũ, poſt ui aperta quæſiuerat interficere, & in Pontremulano ſui patrimonij oppido, in
qđ cõfugerant, arctiſſima preſſerat obſidione. Petrusq; relicto ad perferendã obſidionẽ
Marſilio Florentiã ſe cõtulerat, autorq; & adiutor fuerat Florentinis, ut ſe Lucæ ac Lu-
cenſium inſtigarore auertenda à Maſtini tyrãnide Luca uterent̃. Qđ quamprimũ inten
tari cœptũ eſt, Maſtinus Pontremuli obſidione relicta, Lucã ducere cõſtituerat, cum &
Petrus à Venetis accerſitus Florentinis facile aſſentientib. Venetias demandatum ſuſce
pturus imperiũ ſe cõtulit, duxitq; ſecum datos à Florentinis equites octingẽtos, & à Bo
nonienſibus trecentos, cũ quib. ad quadringentos Eſtenſis quoq; trãſmiſit, omneſq; hæ
copiæ terra per Ferrarienſes Clugiã uſq; ductæ, Taruiſiũ inde nauibus trãſportatæ ſunt:
acceptis cum prædictis ſimul Venerorũ copijs Perrus Paduã primum omniũ conſtituit
oſtenſo bello & factis populationib. pertentandã eſſe. Etenim Albertus Scaliger Maſti
ni frater cũ mercenario Germanorũ equitatu & peditatu ꝓuinciali tã inepte eã & auare
B adminiſtrabat, ut Vbertinus Carraria à cuius nutu plebs Patauina æquè ac nobilitas pẽ
debat, illum oblata occaſione uideret̃ cupientiſſime electurus. Subſtititq; primũ Bubu-
lentæ Rubeus, ad quem uicum caſtra illico in diuturniorẽ morã ideo cõmunita ſunt, ut
Maſtinus quid ageret prouideret̃ ue ex eo loco prius intelligeret̃, ꝗ aduerſus tm̃ princi-
pem temerè duceret̃: & alius interea parabat̃ exercitus, cum quo Luchinus uicecomes
defuncto nuper nepoti Accio in Mediolani dominio ſuffectus, ſimul cũ Philippino Gõ
zaga Veronã præmiſerat obſidere. Suaſus etiam, & pecunia à Venetis adiutus Carolus
Bohemus expectabat̃ ad Feltri Cenedæ bellũ ad urbiũ receptionẽ cũ exercitu tranſmiſ
ſurus. Primi tñ Luchinus uicecomes: & Philippinus Gonzaga copijs aucti, quas Marſi-
lius Rubeus è caſtris à Petro fratre miſſus addiderat, ad Veronã caſtrametati ſunt. Subin
de ac propè eodẽ die Bohemus quũ in Italia deſediſſet, urbib. illis ſponte deditis priuſq;
eſſent aditæ potitus eſt. Preſſus eodem tempore tribus in locis Maſtinus, audacia ſibiꝗ pũ
ſubueniendũ eſſe cõſtituit. Eruptione igit̃ præter Luchini Philippiniq;, & Marſilij opi-
C nionem facta eorũ repulit potius ꝗ fudit exercitum, pluresq; in eo cõflictu capti quã oc
ciſi fuere. Liberatus Veronæ obſidionis reſpectu Maſtinus Patauium ſe cõtulit, habens
in exercitu quẽ ſecũ duxit equites tria milia, pedites multo plures, ut ſi ſaluæ ſibi fuiſſent
quas Paduæ præſidio fratri dederat, copiæ, Petrũ Rubeum haud ſecus ꝗ Luchinum, &
Philippinũ fuerit cũ incõmodo repulſurus. Sed quo tẽpore apud Veronã uictoria poti-
tus eſt, eodem in Patauinis par penè detrimentũ accepit. Germani nanq; equites, quib.
plus ꝗ Alberto fratri ſuo Paduæ cuſtodiã crediderat, corrupti pecunia ad Venetos trãſi
uerunt. Acceptis tñ ex Vicentia Patauioq; quotquot educi potuerunt ſiue equitib. ſiue
militibus caſtra Maſtinus Rubei caſtris duob. paſſuum milibus propinqua cõtulit. Quę
ideo ad inferiorẽ amnis partẽ habuit, ut Petri Rubei exercitũ intercluderer cõmeatu, ꝗ
ea tantummodo uia poterat à Venetijs cõportari, magno id quidẽ cõſilio, ſed parua, ut
effectus docuit, prudentia. Si eñ Paduã inter & Bubulentã cõſediſſet, adempta ꝓfecto
erat Marſilio Rubeo, & cæteris apud Mantuã coactis facultas ad Petrũ Rubeũ ducẽ ſo
D ciorum exercitus primariũ cum copijs ueniendi. Aliud etiã incõmodum ſedenti ad infe
rioris amnis partẽ Maſtino, Petrus Rubeus per belle immiſit. Herba eſt braſſicæ folijs co
lore adſimilis, Gualdũ appellant, quæ per altã hyemẽ ſata, quinis per æſtatẽ ſeniſq; uici-
bus ſiliceis molis conterit̃ ex ipſiuſq; exſiccatæ puluerib. lanificij in primis tinctura con
ficit̃. Dimiſſa igit̃ fluuio ſupernè recens cõtritæ uis maxima aquæ uſum ſua amaritudine
& terro colore hominib. iumentiſq; Scaligeri adimebat. Intercluſus tñ cõmeatu Rube-
us, caſtra mutare coactus eſt, quæ urbi ꝓpius ſunt admota, & in ea illico Marſilius frater
cum ſuis & ſociorũ copijs ex agro ſe cõtulit Mantuano, à Meſtreq; oppido, & Taruiſina
urbe cõmeatus in ea caſtra cõmode poterat cõportari. Admiratus hoſtis audaciã Maſti
nus ad aliã urbis partẽ, qua ad Euſtũ petit̃ oppidũ ſe contulit. Sed & alibi tunc Scaligeri
fortunæ mutari cœperat. Brixiã enim Luchinus uicecomes tunc cũ maximis copijs cir-
cumſedit. Qđ cum in Scaligeri caſtris audiri cœptum eſt, Paduani in res nouas reſpice-
re cœperunt. Vbertinusq; Carraria cõditis cum Petro Rubeo fœderib. eum patẽte por-
ta cũ omni exercitu introduxit. Albertus uero Scaliger Maſtini frater captus, Venetias
perducit̃, & in eius copias odio ducis à populo deſæuitum eſt. Maſtinus dimiſſis in mu-

nitiora quæq; præſidijs Veronā acceſſerat,opē oppreſſæ Brixiæ allaturus.Et Petrus Ru E
beus interca dum Monteſilicē oppidū infeſtiore urget oppugnatione, ſaucius Paduā;
eſt relatus,ubi ex eo uulnere eſt defunctus, Marſiliusq; ſub ipſum Paduanæ rebellionis
diē febre correptus Venetijs,quò ſe ad medicos deferri curauerat breui obierat.Nec po
tuit tā feſtinus Scaliger accedere,quin Luchinus uicecomes Brixia,& paulo poſt Berga
mo potiret.Et Venetus interea,ſociorumq; bello exercitus Vincentiā obſidebat.Nulla
tunc erat Venetis augendi in cōtinenti Italiæ ſolo principatus cura.Quare poſtq; immē
ſus paulo ante Scaligeri potentatus in plures diuiſus partes ſuſpicione tyrannidis,ut fue
rat prius formidoloſę carebat,pacē ſibi enixius petenti dare Veneti cōſtituerunt,in qua
actum eſt,ut Carolo regi Feltro,Beluno,& Ceneda:uicecomiti Brixia,Bergomo: Car-
rario Padua abſq; cōtentione dimiſſis:Veronā ipſe,Vincentiā,Parmā,Lucāq; retineret.
Eā pacem Florentini,qđ Lucā ut uoluiſſent,habere nequiuerant,ægerrime tulerūt.Cu-
ius cōditiones,miſſis Venetias oratorib.quum mutari nequiſſent impetrare,tandē & ip
ſi cōquieuerunt.Sed & Benedictus duodecimus pontifex Ro. interea dum id ſeruet in F
Lōbardis Hetruſcisq; bellū,ſingulos populos ac principes miſſo legato, in ſuas & eccle
ſiæ partes trahere adnixus erat,qđ Ludouicū Bauarū poſt innouatā in eum ut diximus,
excōmunicationē rediturum eſſe in Italiā ferebat.Incipiens tñ à Romanis pontifex,eos
tantiſper deliniuit,ut quem regis nomine diu geſſerant magiſtratū, ad ipſius & eccleſiæ
acceperint beneplacitum. Cōfirmatusq; in quinquennium Stephanus Columna,colle-
An.ſal. gas in ſenatu à populo Ro.accepit annis ſingulis uariatos. Iordanusq; de filijs Vrſi anno
Mcccxxxix. ſalutis undequadrageſimo terdecies cēteno Stephani abſentis,quem pont.Auenionem
accerſierat,& proprio nomine Senator fuit.Tertio deinde anno quum Stephanus Aue
nione itē ageret, Vrſus Anguillariæ Comes collega eius Franciſcū Petrarchā poeſis lau
rea in capitolio inſigniuit.Pace poſtmodū Lombardiæ à Venetis data,pontifex pruden
ti,ut tum apparuit cōſilio,ſed peſſimo in poſterum euentu tyrannos è Lōbardis primo-
res in principes legitimos cōfirmauit. Luchino eñ uicecomiti, & Ioanni eius germano
fratri,quem Mediolanenſem archiepiſcopū inſtituit, uicariatum Mediolani autoritate G
apoſtolica ita attribuit,ut quicquid urbiū oppidorumq; tunc poſſidebāt,eiuſdē uicaria-
tus titulo legitime retinerēt:Pariq; forma Maſtinus Scaliger Veronę & Vincentię:Guil
elmus Gonzaga Mantuæ & Rhegij:Albertinus Carraria Paduæ:Opizo Eſtenſis Ferra
riæ,Mutinæ & Argentæ uicariatū autoritate apoſtolica habuerunt,& quia portio Eſtē
ſi data iuriū eſſet Romanæ eccleſiæ,cenſum illi decē milia aureos impoſuit annis ſingu-
lis perſoluendū.Benedicto ſuffectū defuncto Clementem ſextum Luchini quidē & Io-
annis archiepiſcopi confirmationē uicariatus feciſſe inuenio:nec ſatis ſcio,an deterritus
ſit à confirmatione alijs facienda,quod ueritus fuerit Bauarum exaſperare, qui de ſuo in
Italiā reditu multa cōminatus eſt,atq; etiam Tridentū uſq; peruenit: tantiq; fuit is tyrāni
aduentus,ut ob laram multi in urbibus Romanæ eccleſiæ iuris tyrannidē autoritate im-
periali accipere nō ſint ueriti.Quæ quidē uerſutia malo homine, maliſq;, ut aiunt,auib.
in pōtificē relata,ſucceſſores in hanc diem ſuos multis ac penè perpetuis incōmodis tur
binibusq; agitauit.Ioannes enim de Vico urbis Romæ præfectus nōnulla in Viterbien H
ſium finib.paterna poſſidens hæreditate,uicarius in Viterbio imperialis eſt factus. Eo-
dēq; titulo Galeotus Malateſta,& fratres Arimini in Romādiola,Piſauri Faniq; in Mar
chia Anconitana.Antonius Ferertanus Vrbini,Diolfus & Galeaſſus fratres Callij,Ale-
gretus Clauellus Fabriani,Bulgarutius Mathelicæ,Iſmedutius ſancti Seuerini,Gentilis
Varaneus Camerini,Michael Montiſmilonis,Paugonus Cinguli,Nicolaus Boſcaretus
Eſii,& in Romandiola Guido Poletenſis Rauēnæ, Franciſcus & Sinibaldus Ordelaffi
Forliuij & Cæſenæ,Ioannes Manfredus Fauentiæ domina acceperunt.Eo añt anno qui
pacē ſecutus eſt à Venetis cōſtitutā,Maſtinus Scaliger Lucæ paucis fuerat menſib.Flo-
rentini peſte afflicti ualida,nihil minus q̄ bellum meditati erant.Quāprimum tamen ea
ceſſauit clades,quietam foris Florentiam diſſidia domi periculoſiſſima uexauere,Baldi
nanq; & Freſcobaldi familiæ in primis nobiles,quum urbis ſtatum in meliorem ut quiq;
boni exiſtimarunt formam redigere adnirerētur,multitudinis fauore patria ſunt expulſi,
ædibus eorum in urbe ſuperbiſſimis ſolo æquatis, hiq; cum clientib. magna manu Piſas
ſunt delati.Et inde paulo poſt magnis patriā agitari incōmodis adiuuerunt.Et nouæ itē
in Lom-

A in Lombardis res per id temporis ſunt exortæ. Guido enim Corrigienſis potentiſſimus
Parmæ nobilis, Rubeorũ, ut diximus, defunctorũ reſpectu liberatus, Mantuani Gonza
gæ Philippini fauoribus ac inſtigatione urbis Parmæ acceperat dominatũ, quem breui
poſt Accius frater ſuus Eſtenſis Marchionis auxilio per arma eiecit. Factumq́ eſt, ut Sca
liger Eſtenſi confœderatus bellum intulerit Mantuano, & in Hetruria deſtitutã prȩſidij
ſpe amiſſa Parma Lucã Piſanus pariter & Florentinus habere cõcupiuerint, tentataq́ ab
utroq́ populo urbis Lucæ coemptio ad licitationem à Scaligero eſt deducta, quũq́ pe-
cuniaria ſponſione præualuiſſet Florentinus, obſides ditiſſimorum in Florẽtino populo
mercatorũ filios Ferrariæ Scaliger accepit. Pergrandis enim promiſſa erat pecunia, quæ
quingenũ ducatorum milium auri ſummã quũ ſuperaret, in urbe bellis morboq́ diutiſſi
me fatigata nequiuerat paruo tempore inueniri. Piſani interim Baldis, Freſcobaldisq́ in
ſtigantib. Lucã obſidione cinxerunt: itum tñ eſt à Florentinorum omnibus, Maſtiniq́ a-
liquot copijs ad Lucæ receptionẽ, quibus Piſani acie obuij ſtructa ut reſiſterẽt ſunt adni
B ſi: ſed dum hinc Florentinus inſtat urgetq́, inde impoſitum pridem à Maſtino urbe erũ-
pit præſidium, Florentini pars copiarũ cum miſſis à Scaligero nuncijs alia parte urbem
ingreſſa eſt. Cõtinuarunt tñ obſidionem Piſani, in quos Florentini decimo captæ urbis
die ſummis conatibus eduxerunt: nec detrectauit prȩlium Piſanus, ſed ſtructa obuius a-
cie in certamen ruit, cuius finis fuit omnium, quæ ad illam acciderant diem, Florentino
populo infauſtiſſimus. Eorum em̃ exercitus facta eſt fœdiſſima profligatio, ad cuius nũ
ciũm Florentiã allatum mœſta ciuitas in abiecta quæq́ & ſordida deuenit conſilia. Peri
tus em̃ opem Robertus rex, cum ſolis dediſſet uerbis, ad Ludouicum Bauarum pontifi
ci Romano & ipſi Roberto regi apertum hoſtem ſpes omnis cõuerſa eſt, qui puſillo uir
animo, nec precibus nec ingenti promiſſa pecunia ut Tridento moueret adduci potuit
& præter tyrannos in urbibus oppidisq́ iuris eccleſiaſtici, ut oſtendimus, inſtitutos, Lu
chinum uicecomitẽ quoq́, ijs quæ põtificatus autoritate tenebat, ambiẽtem habuit ſua-
ſorem: qua deſtituta ſpe Florentini, equitibus ad quingentos à Scaligero Bononienſi-
C busq́ habitis, & mille quingentis mercede conductis, Malateſtã Ariminẽſem, cui Vnga
ro agnomen fuit, præfecerunt. Isq́ peditatum ex urbe agroq́ accipiens ampliſſimũ, Piſa
norũ impetijt caſtra ad pontẽ Auſeris cõmunita, nec facta eſt pugnæ copia, Piſanis certã
capiendæ urbis fame laborantis ſpem in prælij diſcrimen adducere recuſantib. Robet-
tus rex interim poſtquã Florentinos uidit omiſſa Bauari hoſtis ſui ſpe, pprijs ad Lucȩ cõ
ſeruationem uirib. inniti, nonnihil illis præſidij attulit, Gualtero è Gallijs quodã q dux
Athenarum appellabat̃, cum paruo equitatu ad illos miſſo, qui acerrimo uir ingenio, ſi
uirib. & meritis nequiuit, Florentini populi gratiã artibus exquiſitiſſimis aucupatus eſt:
Mouẽtem enim caſtra Malateſtam, ut agro perpopulato Piſano & incendijs late lõgeq́
oſtenſis Piſanos auertenda à laribus clade caſtra cogeret linquere, quibus ui nequiuerat
deturbari imperitiȩ militaris rei apud multitudinẽ damnauit. Eundemq́ ſatis diu in Piſa
ni agri damnis uerſatũ poſtquã ex Piſanis caſtris nemo mouerat, exercitum Florentiã re
ducentem, peioribus inſectatus eſt maledictis, quẽ murmurabat rem Florentinã de indu
D ſtria perdidiſſe. Lucæ interim, qui inerant Florẽtini populi magiſtratus ſuã & præſidij ſa
lutem pacti, exinanitam annona Lucã Piſano dedidere. Gualtero aũt uſqueadeò detra-
ctiones ualuere, ut ſiue caſus ſiue alterius iuuerit imprudentia, creditum palamq́ in po-
pulo ſit dictum: Si ductæ ad hoſtem copiæ prope Auſerim illi fuiſſent traditæ, Lucã ſu-
ſis pulſisq́ Piſanis potuiſſe faciliter cõſeruari. Et erãt ſolito magis diſcordes Florentini,
adeo ut facile Gualterus quod quæſiuerat, ſeſe equitatui urbiq́ prȩfici impetrauerit. Qđ
cum eſt factũ, mox uir animo ardens oblatã amplexus eſt occaſionem. Multis em̃ partiũ
ſimultatumq́ odio cõſentientibus, pluribus rerum deſperatione facinus, in quod ruebãt
diſſimulantibus, præfecturæ titulum in plenariũ tranſtulit dominatũ, & palatiũ ingreſ-
ſus priores inde ac cæteros repulit magiſtratus. Secutiq́ urbis Florẽtiæ caſum Arretini,
Piſtorienſes, & Volaterrani Gualterum in dominum recognouerunt. Interea dum Flo-
rentini per ſuã capiendæ Lucæ auiditatẽ ad eam deducti ſunt tyrannidem, Parmã urbẽ,
quã fratre eiecto per annũ unũ tenuerat Accius Corrigienſis, Opizoni Eſtenſi Ferrariæ
uicario tradiderat pleno dominio poſſidendam. In eoq́ quod Luchinum uicecomitẽ &
dictum Opizonem, aduerſum Guilelmum Gonzagam ſuſcepiſſe oſtendimus, bello cũ

mutuæ in uicinos agros hinc inde factæ fuiſſent incurſiones, Philippinus Eſtenſem Fer- B
rariã à Parma cũ copijs petentem in agro aggreſſus Rhegiẽſi prælio ſuperauit, fugatũq;
ad Padũ uſq; perſecutus eſt. Vnde factũ eſt, ut Opizo retinendę urbis Parmę deſperatio
ne Giberto hortante de ſancto Vitale nobili Parmenſe, eã Luchino uicecomiti permit-
tere cõſtituerit. Accedentesq; Mediolanũ Opizo & Gilbertus ad annũ ſalutis ſextũ qua
An.ſal. dragesimũ ſupra terdecies centenum Parmã ipſi uicecomiti tradiderunt. De qua quidẽ
Mcccxlvi. urbis Parmæ à tantis motib. liberatione Franciſcus Petrarcha illius eccleſiæ archidiaco-
nus qui interfuit, ad Ioannẽ ſcribens Columnam cardinalem congratulatus eſt, Guilel-
moq; Gonzaga in eandẽ aſcripto partẽ quies Lombardiæ ſolida nũc eſt parta. Per quod
item tempus quũ Florentiæ alia ſuper aliam in Gualterum ducem Athenarum conİura
tio detecta eſſet, atq; in conuictos & ſuſpectos pleroſq; crudeliter animaduertiſſet, unius
uiri uirtute ea ciuitas tyranni iugum excuſſit. Angelus Acciaiolus ex ſumma nobilitate
urbis epiſcopus, conuocatis ad epiſcopiũ ciuibus arma in tyrannum capi iuſſit, qđ quũ
fieri cœptũ eſſet, tyrãnus reſcijt, fœdera cum populo ſequeſtre epiſcopo inijt, per quę cũ F
proprijs, quas à Neapoli duxerat copijs & rebus ſuis migrare decimo tyrannidis menſe
permiſſus eſt. Sed breuis fuit recuperatæ libertati Florentię quies, qđ nobilitas de popu
lo in recuperãda libertate benemerita, cõmunicata tũc ob id meritũ urbis adminiſtratio
ne per uim priuata eſt. Qđ dum illi ne fieret reſiſtere annituñ, expugnatæ multorũ ędes,
direptæ, & nõnullæ igni ferroq; ſunt abſumptæ. Alia ſubinde pars Italię eodẽ ferme tem
poris curſu magnis motibus agitata eſt. Roberto regi duæ erant neptes ex Carolo filio,
quẽ diu antea adoleſcentẽ ex Florentina reuerſum expeditione in Neapolitano regno
obijſſe docuimus, & Carolo Martello Roberti Germano fratri Vngariæ regi paulo an-
te defuncto filius Carolo item nomine fuerat, cui uiuenti patre defuncto ſuperſtites fue-
An.ſal. rant Ludouicus & Andreas. Per hæc itaq; ipſa anni ſeptimi quadrageſimi terdeciesq; cẽ
Mcccxlvij. teni tempora, quũ Robertus obijſſet, relictarũ teſtamento hæredum, altera neptiũ Ioan-
na datũ eodẽ teſtamento maritũ Andreã conſobrinũ ex Vngaria uenientẽ accepit. Qui
adoleſcens, ſicut Franciſcus Petrarcha in epiſtola ad Ioannẽ Columnam tunc ſcriptã in G
fraſcriptis innuit uerbis, tali regno indignus erat. In illius Roberti sereniſſimi nuper re-
gis locũ, qui unum decus ætatis noſtrę fuerat, æternũ dedecus iſte ſurrexit. Quacunq; au
tem cauſa ſit factum, Ioanna talẽ exoſa uirum in Auerſana urbe necari quũ curaſſet, alte-
ri item cõſobrino nupſit, Ludouico Tarẽti principi olim Philippi filio, quẽ Roberti fra-
trẽ fuiſſe docuimus. Conata tamen eſt Ioanna ſcelus ſuum apud Ludouicũ Vngariæ re-
gẽ ab ignoratione & perditorũ flagitio purgare, cuius nuncijs atq; literis epiſtolã Ludo
uicus reſcripſit, quã uidimus in hæc uerba: Inordinata uita præcedens, retentio poteſta-
tis in regno, neglecta uindicta, & excuſatio ſubſequens necis uiri tui probãt te fuiſſe par
ticipẽ & conſortẽ. Id uero facinus Roberti regis præſtantiſſimi memoria adeo omnib
Italis exoſum fecit, ut Ludouicũ ex Vngaria, multi de Italia ad ueniendũ hortati ſint. Ve
niensq; in Italiã cum paratiſſimo exercitu, ingreſſus primos reſiſtere auſos repperit Sul-
monenſes, quos ab eo captos fuiſſe Petrarcha ad Barbatũ Sulmonenſem ſcribens quũ
affirmet, fauores tñ illi oppido ſpõdet à tribuno plebis, qui rempub. Romę tunc reſtitue H
re adnitebañ. Idq; præclarum & dignũ memoria facinus uideñ altiuſcule repetẽdũ. Sexto
Clemente ad pontificatũ aſſumpto Romani ſicut & prius ab inſtitutis ex ſua nobilitate
Senatorib. pontificis Romani cõſenſu gubernabanñ. Nãq; poſt Stephani Colũnę quin
quenniũ Rainaldus de filijs Vrſi, & Nicolaus Hannibaldus Senatores fuere. Quos alio
ſecuti ſunt anno Iordanis item de filijs Vrſi, & alter Nicolaus Hannibaldi de Hannibal-
dis filius. Et ad anni de quo nunc ſcribimus ſeptimi quadrageſimi initiũ Petrus Agapiti
de Colũna, dñs Caſtri Zinazani, Robertuſq; Vrſinus ſubſecuti ſunt. Eodẽq; anno ad Iu
nij menſis finẽ Nicolaus quidã Laurentij ciuis Ro. & ſcriba in capitolio publicus celſo,
ut tunc uiſum eſt animo, pulſis Senatoribus capitolium per arma cepit, tãtuſq; illico af-
fuit populi fauor, ut rem ad libitum Romanã quocunq; uoluerit flectere potuerit. Vſus
tñ eſt modeſtia, titulumq; in hanc maxime formã, qui alicubi in urbe publicis actib. ex-
tat inſcriptus, aſſumpſit: Nicolaus ſeuerus, & clemẽs, libertatis pacis iuſtitiæq; tribunus,
ac ſacræ Romanæ reipub. liberator illuſtris. Hunc uirũ adeò admirati ſunt omnes Italiæ
populi, ut pauci fuiſſe uideanñ, qui non eum maiora geſturum eſſe, & priſtinam Romæ
reddi-

A reddiſturum rempublicã aut timuerint, aut optauerint:hinc nullus defuit principũ, nul-
lus tyrannorum,qui miſſis oratoribus gratiam eius,pollicendo,hortando, ſuadendo au
cupari,& ſibi parare non quæſiuerit:minores uero, de quib.eſt dictum, in Romani iuris
ciuitatibus & oppidis in uicarios creati:ne populi eorum rebellaſſent,ueriti,obſequiũ,fi
deiq; integritatẽ ſcripto & per oratores exhibuerunt, proximioresq; urbi plenariam im
mediatamq; ſubiectionem exhibuerunt. Quin etiã cõſtat,externas Romani olim impe
rij prouincias ad reuiuiſcentis Romanæ reipublicæ famam exultauiſſet. Quod quidem
affirmaturi nõ fuimus,niſi hæc omnia Franciſcus Petrarcha qui interfuit ſæpiſſime ſcri-
beret.Satisq; fuerit unius epiſtolæ particulam ponere,quã ad Carolum Lucemburgen-
ſem declaratũ Cæſarẽ in hæc uerba deſcribit: Ecce nudiuſtertius caput extulit quidã ex
plebe Romana humili,non Ro.rex,non cõſul,nõ patritius,& uix bene cognitus Roma
nus ciuis,nullis ſociorũ titulis, nullis maiorũ imaginib. deniq; nullis ad id temporis uir-
tutibus ſuis clarus,qui uindicem ſe Romanæ libertatis aſſereret, obſcuri hominis clara
B profeſſio,ilico ut ſcis Thuſcia cupide manus dedit,imperia excepit.Iam ſenſim omnis I-
talia ſequebatũ,iam Europa,iam totus orbis in motu erat.Quid multis opus eſt?non legi
mus iſta,ſed uidimus iam adeſſe,iuſtitia & pax,& harum comites alma fides, tranquilla
ſecuritas,ad poſtremũ aurei ſeculi ueſtigia uidebantũ.Ille tñ in rerum principio peraruit,
nolo ſibi culpam dare,nec alteri,nec cõdemno hominẽ,nec abſoluo.In alia uero epiſto-
la ad dictũ tribunum ſcripta de eius mutatione morũ certius apparet. Suntq; hæc uerba:
Dolens mœſtusq; audiui,non te populũ,ut ſolebas,ſed partẽ populi peſſimã amare, illi
obſequi,illam colere,illã admirari:ubi nunc ille tuus ſalutaris genius, ubi ut uſitatius lo-
quar,ille bonorũ operũ cõſultor ſpiritus eſt,cũ quo aſſiduo colloqui putabaris,neq; enĩ
talia fieri poſſe per hominẽ uidebantũ:mirumq; eſt quonam modo hic uir deſtiterit à bo
no principio,intelligere.Ad ſeptimũ nãq; menſem,nullis,ut aliqui imperite tradunt,Ro
mani pontificis,aut Romanorũ perſequutionibus eſt expulſus, ſed ſponte ſua,& omni-
bus ex ſuis etiã domeſticis omnino inſcijs mutata ueſte, Roma per obſcuram noctẽ pro
C fectus in Boemiã uſq; ad Carolum ſe contulit Lucemburgenſem Boemiæ regẽ Ioannis
filium,de quo ſuperius multa diximus.Eum enim literis & multarum linguarum peritia
ornatũ,Clemens pontifex ab electoribus in Bauari dedecus depreſſionemq; in Cæſarẽ
fecerat declarari,ut exiſtimarint nonnulli tribunum noſtrũ fœdera cum illo, ut cõſtitue
ret acceſſiſſe.Is uero rex puſilli,quod effectus omnes poſtea docuerunt, animi, tribunũ
Auenionẽ in uinculis pontifici dono miſit.Is Sulmone recepto Apẽninũ trãſgreſſus om
ni regno facillime eſt potitus.Ioanna enim & Ludouicus Tarentinus uir ſuus fuga ſibi à
principio conſulens in prouinciam ſe receperant,relicto ad Neapolitani regni cuſtodiã
duce Dyrrhachino comitis Grauinenſis Roberti regis germani fratris filio, quẽ cũ reli-
cto à Ioanna præſidio auſum repugnare Ludouicus Hungarus rex captũ capitali ſuppli
cio affici iuſſit.Peſtis interim ualida uniuerſum penè orbem, & in primis Italiã depaſce-
batũ,nec erat alicubi,aut ceſſatio,aut imparitas morbi,ut oẽs una deus ruina populos ꝓ-
ſtraturus uideretũ, quamobrem Ludouicus rex relictis in pręſidium regni Hungaris cum
D peditatu equitatuq; fideliſſimo ipſe in Hungariã tertio menſe ꝙ aduenerat eſt reuerſus.
Luchino interim uicecomite defuncto Ioannes archiepiſcopus frater ſuus dominatum
atq; attributum pridẽ à pont.Romano Mediolani uicariatum accepit,uir prudentia ſin-
gulari,regios ſpiritus humilitatis ac quietis oſtentatione ſtudens occulere. Genuẽſeſq;
& Veneti eodẽ tempore bello inuicem digladiabantur acerrimo, cuius clades mari mu
tuo illatæ ſtragem exacerbabãt,quã ingentẽ peſtis in utroq; populo,ſicut & alibi per Ita
liam tunc agebat.Scribit Franciſcus Petrarcha duci & concilio Genuenſiũ poſt uictori
am de qua ſuperius in noni Gregorij geſtis rebus eſt dictũ,à Genuenſi populo de centũ
Frederici imperatoris & Piſanorũ triremibus habitam,Genuenſes nauali prælio cũ Ve-
netis depugnaſſe,per cuius uictoriã factũ ſit,ut nullus iniuſſu Genuenſiũ toto ſe pelago
mouere auderet.Sed uariante deinceps fortuna,& aliàs uicerunt,& uicti ſunt Genuẽſes
quemadmodũ ſuo tempore oſtendemus.Nunc de tribuno urbis Romæ dicendũ duxi-
mus.Perductũ Auenionẽ,& ſummũ aſſerendæ libertatis Romanæ ardorẽ animi inge-
nue fatẽtem,nullus qui palàm redargueriteſt inuẽtus.Soliq; qui adſtabant pontifici adu
latores,ut domino gratificarentũ,aliqui tenendum carcere,aliqui ultimo afficiendũ ſup-
 plicio

plicio cenſuerunt. Variantibusq́; ſententijs autor eſt Petrarcha opinionē poeſis tribunū
noſtrū ſolā cōſeruaſſe. Erat em̄ Nicolaus planè non indoctus, qui poetas lectitaſſet, & hi E
ſtoricos cōmuni uſu frequentatos: ſed nec poeticā attigerat, neq; quicquā ſoluta oratio-
ne præter ſpectantia ab tabellionicā ſcribere aggreſſus fuerat, mitiori itaq; iudicio in car
cerem eſt coniectus. Suſcepit item eo tempore pontifex Clemens regni Neapolitani re
rum curā, Guidonemq́; Portuenſem epiſcopū cardinalem ex Lemouico ſibi affinē ſedis
apoſtolicæ legatū in Italiam miſit, quo curante Ludouicū inter Hungariæ regē & Ioan-
nam pax ea conditione cōſtituta eſt, ut Ioanna reginali uſa titulo in regnū reſtituta, qđ
Hungarus rex reddidit, Ludouicus Tarentini principatus titulo ſiue maritus, ſiue adul-
ter apud Ioannā uteret̃. Cōtinuata interim, auctaq́; in ſequentē annum peſtis, maiore itē
q̃ inchoauerat colluuione Italiā populabat̃. Pontifexq́; Clemens ſextus interea petenti
bus Romanis conceſſit, ut annus iubileus, quem octauus Bonifacius ſacra urbis loca ui
ſitantibus cēteſimo quoquo anno eſſe uoluerat, anno eſſet ſingulo quinquageno. Quā-
obrem factum eſt, ut Romani cōſenſerint quatuor cardinales à pontifice deputari, quib. F
reformandi urbis Romæ ſtatū poteſtas fuerit attributa. Franciſcusq́; Petrarcha ad eos
ſcribens cōſulit atq; orat, ut ſenatores ꝓmiſcue ſicut dederit caſus ex plebe & nobilibus,
uel potius ex ipſa plebe ſolos deligi ſumiq́; conſtituant. Aſſerens nonnullos ex ijs, q no-
biles dicerent̃ alienigenas, ac multis eſſe in plebe annumeratis ignobiliores. Et erat Pe-
trarcha Colūnenſi familiæ deditiſſimus, ſed meliorē, ut exiſtimabat, urbis ſtatum prætu-
lit. Siue aūt cardinales cōſenſerint, ſiue Romani aliud tolerare noluerint, uideo per ſexti
ipſius Clementis tēpora, cui Sarræ fuit agnomen Colūnenſem & Iordanē de filijs Vrſi
fuiſſe ſenatores. Quorū tn̄ titulo præter ſolitū morē additū ſit, qđ eſſent ꝑ pont. declara-
ti. Dum ea Auenione apud pont. & Romæ agerent̃, peſtis per Italiā tribus debacchata
annis id præſtiterat beneficij, ut duo & uno dequinquageſimo annis, nihil fermè bello-
rum alicubi fuerit. Vix eīn deni, ubi labes minus nocuerat, ex centenis ſuperſtites erant,
cum multis in locis quini ſuperfuiſſent, aut ſeni. Auumq́; ego meū Gaſparem Blondū ſę
penumero dicentē audiui, ſe qui ſeptē tunc amiſerat fratres, loca uidiſſe in Romādiolis, G
quæ penitus manſerant populo inanita. Florentini tn̄ per id temporis Vbaldinam gen-
tem alicubi domuerant, Franciſci Petrarchæ ciuis ſui literis cōmoti, qđ duos in Apenni
no eius amicos uices Florentinos à ſuo dimiſſos conſortio, & in patriā redeuntes latrun
culi oppidis egreſſi. F. Vbaldinorū Apennino proximis interfecerāt, Collē quoq; & Ge
minianū oppida. Volaterrano proxima agro, facta ſunt tunc in Florentini populi pote-
ſtatem. Annus tunc aduenerat iubileus, quo tantā Romæ preſſuram potius q̃ frequenti
am populorū Petrarcha q interfuit, fuiſſe refert, ut nihil obfuiſſe peſtē appareret. Sed ex
omni Europa Chriſtianū profeſſa nomen illò confluebat diebus ſingulis multitudo. Eo
demq́; anno Mediolani peſtem ſolito maiorē cōtinuaſſe Petrarcha aſſerit. Nihiloq́; mi-
nus Ioannes archiepiſcopus, nec anni, ut appellant, ſacri reuerentia, nec peſtis terrore ab
ſtinuit, quin oblatā à factioſis Bononiā, ingenti per Italiā ſuo adiūxerit dominatui. Qua
cōmotus indignitate pont. Clemens legatū in Italiā mittens, Maſtinū Scaligerū Vero-
nenſem, & Florētinos, aliosq́; de Italia, quib. ea archiepiſcopi potētia eſſet formidoloſa, H
in fœdus cū eccleſia colligari curauit. Sed ad primos legati conatus Scaliger eſt defun-
ctus archiepiſcopus ingenio, & mala in potificē uerſutia uſus, Canemgrandē Maſtini fi
liū ac dominatus ſucceſſorem, cunctosq́; Romandiolę & Hetruriæ Gibellinos in ſua tra
xit fœdera, Bernaboue nepote Bononiam cū copijs ire iuſſo, qui Imolā ciuitatē unicam
pontifici & eccleſiæ ſubditam expugnaret. Dumq́; Imolæ durat obſidio Florētini, Piſto
rienſes, & Pratenſes aggreſſi, quos dubitarēt ad Mediolanēſem inclinaturos armis ſube
gerunt: Bononiā quoq; in rebellionē promiſſis aduerſæ factioni præſidijs cōcitare moli
ti. Quāobrem archiepiſcopus Ioannē Aulegium uicecomitē cū barbutis quinq; millib.
ſic eñi tunc bene armatos equites appellabant in Hetruriā miſit. Qui Apēninum tranſ-
greſſus, prima ad Piſtoriā fecit caſtra: cumq́; urbē præſidio firmatā, capiendi ſpē deſore
cerneret, ad ipſa ſe contulit urbis Florentiæ ſuburbana, quæ cū ſatis uaſtata eſſent, nemi-
ne portis Florentiæ in pugnā prodeunte in agrum ſe contulit Mugellanū. Saccon Tar-
latus interea uicecomiti ſtudens nōnulla in Aretinis cū recepiſſet ſui olim dominij loca
Anguillariā de Peruſinis ſibi ſubegit, eiusq́; frequēti auxilio, Burgi ad ſepulchr. primarij

in

A in regiõe iuriũ eccleſiæ oppidi incolæ uicecomitis archiepiſcopi imperiũ accepere. Ve
neti etiã eo anno triremibus triginta armatis, quarũ præfectus fuit Nicolaus cognomi-
ne Piſanus, quatuordecim Genuenſiũ triremes inuaſerũt in Italiã nauigãtes, ex quibus
decẽ interceperũt, cæteræ Chiũ de fuga petiuerunt, ubi renouata claſſis eſt nouẽ triremi
um, & datus ei pręfectus Philippus Auria, qui Nigropontũ aggreſſus Veneti inſulã, cla
dibus illã nõnullis afflixit: Choum deinde Venetorũ in Ægeo pelago inſulã ducẽs eius
populi eſt potitus. Clemens pont. per id tẽporis Ludouicum Tarenti principẽ corona
regni Neapolitani inſigniri cũ feciſſet, pax cum Ludouico Vngariæ rege cõſobrino re
nouata eſt. De qua re Petrarcha ad Philippũ Caualicẽſem epiſcopũ in hęc uerba ſcribit:
Rex Siculus delatũ diadema recepit, interq; eũ & Vngaricũ regnatorẽ pax nũc æterna
cõuenit: nec gratis id pont. feciſſe uidet̃, urbẽ em̃ Auenionenſem à Ioanna regina, cuius
patrimonij iuris erat, in uenditionẽ accepit, precijq; diſſolutio permutata eſt in pecuniã
feudi, quã Ioanna pridẽ coronata ꝓ regno promiſerat. Et Aulegianus uicecomes inte-
B tea Scarperiã Mugellani agri oppidum, quod eſt uia Bononienſi, de Florentinis diutiſ-
ſime obſedit, quæ dum cõtinuaret̃ obſidio, Senenſes, Aretini, Peruſiniq; in noua cũ Flo
rentinis aduerſus uicecomitẽ fœdera coierũt, Piſaniq; licet animis cõſentirent, ut bellũ
in Florentinos ſociosq; ſuſciperẽt, nullis præſidiorũ præmiorũq; & primatus in Hetru-
ria pollicitationibus adduci ſunt paſſi. Aduerſabat̃ em̃ ſibi Gambacurtæ familia tũc Pi-
ſis primaria, quæ cuperet Florẽtinis: Saccon tñ Torlatus multa Peruſinis Aretinisq; dã-
na quum intuliſſet, Cortonã utriſq; ſolitã cõſentire, uicecomiti adhærere coegit. Oratũ
inde per legatos Romanũ pontificẽ ſocij bello Hetruſci, præſidiaq; aduerſus uiecomi-
tẽ petitũ flectere quũ nequiuiſſent, ad Caroli in imperatorẽ electi præſidia, ſpem, cona-
tusq; uerterũt, cui tertiã tunc elegantẽ epiſtolã Petrarcha ſcripſit, ut in Italiã ſe cõferret.
Quod quũ Clemens pont. reſciſſet, abſoluto à cẽſuris Mediolanẽſi archiepiſcopo, Bo-
noniã in uicariatũ ſub annua duodecim milliũ aureorũ pẽſione cõceſſit. Pariterq; pau-
lopoſt idẽ archiepiſcopus eiuſdẽ Caroli aduẽtus in Italiã metu adductus eupiẽtiſſimis
C bello ſocijs de Hetruria populis pacẽ obtulit, quã illi Bononiæ cõceſſionẽ à põtifice fa
ctã ægerrime ferentes facile ſunt amplexi. Eaq; apud Saraſenã oppidũ in hæc fœdera, ut
Mediolanẽſis eductis Hetruria copijs Piſanos Lucenſesq; linqueret medios, quos neu
tra partiũ lædere, aut ſibi ſubijcere poſſet. Reducerentq; ſocij conciues quotquot eo bel
lo patria eijci cõtigiſſet, Sacconi & agnatis Aretini agri paternæ hęreditatis caſtella red
derẽt, & Cortona in Mediolanenſis ꝓtectione retenta, Burgũ id ad ſepulchrũ deducto
præſidio liberũ eſſe permitteret. Dũ ea in Italis uiget quies, ſextus Clemẽs pont. Aueniõ
ne obiẽs aliũ pariter Lemouicẽſem, pariter ſextũ põtificatus nomine Innocẽtiũ habuit
ſucceſſorẽ. Eratq; is ſalutis annus à quinquageſimo ſecundus terdeciesq; centenus. Isq; *Anno ſal.*
quum curiã purgaſſet prælatis in ea deſidentibus, quos ad ſuas quẽq; eccleſias iuſſit, ni- *M.ccc.lij.*
hil duxit antiquius, q̃ legatũ in Italiam mittere, à quo urbes & ꝓuinciæ iuris eccleſiæ ty
rãnis ui deturbatis reciperent̃. Legatusq; fuit Ægidius de gente Carilla nobili in Hiſpa
nis, Sabinorũ epiſcopus cardinalis, uir quo ad uires potentatũ licuit, Traiano, Hadria-
no, & Theodoſio uirtute æquiparandus, quos principes Hiſpania Romanæ reipublicę
D præſtantiſſimos pridẽ ſaluberrimosq; dederat. Venetorum interea, Genuenſiũq; bellũ
cõtinuauerat, in quo imperator Conſtantinopolitanus & Aragonum rex Venetorũ ſo
cietati acceſſerant, de qua quũ primũ Genuenſes facti ſunt certiores, ſexaginta triremi-
um claſſem præfecto pagano Auria emiſerũt, imperator uero quadraginta, quadragin-
ta Veneti Nicolao cognomine Piſano ductore. Et Catelani præfecto pontis de ſancta
Paula triginta armauere. Quũq; in Boſphoro tribus à Cõſtantinopoli paſſuũ millibus
tantæ cõcurriſſent claſſes, imperatoria primũ intacta receſſit, Venetosq; & Catelanos
clade magna Genuenſis afflixit, quo in prælio Catelanorũ præfectus cecidit, de quo prę-
lio Petrarcha ad ducẽ, & conciliũ Genuenſis populi ſcribens, pacem cum Venetis ſua-
ſurus, ſic dicit: Viciſtis, cõquieſcite, nequis ueſtrorũ morum putet oblitos, ſpumantẽ ho-
ſtiũ ueſtrorũ cruoribus Boſphorũ uidimus, quando ad ueſperã uiolentiſſimo flante au-
ſtro inter Cõſtãtinopolim & Chalcedonẽ triũ ualidiſſimarũ gẽtiũ in uos factus incurſus
eſt, illis à meridie ueniẽtibus, Agalipoli em̃ ſoluerãt & Veneto adiunctis, atq; ideo uela
facientibus uobis contra hoſtes, cõtra Venetum, cõtra mare pugnantibus, pernox etiã

prælium fuit, poſtremo proximā in lucē pugna ſine intermiſſione protracta eſt, & quo B
magis poſteritas mireť, nox brumalis fuit. Ad ſecundū uero Innocētij pōtificis annum
Veneti Catalaniq; bello ſocij Genuenſiū claſſe ingenti apud Corſicā ſuperata triremes
ex ſuis, ſicut Genuenſiū monumenta habent, unam & quadraginta captas, uiris ut erant
armatis plenas demerſerunt. Præerat uero Genuenſiū claſſi Antonius Grimaldus, Cate
lanæ Bernardinus de Cabreta, Venetæ Nicolaus nomine Piſanus. Et eius cladis acce-
ptæ cauſa factū eſt, ut Genuēſes Ioāni archiepiſcopo Mediolanēſi ſe ſuaq; ſubmiſerint.
Quā rē Franciſci Petrarchæ uerbis epiſtolæ ad Guidonē Scutē archidiaconū Genuen-
ſem narrare libet: Sed, ut uideo, iacēt, uictiq; ſunt: quibus ſtātibus & inuictis de nulla for
tunæ iniuria deſperandū erat, audioq; nullū magnificis uocibus locum eſſe, cecidiſſe ani
mos uictis, & agitari apud eos humiliora dicā an cautiora conſilia: & quum infra dicat
Petrarcha, Genuenſes miſiſſe ad archiepiſcopū oratores, ſubinfert, princeps legationis
in hāc ſententiā uerba fecit: Se iuſſu populi, urbē, ciues, agros, mare, terras, oppida, ſpes,
opesq;, fortunasq; ſuas, poſtremo diuina & humana omnia in fidē eius dominij commit F
tere: ſuſcepitq; archiepiſcopus aduerſus Venetos bellū, & Veneti ecōtra Patauinos. Ve
ronenſes, Mātuanos, & Ferrariēſes, & in Hetruſcis Flotētinos, cęterosq;, quibus uiceco
mitis potētatus formidoloſus erat, in belli ſocietatē ſe offerentes cōſtitutis fœderibus
acceperunt. De qua etiā re ſcribens ad Andreā Dandulum Venetorum ducem Petrar-
cha, pacem pariter ſuaſurus ſic dicit, Vidiſti faciem utriuſq; fortunæ, uicti fuiſtis atq; uici
ſtis. Quamuis ut eſt mens hominū indomita uincēdi pręcupida, primum fortè negaue-
ris, nō cōtendo: ut uiceris ſemper, computa quæſo quid tibi, quid reipublicę è uictorijs
acceſſerit, minus ꝑfecto auri, minus eſt ſanguinis: putabas igiť cū Genuēſibus tibi rem
eſſe, quod ipſum flebile nimis ac miſerū erat, & iā cum tota penè Lombardia bellum ge
ris: & quod inter hæc mala non ultimū poſuerim, ab hoc etiam tali uiro tamq; pacis ama
tore diſceditis, cuius neſcio an uirtus, an fortuna mirabilior ſit. Annus interim aduene-
rat ſalutis quartusquinquageſimus terdeciesq; cētenus, in quo Paganus Auria Genuē-
Anno ſal. ſiū claſſis triremiūq; uigintiquinq; præfectus, Nicolao cognomine Piſano Venetorum G
M.ccc.liiij. claſſis præfecto apud Sapientiā Pelopōneſi promontoriū cōgreſſus ſuperior & plene
uictor euaſit. Captusq; Nicolaus cū millibus ad quinq;, Genuam in carcerem eſt perdu
ctus. Quo item anno uocatus à Venetis ſocijsq; de Italia populis Carolus rex Boemus,
tandē in Italiā ueniens, Paduæ copias è Germania expectabat: cū altero q ſequutus eſt
anno Ioānes Mediolanenſis archiepiſcopus diem obijt, nepotibusq; ex Luchino fratre
Bernaboui & Galeatio dominatus ubiq; in Italia, præterq Genuæ ſaluus manſit: prius
tamen q Genua rebellarit. Bernabos & Galeatius prædicti inter Venetos Genuēſesq;
pacē æquis cōditionibus compoſuerunt. Perq; id temporis Carolus Ioannes Conſtan-
tinopolitanus imperator in patriā redijt, pulſo per arma Catacuſino imperij imperato-
re. Eſtq; actū id facinus Frāciſci Gatelluſij Genuenſis triremiū auxilio. Quamobrem il-
lū imperator Lesbo inſula, quæ & Mytilenum dicta eſt, donauit: in cuius nepotū pote-
ſtate nunc etiā durat. Et Carolus rex Boemus per id temporis ducentem Gonzagā Gui
donē ſequutus, Mantuam ſe contulit, motus ibi expectaturus, ſi qui in dominiū uiceco H
mitū cōcirentur. Et Romæ Ioannes Vrſinus, Petrusq; dictus Sarra Columnenſis ſenato
res erant pōtificis Innocētij conſenſu & autoritate à populo cōſtituti, quos rem Roma-
nā probe adminiſtrantes ad ſextum pontificatus Innocentij menſem Franciſcus Baron
cellus per arma deturbauit, tribunatumq; inuaſit, cuius fuit titulus, Frāciſcus Baroncel-
lus ſcriba ſenatus, dei gratia almæ urbis tribunus ſecundus, ac Romanus conſul. Quod
quū pont. intellexit Romani inſaniā furore alterius repercutere eſt aggreſſus. Nicolaū
eñ Laurentij carcere Auenionenſi liberatum ad ſuū reſtituit tribunatum: cui Romam
cum ampla cōmiſſi à pōtifice magiſtratus autoritate uenięti fauores à nobilitate, & etiā
ſecuta plebis parte impēſi ſunt. Et deiectus capitolio per arma Barōcellus, in carcerēq;
coniectus, poſt uariante inter utroſq; populi fauore eductus, ac cōfoſſus eſt. Sed Nicola
us immemor ſe illū fuiſſe, q primo tribunatu in tantā de ſe orbē olim Romanū adduxiſ
ſet expectationē, mira cœpit inſania debacchari. Nobilitatem nāq; edicto pellere exor
ſus, cū ea qua uoluerat celeritate nō pareret, armis rē cōficere cōſtituit in primisq; in Co
lūnēſes eo plus daturos ſibi glorię, q potētiores erāt, impetus eſt factus, paruiſſentq; illi
edicto,

A edicto,ſi furens tribunus nõ magis hæſitantes opprimere uoluiſſet,ꝙ tolerando permit
tere,ut in ampla,quæ in Præneſtinis & Campania poſſidebant dominia ſe conferrent:
& iã emigrabant armati clientium famulatusq; multitudine cõſtipati, quum ad portam
Eſquilinã,quæ tunc ſicut & nũc ſancti Laurentij diceretur,tribunus plebeiorum & ipſe
ſtipatus turma illos impetijt:conſertoq; prælio Ioãnes Stephani ſenioris filius,duoq; ne
potes cõfoſſi cecidere.Tumultu inde per urbẽ exaudito,qui aliquot cõtinuatus eſt ho-
ris,ciuium multitudo in Columnenſium fauorẽ incubuit,cædesq; in plebeis tribuni par
tium cõmiſſa eſt.Repulſusq; tribunus quum in Capitolium ſe ſaluũ recepiſſet,mox ob-
ſideri timens mutata ueſte fuga prolapſus eſt,quẽ qui recognouerunt forte obuij ciues
ad infimas cliui nunc Capitolini radices lacerũ potius ꝙ cõfoſſum interfecerunt.Fuerũt
qui ſcripſerunt, Stephanũ ſeniorem eo in prælio cecidiſſe: ſed Petrarcha diu poſt ad eũ
in hæc uerba ſcripſit:eodẽ anno ferali illo primogeniti tui,ac nepotũ caſu.Fuere itẽ ſcri-
ptores ex Gallijs,qui hæc omnia in ſexti Clementis tempora coniecerunt.Quod ſi fuiſ-
B ſet,Petrarcha Columnenſi familiæ deditiſſimus,nunquam extantes,quum alibi,tum in
ſine titulo epiſtolis in Laurentij Auenionis carcere agentis fauores ſcripſiſſet, quarũ a-
liquæ ad Iacobum Columnenſem cardinalẽ inſcriptæ ſunt.Poſt eam tribuni cædẽ Gui-
do Iordani de patritijs officiũ ſenatoris primi anni põtificatus Innocẽtij ſolus expleuit,
quũ alio qui ſequutus eſt anno põtificis permiſſione,Lucam de Sabello,& Franciſcum
Iordani de Sabellis Romanus populus fecerit ſenatores, quos poſtea in magiſtratu ſe-
quuti ſunt Sarra Columna,& Nicolaus de filijs Vrſi Nolanus comes. Traxerat interea
Carolus rex diuturnã Mãtuæ morã,cuius præſentiæ timor uicecomites cõtra ac ille ex-
pectauerat,cõcordes effecerat.Quare ad ſolã anhelans coronationẽ ſocios belli de Lõ
bardis cũ uicecomitibus per inducias quietos reddidit, & Mediolanũ delatus ferrea de
more corona inſignitus eſt.Inde Romã petiturus ſubſtitit in Piſanis, receptusq; in urbẽ
factioſos utriuſq; partis,à quibus introductus erat,pari ingratitudine depreſſit.Senẽſes
ilico ſeſe illi abſq; ullo fœdere permiſerunt,pariter Volaterrani,pariter Miniatẽſes fece
C re,nec abeſſe poterat,quin Florentini iugũ fuerint accepturi,niſi pecunia uictus ſeſe fle-
cti,ac eis ſubijci proſternique permiſiſſet,unde Petrarcha in epiſtola,quã ad Neriũ Morã
dum Foroliuienſem tunc imperialẽ ſecretarium data,ſic perbelle iocatus eſt.Quod ue-
ro de patria mea ſcribis,læte admodũ audiui,nihilq; miror qđ de auri poteſtate facetiſſi
me cauillatus es,auro eñ omnia obediunt.Quo in loco Petrarcha ſi quicquã,unquã au
ri uiribus fieri cõtingit,fama celebratum accumulat.Tandẽ peruenit Roma Carolus,&
à duobus cardinalibus,quos ea de cauſa Innocentius papa miſerat, coronatus eſt, ea tñ
præſcripta conditione,ut nec Romæ,nec in Italia moreret̃.Quod quidem Petrarcha ad
ſupraſcriptũ Foroliuienſem Neriũ ſic ſcribit: Omnis poteſtas impatiens conſortis erit,
cuius rei ſi quæ antiqua nõ ſufficerent, uereor ne recens nobis exemplũ caſus attulerit,
neu iam pont.Romanus principem Romanum Romæ eſſe uetuerit, quod fama loqui-
tur.Is nũc diademate contentũ,ac imperij titulo Romano non ſolum patitur, ſed iubet,
& quem dici imperatorẽ ſinit,imperare nullo modo ſiturus eſt. Ad ipſum uero Carolũ
D Petrarcha ſic dicit: Neſcio quid Romano pontifici pollicitus iureiurando interpoſito,
quaſi muro ualido,ſeu monte inuio eò mane urbis aditu prohiberis: quænam iſta ſuper-
bia eſt,principẽ Romanum publicæ libertatis autorẽ libertate priuare,ut cuius eſſe de-
bent omnia,ipſe non ſit ſuus? At primis quatuor Innocentij pontificatus annis Carolus
imperator,his de quibus diximus, per Italiam geſtis rebus Romæ coronatus in Hetru-
riam,inde in Lombardiam,moxq; in Germaniam redijt, & omnia ubique conceſſit, ex
quibus pecunia abradi potuit.Alterum uero eodem pariter quadriennio uiderat,ſenſe-
ratq; Italia ex Hiſpanis uirum,cuius fama in ætatem uſque noſtram uirentiſſima floruit,
Egidium cardinalem pontificis,ut oſtendimus,legatum.Is enim omnia de Romandio-
la,Picenoq;, ſeu marchia Anconitana, & patrimonio ſancti Petri, quæ tyrannos Baua
ro inſtigante diximus inuaſiſſe,receperat,paucis admodum exceptis, quorum uicaria-
tum facientibus imperata poſſeſſoribus conceſſit.Hiq; Galeotus Malateſta, & Guido
Polentenſis in Romandiola, & Varanenſis in marchia fuere: nec inuentus eſt obſtina-
tioris quiſpiam rebellionis, Franciſco & Sinibaldo fratribus Ordelaffis, quos perpe-
tua duorum annorum obſidione Foroliuio, Foroq; Popilio, & Ceſene urbibus, atque
caſtellis

caſtellis ſupra eas ad Apenninum undiq; pertinẽtibus deturbauit. Qua obſidione quũ E
hi premerent,legatos ad pontificem mittentes,interceſſione uſi ſunt Iacobi Columnen
ſis Romanæ eccleſiæ cardinalis,qui ſtudio partiũ Italiæ illis fauens, eò rem deduxerat,
ut ſi partem dominatus uel minimam dimittere uoluiſſent,reliqua potuerint, ſicut Ma-
lateſta Poletenſiſq; retinere pro eccleſia & pontifice gubernanda. Sed Franciſcus præ-
ceps ingenio reſpondit,ſeſe nunquam oppidũ Salutare,erat eñ omnium exile,ut dimit
rat adduci peruinciq; paſſurum.Paulopoſt quũ urgeretur Franciſcus, fatumq; recogno
ſceret ſuum,ab eodem cardinali pariter orato id breue babuit ex pſalterij carminibus re
ſponſum, Defecit in ſalutare tuum anima mea. Petrarcha uero,quẽ Cechus Melleti Fo
roliuienſis epiſtolarum Frãciſci Ordelaffi magiſter uir doctus, binis extantibus epiſto-
lis,metro eleganter ſcriptis opẽ tũ rogauerat,in epiſtola admonuit extãte his ex Comi-
co uerbis.Ita fac,quaſi quũ ludas teſſeris:ſi quod opus eſt actu non cecidit,id ut arte ſup
pleas.Dilexit uero poſtea Egidius cardinalis patriã noſtrã in qua ærarium habuit,quod
potius pecuniarum horreum dici poteſt.Nam oẽs pecuniæ, quibus tanto bello legatus F
ipſe excitandiſq; ubiq; arcibus indiguit, Auenione deferebantur. Eaſq; agaſones in ſar-
cinis haud ſecus,quàm frumenta conſueuere,Forumliuium comportabant,deponeban
turq; in gentis Spinutiæ ædium parte, quam nos poſtea pueros ob facti memoriã inui-
ſere delectabat. Arces autẽ legatus extruxit, quas per omnẽ terram eccleſiæ iuris exta-
re uidemus. Dedit etiã cardinalis Egidius extantes in prouincijs conſtitutiones omniũ
ſalubertimas,& alia fecit ex quibus uir excellentiſſimus optimuſq; eſt habitus, & nihi-
lominus pont. illi dedit ad anni legationis quinti initium ſucceſſorem Adrianum Bur-
gundionẽ abbatem Ciſterſienſem,qui prædeceſſorum uirtutibus & famæ parum reſpõ
diſſe uider.Deductus uero eſt Egidius à Malateſtis, Spoletenſibus & nobilibus pluri-
mis ad Hetruriæ Lucenſium fines,unde Auenionẽ rediturus terra iter ingreſſus eſt.Inte
rea Carolo imperatore primum, poſt Egidio cardinale Italia profectis uicecomites ca-
put attollere cœperant.Ioannes ille Aulegianus,quem ab archiepiſcopo in Hetruriam
cum quinq; millibus Barbutis miſſum fuiſſe oſtendimus,pace,ut docuimus,ab archiepi G
ſcopo Hetruſcis data,Bononiam acceperat gubernandam,paſſiq; fuerant Bernabos et
Galeatius frater,quamdiu imperator & Egidius Italiæ incubuerãt, Aulegianum armis
inſtructiſſimum,& ingenio audaciaq;,quod nouerant, præſtantiſſimũ, urbẽ illã haud-
quaquã minori cuſtodia indigentem conſeruare:quàmprimũ uero tãta liberati ſunt ex-
ternorum ſuſpicione,Bernabos Bononiam ab Aulegiano petitam,priuſq; ille potuerit
reſpondere,armis eſt aggreſſus,Aulegianuſq; etſi primo reſtitit inſultui,ſuas tñ metitus
uires,& imparem ſe agnatis dominatu recognoſcens, fœdera cum Cluniacenſi abbate
pontificis legato inijt,per quæ Bononia eccleſię permiſſa,Firmanã ipſe urbẽ Piceni ac-
cepit uicariatu perpetuo poſſidendã:nec deſtitit Bernabos,quin ſuam,ut aiebat,urbem
repetens bellum legato in ipſas uſq; urbis Bononiæ portas intulerit,quod magno utrin
que niſu eſt geſtum.Qua item tempeſtate Florentini Piſaniq; ſubortis ob portoria con
tentionibus bello graui diuturnoq; conflictari cœperunt, in quo Piſani cõductis mer-
cede Anglicis equitibus ad quatuor millia, & totidem penè gẽtis eiuſdem peditibus ſu H
periores fuerunt:uenerunt Anglici ex Gallijs, ubi diu latrocinia exercuerant, quos cũ
Piſani partim mercenarijs,partim domeſticis copijs in eo bello prius habitis coniunxiſ
ſent,ductum eſt ad Florentiæ mœnia,caſtraq; in Piritulano firmata ſunt,quæ dum qua-
triduo continuantur, & ad portas inſultibus factis,& præda undiq; abacta,& uillarum
incendia ſunt commiſſa,nulloq; ex urbe in prælium prodeunte,itum eſt in ſuperiorem
Arni uallem,Fichinoq; expugnato,maxima eius regionis caſtellorum pars uenit in Pi-
ſani populi poteſtatem,nec prius fuit direptioni incendijſq; modus, quàm ubi ea com-
mitterentur deeſſe cœpit.Quum tamen interea Anglici milites hinc deorſum uerſus in
Mugellanos,inde penetrarent in deſuper proximos Aretinos ad eius, quam inſederãt,
uiæ portam Florentiæ totis copijs duplicatis, ad quam agri partem eò frequentiori-
bus,quo maior ſuppetebat copia uillarum incendijs debacchatum eſt.Erat Florentinis
tunc ductor exercitus,ſed modici Pandulfus Malateſta Ariminenſis,quem uirum bel-
lo egregium paucitas copiarum hoſti contemptibilem,ciuitati uero reddidit odioſum,
adeo ut is,ſi denegatus fuiſſet cõmeatus,ſibi aliquãdo cõſtituerit abeundũ. Sub ipſum
hyemis

A hyemis aduentũ Piſani ditatum præda exercitum, Piſas ingenti lætitia reduxere. Altera
quæ ſequuta eſt æſtate, Piſani tribus millibus aucti Germanis equitibus maiora uti gere
rent intentarunt. Et Florẽtini pariter equitatũ peditatumꝙ maiorem acceperant merce
nariũ, ſed non tñ ut eſſet hoſtium exercitui cõferendus. Piſani itaꝙ ueris initio per Lucẽ
ſes in Piſtorienſes Pratenſeſꝙ urendo uaſtandoꝙ delati, in agrum Mugellanum æſtate
iam media peruenere, tranſgreſſiꝙ ad aliã Florentini agri partẽ ad ſextũ pauliſper con-
ſedere, quibus in locis maior ſolito uaſtitas fuit, circunducebatꝙ Pandulfus, & quum ali
ud per copiarum tenuitatem ſibi non liceret, hoſtem liberiore diſcurſu ꝑ uiribus prohi-
bebat. Florentini uero ſuã tantæ cladis ante oculos inflictæ iracũdiam in ducem ſui ex-
ercitus euomebant, quamobrem Pãdulfus petito uehementiori animo cõmeatu impe-
trato dimiſſus, Ariminum ſe cõtulit. Piſaniꝙ liberiore peruagati diſcurſu, ad Florentiæ
portam qua itur Bononiã duxerunt, oppugnationibusꝙ oſtenſis maximus Florentino
populo timor incuſſus eſt: quæ dum fieret oſtẽtatio, Piſanus exercitus in eo urbis circui
B tu, & in Feſulani mõtis radicibus parte Florentini agri omnium amœniſſima nihil inta-
ctum integrum'ue reliquit: & ut ager omnis penitus fœdaret, ad uiam tranſgreſſi, qua
Piſæ petunt, parem illam agri partem reliquis per ruinas & incendia reddiderunt. Inde
per Arni ſuperiora in Aretinos quum eſſet ductum, populationibus incendijſꝙ late cõ
miſſis ad æſtatis finem exercitus abunde ditatus in lætã exultantemꝙ patriam eſt redu-
ctus. Per eos Piſanorum cum Florẽtinis duos belli, de quibus dictum eſt, annos uiceco-
mes Bernabos Bononiã bello agitatã caſtellis & oppidis in Mutinenſem agrum uerſis
ſpoliauerat. Immiſſæ aũt à Cluniacenſi abbate Bretenorij ſe cõtinente ad defenſionẽ co
piæ Bononiã ægre ſeruaſſent, niſi nouum interea Bernabos cum Mantuano Gonzaga
Ludouico bellum gerere aggreſſus eſſet. Rhegio itaꝙ copijs cincto, ut eam urbem Gõ
zaga ſummis conatibus uix potuerit retinere. Sed Gonzagæ Canis Scaliger Veronen-
ſis, & Nicolaus Eſtenſis, marchio Ferrarienſis quũ fauerent, copias quoꝙ legatus Man
tuã miſit, coactæꝙ huius ſocietatis copiæ, in Brixiam duxerunt à dominatu uicecomitũ
C auertendã. Quare Bernabos omiſſa Bononia ad Brixiæ defenſionem cum omnibus co
pijs ſe contulit. Redierunt uero obuiã bello ſocij, & in Montiſclari cãpis prælio decerta
tum eſt, in quo Bernabos fractus fugatuſꝙ ex maximo detrimento id accepit cõmodi,
ut Brixiam poſtea defenſarit, in quam ipſe cum paucis de fuga ſe cõtulerat. Tertia dein-
ceps Florentinorum & Piſanorum belli æſtate mutata eſt utriuſꝙ populi fortuna, quod
Florentinus ad ingenium conuerſus, maximam exercitus Piſani Anglicorum æque ac
Italorum mercede conductorũ partẽ pecunia auerterat, ut unicus illi Ioannes Aucuch
cum equitibus ad mille Anglicis, & paucis ex Italia eum ſequutis remanſerit. Nec fece-
runt hi perfugæ Florentino ſtipendia, qui alias petiere diſperſi, atꝙ alias Italiæ regiões.
Florentiniꝙ Galeotum Malateſtã ætate grandiuſculum, ſed rei militaris ſcientiſſimum
eo anno in belli ducẽ habuere, qui nõnullas ſuperioribus acceptas æſtatibus clades Piſa
nis ex parte reddiderit, in quarum una quũ multi fuerint cæſi, ſupra mille Piſanos Florẽ
tini captos carris magna oſtentatione Florentiã importauere. Referebat uero Piſanus
D populus perfugarum de Anglicis, & Italis culpã in Gambacurtos, qui ſubtractas furto
ærarij pecunias militibus nõ perſoluerent. Quamobrẽ reductus exilio Agnellus, parti-
um Gambacurtis aduerſantium princeps in dominium eſt aſſumptus, eumꝙ nulli erat
dubium Bernaboui, ſub quo militauerat, adhæſurum. Itaꝙ ſextus Innocentius põtifex,
quẽ Bernabouis potentiæ in Italis cura ureret, miſſis in Hetruriam nuncijs, cupientiſſi-
mos ad pacẽ Florentinos Piſanoſꝙ perduxit. Qua cõſtituta Ioannes Aucuch Piſanorũ
ſtipendio dimiſſus, ad multos ex Anglicis, qui Romanæ eccleſiæ terrã deuij pererrabãt
ſe cõtulit, non paruumꝙ in Tudertinis, Vrbeuetanis, & Aretinis coegit exercitum. Ro
mani interim ſuã continuantes libertatem, id ſolum eccleſiæ præſtabat obedientię, qđ
ſelectos è nobilitate, prout fieri conſueuerat ſenatores impetrabant à põtifice confirma
ri. Poſt annumꝙ de quo diximus, Sarræ Columnenſis, & Nicolai comitis Nolani de fi-
lijs Vrſi, alter ex Vrſi filijs Vrſus nomine, & Petrus Capotius fuerãt ſenatores, ad quo-
rum anni finem diſcordia in plebe orta, unicus in alterum annum Ioannes de comite eſt
ſuffectus, pontifexꝙ Innocẽtius earundem populi diſſenſionum occaſione fretus ob-
tinuit, ſenatorẽ urbi deinceps à ſe alienigenã immitti. Quo año undeſexageſimo ſalutis
terdé-

Anno ſal. Mccclix. terdecieſq; cẽteno Raimundus de gẽte Ptolemea Senis nobili, primus externorũ ſena- E
torũ munus geſſit, & altero q ſequutus eſt anno Ludouicus de Rocha Piſanus & Hun-
garus Saxoferratenſis ſemeſtrẽ uterq; ſenatũ habuit. Quibus poſtea anno ſexageſimo
ſucceſſit annuus ſenator Thomas quidã Spoletinus, ad cuius anni finem exorto Romę
tumultu, creati ſunt ſeptẽ reipublicæ reformatores, q ſenatus poteſtatẽ magiſtratumq;
geſſerunt. Demulſit aũt Romanos tantiſper Innocentius pontifex, ut ſi Spoletinum ex-
oſi fuerant ruſticũ hominem, Hugonem ei dederit Luſignaneum Cypri regem, ab expe
ditione, de qua diximus in Turcos ducta reuerſum, & maiora à Chriſtianis autoritate o-
peraq; põtificis præſidia expectãtẽ, ad cuius anni finẽ euicit Spoletinorum honoris re-
ſpectus, ut ea ex urbe Paulus Argenti comes Campelli, ſenatum altero anno gerẽdum,
adminiſtrandũq; acceperit. Quo itẽ anno Innocentius pont. eſt defunctus, cardinaleſq;
apud Auenionem coacti, Gulielmum Griſant Lemouicenſem ſancti Victoris Maſſili-
enſis abbatẽ legatione tunc ad Vicecomites in Italia fungentẽ in põtificem delegerũt,
cui Vrbano quinto fuit põtifici appellatio. Iſq; pro ſua prudentia callens, nihil accepto F
pontificatu duxit antiquius, q̃ Egidium cardinalem Hiſpanũ Italiæ legatũ de latere cre
atum ilico tranſmittere, qui rerum & itinerũ Italiæ experientiſſimus Tridentina uia in-
greſſus eſt. Inuentumq; Veronæ Scaligerum Canem, deinde accerſitos Gonzagam, Lu
douicum, Nicolaum marchionem Eſtenſem, & Franciſcum Carrariam, in ſua & eccle-
ſiæ fœdera aduerſus uicecomites cõiunxit: & gerebant oẽs tunc in Mutinenſi aduerſus
Bernabouem, qui hinc Rhegium de Mantuano, & Mutinam de Ferrarienſi agitans a-
pud Salariam uicum caſtra habebat præſidio cõmunita, tulitq; Egidÿ cardinalis fortu-
na, Bernabouẽ ilico eodẽ in Salarię uico à ſociorum bello copÿs ſuperari, adeo ut multi
ex fortiorib. ſui exercitus ceciderint, & plurimi fuerint capti, in queis fuere Ludouicus
uicecomes Bernabouis ipſius ex pellice filius, Andreas Pepulus Bononia exul, Sinibal
dus Ordelaffus, Paulus Mirandulanus, Guido Folianeus, Azo Corrigiẽſis, Gulielmus
Caualcabos Cremonẽſis. Bernabos aũt manum ſaucius Creualcorẽ ſuũ de agro Bono-
nienſi Caſtellum de fuga ſe cõtulit. Egidiuſq; legatus quum Bononiæ, poſt Rauẽnæ, & G
inde Ferrariæ fuiſſet, acceſſit Ceſenã, in qua urbe palatio prima legatione & arce inſigni
à ſe ornata plurimũ diuerſatus eſt. Ad finẽ uero quarti legationis ſuæ mẽſis Francorum
Angliæ, & Cypri regum oratores, quẽ agentẽ Ceſenæ Egidium adiſſent, ut pacem uice
comitibus daret, orauerunt, quæ uocatis bello ſocÿs eccleſiæ ſtudentibus, de quibus ſu-
pra diximus, obnixius menſe Iunio cõſtituta eſt. Angebat eñ animo Egidium Ioannes
Aucuch Anglicus, qui Bernaboui ad eã diẽ militans Florentinorum copias, apud Mi-
niate uicecomitis oppidũ profligauerat: & ex pacis fœdere ita dimittebañ, ut eius delen
di ſpẽ legatus maximã cõciperet. Is eñ cum eo exercitu, quem in Aretinis eum & Tu-
dertinis Vrbeuetaniſq; oſtendimus coegiſſe, oẽs eccleſiæ hoſtes ſpe auxiliÿſq; fouebat.
Egidius Thomæ Obitio Lucenſi, rei militaris perito, per eã ætatẽ claro, in ducem copia
rum eccleſiæ creato, tria equitũ millia attribuit mercenaria, rẽq; ab eo in Anglicos geri
iuſſit: delatus Peruſiam Obitius, & copÿs auctus extra eccleſiæ in Aucuch duxit, ſeſe in
Aretini Cortonẽſiſq; agrorũ finibus cõtinentẽ, qui & ipſe magno uir animo pugnæ cõ H
piã fecit. Decertatũq; eſt horis quatuor priuſq; uictoria quò inclinatura foret, duces po
tuerint intelligere. Iuuit uero Obitiũ peditatus multitudo, quę per riuos penetrans colli
bus interiectos, de quibus pugnabañ, Anglorũ equos lãceis ſuffodebañ, & parta eſt du-
ci copiarũ eccleſiæ ingens uictoria, qđ ex ſenis equitum millibus duci Anglico militan
tibus pauciſſimi euaſere, Aucuchq; ipſe princeps factus eſt per deditionẽ in Obitÿ po-
teſtatẽ. Cuius uictoriæ fama expectationi, quam Egidÿ legatio ubiq; in terra eccleſiæ fe
cerat, addita, oẽs qui rebellauerant, ultro in ſubiectionẽ uenire fecit, ut intra primum q̃
redierat annum ea pacifice poſſederit, quæ legatione prima Romanæ eccleſiæ acquiſi-
uerat. Ea quum eſſent Vrbano pontifici nunciata, Romam & Italiam inuiſere cõſtituit,
uenitq; ad quartũ pontificatus ſui annum, quem Correnti de itinere agentẽ Egidius ad-
ÿt, ꝓuinciÿſq;, urbibus, oppidis, & arcibus ſibi traditis, legatione qđ petÿt eſt dimiſſus.
Inde quũ pontificẽ in Lateranũ uſq; deduxiſſet, Viterbium reuerſus eſt, ubi tertio poſt
mẽſe obÿt, corpuſq; ſuũ magna deductum eius prouinciæ populorũ caterua ſepulchro
illatũ eſt, quod in Aſſiſinate ſancti Franciſci operis proximi eccleſia ſibiÿpſi uiuẽs extru
xerat.

A xerat. Geſſerāt ſenatum urbis ſemeſtrem per Vrbani abſentis tempora externi nobiles,
primū Rubeus Titius Florētinus iuſtitia ſeueriore clarus, poſt Guelfus ex Prato Bulſen
ſis, deinde Bonifacius Ricardus Piſtorienſis, ad cuius ſemeſtre finitū ſeptem reipublicę
reformatores ſucceſſerunt, qui ad pōtificis uſq; aduentū retinuerāt magiſtratum. Venit
uerò ad Vrbanum pont. Romæ agentem anno duodeſeptuageſimo terdecies centeno An.ſal.
Carolus Imp. uxorem ſecum trahens & filios, fecitq; Padua & Bononia in Hetruriam M.ccclxviij.
iter. Et dum Piſis ageret Lucanos Piſanis, & Miniatas Florentinis rebelles in deditionē
pro imperio accepit, nōnihilq; pecuniarum extorſit à populo Florētino rebelliones ti-
mente, in quas ſubiecti eis de Hetruria populi procliues erāt ſi modò princeps prꝗſtitiſ-
ſet aſſenſum. Sed is Romā delatus, & paucis propter quæ uenerat, cum pōtifice expedi
tis, inter tertium ꝙ aduenerat menſem Italia exceſſit. Agentem Romæ Vrbanus ſtimu-
lauit, ut apoſtolorū Petri & Pauli capita perquireret, quæ dei fauore inuenta, locello cō
didit eminente in Lateranenſi eccleſia extāte, multo argento auro undiq; gēmato pluri
B mum exornata: dumq; ea Romę agit in Vrbeueteri & Mōtefaliſco palatia conſtrui cu-
rauit, curiales Tranſalpinos, quorū in Italiam ducendorū firmā cōceperat ſentētiam, in-
de cōſolaturus, qui loca ſcirent eſſe parata, ad quæ Romani grauitatem aeris per æſtatis
caumata declinarēt, ſed reuerſus in Gallias apud Maſſiliā interijt, ſanctitatis uitæ famā
cōſtanti opinione celebratiſſimus, cōtinuatoq; more pridē inchoato cardinales, Petrū
Belfortis Lemouicenſem in Gregorium undecimum pont. creauerunt. Profectus Italiā
Vrbanus pont. Ioannem Haucut Anglicum carcere liberatū copijs præfecerat Angli-
cis, quas Ægidius cardinalis legatus prælio captas Aretino ſub diuerſis ducib. cōſerua-
uit, cū quibus Anglicis Haucut Bononiæ præſidio relictus legato ſuberat, Romādiolā
pro eccleſia adminiſtrāti. Tres item legati, Peruſiæ unus, in Marchia alius, & in patrimo
nio tertius erat apud Viterbium cōſtitutus. Nam Romę datus ſingulo ſemeſtri à ponti-
fice ſenator ius dicebat, & urbis cuſtodiæ totius adminiſtrationis Bandereſij gerebāt cū
ram. Ea em̄ regiminis forma inchoauerat, ex quo ſenatores à pontifice externos habere
C cœperāt, dictiq; fuerūt Bandereſij à uexillis Gallico uel potius Germanico uerbo bādis
longè prius in Italia appellatis. Singulæ em̄ decuriæ ſuo internoſcebantur ſigno, & qui
ſub illis cōſcripti erant ſtatum amantes præſentē, pariter cum decurionibus Bandereſij
appellabātur. Sed ad Gregorium, ad primum ſui pōtificatus annum bella inter ſe Lom-
bardi innouare cœperunt. Eratq; eadē redintegrata ſocietas, quę aduerſus uicecomites
pugnare cōſueuerat, legati eccleſiæ in Romandiola, Scaligeri, Gonzagæ, Carrarij atq;
Eſtenſis. Primus itaq; ſociorum bello impetus ad Rhegium eſt factus, quā urbem Eſtē-
ſium Marchionū, Nicolai & Alberti fratrum ductor copiarum Lucius comes Theuto-
nicus proditione introductus ceperat, præter arcem, & duas illi ſubiectas portas, quum
Bernabos ſuperueniens, per arcemq; ingreſſus, Lucium pecunia, ut creditum eſt corru-
ptum, facillimè expulit, nihilq; poſtea duobus in annis, qui ſecuti ſunt eo geſtū eſt bello
memoratu dignum. Sed alias inter Italos, & quidem omnium potētiſſimos Venetos &
Genuenſes diſſenſio orta eſt, momēti plurimū habitura. Petrinus rex Cypri Petro ſuffe
D ctus patri corona ex more inſigniendus celebrē apud Famaguſtā habuit conuentum,
cui Venetus Genuenſiſq; baiulus cum ſuorū quiſq; comitiua interfuere. Sed cùm in du-
cenda ad palatium pompa ad dexterā regis eorum uterq; ambiret incedere, ſuborta cō-
tentione, Genuenſiq; à Cypris æquè ac Venetis deturbato, honoratiorem locum Ve-
netus obtinuit, quę contentio & inter cœnam reuocata eſt, Genuenſeſq; non deturbati
conuiuio magis quàm uerberibus cędibuſq; afflicti ſunt. Anno itaq; qui ſecutus eſt, ter- An.ſal.
tio ſeptuageſimo terdecieſq; centeno, Petrus Fregoſus, Dominici Fregoſi duci Genuæ M.ccc.lxxiij.
germanus frater educta triremiū trium & quadraginta claſſe Cyprū inuaſit, quā claſſem
machinis abundè munitam, quatuordecim uirorum millia habuiſſe cōperimus. Veniſ-
ſetq; planè id regnū in Genuenſis populi poteſtatem, niſi rex multa cernēs iam amiſſa,
ad miſericordiā cōfugiens, pacem popoſciſſet, per cuius datæ fœdera Famauguſtā Ge-
nuenſis in hæc tempora retinuit, & promiſſum quadraginta auri milium rex tributū ali-
quot annis poſtea perſoluit. Duobuſq; qui ſecuti ſunt annis fames ualida Italiā omnem,
ac multis orbis prouincias preſſit. Anno autē pontificatus Gregorij quarto, Petrus Bi-
turicenſis S. Mariæ Tranſtyberinæ cardinalis legatus in Italiam ueniens, quum Ferra-

riæ ſubſtitiſſet, conuenerunt ad eum comes Sabaudiæ, Nicolaus Gregorij pont. frater, E
Ioannes Haucut, Guido Polētenſis, Otho Brūſuicenſis copiarū dux, comes Gebēnen-
ſis dicti legati frater, & cum Bernaboue Galeatioq́ uicecomitibus biēnij inducię cōſti-
tutæ ſunt. Ad quarum quidē induciarum finem anno Gregorij quinto expirātem nihil
fermè turbationū interea eccleſiæ poſt eius pontificis creationē acciderat, præterquam
Peruſiæ, quā urbem libertatis portionem cōſuetam recuperare adniſam legatus tumul-
tuoſe, ſed paruo negocio compoſuerat, Florentiniq́, quibus eſſet cum pontifice fœdus,
ſimul cum Senenſibus, Piſanis & Lucenſibus ab initio creationis illius conſtitutum, &
ipſi quęſiuerant nullis implicti bellis, præterquā cum Vrbianis, quos per eam quietem
omni Apennino in Hetruriā urgente, paruo tamen negocio deturbauerant: ſiue autem
interim nouis Florentini exactionibus ſubditos grauarint populos, ſiue eadē manſerit,
quam ſub ultimum Caroli Imp. in Italiam aduentum fuiſſe docuimus, rebellionis auidi-
tas, Pratenſes illorū excutere iugum anno pontificis quinto cum legato Bononiæ quæ-
ſiuerant. Iſq́ copias per aliam ſimulationem quum trans Apenninum miſiſſet, Florenti- F
ni pecunia corruptas auerterunt, & coniuratione detecta Prati in nōnullos animaduer-
ſum eſt, nec fecerūt Florentini eius cō ceptæ iniuriæ pontifici aut legato querelā, cui po-
tuit facillimè ſatisfieri, ſed facinus ad uindictam, uel potius, ut apparuit, per ambitionē
aggreſſi ſunt omnium, quæ uſquā gentium audita ſunt, nefarium. Vexilla enim perpul-
chra literis cubitalibus aureis, unicis Libertas uerbis inſcripta Florētiæ in publico pluri
ma pependerūt, quæ nuncijs tradita ſingulas ducentibus cohortes quaqua uerſum per
terram eccleſiæ ſunt geſta: Primiq́ Tifernates Ciuitatiſcaſtelli populus introducta cum
libertatis uexillo cohorte præſidiū eccleſiæ expulerūt: pariter, ut paucis abſoluamus, Pe
ruſiæ, Tuderti, Spoleti, Eugubij, Viterbij, & in Marchia primū Aſculi, poſt uniuerſa in
prouincia pariter in Romādiola Foroliuij factum eſt. Populi enim in res nouas ſemper
procliues, & pont. Romani eiuſq́ curiæ relegationem in Gallias ægrè ferentes, Floren-
tinis libertatem oſtendētibus, & ad eam uel ui retinendam præſidia pollicentibus facilè
crediderunt. Aſtorgius erat Manfredus in Romandiola nobilis Fauentinus, qui pręgu- G
ſtatam à genitore Bauari temporibus Fauentiæ tyrannidem ambiret, iſq́ cum Granari-
dum proditione cepiſſet, legatus Bononiæ ad eum ſubito opprimendū Ioannem Hau-
cut cum omnibus copijs ex Bononia immiſit. Sed præſtò fuere cum libertatis præſidio
ac uexillo Florētini & Bononienſes Haucut reſpectu exoneratis armis derepētè captia
libertatē & ipſi exoptatiſſimā acclamauere. Excluſus eo modo Ioannes Haucut Fauen
tiam in rebellionē, ut exiſtimauit procliuem ingreſſus eſt, quā urbem efferata gens An-
glica crudeliter diripuit, cędibus in armatis inermibuſq́ uiris ita editis, ut ſoli iūc de Fa-
uentibus fuga prolapſi ſuperſtites ſint relicti. Fauētiamq́ ſpoliatā, Ioannes Haucut, Ni-
colao & Alberto Eſtenſibus Marchionibus pro uiginti millibus aureis cùm uēdidiſſet,
retinuit ſibi de Fauētino agro Bagnacauallū, quo in oppido aliquot poſtea mēſibus de-
ſedit, nec tamen aliquot inde annis ita dimiſit, quin ſua in eo impedimēta cum præſidio
conſeruauerit. Ea quæ in Italia gerebant, cùm eſſent Gregorio pont. nunciata, cardina-
lem unum appellatione Gebennenſem legatū in Italiam properare curauit, ſex millibus H
ex Britannia militibus equitibus ei attributis, qui pari cum legato celeritate uenerūt. In-
greſſi autē ſunt ſimul per Taurinos Italiam, nec priuſquā in Bononienſi agro, & ad ur-
bis portas de itinere ſubſtiterunt. Dumq́ urbs obſidione premit, legatus agro ab incen
dijs & rapinis cōſeruato, & ciuibus blandè appellatis, æſtatem ibi fruſtra cōſumpſit. Im-
miſerant em̄ in urbem Florentini Rodulfum Varaneum ducem ſuum, & copias quarū
præſidio factioſi rebellionis autores Bononiam conſeruarunt. Ad ipſum itaq́ autumni
finē legatus Ceſenam in hiberna conceſſit, quæ dum parua in urbe ferus & numero ni-
mius ducit Brito, coacti rapinis obuiare Ceſenates, ſubitaq́ in Britonibus ſexcentorum
cædes cōmiſſa eſt, cæteri Britones extra mœnia ſunt compulſi. Continebat ſe in palatio
ab Ægidio Cardinale Hiſpano in arcem cōmunito, Muratam appellāt, Gebennēſis le-
gatus, qui cōmiſſam à populo in Britonibus cædem ulciſci per iracundiam properans,
illos per ſuperiorē arcem Ceſenam introductos debacchari in multitudinem permiſit,
cædeq́ Ceſenatibus in quadruplo reddita, & urbe miſerabili modo direpta, mulieres ſo
læ ſunt retētæ, quas ſuæ libidini idoneas cenſuerūt, cæteris poſt profugos urbe mares cō-

uicio

A uicio deturbatis, ut melius ꝙ Fauẽtini & Ceſenates feciſſe ſint uiſi Foroliuienſes, qui ad
prima oſtenſæ à Florentinis, ſicut docuimus, libertatis ſigna, Sinibaldũ, Cecum, Pinum,
Ioannem, Theobaldum, Ordelaffos, in dominos accerſiuerãt. Gregorius interea pont.
cum eſſet in Italia cõuerſatus, qui Baldi iurecõſultiſſimi Peruſię diu auditor fuerat, pru-
dẽter conſiderauit ſuum in Italiam reditum præ cæteris poſſe rem eccleſiaſticam inſtau
rare. Et fortè eo ſic cogitãte, epiſcopus quem de reditu ad ſuam eccleſiã admonebat, fa-
miliaritatis confidẽtia, Et tu, inquit, pater ſancte, cur non ad tuam ipſe accedis eccleſiã?
Quare Gregorius inſtituit properare. Sed cũ Agnatis & Gallicis id in primis odioſum
fore cernẽs, triremes in Rhodano cælatis omnibus cauſam paratæ ſunt, & breui poſt põ
tifex cum illis qui præſto iubenti affuere delapſus eſt, perpetuaꝗ; nauigatione tẽpeſtati
bus ſæpenumero agitata cum triremibus una & uiginti Genuam primo, poſt Cornetũ, An. ſal.
inde terra Romã Ianuario peruenit. Anno ſalutis ſextoſeptuageſimo terdecieſꝗ; cente- M.ccclxxvi.
no, qui põtificatus ſui ſeptimus, & relegationis in Gallias Romanę eccleſiæ ſeptuageſi-
B mus annumerabatur. Fuit ea dies populo Romano lætiſſima, Florẽtino autẽ terribilis,
quòd omnes exiſtimauerũt pontificẽ cum Britones Angliciꝗ; tanto numero militarẽt,
rem eccleſiaſticam breui cum tyrannorum excidio inſtauraturum. Egit tamẽ principio
aduentus ſui pontifex natura mitis & optimæ mẽtis de pace cum Florẽtino populo cõ-
ſtituenda, quã illi ob errati magnitudinem non ſatis tutam fore ſuſpicati artibus declina
uere, & ad Bernabouem cõuerſi antiquum hoſtem, ſed cui pontificis in Italiam reditus
eſſet formidoloſus, interceſſione eius Ioannem Haucut pecunia corruptum ad ſuas par
tes inclinare fecerũt. Erat enim Bagnacuali ad pontificem quũ iuſſiſſet accepta pecunia
acceſſurus. Eiuſꝗ; præſidij acceſſione in eam Florentini ſuperbiam ſunt elati, ut ſpretis
quibus ad ea paruerant tempora cenſuris, contraꝗ; interdictũ diuinis ubiꝗ; in eorũ do-
minio operã à ſacerdotibus dari iuſſerint. Reddidit tamen Florentinis pontifex ſua pru
dentia par incommodũ, Varaneo in ſuas partes perducto, cui Britones duo mille ducẽ-
dos attribuit, & Bononienſes urbẽ in ſua & eccleſiæ obedientia adminiſtrare permiſſos
C conciliauit. Eodẽ uerò aduẽtus Gregorij pontificis in Italiam anno, ac propemodũ tẽ-
pore belli omniũ memorabilis, quæ multis ante ſeculis geſta ſunt, ſemina ſunt iacta. Ka-
loiannem Conſtãtinopolitanum Imp. Andronicus filius cum Genuenſium auxilio pe-
puliſſet, Veneti in patriam per arma reduxerunt, profuguſꝗ; patria Andronicus Tene-
don inſulam Genuenſibus promiſerat, cuius oppidum nobile appellatum Kaloiannes
Venetis quũ dediſſet, inſula quoꝗ; omnis in eorum poteſtatem retenta eſt. Tulerunt id
ægerrimè Genuenſes, nec tamẽ ad arma proſilire cum celeritate uoluerũt, qui alio in ur-
be premebãtur incommodo. Gregotius nanꝗ; pontifex quòd Florentini quibus ſacris
interdixerat, non in patria magis quàm ubicunꝗ; gentiũ commorantibus Genuæ ſacris
intereſſe permittebãtur, urbem quoꝗ; Genuã ſimili ſuppoſuit interdicto: per quod tẽ-
pus à Bernaboue cum Florẽtinis ſequeſtrẽ ſe ingerẽte, ut pontifici gratificaretur, pacis
mentio fieri cœpta eſt: ſed importuna nunc Italiæ, imò orbis Chriſtiani rebus mors Gre
gorium põt. octauo anno Romæ extinxit, & maiora dolorum initia ſunt ſecuta. Cardi-
D nalibus ad S. Mariam, nouam appellãt, ut iuſta de more Gregorio pont. ſoluerent con-
uenientibus, Romani ciues blandè prius appellatis exoratiſꝗ; cardinalibus, ut Roma-
num, aut ſaltem Italicum pontificẽ crearent, ad eam poſtea temeritatem, non quidẽ ma-
lignandi animo, ſed imprudẽtia adducti ſunt, ut eandem petitionem circum eccleſiã in-
conditis uocibus acclamauerint, eiſdemꝗ; poſtea patribus in conclaue ad S. Petri baſili
cam coactis clauſiſꝗ;, & ſi pariter eſt clamatũ, nihil tamen ita uiolentum aut terribile di-
ctum factúmue eſt, ut impreſſio potuerit appellari. Sed diſtinebat interea clauſos patres
dolus à quo diſſidij mala poſtmodum eruperũt, Gallici eñ numero tredecim unum ex
corpore ſuo, ut haberent pontificẽ enitebantur, & inter quatuor Italici Romaniꝗ; gene
ris unus gente Vrſinus papatũ ambiebat. Tulit uerò caſus Gallicorũ partem ob Lemo-
uicenſium ex ipſis inuidiam, qui papatum diu continuauerant, ita Italicis conſentire, ut
Bartolomæum Barenſem archiepiſcopũ patria Neapolitanum creari pontificẽ Vrba-
num nominis ordine ſextũ ſint aſſenſi, prius tamen quàm aperto conclaui nouus intro-
duci potuerit electus, Gallici cardinales pœnitẽtia, ut apparuit, ducti, ſimulato timore à

Romanis,quibus in Romano nõ eſſe ſatisfactum cauillabãtur,pars in molem Adriani: B
pars in montes extra urbem confugerũt. Et cardinalis ipſe Vrſinus ſpem in diſſidio reti
nens Vicumuariũ ſe contulit. Accepto tamen à populo poſt in pontificẽ Vrbano, & à
cardinalibus,qui mãſerant,ac Romanis populariter cum gaudio accurrẽtibus adorato,
cœteri cardinales ex latebris prodierũt, à quibus omnibus per tres menſes Vrbanus in
pontificẽ ritè purè & ordine creatum eſt habitus. Superuenientibus inde æſtatis cauma
tibus optata Gallicis occaſio eſt oblata,oratum nanq; pontificẽ facile in ſententiã addu
xerunt,ut mutãdi aeris prætextu,Ananiã eis licuerit ſe cõ ſerre,unde breui Fũdos tranſ-
fugerũt,Ioannæ fiſi regimine,cum qua gẽte,ut oſtẽdimus,Gallica de ſecuritate perſugij
conſtituerant. Erant autẽ octo cardinales,qui uicioſam fuiſſe Vrbani electionẽ cauſati,
alium in pontificẽ delegerunt Gebennenſem illum,quẽ in Romandiola legatum ſuiſſe
docuimus. Eiq; ſeptimo Clemẽti indita eſt appellatio. Hęc uerò quæ in pontificatu ſub-
orta eſt diuiſio, terram eccleſiæ atq; omnẽ ferè Italiam ad tempus reddidit quietiſſimã.
Omnes enim tyrãni in occupatis de eccleſiæ terra urbibus libentiſſimè quieti fuerũt. Et F
Genuẽſes bello intẽti,quod in Venetos propter Tenedon occupatã deſtinauerãt, cum
Ludouico Vngariæ rege belli fœdera conſtituerũt,in quæ paulopoſt Franciſcũ Carra-
rienſem Paduæ dominum,cui ſeniori fuit appellatio traxerunt. Quo ſuadente dux Au-
ſtriæ,& patriarcha Aquileienſis paſſi ſunt in eadẽ fœdera colligari. Sed & Petrinus Lu-
ſignaneus Cypri rex Bernaboſq; uicecomes Mediolanenſis in Venetorũ partes per fœ
dera conceſſerunt. Prima Genuenſis populi expeditio in tantum ducenda bellũ, Ludo-
uico Fiſcheo nobili Guelfarũ partium Genuenſi commiſſa eſt, qui decẽ eductis triremi
bus cùm ad orientales nauigaturus partes littora attigiſſet Romana,ad Antij portũ Ve
netorum claſſi quatuordecim triremiũ obuiauit,quã Victor duceret cognomẽto fami-
liæ Piſaneus. Et prælium ex improuiſo commiſſum eſt,in quo triremes quinq; de Genu
enſi Venetus cepit,unam inter pugnandũ ruinis Neroniani portus afflictã mare abſor-
buit,quatuor de fuga prolapſæ Genuam redierunt. Quæ belli alea infeliciter à Genuẽſi
icta,q̃d plerũq; aſſolet,infelicis quoq; ſibi exitus prognoſticon fuit,& paulo prius mar- G
chiones Carretẽſis Riperiæ occidẽtalis Genuę nobiles à Bernaboue uicecomite,ac Ve
netis quorũ partes in bello ſectabãtur,copijs aucti Albiganam, Naulũ, & Caſtrumfrã-
cum de Genuenſibus occuparãt. Quibus impulſi cladibus Genuenſes ad felicitatẽ con
fugerunt ciuium ex ſuis,qui in bellis aduerſus Venetos alias geſtis uictoria uſi erãt, Lu-
cianoq; Auriæ præfecto claſſis quẽ Admirrhatũ appellãt declarato,duæ & uiginti trire
mes ex Genua attributæ ſunt. Per q; id tempus Dominicus Fregoſus, qui Genuẽſiũ du-
catui diu & glorioſe præfuerat, fraude & armis deiectus,captiuſq; cũ Petro ſratre carce-
ratus eſt,Nicolauſq; Guarcus in ducẽ aſſumptus,Bernabos uicecomes Petrino Cyprio
regi filiam in uxorem ſponſam per triremes duodecim miſit,quarum ſex Cathelanę,ſex
fuerunt Venetæ à piratis armatæ, ſponſaq; accepta rex triremes has mercede cõductas
ad Famauguſtæ obſidionẽ mittẽs,ipſe cum terreſtri paratiſſimo exercitu eſt profectus,
oppugnataq; aliquandiu terra & mari urbs uentura erat in illius poteſtatẽ, ſi maritimæ
terreſtris oppugnatio pares animos,parem audaciã habuiſſent: eoq; exercitu diſſipato H
re infecta,ſex Venetæ triremes in patriã redeũtes,cum Victori Piſaneo Venetiæ claſſis
præfecto triginta ducẽtæ triremes obuiaſſent, ab eo retentæ ſunt. Pariterq; per id tẽpo-
ris Lucianus Auria Genuenſis præfectus claſſis uiginti ducens triremes,Iaderã ſe con-
tulerat regis Vngariæ urbem, à cuius uicinia Veneti maiora cæteris omnibus incõmo-
da, & Genuẽſes econtra ſummam opportunitatem eius belli tẽporibus acceperũt. Cõ-
tulit ſe tamẽ Iaderam Venetus Piſaneus Genuenſem Lucianum in prælium prouocãs,
qui ſe tam diu in portu cathenato cõtinuit, quoad ille in ancoris ad ſagittæ iactum cõſti
tit. Abeuntem poſtea Venetum Genuenſis inſequi ſimulãs, ad ipſum portus exitũ ſub-
ſtitit. Piſaneus uerò cum retracta claſſe,Dalmatiæ oram legẽs, Catarum regis Vngariæ
urbem captã diripuit incenditq;. Pariter paulopoſt Sibinicum eiuſdem regis ciuitas,ab
eodem Veneto ui expugnata,& direptione incẽdioq; uaſtata eſt. Sed aditi Arbẽſes op-
pugnationibuſq; territi,oppidum & inſulã dedidere, Carolum interea Zenum Veneti
cum triremibus nouẽ ea ratione maria circuire ac perluſtrare iuſſerũt,ut hoſti ubiq; inſe
ſtum

A ſtum ſuorum tutelæ promptum ſe paratumq; exhiberet, munus ea uigilantia, ea uirtute
uiro digniſſimũ. Is enim ad inferum delatus mare, illud ubiq; Genuenſibus infeſtũ red-
didit. Malæ tamen aleæ, quã Genuenſes huius belli initio ieciſſe diximus, melior breui
fortuna arriſit. Cathelani nanq; omiſſa Venetorum ſocietate, pacem cum illis conſtitue-
runt. Et Galeatius Bernabouis frater, ac dominiorũ pro medietate particeps obijt, reli-
cto filio Ioãne Galeatio hærede ac in dominijs ſucceſſore. Subſequẽtiſq; ueris initio an- An. ſal.
ni noni ſeptuageſimi terdecieſq; cẽteni marchiones Carretẽſes ijs quæ ceperãt, redditis M.ccclxxix.
oppidis & caſtellis in gratiam pacemq; cum Genuenſibus & patria rediere. Per mẽſem
dehinc Maium Lucianus Aurius Genuenſium claſſis præfectus Venetam claſſem Po-
lenſi in portu ſedentẽ impetijt: præfecto Piſaneo una & uiginti erãt triremes, cùm duas
plures duceret Lucianus, conflictuq; magno hincinde habito ſuccumbẽs Venetus duo
deuiginti triremes amiſit. Sed Aurius Lucianus præfectus, dum uictoria propemodum
cõſummata plenis, ut aiũt, oculis perfrui cupit, uultu caſſide reducta aperto, lãcea ictus
B cecidit. Vtraq; claſſe uictrice & uicta Iaderam perducta, captiui de Venetis præter re-
miges ad duo millia ſunt inuenti, quum præter cæſos mare multos fugere natando ad-
niſos abſorbuerit, plures Polenſiũ ſcaphæ fugiẽtes exceperint. Delata exinde ad Piceni
oram Genuenſem claſſis, multa Venetis incõmoda intulit, nauibus multis commeatu
onuſtis, partim terrore ne Venetias peterent auerſis, partim captis. Et Genuæ ſuffectus
Luciano Petrus & ipſe Aurius triremes nouẽ, naues minores, barchas appellãt, triginta
Iaderam duxit. Premebantur interim terra etiã Veneti. Nam Franciſcus Carrarius oppi
dum nomine Romanum de Taruiſinis arcta cinxerat obſidione, in quę caſtra & Ludo-
uici regis Vngari & patriarchæ Aquileienſis copiæ confluxerãt: copiarumq; regis Vn-
gari ductor erat Carolus eius nepos, & Veneti tutanda re ſua Taruiſina unicũ oppoſue
rant Albericum Cunij comitem, rei bellicæ omniũ eius temporis peritiſſimũ. Appulſus
Iaderam Petrus Aurius triremes & nauigia tam de hoſte capta, q̃ Genuenſium uetera
inſtaurat ſexaginta triremium, & aliorum paris numeri nauigiorũ claſſem inſtruit, cuius
C pars Venetorũ urbis littora, & ipſum etiã portum irrumpere ſæpius eſt adnixa. Sed ha-
bebant Veneti intentiſſimas pro littore, proq; portu cuſtodias, hoſtem ſpiculis, & re cõ
minus geſta repellentes. Petruſq; interea cum maiore claſſis parte Foroiulianum circũ-
uectus, Gradum tunc communitam urbem, deinde Humagum, poſt Ruinũ, & demum
Caprulas cepit, in quæ ſpoliata ferro ignîq; ſæuitũ eſt, adeò ut mãſerint immunita, addi-
deruntq; tunc portui ſuo cathenas Veneti, præſidijs hinc inde firmatas ex materia, & ad
dita ſunt eidem littori trecentorum equitum peditatuſq; conductitij præſidia: quum
tamen proxima in foſſa barcharum, lemborumq; & ſcapharum omnigenũ multitudini
præfectus Ioannes Barbarichus cuſtodiæ frequens & propè aſſiduus intereſſet, nihilq;
minus in urbe ad ipſam S. Marci aream terra & canali, ut appellant, magno nauigijs no-
ctu æquè ac interdiu cuſtodiæ ſunt habitæ. Quare Genuẽſes Venetæ urbis aliqua inua-
dendæ omiſſa ſpe Clugiam ſe contulerũt, cuius portu & ſuburbijs, Clugiã paruã appel-
lant, e ueſtigio ſunt potiti, ad proximã inde Venetias uerſus inſulam cui Paleſtinæ foſſæ
D uetus appellatio eſt, delati ſubſtiterũt. Quem in locũ Carrarienſes ex agro Paduano cõ-
meatum abundè trãſmiſit. Perq; id temporis Bernabos uicecomes, quã maritimo bello
afferre nequiret opẽ, Venetis terra attulit, ſocietate militũ, quos à uexillo Stellanos uo-
cabãt, in Genuenſem Riperiã immiſſa. Et erant equites quatuor millia, qui ad Hareneũ
uſq; Petri ſacellum in Pulceferam delati uallem prædam uaſtitatemq; commiſere, tam
ſubituſq; fuit impetus, ut agentes rure per Iulij menſis caumata de more ciues cũ uxori-
bus & familia nonnulli fuerint intercepti: nec prodijt ex urbe in prælium quiſquam ue-
ritis magiſtratibus, ne ſi arma populo eſſent permiſſa, diſcordi plebe & nobilitate tumul
tuaretur. Sed cauponãs bellũ ſocietas bene gerendæ pro Venetis & Bernaboue rei oc-
caſione ſpreta, acceptis à Genuenſi undeuiginti aureorũ milibus, cum facta ingẽti præ-
da ſeptimo die in uicecomitis agrum redijt. Per quos item dies Carolus cum nomen tri-
remibus in alterã delatus orientalẽ Genuę Riperiam facta in portu Veneris excẽſione
omnia undiq; ferro ignîq; uaſtauit. Coniuncti interea per Paleſtinæ opportunitatẽ Pa-
duanis Genuenſes maiora animis præſumere cœperũt. Vocatis nanq; quotquot ubiq;

in ſinu Adriatico Genuenſis habuit triremibus, oppugnata eſt crebro inſultu Clugia, a- B
deò defenſoribus ſiue incolis, ſiue Venetis munita, ut eius capiendæ ſpē nullā principio
Genuenſis habuerit. Capta tamē eſt multo partis utriuſq; cruore fuſo, ꝗ ſex milia utrin-
que uicti & uictoris exercitus, maiori tamen parte Clugienſes & Veneti cecidere, ma-
gnaq́; uictor Genuenſis modeſtia uſus ſeruandæ mulierum pudicitiæ curam adhibuit.
Capti uerò ex Clugienſibus ac Venetis ad nongentos quinquaginta ſunt miſſi. Quæ
cùm eſſent Venetijs nunciata, cōſternatos omniū animos pauor inuaſit, ut ſedentes ad
clauum eductos carcere captiuos è Genuēſibus faciēda pacis mētione Clugiā miſerint
oratores, nullis ut præfertur præſcriptis conditionibus, ſpretis nullis quas uictor dādas
iniungendaſq; cenſeret. Genuenſi uerò ſicut & multis alibi plerunq; contigit, ut oblata
uti neſcius occaſione pacem recuſauerit, quacunque parta uictoria opimiorem. Id cum
Venetijs maximo omnium mœrore auditum eſt, ad defenſionē animi ſunt cōuerſi, pri-
mumq́; omnium murus à portu, ad Nicolai cōfeſſoris ædem excitatus eſt, quo ſaluo Ge
nuenſes ſi littore in Methamaucum uerſo quod quærebant potiti fuiſſent, perruptione F
in urbis intima prohibebantur. Sed tum nullus erat patritius, qui claſſi neceſſario armā-
dæ tam periculoſo bello præfici pateretur, & ſi quē deſtinari animis uulgo diſſeminari
audiebatur, plebs obſtrepēs daturam ſe in expeditionem nomina negabat, adeò patres
plebemq́; non magis pauor, quàm deſperatio inuaſerat: caſu tamen & nemine certo au-
tore clamores in publica area inconditi ſunt auditi, unicum fore Piſaneum Victorē, cu-
ius ductu Veneti uincere aſſueti in hoſtem pugnaturi ſint. Eo exaudito fremitu dux ſe-
natu deducente ad infimum deſcendens palatium, Victorem carcere, in quē re ad Polā
malè geſta, fuerat coniectus, eductū manuq́; cōprehenſum bello maritimo præfecit. Ac
ciditq́; quo die Victor Piſaneus cum claſſe Venetiarū portu egredi cœpit, Bebas caput
aggeris & S. Lazari unicum fieri in Genuenſium poteſtatem, quorum claſſis Metha-
mauchum delata, uicum omnē igni ſuppoſito cremauit. Lauretumq́; ſubinde accidens,
oppido multis oppugnationibus eſt potita. His iactis captorum circa Clugiam locorū G
fundamentis Genuenſes in urbis Venetę oppugnationē conatus cogitationeſq́; uerte-
runt, triginta enim triremes ad portum urbis delatę, quum ſe à munitionibus, renitenti-
buſq́; ui militibus arceri aditu conſpexerūt, in proximū regreſſæ Mathamaucenſem in-
teriore foſſa Pupillā petiere, uicum tribus ab urbe miliaribus diſtantem, ad quē Ioannes
Barbadicus centum minimorū nauigiorum, gonzarolos, barchas, & lembos appellār,
claſſi præfectus ſeſe illis obuium dedit, pugnaq́; natura loci inæqualiore præualuit Bar-
badicus, grauiora em̄ Genuenſis nauigia triremes & barchæ nuſquā niſi alto canali po-
terant agi, quū ſuos Barbadicus gonzarolos, ſuam lemborum ſcapharumq́; turbam per
æſtum omni cāpo faceret uolitare, & fuerunt ei iam tum uſui nouum bombardæ inſtru-
mentum, quarū ſingulas quęlibet etiam ſcapha habuit, nec fuit ea in nouitate inſtrumē-
ti aliqua tam exilis, quæ nō binos & ternos unico ictu conficeret armatos, partim etiam
iuſſu eductis urbe tribus ceteis nauibus ad Marthæ ædem ſubmerſis, cathena ibi foſſam
clauſerunt pręſidijs undiq; cuſtodita, & ad S. Spiritus binis clauſa repagulis nauibus uē H
demerſis obſtructa eſt, ut poſtea ſemper ad Methamaucum ſe cōtinuerint Genuenſes.
Quo ex loco per integrum littus, quū ad urbem terreſtri conatu penetrare quærerent,
dolo prius & aſtu res intentata eſt: ſtructis nanq; in nemore quod Methamaucū & por-
tum urbis pari penè intercedit ſpatio inſidijs, præmiſſi ſunt acie ſtructa, ꝗ nouū de quo
diximus littoris murum ut effringerēt, aggredi ſimularunt: in quos equeſtris turma quū
prouolaſſet prælium fuit, quale apertis campis in cōtinenti acerrimum cōferi cōſueuit.
Sed erumpentibus magno numero ex inſidijs præualere incipiētibus Venetorū equita
tus multis acceptis illatiſq́; uulneribus intra murū ſaluus euaſit. Cōtinebat uerò ſe Piſa-
neus claſſi Venetorū maiori præfectus intra portus fauces, cathena, ut diximus, cōmu-
nitas, in hoſtē quacunq; ſiue aperto mari, ſiue intrinſeca foſſa premeret educere paratas.
Ea dum ſic aguntur, Andreas Cōtarenus dux, quod euenit futurū ratus, ut maximo ge-
rendis rebus ſua præſentia adiumento foret, petitū in totius belli ſententiā imperium à
patribus accepit. Sub quo Victor Piſaneus, & Dominicus Michael, tanquā magiſtri mi
litum rē geſſerūt, omniſq́; claſſis ſummo parata conatu quatuor & triginta triremes ha-
buit.

A buit. Et Bernabos uicecomes interea diuertẽdis à Clugieſi bello Genuẽſibus, Stellano
rum opera iterum utebãt. Hi Fauẽtino Aſtorgio Manfredo duce quatuor equitũ milia
ad ſeraphici Frãciſci ædem, quę eſt in Bſamne Genuam proximè acceſſerũt. In quos pó
ſtridie quàm aduenerat erupit populariter Genuenſis, fractiq; caſtellani & fuga palãtes
acti in eo montiũ riuorumq; anfractu penè omnes capti ſunt, & Aſtorgius agricolæ cu-
culione contectus euaſit. Pariter per id temporis Kaloiannes Græcorum Imp. debitam
ex fœdere præſtitit operam, uicina Conſtantinopoli Pera Genuenſium urbe incurſio-
nibus oppugnationibusq; agitata: ſed intentum defenſioni eius urbis Genuẽſem maxi-
mè adiuuit Andronicus Imperatoris filius patri æquè ac Veneto hoſtis, cuius adoleſcẽ-
tis Turcorum Bulgarorumq; opibus & ſocietate freti timore is Imperator fide Venetis
falſa in tãta belli difficultate Genuenſium partes ſecutus eſt. Multa interim uarijs locis
utrinq; accepta illataq; ſunt damna in hoc opere omittenda. Quæ Venetis à commeatu
laborantibus plurimum obfutura, quũ intelligeret Franciſcus Carrarius, Genuenſes ſe-
B dulo hortatus fuiſſe dicitur, ut Clugię cura cuſtodiæ ſibi demandata naues quotquot o-
mnis generis ierant, eductas auertẽdo Venetijs commeatu, Iaderam inter & Anconem
diſpartirẽtur, alioquin fore affirmans, ut audacior redditus à deſperatione Venetus eos
omnes Clugiæ clauſos opprimat. Et dum claſſem dux Venetus in urbe parat, uel potius
gerẽdæ rei tempus accommodũ expectat, Carolus Zenus à Genuẽſi Riperia in Aegeũ
delatus mare, ditiſſimæ Genuenſium naui inſidiatus, quam ab Alexandria ſenſerat ad-
uenturã: uector eius erat Genuenſis, cognomine Bachignonus, qui nauis magnitudini
trecentis communitæ armatis fiſus, per medios nauigare hoſtes auſus eſt, ante portum
Cretenſem ancoras iecit. Sed affuit illico qui cum triremibus quindecim inſequebatur
Zenus, & nauem cepit diutiſſimè oppugnatam, cuius mercimoniorũ ualore trecento-
rum fermè miliũ aureorum res Veneta maximè recreata eſt. Acciditq; felicem eam nun
ciationem primũ Venetias afferri ab Anconitanis quatuor in triremi captis apud Brõ-
dulum, quas ſpecies Alexandrinas Patauium importabant, miſſuſq; eſt à Venetis, qui
C ducis & ſenatus urbis Zenum in patriam reuocaret. At Florẽtini quorum narratio ge-
ſtorũ ſuperius nos tãto opere fatigauit per primos ſchiſmatis eccleſiæ annos, in quibus
bellum quoq; à Venetis Genuenſibuſq; geri cœptũ eſt, proprijs inter ſe laborauere diſ-
ſidijs, quouſq; Vrbano ſexto, cuius partes in diuiſione eccleſiæ ſequebantur, ſublato in-
terdicto recõciliati ſunt. Vrbano enim omnes Italici præter Ioannam reginam Neapo-
litanam, comitemq; Fundorũ, & Franciſcũ de Vico Viterbium occupantẽ, natio quoq;
Germanica, regna Portugalliæ & Angliæ, Gebẽnenſi antipapæ, oẽs Galli, Hiſpanię ci-
terior & ulterior paruere. Itaq; Vrbanus pont. Ioannæ auidus domandæ cupientiſſimũ
in eam Vngariæ regem impulit, ut Andreaſij fratris mortem uel ſe adiutore ulciſcere-
tur. Quod facinus cùm rex aggredi conſtituiſſet, Carolo filio in Taruicinis aduerſus Ve
netos bellum gerenti iuſſit, ut ab eo diſcedens bello, nouum in Ioannã pergeret inten-
tare, Caroluſq; per ſimulationem componẽdæ Genuenſiũ pacis uocatos ad ſe Veneto-
rum oratores, quid animo moliretur edocuit, & nulla pacis mentione uerbo uel ſcripto
D facta, ipſe cum pacis iter ingreſſus eſt tanta celeritate, ut tumidior fortè tunc Plauis flu-
uius ad octoginta eius comites in uortices rapuerit. Ianottum uerò Salernitanũ ſui exer
citus ducem, cum his quæ in Taruiſinis erãt copijs omnibus ad partes Hetruriæ eo cõ-
ſilio iuſſit properare, ut præda interim dum ipſe rediret, ditaretur. Et Veneti occaſione
oblata uſi, Albricum Cunij comitẽ ſuarum in Taruiſinis copiarũ ducẽ dimiſerunt. Qui
altero Venetis militante Ferabach quodã Germano cum equitibus quadringẽtis ſecũ
ducto Barbianum in Romãdiolam acceſſit. Et Ianottus utrunq; ducẽ uerbis & pecunia
Caroli in ſocietatem cùm recepiſſet, uia Ariminenſi trãſmiſſo Apennino, nõ prius q̃ in
Senenſi agro de itinere quieuit. Habuerãt interea Florẽtini omnes dicti exercitus etiã
diurnos progreſſus exploratos, in eam adducti diligentiã ſolicitudinemq;, q multos ex
ſuis extorribus in ea caſtra intellexerãt conueniſſe. Hincq; Ioannam Haucut ab ultimo
põt. Gregorij tẽpore parua in Bagnacauallo pecunia ſubſtẽtatũ addito maiore ſtipẽdio
in Hetruriã accerſiuerãt. Qui eqtes ad quatuor milia pedites penè totidẽ ſecũ traxerat.
Sed ad rem Venetã, Caroli Zeni aduentu in Hiſtriam renunciato mota eſt in Clugiam

expeditio Kalend.Ianuarij duodecimo. Primiq́ omnium Piſaneus, Tadeus, Iuſtinianus E
cum triremibus quatuordecim nocte cōcubia ſilentio accedentes ceteas ingentes duas
remulco attraxere, qui nullis ad Clugiæ portū cuſtodibus inuentis ingreſſi ſunt, priuſq́
quàm è Clugia quiſquam contenderet repugnare, cetearum una ad continētem appul-
ſa, alteram egerunt tranſuerſam, ut duabus his tanquam ualuis clauſo portu Genuenſe
nauigium exitu arceretur. Erupit tamen ilico Genuenſium uix maxima armatorū ignē
facibus furentium, & cùm ad diluculum ſubobſcurum iam fatiſcens armis, hincinde nō
nulli rem gererent, tum Genuenſis multitudo nauibus cremandis, Veneta perforandis
mergendiſq́ intentior fuit, ornatioreq́ nauium parte cōtignatione ſuprema ſupereminente
tota ardente, ac omnino igni abſumpta nauium corpora ſubſiderūt. Aderat cum
claſſe tota dux Cōtarenus, qui quernis palis lōgiſſimis in altum machinationibus actis
naues circumſepſit, eaq́ ſepta portum arctiore obſtaculo claudebāt. Tertium iam diem
Venetus iactis ad Clugiæ portum repagulis ſolidè confirmādis intentior, crebra die no
ctuq́ commiſerat in hoſtem prælia, in quibus ciciderant utrinq́ multi, plurimi fuerant F
uulnerati, quū maiore ſolito Genuenſis impetu, maiore militū numero, in Clugiam de-
latus eſt nouam, præſidium ut oſtentabat, demoliri aggreſſurus, quod Veneti clauſuris,
Lupā uocant, munitiſſimū imponebant, per quā ſimulationē Genuenſes oculos inten-
tionemq́ Venetorū auerſum iri quærebāt, ne triremes cernerēt ſuas, quas alia circūdu-
ctas uia per Brondulenſem portum tertio à Clugia miliario educere moliebant. Dieſq́
ea erat natalis domini uigilia celebris. Intellexit tamē dolum dux Venetus, & Piſaneus
cum triremibus aliquot accedēs, Fredericoq́ Cornario cōiunctus eſt, qui Brōdulenſis
portus cuſtodiæ & ſtationi præerat: unde Genuēſis eruptione & fuga prohibitus eſt, tri
remes nanq́ ſuas Genuenſes arctiore canali & uix minora tolerante nauigia machina-
mentis trahere cogebātur. Monaſterium erat S. Michaelis portui proximum Brondu-
lenſi, paucorum capax monachorū, quod Genuenſis dux exercitus Petrus Aurius plā-
cato & aggere circūducto cōmuniuit, ex eo hoſti tam diu repugnare conatus, quouſq́
triremes eò attractas educendi præſtaretur occaſio. Et in ea Genuenſiū caſtra per Athe G
ſim fluuium, qua in Adriaticum labens, portum efficit Brondulenſem, Patauinis pate-
bat acceſſus data enixè opera conantibus ne hoſtis Venetorum à commeatu laboraret.
Nec poterat eos ſicut ſuperiore ad Methamaucū loco fecerat Ioannes Barbadicus, cum
ſuis centum ſcaphis & lembis per paludes ſtagnaq́ uolitans prohibere. Dumq́ ea ge-
runtur, poſtridie natalem domini Carolus Zenus ab Hiſtria Venetias delatus in maio-
ra ad Clugiam caſtra uenit. Quo narrante dux ſenatuſq́ primum plenè didicit, quanta
is præſtans præfectus præclarè in hoſtes geſſerat. Submerſa de hoſtibus ſeptuaginta
uarij generis nauigia, captos in Barchignona, præter remiges & armatos, mercatores è
Genua trecentos, & relatas in urbem merces ualoris trecentorū milium aureorum. Ere
cti animis Zeni aduentu Veneti, eum ad Brondulenſia caſtra cum triremibus quatuor-
decim, quas adduxerat properare iuſſerunt. Quo ſimul cum Piſaneo curante præſidia
quatuor ad portum excitata, & cetea ſicut in Clugienſi, demerſa eſt, quæ & quernis pa-
lis in altum depreſſis circumſepta eſt, ſpatio in ſiniſtro portus latere oriētem uerius ſolē H
relicto, per quod triremi pateret acceſſus: immiſſæ enim eò triremes quatuor, ad Laure-
tumq́ delatæ oppidum triduo oppugnatum ui ceperunt, quo oppido in poteſtatem fa-
cto, & addita ſtatione firmato peropportunum Genuenſi in Ferrarienſes effugium eſt
ademptum. Ea ad Blondulum attentius dum geruntur, Genuenſes maiora ad Clugiam
caſtra perrumpere ac diſſipare aggreſſi ſunt, impetu enim conatu maximo in præſidiū
ad Lupā facto, terra ibi & lembis ſcaphis, ratibuſq́ ad merſas naues incubuere: ſed cun-
ctis apud ducem ſenatumq́ Venetum nihil tale opinātibus, ideoq́ nimium negligēti-
bus peropportunè Zenus affuit, qui maiora in concilio belli negocia cum ſedētibus ad
reipublicæ clauum acturus, triremem ad præſidium eo momento per ipſam appulit Lu
pam, quo Genuenſes illud furore & audacia impetierūt. Nec mora, Zenus ſuos omnes
etiam remiges in littus iubens hoſti cōgreditur, furentē reprimit, & hinc accuratiſſimo
ordine Venetorum multitudini ductorem ex ſuis non deeſſe, inde pleno ſpei & conce-
ptæ uictoriæ Genuenſi nō defore qui reſiſtat oſtēdit. Geſta eſt res multis utrinq́ uulne-
ribus,

A ribus, multis cædibus. Sed euicit numero & iaculorũ bõbardarumꝗ in propugnaculis
diſpoſitorum opportunitate ſuperior Veneta multitudo, Genuẽſiſꝗ poſthac erumpẽdi
eo portu ſpem omnino abiecit. Conatos poſtea canali ad Blaſij martyris ædẽ ducẽte, &
falſis cuſtodibus Brõdulẽſi portu perrumpere, Piſaneus ferro illatiſꝗ uulneribus repu-
lit. Adducto in eam rerum difficultatẽ Genuenſi Frãciſcus Carrarius nullo deerat loco,
qui præter commeatus copiam utriſque caſtris abunde ſubminiſtratam, præter tyrones
foſſoreſꝗ datus, quadringentos quoꝗ lectiſſimos milites armis egregie munitos, pro-
uiſionatos tunc appellabãt, Clugiam immiſit. Ecõtraꝗ Veneti duobus uirorum milibus
equeſtria facere ſtipẽdia aſſuetis, ꝗbus ſingulis alter adeſſet uirtute par, & quatuor item
milibus ex ſuis extra naues pugnare ſolitis, Carolũ Zenum pręfecerũt, ut una eademꝗ
præfectura & triremes ſuas quatuordecim, & hos octo milia ductitaret. Eo ornatus in-
iuncto munere Zenus præſidium Brõdulenſi monaſterio à Genuẽſibus impoſitũ per-
tentare ſtatuit, nulla ut cõſtat potiundi ſpe, ſed manum cum hoſte conſerendi auiditate.
B Proditꝗ in certamen audax & ipſe Petrus Auria Genuenſis exercitus Imperator, gere-
baturꝗ ad ipſum Bronduli portum utrinꝗ mari & terra prælium, uel ea ratione ſola di-
ſpar, ꝙ Zeno quatuordecim, Auriæ decem triremes erant: idꝗ nauale inchoatum, quia
canalis hoſtium qua deſinit in portum, unica utrinꝗ triremi uſus erat, intermiſerunt, &
terra totis uirib. eſt cõcurſum, pręualuiſſetꝗ Venetus niſi à Clugia nauibus, & terra Ge-
nuenſi ſuppetiæ aduenissent. Quod cùm intellexit Piſaneus, & ipſe in prælium nauigio
aduolãs ad triremes Auriæ eſt delatus: ſub cuius aduẽtum Petrus Auria, dum Zeno re-
pugnat, bombarda ictus interijt. Eiuſꝗ caſu cõſternati animi Genuenſes igne triremes
ſuas decem circumquaꝗ ſubiecto cremare cœperunt, quibus iam ardẽtibus excepti in
terram, qui conſecerãt milites, prælium & ipſi cum terreſtribus copijs inierũt. Quin etiã
relicta à Petro Auria, dum præliũ inchoauit, monaſterij caſtello præſidia illo derelicto
ad ſuum exercitum confugerũt. Exinde Genuenſium exercitus omnis pedem in paruã
Clugiam referre cœpit. Vrgebat autẽ impiger Zenus, Piſaneuſꝗ Genuẽſium triremes,
C quas cupiuerat cõſeruare: arſiſſe uidens, turmis in littus expoſitis, Zeni copijs ſe cõiun-
xit, ut Genuenſem Venetumꝗ ſcriptores, quos attente obſeruo, uideam pariter affirma-
re, ad tredecim milia Genuẽſes, Venetos tria milia plures eo prælio decertaſſe. Nouã ue-
teri Clugiæ pons iungebat ex materia longiuſculus, ad quẽ prælij uis maxima hæſit, &
dum Genuenſiũ reſiſtere nequeuntiũ fuga per eum committitur tumultuoſior, qui po-
ſtremi erant hoſti repugnare cõpulſi, ferociores à deſperatione ſunt redditi, adeò ut uul-
neribus cædibuſꝗ haudquaquã paucioribus ꝙ inferret, acceptis Venetus urgere deſie-
rit. Et interea cùm pellẽtes ſeſe inuicem Genuenſes ponte multos deijcerent, deijceren-
turꝗ, tum plurimi natando, & pars illos amplexãdo euadere confiſi, in canale ruentes,
aut mergebantur, aut à munitioris Barbadici claſſis, qui aduolarãt militibus cædeban-
tur, quin tãta Genuẽſis calamitas caſu pontis pondus ferre nequeuntis accumulata eſt.
Qua in ruina Thomas Goanus pręſtãs Genuẽſis occubuit, intercepti ſunt eius diei pre-
lio Genuenſes ad ſexcentos: cum pene totidẽ Petrus Auria cædis ſocios habuerit, Bar-
D badicuſꝗ interea cum Cẽterea claſſe ſua repertas in foſſa uinearum appellata triremes
Genuenſiũ quinꝗ & in eis milites ad octoginta, qui cæteros uiſo hoſte fuga prolapſos
ſequi neſcierãt, integras cepit. Quo in tanto uictoriæ curſu aliud quoꝗ Veneto cõmo-
dum, quo maiori multo Genuenſi fuit incommodo acceſſit. Ignarus enim eorũ quæ die
illa fiebant, Patauinus onerarijs nouem nauibus commeatũ omnifariam Genuenſibus
in utraꝗ caſtra mittebat, quas à longe cõſpectas Barbadicus claſſe aduolãs ad Veneto-
rum caſtra perduxit. Vere interim nouo ad Februarij exitũ inchoãte eruptiones uariæ
à Genuenſibus intẽtatæ, debiles Clugia & ſexu ætateꝗ defenſioni milites ut augeſcẽti
in dies cariſtiæ ſuccurrerent emiſſi, quorũ intercepta pars maxima in urbẽ redire com-
pulſa eſt. Sed & ſimili ac propè maiori, qua urbs Veneta premebatur, indigẽtiæ conſul-
turi magiſtratus, Tadeum Iuſtinianum cum triremibus ſex, ut expediret annonam ab
Apulia comportandã, nauigare iuſſerũt. Et Genuenſes paulo prius audito Petri Auriæ
caſu, Mattheum Maruſum nouem præfectum triremibus emiſerãt Clugiam uerſus ſuis
præſidio acceſſurum, qui medio iam Aprili Iuſtiniano apud Manfrodoniã obuius eum
prælio ſuperauit, cepitꝗ. Quod uerò res geſta in portu eſt Spontino, ducentis ex claſſe
Veneta

Veneta cum Tadeo in Genuenſis poteſtatẽ factis,cæteri in cõtinentem profugi euaſe- E
runt,Maruſuſq; Venetas triremes, & multas quæ ad Tadeum conuenerãt mercatorum
onerarias incendit.Careſtia interim ac prope fames Venetos & in urbe & in caſtris,pa-
riter Genuẽſes in Clugia malè habebat, niſi furto & magno manifeſtoq; periculo aliqd
Clugiam à Patauio importari. Per quod tempus accedens Genuam miſſus ab Vrbano
pont.Romano,Agapitus de Columna cardinalis,Genuenſibus fruſtra de pace tentatis
Romam rediјt. Et Maruſus Iaderam delatus multis triremibus,& omnigenum nauigiјs
Genuenſium undiq; cõtractis cum ingenti claſſe ad Clugiæ littora uſq; ad Venetorum
caſtris interiacẽtia ſe cõtulit,& quũ nihil moueri cerneret,ad Foſſiones eſt delatus.Ve-
neti uerò uериti ne dum Clugiã obſtinatius obſidẽt, incommodũ in patria à nouo hoſte
Maruſo incurrãt,portum urbis addita denſiſſimi muri turre quę extat decreuerũt com-
munire,ductuſq; eſt in ſtationem nouus in eo littore equitatus, cui Iacobus præfuit Ca-
ballus nobilis Veronẽſis,turriq; ſeptimo die inchoata , Maruſus cũ triremibus uiginti-
duabus ad ipſa portus hoſtia nonis Iuniј ſe contulit,ubi horas ad octo in præliũ paratus F
cõſtitit,& quũ nihil aut ipſe auderet intentare,aut ab hoſtibus moueri cerneret,Metha-
maucũ,&inde ad Piceni oram adnauigauit,naues intercepturus onerarias,quę annonã
importaturæ non minus auidè ꝗ neceſſario à Venetis expectabantur. Subſecutæ uerò
ſunt Venetorũ triremes quinq; & uiginti, quæ Maruſo nuſquam inuento cum annona
incolumes redierũt. Earumq; aduentu erecta eſt mirum in modũ ac recreata res Vene-
ta,per quos dies Iunio iam medio, Franciſcus Carrarius ut Venetos à rebus Clugiæ di-
uerteret,caſtra ad Taruiſiũ eſt metatus,& ne Veneti uia faciliore ſubuenirẽt,Silũ amnẽ
clauſura ſepſit,excitatis undiq; præſidiјs cõmunita.Quæ dum ad Silum aguntur,& Ve-
neti immiſſis lembis,barchiſq; conatus hoſtiles magis intelligere,ꝗ propulſare quærũt,
Genuenſes Clugiam captiuis, & mulieribus penè ducentis exonerauerunt. Quibus ad
ducem Venetum perductis,compertum eſt fame Genuenſes clauſos parum diu tolera
bili laborare.Et Carrarius & ſi aliena inuaſerat,ꝓpriјs timere incipiẽs Plebẽſacci oppi- G
dum Patauini agri in ſtagna uergẽtis arce cœpit ualidiſſima cõmunire. Auctus interim
à Genua triremibus ſeptẽ Maruſus claſſem unius de triginta triremiũ ad ueteris nouęq;
Clugiæ littus duxit,nil magis ſperãs expectanſq;, ꝗ ut Venetis ex alteris ſiue utriſq; ca-
ſtris in prælium prodeuntibus clauſi erumperent , Veneti interea ex Lupenſi præſidio
bombardas in illos &pariter in clauſos eruptionẽ,ut apparebat molientes iaciebãt,nec
aliter ut mouerẽt adduci poterãt. Tum Maruſus clauſis ſignificare,&illi ecõtra ſigno ſi-
mili reſpondere,quod cõmuni utrinq; conſilio agendum ducerent.Erat eñ in turri Clu
giæ cãpanaria uelum maiori antenna in ſublime, ſicut in nauigio ſubſtentatũ, quod ua-
riјs interdiu modis extenſum cõtractúmue quũ teneretur,unico item de prætoria trire-
mi uelo Maruſus ſignis paribus reſpõdebat:quæ quum cernerent Veneti maiorem ad-
ducti in ſuſpicionem , accuratiores & in omnẽ euentum paratiores reddebantur. Tan-
dem quid utrinq; Genuenſes molirentur apparuit. Ad centum clauſi barchas lemboſq;
maiuſculos ad Pareſchermi magnitudinẽ abiete Clugienſium domibus detracta fabri- H
cauerant,in quibus ſi eſſet à Venetis in Maruſum prælio cõcurſum, erumpere intende-
bant:triremes eñ paucas habebãt ſaluas, & eas per repagula difficilius fuiſſet educere,
quod ita totiens uiciſſim ſignificatũ erat,Maruſus immiſſa in Lupæ pręſidiũ triremi ca-
ſtellis circumquaq; munita ipſe cum reliquis claſſe in prælium ruit,in quem dum omnis
conuerſus eſt Venetorum exercitus, clauſi in barchis nauigantes cõtra clauſurã merſis
nauibus ceteis additam conuolãt,ſerriſq; trabes quernas clauſuræ,ut ſecent rapidè adni
tunт.Sed bõbardæ ex caſtello Lupę,hinc Maruſum inde ſecãtes clauſos crebris ictibus
conficiebãt. Maruſo itaq; cui cum ſolis bõbardis erat certamen ſenſim recedẽte,facilli-
mũ fuit ſeptuaginta barchis à duce Veneto in clauſos immiſſis eos facto impetu frãgere
& fugare,quorũ ad ſexaginta lẽbos interceperũt,præterq; captos interfecti ſunt eo præ-
lio Genuẽſes multi,& qui ſuperfuerũt animis cõſternatis,adeò ut Maruſi claſſe nõdum
ab oculis inſpicientiũ euaneſcẽte,de faciẽda æquis cõditionibus deditione clauſi in cõ-
cilio egerint.Sed immiſſis oratoribus dux ſenatuſq; eodẽ ſemp tenore reſpõdit,deditio
An.ſal. ne ſe,ſi fieret,nullis fœderibus,nullis pręſcriptis cõditionibus accepturos.Quæ Kal.Iu-
M.ccclxxx. niј decimo anni ſalutis octogeſimi terdecies cẽteni & facta eſt & nullo fœdere accepta.

Venerunt

A Venerunt in Venetorũ poteſtatem ea deditione quadrageſies quater cẽteni & quadra-
ginta, quorum duodeſeptuaginta fuerũt Patauini. Abituri ab expeditione Andreas Cõ
tarenus dux, & qui cum eo erant ſenatores, Victori Piſano in ſupremũ belli ductorem
declarato curam rerum demandarũt, Bucintorumq; nauem prætoriam ad Lupam con-
ſcendens, dux per triumphi ſpeciem in urbem rediturus captiuos omnes in Venetũ car
cerem præmiſit, prodijtq; obuiam ornatioribus ſcaphis, & Ganzarolis ordo omnis &
ætas ea lætitia & exultatione, quã præ ſe decuit ferre eos, qui ſe à tanta calamitate, à tan-
tis periculis emerſiſſe uidebãt. Triremes unamdeuiginti Clugiæ repertas habuit in prę-
dæ partẽ reſpublica. Clugienſibus ſua, quæ domi recognouerũt, reddita, militibus mer-
cennarijs cætera diripere permiſſum eſt. Nec tamẽ propterea quieuerũt Genuenſes, ſed
coactæ in ſinu Tergeſtino triremes eorũ duædequadraginta, Tergeſtinos Venetis re-
bellare coegerũt, qua ciuitate Genuẽſi recuſante ſubijci, Aquileienſis patriarcha poti-
tus eſt. Pauloq; poſt Iuſtinopolim, quod oppidum caput Hiſtriæ appellãt, aggreſſa Ge-
B nuenſiũ claſſis ui captũ diripuerũt incenderũtq;, cuius arx Venetis manſit ſalua. Exinde
aucta in duas dequinquaginta triremes claſſis nonis Iunij ad Venetum portum ſe con-
tulit, quæ littus æquè ac portum armatis machinis completũ cernẽs in Hiſtriam reuer-
ſa, Polam urbem ui captam ſpoliatamq; incendit: cui econtra apud Parentium contigit,
ut dum eam oppugnat urbem, multis acceptis uulneribus ſit repulſa. Piſaneus interea
cum Veneta claſſe turrium Bebis expugnatione exceptis Piranũ adnauigauit. Et Iuſti-
nopoli per arcem recepta præſidioq; cõmunita, in Apuliam trãſmiſit. Per quod tempus
Genuenſes Arbenſi oppido poſt uarias oppugnationes ciuium deditione recepto, Si-
gniam delati & ui ceperũt, & incẽdio abſumpſerũt. Dum in Spõtino portu apud Man-
fredoniam Piſaneus decẽ Genuẽſium triremes per legatum perſequitur, ignauaq; eius
ut opinatus eſt opera nõ potitur, ab iracundia ſicut exiſtimatũ eſt, in languorem incidit.
Et præter omnium opinionem ad Auguſti mẽſis dimidium obijt, cuius Venetias delati
funus ſolenni apparatu publico celebratum eſt, Zenuſq; Carolus ei ſuffectus, eadẽ quã
C delatus fuerat triremi ad claſſem accipiẽdam nauigauit. Continuauerat uerò obſidionẽ
Taruiſij Carrarius, qua ciuitate à commeatu laborante quũ potiri ſperat, Veneti à clau-
ſis admoniti, ſcaphis lembiſq; Silum complent armato milite, æqua portione commea-
tuq; onuſtis, adnauigatũq; eſt aduerſo amne tãta celeritate, ut prius ad clauſtra à Carra-
rio impoſita, ꝗ ille terreſtri urgens obſidione ſenſerit, ſit peruentũ. Pugna tamen acris à
præſidiorum cuſtodibus adhibitiſq; in ſtationem quotidianam militibus eſt commiſſa.
Sed pręualuit bombardarũ, iaculorumq; ſcorpionibus immiſſorum multitudine iuuen-
tus Veneta, & reiectis diſſipatiſq; ui repagulis in urbem nauigio ui penetratũ eſt: repel-
lendoq; terreſtri Carrarienſis exercitu copias cum magno cõtrahere impendio Veneti
quęrerent, Iacobus Caballus Veronenſis à littorea ſtatione Meſtrum ire eſt iuſſus, hiſq;
planè iuſtum in exercitũ cõtractis, Britones magna eius pars perfidia uſi, ad Carrarium
tranſierũt, quorum acceſſione factum eſt, ut Caſtrofranco de Taruiſinis diu obſidione
preſſo Carrarius ſit potitus. Hyemis interim aduẽtu terra & mari ubiq; præterquam ad
D obſeſſum Taruiſinũ eſt quietum. Vixq; dum appetierat uer, quũ tãtis fretus copijs Car-
rarius Nauale oppidũ in Taruiſinis opulentũ deditione ciuium fame laborãtium cepit.
Eamq; ob rẽ Veneti, quã amiſſuros ſe intelligebãt Taruiſinã urbẽ, miſſo ex ſenatu Pan-
taleone Barbo, ducibus Auſtriæ, quorũ pridẽ fuerat, permiſerũt. Idq; Carrarius quũ au-
diſſet, dolens mœſtuſq; obſidionẽ ſoluit. Carolus Zenus interea cum triremibus ſexde-
cim ad Piceni & Apuliæ oram delatus, onerarias annonã mercimoniaq; in patriã defe-
rentes ſaluas redire curauerat. Inde in Genuẽſes ducẽs ad portũ Veneris ſubſtitit, haud-
quaquã diu moratus, quòd Iſnardus Guarcus ducis Genuæ frater germanus cum trire-
mibus una & uiginti à ſinu Adriatico, quẽ aliquãdiu perluſtrauerat, in eandẽ Riperiam
eſt reuerſus. Agebanturq; iam eo bello omnia negligẽtius, utriſq; quod cupiebãt ſperã-
tibus, ducẽ Sabaudiæ per dies ſingulos pacem quã diu quæſiuerat concluſurum, prout
tandẽ uiceſimaquarta Auguſti, anno ſalutis primo octogeſimo terdecies cẽteno in hãc
maximè formã concluſit rex Vngariæ, neminẽ piratam ſuis in Dalmatiæ locis tutũ eſſe
ꝑmitteret, neq; ſal fieri ſineret. Venetus ſingulo quoquo decẽnij anno ſeptẽ milia aure-
os ꝑſolueret, patriarchæ Aquileiẽſi eadẽ maneret, quæ ante bellũ eſſe cõſueuerat pacis
amicitiæq;

amicitięq́ cōditio. Genuēſis, Venetuſq́ ablatas undiq́ & direptas res, quę loco moueri E
poſſent, retineret, captoſq́ ante oīa liberaret. Nihil uerò magis in ſuſpicionē Genuēſi
uertebat, q̄ ne cęteris maximo Veneti incōmodo ſeruatis dimittēda Tenedo inſula bel-
li cauſa fraudem cōmitterent. Quamobrē orati Florentini ducentis milibus utrinq́ ua-
dati ſunt, ſecundumq́ id uadimonium dux Sabaudiæ caſtellū inſulæ Tenedi exciden-
dum ea cōditione pronunciauit, ut à neutra partium ullo unquā tempore ędificari lice-
ret. Patauinas arces turréſue ad fluuiorū oſtia, ſtagnorumq́ in agrum Patauinum exitus
excitatas demoliretur, & finium utriuſq́ Patauini & Veneti dominiorū terminos miſſi
à Sabaudienſi ad arbitrium regerent, partibuſq́ pręfigerent, ſeruata à cupientiſſimis, &
planè feſſis omnibus pacta, præter unū caſtelli Tenedon, quod Zanatus Mudacius no
bilis Venetus ſuſpicione iniecta, ne dirutū Græci reædificarēt, iuſſu ducis, ſenatuſq́ ſui,
ut redderet principio adduci nō potuit. Bernabouem uicecomitē pace excluſum fuiſſe
Genuenſium monumenta habēt, quod à Veneto ſcriptore omiſſum fuiſſe miratus ſum.
Dum ea tāto in bello tam optataq́ cōſtituenda pace gerunt, Senenſes & Piſani Ianno- F
tum Salernitanū regis Vngari, & Caroli eius nepotis copiarum ducem ad prædandum
in ſe miſſum data pecunia auerterāt, Florentiniq́ eorū exemplo pecunia, & ipſi quæſiue
rant liberari, quā niſi reductis exulibus Iannottus accipere recuſabat. Quę dum protra-
hitur cōtentio, & agrum prementes Florentinū Iannotti copias Ioannes Haucut repel-
lere enititur, rediit ex Vngaria in Italiam Carolus, octo milia equites Vngaros ſecū tra-
hens. Iſq́ ſuorū ueſtigia Ariminenſi uia ſecutus in Arretinos peruenit. Quam ciuitatem
ciuili agitatā Guelforum Gibellinorumq́ factione deditā accepit. Moxq́ ad Iannottū
Albricum & Ferabach delatus, apertū Florētinis uia Senenſi bellum intulit, quod Ioā-
nes Haucut copiis à Florētino tumultuariis, equitatuq́ à Bononienſi miſſos adiutus, ex
Stagia repellebat. Meliore tamē uſi cōſilio Florētini, quadraginta millibus auri datis pa
cem à Carolo impetrauerūt, qui Romam & Vrbanum pont. quarto qu àm is creatus e-
rat anno cum eo exercitu maximo eſt delatus. Eodemq́ anno ſalutis primo octogeſi-
Anno ſalutis M.ccclxxxi. mo, terdecieſq́ centeno regnum ingreſſus eſt Neapolitanū. Et Ioannes Haucut Bagna G
cauallum oppidū, Nicolao & Alberto Eſtenſibus uendidit. Qui marchiones emptā pa
riter ab eo Fauentiam amiſerāt. Aſtorgius nanq́ Māfredus eam furto & ciuium prodi-
tiōe ingreſſus obtinuit: fuit uerò mirabilis Caroli regis uictorię curſus, qui ſuperato diſ-
ſipatoq́ uariis pręliis Ioannæ reginæ exercitu, Neapoli ciuium deditione potitus, illā in
Caſtonouo obſedit, moxq́ regnū exoneraturus tanta receptū celeritate, Albricū Cunii
comitem primo, & paulopoſt Ferabach Germanum ea ratione dimiſit, ut pręda copias
ſicut aliàs ingenio & uiribus uſus cōſeruare ſtuderet, agebatq́ Albricus in Tudertinorū
finibus, quū eſt renūciatum Aretinos furore debacchatos, datum à Carolo rege præſi-
dem, ad arcem profugum obſidere: reliquerat eñ Carolus principio in regnū ducturus,
Aretii præſidem epiſcopū Virdimenſem, qui uir Gallicus ciuiles exoſus Italiæ diuiſio-
nes, Guelfos uoluerat Gibellinis in patria pares degere, & utraq́ pars ſeorſum delatio-
nibus factis à Carolo impetrauerat, ſucceſſorē illi Italicū dari, quē Carolus immiſerat ea
rum diuiſionū à Guelfo & Gibellino nomine omnino ignarū Iacobum Carazolā Nea- H
politanum. Iſq́ uir dum ueſtigia ſecutus Virdimenſis epiſcopi ciuitatē iuſtitia & æqui-
tate concordē ſtudet retinere, concita in furorem plebs Guelfa nobilitatem Gibellinā,
ut eiiceret intentauit. Sed profugi in arcem cum præſide nobiles arma & ipſi parabant,
quum agere in Tudertinis Albricum Carazola certior factus, illum perproperè acçer-
ſiuit, qui Aretium ingreſſus, copias in cōceſſam à præſide Guelforum direptionē dimi-
ſit. Sed quod ſæpe aliàs cōtigiſſe cōſtat, inchoata ordine interdiu in ſontes direptio, no-
ctu uniuerſalis utriuſq́ factionis & ſectæ omnium ſecuta eſt, à cædibus tamen & uiolē-
tia mulierum, quod ſolum potuit Albricus temperatum eſt. Secutus fuerat lentiore gra
du Albricum Ferabach pabuli & cōmeatuum indigētiæ cōſulturus, quod facturi exer-
citus eodem coniuncti itinere uidebantur. Quamprimum tamen quid Albrico conti-
gerat intellexit, deuorato itinere, quod Albrici copiis fuerat reliquum in Aretio abraſit.
Quumq́ parum eſſet quod Aretii inuenerant Ferabach cōmilitones, in agrum Floren-
tinum ex improuiſo delati, prædā inde nō exiguā prius q̄ à Ioanne Haucut pelli potue-
rint, abegere: Carolo interim regnum ut cōponeret, & Vrbano pontifice, eccleſiam ut
reforma-

A reformaret,adnitentibus,turbo in Italiã nouus maximusq; incubuit. Ludouicus eñ An
degauenſis à Francorum rege & Clemente antipapa impulſus adiutusq; in Italiã ſe con-
tulit,non magis ut Ioannã,ſicut dicebat,liberaret,Carolumq; repelleret, ꝙ ut Vrbano ꝑ
arma eiecto pontificatus Clementi aſſignaret̃ Romæ & in Italia uniuerſalis,ingreſſusq;
per Taurinos Andegauenſis,triginta trahens equitũ millia in agro Bononienſi de cõti-
nuato itinere ꝓximum ſubſtitit,Carolus interea Albrico Ferabachq; Aretium nobilita-
ti dimittere iuſſis,in regnumq; reuocatis, ea parabat quæ tanti aduentãtis exercitus adſi
ſtentiæ duceret neceſſaria. Venientem interim per Marſos Andegauenſem Ioannæ fau
tores Caſſinenſi ſaltu introduxere,& Florentini ab Vrbano pontifice rogati,Ioannẽ Au
cuch in pecuniarum pro abſolutione ꝓmiſſarum cõpenſatione ad Carolũ tranſmiſerũt.
Genuenſes interea caſtellum Tenedon Sabaudiẽſi nõ eſſe redditum adeo ægre tulerãt,
ut de bello in Venetos reſumẽdo ſępius agitauerint.Intentata tñ prius mitior uia. Et Flo
rentini oẽs quotquot Genuæ & in eius dominijs inuenti ſunt,cum mercimonijs ſunt de
tenti,uadimonio,qđ pro Venetis promiſerant ſatisfacturi:ſed Veneti Zacharia Conta
B reno,Michaele Mauroceno,& Ioanni Gradonico oratoribus Genuã miſſis,qđ ſæpe e-
piſtolis diſſeruerant Genuenſes corã edoceri fecerunt Zanatum, qui imprudentia, non
perfidia,aut priuata,aut publica erraret,mandatis pariturum,quod & fecit.Nuncij enim
Sabaudienſis redditum nobile oppidũ demoliti ſunt.Et Florẽtinus incõmodo,Genuen
ſis ſuſpicione,Venetis inquietatione deſerta præſtanti inſula ſunt leuati. Secundũ iã an-
num Ludouicus Andegauenſis in Italia agebat,quum alia Gallorum manus duodecim
millia equites duce Andegauio à Francorũ rege immiſſa illi auxilio aduenit,quæ quum
Placentiæ pauliſper ſubſtitiſſet,Apenninum tranſgreſſa per Lucenſem,Florẽtinũ & Se
nenſes agros in Aretinum delara eſt. Variauerat aũt poſt Albrici profectionẽ in Aretio
uictoria,nec ſatis adhuc integra ſolidaq; factionũ alicui quies ceſſerat, quũ introductus
à Guelfis Andegauius reſiſtentium intus extraq; Gibellinorũ faſtidio urbem tertio poſt
Albrici cladem anno diripuit. Sed tenebat̃ Guelforum præſidio arx illius munitiſſima,
quæ diebus quadraginta probe defenſata eſt,breui tñ,ut cõſtabat,in Gallorum poteſta-
C tem futura,quũ Florentinos Andegauenſis regno,ut apparebat potituri hoſtis ſui mors
conſolata eſt:quæ item fecit,ut Aretio potirentur. Andegauius eñ illius morte intelle-
cta,Aretinis in arce obſeſſis hortantibus eam urbem illis uendidit, in Galliasq;,quà ad-
uenerat eſt reuerſus,Ludouici Andegauenſis defuncti copias, q̃ caſus diſſipauerint nul
lus tradit ſcriptor.Sed maiores referre audiuimus binos raro,plures nunquã fuiſſe uiſos,
quum per Romandiolã tranſeuntes in Galliã ſoli,& propè nudi,potius ꝙ inermes,men
dicata hoſtiatim ad uictum ſtipe longitudinẽ Italiæ ſint emenſi. At põtifex Vrbanus,ut
capti à Carolo regni felicitatis portione gauderet,cum tota curia contulit ſe Neapolim,
ubi qđ cardinales Gallici principio creatiõis ſuæ crediti ſunt per calumniã obijcere,cri-
mini & culpæ ſibi poſſe dari oſtendit,ſe ea eſſe peruicacia, ut ſub iuſti honeſtiq; tenacita
tis ſpecie,ea morũ duritie,ac ruſticitate,ut nemini amabilis eſſet, nemini gratioſus: nãq;
quum Neapoli paucis fuiſſet menſib. nepotem ſuum creari principem Capuanũ à rege
cõtendit: qđ denegatum minis & uiolentia obtinere adniſus eſt, adeo ut quũ rex urbis
D atq; palatij exitu adhibitis cuſtodibus ne aliquid malignaret̃,prohibere coactus ſit:diſſi
mulata tñ iniuria pontifex acerrimi uir ingenij à rege impetrauit,Nuceriam urbẽ per æ-
ſtatis caumata ſibi & curiæ inhabitandã cõcedi,in qua ilico pręſidijs cõmunita,Cardina
les nouos ingentem turbam creauit,ſeptem ex ueteribus coniectis in carcerẽ,quos dice
ret coniurationẽ aduerſum ſe cum rege & antipapa inijſſe:maiori inde debacchatus inſa
nia,proceſſus in regem priuationi futuræ præuios inchoauit, præmiſſa de more citatio-
ne,cui rex facilius,ſicut dixit,ut reſpõderet,cõtractis tumultuarie copijs,Nuceriã circũ-
ſedit,ea uel diuturne ſedendo potiturus,niſi Raimundus Baltianus gente Vrſinus comi
tis Nolani filius,qui poſtea fuit princeps Tarentinus,copijs fretus,quas ſub rege ducta-
bat,Vrbanũ & curiam omnem ingenti accepta pecunia ad mare proximum deduxiſſet.
Genuenſium etiã triremes magno item cõductæ precio in tempore affuerunt,quæ pon
tificem cum omni cura Genuam detulerũt,ubi quinq; & ſeptẽ cardinalibus Nucerię ca-
ptis inuolutos ſaccis in mare demergi curauit. Carolus rex interim, poſtq; ea pontificis
Vrbani moleſtia liberatus erat,maiorẽ inciderat.Ludouicus eñ Hungariæ rex patruus

ſitus eo defunctus erat tempore, quo Ludouicũ Andegauenſem oſtendimus obijſſe, & B
proceres Hungariæ regni Carolũ in regem per nuncios & literas acceſſierãt. Quare im
pedimento pontificis, a quo tentus fuerat, amoto, in Hungariã ſe cõtulit, reginaq; cũ diſ-
ſimulatione odij illũ admiſiſſet, celebrantẽ poſtea cõuẽtum interfici curauit. Per eadem
An. ſal. quoq; tempora quinti octogeſimi terdecies centeni ſalutis anni Bernabouẽ uicecomitẽ
Mccclxxxv. Ioannes Galeatius ex fratre Galeatio nepos captũ in Modoeciæ arce ad mortẽ uſq; cu-
ſtodiri curauit, parsq; urbium & oppidorũ, quã Bernabos in diuiſione cum Galeatio fra
tre pridẽ facta tenuerat, in nepotis poteſtatem ilico peruenit. nam paulo prius q̃ Berna
bos, quod ſupra oſtendimus, Bononiam de terra eccleſiæ ſibi ſubijcere intentauerit, cũ
fratre Galeatio hanc fecit diuiſionẽ, ut Galeatius Papiam, Vercellas, Nouariam, Terdo
nam, & cætera in Apenninũ Alpesq; uerſa, ipſe Placentiã, Cremonã, Parmam, Laudã, &
Brixiam, Bergomumq;, Mediolani uero æqua diuiſi portione dimidiã unuſquiſq; tene-
ret. Facta eſt itaq; Ioannis Galeatij utramq; habentis partẽ formidabilis in Italia opinio
potentatus, ut erat is tenera adhuc iuuenta, uultu, geſtu & omi uita indolẽ regiã præ ſe fe F
rens. At Vrbanus pontifex anno uno Genuæ acto Lucam ſe contulit, quam urbẽ quum
primum ingreſſus eſt, reſciji Florentinos maiore q̃ prius unquam cura damnis & ruinæ
eccleſiaſticis incubuiſſe. Bononiẽſes eñ, aliosq; rebelles dato in præſidiũ equitatu foue
bant, Peruſinos miſſis oratoribus, & facta pecuniarũ præſidiorumq;, & nouæ ſocietatis
pollicitatione adniſi auertere à ſua, quam præ ſe ferebant, intentione, pontificẽ cũ curia
Peruſiam accerſendi. Tulit id pontifex ægerrime, firmaq; fuit intentione iniuriã, ſi data
fuiſſet occaſio, ulciſcendi, & ad ſextum aductus ſui menſem, Luca mouens, per Piſanos,
Senenſes, cõtulit ſe Peruſiam. Egit in ea paucos menſes, qđ deſiderio tenereť Neapolim
repetendi, ſtatum euerſurus Ladislao admodũ puero & Ioannæ ſorori, ad quos regnum
Caroli patris hæreditate peruenerat. Multi enim proceres Ludouico Andegauẽſi ſtude
re ſoliti, ut proprię regis utilitati cõſulerent, q̃ quia pontifice afficereň, ſpem illi ſi acceſ-
ſiſſent maximã fouebant: ſed magna uſi fide Caietani, pueris ſeruatis regnũ quoq; ſerua-
runt. Pontifex eñ Ferentinum uſq; delatus, quum nullas rebelliones puerorum ſuperſti G
tum metu, ab his qui fieri ꝓmiſerant, intellexiſſent, Romã uenit, in quam magno de mo
re applauſu introductus eſt, & tamen multas ilico à Bandereſiorum audacia inſidias eſt
perpeſſus, à quorum periculo & moleſtijs eum liberauit, unde triginta cardinaliũ ordina
tio ibi facta, in quibus maiori parte Neapolitani, quorũ tres fuerunt Romani, & curia eſt
repleta, & Bandereſii quieuerunt. Per quæ tempora Antonius Scaliger Veronenſis, Frã
ciſcusq; ſenior Carrarius Patauinus bello inuicẽ acerrimo, & utrinq; exitiali cõflictabã-
tur, Ioannesq; Accij Vbaldinus Carrariẽſis, Ioannes Ordelaffus Scaligero uterq; rei mi
litaris peritia clarus militabãt, quorũ ducum pari uirtute factum eſt, ut quũ dãna utrinq;
pariter grauia inferrenť, ad neutrũ ſatis uictoria inclinauerit, quouſq; Ioãnes Galeatius
uicecomes Patauino fauores maximos attulit, qui tñ eum habuerunt finẽ, ut pulſo Scali
gero, Verona Galeatius Vicentiaq; ſit potitus. Et paulopoſt probe uiſus eſt feciſſe, qui
ſeniorem Franciſcum & Padua ſpoliauit, & captũ ilico curauit Modoeciano carcere cu
ſtodiri. Franciſcus autẽ filius delapſus eſt: Florentini interea Politianum Licianũq; oppi H
da de ueteri Senenſium dominatu, & Cortonam urbem liberalẽ ſuis partib. ingenio ma
gis & arte q̃ uiribus adiuuarunt. Qui auctum paruo tẽpore Verona Vicentia & Padua
uicecomitẽ ſolito magis formidantes, copias in eccleſiæ prouincijs pontifici rebellibus
cogere curauerunt, in quib. Carolus filius Bernabouis, & Antonius Scaliger cõuenere,
omnesq; hi ſub ipſum obſidionis Paduæ tẽpus in Senenſem uſq; agrũ ad quinq; equitũ
peditũq; millia parauerunt. Senenſes eñ cõſtabat ſuperioribus à Florẽtino oppidorum
ſubreptionib. irritatos, clam uicecomiti adhæſiſſe, quẽ uidereñ oblata occaſione ad bel
lum in Hetruria gerendum enixiſſime impulſuri. Et Galeatius Padua potitus, acceptos
in ſtipendia à Florentinis Carrarium & Scaligerũ, impetitosq; ſibi amiciſſimos Senẽſes
hinc apud eos per oratorẽ eſt queſtus, inde eorum ſubditos ſuijpſius imperij locis expu-
lit, eaq; palam parare cœpit, quę aperto in Florentinos bello breui aſſumendo neceſſaria
uidereň. Dilatum tñ eſt opinione diutius bellum mentione pacis à Petro Gambacurta
Piſarũ domino, Florentino permittere, talibus facta uerbis, ut aſſenſum Galeatius cœpe
rit adhibere. Quæ dum tractať pax, Vrbanus ſextus obijt, & patres maiori parte Neapo
litani

A litani unum ex ſuis Petrum Thomacellum, qui Bonifacius fuit nonus, pontificē creaue-
re. Quo anno ſalutis nonageſimo terdecies cētēto tractatu pacis in irritū omiſſo, Galea
tius bellū Florentinis indixit, epiſtola extante, quā Paſquinus ſcripſit Capellanus epiſto Anno ſal.
larū eius magiſter per feciales uiſos idoneos Florentiam, ita ut quid ea ſibi uellet, oēs per M.cccxc.
Italiā intellexerint. Intulit uero bellū ptimo ex Senis Ioanne Acci Vbaldino, & Iantede
ſco Petramala ducibus, & in uallē Arni ſuperiorem diſcurſum, inde præda ingēs abacta
eſt. Per qđ fermè tempus alter Galeatij copiarū dux Iacobus Vermes ſocios belli Florē
tini Bononiēſes bello agitare cœpit, cuius initio ſtatim caſtella aliquot de Bononiēſi fa
cta ſunt in uicecomitis poteſtatē. Florentini tunc unicum habebāt uetuſtū ducem ſuum
Ioannem Haucut Anglicum ex Appulis accerſitum, quē Carolo uicecomite Bernabo-
uis filio, & Antonio Scaligero ſociatū Bononiam miſere. Erantq; equites quatuor milia
pedites dimidio pauciores. Sed de tranſalpinis hinc Stephanus Bauariæ dux cū quo Frā
ciſcus erat Carrarius iunior, inde Iacobus Armeniaci Comes ingenti à Florentino cōdu
B cti mercede expectabantur. In Hetruria interim Ioanne Acci defuncto Iantedeſcus Bat
tifolle oppidū ceperat, unde Arretiū tertio diſtantē milliario agitabat. Carrarius interim
Franciſcus Italiā mutata ueſte ingreſſus, Venetorum in primis fauore ſed archane dato,
Paduam eſt ingreſſus, cui dux Bauariæ cum copijs ſubſecutus recipiēda arce affatim cō
munita fauori aſtitit. Cōmiſſaq; tunc eſt à Veronenſibus pernicioſa temeritas, quod An
tonium non ignari Scaligerum per id tempus in Hetruria obijſſe, Siliumq; unicū prima
puericia ſuperſtitem eſſe, ad rebellionis Patauij famā arma corripuere. Quo in tumultu
Scaligerum nomine acclamato in uicecomitis præſidia, quæ in arces confugere neſciue
runt, ſæuitum eſt. Et forte copias uicecomes in Cremonenſibus coegerat recipiēdæ per
arcē Paduę immittendas. Veronenſium itaq; primates ꝙ opportune tanta res à plebe in
fima ac ſordida eſſet inchoata cōſiderantes, præcipitato & ipſi cōſilio ſubuenire perre-
xerunt. Mittentes nanq; ad copiarum uicecomitis duces, quorū Vgolottus Blancardus
princeps erat, nulla impetratæ errati publici ueniæ fœdera popoſcerunt. Sed eos maiori
C ꝙ accerſiti erant inſania patentib. in urbem portis introduxerunt, à quib. tanta urbs tāq;
tunc opulenta triduo eſt direpta, quouſq; cladis quæ cōmittebat̄, certior facta Galeatij
uxor, ſibi à uiro impetratā urbem ultrà ſpoliari affligiq; ꝓhibuit. Dum arcis Paduanę du
rat obſidio, dux Bauariæ defectū pecuniæ à Florentino nō miſſæ cauſatus in Germaniā
redijt. Florentiniq; Ioannē Haucut ex Bononia immiſere, fauoribus maxime freti Fer-
rarienſis Alberti Eſtenſis, qui à Galeatij ſocietate pridē inita diſcedens cum Florentino
Bononienſi Paduanoq; fœdera tūc percuſſit, Haucutq; acceſſu Patauina arx recepta, &
copiæ Galeatij, quæ ad recuperationē cōuenerant in Vicentinos recedere ſunt cōpulſę.
Et iam comes Armeniaci in Italiā per Taurinos deſcenderat, habens in exercitu uiginti
milia maiori parte equites paratiſſimos. Eiusq; aduētu territus uicecomes, copias ex Vi
centinis accerſitas in Alexandriæ urbis ſuburbio iuſſerat cōtineri, Gallicis ſeſe quacūq;
pergerēt oppoſituras. Nec torpeſcebat & ipſe Ioānes Haucut, quin aduentus Armenia
ci comitis fama primū, poſt Florentinorū litteris, demū uicecomitis copiarū præcipitan
D ter à Vicētia ꝓfectarum certior factus, in Mediolanū ducere cōſtituit, ſeſe data occaſio
ne Armeniaco cōiuncturus: Per Vicentinos itaq; ad Atheſim delatus amnem ad Porti-
liā rus uado trāſmiſit, Agro deinde Veronenſi multis afflicto cladibus Minciū, poſt Ol-
lium amnē (erat enim æſtas media) trāſgreſſus, apud Aduā primum conſtitit, cuius uadā
di magis ſpem hoſtis aduerſam inſidens ripā ademit, ꝙ aquę altitudo uiſa fuerit prohibe
re, Armenaicus autem Caſtellatio Alexādrinorum oppido ui capto ſpoliatoq;, Alexan-
driā quoq; ſe ſpoliaturum comminatus eſt, & impetu ad ipſam delatus, caſtra pro portis
metari parabat, quum uicecomitis militum pars in aciem prodiens impetum repreſſit.
Cæteri omnes auerſis exeuntes portis ad extremā hoſtium aciem occultis itineribus cir
cumacti ſunt. Galli interea dum cohortes eorum prælio leui cum hoſte decertant, ante
portas armato, non magis arma, quàm ueſtes exuunt, parsq; per herbā ſtrata, pars in am
nis Tanari ripa deambulans auras captat, pars in fluuium ruens natat: & qui ultimā clau
dentes ſubſidiariam aciem poſtremi aduenerant, armis & ipſi exuendis intenti erant,
quum à tergo à lateribus undique ex inſidijs conuolatum eſt. & parua admodum fa-
cta ab his qui arma retinebant reſiſtentia, prius penè cæſi captiq; omnes quàm fracti eſ-

ſent ſunt uiſi. Ad eum nanq; qui à tergo tãta uiolentia factus eſt impetus, ciuitas tota cũ E
lixis, calonibus, atq; ipſis mulieribus à fronte erupit. Comes Armeniaci captus uulnera
tusq; eodẽ die interijt, capti quoq; ſunt Renaldus Inanfiliatius, & Ioãnes Ricius equites
Florentini, à quibus publice miſſis Armeniacus fuerat eductus, Mediolanũ eorum cõſi
lio inuaſurus. Ea potitus uictoria Galeatius eiſdẽ quibus Armeniacũ copijs Ioãnẽ quo-
que Haucut conficere ſperauit, quib. celeritate immiſſis, Haucut iam de Armeniaci cla-
de certior factus in Cremonenſi apud paternũ rus caſtris ſe continebat natura loci & o-
pere cõmunitis, & q priores celeritate aſſecuti erant hoſtes, impetũ facere auſi male mul
ctati ſunt. Mouit inde ad Olliũ amnẽ caſtra, quẽ cum audacia aſtuq; uſq; trãſiſſet illæſus,
Minciũ quoq; minori periculo tranſmiſit: Ad Atheſim cum eſt uentum, nullos ac rebat,
uidit factos eſſe ad reſiſtentiã apparatus, ſed quamprimũ alteram attigit ripam dolũ ſen-
ſit uiditq;, quo confiſus hoſtis, eum haud ſecus q̃ in carcere & cauea clauſum habere ſpe
rauit. Aggeribus enim fluuium in alueo continere ſolitis, lõge deſuper ſuccisis regio in
Patauinos uſq; fines aquis in ſtagnũ contecta erat. Obſeruabãt autẽ Ioannis Haucut ca- F
ſtra uicecomitis copiarũ duces, ne progrediendi deſperatione retrorſum abiens aliquà
euaderet. Qđ cũ ipſe à captiuis intellexiſſet, ſigna præter ſolitũ de ſublimiori arbore ali-
quot diebus conſpicua eſſe curauit, quib. eodem in loco relictis, noctu profectus, hoſtẽ
feſellit: dies eñ ſubſecuta in ueſperũ inclinauerat, priuſq; eum mouiſſe hoſtes à profugis
intellexerint. Vadentes aquis etiam alicubi altioribus ducẽ peditatus omnis, & debilio
re uecti equo deſeruere. Tandẽ mutilatus parte exercitus maxima, apud Montognanã
primum in ſicco conſtitit: Quẽ pecunia ingenti adiutum Florentini in Hetruriã reuoca
runt. Per idq; temporis uictrices in Lõbardia copias uicecomes duce Iacobo Verme ea
ratione curauit tranſmittere, ut cũ illatas Senenſi iniurias ulciſceret, tum Florentinos pe
cunijs exhauſtos & copijs, quod facillimũ exiſtimauit, opprimeret. Erantq; Vermi equi
tes duodecim, pedites quatuor milia, cum alij quoq; ſibi parituri tres mille equites Senẽ
ſibus militarent, Moratusq; æſtate integra in Hetruſcis Vermes longis quidẽ factis cir-
cuitubus, ſubiecta Florentinis loca uaſtitatibus fœdauit, ſed nihil cõmiſit memoratu di- G
gnũ Ioanne Haucut oẽs eius conatus in irritũ repellente, Ad autumniq; aduentum Bo-
nifacio nono pontifice Romano hortante, & Antoniotto Aduino Genuenſiũ duce ſe-
dulo operã præſtante, de pace agi cœptum, cuius cõſtituendæ cõuentus Genuæ fuit ha
bitus, & cum uaria, ut aſſolet à bello contendentibus fierẽt poſtulata, placuit in arbitros
cõpromittere, Ricardũ Carazolam Neapolitanũ Rhodi magiſtrum, quem pontifex ad
eius pacis tractatum miſerat Antoniottũ Adurnum ducẽ, & ipſam rempublicam Genu
enſem, à quibus ipſa pax æquis conditionibus conſtituta eſt: Altero qui poſt pacẽ ſecu-
tus eſt anno, cũ omnia in Italis quieſcerent, duobus in locis nouæ res exortæ ſunt. Nam
Franciſcus de Vico urbis præfectus Viterbiũ Bonifacio põtifici proditione abſtulit. Et
Petrus Gambacurta Piſanorum dominus à Iacobo, quem omnium cõſiliorũ principem
directoremq; dicauerat, & plus æquo extulerat, cum filijs interſectus eſt, Appianusq; Pi
ſarum & agri dominatum accepit. Quo item anno pontificatus Bonifacij quarto Albri
ci Eſtenſis Ferrariæ Vicarij mors nouos in Ferrariẽſibus exciuit motus. Accius eñ & ip H
ſe familia Eſtenſi genitus, patria pridẽ pulſus ad Cunij Romandiolæ oppidi comites cõ
fugerat, quem illi in agrũ Ferrarienſem uia Argentẽſi cum perduxiſſent, tumultus ingẽs
cõcitus eſt. Nam Ioannes Cunij comes magni ductor equitatus præſidiũ illi, ſed paruũ
dederat, q à Conrado comite Theutonico tutorib. Nicolai Marchionis pueri cũ equita
tu militante repulſus eſt. Nec eo bello quicquã eſt geſtũ memoratu dignius, q̃ quod pue
ri tutores Cunij comites fraude aliquſcula decepti fuerunt. Lucũ enim præſtans oppidũ
Cunij propinquũ & Concilice caſtellũ tutores Ioanni comiti pro Accij morte polliciti
ſunt. Ioannesq; compoſita fallacia cum Accio ſimilem uirũ interfeciſſet, impoſitis Luco
& Conſilici præſidijs, Accium ſocordiã illorũ decidentem produxit in publicum. Sed
ad Bonifacium pontificem redeundum eſt, primi cuius quinquennij geſta ideo referre
neglex imus, quod parua infeliciaq; fuerunt. Nihil enim interea præter Viterbij de qua
diximus, amiſſionem geri contigit, cũ uarias interim perſecutiones à Bandareſiis ſit per
peſſus, adeo ut baſilicæ principis apoſtolorũ Petri canonicos alienationem facere enor
mem recuſantes à Bãdareſiis expetitam, & propterea in põtificis cubiculo latitãtes, illũ

per

per uim refractis ualuis eduxerint. Eodẽ anno cum ſeptimus Clemẽs antipapa Auenio-
A ne obijſſet, alter in eius locũ prophanatus eſt, Petrus Hiſpanus de Luna uir doctiſſimus,
& uita omni, ſi ab ea tẽperaſſet ambitione præſtantiſſimus, cui Benedicto tertiodecimo
fuit à ſuis ſectatorib. appellatio. Obierat etiã pauloante Carolus Bohemiæ rex, & impe-
rator Romanus, Ladislausq́; filius in Romanũ pontificẽ electus erat, ad quẽ Ioãnes Ga
leatius uicecomes, Petrũ Philardi Mediolanenſem archiepiſcopũ, qui poſtea fuit Alexã
der quintus pontifex Ro. miſit oratorem, obtinuitq́; Galeatius ingenti magis data pecu
nia ꝙ tanti ſuaſiõe oratoris creari in ducẽ Mediolani, primus ea familia, eo titulo inſigni
tus. Erant tempeſtate illa ex Cunij comitibus uiri duo rei militaris peritia inſignes Ioan-
nes de quo diximus, & Albericus, cui in primis acceptũ debet Italia, ſi ab annis inde ſexa
ginta minus eã domeſtica lædunt arma. Nam qđ longe ſupra operoſum ſingulis in locis
referre ducentes, in hęc diſtulimus tempora, externã ipſe militiã Italia omni expulit. Pau
lo enim poſt captũ à nepote Bernabouem, cui militauerat, Italos arma diuerſis in regio-
B nibus tractantes, in unã coegit ſocietatem ſancti Georgij appellatã, quæ licet nõnullos
per Italiã populos, præſertim Florentinos uexationẽ pecunia redimere coegit, agitãdis
tñ pellendisq́; Italia Theutonicis, Britonibus, & Anglicis, intentiorẽ adhibuit operam.
Fuerantq́; illorum ultimi militantes Ioanni Haucut Anglico à Florentino populo, ut o-
ſtendimus, conſeruati. Sed Britones ſex equitũ milia, quos à Genuenſi cardinale Grego
rij papæ undecimi temporib. ductos in Italiã docuimus, ardentiori Albricus animo atq́;
odio inſectatus eſt, ꝙ pręter clades alibi per Italiã inflictas, ad ſexaginta circa urbem Ro
mam oppida & caſtella non magis diripuerunt ꝙ ferro & igni fuerant demoliti. Itaq́; Al
bricus primũ Theutonicis, poſt Britonibus, & demũ mortuo Haucut, Florẽtięq́; ſepul-
to, Anglicis Italia pulſis à Ioãne Galeatio Mediolanẽſi duce in primarium exercitus ſui
ductorem aſſumptus fuerat. Qui cum intellexiſſet Ioannẽ ſibi propinquum à Florẽtinis
laceſſitum eſſe, præſertim quo tempore Acciũ ille Eſtenſem in patriã reducere quæſiue
rat, à Mediolanenſi duce dimitti curauit, in Romandiolamq́; delatus eſt, duoq́; hi præſtã
C tiſſimi ductores per opis Appiano ferendæ, quẽ Florentini bello agitabant, ſimulatio-
nem in Hetruriã tranſmiſerunt. Dux quoq́; Mediolanenſis eadem & ipſe fretus occaſio
ne, bellũ in Florentinos deſtinauit, quod tñ alios prius ꝙ Albricum inferre uoluit. Hinc
præmiſſi ſunt Paulus Vrſinus, Othonus Parmenſis, Ceccolinus Michelottus, Brolia, &
Brandolinus Foroliuienſis, magnas ſinguli ducentes copias, in agro cõſtiterant Piſano,
quum Albricus Paulo Sabello, & Lucanali ſubſequutis copiarũ ductoribus, ad Senẽſes
ſe cõtulit bellũ in Florentinos capeſſere exoptantibus: Florentinis uero poſt mortẽ Ioã-
nis Haucut ductor primarius eſſe cœperat Bernardõ Aquitanus in re militari Italica nu
tritus. Sub ipſum Albrici aduentũ, qui Piſis erant Senas accerſiti ſunt. Et profectus cũ tã
to exercitu ductor per Arni fluuij uallẽ ad Florentiæ mœnia eſt delatus, habens in exer
citu equitũ decem millia, peditum paulo minus. Erat is annus ſalutis de quaterdecies cẽ An.ſal.
teno tertius, in quo pont. Bonifacius Peruſiã ſe contulit, ciuitatemq́; diſcordem pacifica Mcccxcvij.
re aggreſſus nobilitatẽ plebeis, Raſpantes appellant, cõciliauit. Sed hi præſente põtifice
D falſa enormiter fide inſurgentes, ad octoginta illorũ interfecerunt. Biordusq́; Michelot
tus plebeiarũ princeps partium urbis dominatũ accepit, qua cõmotus indignitate põt.
contulit ſe Aſſiſium. Et nouũ dux Mediolani bellum in Mantuanũ principẽ eſt aggreſ-
ſus, Mantuaq́; urbs undiq́; terra & aqua magnis copijs eſt obſeſſa, Albricus interea quũ
ad Cartuſienſe monaſteriũ ſe continuiſſet, & ſi partem copiarũ per ſingulos dies ad Flo
rentiæ portas miſerat, maiori tñ ſtudio uaſtitatem in circuitu curauerat tam diu cõmitti,
quouſq́; uillas ædificiaq́;, in quibus incẽdia & ruinæ edi poſſent, deeſſe audiuit: inde ui
uiam tranſgreſſus Piſanã, ad portamq́; delatus Florentinam urbis oppugnandæ appara
tus tumultuarie oſtentauit. Quibus e ueſtigio omiſſis Arnũ tranſmiſit, unde copiarũ par
tem aduerſo iuſſit Arno properare, Politianenſes, Cortonienſesq́; pro uirib. oppreſſurã.
Dumq́; Albricus in Florẽtino agit ſuburbio, Paulus Vrſinus ad hoſtes tranſit, Ceccoli-
nusq́; Michelottus à fratre Biordo Florentinorũ opera in patriã reuocatus eſt: quare in
Piſanũ recedens agrũ, Paulũ Sabellum, Nicolaũ diuerſum equitatus unumquemq́; du-
ctorẽ Appiano reliquit præſidio affuturos. Ipſe cũ reliquo exercitu paucioríb. opiniõe
caſtris in agrum ſe contulit Mantuanum, à Galeatio enim reuocatus erat in bello aduer

ſus Mantuanum ſuſcepto grauiter laborante.Nam & Veneti triremes,aliaq́ diuerſi ge- E
neris nauigia ad Mantuanũ miſerant,quorum aduentu Galeatij conatus omnis aqua fa-
ctus,in irritũ ceſſatus eſt. Carolus Malateſta uir bello & pace præſtantiſſimus Mantua-
ni ſororius,petitã à Florentinis equitatus peditatusq́ opem quũ adduxiſſet,Galeatij co
pias primo repulerat,poſt ita fregerat,ut hinc Venetis aqua, inde Carolo terra urgenti-
bus impedimenta,apparatusq́ bellicos & copiarum partẽ Mediolanenſis amiſerit.Da-
tas interim Appiano in præſidiũ Albrici copias, ne inſolẽtius ageret Piſanus populus,
maiori parte diripuit.Exiſtimarunt ilico Florentini,quod & uero ſimillimũ erat, Appia
nũ & Piſanos,uicecomitẽ ob illatã in præſidio iniuriã formidaturos. Quare pertentatos
in fœdera quũ nequirẽt ſuadendo perducere bello agitauerunt, ſed id parũ diu cõtinua
re prohibiti ſunt,nouo ipſi bello agitati,quod Puppei Balneiq́ comites,& Vbertini re-
belles uicecomitis freti copijs intulerunt. Apparuitq́ Florentinos pluribus agitãdos fo
re bellis,ꝙ ut rempublicam repugnãdo fuerint retenturi. Sed Veneti poſt illatas in Mã
tuani defenſione iniurias ad ducẽ Medialoni mittentes,illum in hanc ſententiã impule- F
runt,ut aut ſe hoſtes Florẽtinis ac Gonzagæ ſocios expectaret, aut pacẽ cũ illis cõſtitue
ret,per quã Italiæ aliquando à uicecomitũ motibus quieſcere liceret:breuiq́ poſt ſequu
tum eſt,ut quum pax difficilior propter exceſſiuas ſingulorũ poſtulationes uideretur,in-
duciæ fuerint cõſtitutæ.Quo anno quũ Iacobus Appianus,& Vannes filius natu maior
uita exceſſiſſet,Gerardus iunior filius Piſis dominatus eſt, q altero deinde anno inſidijs
à Florentino appetitus,retinendi urbẽ ſpe deſtitutus,eam accepta grandi pecunia uẽdi
dit Galeatio.Plumbinũ uero magni prouẽtus oppidũ,quod etiã eſſet firmiſſime cõmu-
Anno ſal. M.cccxcix. nitum ſibi in domicilium conſeruauit.Quo anno ſalutis undequaterdecies cẽteno,Bior
dus quũ eſſet à domeſtico inſidiatore occiſus,Peruſini ut libertatẽ reſumerent ſunt adni
ſi:& pontifex econtra moto per Hugolinũ Trinciũ Fulginatẽ uicarium ſuum bello Pe-
ruſiam urbem ut reciperet intentauit,quam ſeducti precib. pollicitationibusq́ Peruſini
Galeatio dediderunt.Et intra duos,qui ſequuti ſunt menſes,Bononia Galeatius Lucaq́
pariter pollicitationũ magnitudine eſt potitus:quib. uallati à uicecomite urbibus Florẽ
tini ſalute magis ꝙ unquam ante deſperantes ad ueteres ſocios Patauinũ Ferrariẽſemq́ G
legatos miſerunt,ut cõmune & in primis ſolidum eis præſidium Venetos ſecum opẽ tu
telamq́ orarent.Agentẽ Aſſiſii Bonifaciũ põtificem Romani populi oratores multi nu
mero adierunt,enixe poſtulãtes,ut in urbẽ,ſicut dicebant,ſuã,cum curia ſe reciperet.Ve
rebantur enim ne ſi anno qui tunc inſtabat iubileo,extra urbem moraretur, celebritas illa
aliquid acciperet detrimenti, paucioresq́ in illã ex orbe Chriſtiano ducerent cõmean-
dum,quibus defutura eſſet in primis exoptata pontificis benedictio.Oſtẽdere uero cœ-
pit tunc Bonifacius maiorẽ ſibi,ꝙ quę ad eam apparuiſſet diem adeſſe prudentiam:diſſi
mulans enim magnũ quo tenebatur redeundi Romam deſideriũ,aliqua memorauit, ꝓ-
pter quæ morandum ſibi extra urbem Romanorum culpa & uitio conſtituerat.Non ac
ceptos ultimis Vrbani prædeceſſoris ſui annis,ſicut aliquandiu prius conſueuerat ex no
bilitate externa ſenatores,ſed cameræ conſeruatores uiros plerumq́ parum idoneos id
exercuiſſe munus,qui Bandereſiis omnia quum permiſiſſent, urbem Romã in mera ty- H
rannide cõculcauerant,ſeq́ eundẽ morem ſuis quoq́ temporibus ſeruatũ eſſe,etſi præ-
ſens diſſimulauerat,non poſſe nec uelle diutius tolerare:habuitq́ eum finẽ acta magno
animo pontifice cõtentio,ut ſenatorem à Bonifacio acceperint Malateſtã Pandulfi filiũ
Perſaurenſem,uirum doctrina & multa uirtute conſpicuum, Bandereſiisq́ abrogãdam
autoritatẽ ſpoponderint oratores:quinetiã pecunia adiutus eſt pontifex,qua fretus præ
ſidia ſibi quũ modeſtiſſime cõparaſſet,urbem ingreſſus plenario ſenſim dominio eſt po
titus.Molem namq́ Adriani caſtellum Creſcentij,ſiue ſancti Angeli appellatã, quæ diu
ante corroſa undiq́ & dumis obſita in caprarũ paſcua fuerat deſtituta,additis circa mœ-
nibus & turri in medio excitata reſtituit in eam,quæ nunc,arcem omniũ munitiſſimam.
Anno ſalutis M.cccc. Annus enim interea aduenit quaterdecies centenus iubileo celebratiſſimus, in quo tan
tis ab uniuerſo orbe Chriſtiano frequẽtata eſt urbs Roma populis,ut ſolis Romani quæ
ſtibus inhiantes, maiora quoque pontifici fuerint permiſſuri:multas tñ is annus in Italia
res nouas habuit.Albricus Cunij comes,& Bononienſes ſecũ bello ſocij Aſtorgiũ Man
fredum Fauentinum bello agitabãt acerrimo,quum Ioãnes Bentiuolius ciuis Bononiẽ

ſis in

A ſis in ea urbe gratiſſimus dominatū accepit, & bellum in Aſtorgium retenta cū Albri-
co ſocietate cōtinuauit, paritérq; Paulus Guiniſius Lucēſis in ea urbe ditiſſimus patriæ
ſuæ uim & ipſe afferens effectus eſt dominus. Peſtis uero tunc illi penè par, quæ ſecūdo
ante quinquageſimo fuerat anno Italiā, cuius uti uidet̃ cauſa Ioānes Bētiuolius quietio
rē reddere cupiens Bononienſem populū, pacē cum Fauentino cōſtituit. Quam adeo
ægre tulit Albricus, ut Bononiēſes cōtinuato cū Fauētinis bello pariter agitauerit: ſub-
miniſtrabat ẽm copias pecuniasq; Galeatius uicecomes, quanquā & Aſtorgio Carolus
Malateſta, & Bentiuolio Florentini copias ꝓ uiribus trāſmittebant. Quare quū Galea-
tij in Florentinos Bentiuoliūq; bellū fatiſceret, Robertum Bauariæ ducem Romanorū
regem Ladislao Bohemo tanquam inutili ab electoribus ſuffectum Florētini ea in Ita-
liam conditione accerſiuerunt, ut non prius promiſſam ingentem pecuniam acciperet,
ꝙ uicecomitis terram cum exercitu attigiſſet. Venitq; extremo autumno imperator, &
agrum, ut pecunias à Florentinis acciperet, Brixianū ad Benaci Gardæ lacus orā ingreſ
B ſus eſt. Sed parte pecuniarū iam percepta Galeatij copijs cōgreſſus fractusq; Tridentū
redijt, unde uocātibus Venetis Paduā eſt delatus, ad quē Florentini oratores ſumptuo-
ſiſſimo quidē apparatu, ſed copias illius deſiderio minores, ut bellum reſumeret, trāſmi
ſerunt. Ductoresq; earū copiarum fuerunt Sfortia Attendulus Cutignola Romādiolæ
oppido oriundus, tunc primū noſci cœptus, & Baldaſar Mutinenſis: quumq; copiarum
tenuitati pecuniarū quoq; paucitatem addidiſſent Florentini, auſterus re infecta redijt
in Germaniā. At Bonifacius pont. Romæ urbis ad eccleſiæ ſubiectionem reductæ, glo
ria & pecunijs iubileo anno perceptis auctus, rem aggreſſus eſt nouam, quæ pontifices
Romanos ſucceſſores ſuos non minus orbis Chriſtiani, ꝙ Romæ dominos reddidit. Le
ge enim promulgata conſtituit, non licere cuiquam ſacerdotij ad quod promoueretur,
beneficium adipiſci, prius ꝙ primi illius anni æſtimationis pecunias pontificali ærario
diſſoluiſſet: ſoliq; Anglici cū legi in cathedralibus paruerint, in minoribus beneficijs iuſ
ſa pontificis cōtempſerunt. Quo anno ſalutis primo quaterdecies centeno pont. Ladiſ- *Anno ſal. M.cccci.*
C laum adoleſcentem Carolo, ut oſtendimus, Neapolitano rege genitum ad regnum reſti
tuit paternū à tyrannis occupatum, & populos quos Ludouici Andegauēſis partes ſe-
quutos fuiſſe docuimus. Et quia tā urbis Neapolitanæ, quàm cæterarum regni partium
occupatores priuationē Caroli ſuo delicto prætendebant, quam ſextus Vrbanus Nuce
riæ cōſtitutus fecerat, ea pōtifex Bonifacius abrogata, Ladislaum per cardinalis Floren
tini manus in Caieta curauit coronari. Sola ẽm hæc urbs, quod ſupra item diximus, La-
dislao & ſorori Ioannæ fidē conſtantiſſime ſeruauerat. At Mediolani dux quàm primū
uocatus à Florentinis imperator nouus, quē non formidare non poterat, in Germaniā
eſt reuerſus, copias illius reſpectu in Lōbardia retentas ad Albricum miſit, Bononiā &
Bentiuoliū oppreſſuras. Fueruntq; earū ductores copiarum Mātuanus marchio, illi in
beneuolentia & fœdere cōciliatus, Pādulfus Malateſta Caroli frater, Othobonusq; Par
menſi, Bononiā uero Florētini Bernardonem primarium ducem ſuum, & Franciſcus iu
nior Carrarius duos filios cū copijs illum equeſtribus, hunc pedeſtribus, ſed ſcuto arma
D tis chalybeo præuenire curauerāt. Itaq; Albricus Cunij comes copijs à uicecomite miſ-
ſis in una cū ſuis caſtra coactis ad Caſſaledū duxit, rus flumini imminēs, ubi ſeptis coar-
ctatus amnis partē ſui nō minimā foſſa deductam manufacta in urbē Bononiam dimit
tit: eo ẽm ſucciſo ductu, qđ Albricus in primis curabat, & molarum uſu, & multiplicis
opificij auxilio deſtituta ciuitas deditionē breui factura erat. Id quum Bentiuolius, Ber
nardonq; nullatenus ducerēt expectandū, ad hoſtem ductum eſt, qui & ipſe cupiētiſſi-
mus in prælium ruit, ad pontēq; res geſta eſt, amnē ſecus ſepta lapideo opere cōiungentē.
Nec diuturna fuit pugna, quos neceſſitas magis in id temeritatis impulerat, quàm conſi
lium duxerat, adeo fractis fugatisq;, ut Bentiuolio cum paucis per urbis uicinitatē fuga
ꝓlapſo, Bernardon cū omni penè equitatu, & Carrarij fratres cum armato inſigniter pe
ditatu uenerint in uicecomitis poteſtatē, à ꝗ liberaliter ac laute, ſed munito carcere ſunt
ſeruati. Ea potitus uictoria Albricus, Bononiā penè in circuitu obſedit, tā propinquus
muris, ut pluribus locis oppugnationes fuerint intētatæ, fuitq; populus ilico erectus, ut
notū diu uicecomitis reciperet dominatum. Sed Bentiuolius, quem uetuſtus multorum
amor uſquequaq; nō deſereret, rem ſuam armis probe tutatus eſt, quouſq; nimia ſui iuſſus

conſidentia in globū præcipitatus eſt penè, à quo nocte obſcuriſſima præter repugnan E
tiū intentionem, uulneratus occubuit, Bononiamq́ ſtatim patentibus portis Albricus
cū exercitu introductus eſt. Trepidatum eſt eo tēpore magis quàm unquā antea à Flo-
rentinis, quanquā nullus fuit tunc in Italia populus, princeps nullus cui nō formidoloſum Viceomitis nomē eſſet, ſed ipſos proximiores incendio Florentinos, nulla magis
ratio aut cauſa protexit, q̃ quod cupientē Albricum potentiores æquo ſui exercitus du
ces ad daturā ilico manū urbē Florentiam ſubſequi recuſarunt, & pacē paulopoſt quę-
rentes Venetos, cū Galeatius libenter audit, febre correptus apud Malegnanū interijt.
Signa eius mortis nondū perlatæ in publicū ego puer aſpexi, à genitore obnixius in me
moriā admonēte in humeros eleuatus fuit, comes amicior fuſiorq́ cæteris quos ætate
mea cōtigit apparere: nec etiā in patria mea per Pini Ordelaffi dominatū illi fauentem
quiſpiā ętate & prudentia notior, qui nō amici principis, etiā quū bene crederet ualere,
obitū ab inſami ſuſpectoq́ magis principibus ſidere expaueſceret. Et iā Albricus in Ro
mandiolā reuerſus Fauentinū agitabat, illum quoq́ breui cōſecturus, niſi à Ladiſlao re F
ge in magnū creatus comitē regni ſui ſtabilē, & multis ab eo donatus pecunijs, quas pō
tificem Boniſacium inopi tunc adoleſcenti dediſſe creditum eſt, Caietam ſe cum ingen
tibus copijs cōtuliſſet. Fratrē enim ſuum pōtiſex Neapolim in regis ſauores miſſum, &
à Neapolitanis repulſum Peruſiam cū exercitu ire iuſſerat, quæ urbs ilico uenit in pōtifi
cis & eccleſiæ poteſtatē. Quinetiam per id temporis creauit Boniſacius diaconē ſancti
Euſtachij cardinalē, Baldaſarem Coſſam Neapolitanum, q Bononiam ſedis apoſtolicę
legatus quū eſſet miſſus eam urbem libertati poſt ſunctum uita ducē Mediolani ſtuden
tē obſidione recepit, quo in bello primū nulli ſubditus ductori militare cœpit Brachius
Montonenſis, ab Albrico, quē Romandiola proficiſcētem liquit familiariter educatus.
Et Albricus interea Neapolim urbē obſidione preſſam pro Ladiſlao receperat, quū in
terea omnes regni principes urbesq́ ad Ladiſlai obedientiā amici ueteres certatim ho-
ſtesq́ cōfluerent. Sed is rex priuſq̃ dictū ſatis regnū cōfirmaſſet, ad regnum Hungariæ
ſuſcipiendū à principibus populisq́ accerſitus iuuenili impetu eſt ꝓfectus, Albricusq́ G
in Romandiolā cum omni exercitu ſe cōtulit. Ladiſlaus uero dum Iaderam urbē obſi-
dione premit recipitq́, feſtino perculſus eſt nuncio, Neapolitanos cōiuratione cum ali-
quot regni ꝓceribus inita & populis, in rebellionē animis apparatibusq́ pēdere. Quare
is rex Iadera Venetis, quorū pluries fuerat uendita, Neapolim redijt, & reuocato itē Al
brico ſeueriori q̃ prius diſciplina uſus neminē in regno eſſe permiſit, qui uel oppidi aut
arcis retinuerit dominatū. Et quū multos patria eijceret principes uiros, tū in Seuerina
tis familiā crudeliter animaduertit, quorū primores capitali iudicio ſunt affecti: multi p
ea tēpora ſicut & ſemper poſt ſchiſmatis originē de unione eccleſiæ tractatus ſunt habi
ti, quibus dum intendit, nonus Boniſacius uita eſt functus. Suffectusq́ illi in ſeptimum
Innocentiū Coſmas Sulmonenſis, iureiurando cardinalium collegio ſpopondit, quàm-
primū eſſet ꝓ unione requiſitus pontificatui renunciare. Eoq́ itē defuncto qui ſucceſſit
Gregorius duodecimus ex gēte Corraria Venetus ad eandē renunciādi promiſſionem
aſtrictus: ſed cum Innocētius renūciare requiſitus noluiſſet, Gregorius uero expectāda H
Benedicti renūciatione rem ꝓducere uideret, cōgregatū apud Piſas Hetruriæ ciuitatē
nationū, quæ Boniſacio paruerāt, cōcilium, Gregorio & Benedicto priuatis pōtificem
creauit Petrū Philardi Cretēſem ex ordine Minoritarū ſummū ętate illa philoſophum,
excellentiſſimūq́ theologum, & Romanę eccleſiæ cardinalē, cui Alexādro quinto fuit
pōtificatus nomen: & poſt breue tēpus mortuo ſucceſſit Baldaſar Coſſa Neapolitanus
tunc cardinalis ſancti Euſtachij, & dominus Bononiæ potius q̃ ut præferebatur titulo
apoſtolicæ ſedis legatus. Is cui Ioāni uigeſimitertij fuit appellatio, uir prudētia & rerum
gerendarū experientia ſingulari, alioquin à moribus pōtificis ſub ea præſertim, quā prę
ſe multi tulerunt ſanctimonia pōtifices, omnino alienus, nullā unionis eccleſiæ curam
principio ſuſcepit. Sed iā plura in hoc cōgeſſimus uolumen, q̃ quę eius ad alia propor-
tio tolerare ualeat. Et uarij mirabilesq́ motus ad Ioānis Galeatij ducis Mediolani mor-
tem in Italia exorti nouos requirunt libros, quibus ordine referantur.

DECADIS SECVNDAE FINIS.

# A BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLINATIONE ROMANI IMPERII, DECADIS TERTIAE, LIBER PRIMVS.

LAETANTI IAM MIHI ET EXVLTANTI NON
obſcuram magis ꝙ ſepultam mille annorum hiſtoriã uiginti
librorum uoluminibus in lucem, certumq; ordinẽ reduxiſſe,
& faciliore curſu per notiſſima ætatis noſtræ geſta procede-
re meditanti, multæ ſubortæ ſunt ac uariæ difficultates, quas
B noſtrorum qui felicioribus ſeculis ſcripſerũt, nulli affuiſſe cõ-
ſtat. Quum nãq; ad hæc uſq; tempora rerum uarie & obſcure
traditarũ lucidatio nos fatigauerit, à uerborũ proprietate &
ipſa latinitate in poſterũ laborare cogemur. His namq; poſte
rioribus hiſtoriarum noſtrarum annis, maxima eſt facta pro-
uinciarum & Italiæ urbiũ publice adminiſtrandarũ, ac priuatim uiuẽdi, ſed maxime ge-
rendi belli rationis mutatio. Ideoq; qui priſcis ſcriptoribus in promptu & tanquam ex
quotidiano loquendi uſu facillimi erant, modos dicendi à nobis magna ex parte ſerua-
ri nõ expediat: quum tñ ab illis ſi elegantiæ erit inſeruiendum, uſq;quaq; diſcedere nõ li
ceat. Grauat enĩ nos ſuſcitata per noſtrã ætatem, quæ multis iacuerat ſeculis, priſcorum
ac felicium olim temporũ eloquentia, quod noſtri homines Liuij Patauini, C. Cæſaris,
Saluſtij Criſpi, Q. Curtij, Cornelij Taciti, Suetonij Trãquilli, & Iuſtini, quorum ſcripta
& ipſa quidẽ Liuij & Criſpi parua ex parte ad noſtrã peruenerunt ætatem, eloquentia
C & ornatu delectati, illũ non immerito requirunt: quos ꝑfecto oportet æquiore animo
conſiderare, eiſdẽ in mille annis raros fuiſſe, qui aliquo in genere ſcribendi nedũ elegan
ti, ſed uix Romana uſi fuerint oratione: nulliusq; extare ſcripta, ꝗ uel attigerit, uel hiſto
riã ſcribere ſit profeſſus. Vnde primis & præſenti tempore ſolis incumbet nobis onus
periculum faciundi, quo pacto barbaris & omnino inſolitis uerborũ ineptijs Latinitas
poſſit elegãtia'ue ſeruari. Erunt uero multa in quibus nos circũloquutio adiuuabit, ſed
rerũ ſingularũ, quas omnino ut ſunt, intelligi oportet, uocabulorum mutatio talis eſt fa
cta, ut ſi uetuſta illis exponendis attulero, mea ipſe relegens ſcripta nõ intelligã. Si autẽ
noſtratia hæc ſcribo, & omnẽ peruertãt cõpoſitionẽ, & nauſeã bilemq; cõmoueant. Vt
enĩ pauca de multis dicã, eum qui omnibus in bello præeſt, ſiue ꝓprium, ſiue alienũ mer
cẽnarius adminiſtrat exercitũ appellaturus, ſi more uetuſto imperatorẽ dixero, in æqui
uocũ incido illius, quẽ Cæſaris loco habemus. Et ut capitaneũ dicens ipſum ab alijs co-
hortũ ductoribus, urbiũ & caſtellorũ præſidio præfectis, qui eo nunc appellantur nomi
D ne ſeparẽ, addi generalẽ neceſſitas coget. Si itẽ dixero eum ducẽ, dubiũ facio, an quem-
piã intelligi uelim è multis quos habet ætas noſtra prouinciarum urbiumq; principes.
Propriorum autem multorũ militum geminationem, aut abſurdã nominis poſitionem
caſtellorũq; & oppidorũ uel urbium nominibus ſancti aut montis factam alienationẽ
quã nunc habent, quis ſine ſtomacho leget? Niſi uero ingeniũ reperiri credimus poſſe,
quod Petrum Ioannẽ, Paulum de Vrſinis, Ioãnem Franciſcum de Gonzaga, capitaneũ
generalẽ, mõtem ſanctæ Mariæ in Georgio, caſtrum ſancti Ioannis in Perſiceto, & ſimi
lia, alicui poſſit oratiõis cõpoſitioni cũ elegantia applicare. Copiarũ uero comparanda
rum, metãdorumq; caſtrorũ, oppugnationũ & præliorum expoſitio ꝙ multas afferunt
ſcribendi abſurditates, quũ nullus habeat delectus, nõ adigatur ſacramẽto iuuentus, in
legionesq; & cohortes ac manipulos diſtribuat. Quæ & ob uirtutis ſpecimen lectorẽ ꝑ
ſeipſa alliciũt, & uerba ex trito uatũ uſu ſumpta, magnũ ſcriptis afferũt ornamentũ. Ca-
ſtra enĩ nec muniũt aliqui, ſed numeroſior hoſtiũ copijs multitudo, per uicos aut ſub ten
torijs diſperſa, uallo, foſſaq;, ideo muniri negligit, qđ ubi hoſtẽ ad prælia erumpere, ne-
dũ collatis ſignis decertare paratũ intelligit, fuga ſibi, aut paulo remotiore cõſulit rece-
ptione.

ptione. In oppugnationibus autem etſi non minor eſt ꝙ maioribus fuerit noſtri ſeculi E
hominibus induſtria, quia tñ nouis quæ inuenta ſunt inſtrumentis, noua, ut par fuit, in-
dita ſunt nomina, eorũ inſolentia ideo multos faſtidit, quod niſi arietem, fallaricam, ſcor
pionẽ, fundasꝗ; illico legentes offenderint, nullam aut ineptiſſimã fuiſſe oppugnationẽ
exiſtimant. Quos tñ ſi attente præſentis tẽporis ſcripta legent, ipſa ingenij noſtrorũ &
induſtriæ uis maiorum peritiæ & fortitudini comparata, poterit delectare. Quanquã &
cuniculos agũt noſtri, aquisꝗ; foſſa deriuatis, pluteos, uineas, muſculos, & teſtudines, &
turres, ac caſtella excitant, quibus & alijs utemur uerbis, nobis cũ uetuſtate cõmunibus,
& ubi rẽ extare, nomẽ uero mutatum eſſe intelligemus, deſcriptione ſupplebimus. Sed
Bõbardas, nouũ certe inſtrumentũ, ꝗ Venetos in Italia primos bello Clugienſi, qđ cum
Genuenſibus geſſerunt, Germanis miniſtrãtibus uſos fuiſſe oſtẽdimus, ſcribi, ęquanimi
ter tolerent uerbi offenſionẽ illius utilitate maxima cõpenſantes. Quis em̃ & non legat
libenter, & nõ uehementer admiret̃, uas æneum fuſile, ferreum'ue, oblongũ, tãquam ca
uo ex gutture in orbẽ dedolata librarũ ſexcentarũ, ſeptingentarũꝗ; ſaxa, ignis ad interio F
rẽ partẽ ſulphureis admoti pulueribus, & uaporis cõcludi impatiẽtis uiolentia euomẽs
denſiſſimos quoſꝗ; muros perfringere, & opera quæꝗ; ſolidiſſima diſſipare, cũ nullam,
adhiberi opus ſit, quã arieti neceſſariã fuiſſe cõ ſtat, militũ turmam, quod fabrũ uidemus
ætate confectũ, duobus miniſtrãtibus ſeruis, cũ pluteo fuerit ab hoſtium telis tutus, eã
abũde operã exhibere. Eius autẽ inſtrumẽti uſum uetuſtioribus nequaquã fuiſſe, certiſ
ſimũ illud habet̃ argumentũ, qđ ſiue Iulij Cæſaris & Criſpi uetuſtis, ſiue Vegetij & Frõ
tini, quos anno poſt illos quadringenteſimo ſcripſiſſe cõſtat, libris diligentiſſime inſpe-
ctis, nullũ præter fundã, baliſtã, catapultam, fuſtibalũ, & onagrũ facile reperiet̃ inſtrumẽ
tũ quo ſaxa ſeu parua ſeu magna fuerint miſſa, quum tñ illa ligneo fuſte uel trabe ex lo-
culis funibus fabrefacta fuiſſe ipſorũ deſcriptio, & quæ etiã extant marmoreę triumpho
rũ apud urbẽ inciſiones oſtẽdant. Licet uero Marcũ Regulum legamus haud ꝓcul à
Bragada miræ magnitudinis ſerpentẽ, cuius corium Romã delatum fuerat centũ uigin
ti pedũ, ea ratione interfeciſſe, qđ ſaxum murale baliſta miſſum ſpinã beſtiæ fregerit, cõ G
pagemꝗ; corij ſoluerit: & Cæſarianos milites ſcriptum ſit apud Maſſiliã maximis uſos
baliſtis, ipſis etiã inſtrumẽtis iacula cõſtat fuiſſe cõtorta, quã uarietatẽ miſſilium ſuperio
ra quæ enumerauimus omnia præter fundã habuiſſe, hiſtorias legẽtes facile cognoſcẽt.
Hincꝗ; ad noſtrã ætatem perueniſſe exiſtimo, ut quod tormentum priſci dixerunt ſcor-
pionẽ, poſteritatis abuſus appellet baliſtã, & tñ forma à uermis ſimulacro tracta, ſcorpio
nis nomen tormento debuit conſeruaſſe, qđ chelas arcus, corpuſculi lõgitudinem teni
le, & retortã ſcorpionis caudam ſerula ad infima tenilis depẽdens effigiet. Quod tñ mil
le annorum obtinuit abuſus, ꝓ ſcorpione baliſtam ſcribere cõpellemur. At prælia noſtri
ſeculi puerilibus adſimillima ludis, quam admittent ſcribendi elegantiã? in quibus quũ
nullus ſeruet̃ ordo, nulla etiam adhiberi poterunt uocabula priſci moris. Nã neꝗ; colla-
tis dimicat̃ ſignis, neꝗ; acies ex cõpoſito ſtruunt̃, ſed cũ tribus aut quatuor in locis pau-
ci dimicẽt, quàmprimũ inſpectantes exercitus inclinatam ad alterum uictoriã cõſpexe
rint, hic rapidũ fugit, ille aut ſatisfeciſſe exiſtimans, qui hoſtem recedere cõpulerit, ouãs H
in patriã redit: aut ſi uictoriam proſequit̃, hoſte illæſo diripiendis equis impedimentisꝗ;
inhiat. Etſi aliquãdo maiorib. eſt cõcurſum uiribus, magnos exercitus fractos captosꝗ;
ſine ſanguinis effuſione uidimus, aut ſatis ſupraꝗ; fuerit ex mille ſingulos cecidiſſe. Has
tantas ſeruandæ in hiſtoria quũ latinitatis, tum etiã dignitatis difficultates, maior ſequit̃
ꝓuinciarum, urbium, oppidorũ, locorumꝗ; deſcriptio. Si em̃ incognita antehac in regio
ne referrẽ geſta, qualiacunꝗ; eſſent, uel barbara ſcriberem uocabula. Sed Italia mihi ex
omni Romano olim imperio ſola eſt relicta ꝓuincia, ſcriptis priſcorum in primis cele-
brata, ubi nonnulla uetuſtam ſeruant nominationem, quum tñ plurima illam amiſerint:
ideoꝗ; aut uetuſta ubiꝗ; accipiens obſcurus ridiculusꝗ;, aut ſi nouis perdite inſeruiã, in-
eptus & antiquitatis ignarus uidebor, quanquam maior ineſt perplexitas, quod cum tri
na, quaterna, aut plura immutata ſint regionũ quibuſdã nomina, difficillimũ eſt qđ ſe-
qui oporteat iudicare. Qui em̃ ætate noſtra plures ſunt, ꝗ anteacta lõge uiderint ſecula,
docti uiri elegantiã ſcribẽdo ſeruãtes bella quæ apud Mediolanũ, Laudam, Brixiã, Cre
monã, Veronã, & Mantuã gerunt̃, appellant Gallica, non ſatis aduertentes quod muta
uis ea

A uit ea regio appellationes. Nam ut de Hetruſcis, qui illa loca prius tenuerunt, taceã, qui
ſunt Mediolani, & eiuſdẽ ducatus incolæ, Inſubres, ꝗ Brixiæ & uicinæ regionis, Ceno-
mani prius ſunt dicti, quum tñ ambas & circunſtantes ultra Padũ regiones, tũ Galliam
Ciſalpinã, tum Italiam Tranſpadanam appellauerint maiores. Et Romana eccleſia cu-
ius inueterata iam & maxima autoritas nõ parũ habere debet momenti, quicquid Ve-
netia olim dicebať, quod Padum inter Abduamq; fluuios, lacum Benacum, & pelagus
Adriaticum ad Alpes pertinet, Hiſtriã ſuperum mare appellat. Vulgus autẽ neſcio qua
ratione id etiã penè totũ quandoq; marchiam Taruiſinã, quandoq; nominat Lombar-
diã. Neq; tñ ſola eſt Lombardia, quæ tam multas habuit nominum mutationes. Qua ra
tione deſcriptionis Italiæ quam diu elaborauimus accuratiſſimam capita hic referre du
cimus neceſſariũ, ut quæ ſcribentes ſequemur nomina, quãobrẽ ex cæteris ſelegerimus,
legentes recognoſcãt. Primũ Liguria, Varũ inter & Macram priſci præſentisq; nominis
flumina, & Apenninum ac inferum mare ſita, nec uetuſtum ſeruat, nec nouum habet re
B gionis nomen: ſed quũ in magnã amplitudinem aucta ſit Genua, quam ea regio penè in
centro habet primariam ciuitatẽ, quæ regionis pars orientem uerſus ſita eſt, orientalis
Genuæ Riperia, quæ ad occidentalẽ ſpectat ſolem diciť occidentalis. Quum tamẽ pau
ca Lunã urbem uetuſtiſſimam ſolo æquatam adiaectia, & Genuenſibus maiori ex parte
ſubiecta, extra Liguriam, & in Riperia orientali, Lunẽſium patria uocitentur. Hetruria
uero illi cõtigua, priſcos Apenninum inter & inferum mare, Tybrim & Macrã fluuios,
cum nomine ſeruat fines. Et ſi Tybrim inter & Piſſiam Senenſis agri finiũ torrentẽ quic
quid ea pars in mare uergens, cui Viterbium, Tuſcanella, Cornetũ, & plurima inſunt op
pida, beati Petri patrimonium diciť, à glorioſa Matildi, ut oſtendimus, dono datũ, ſem-
per additione in Thuſcia declarať. Vltra Tyberim quæ Romæ cõtinent regiones, hinc
Latij, inde Sabinæ, intra ſexdecim ad ſummum uiginti millia paſſuũ uetuſta retinẽt no-
mina. Ab Illariano autem oppido per Sulmonetos, Vetulanos, & Soranos, ad dexterã
Vfentẽ uſq; priſci nominis flumen Terracinæ: & ad ſiniſtram per Fortinenſes, Signen-
C ſes, Cecanẽſes, Ceperanũ, uſq; Campania: & infra mare uerſus per Priuernates, Coranos,
Sitinosq; maritimas regiones, quicquid Volſci, Laurentes, Hetnici, & magna ex parte
Equicoli quondã tenuerunt, cõplectunť. Ab Vfente aũt & Ceparano, & quicquid lon
giſſimo tractu maria circũdat, Tyrrhenum ad dexterã, Ionium in fronte, & Adriaticum
ad ſiniſtrã, Troentum uſq; Aſculi Picentum flumẽ, & intus Reatinos uſq; Sabinæ fines,
appellationem habet regni Siciliæ, citra fretum, quod tñ aliquando Apuliæ, quandoq;
Neapolis nominamus. Quo in celebratiſſimo à ſcriptoribus regionũ cumulo, multæ, ac
pene oẽs perierunt priſcæ uocationes. Nã & Campaniæ uetus ac opulentiſſima regio,
Capuã, Neapolim, Theanũ, Calenũ, Sinueſſamq;, & alia olim cõplexa, nunc Terra labo
ris diciť. Et pro Brutijs, Lucanis, Calabriſq;, nunc Calabriam: pro Salẽtinis, terrã Idron
ti: pro Samnitibus & Pelignis, Marutinis, Ferentanis, Fureonenſibus, & Albenſibus,
Aprutium habemus: ut ſola Apuliæ pars, ſuum retineat nomẽ. Piceni fines priſco more
intra Troentum Iſaurumq;, Apenninũ & Adriaticum ſeruamus: ſed mutauit id nomen
D marchia Anconitana. Et Vmbria, quæ olim Sabinæ, Samnitibus, Hetruriæ, Piceno &
Flaminiæ cõtinebat, nũc ducatus Spoleti nomẽ mutauit: cui Spoletũ, Fulgineum, Aſſi
ſium, Eugubium, & alia inſunt oppida. Quanquã multo pauciora, ꝙ olim Vmbriæ fue-
rit, habet is ducatus, quoniam quæcunq; hinc apud Interamniam ſine certo regionis no
mine, & à magiſtratibus Romanæ eccleſiæ gubernanť, Vmbriæ partes fuerunt: & quæ
ultra citraq; Apẽninũ à Tiferno, quæ eſt Ciuitascaſtelli, uſq; ad Saxinã Plauti comici pa
triã, Foroliuij ad ſextũdecimũ lapidẽ uicinã, partim in Maſſæ Trabariæ, partim in Ro-
mandiolæ nomina cõceſſerũt, ſub Vmbria olim adnumerabanť. Ab Iſauro, qui nũc eſt
Folia Piſauri fluuius incipit Romandiola, quæ Flaminiæ & Æmyliię nomina, & partem
Vmbriæ, ut oſtendimus, in ſe habet cõfuſa. Apenninũ inter & Adriaticum mare, Arimi
num, Rauennã, Ceſenam. Forumliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Mutinam, Rhe-
gium, Lepidũ, Parmam, & Placentiam, ſicut oſtẽdimus, complexa. At Lombardiæ qui
ſunt fines nec auſim affirmare, nec quẽpiã legiſſe aut ſcire opinor. Quod cõſtat rebus à
Carolo Magno Francorũ rege in Italia reſtitutis, data eſt Lõgobardis, quam habuerant
primariam apud Papiam ſedes. Et quum nulla præterꝙ ab Rauennate exarchatu, & ab
inde

inde Romã uerſus habeatur pulſę gentis notitia, poſſediſſe eos etiã Romanorũ & Gal- E
li regis permiſſione, magnã Italiæ Tranſpadanæ partem exiſtimo: eaꝗ ratione credide-
rim factũ eſſe, ut tractus ille pulcherrimus à ſinu intimo Apennini & Alpium per Augu
ſtam, Iporediam, Taurinum, Albam, Vercellas, Mediolanum, Laudam, Bergomũ, Bri-
xiam, Mantuam, Veronã, Vincentiã, uſꝗ Paduã, & Taruiſium, Lombardia nunc appel
letur, cui etiam imperitũ uulgus addit Ferrariam, & quicquid cis Padum ad Rheni Bo-
nonienſis fluenta, Padũ inter & Apenninum habetur. Huic itaꝗ nos etiam accedentes
errori, quẽ annos iam ſexcentos tota ſeruauit Italia, eadem omnia cum uulgo Lombar-
diã appellauimus. Primas tantũmodo in ſinu intimo partes, ut nunc habet uſus, ſub Fer-
ratenſium & Pedemontanorũ uocabulis excipientes. Quæcunꝗ enim Alpibus Graijs,
& Pado ad ſiniſtram quouſꝗ eum Dorica fluuius illabitur cõtinentur, Pedemontiũ re-
gio nunc dicunẽ. Cui regioni primaria inſunt Auguſtaprætoria, Pinaroleum, Suxia, Ri
polle, & Taurinũ. Cætera Alpes inter Apenninum & Padum, Valentiam, & Alexandri
am uſꝗ ſita Montisferrati regio dicunẽ: cui notiora inſunt oppida, Monsregalis, Cunę, F
Salutiæ, Sauilianũ, Monscalerius, Carmagnola, Chorium, & Caſale, & ultra Tanarum
amnẽ præclarũ, Alba. Sed licet amnes Lombardiæ maiori ex parte priſca ſeruant nomi
na, lacubus tñ facta eſt nominum inſignis & abſurda muratio, magno futura, ſcribenti
& legentibus, niſi declareẽ, impedimento. Qui enim nunc dicitur Gardę lacus, Benacus
eſt, ex quo Mintius. Qui Iſei, Sebuinus, ex quo Ilius. Qui Comi appellaẽ, eſt Larius, ex
quo Abdua. Qui Lugani eſt Eupilus, ex quo Lãbrus, ꝗ Maior dicitur, eſt Verbanus, ex
quo Tocinus. At ultra Paduã, & Taruiſium, uſꝗ adeo magna alicubi facta eſt mutatio,
ut clarus ille Virgilij deſcriptione Timauus, ꝗ nunc ſit fluuius ignoreẽ: & in intimo A-
driatici ſinu, in qua ſtagnorũ parte priſci ſeptem maria appellauere. Dum interijt in Pa-
di oſtijs Adria illa, uel ideo celebris, quod pelago adiacenti dedit nomen, tum noua eſt
condita, ſed opibus præpotens & fama celebrior Venetiæ urbs, originẽ & incrementa
cuius in Romanorũ imperij inclinationis hiſtoria præſenti ſupra narrauimus. Intus aũt
Altinum, Opitergiũ, Aquileia, Cõcordia, penè interierunt. Et ꝓ Forijulij oppido quod G
eſt exciſum regio nomen habet, in qua Vtinum creuit, ut oſtendimus, nouũ oppidum.
Ex fluminibus uero nomina retinent, Silus, Liquentia, & Taliamentum, cætera intelli-
get ad Italiã ueterẽ nouamꝗ ſpectantia, qui deſcriptionem noſtram accurate perleget.
Tantas itaꝗ ſcribendi difficultates quo ſuperemus modo, ſequentia demonſtrabũr. Io-
anne Galeatio uicecomite, ut diximus, mortuo, duorum qui ex legitimo matrimonio ſu
perſtites illi fuiſſent liberorũ, unus Ioannes Maria minoris prudentiæ adoleſcẽs, à ciui-
bus eſt trucidatus. Alter Philippus Maria, cui Anglo fuit cognomen, poſt ſtupẽdã quæ
facta erat paterni principatus euerſionem, ad eã deuenit rerum inopiam, ut arcis Papiæ
præfecti beneficio, uitã inibi tutatus ſingula educationi neceſſaria, à ſingulis mendica-
uerit amicis. Eo tunc uix Vicenni in ipſa arce agẽte, obijt Facinus Canis, maximus tẽpe
ſtate illa bellorũ ductor, potentiſſimusꝗ tyrãnus, ut ꝗ Vercellas, Alexandriã, Tertonã,
Nouariã, plurimaꝗ per eam regionem obtinuerit oppida, ingentes inſuper poſſederit
diuitias, ciuitatũ oppidorumꝗ Lombardiæ direptionibus quæſitas. Is cui nulli eſſent li- H
beri, moriens Beatricẽ uxorẽ reliquit hæredem, egitꝗ cum amicis ut Philippo illã æta-
te imparẽ, quæ annũ nata eſſet ſupra quadrageſimũ, ſub uxoris uinculo matrem darent
principatusꝗ aſſertricẽ. Quod cum eſſet factũ Philippus ea paterni principatus parte
potitus, quã Facinus tenuerat, & ingenti pecunia gazaꝗ ab uxore donatus, legionẽ in
diuerſa ſtudia ſciſſã, Franciſci Carmagnolæ, & Sicci Montagnanei opera ſibi cõciliauit.
Vim nanꝗ iuramenti in cuius uerba Beatrici ſimul cũ Facino pari formula ſe obligaſ-
ſent, Carmagnola Siccusꝗ militibus cæteris ad ſuaſionẽ prætẽderunt. Eãꝗ legionẽ ęris
alieni ſuperiori tẽpore cum Facino cõtracti donatã, & pecunijs à Beatrice in ſtipendia
impenſis, nouo ſibi adactam iuramento, Philippus Mediolanum duxit, quam ciuitatẽ
Aſtrogius uicecomes Bernabouis filius ab Ioãnis Mariæ interfectoribus accitus, in do
miniũ occupauerat. Admotis igiẽ arci quę in fide perſtiterat copijs, munitiõibusꝗ quas
oppoſuerat Aſtorgius nõ ſine difficultate ſuperatus, Philippus à Vincẽtio Melegnano
præfecto introductus, Mediolano potiẽ. Aſtorgius fugiẽs in Modoetiã ſe recepit, quò
cũ eſſet ductus exercitus, omnium primus Carmagnola præclarã pręſtitit operam, dum
fortitudinis

A fortitudinis famà apud exteras nationes celebri Aſtorgio cõgreſſus, illũ prælio ſupera-
tũ,intra munitiones fugientem ſub ipſis mœnibus uulnerauit. Effectũ uero eſt eius diei
facinore,ut Philippus exhibitæ cõciliandæ legione ab Carmagnola operæ memor, illũ
attollere cœperit,cuius ductu magna quæ ſumus relaturi potentatus fundamenta iecit:
Is humili apđ Carmagnolã Taurinorũ oppidũ,à quo patriũ ſibi fluxit cognomẽ, natus
loco,uir fuit fortiſſimus,quẽ primos in legione ducentẽ ordines Facinus ornatũ laudi-
bus bello clarũ alioquin ſocij paris'ue impatientẽ futurũ, ſi aliquando dimiſſus ſuã tẽtaſ
ſet fortunã ſæpe prædixerat: Quãprimũ itaq; Aſtorgius Carmagnolæ modo etiam op-
pugnanti reſiſtens,crus Bõbarda ictus occubuit, Canturiũ ille oppidũ qđ Ioannes Pic-
cininus alter Bernabouis natorũ occuparat primo,deinde Comum, quã urbem Frãchi
ni Ruſchonis nati,rebus Philippi afflictis,pro illo ut dicebat retentam, non ſatis reddi-
turi uiderent̃,recepir.Et Laude Pompeiana Zaninum Vignatenſem,Tricio Collionen
ſes eiecit:Nati erãt Vignatenſi duo,qui paternæ tyrannidis comites,Laudenſem cum il
B lo arcẽ incolebant,eorũ natu maiorẽ Iacobum,ſubornatus à Carmagnola Perrinus Va
denſis,pedeſtria apud Melegnũ ſub Philippo ſtipendia faciens,magno pellexit aſtu,ut
aliqua quę ex Mediolano clàm eſſet ſibi renunciaturus,paternã ſuamq; rem plurimũ cõ
cernentia,audiendi ſtudio noctu arce deſcendẽs ſecũ intra promurale locutus fuerit. Id
cũ adoleſcẽs ſæpenumero feciſſet, prænũciatas à Perrino equitũ incurſiones in Lauden
ſem agrũ euentu ꝓbari Philippus curauit, quibus ex rebus plurimũ fidei apud Vigna-
tẽſes cõparauit Perrinus: Itaq; Carmagnola qđ cum Perrino cõſtituerat equeſtri comi
tatu ad quatuor fermè ſtadia ab arce relicto, & peditibus perpaucis ad teli iactũ poſt ſe
iuſſis ſubſidere,Zanonẽ Iuſtinopolitanũ & Placentinũ Cẽturiones,ſibi ſocios aduoca-
uit,quibus comitãtibus leui pede agiliq; motu Laudenſis arcis uigiles fallens, ligneum
extrema ꝓmuralis receptacula claudẽs,trãſiuit raſtrũ, & in ebulis urticiſq; quas herbas
feracis ſoli pinguedo denſas ꝓcerasq; in obſoleto nutriuerat iacẽtes delituerunt, Perri-
no autẽ quamprimũ raſtro adhæſit, lapillis in arcem ex more iactis de aduẽtu ſuo ſigni
C ficante,deſcendens arce Iacobus in promurali à cuſtodibus deſtituit̃. Qui luſtrata ocu-
lis in circuitu per paxillorum intercapedinẽ regione, ſtantẽ ad raſtrum Perrini facie re-
cognitũ comiterq; exceptũ,cũ cerneret ſolũ eſſe, admota clauibus ſera introducere in-
tendebat:ſed eo inter ſubeundũ raſtri motũ manibus impellente, emicantes herbis Car
magnola ſocijq;, Vignatenſem mediũ cõplectunt̃,& ualide reluctantẽ,fruſtraq; auxili-
um implorantem,extrahunt è promurio:Nec tñ prius adeſſe auxilio Carmagnolæ & cẽ
turionibus potuerunt pedites,q̃ à crebris quos immittebãt ex arce cuſtodes, lapidibus
raptores cum rapto penè obruerentur.Iacobo Mediolanum perducto,Philippus indu-
cijs cum Zanino patre cõſtitutis,ipſum etiam fide publica Mediolanum accerſiuit,quẽ
paulo poſt perfidiæ inſimulatũ,unà cum Iacobo filio,ad alterum ex filijs qui Laudem te
neret Ludouicũ nomine,pro arcis deditione impetranda,perduci iuſſit:Sed dum fœde
ribus ille progenitoris fratriſq; uita cõſcribendis intentus Carmagnolam ex arce allo-
quit̃,Philippenſes cõſcenſis parte auerſa mœnibus urbem ceperunt,& ad ſubitam arcis
D oppugnationem illico intenderunt. Ludouicus autem dum relicta arce ſibi per fugam
cõſuleret interceptus, cruci & ipſe cum genitore & fratre Iacobo eſt ſuſpenſus. Caſtris
poſtea cõtra Triciũ poſitis Carmagnola munitiſſimũ natura loci oppidũ, quod ſaxo ſi-
tũ eminenti Abduæ imminet fluuio,longa obſidione parauerat recipere:ſed cũ obſidio
nẽ ea ratione inefficacẽ intelligeret futuram,quod pontis ſtupendi fornicis, qui Abdu-
am iungebat,opportunitate,ex Martinenſium ualle cõmeatus ſubuehebant̃, pontẽ diſ
rupit & altero tyrannulorũ inter pugnandũ capto,datis primori muneribus, deditio eſt
facta. Leuco exinde oppido, quod ſitũ ad Abduã ex lacu Lario Comi uocãt emiſſoriũ,
ponte itẽ Abduam amplectit̃ potitus,Cremam recepit, Georgij Bentioni oppidi illius
tyranni nepote ad proditionẽ pecunia pollicitationibuſq; pellecto.Pacatis ea celebrita
te omnibus quæ Pado, Ticino, Abdua,& alpibus continent̃,tãtus erat uectigaliũ Phi-
lippi neruus,ut Carmagnolæ innixus ductori,maiora quæq; nõ dubitaret audere.Eum
itaq; cõſilij primatu,& cognationis Vicecomitum cognomine honeſtatũ, uxore inſu-
per ex ea ſtirpe ſibi tradita,equitũ quatuor milium,peditum mille legioni præfecit, quã
contra Philippũ Arcellanum Placentiam tenentem duci uoluit. Poſt uarios tamen qui

bello inciderunt caſus, priuſquā urbe arcibusꝗ potitus eſſet, Beccarieſes multa in Papi- E
enſi & Genuenſi agris oppida tenētes, & Genuenſiū dux Thomas Fregoſius, ſocietate
cū Arcellenſi inita, Philippi uires, magnosꝗ Carmagnolę conatus, lōgo tēpore occupa
uerunt. Sed paulopoſt Placentia urbe recepta, & arci qua ſe tuereť Arcellanus aggere,
munitionibusꝗ ad obſidionē circunductis, Beccarienſes Carmagnola cōfecit. Nā Lan
celotto in Serraualle Genuenſiū oppido per obſidionē expugnationēꝗ capto, ac truci
datis prius in Papia fratribus, per ſuſpendiū necato, Gauij oppidi pecunia ꝓditi eſt po-
titus. Proſecutus exinde uictoriā, contra Genuenſem, extorrū maxime nobiliū multitu
dinis præſidio fretus duxit, dūꝗ urbē premeret & uallem Pulceferam eſſet peruentum,
Arcellani duo Bartolomęus Philippi frater, & alter filius, deficientibus ad hoſtes inco-
lis, in prælio capiunť. Præuiderat interea Pandulſus Malateſta, qui Brixiā Bergomūꝗ
tenebat, Philippi amplitudinē ſibi, niſi occurreret, exitio futuram. Hinc coacto exercitu
ſocietati & ipſe cōtra Vicecomitē acceſſerat. Sed dū parat Arcellano recuperādæ ꝑ ar-
cē Placentiæ opem ferre, mittens Philippus cum fluuiatili claſſe Georgium Valpergen F
ſem, Placentinos iuſſit cū gaza & ſuppellectili Laudā Papiamꝗ populariter emigrare,
eoq; tēpore Genuenſi parcens, Carmagnolam cōtra Placētinam arcem ducere curauit.
Nā Pandulfus patentes Placentiæ portas ingreſſus, cū urbem circuiſſet rerum uacuam,
pauca Arcellenſem allocutus, Brixiā reuerterat. Carmagnola uero perductos ad Philip
pi fratris genitorisꝗ cōſpectum, captos à ſe Arcellanos manus poſt terga reuinctos, illi
oſtēdēs, ut ſuæ ſuorumꝗ ſaluti per arcis deditionē cōſulat, ſuadet & exhortať. Quo ob-
ſtinatius renuente, & cōtumelias inſuper addente, iuuenes Carmagnola patibulo ſuſpē
ſos necauit. Erat in arce Philippi genitrix, quæ pēdētes filiū ac nepotē cernēs, in hora il-
li oculos ſi poſſet effoſſura, furēs ferebať. Quare Philippus cōtumelijs faſtiditus nihilꝗ
ſpei reliquū fore intelligēs arce relicta nauigauit ad Venetos. Reducto Placentiā popu
lo, oēs qui ea cis Padum obtinebant loca Vicecomitibus quondā ſubiecta deditionem
ſpōte fecerunt: Primus omniū Orlandus Pelauicinus Burgum doniniū reddidit, cæteri
deinde Rubei, Peregrinenſesꝗ ſeſe Philippo cum oppidis permiſere. Qua in tēpeſtate G
Philippus Beatricis annoſæ uxoris moleſtia liberatus eſt. Subiectum em̄ quæſtionibus
egregia forma adoleſcentē, qui uxoris pincerna erat, cōmiſſum cū ipſa ſtuprū inter tor-
menta cōfeſſum, capitale ſupplicium ſubire iuſſit. Ea uero cuius inſimulareť flagitiū à
ſe admiſſum cōſtantiſſime negans, cū ad ſupplicij locum perducta, truncum adoleſcen-
tis cadauer, à carnifice tracta præteriret, ad illud conuerſa inferas in eius animam furias
execrata eſt, quod ſuā pudicitiam in id ſenectutis religioſe cuſtoditā, polluiſſe mētiri au
ſus fuerat, & multa in eam ſententiam locuta capite & ipſa cæſo uitam finiuit. Tum Car-
magnola tātis aſſerendo Philippi principatu iactis fundamentis cōtra Pandulſum Ma-
lateſtā duxit, & Bergomenſi agro fame oppugnationibusꝗ magna ex parte ad deditio
nē cōpulſo, urbē pręfecti arcis perfidia recepit. Inde ducta in Brixinianos legione, forti
ter reſiſtentē Pandulſum breui cōfeciſſet, niſi illū Veneti pecunia ingēti, datoꝗ eū equi
tatu Martino Fauētino ductore bellicoſiſſimo iuuiſſent. Forte interea accidit Martinū
quintū Romanū pontificem, ex Germania ubi apud Cōſtantiam fuerat creatus, Romā H
petiturū in Italiā deſcendentē, Mediolani ex itinere reſidere, cuius autoritate pacē Phi-
lippus Pandulſo dedit, & tributo qđ ſingulis penderet annis imperato, Brixiæ domina
tū quoad uixiſſet, illi permiſit. Erit ex re hoc loci pōtificis iſtius Romani creatio qualis
fuerit uel ea ratione diffuſius narrare, quia origo cōciliorū ex quibus multæ fluxerūt in
rebus Europæ agitationes, nō minima hiſtoriæ noſtræ pars inde ſit ducta: infiniti uero
operis fuerit ſingulas cōcilij actiones, ut geſtæ habitæꝗ ſunt, referre. Quāobrē ea attin-
gimus ſola, quæ ſuſceptam illuſtratura uideanť hiſtoriā. Diximus ſupra quo pacto poſt
Gregorij undecimi morrē ſchiſma in dei noſtri eccleſia apud Fundos fuerit inchoatū, et
pōtificū uniuſcuiuſꝗ Chriſtiani orbis uel obediētiæ uel ſectæ geſta ſuis ſcripſimus tēpo
ribus. Eā eccleſiæ & orbis Chriſtiani labē, ægre ferens Sigiſmundus Vngariæ rex, impe
rator deſignatus, dignū imperarore, digniſſimū Auguſto facinus, magno aggreſſus eſt
animo. Peragratis nāꝗ omnibus Europæ ꝓuincijs, Ioannē pontificē apud Cremonam
& Laudā, reges uero & principes domi ſingulos cōuenit, effecitꝗ, ut ex omni triū pon-
tificum ſequela, apud Conſtantiæ Germaniæ ciuitatē generale cōcilium haberetur. Ad
quod

A quod Ioānes ipſe perſonaliter ſe cōtulit. Gregorius Carolū Malateſtā uirū ingenti uirtu
te miſit ꝓcuratorē. Benedictus uero & ire & mittere recuſauit. In eo totius Europæ po-
rentū inſigniumq; uirorū cōuentu celeberrimo, in quo ſupra xl hominū milia aliquādo
ſimul fuere, Ioānes pōtificatu priuatus & carceri mācipatus, Benedictus pro cōtumacē
& hæretico damnatus fuit, Gregorius uero per Carolū renunciauit. Inter plurima autē
quę triēnio illo ſumma cū grauitate ſunt à patribus cōſtituta, illud accurate fuit decretū,
ut ꝗ eo in cōuentu pōtifex crearet̃ quinto, & ſucceſſores deinceps ſinguli, ſeptimo quó
que anno, ꝓ ſeruāda unione, generalia haberēt cōcilia, in quibus liberū foret quæcun-
que in rem Chriſtianæ fidei uiderent̃, corrigere, arcere, immutare. Creatus itaq; ſummó
omniū cōſenſu Oddo Columnēſis, patritius Romanus, cardinalis ſancti Georgij in pō
tificē nomine Martinū quintū, anno pontificatus ſui primo, Mediolanū, ut diximus, ex
Germania cōceſſit: quo exinde Mantuā & per Forumliuij Florentiam profecto, Philip
pus inſtaurandi principatus paterni cupidus, omniū crudeliſſimū Cremonæ tyrannum
B Caprinū Fundulū tollere ſtatuit, nec futurū facile uidebat̃ bellum, quod cum audaciſſi-
mo eſſet gerendū diuitijs affluente, quas in ea Lombardiæ colluuione, nō ex Cremonà
ſolū, ſed undiq; cōpilauerat. Quamprimū tamen cōtra illum Carmagnola duxit, Pixilo
nes primi, deinde Soncinēſes, in poteſtatē uenere. Quamobrē cōfugiens ad Pādulſum
Cabrinus, Cremonā cū Salodio, & Ben[illegible]lacus quę ad Brixianā pertinēt oram caſtel-
lis quæſierat permutare. Id exploratū habēs Philippus, cū Cabrino mitius agere cœpit;
permiſſumq; munitiſſimū Caſtellionē oppidū, quo oēs cōportauerat diuitias retinere
fœderatū cœpit. Nihil tum eſſe uidebatur reliquum ꝙ ut Pādulfus rupti fœderis pro ut
Philippus illi ꝓſtatus fuerat, pœnas daret: quæ res licet unica eū maxime angeret ani
mo, tñ uetitus ne accelerato nimis recuperandæ Brixiæ Venetos ſtudio cōciret hoſtes,
in Mantuanū principem Franciſcū Gonzagam deſtinaſſe ſimulat, oppida caſtellaq; re-
petit, quæ genitore mortuo ille occupaſſet, Piſcheriā Vitellianā, & Cremonēſis agri ali
qua, plurima Brixiani. Id ægerrime tulerunt Veneti. Piſcheria nāq; in Philippi poteſtā
C tem facta, propè actum de Verona & Vicentia exiſtimabant. Quare Gōzaga primū nē
aliqua redderet monito, oratores ad Philippū mittunt, tandemq; uarijs effectū eſt cona
tibus, ut fœdera Veneti cū Philippo in decenniū inirent, cōmunem fore utriſq; & ſocijs
hoſtē alienigenam omnem quicunq; alterū bello laceſſiſſet, modo Veneti nullo Pādul
ſum præſidio tutarent̃. Ad ea nanq; fœdera Venetos Philippumq; ideo libenter deſcen
diſſe cōſtat, quod Sigiſmundū Vngariæ regem, Romanorum imperatorē deſignatum,
cōmunem utriſq; inimicū, in Italiā uenturum ſuſpicarentur: nec parua ad ſuaſionem Ve
netis acceſſio fuit, odiū cōtra Pandulfum, ex nece Martini Fauētini cōceptū, quē ut di-
ximus doctorē bellicoſiſſimū, ſibi præſidio datum, nullo ut ipſi opinabantur demerito
interfecerat. Fœderibus cum Veneto Senatu ictis Carmagnola Brixianum aggreſſus
agrū, minora aliquot caſtella recipit: Deinde Monteclarum eo cōſilio uel lōga obſidio
ne parat recipere, qđ ſola inde Pādulfo pateret uia, copijs ſi quæ uenirēt pręſidio admit
tendis. Interea Carolus Malateſta afflictis fratris rebus ſubſidia queritabundus Florēti-
D nos, periculi quod rei ſuæ ſuperato Pādulfo immineret, admonitos opē petiuit, cūq; id
nō ſatis ſucceſſiſſet quātas ſummo conatu potuit cōtraxit copias, & coactæ ex illis equi
tū quinq; peditū duorū miliū legioni præfectū Ludouicū Melioratū Firmanæ ciuitatis
uicariū, per Veronenſes, Mātuanosq; ducere iuſſit. Venit itaq; in Mantuanos Ludoui-
cus, & foſſam patētes Montiſclari campos ſcindentē, quæ ad ſimilē arcendam à Brixia
uim, ab oppido Monteclaro, in proximas paludes dudū fuerat ducta, ad aurorā traijce-
re eſt aggreſſus, ubi Carmognolæ obuiāti cōgreſſus, fuſis direptisq; copijs ſuperatus in
Philippi ducis poteſtatē uenit. Nec tñ ea attonitus clade Pādulfus deditionē fecit. Vni-
cus ea tēpeſtate Nicolaus Marchio Eſtēſis, prudenti conſilio futuris occurrit periculis;
Parmā etenim ſponte Philippo reddidit, quam aut per uim poſtea fuerat amiſſurus, aut
maximo cū diſpēdio retenturus, cū illo tamē pactus, Martino pontifice Romano inter
ceſſore, ut Rhegiumlepidū, quæ ciuitas itē uicecomitū fuerat iure feudatorio retineret.
Paulo exinde poſt, Brixia Pādulfus excedēs, in Romandiolam ad propria ſe cōtulit. Re
bus Philippi ad eā amplitudinē perductis, cū reuerſus Mediolanū Carmagnola, ciuili
ocio quieſcere cœpiſſet, noua ingētis glorię materies eſt ſuborta, Philippus nāq; Bellin

tionam & Domuſſulam, Alpinos in Germaniā ex Lōbardia tramites, quibus olim Vice E
comites potiti fuiſſent queadmodum furto ſubtracti fuerāt, furtiue item receperat. Qd'
cum ægre, diſſimulato tñ dolore q eas incolunt alpes, Suitios appellant, certo tuliſſent
tēpore, ſubito tumultu ad octo hominum milia, Bellintionam inuadunt. Ea re Philippo
nunciata, Angelū Pergulanum, quem tunc primum ad ſua cōduxerat ſtipendia, præmit
tens, Carmagnolā cū maiori exercitu ſequi iubet. Egreſſa finibus gens effera, nullo ordi
ne, nulla ducebať militari diſciplina, ſed gloriæ ducentes, ꝙ primus quiſq; agrum hoſtilē
lōgius ingredereť, aut primus in hoſtem ferreť, palantes ex Alpibus ruebant. Quampri
mū uero occurrentes ſtructa acie, Carmagnolam Angelumq; cōſpexerūt, qui primi de
ſcenderāt ad quatuor milia ſublato clamore ad Philippenſes delati illos terruerūt. Tum
Pergulanus, prior adhortatis in pugnā militibus, qd' ueſaniam furoremq;, barbari pun
ctim icti, cū ſanguine depoſituri eſſent, equum cōcitat & denſo ſuorū globo in illos ua-
dens, aliud pugnæ genus, ꝙ apud Italicos inire conſueuiſſent, ſibi adeiſſe intelligit. In ea F
nanq; multitudine nullus loco niſi cadēs ceſſit, fueruntq; qui media tranſixi uiſcera, per
haſtā peterēt hoſtem: alij cum pugnantes ex equo gladijs ferire nequirent, equi pedibus
gladio ſuccidis, collapſum militē uulneribus cōficiebant. Quāobrem Pergulanus equi-
tatu pedeſtrē pugnam inire iuſſo, Placentino & Iuſtinopolitano Zanone Cēturionum
ductoribus, ad ſe accitis, primus pedeſtre pr[illegible] redintegrauit. Carmagnola uero qua-
drato agmine, ab lateribus & à frōte cū peditatu urgente ſuſtinuere Suitij, & multis cadē
tibus, plurimis ac penè omībus uulneratis pedem referentes, q erant integri ſeſe in uici-
nū collem recepere. Quibus fixa in terram mucronum cuſpide deditionem ex gētis mo
re ſignificātibus, Angelus primo parcēdū eſt ratus: ſed cum uidiſſet aliam Carmagnolę
ſententiam eſſe, primus item in eos ferť, palantesq; & in proximum amnem Ticinū ſeſe
præcipitantes inſecutus, nō paruā illorum etiam partē cæcidit. Cecidere eo prælio plu-
res, ꝙ tot tantiſq; per multos annos inſtaurando Philippi principatu feliciter à Carma-
gnola geſtis: ad duo nanq; milia deſideratos fuiſſe cōſtat, reliqui, quos auerſi à ſuis itine
ris error ſaluos reddidit, cōperto de clade intra Alpes ſeſe receperunt: nec tñ incruenta G
aut utilis Philippenſibus fuit uictoria, multis lectiſſimiſq; militibus primo inſultu truci
datis, equis inſuper ad quadringētos ſuffoſſis. Reuerſis ab eo facinore præclaro, ad Phi
lippū ductoribus, cū nihil eſſet in circuitu reliquū, Genuenſeſq; extorres ex primoribus
ciuitatis, Raphael & Baptiſta Mōtaldi, Teramus Adurnus & Frāciſcus Spinula perma
xime apud illū inſtarent, in Genuam cōuerſa ſunt arma. Miſſus itaq; Carmagnola Sauo
nā, quę ab uiro ingentis animi Spineta Fregoſio defenſabať, diu fruſtra oppugnauit: in-
de ad agrū Genuenſem ſe cōtulit, eoq; paucorū dierū ſpacio potitus, nobiles oēs exce-
pta Fliſcorū gente in partes Philippi exulumq; traduxit. Duo autem maxime Philippo
Genuæ per obſidionem potiundæ ſpem adimebant, qd' ducem magni uirum animi &
prudentiæ Thomā Fregoſium fratribus clienteliſq; & populari fauore potentiſſimum
mare pacatū ad cōmeatus ſubuehendos, pręſidiaq; admittenda habere intelligeret unū,
alterū qd' Florentinos, quibus amplitudinem ſuam noſceret fore ſuſpectiſſimam, præſi
dium illi afferre ſuſpicareť. Quamobrem miſſis Florētiā oratoribus, numero ſex, de pa- H
ce quā uiginti antea per annos integre ſeruaſſent, in futurum cōſtituenda multis agi cu-
rauit. Fuerūt uero quib. ſuniſi ſunt oratores, ſuaſionis loci, docuiſſe olim utriuſq; partiū
clades, ſenſiſſe Italiā, quāto cōſtitiſſent dāno Florētini populi cū Vicecomite bella, Phi
lippū quia ſumma rerū calamitate, principatu quem optauerit quemq; meritum ſe du-
ceret maiore eſſet onuſtus, nil aliud deſiderare, ꝙ ut ſuo ductu Italia quieſceret, floreret,
dulcedine pacis lætareť, nec ſe latere qd' ſumma prudentia Florentinos intelligere cer-
tum haberet, Venetis qua eſſent diuina humanitate potius ꝙ ꝓ fœderum uinculis ſin-
gulari illū ꝓſequentibus amore futurum, ut ſi Florentinus ſuæ accederet ſocietati, nulla
eſſet tanta uis quæ Italicā gentem uexare auderet, cū præſertim quarto loco Romanus
pont. Martinus quintus, pacis & ipſe amantiſſimus, optatæ huic potentatuū ad pacem
cōuentioni, ſine fœderibus cōtinuo acceſſurus uidereť. Proinde fœdera iungerent ma-
ximam quietis paratæ Italicis perpetuamq; gloriam habitura. Vocatis in Senatum ciui
bus Florentinis factaq; ſingulis dicēdi poteſtate, nō defuerunt, qui oblatam à Philippo
quietem maximas populo Florentino uexationes prædixerint allaturā, quàm primum

A ſubtracti huiuſmodi blãdicijs Genuẽſi fauores, uicinæ & mari terraꝗ́ potentiſſimæ urbis illum reddidiſſent dominum, cẽſuerintꝗ́ quo maiora melioraꝗ́ polliceret̃, cum eò cautius eſſe agendum. Vicit tñ imperitæ multitudinis cæcitas, bella ſibi præparantis intolerabilia, dũ prætenſa pace oculos præſtringi patit̃: & ad fœdera uentum eſt, ſecuritatis plurimũ ſi diuturno duraſſent tempore, Florẽtino allatura, fore utriuſꝗ́ finium terminos, ultra quos bella gerere, aut ſocios belli pacis'ue habere nõ liceret, fluuios Macram Cruſtolũꝗ́, q aduerſo è regione in Apennini iugis fonte oriundi, inſerũ primus mare, alter Padũ illabunt̃. Summa interim cura bello Genuenſi intentus Carmagnola, Fliſcorũ gentẽ Thomæ affinem pellexerat ut uictrices ſecuti partes Philippo exulibusꝗ́ adhęrerẽt, & tripartito exercitu, partim in Biſamne, partim in Pulceſera, partim in Granariolo uicino mœnibus uico, caſtra habebat. Erãt uero nõ Fregoſi principis menti ſolũ ſed uniuerſæ etiã ciuitati infeſtiſſima quæ apud Granariolũ erant, ex quibus ingenti põdere lapides interdiu & per noctem à bõbardis in monaſterio diuæ Margaritæ firmatis, in ur-
B bem iaciebant̃. Nec tamẽ fractus animo Thomas principatu in ea rerum difficultate deſperabat, quandiu orã maritimam, cui Genuenſes maxime inniterent̃, tutari poſſet. Angebat̃ uero plurimum rei pecuniarię indigentia. Quamobrem apud Florentinos, ut bellũ ſuſciperent & opem ſibi afferrent uarijs legationibus ſæpe inſtitit, cumꝗ́ parum proficeret, Liburniũ Piſanorum portus arcem, quam Genuenſes diu obtinuerant centũ & uiginti aureorum milibus ipſis uendidit Florentinis. Et cũ extorres claſſem triremium nouẽ apud Barchinonam precio ingenti cõparatam audiuiſſet cõtra ſe ducere, claſſem & ipſe totidẽ triremium, præfecto illi Germano Baptiſta Fregoſo parat: quod uero humanarum rerum fert cõditio, cõtracta ex Liburnio pecunia, rerũ Thomæ contra ac ille fuerat ratus, excidio fuit, Philippo aũt ſicut conficiendi Genuenſis auxilium, ita inchoandi ſub aliquo honeſtatis uelamine Florentini belli occaſionẽ attulit. Nã congreſſus exulũ claſſi Baptiſta ſuperatus, & cum plurimis popularium Genuenſiũ fratris ſtudioſorũ, in poteſtatẽ hoſtium factus, omnẽ Thomæ potẽtiam eneruauit, ut paulopoſt Sarzana op-
C pido, cum caſtellis ſex per fœdera retentis Genuæ deditionẽ facere ſit cõpulſus. Et Philippus Florentinũ fœderibus feciſſe contra, qui hoſtem ſuum pecunia iuuiſſet, dictitare uſurpans, eam deſtinato quidem cum bello illis cauſam prætendit. Quam tñ cauſam ne ipſos ad maturandã reſiſtentiã excitaret, in apertæ cõtentionis tempora reſeruauit: quin etiã ne fines in fœdere aſcriptos tranſgredi uideret̃, oblata occaſione Forliuij occupandi, urbis Florentino uicinæ, in qua per ſoli feracitatẽ maximos poſſet exercitus alere, id pergratũ cõcupitumꝗ́ facinus, maximis diſſimulationibus integumentisꝗ́ ſuſcipere eſt aggreſſus. Georgio nanꝗ́ Ordelaffo Foroliuienſi uicario per articularẽ morbum defuncto, Lucretia eius uxor Lodouici Aledoſii Imolenſis uicarij nata, Thebaldũ filiũ tũc decennẽ Imolæ cõtinebat, & tanquã Forliuienſes uel indignos duceret uel mĩdos, quibus rerũ pueri cura demandaret̃, per Imolenſes omnia adminiſtrabat. Id ægre à Forliuienſibus ferri exploratũ habens Catharina Ordelaffeæ gẽtis, Bartholomeo Fregoſio Genuenſi nupta, Bologneſiũ oppidũ ab Antonio Bentiuolio Bononienſi ciue, patria eiecto,
D pecunia redemit, ut loci ꝓpinquitate freta, abalienatos animis à Lucretia Forliuienſes, ad rebellionẽ incitaret. In maxima uero Forliuiẽſiũ cõcitatione, pars ad Catharinã, pars muliebre malũ non ſatis per mulierẽ arceri poſſe rata, ad Florentinos reſpexit. Sed cum ij ſæpenumero requiſiti Imolenſem eis deditũ lædere noluiſſent, Forliuienſes ad Philippum uerterunt animos. Is ingentis princeps animi Genuenſis regni uerius dixerim, ꝗ́ urbis acceſſione elatus, qđ rerum euentus docuit, quodꝗ́ uulgo ferebant oẽs, Italiæ regnũ affectabat. Intelligebat uero difficillimũ id ſibi futurũ per reſpublicas Venetã Florentinãꝗ́ potentiſſimas, quibuſcum pacis fœdera, ut oſtẽdimus pauloante percuſſerat. Nã Martinum põtificem Romanum, bellis per id tẽporis ab Alſonſo Arragonũ rege, circa regnum Apulię & Braccio Montonenſi, circa Aquilam agitatum, uel neceſſitate, uel amicitia, cõniuenti oculo quieturum opinabat̃. Quia uero Florẽtinos minus multo tunc ꝗ́ Venetos ſciret reſiſtendo ſibi potentes fore, & fœdera uiolaſſe diceret, qui Genuenſium ducẽ, ut docuimus, hoſtem ſuum pecunia iuuiſſent, in eos primum deſtinauerat. Quos tamen ſuam, ut nouerat ſuſpectam ducentes potentiam, ne rei nouitate priuſquàm ſolida bello ieciſſet fundamenta excitarent̃, duplici aſtu rem conficere eſt aggreſ

ſus. Nuncios nanq; primum ad Lucretiam mittit, qui memorent, etſi Ordelaffea gẽs Vi E
cecomitibus ſemper amica fuerit, Georgium tamen ſibi quod illa nouerat fuiſſe deditiſ
ſimum, ſuamq; ubicunq; ſit neceſſaria opem, pro rerum nati tuitione polliceantur. Illa
uero, cui eſſet unica ſpes in populo Florentino, nihilominus uerba reddens uerbis, nihil
renuit oblatum, quin ſeſe pollicitationibus cum tempus poſtulat uſuram reſpondit. Et
nactus occaſionem dux Philippus Nicolaiq; Marchionis Eſtenſis amicitia fretus, qua-
dringentos equites ductore Sicco Mõtagnaneo, Lugum mittit, quod oppidum Ludo-
uicus Cunij comes, ſub ipſius Marchionis protectione tenebat. Et miſſis Forumliuium
oratoribus, hinc ſtupenti Lucretiæ & nihil tale expectanti, promiſſum obtulit cõtra Ca
tharinam præſidium, hinc coniuratis Foroliuienſibus, contra Lucretiam adeſſe auxili-
um nunciauit, Lucretia autem cui eo ſuſpectiores eſſent ducis copiæ, quo Forliuienſes
illi per communem partium Italiæ ſectam, affectos nouerat, oblatum primo renuit præ-
ſidium, deinde accepto à genitore peditatu ſeſe intra palatium munire, & quibus fide-
ret ciuium abiectioribus cõſilia credere cœpit. Interea Alfonſus Carillo Hiſpanus, Ro- F
manæ eccleſiæ cardinalis, in Bononia põtificis legatus, Antonio Bentiuolio & Catha-
rina Ordelaffea per uim eiectis, Bologneſiũ recepit. Vnde ſublata quam Philippus præ
tenderat cauſa, cum Siccus ut antea, ſe Lugi cõtineret, maior iniecta eſt Lucretiæ & Lu
douico genitori ſuſpicio, Philippum res nouas in Foroliuio attentare. Eam purgaturus
ſuſpicionẽ dux ſimulat, & à ſuis propalam ferri iubet, neceſſaria Romano pontifici con
tra Braccium præſidia, quæ longinquo per ſubiecta Braccio loca itinere niſi augeãtur,
traduci tuto nequeant, deſtinaſſe. Longiore autem quàm par eſſe uideretur augẽdis tra
ducendisq; à duce copijs intercedente mora, & Forliuienſium præſertim coniuratorũ,
qui eſſent ciuitatis principes gliſcente in dies rebellione, quos pluris faceret ſuſpectio-
resq; duceret ciues, Lucretia in cuſtodia habere, ad priſtinum iduum Maiarum meridi-
em cœperat, cum ad ueſperam ſubito tumultu Thebaldum acclamans dominũ, plebs
arma corripuit, palatioq; igni & ferro undiq; expugnato nullus eſt inuentus, qui clauſæ
Lucretiæ opem ferret. Capta cum Imolenſibus mulier, in cuſtodiam traditur, magiſtra-
tusq; eueſtigio creantur ex ciuibus, qui Thebaldi Ordelaffi nomine, rerum ſummæ præ G
eſſent. Coniurati interea clàm cæteris Siccum acciri iubent, eoq; cum turma ad auroram
urbis mœnibus appulſo, priuſquam introduceretur conſtituere uoluerunt ciues quæ fu
tura eſſet forma regiminis. Duo aduenerant cum Sicco ad conſtitutam ſimulationem
ſubornati, Aldroandinus Ioculus Ferrarienſis uir cùm apud ſuos nobilis, tum bonitatis
fama commendatus, & Loiſius Crotus Mediolanenſis, Philippo fidiſſimus. Itaq; ciui-
bus Siccum ad conuentiones poſtulantibus, illico reſpondit ſe duci Mediolanenſium
militare conſuetum, nunc Marchionis Eſtenſis ſeruitio mancipatum eſſe, petendum Al
droandinum, qui ſe & quas adduxerat copias habere uelit: uocatusq; eueſtigio Aldro-
andinus huiuſmodi uerba fecit. Nullus eſt ueſtrum Foroliuienſes uiri, quem uiſa res &
magnitudine clara poſſit latere, illuſtrem Nicolaum Marchionem anno ante quarto-
decimo urbem hanc, cuius curam cuſtodiamq; Ioannes ſummus pontifex illi deman-
daſſet, Georgio Ordelaffo per manus tradidiſſe. Id quàm feliciter uobis ſucceſſerit, H
uoſipſos adduco teſtes, quos patria extorres in eas Georgius reduxit domos, quæ mi-
litum ſtabula contignatione exuſta parietibus undique perforatis uobis redditæ,
nunc opibus mercimonijs refertæ in ampla creuerunt palatia. Eum uobis morte ſub-
tractum eſſe, pium perhumanumq; principem, ægre magis ueſtra cauſa tuliſſet Mar-
chio, niſi puerum indolis egregiæ Thebaldum uobis filium potius quàm dominum ſu
perſtitem eſſe audiſſet, qui paternam facilitatem comitatemq; imitatus, optime inſtitu-
tam rem ueſtram confirmaret augeretq;. Cum uero plurimis poſt defunctum Georgi-
um menſibus, Imolenſes uobis pro Thebaldo dominos datos eſſe, Thebaldumq; uix
tandiu uiuum aſſeruari, quoad tyrannidem Imolenſis confirmaſſet, audiuit, quam ani-
mo concepit moleſtiam tulit tacitam, & quia nullis in tanta rerum ſuarum pace merce-
narijs uteretur copijs, has minus etiã de ſe ſuſpicionis habituras, ab duce Mediolani im-
petrauit, quarum præſidio Thebaldum reducere, arces illi uobisq; ſubtractas recupera-
re, & rẽ ueſtram in priſtinã felicitatẽ aſſerere poſſit: ea eſt Marchioni mens, is animus. Si
per uos licuerit introduci, rẽ Thebaldi ueſtrãq; bono curabimus animo. Si minus, iuua-
bis marchio-

A bit marchionem,ſuam erga Thebaldũ uoſꝗ uoluntatẽ optimam oſtẽdiſſe.Tunc eueſti-
gio probantibus qui aderant frequẽtes ciuibus copiæ admittunᵔ.Et Aldroandino mar-
chionis Eſtenſis uices prætendenti,creatiſꝗ ex ciuitate octo conſiliarijs, ſumma rerũ ꝓ
Thebaldo demãdatᵔ.Tres in Imolẽſem fide perſtiterãt arces Foripopilij Aureoli,& Ra-
ualdinũ in urbe,quã prius placuit oppugnari.Interea rumor Ludouici Aloiſii induſtria
diſſeminatus,urbẽ permanauerat,Bracciũ Montonẽſem à Florẽtinis impulſum, ſoluta
Aquilanorũ obſidione,præſidio Imolenſibus aduenturũ. Er Lucretia feneſtris cubiculi
in quo adſeruabatᵔ,noctu dilapſa Forumpopilij conceſſerat,qđ oppidũ quatuor diſtans
à Foroliuio paſſuũ millia,& arce uallo foſſaꝗ duplici munitiſſimũ.populo frequentatur
morib.incondito,ſed omniũ Italiæ militarib.rebus aptiſſimo. His ſolicitati cauſis Foroli
uienſes arcem magna expugnatã induſtria receperunt. Qua præſidio ducis Mediolani
munita primũ apparuit,& per urbẽ prouinciamꝗ circũferri eſt cœptũ, fictã eſſe de mar-
chione & Thebaldo fabulã,ſolumꝗ ducẽ Mediolani Foroliuio dominari.Quũ hęc Flo
B rentiã à uicino Caſtricari magiſtratu nunciata eſſent,cõmoti animis ciues, Lucretiam e-
nixe tutandã,ducemꝗ niſi Foroliuio decederet,bello perſequendũ,inconditis per urbẽ
ſermonibus propalam dicere occœperunt, quoniã octoginta ille paſſuũ millia.ultra fi-
nes in fœdere aſcriptos,urbem ad ſe nullatenus pertinentem præſidio teneret. Erat tem
peſtate illa Bononiæ,ut oſtendimus,Alfonſus Carillo cardinalis Hiſpanus,cui aperta cũ
Philippo confœderatio erat.Qua de re Florentini tam multis pontificẽ pulſauerũt que-
relis,ut Gabrielem Condulmariũ cardinalẽ Senenſem natione Venetũ illi dederit ſuc-
ceſſorem,qui cum uia Flaminea iter à Piceno Bononiã faceret,intellexiſſetꝗ Foroliuiẽ
ſes non ſatis æquo animo belli,quod imminere uidebant,motibus implicari,in ſpẽ uene
rat,ſi quouis modo dux repelleretur,facile futurũ,ut Foroliuio ipſe pro eccleſia potiretᵔ.
Quare cũ Florentinis ſecrete ſentiebat,eoſꝗ ad uim oſtentãdam crediᵔ incitaſſe. Erant
item tempeſtate illa uiri excellentes,belli paciſꝗ geſtarum rerũ gloria celebres,Carolus
& Pandulfus Malateſtæ Ariminenſes uicarij,quos,ut ſupra oſtendimus, Brixianũ nego
C ciũ Philippo reddiderat inimicos,hos etiã cõſultos cõſtat bellum Florentinis ſuaſiſſe,&
fœdera inſuper operãꝗ ad illud fuiſſe pollicitos.Tantis Florentini iactis bello fundamẽ
tis,magiſtratũ in primis decemuirilem, Bailiæ uocant,cui ſumma rerũ ſine prouocatiõe
demandata eſt,ex uetuſto ciuitatis more creant.Eorũ natu & autoritate maiores fuerũt,
Nicolaus Vgiannus,Ioannes Medicius,Pallas Strocius:qui priuſꝗ bello diſcernereᵔ a-
perto,pari in Philippo uicẽ ſimulatione parant referre. Chriſtophorũ eñ Lauellenſem,
& Ludouicum Obicium,quos ſolos habebant ſtipendio conductos,cum ſexcentorum
equitum copijs Forumpopilij ad Lucretiã mittunt,iubentꝗ ut congredientes Philippẽ
ſibus,unicũ ſemper Thebaldi nomen proferant,illiuſꝗ ſignis à Lucretia acceptis in præ
lio utantur.Dũ hęc lento utrinꝗ geruntᵔ apparatu,mittit Ferrarienſis marchio,Nannem
Stroccianã equeſtris ordinis natione Florentinũ,quem apud ſe nutritum & Ferrarienſi ci-
uitate donauerat & opib.auxerat maximis.Summa legationis fuit:ſi bello abſtinere uel
lent Florentini,paterenturꝗ marchionẽ Forumliuium uel proprio uel Thebaldi nomi-
D ne retinere,copias Philippi quas tãtopere formidarent,in Lombardiã redituras.Per eos
item dies redeuntẽ ab urbe Roma archiepiſcopũ Genuenſem, uerba iuſſerat Philippus
apud Florentinos facere.Quicquid apud Forumliuiũ gereretᵔ, pontificis Romani gratia
fieri,ut copiæ quas ingentes illi uarijs agitato ac pene oppreſſo bellis mittere decreuiſ-
ſet,in tanta Mediolanenſis urbis à Romana regione diſtantia, uel hanc unã tranſeuntes
operaꝗ pontifici nauata redeuntes,haberent ſedẽ,ubi lãguidos fouerẽt,impedimẽta de
ponerent:& ſi quis emerſiſſet aduerſus belli caſus,cõfugio ſeruarentᵔ.Proinde benemeri
tũ de populo Florentino,deꝗ nomine Italico pontificẽ,aliena permitterent ope iuuari,
nec cõmittere pergerent,ut ob ſuã hanc inanẽ ſuſpicionẽ pontifex à tyrannis Arragonẽ
ſi Montonenſiꝗ ad exterminium cum cõmiſſa ſibi eccleſia adduceretᵔ, & dum ſuam ip-
ſius,quæ tenuis ad pacemꝗ uicinis dandam continuo expoſita eſt, potentiã fruſtra time
rent,maiores alerẽt,Italicum nomẽ & ſuam in primis libertatem peſſundaturos, uel ſi rẽ
ſecũ certius uellent è ſentẽtia cõponere,oratores ad eũ mitterẽt,quib.nihil eſſet negatu-
rus.Eas Florẽtini diuerſas oratorũ ſentẽtias,pro fallẽdi ut erãt artib.acceperũt. Hinc am
biguis cũ reſpõſionib,dimiſſi oratores,nihil aliud publica ciuitatis ſentẽtia audiuerũt,ꝗ

Florentinos,qualia forent quæ Philippus machinaretur intelligere, cui per oratores ut E
ſuadebat,uel per maiores quàm opinaretur rerum motus in tempore ſatisfacerent:priua
tim uero,ut eſt arguto ſermone gens,nuſquam ubi Philippi nomen memoraſſent, ab mi
nis in illum conuitijsq́ temperatum eſt. Sed tantæ huiuſmodi reipublicæ uerborum ma
gnificentiæ,quam Philippum conſtat magni duxiſſe,belli initia plurimum momẽti ſem
per habere ſolita,minime reſponderunt.Qui enim Forumpopilij aduenerat,Ludouicus
Chriſtoforusq́ Lucretia impellente,cum ijs quas adduxerãt copijs,Forliuienſem diſcur
rentes agrum uiginti agricolarum,armentorumq́ perpaucorum prædam abegerũt. Ea
tantæ molis tantarumq́ minarũ belli alea, tam paruo damno iacta, ducem Mediolani
ſuosq́ in ſpem audaciamq́ erexit.Inſtitutæ tamen inſiſtens diſſimulationi Philippus,Fa
britium Capuanũ ſexcentorũ ductorem equitum ex agro Brixiano mittens eundem ſi-
bi ad Neapolitanum bellum ſimulare iubet,Franchinumq́ Caſtellionenſem iureconſul
tum præſtantem,Florentiam mittit oratorẽ,qui iniectam ex Foroliuienſi facto ſuſpicio-
nem purget,offeratq́ ſeſe pacem ex animo petentem, quibuſcunq́ Florẽtinus populus F
iuſſerit conditionibus, ſummi pontificis, & Venetorum autoritate interuentu teſtimo-
nioq́ firmatis accepturum.Hunc etiam Franchinum de mittendis ad ducem oratoribus
egiſſe conſtat.Ei item legationi quo maiora attulerat,minus fidei eſt habitum,&oratori
reſponſum,Florentinos qui ueram pacem à fucata internoſcere conſueuiſſent, oratorẽ
ut ſuadebat miſſuros, pacis belliq́ quantum habere animum dux induxerit exploratu-
rum.Magni interea alienigenarum ut eſt ætatis noſtræ mos, exercitus Florentiæ coge-
bantur,nulli equeſtria pedeſtria'ue facere uolenti ſtipendia dabatur repulſa:cõductum
uero in primis Pandulſum Malateſtam belli ductorem ex Ceſena opem Lucretiæ, ſed
clandeſtinam quouſq́ iuſtos ipſi conſcriberent exercitus,ferre iuſſerunt. Varia interim
Siccus & qui aduenerat Fabritius,cum Obitio & Lauellenſi prælia cõmittebãt, & licet
Pandulſum Florentinis militare non ignorarent Philippi magiſtratus:non ſatis tamẽ ex
ploratum habere poterant,quod nuncijs aliquando & Philippi literis ad eum miſſis,ſci-
ſcitati fuerant:utrum'ne terras eccleſiæ quas gubernabat,bello cui ſe addixerat expone- G
re, & ſe tunc bello ſtatueret implicare. Eam rem noſcendi ſtudio Siccus immaturam à
Foroliuienſibus uindemiam fieri curat,& tanquam plurimorum dierum laborem equi-
tatui tolerabilem facturus,partitur cum Fabritio uices,ut alterno quiſq́ die Foroliuien-
ſibus præſidio exiret,parem enim uterq́ quingentorum equitum,peditum ducentorum
cohortem ducebat.Per nonas itaq́ Septembres,quum reſciuiſſet Siccus Pandulſum ex
ploratius obſeruaſſe,quanta ſuperiori tempore ſingulo quoq́ die educta eſſent Foroli-
uienſi populo præſidia,quod euenit futurum ratus,ut præſidium Pandulſus & Foroliui
enſem populum aggrederetur,Fabritio cui obuenerat dies dat negociũ,ut medio, Bre-
tenorium inter & Forumpopilij ſupra uiam Flaminiam ſpatio, acie ſtructa cõſiſtens Fo
roliuienſes iubeat Popilienſium uindemiam populari:ipſe cum lectis ex equitatu pedita
tuq́ optimis quibuſq́,& iuuentutis Foroliuienſium robore, de quarta uigilia Ruſſiano
in rure,qnod auerſa parte ſub uia Flaminia ultra Forumpopilium eſt, uacuas agricolato
re caſas inſedit.Die igiť in ueſperã declinãte,cum effuſis late in alieni agri uindemia Fo- H
roliuienſibus,per duplicati qđ ſciebant præſidij confidentiam,quantus nunquam antea
fuerat cerneretur à ſpeculatoribus carrorum numerus, tum dato quod conſtituerant ex
eminenti arce Bretenorienſi ſigno,hinc Lauellenſis Obitiusq́,patenti porta Foropopi
lio erumpentes,Capuanũ inuadunt.Hinc rectà per Flaminiã Pandulſus cum trecẽtis ad
uolat equitibus,ægre primo ſubſtinuit Fabritius,tũ de induſtria qđ alioquin feciſſet in-
uitus,pedẽ referens,uindemiatores carrosq́ hoſti reliquens indefenſos, in Flaminiã ſe
recepit.Pugna utrinq́ atrox cõmittebatur,& niſi Florentinus miles ad prædã,cuius ex-
poſita erat uis maxima,diſcurriſſet, facile fuit deletis Fabritij copijs Siccum tardiuſcule
ſubuenientẽ poſtea opprimere.Florentino aũt milite circa carros,ubi ſe Foroliuiẽſis tue
barur, captiuisq́ uinciendis occupato,ſpe magis Montagnanei Fabritius,q́ ſuorum uir
tute fretus ad eam deuenerat reſiſtendi pertinaciam,ut haſtis quibus præualent equites
perfractis,mucronibusq́ magna ex parte manu delapſis,pugionibus nonnulli, pugillis
plurimi rem gererent,maior tamen circa bidentis fluuij ripam,ad Ronchum uocãt,col-
luctatio erat,quum prætergreſſus fugiendo Fabritius,inſequensq́ Florentinus crebra-

hic de

A hic de capiendo, ille de retinendo ponte prælia cõmitterent. Tunc Siccus feſſos ad pon
rem pugnantes à tergo inuadens Florentinos fundit fugatq́. Capti ex illis fortior quiſq́
recepta boum carrorumq́ præda eueſtigio dominis reſtituta, Pandulſus, qui cedentẽ Fa
britium apud Forumpopilij deſtiterat perſequi cũ paucis, Ludouicus Chriſtophorusq́
ſoli auerſa à loco pugnę porta ſeſe in oppidum receperunt. Veritus tñ Pandulſus à uicto
rib. in Foropopilio obſideri, ad diſtantem ſecundo milliario Bretenorium raptim ſe con
tulit. Incendit ea dies populi Florentini animos, & quẽ ſuſpicio ad id bellum uel oſtentã
dum induxerat, rei fœde ad eã diem geſtæ pudor, ad maxima quæq́; intentanda concita-
uit. Vndiq́ igit̃ dimiſſi oratores quib. eſſet cura quoſcunq́ poterant ſocios, prece pre-
cio'ue in bellum accire, primus omnium Thomas Fregoſus uir ſpectatæ magnificentię,
quem oſtendimus in deditione Genuenſi Sarzanam, & caſtella pleraq́ Liguſticæ Ge-
nuenſis Ripериæ orientalis retinuiſſe, paucis in ſententiã ducit̃. Per ea tẽpora obierat Lu
douicus Cunij comes, quẽ Sicco Montagnaneo cũ copijs in Lugo, ut oſtendimus, reten
B to ꝓferendi ad tam remotas Italiæ regiones potentatus Philippo facultatem primum di
ximus præſtitiſſe. Et licet illi ſupereſſent, Albricus, Ioannes, & Malateſta liberi, quos do
minij & rerum omnium inſtituerat hæredes, tñ Philippi magiſtratus per ſimulationẽ o-
pis ferendæ Ioanni & Malateſtæ pupillis arcem Lugi munitiſſimã occupauerant. Albri
co tum uiro forti apud Venetos ſtipendia faciente: qui quũ id reſciſſet cõmeatu à Vene
tis multa prece impetrato, Lugum ſe contulerat, & cum præſidia arci aliena uidiſſet im-
poſita, ſe uero uix ſolum admitti, Mediolanum ſe cõtulerat ad Philippum, operãq́ ſuam
& paternæ amicitiæ imitationem pollicitus orauerat, ut arx Lugi oppidumq́ in ſuam &
fratrum reſtituerent̃ poteſtatẽ. Quumq́ dudum uerba ſibi dari, & arcẽ Lugi quo minus
in ſtipendia conduceret̃, utq́ in tanta belli trepidatiõe à Philippo ſperneret̃ efficere per
uidiſſet, clam abſceſſerat, & cum oppido Maſca caſtelliſq́ Zagonaria & Sãctagatha, ad
Florentinorum partes cõceſſerat. Qui eum rei militaris peritia clarum, ſeptingentorum
equitum, peditum ducentorũ fecerunt ductorem. Solus in regione Romãdiola, ubi futu
ra erat belli ſumma cõtentio Guidantonius Manfredus Fauentiæ uicarius, ad Philippũ
C inclinaturus uidebat̃. At magno per id temporis tumentes apparatu Florentini, ne bel-
lum potius ſuperbe, q̃ neceſſario appetere uiderent̃: quod aliàs petenti Philippo factu-
ros ſe ꝓmiſerant, oratores ad eum tunc primo miſerunt, quando in alterutram belli & pa
cis partem tuto poterant inclinare. Legationis princeps fuit Bartolemeus Valorius uir
magnæ apud ſuos autoritatis. Eos dux, quib. ſecuri acceſſus literas miſiſſet, Laudã appli-
cuiſſe audiens, mittit qui renunciarent, ſe nullum à locis peſtilentia, ut tunc erat Hetruria
contactis aduenientem, intra Padum & Abduam & Ticinum prius admittere conſue-
uiſſe, q̃ dierum quadraginta ſpatio in nouo ſalubri aere purificentur, pollicitusq́ eſt ſe
præſtantes quoſpiam uiros miſſurum, quibus ſecreta quæcunq́ poſſint ſibi tuto referen
da cõmittere. Ad ea Bartolemeus, mandata ſibi ad Philippum à populo Florentino, nec
ad alium quenquã eſſe, ſi eum Philippus admiſerit ad cõſpectum, uel quãto ſpatio exau-
diri poſſit, pacem ſe non peſtẽ allaturum. Poſtquàm uero miſſis ultro citroq́ nuncijs nõ
D ſunt admiſſi oratores Florentiam redeuntes, in ſenatumq́ uocati, paucis rem notiſſimã
narrauerunt. Poſtera die ꝓ ſenatu datis ordinum quorumcũq́ magiſtratibus, & facta di
cendi poteſtate, Bartolemeus cõcitatiore per iracundiã qua erat uehementia, huiuſmo-
di orationem habuit. Si obſcura eſſent gentis uicecomitum in Florentini populi nomen
odia, aliunde mihi ciues ſumendum fuit orationis exordium, ut quẽ nuper tam multa to
tieſq́ audiuiſtis, de pace à nobis, de Italiæ, ut dicebat, quiete petentem ultroq́ offerentẽ
intelligeretis, uel morum leuitate, uel alio ingenij uitio mentem nunc à uerbis, quorum
primum amplam fecerit copiam habere alienam: ſed nullũ mediusfidius ueſtrum adeſſe
uideo, qui non mecum ſentiat, Philippum uicecomitem per ingenitã ac permanus tradi
tam à maioribus in noſtrã libertatem, in nomen Florentinum rabiem, nec cupere, nec, ſi
uellet, poſſe, prius pacem uobiſcum habere, q̃ per fractas uires bellum nequeat inferre.
Primum omnium, ut uos expectatione leuem, nedum ad illius conſpectum non admiſ-
ſi, ſed Abduam fluuium tranſire prohibiti fuimus: peſtilentẽ inquiunt contagionem ex
inſtituto declinans dux orat, obſecrat quæ ad illum uobis erant mandata, nobis expona
tis: id nos, licet indigne, ut par erat, ferremus; modeſtiæ tamen ueſtræ habita ratione, ut
eum

eum adire nos ſinerent pacẽ non peſtem allaturos ſæpenumero inſtetimus. Hoc eſt con E
cives, hoc eſt quod dudum Philippus pro infinitis quib. redundat rerũ uerborumq; falla
cijs, ſimulationibus, uerſutijs, ambagibus machinabat̃, ut in ea quæ nunc eſt Italiæ gen-
tium principum & populorũ belli iſtius expectatione oratores ad pacem æquis fœderi
bus quærendam mitteremus, quos ludibrio habitos, quos reiectos, ad deprecandã rerũ
extremam calamitatẽ, ad ſe miſſos prædicaret: quanquã ſi uera pro temporis neceſſitate
ſunt dicenda, paruã illi crediderim curã fore, quid cæteri exiſtiment de nobis quos ꝓ ſu-
peratis adeo ſpernit, ut iam audire negligat oratores. Sed ſi me Florentini audieritis, ſi ue
ſtrã, ſi hoſtis ueſtri conditionẽ, ſi pericula quæ torpeſcentibus imminent, ſi ſpem, quæ e-
rectos animis manet, cõſiderare uolueritis, facile confido futurũ, ut quod ab ſuaſuris au-
dire noluit oratoribus, ab ſtrepenti circa ſe armato, pacem dum fuit liberũ accipiendam
fuiſſe audiat Philippus, oculiſq; tandẽ illa mœſtus uideat, quæ auditis oratorib. potuit e-
uitare. Parantẽ multa proſequi ſtrepens pede ſenatus de orationis fine admonuit, uultu
geſtuq; ſuſcipiendi belli animorũ flagrantiã ſignificans. Quare concluſionẽ paucis abſo F
luit Bartolemeus, aut Philippo ſine contentione ſuccumbendũ, aut uiribus animi & di-
ligentia tuendã ſibi uideri, quã illi euertere & peſſundare ſit in animo, Florentini popu-
li libertatem. Se pacis hactenus & quietis populi quoad è republica fuit autorẽ, ſe qui ad
pacẽ quærendã fuerit miſſus, belli neceſſarij autorẽ cõcitatorẽq; reuertiſſe. Senatu dimiſ
ſo uulgi uoces propalã exaudiebant̃, bello incumbendum, tyranni ſuperbiã uiribus re-
tundendã. Coactoq; poſtridie ut conſtituerant ex ciuitatis more populi cõcilio, bellum
ſummo omniũ conſenſu, contra Philippũ decernitur. Tunc ſuffecti ſunt primis decẽ uiri
Balie, Laurentius Rodulphus, Bartolemeus Valoreus, & alij ciues quiq; præſtantiores.
Magno interim animo maiora Philippus ordiri cœperat, rebus namq; Foriliuij ex ſentẽ
tia firmatis, ut nullã crederet tantã fore hoſtiũ potentiã, qua inde ſua pellerẽtur præſidia,
magnos quoſq; Italiæ potentatus ſibi conciliare ſtudebat. Et licet Martinũ pontificẽ Ro
manum ſibi affectũ exiſtimaret, nihil à ſua potentia formidantẽ, uel conatus ſuos fauore
proſequi uel tacitũ diſſimulantemq; negligere, eum tñ beneficio ſtatuit deuincire maxi G
mo, in cuius facinore pelleretur Neapoli ac eius regno Arragonũ rex Alfonſus, & Ioan-
na tunc regina à maxima eriperet̃ calamitate, & Ludouicus ex celeberrima Francorum
proſapia ſibi affinis in auiti iuris regnũ reduceret̃, demũq; omnis illa Italiæ ora, cunctis
bello neceſſarijs rebus abundãs ſuis etiã partibus adiungeretur. Id factũ narraturi altius
repetentes, magno cõſtitiſſe malo, muliebrẽ leuitatem oſtendemus. Ioanna namq; ſecũ-
da per Roberti regis ſuæ ætatis regũ primarij originẽ, regiæ Francorum gentis ſoboles,
regni Apuliæ, qđ Siciliæ circa fretũ, & quãdoq; Neapolis uocant, Ladislao fratri hęres
relicta exercitũ accepit florentiſſimũ, & equitũ numero magnifaciendum, fuiſſe etenim
conſtat equites ſexdecim millia, quorũ partẽ maximã Ladislaus diſtribuerat gubernan-
dã ductoribus, Sfortiæ, Laurentio & Michelotto Attendulis ex oppido Romandiolæ
Cutignola, Iacobutio Caudolæ, Odroſii Troiæ & Carrariæ comitibus Cecolino Peruſi
no, Iulio Cæſari, & Fabritio fratrib. Capuanis. Regno deinde uix dũ firmato regina ſum
mã rerũ & ſeſe permiſerat Pandulfello iuueni uix adoleſcentiam ſupergreſſo, quẽ forma H
ſpecioſum moribuſq; ſuauiſſimũ non ſine proſtrati pudoris infamia educauerat. Curia
uero illius inuidia exardeſcente, eam & qua laboraret infamiã regina tollere optimũ ra-
ta, coniugẽ habere conſtituit, ex tribuſq; ſibi propoſitis, Iacobũ delegit marchiæ comi-
tem, qui ex Francorũ ſtirpe regia, ſibi eſſet remotiſſimo gradu agnatus. Eũ tamen præ-
ſcriptis acciuit cõditionib. ut ſine regij nominis mentione, aut ſpe aliqua Tarẽtinus ap-
pellaret̃, ſiue dux, ſiue princeps, ſiue comes mallet, & permiſſo comitatus dominatu con
tentus ipſam, ut antea regni curã gubernationemq; tacitus habere permitteret: ſed lõge
aliter ac rebat̃ mulier, infauſtũ illud contigit matrimonium. Supradicti namq; ductores
omnes cæteriq; regni proceres, intolerabili in Sfortiã & Pandulfellũ, quos regina cæte-
ris præponeret, odio accenſi, nuncios quiſq; ad Iacobũ ſecreto miſerunt, ſi aduenĩes ani
mum afferat regiũ, nullatenus qui regnũ illi aſſerãt defuturos. Appulſum itaq; Mãfredo
niã, Neapoli cõtendentẽ, qui obuiã ſalutatũ acceſſerant, regẽ appellarunt: ſolus Sfortia
apud Beneuentũ obuius, ſaluũ aduenisſe comitẽ cõgratulatus eſt. Eũ Iacobus ira conci-
tus in Beneuẽtanã arcẽ cõijci, illiuſq; equitatũ diripi eueſtigio iuſſit: exceptus inde ſum

A moNeapolitanorũ applauſu Iacobus rex ubiq; ſalutatur.Et arce quam Caſtellum nouũ
appellant,cuſtodum perfidia illi tradita Pandulfellus capite cæſo, plurimis diebus ad o-
ſtentandam regis in perfidos iram inhumatus remanſit,in Sfortiã uero oẽs citra mortem
intentati ſunt cruciatus:nec dubiũ quin uita illum etiã rex fuerit priuaturus, niſi Miche-
lottus coactis in Tricarco inexpugnabili oppido Sfortiæ qui erant delapſi cõmilitonib.
belli apparatu regem terruiſſet,uel minimos motus in eo rerum ſuarum initio formidan
tem.Saluti etiam Sfortiæ plurimũ conduxit,Laurentij Arenduli obedientia, quam regi
na iubente Iacobo regi exhibuit.Eo enim intercedente,Michelottus Tricarco reddito,
regni finib.excedere hac paſſus eſt conditione,ut Sfortia illæſus tolerabili carcere uiuus
aſſeruaret̃.Potitus regno Iacobus Gallos ubiq; præfecit,urbib.illos & oppidis donauit:
Neapolitanis etiã & cæteris regni procerib.omnino ſpretis regnũ conſilio armisq; Gal-
lorum adminiſtrauit.Nec cum regina maiori q̃ cum cæteris humanitate uſus eſt,quã re-
gni muneribus,& quod muliebrẽ animum aſperius uulnerauit, thoro ſæpius ablegatã,
B quandoq; cõtumelia affecit.Eam indignitatẽ,regni magnates,urbiumq; primates,haud
quaquam taciti ferebant.Regina uero econtra,muliebri aſtu omnia ferre, oĩa æquani
miter,omnia diſſimulanter tolerare:& quo uirum luxu ipſaq; rerum opulentia effœmi-
natum titillaret,per iocum,ac quoties illũ ſuos'ue ſerio alloqueretur,optime ſecũ prædi
cabat factũ:quæ rerũ omni moleſtia,quibus dudum oppreſſa fuerat, per uirum liberata,
animo eſſet & corpore quietiſſima,neminẽ læderet,neminem formidaret: ut aũt uerbis
reſponderet uitæ inſtitutio,uultu geſtuq; ſemper blanda,ſemper hilaris,ſaltationib. cho
reisq;,quibus maxime Galli eſſent dediti,dies noctesq; ad inſaniã exercebatur. Multi in
terea illã partim nutu ſignisq;,partim freſis inter labia uerbis ad uim contra regem,cõtra
Gallos exhortabant̃.Sed Iulius Cæſar Capuanus uir audaciſſimus, quũ ſe à Gallis æque
ac cæteros ſperni cerneret,eò temeritatis proceſſit, ut reginam ipſe etiam de cæde regis
tentare non formidauerit.Immemor enim tunc fuit ſeſe Iacobũ in Pandulfellum Sforti-
amq; uehementiſſime cõcitaſſe.Sed ea iniuria reginæ animo tenacius inhæſerat.Quare
C aſtuta mulier mariti animum quo tutius falleret,maximo de ſe beneficio ſecurũ reddi,et
de perfidi,quẽ oderat,iniurijs,uno eodemq; in negocio ultionẽ ſumi poſſe rata: quũ Iu-
lius de regis nece iterũ ageret,ſcelus primo uerbis deteſtata eſt, ſermone poſtea longius
producto,tam multis miſerãdã regni procerumq; cõditionẽ flebili deplorauit querimo
nia,ut cõcitum per ſe iuuenẽ ad facinus inflãmauerit.Quumq; iterato Iulius prima de re
gis nece uerba repetere pararet,Quin tu,inquit illa,omitte uana & impoſſibilia per ira-
cundiã fari:ad octauã diẽ adeſto,meliora ac certiora penſato attentius cõſilio allaturus:
Abeuntiq; & de facinore ſententiã ſtare uultu ac geſtu ſignificanti, nutu & ipſa tacens ſi
gnificauit. Vixdũ arce digreſſus erat Iulius Cæſar cũ regina mœſto uultu, quietẽ ſuã ſce-
leſtiſſimis hominib.inuiſam eſſe præfata,rẽ uiro aperit,orat, obſecrat,obteſtar̃, cæteros
huius nece ab ſimili audacia deterreat.Cõſtituta igit̃ die octaua, introductus in cubicu-
lum Iulius,quæ in caput regis Gallorumq; meditatus fuerat, quo tẽpore,quo ordine ge
ri oporteret reginæ ediſſerit.Et quũ multa in barbarorũ ingluuiem,ſuperbiã,inhumani-
D tatemq; inuehi cœpiſſet,deſilit quo latuerat ſtrato poſt cortinam rex, eumq; ad primã ſe
quuti uocem diſpoſiti in ſecretiori cubiculo armati Iulium corripiunt,& extractum ad
arcis propugnacula ſecuri percutiunt.Nec multi interceſſerunt dies, quũ regina per tan
ti indicij fidẽ regi acceptior facta,arce præter ſolitũ permittit̃ exire.Tandẽq; Octino Ca
raczolo,& Anichino Morimillo,nobilitatis Neapolitanæ uno, plebis altero primorib.
animos addentib.in urbe remãſit:& populo arma corripere iuſſo regni habenas recipit:
magno eñ impetu,maxima cũ celeritate in Iacobi magiſtratus præſidiaq; facto Sfortia
primũ liberat̃:Galli ubiq; capti,opibusq; quas cumulauerãt ingentes nudati, pars abire
iuſſi,pars trucidati,pars in carcerẽ ſunt cõiecti. Regina exinde renouatis cũ Iacobo fœ-
derib.per quę accitus uenerat, alterã Oui arcẽ recepit:cuius aulã poſtea Iacobus uxoris
fraude iterũ captus pro carcere habuit, hac una donatus libertate,ut quoties eſſet libitũ
in reginæ concubitũ,uel enſem ad alienã de qua ſuſpicaret̃ uim propellendã, accinctus
admitteretur.Cõmiſerat uero regina rempublicam Marino Boffe equiti Neapolitano.
Sed cum inſano illa amore alterum Seriannum Caraczolam deperiret,Marinus Sfortię
operam Serianno nauantis uiribus excluditur.Seriannus magno ſeneſcallatu, quam re
gnum

gnum habet ſupremam dignitatem decorat̃.Is nobilitate generis,& permiſſa rerum om E
nium poteſtate elatus,Sfortiam qui ſolus uirtute & potẽtatu & maximis erga ſe meritis
par eſſe uideret̃,eijcere ac tollere ſtatuit.Iuſſum itaqꝫ trans Vulturnum contra Seuerina
tem comitem ducere in angulo ad Stiphata circũuenire ac cõmeatu interclusum oppri-
mere meditabatur.Quod cũ reſciſſet,Sfortia, obſidione comitis ſoluta , pontẽ Stiphatis
decepto cuſtode occupat.Et Octini Caraczolæ, ac Franciſci Morimilli equitũ Neapo-
litanorũ ſeneſcallo infeſtiſſimorũ coniuratione fretus Neapolim ad aurorã ingredit̃, cir
cumlatis reginæ ſignis,nulla repugnante in foro cum armata legione ſubſedit.Tum po-
pulo frequenti circumfuſo quocunqꝫ plurimos uidiſſet cõglobatos,concionabundus ſe
rebat̃,ſe reginæ uelit nolit,ſe nobilitati,ac populo Neapolitano deditiſſimũ,ea aduenil-
ſe cauſa dicens,ut oppreſſam,obrutã cõculcatã magni ſeneſcalli faſtu , faſtidio & peruer
ſo auaroqꝫ Chriſtophori Caitani,ac illi ſimiliũ conſilio,reginã liberaret, regni calamita-
tes,multorũ rapinas prohiberet:proinde rempublicã ipſi capeſſerẽt Neapolitani ciues,
probos integros ab regina Serianno & Chriſtophoro eiectis ſuffici curarent, reginæ,re F
gni,ſuo regnicolarũ honori,ſaluti,indẽnitatib.prouiderent.Ea populus magno accepit
applauſu,nam quũ illius nocturno cum ſtructis in pugnã aciebus ingreſſu præterito om
nia miſceri formido maxima inceſſiſſet,ea deliniti oratione, & in ſpẽ maximã quietis ad
ducti,ſublato clamore fauores illi publicos ſunt polliciti. Quamobrẽ Sfortia miſſis ꝑ ur
bem Biſello Branchatio,& Franciſco Morimillo,cũ equitatus parte reginã populi Nea
politani & Sfortiæ ductu dominã fore iuſſit acclamari.Illi autem per quoſqꝫ urbis uicos
circumlati neminem inuenerunt contraria ſentientẽ:tanto populi fauore audentior fa-
ctus Sfortia , admouit exercitũ Caſtronouo , in corrigijsqꝫ uico urbis celeberrimo reſe-
dit,interim turba plurima ad reginã cõfluxerat.Cui illa:Ite,inquit,amici familiæ Dyrrha
cenſis,fidelis populus,proditorẽ Sfortiã ruſticũ hominẽ interficite,lacerate,equitatũ di
ripite:eius etenim liberate oppreſſione tunc primum reginã tũc primũ ſociam uobis &
beneficã mihi licebit eſſe.His accenſa uocibus plebs,prædę ſimul inhians arma corripit,
& Sfortiã cui nulla de ui ſuſpicio eſſet,ex improuiſo adorta,legionem prius ꝗ acies ſtrui G
poſſet diſſipat,palantẽ agit.Amiſſis tñ Sfortia equitib. ad ſexcentos uia Puteolana quæ
dicitur Pedagrota in agrum delatus,cum legione periſſet,niſi Acerarum comes reginæ
infenſiſſimus,inſano ſibi conſilio illum intra oppidum admiſiſſet. Eo namqꝫ oppido po
titus Sfortia, bello & quidẽ acerrimo Neapolitanos agitare cœpit, per nuncios epiſto-
laſqꝫ proteſtatus,ſe qui reginã ut ante dominam duceret, populumqꝫ Neapolitanũ dili-
geret,peſſimis reipublicæ gubernatoribus bellũ intuliſſe,quibus eiectis prædonib.fide-
lem ut antea illis operã ſubiectionemqꝫ exhiberet. His compulſi malis Neapolitani no-
biles plebeiqꝫ ſummis hactenus odijs diſſidere ſoliti,conſenſu unanimi,regina inſcia,ui
ros ex omni ordine deligunt,quib.reipublicę cura eſſet demandata.Hi reginã minis pre
ce apud illã efficaciorib.coegerunt,ut fœdus cum Sfortia feriret,per qđ damna reſtaura
rent̃ Sfortianis illata.Singulis præterea principibus Italiæ cũ de fide,integritate,cõſtan-
tia Sfortię ſcriberet regina,quę multas prius de illo calumnioſas ſcripſiſſet epiſtolas : re-
ſtitutus deinde ad magni cõneſtabilis dignitatẽ Sfortia,in gratiã cum regina eo redijt pa H
cto,ut in uim iuramenti quod ſolenniter interuenit,uterqꝫ delatores nedum non exaudi
ret,ſed delata alteri renunciaret,& pro cõmuni partium tutela impoſitus ė Caſtronouo
præfectus,cui Sfortia plurimũ fideret,Franciſcus Ortonẽſis reginæ pariter fideliſſimus,
permiſſa ſibi ex formula facultate,ut nullo utroſqꝫ admitteret tutareturqꝫ diſcrimine. A-
ctus demũ in exiliũ Seriannus & Iacobus rex Martino pontifice Romano , per Iordanũ
Columnenſem ſibi Germanũ,Sfortiæ precibus impetrante à regina liberatus eſt,primo
item fœdere renouato,ut comitis nomine , ac permiſſo Tarentino comitatu contentus,
Ioannã permitteret dominari.Is tñ regni,qđ deguſtatũ anxio affectaret animo,cupidita
te ardens eò proceſſit ingratitudinis,ut Sfortiæ exitiũ quęreret,reginã pariter in illis qui
delendo Sfortia neceſſario interceſſiſſent rerũ motibus,fallere meditatus.Ipſa item quæ
acceptũ eiecti Serianni uulnus corde geſtaret,ultionẽ de Sfortia ſitiens, marito cõſenſe
rat,& cunctos fermè regni primates in Sfortiæ caput curauerat cõiurare.Ea Sfortię quũ
patefacta eſſent,animo anxius perterritusqꝫ quo pacto tantis euaderet inſidijs ſuos cõſu
lebat.Cæteris aũt ſalute deſperata abeundum cenſentibus,Ioannes Arcolanus Fauenti-
nus,uis

A nus uir celebratæ in eo regno prudẽtiæ, paratã eſſe uictoriã ſi Sfortia annueret hoc pa-
cto oſtẽdit: Reginã, inquit, qui tibi aduerſam & implacabili odio inimicã reddidit, Ser-
iannus à complexu eiectus propitiã fauentiſſimãq; faciet reſtitutus. Efficax uero ſupra
ſpem fuit Ioannis conſilium. Seriano nanq; petente atq; efflagitãte Sfortia, ab regina ea
conditione in patriã reducto, ut duos qui eſſent illi liberos Sfortiæ daret, fidei & recõci-
liatæ gratiæ obſides, regina ambos eodẽ penè loco habere cœpit. Id quum uidiſſet Iaco
bus, coniurationẽ fraude uxoris detectã intelligẽs, de fuga cœpit cogitare. Forte in an-
coris ſtabat ad Neapolitanũ littus Genuenſis imperialium nauis ingens. Ea ſecretè cõ-
ducta Iacobus ſimulata per littus deambulatione ſcaphã conſcẽdit, ad nauimq; delatus
Tarentum adnauigauit. Quã urbem quum regina potenti obſediſſet exercitu, Iacobus
paulopoſt uẽdidit Ioanni Antonio Vrſino, quẽ poſtmodum regina ornauit illius prin-
cipatu. Deinde Iacobus in Gallias delatus, religioniq; addictus anachoritę pallio uteba
tur. Interea quũ Braccius Mõtonenſis in Peruſio, Tuderto, & pleriſq; ciuitatibus ac op-
B pidis eccleſiæ, tyrãnus & belli dux ætate ſua excellẽtiſſimus Romanã agitaret eccleſiã,
Martinus pont. Romanus ad opes regni, quod feudatorio iure ſuũ eſſet, cõuerſus, Ioan-
nam coronauit: cum illa pactus, ut trium millium equitũ præſidio ſibi & eccleſiæ opem
ferret. Datum eſt eueſtigio id negociũ Sfortiæ, quẽ Serianus quàm longè cuperet able-
gari. Is ad comparandã autoritatem uexillifer eccleſiæ à Romano pont. declaratus, cõ-
tra Braccium duxit, agros & urbem Viterbienſium infeſtantẽ. Oppoſitis parua interca
pedine legionibus, duces collatis ſignis pręlio decertare ſtatuerãt: ſed quũ Sfortię cõſi-
lia perfidi Braccio ꝑdidiſſent, & Mõtisfaliſcorũ oppidani eccleſiæ ſubditi nec promiſ-
ſos ſuppeditaſſent commeatus, nec ut iuſſum eis à põtifice fuerat, illum intra oppidũ ad
miſiſſent, prælio ſuperatus maiorẽ legionis partẽ amiſit. Quod quũ eſſet reginæ & Ser-
ianno nunciatũ, aduenisſe tempus rati, in quo Sfortiam inimicum hominem ulciſci poſ
ſent, nullo eccleſiæ aut pontificis damni reſpectu habito, cũ hoſte Braccio fœdus iunxe
runt, uectigaliaq; regni, ex quibus ſtipẽdia Sfortiæ impendi, eò proficiſcẽti fuerat cõſti-
C tutum, nouis & omni obligatione liberis redẽptoribus locauere. Eam mulieris perfidiã
ægrè, ut par erat, ferens ſummus pont. pace cum Braccio quibuſcunq; potuit conditio-
nibus firmata, Ioannaq; regni feudo ac dignitate priuata, Ludouicũ Andegauenſem, ex
regia Francorũ ſtirpe, Sfortia inſtãte accerſitum, regem Siciliæ declarauit. Tum Sfortia
à pontifice pecunia adiutus, pręterq; hoſtium ſpem in regnũ reuerſus, ſigna militaria re-
mittit Ioannæ, & ſe illi hoſtem denunciat adfuturũ. Eo impulſa metu Ioanna, Alfonſum
Aragonum regem, qui ſe tutanda per Trinacriæ uicinitatẽ, & regnorum potentiam ido
neus ſit uiſus, in filiũ adoptauit: nec tremulo, ut aiũt, parieti regina incubuerat, ſi nouos
hoſtes atterere, non hunc etiã regẽ, quemadmodũ antea omnes, quibus cum aliqua ſibi
fuerat amicitia, muliebri leuitate inſtituiſſet deludere. Is enĩ impiger adoleſcens animo-
rũ plenus, res magnas gerendi cupiditate accẽſus, medio tunc expeditã pelago claſſem
in armis habebat, quam ab famoſa Bonitij Corſicæ caſtelli oppugnatione reduceret. Id
quale pactum fuerit nõ ab re exiſtimo recenſendũ, ut cuius principis uiri multas & cum
D Genuenſi populo & cum pleriſq; Italis externiſq; habitas cõtentiones editaſq; pugnas,
ſcripturi ſumus, audaciæ & fortitudinis tyrocinia referamus. Cõtraxerat claſsẽ ex omni
bus citerioris Hiſpaniæ Arragonẽſi, Barchinonenſi & Trinacrię regnis ſuis, onerariarũ
tredecim nauium, triremiũ uigintitriũ, & armamentis bellicis & cõmeatibus munitiſſi-
mam, & ad eidus Auguſti menſis Bonitium Corſicæ Genuẽſium inſulæ caſtellum obſe
derat improuiſus. Eſt autẽ ad meridionalem Corſicę plagam maritimus ſinus, qui mille
paſſuum longitudine, tortuoſo tamen canali protenſus, ſtadij unius latitudinẽ habet: &
quum uaſta ſit aquarũ altitudine, ingentes ferẽte ceteas naues, nullas per montiũ ſpon-
das admittit maritimas tempeſtates. In eius ſinu ad ingredientiũ dexterã Bonitium op-
pidum in ſaxoſa & ab tergo inuia ſitum rupe, eam ad partem, qua maritimos attigit flu-
ctus, mœnſibus propugnaculiſq; eminẽtibus eſt munitũ: huc loci cum claſſe delatus rex,
poſtquã ſe primo conatu fruſtratũ uidit, ducta in medio canalis tractu, ab utraq; ripa a-
biegnarũ trabiũ triplici ordine connexarũ catena, & Genuenſes ab ferendo clauſis prę-
ſidio arcere, & oppidanos longa obſidione cõſtituit ad deditionem perducere. Ea Ge-
nuẽſis dux & ipſe impiger Thomas Fregoſius cõpertũ habens, claſſem parat oneraria-

rum ſeptem nauium maximarũ præfecto illi Ioanne Fregoſio fratre ſuo, circiter annos E
uiginti nato. Sed quũ earum nauium quæ forte aberãt, quibuſdã expectantibus cõſcri-
bendis turmis, cõmeatuq; imponẽdo Septẽber elapſus eſſet, tãtiſper menſes Octobrẽ,
Nouembrẽ, ac maximã Decembris partẽ, tempeſtatibus deſæuit mare, ut Genuę portu
claſſis exire nequiuerit. Interea Bonitienſes quũ nulla apparere præſidia cernerẽt, datis
obſidibus primorũ filijs uiginti, oppidum intra Kal. Ianuarias, niſi Genuenſes ſubueniſ-
ſent, reddere pacti erant. Borea poſtmodũ per Chriſti natalem ſecũdo in Corſicã impe-
tu perferẽte, ocyus delati Genuenſes, ante ipſas canalis fauces paululũ in ancoris cõſti-
tere, & ſub ipſum diei poſteræ meridiẽ, uentos nacti cum æſtu maris ſecundos, corpori-
bus curatis uela dãtes in hoſtẽ nauigauere. Primus omniũ Iacobus Beniſianus, uelis cre
pitãte malo plenis, ſerrato proræ pectore, impetu facto irrũpẽs, diſiectas repulit catenæ
trabes. Subſequutus inde eſt cũ maxima omniũ quas ætate noſtra pertulerint maria na-
uiũ, cui ab ſpecie Mõſniger fuit nomẽ Raphael de Nigro. Tertius & tanti auſus poſtre-
mus fuit Ioãnes Fregoſus, naui item maxima Babiliani de Nigro inuectus, cæteræ qua- F
tuor non prius ancoras ſuſtulere, q; primas conſerta hoſtibus manu audacter reſiſtere
perſpexerũt: nec tñ ullo cominus præſidio ſocijs affuere, ſed inanibus clamorũ minis, &
proiectis eminus ſpiculis territauere hoſtẽ. Reiecto trabiũ obice rex Alfonſus maiores
ex ſuis decẽ naues, triremes tredecim ad ſiniſtrã ſinus partẽ contrahens, reliquis oppidũ
inter & prælij locũ arcẽdis à pugna oppidanis conſiſtere iuſſis, hoſtibus eſt congreſſus.
Curauerat uerò is quoſdã manipulos, partim de minoribus nauigijs, partim de montiũ
quæ prominent criſtis, ubicunq; opus eſſe intelligerent, laborantibus opem ferre, ho-
ſteſq; latera inter pugnandũ detectos miſſilibus uulnerare: multa quoq; diſpoſuerat ad
eam ripæ partẽ machinarũ genera, quæ nauibus cõtineri ſolita, ictu ex ſolido potẽtiore
naues hoſtiũ feriebãt, ut integris penè quernis texta trabibus Mõſniger, plurimis bom-
bardarũ ictibus colliſa, ęgrè per diem illã ſupra undas fuerit ſuſtentata. Mortes, uulnera,
incendia, ſanguinẽ, uiros mari ſubmerſos, & partis utriuſq; ſtragẽ referre operoſum fue
rit. Quod conſtat, quũ ſeptem horis inceſſanter eſſet pugnatũ, feſſus confractuſq; uterq; G
exercitus, uiciſſétne, an uictus eſſet dubius, ſine claſſico, ſine imperio præliũ diremit, &
plurimis affectas dãnis, ſed gloria cumulatas maximas tres primas Genuenſium naues
ſubſecuti quatuor ignaui gubernatores ſimul Bonitiũ petiuere. Quò appulſi cum fame
cõtectos omnifariã rerum cõmeatu iuuiſſent oppidanos, die quinta cõſtituunt Genuã
reuertendũ. Quia uerò maximos apud regẽ apparatus ipſis exitu prohibendis uidiſſent
fieri, nouo & antea inaudito telorũ genere uiam ſibi hac ratione per repugnãtes hoſtes
medios inuenerũt. Veternoſam etenim quæ apud Bonitiẽſes pro derelicta erat nauicu-
lam arida cõplentes materia, picem ſulphuraq; in puluerẽ cõtrita affatim ſuperfundũt,
& paucis qui uela temonẽq; ꝓ canalis tortuoſitate dirigerẽt impoſitis militibus ſcaphã
puppi adligãt, qua ſe illi ad integras naues, quũ urgeat neceſſitas ſaluos reddãt: uentos
exinde ad aurorã ualidos nacti, unà omnes ſoluunt, & tanquam præcedẽtis uiam ſingu
li ordine ſtatuiſſent tenere, carioſam pręmittunt minorẽ. Eos ſoluiſſe & plenis aduẽtare
uelis Arragonenſes conſpicati, ſtructas prius è regione ad utramq; canalis ripam duas H
nauium triremiumq; acies coniungũt, ut nullus Genuenſibus in altũ mare, niſi per arma
& fractam hoſtium claſſem exitus linqueretur. Tantiſq; uirorũ pugnam poſcẽtium cla-
moribus, tantis buccinarũ ſtrepitibus, tantis crepitibus bombardarũ, inibat præliũ Ar-
ragonenſis, ut tacitũ in retia & carcerem perduci diceres Genuenſem. Quamprimũ au-
tem hoſti appropinquauit nauicula, tum iniecto ſulphuribus igni milites retro in ſcaphã
ruerũt, cõflagrauitq; illico nauicula, & flammas quaquauerſum quàm longas e uomuit,
ardẽtibus tamẽ uelis pro incœpti curſus impetu in hoſtẽ ferebatur: tũc elingues ad eam
horã Genuenſes terribili ſublato clamore, pugnã popoſcerũt: ſed territi amẽteſq; Arra-
gonenſes, priſtini acierũ ordinis obliti, quà cuiq; tutior apparuit ad alterã riparum uia,
diſſipati fugerũt: facta tanto auſu uia, ſine obſtaculo tranſeuntes ſeptẽ naues cũ ingenti
gloria Genuã rediere. Et Alfonſus rex ſoluta poſt quatriduũ obſidione datos adducẽs
obſides ad Trinacriæ littora ſe cõtulit. Vbi cũ pauciſſimis ſubſtitiſſet diebus ab Ioanna
ſecũda pręſidio aduocatus, & per cõſcripta ſolẽniter fœdera, ut ſuprà diximus, fuit ado-
ptatus. In cuius ad ciuitatem Neapolitanã aduẽtu, Braccium regina in ſtipendia cõſcri

pſit. Et

A pſit.Et pont.Romanus Tartaliam Lauellenſem equitum mille quingentorũ ductorem
Sfortiæ adiunxit,pari aliquot menſes fortuna bellum eſt geſtũ: ſed Tartalia, quẽ hoſti-
bus cõſentire cõpertum eſt, ſecuri percuſſo Sfortia pecunijs exhauſtus, quas nullus diu
ſubminiſtraſſet inferior eſſe cœpit. Quã nactus occaſionẽ Braccius magno uir animo,
maioriq; conſilio,pacem ea ratione cõſtitui curauit,ut cõtinentes Peruſio Tifernates,ci
uitatẽ caſtelli uocãt,ſibi ſubijceret,& deſtinato regni Apuliæ,quod affectaret bello per
opportunã urbem Aquilam Furconẽſium recipere poſſet. Paucis poſt firmatã eam pa-
cem elapſis menſibus,rex Arragonũ Ioannæ reginæ inſtabilitatẽ,Iacobi illius uiri cęte-
rorumq; exẽplo edoctus,arces Neapolitanas mari expoſitas pręſidijs firmauit,& Seriã-
num magnum ſeneſcallũ in uincula coniecit,reginæ proteruiam pariter,ne talia in po-
ſterum cõmitteret cõpreſſurus.Quod cum aſtuta & fallendi artes callens mulier pręui-
diſſet,apertã de rege ſuſpicionem præ ſe tulit.Quãobrem Alfonſus rex, illam in Neapò
litana arce,quã uocant Capuanam,quò ſe cõtulerat obſedit.His coacta Ioanna Sfortiæ
B auxilium denuo implorauit.Qui cum eueſtigio affuiſſet,Arragonenſem cum apparatò
exercitu extra urbis mœnia obuiũ fudit fugauitq;,& reginã caſtro eductam,ad auerſam
urbẽ perduxit incolumẽ.Neapolitanis uerò dubiã regi & reginæ exhibẽtibus obedien
tiam Arragonẽſes paratiſſimã adduxerũt claſſem,cuius copijs urbi per Caſtellumnouũ
admotis inter utroſq; diu acriter eſt certatũ.Tãdem factionis alterius ciuium fauore ad-
iutus ſuperat Arragonenſis. Qui ciuitate potitus, partem mari expoſitã diripuit incen-
ditq;.Tunc regina Alfonſo ob ingratitudinẽ adoptione priuato,Ludouicũ Andegauẽ-
ſem à Martino Romano pont.Sfortiæ ſuaſionibus,ut oſtendimus, pridem accitum,qui
Romæ ſubſtitiſſet,in filiũ adoptauit. Et bello renouato Braccius ciuitate Caſtelli poti-
tus,ad Anxanos Samnites,quorũ oppidũ dicunt Lãcianum,cum legione ſe cõtulit, cui
Sfortia fuit obuius,ducibuſq; magno animorũ ardore,ac pari potentatu oppoſitis,poſt
leuia quæ ſæpenumero cõmiſſa ſunt prælia,collatis ſignis eſt pugnatum.Inferior ea pu-
gna Braccius retroceſſit,quẽ Sfortia paribus inſecutus eſt caſtris. Nec multi interceſſe-
C runt dies quum fortunã magnis tentaturi animis iterum apud maritimã Freutanam uil-
lam,quæ dicit̃ Franchauilla,cõgreſſi ſunt.In quo prælio Braccius itẽ inferior,trãs Ater
num,qui fluuius eſt Piſcharia,ſe recepit.Eum inſecutus Sfortia,uictoriã in manibus cer
tam habere confiſus,ad Aternum ſe cõtulit,amnẽ præaltum qui nullo loco niſi ad oſtia;
cum recedentia per fluxum maria illum exonerauerint,uadari poteſt:fortè tunc incertũ
erat,cederéntne,an reuerterẽt aquę,& leni motu intumeſcebat mare.Id cõſpicati primã
ducẽtes aciem milites Sfortiani in ripa ſubſtiterãt, nec erat qui prior ut uada tẽtarer ad-
duci poſſet, quũ aduenieẽs ardenti animo Sfortia, mare inter & fluuiũ, qua ripæ in littus
abeunt,amne traijcit:nec prius ulteriorẽ attigit ripam, ꝙ eadem reuerſus eſt uia. Id cum
ſecundo feciſſet militem redditurus de tranſitu ſecurũ, parumper ſubſtitit, & cõuocatis
qui ordine ſequerent̃,puerum præmiſit criſtatã illi præferẽtem, qua in prælio utebatur;
caſſidẽ precioſam.Exinde ſubſecutus ipſe puerũ alta uoce quà pergeret dirigebat.Iam
medium amnem puer ſuperauerat, quũ ſiue timentem deſtituerat cerebrũ, ſiue uorigo
D equũ parte abſorbuiſſet poſteriore,ſupinus in clunes equi ſola galeæ criſta aquis emine
bat. Tũc clamore illũ ne timeret exhortatus Sfortia,ꝑ medios fluctus equo pręteruolat
cõcitato,puero manu ſubleuato,ipſe ab fluctu,ꝗ in tempeſtatẽ creſcere occeperat ſub-
merſus occubuit:nec moriẽs tũc uiſus,aut poſtea mortuus ab diligẽti cura requirẽtibus
eſt repertus.Exercitu illius tunc tẽporis in diuerſas lacerato partes,Braccius Aquilã ili-
cò ſecurus obſedit,& Arragonenſis rex reginã inermẽ,ac auxilio deſtitutã facillimè op
preſſiſſet,futurumq; propediẽ apparuit, ut pont.Romano regina & Ludouico malè ha
bitis,Arragonenſis Bracciuſq; ea parte dimidia Italiæ',quæ à Peruſio protendit̃ in Ca-
labriam,potirent̃.His impulſus cauſis rationibuſq; Philippus Mediolanẽſiũ dux quod
lõgè digreſſi ſuperiore diximus loco,ingentis gloriæ facinus, fauores ſibi in Italia cõpa
raturum maximos eſt aggreſſus: tectarũ nãq; tredecim nauium, triremiũ uiginti unius,
& biremium quos uocant brigãtinos quatuor, præter aliam nauigiorũ multitudinem,
claſſem apud Genuã armauit,& præfectũ illi Imperatoremq;, ſiue ut Genuenſes appel-
lant,quoties magnorũ uigintiquinq; nauigiorũ claſſem armãt, ammirrhatũ dedit Gui-
donem Torellum origine Mantuanũ,terreſtris rei militaris peritiſſimũ: maritimæ uerò

ignarum. Fuit ea claſſis potentiſſima, & quã Genuẽſes ſi admirrhatũ habuiſſent ciuem, B
ad debellandã Trinacriam ducturos cõſtat. Sed cum uiro parendũ eſſet peregrino, mœ-
ſti imperata faceſſere negligebãt. Atq; conſtat plurimos ex primoribus ciuitatis, q Car-
magnolã tunc Genuæ gubernatorẽ, a quo claſſis parata fuerat, credidiſſent eius admir-
rhatum Imperatoremq; futurũ, ob eam mutationẽ admirrhati militiã detractaſſe: nanq;
audita ducis Mediolani de Guidone ad id recipiendo uoluntate, adoleſcẽtes imperitio
reſq; uiros in cõmiſſa ſibi nauium triremiumq; gubernatione ſubſtituerũt. Appulſi Ga-
ietã quæ Aragonenſi parebat, ilico receperũt, delati exinde Neapolim, Iacobi Caudolę
q Aragonẽſi militabat, & ad eos defecit, auxilio urbe ſunt potiti, & arce intrinſeca, quæ
dicitur Capuana uiribus expugnata, alias mari expoſitas, quòd eſſent Aragonum prę-ſi-
dio fimiſſimę, nullatenus attigerũt. Vrbe uerò liberata oram Apuliæ maritimã circũla-
ti Genuenſes omnia in Ioãnę deditionem redigi curauerũt. Interea Thomas Fregoſius,
quẽ primum Florentinis conſenſiſſe oſtendimus, cõcitatis in magnamq; manũ coactis
Riperiatũ Genuæ oppidanis coloniſq;, & Florentino peditatu munitus omnia circum F
Genuã infeſtabat. Cui ſeſe adiunxerat Ioannes Aloyſius aliiq; familiæ Fliſcorum poten-
tiſſimæ primores, patria exulantes. At Aragonum rex Alfonſus, acceptã apud Neapo-
lim iniuriam, in Ludouicum Andegauenſem referens, quaſi uerò oblatam reginæ ado-
ptionem, oblatumq; item à Philippo claſſis præſidiũ renuere debuerit, Maſſiliã Ande-
gauenſium familiæ ſubiectam, eum claſſe quã ex mari infero reduceret, ex itinere defle-
xit. Et urbem in qua nihil tũc hoſtile timeret, improuiſo aggreſſus, primo impetu prius
occupauit, quàm unde à quibúſue fieret uis, Maſſilienſes ſcire potuerint, ablataq; prędą
ingenti, præſertim uaſorum ſacris deputatorũ, cum ipſis ſanctorũ reliquiis Valentiam
contendit. Variè etiam per ea tempora apud Forumliuii pugnatũ erat, diſcurſionibuſq;
frequentibus agri uiciſſim uaſtati. Sed aquis limoq; altiſſimo, ut eſt regionis natura, per
hyemem omnia obtinẽtibus, utriuſq; partis miles ſeſe oppoſitis cõtinebat. Aucti tamẽ
copiis erant Florentini, & Angelum Pergulanũ cum ſexcentis equitibus in Romandio-
lã miſerat Philippus. Eo tũc Lugi, & Sicco Foriliuii hyberna ducẽtibus, Fabritio in Lõ- G
bardia reuocato, motuum huiuſmodi in Romandiola concitatorũ autor pœnas dedit,
Ludouicus Aleduſius, Lucretiæ genitor, quẽ retẽto Reobaldo, & Imolenſibus cupidè
nimis Forumliuiũ miſſis rebelliõis illius cauſam fuiſſe, principio diximus. Is etenim Lu-
douicus licet ſe Philippo inuiſum ſciret, qui Florẽtinis dudũ conſenſiſſet, & poſſibilem
filiæ opem tuliſſet, bello tamẽ apertè nondũ erat implicitus. Nam quia Imolã uicariatus
eccleſiæ titulo gubernaret, ſub põt. Romani & eius legati umbra, ab incurſionibus Phi-
lippenſium illæſus ſeruabatur. Eam in tantis rerum turbinibus quorũ ipſe diceretur Flo-
rentiæ autor, ſibi callidè paratam ſecuritatem, indignè ut par erat, ferentes Florentini
nullo q̃d poſtulaſſet præſidio illum iuuare uoluerant. Hinc nulli partiũ apertè inimicus,
nulli item ſatis charus, ſeſe ut dicebat medium, & utriq; communem exhibebat: forte ac-
cidit, militem natione Anglarienſem, qui faber ferrarius, in arce Imolenſi feciſſet ſtipen-
dia, & ſimul fabrilem præſtitiſſet operã dimiſſum à Ludouico, & debitis, ut dicebat frau-
datum ſtipẽdiis, Forumliuii diuertiſſe. Eum de Ludouico palàm obloquentẽ, forte exau- H
diuit Philippo militans quiſpiã, aſſerentem ſi quãdo Ludouicus ſeſe bello immiſceat, fa-
cile futurũ, ut patria pellaĩ, qui omnia per auariciã negligeret, arceſq; in primis haberet
penè derelictas. Quod cùm Sicco renunciatũ eſſet fortunam tentari placuit. Et Pergula-
no in uiam Flaminiam ſecus Bologneſium ducere iuſſo, ipſe cõſtituta nocte fabrum &
perpaucos adducens cõmilitones ſilentio ad arcẽ duxit. Dies illa erat nonarũ Februarii
quarta, & per hyemis frigidiſſimũ ſydus aquas in altam glaciẽ cõcreuerat gelu. Tum ad
eam, quæ in nimia cuſtodum raritate minus aſſeruaretur arcis partẽ, ciuitati imminen-
tem, per communẽ arci & ciuitati foſſam alta glacie permeabilẽ, ingreſſi muto adhæſe-
runt, & perticæ infixum proceriſſimæ ferreum harpagonẽ, ab quo penderet, cõtorti in
ſcalam funiculi admouerunt: quã ferrea manu propugnacula mordicus capiẽte decem
cum fabro milites obrepẽtes, mœnia ſcandũt, & magno ingreſſi ſilentio ſedẽtes ad ignẽ
uigiles, cùm improuiſos adorti cepiſſent, arce potiti ſunt. Exinde Siccũ Angelũq; prius
cum copiis admiſerant, quàm ſibi ineptè ſecurus quid apud illam fieret intellexit Ludo-
uicus. Die interim appetẽte Angelus diſpoſitis circum urbẽ ſtationibus, ne aliqui emi-
grarent

A grarent, Ludouícum ad ſe uocari in arcem iubet. Renunciauerāt uerò illi ſæpenumero
qui circum urbis mœnia diſpoſiti ea nocte fuerāt uigiles, ſtrepitum armorū hinnitumq́
equorum circa urbem maximū exaudiri, quibus obſtinatè reſponderat, cōmiſſum ipſi
uigiliarū munus diligenter exequerētur, cętera ſibi ut antea relinquerēt curāda. Quam-
obrem ad nuncij à Pergulano miſſi uocem ſubito pauore attonitus currētes ad arma ci-
ues conuocat, Angelo autem qui dudū ſibi fuiſſet notus, eum iterato blādè ſi obtempe-
raſſet, & minacibus uerbis ſi uim aliquā pararet, acciri iubēte, ſeſe captiuum Ludouicus
exhibuit, pauca præfatus ut ciuitatis nullatenus demeritæ miſericordia illum caperet, ſe
uerò ꝙ maturò perduci curaret ad Mediolanenſium ducē, quem ſibi nō dubitaret miſe-
ricordem propitiumq́ futurū. Superſunt quàm priſtinæ huius diei cœnæ Ludouici in-
terfuerint uiri graues. Eum ferūt qui apprime doctus, ſemper cum eſſet à muneribus pu
blicis ocium, libros in manus ſumeret, codicē multa cōtinentem, qui ſemper in triclinio
lectitaretur, de Beltrādi Aledoſij manibus petitum aperuiſſe, & penultimā eius paginā
B legi iuſſiſſe. Beltrādo autem, ut erat iocundus, notam nimis eſſe fabulā quæ milies audi-
toribus repetita fuiſſet, reſpondēte, quin tu, inquit, uelim accuratè legas. Nā quod tacēs
primo mecum reputabam, parum abfuit, à ueritate aſtrologus, quē uides genitori meo
de me tunc uix bimulo, nō aſtrologiæ iudicium, ſed prophetiam ſcripſiſſe: quē enim ſcri
ptura hæc aſtrologi illius rerū mearū excidij fatalē prædixit, cùm forem id ætatis, cuius
me nunc eſſe nō ignoras, dies is fuit, qui Lucretiā unicam mihi natam, in Foroliuienſiū
furorem incidere fecit: nec paruā cenſeri doctrinā aſtrologi dixerim, qui paucorū men-
ſium errore facto tam remoti temporis rem futurā pręnunciauerit. Factus itaq́ in pote-
ſtatē Angeli Pergulēſis, Ludouicus, oppida & agri arces eueſtigio reddi iuſſit, & in Lō-
bardiā perductus, in famoſumq́ Modoetiæ carcerē cōiectus, aſtrologi de rei ſuæ exci-
dio iudiciū tūc certius, quàm Beltrādo reſpōderat, in Lucretiæ incōmodo adimpleuit.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI
natione Romani imperij, Decadis tertiæ, Liber ſecundus.

C AVdita Ludouici clade Florentinus populus uehementiori quàm unquam
antea animo ei bello cœpit incumbere, & ut omnes curas cogitationeſq́ in
id ſolum ciuitas conijceret, plebiſcito edixit, capitale ciui priuatóue, ma-
giſtratúmue gerenti fore, qui de pace cum Philippo ineunda referenti, aut
proponenti externo cenſeret reſpondendum. Admonuerat etiam Imo-
lenſe factum, cardinalem Senenſem Bononiæ legatum, ut ſibi magis quàm Philippo
omnia audenti crederet, quamobrem qui Bononienſe ærarium aliena præſertim po-
tius quam rei eccleſiaſticę cauſa ſupra uires exhaurire nollet, fœderibus cū populo Flo-
rentino propalàm initis, illorū præſidia per agrum Bononienſem diſpoſuit, ut quas in
poſterum Philippus in Romandiolam mitteret copias, acceſſu prohiberet. Id cum Phi-
lippus intellexiſſet recētis beneficij, quod pont. Romano in Neapolitano negocio præ
ſtiterat, memoria confiſus, multa apud illum de cardinale Senenſi legato Bononię que-
D ſtus, quòd ſe de eccleſia bene meritum Florentinis poſtponeret, imò illos haberet belli
ſocios, ſe inimicum orauit communem utriq́ iuberet fore, alioquin bellum quod eccle
ſiæ legatus iniuſtè ſimul & ingratè inferret, non in eccleſiam referre, ſed in ſubiectum le
gato Bononienſem populum comminatus. Annuēs Philippi precibus pont. maximus
in uerba poſtulationis eius, legato dat epiſtolas, quibus perlectis, cum mandata ille pō-
tificis ſibi curæ futura reſpondens, agro Bononienſi Florentinis æquè ac Philippenſi-
bus interdixiſſet, reclamauit Philippus, nequaquā pariter utriſq́ utilem uel damnoſum
fore tranſitum, quo interdiceretur partibus à legato, cum unicus, uel quàm accommo-
dus ſuis copijs per agrum Bononienſem in Italia intima ſit acceſſus, & illo econtra ſine
incommodo careat Florentinus. Tandem cum legatus aliquādiu Philippo obſecūdare
renuiſſet, ſubornatum pōtifex Arelarenſem archiepiſcopū, quem in Gallias oratorem
deſtinaſſe ſimularet, Bononiā miſit. Quo gubernatore rē Bononienſem ex Philippi ſen
tentia gerente, & Guidātonio Manfredo ſuis adiuncto partibus, fuerunt illi quæcunq́
Mediolanū Forumliuiumq́ interiacent expedita. At Florentini Mediolanenſem regni
Apuliæ fauoribus, & pontificis amore, ob illius recuperationem auctum, uires etiam in

Romandiola geminaſſe uidētes, omnia ſummis conatibus intentarūt. Sed cum illū ma- E
ximè inniti Genuæ uiribus intelligerent, ſummā illa ad rebellionem cōcitanda adhibue
runt curā. Exaſperatum itaq; in eum, ardentemq; animis Arragonenſem ingēti adiutum
pecunia, in belli Genuenſis ſocietatē facile concitarūt, qui Germanū dignitate ex gen-
tis more infantē Petrum nomine, cum paratiſſima triremium uigintiquatuor claſſe im-
miſit. Quo apud Liburnū expectante, Thomas Fregoſius, Nicolao ac Ioanne Aloyſio
Fliſcis plurimiſq; Genua extorribus, ad ſe clàm uocatis, eam cōſcendit claſſem, Florēti-
norum item copijs munitiſſimā, quæ ad diem iduum Aprilis quartam ſoluens, poſteræ
noctis conticinio Genuæ eſt appulſa. Tunc uario tibiarum cantu, & nautarū applauſu,
qualē reduces in portu edere conſueuerunt facto, clamores ſubſecuti ſunt ingentes, ad-
ueniſſe Fregoſium nunciantes. His auditis uocibus concurrunt ad portus molem ciues
alius alium exhortantes, ut Arragonenſi Florētinoq; acerrimis hoſtibus reſiſtatur, edu-
ctiſq; ex nauali in portus oſtia, quæ inerant nauibus, & bombardis in hoſtem proiectis,
conuicia in extorres opprobrioſa dixere, qui adduci potuerint, ut Arragonenſiū claſſe F
aduecti redire in patriam affectarint. Sole autē orto Thomas nihil tumultus in ciuitate
ſuſcitatū intelligens, concitandis ad rebellionem agreſtibus Riperiæ orientalis, claſſem
circunduxit, & capto portus Delphini caſtello, illius opportunitate fretus, utrāq; Ripe-
riam æſtate illa uarijs plurimiſq; affecit incommodis. Itaque Fregoſis Fliſciſq;, Genuam
terreſtribus locis acriter prementibus, Philippo duci proculdubio rebellaturam fuiſſe
conſtat, niſi acerrimo hoſti Gothelano ſe permittere ueriti fuerint Genuenſes. Florētini
uerò licet tanti circa Genuam conatus non ſatis ex ſententia ſucceſſiſſent, illis tamē nul
latenus neglectis, bellum Romandiolæ inſtaurarunt. Carolum nanq; Malateſtam, qui
ad illa uſq; tempora, nulli partium apertè conſenſiſſet, in ſua conſcriptū ſtipendia, ſupre-
mum declararunt, cum Pandulfo fratre nouis item aucto ſtipendijs, belli ducem. Et Ca
rolus quidem copias quas ubiq; reſpublica Florentina haberet equeſtres, pedeſtres ue-
rò quæ Genuenſi ſupereſſent bello cōtraxit ſex milium equitum, totidemq; peditū mer G
cenariorum, atq; agreſtem multitudinem alium ſimilem exercitum numero confectu-
ram. Hiſq; copijs ad pontem Ronchi coactis, caſtra apud Forumliuium ad primum la-
pidem Carolus eſt metatus. Solū tunc Philippus Siccū Mōtagnaneum, cū primis quos
adueniēs duxerat equitibus quadringētis in Foroliuio habebat, cæteros omnes paucis
apud Lugum Imolamq; ſub Bonioanne Troto, & Perrino Turco retentis, in Lombar-
diam, acſi Romandiolæ bellū ſperneret, reuocauerat. Fauentinus uerò cōquirendis cō-
ſcribendiſq; militibus intentus, ſegnem tunc Philippo, aut nullam operam exhibebat.
Premebat Forumliuij Carolus, & cum multa in urbem ex agro cōmeatus importaretur
copia, motis caſtris Flumanā Saturanumq; caſtella ceperat ui expugnata. Deinde cum
peſtilentia graui ciuitatem laborare intellexiſſet, caſtra ſolito propius admouens minis
apparatu quàm poterat maximo illā terrebat. Crebræ tamen per ſingulos dies fiebāt ab
obſeſſis eruptiones, nec ulla erat populi Florentinū Lucretiamq; odiētis ſuſpicio rebel
lionis, qui tamē hactenus hoſtes ſuperare conſueuiſſent. Foroliuienſes ægre obſideri fe H
rentes, ſubſidia à Philippo mitti, frequētibus nuncijs flagitabāt. Lugum item eo tempo-
re, ex propinquis circunſtantibuſq;, Maſſa, Zagonaria, & Sanctagatha caſtellis, quæ ca
ſtrorum de induſtria metatorum ſpeciem haberent, Albricus fermè obſidens, Imolen-
ſem agrum continuis excurſionibus prędabatur. Ea Philippus ſi diutius negligerentur,
aliquam parare claſſem ueritus, Angelum Pergulanum cum quatuor equitum milibus,
peditibus mille è Lombardia dimittens, in Romandiolam contendere iubet. Qui pro-
fectus Parma, quartis caſtris apud Lugum conſedit, eoq; conſilio prius contra Albri-
cum ducere ſtatuit, ut uel ſolum imparemque uiribus, in paruis opprimeret caſtellis,
uel ſi Carolus, qua erat magnitudine animi, opem ferret, Foroliuienſes obſidione inte-
rea leuarentur. Comperto de Angeli copiarumq; aduentu Albricus, qui ſeſe cum co-
horte ad eam diem in Maſſa oppido, contra uim quantumuis maximam munitiſſimo
continuiſſet, ſe cum paucis contulit Zagonariam caſtellum, decem ab Lugo ſtadia di-
ſtans, quod ambitu breuiuſculum, uallo ueteri & foſſa erat tenuiſſima immunitum. Id
autem imprudentérne, an perfidè, ut poſtea cenſuerūt Florētini factum fuerit, in utran-
que partem inclinās fama, dubium facit quicquid fuerit. Inſecutus illum e ueſtigio An-
gelus

A gelus cum omnibus copijs circũſedit, & ne eruptione facta etiam ſolus euolaret, accitis ex propinquis Imolæ agro & Lugo foſſoribus, repagula portæ opponẽs, foſſam caſtris latiſſimã circundedit, uiam exinde rectiſſimã, quæ Lugum à Zagonaria perducit, foſſã undiq; cõmuniuit, ut ſi qua maior quàm tolerare Philippenſes poſſent, ab hoſte uis fieret, tuto in Lugenſe oppidum ſe reciperẽt. Dum tamen operi foſſores uacant, Angelus partitis copijs caſtellum diu noctuq; oppugnat: & quum ſolo aquarum, quæ in foſſis altæ erant, munimini Albricum inniti uidiſſet, eas per cuniculum deriuauit. In eam itaq; adductus erat difficultatẽ Albricus, ut aut deditionem facere ſubitam cogeretur, aut ſi diutius repugnaſſet, in manus hoſtium per caſtelli debilitatẽ uenturus uideretur. Et deditio quidem ignauiæ atq; perfidiæ notam, captiuitas uerò capitalis penè periculum oſtendebat, quod nuper ad hoſtes tranſiens Philippum à ſe animo abalienaſſet. Has inter difficultates quod conſilij fuit tertium cepit. Oblatas enim ab Angelo dierum quatuor inducias pactus, Carolum cõmonefacit, niſi opem interea afferat, niſi circunſedentẽ re-
B pellat hoſtem, deditionis neceſſitatem mœſto inuitoq; imminere. Secũda iam penè effluxerat induciarum dies, quũ Carolus qui comperto de Albrici obſidiõe illi ſubuenire diſpoſuerat: eo ſolicitatus nuncio, caſtra poſtero die mouẽda fore edicit, & Venturinũ Bentionẽ cum ſexcentis equitibus, ad exercitum uenientem, ab Ceſenatico portu, ubi aduectus naui primũ conſederat, adeſſe iubet. Venturino autẽ per eam diem acceſſum differente, Carolus ad ueſperã diſtulit proficiſci. Sole poſtea in occaſum uergẽte ſublatis ſignis in hoſtem ducere cœpit. Tãtus tunc eueſtigio hymber cœlo effuſus eſt, qui & perpetua durauit nocte, ut dẽſis obducta nubibus luna tum pernox nullũ fermè exercitui lumẽ daret, equitiq; impeditum cœno iter, pediti difficillimum redderetur. Euntem ea noctis malignitate exercitũ riui torrenteſq; quibus ea abundat regio, plenis redundantibuſq; excipiebant ripis: multiq; quorum in ſubitario exercitu multitudo eſſet magna, tyrones laboribus inſueti, perfidiq; & deſides plurimi, dum uada patentia, aut põtes perquirere ſimulãt, latitabãt. Acceſſit noctis error, quò ducti ex melioribus nõnulli
C prius pugnatum eſſe audiuerũt, quàm cupientes ad exercitum redire potuerint. Sub ſolis exortum traiecerat Carolus Anomonis uada, quæ uocant Raſanaria, ſexto ab hoſte milliario diſtantia. Itaq; omnibus in ordinem redire iuſſis, exercituq; oculis luſtrato, etſi multos abeſſe cognoſcit, ſigna tamẽ procedere iubet. Pergulanus interea de hoſtium aduentu exploratum babens, canalis qui ad Malas regionis torrente Senio deriuatur; aquis in foſſas caſtris circũdatas deriuatis pluuia adiuuãte nocturna, omnes inundauerit uicinos Zagonariæ campos. Quum factus in conſpectũ Carolus caſtris hoſtium admouit exercitum, & quia nullum eſſe, ubi in ſicco cõſiſteret exercitus, hoſti propinquũ cerneret locum, conſtitutiq; inducijs laberentur dies, nulla feſſi aut corpora incurati militis ratione habita, pugnam cieri iubet. At Pergulanus qui Carolo dudum militauerat; eiuſq; pugnandi audaciam, & animi ardorem nouerat, id futurum ratus, quod poſtea euenit, pugnãdi copiam facit. Primus ex Florentino exercitu Arditio Carrarienſis, manu conſerta adeò ferociter primum militare ſignum intulir, ut quatuor Philippenſium
D acies in unum redactæ globum, ſuſtinere nequiuerint: faciliſq; illi fuerit, ſi cœpta proſequutus fuiſſet audacia, in hoſtium munitiones irruptio. Sed agreſtis, quam facillimum fuerat euellere, uiminea ſepes illum remorata eſt. Tum Nicolaus Tollentinas, Vrſiniq; duo ab urgente Carolo impulſi, acies immiſerunt. Pergulanus uerò caſtrorum uada in portam relicta, paruo & bene corpora curatorum militum numero, ab feſſa cœnoq; impedita multitudine tuebatur. Qua in pugnæ pertinacia feſſus Florentinus miles, ſenſim acie excedebat: multiq; ab ducum oculis remotiores, ſigna & exercitum deſerebãt: pugnatum eſt pro caſtrorum foſſa & ſub ipſis Albrici oculis, ad horas quinq;: quũ obſeſſi contra, ac eis tunc licuiſſet, poſtea indicatum eſt, nullum ſubuenienti Carolo præſtiterunt auxilium. Tandem Angelus rarefactam hoſtium aciem, labẽtemq; quaquauerſum ab ferociter pugnãtis Caroli tergo militem uidẽs, ſigna furens infert, fractoſq; in eo impetu Florentinos in fugam cõuertit. Carolus qui inter pugnandũ equo fuerat deiectus, ſtans in cœno capitur. Pandulfus equo uectus uelociſſimo Rauennam, & inde Ariminum, Tollentinas Ceſenam contenderũt. Vrſus, Montiſrotundi comes, ex gente Vrſina, equo ſuper uerticem collapſo, & criſtata galea caput deprimente, in limoſo humore

potius quàm aqua decubuit. Alter Vrſinus & Gentilis & Arditio uenerūt in hoſtiū po- E
teſtatem, ex ea fuſi exercitus, qui iuſtarum legionū duarum numerum impleret multitu
dine, minor pars à Philippēſibus capta fuit: uigeſimo eñi per eam regionem in circuitu
milliario. partim in latebris qua uenerāt transfugę, partim palātes ex fuga ab circunſtā-
tibus amicis inimiciſq;, & Lugenſi etiā muliercularum plebe capiebātur: facile tunc Phi
lippo fuit nudatū copijs Florentinū libertatis gloria priuare, ſi trepidāti, & ſpe omnimo
do deſtitutæ urbi, ſigna immiſiſſet: ſed cū arce ſeptus Mediolanēſi oīa gereret per le-
gatos, prius uictoriæ illius reſtrixit haſta, ꝙ ſatis oblatā intellexerit occaſionē. Proſequu
tus uictoriā Pergulanus, Ceſenatē Ariminenſemq; agros inuadēs, oppida in primis ce-
pit maiora, Veruculum, Sanctarchangelū, & repugnātes Sauignanenſes cōceſſit militi
diripiendos. Cætera quæ numero ſunt multa, illorū exēplo deterrita ſeſe miſſis oratori-
bus dediderūt. Inde illatis in Ariminū ſignis, ciuitate breui fuerat potiturus. Sed perdu-
ctum interea ad ſe Carolum Philippus, ut tutorē potius à genitore ſibi quondā relictū
quàm ſuperatū nuper hoſtē exceperat. Nulla etenim ſub cuſtodia habitū nullo adactū F
iuramēto aut fidei pignore, amœna quæq; Cuſaghi, Biagraſſi & Ticini loca, pro libito
uenantē aucupantēq;, per dies ſingulos luſtrare permiſit, accerſitis ab uictrici legiōe, ad
eumq; miſſis nobilibus, uernaculiſq;, quos eodē ſuperatos captoſq; prelio charos, aut in
delicijs habere cōſueuiſſet. Fuit uero Caroli uirtus tāto de ſe Philippi iudicio digniſſima:
uir eñi Marco Catoni adſimilis, in re militari ſtrenuus egregie doctus, celſi inuictiq; ani
mi, liberalis, cōſtās, iuſti integritatiſq; ad pertinaciā tenax erat. Itaq; factus de Angeli cir
ca Ariminū uictoria certior, Philippus illo ne ulterius proſequeretur monito, Carolū fi-
de adſtrictū, ne hoſtibus ultra cōſentiret, muneribuſq; oneratū, in patriam reſtitutumq;
dominū dimiſit. Ducturus poſtea in Florentinorū ſocios ſubditoſq;, qui trans Apenni
num incolunt Pergulanus, ſiue auaritia ductus, ſiue ut fama tum uulgauit Caroli cōſilia
ſecutus, Piſaurenſem Malateſtā, quē ad Florentinos inclinare diceret, cōpeſcere eſt ag-
greſſus, Gradariāq; inermi multitudine ſociatus accedēs Galeatium Malateſtę filiū, qui
cum uxore & familia in amœnā illam diuerterāt uillam, in pōtem ad ſe uocatū, manuq; G
quā amice porrexiſſet ad ſe pertractum cepit, & arcem diripuit diuitijs refertiſſimam. Id
cum Philippo renunciatū eſſet, Galeatio & genitori Malateſtæ parci, uillāq; & direpta
quę à milite extorqueri poſſent reddi iuſſit. Poſt acceptā apud Zagonariā cladem Flo-
rentini, nouas cōſcripſerunt quotquot ingēti etiā mercede haberi potuerūt copias. Dif
ficillimū uerò erat probos ductores in tātis quibus Italia tunc agitabaт motibus, reperi-
re omnib. uel in regno Apuliæ uel iſto in Philippenſi bello implicitis, niſi accepta apud
Aquilā ciuitatē à Braccio clades aliquot parauiſſet. Nam cum pulſo Italia Arragonēſe
claſſem Genuēſes reduxiſſent, Martinus pont. Romanus ſe altera Braccij moleſtia libe
rare cupiēs Iacobū Caudolā, & Franciſcū Sfortiā indolis egregiæ adoleſcentem, quem
Sfortię genitoris cōmilitones illo defuncto ſecuti fuerāt, accepit mercenarios belli du-
ces, eoſq; coacto quinq; millium equitū, peditum duorum millium exercitu cōtra Brac
ciū Aquilā obſidione premētē ducere iuſſit. Qui collatis ſignis Braccio cōgreſſi, Aqui-
lanorū opem eruptione facta ferentiū, auxilio illius copias nō ſine ingēti utriuſq; exer- H
citus cæde fuderūt. Braccio interfecto, Oddonē filium ſecuti ſunt illius commilitones,
magna, ut cōſtat, ſpe adducti: futurū ut Peruſio adoleſcēs cęteriſq; genitori ſubiectis op
pidis potiretur. Verum Peruſini, factionis quam Nobilium uocāt, quos Braccius in pa-
triam reduxerat, Romani pont. autoritatem, ut par fuit, adoleſcentis gratiæ prætulerūt,
& ciuitatem Romanæ eccleſiæ ea dediderūt conditione, ut Montone oppido Oddoni
permiſſo, ipſi ut antea in ciuitate ſalui eſſent, & aduerſæ factionis Raſpantes tunc extor
res, nullo unquā tēpore reducerentur. Qui ergo legionis Braccianę primi fuerant, inter
quos Nicolaus Piccininus patria Peruſinus honoratior erat, adoleſcēti reuerētia cōmi-
litones, rerum gerundarū cura, patres fuerūt. Nam poſtquā principatus ſpe deſtitutum
uiderunt, illum potentē per arma facere cōtenderunt. Quū itaq; à duce Mediolani pete
rentur, Florentinorū quos dilexerat Braccius ſtipendia accipere maluerūt. Has fama &
uirtute præſtātes copias, populus Florētinus Ludouici Māfredi acerrimas cum Agna-
to Guidātonio Fauētino inimicitias exercētis ductu in Anomonis uallē tranſmiſerant.
Nā eius uallis ſupiora ſub Apēnino caſtella Marate, Gattariā Caſtellionēq; idē tenebat
Ludo-

A Ludouicus. Sed hęc etiã legio infauſta Florentinorum fortuna, pręlio apud Braſghelã
cum agreſtibus cõſerto loci iniquitate ſuperata, & paucis fuga prolapſis fuit intercepta.
Oddo autẽ agreſtiũ manu circũciſſus, dum utri de ſe cõtendẽtium globo captiuus eſſet
interrogatus, illũ qui ſe pugnãtem ſuperauerat digito indicaſſet, ab altero confoſſus, in-
gentis quã indoles & paterna gloria dabãt, ſpei uitã abrupit: perductus cum reliqua ca-
ptiui exercitus multitudine Fauentiã Piccininus, per ea quibus carcere aſſeruabaṫ tem-
pora, Guidantonio ſuaſit, ut Florentinæ reipublicæ potius fractam tunc fortunã, quàm
Philippi integrã ſequeretur, fore affirmans, ut quam ſua acceſſione faciliter reſtauraret
rempublicã uicinam potentiſſimã, & ut dudum in maioribus longe difficultatibus cer-
nere fuit inſuperabilem, tanto obnoxiam beneficio, ſibi & poſteris obligaret. Fuerat eo
tẽpore Mediolani Guidantonius Carolũ Malateſtã ſecutus auunculum, & quum fortè
apud Philippũ ducem frequenti in procerum cõuentu multa per iocum & ſenſim, ut fit
ſerio de Romãdiolæ bello dicerẽtur, Philippenſiũ uirtutem extulit Guidãtonius, ſe itẽ
B illarũ partiũ laudaturus. Quẽ probris Carolus lacerauit acerrimis, quod in ſubito exor-
tis ꝓuincię motibus, nullo Philippi adductus ueteri beneficio, nec aliqua impulſus uici
norum iniuria, peregrini principis ſtudia, uicinis affinibus & agnatis optimè de ſe meri-
tis prępoſuiſſet: Philippo autẽ quæ à Carolo in adoleſcentẽ ex ſorore nepotẽ dicerenṫ,
uel nutu non improbãte, taciti conſenſus iniuriã ægrè tulit Guidantonius, & rebus qua-
rum cauſa acceſſerat tardè à Philippo confectis, cõmeatu importunè impetrato reuerte
rat in patriã. Accedentibus itaq; taciturnitatis Philippi indignitati, quã animo concepe
rat, & Piccinini ſuaſionibus Florentinorũ pecunijs promiſſionibuſq;, quibus illũ onera
runt, ad eos deſciuit. Nec ullę fuerũt ea tẽpeſtate opes, quibus ęquè inniteretur reſpublica
Florentina, quibúſue adeò Philippi frangerẽtur uires, quippe quem diſtantia undiq; ab
Fauentia decem paſſuũ millia, Forumliuij, Imolã, Lugumq; præſidio poſtea oportuerit
defenſare. Eãdem etiã ob Guidãtonij ad hoſtes tranſitionẽ ſpes maxima deſtituit Phi-
lippẽſes Mugellanæ Florentinorũ agri ditiſſimæ regionis, per ſaltus Anomonenſiũ in-
C uadendæ. Profectus Gradaria Pergulanus, partitis bifariã copijs ipſe Salſubiũ quod eſt
Caſtrumcarũ obſedit, cæteri ductores in uallem Ballineam cõceſſere: nec eidem, ut con
ſtat, magna gerendi occaſio uireſq; defuerũt, ſi modò ſecũ uictoria proſequẽda, quæ pa-
rãda fuerat pręſtitiſſet: direpto nanq; Porticu oppido in quod natura loci munitiſſimũ;
agreſtes proximi oppidaniq; Mutilanenſes nõ paruam congeſſerãt gazam, & Douadu
la, Caſſiano, Petrapioq; caſtellis primo acceſſu captis, Caſtrumcarũ recipere neglexit:
Qui uerò in Ballineã uallẽ ſe contulerãt militis Pergulani oẽs regionis accolas deditio
nem uoluntariã facientes æquè ac repugnãtes nullo diuini uel humani iuris reſpectu ha
bito pręda bãtur. Quumq; Gerardum Gambacurtã caſtella pleraq; obtinentẽ, auectam
Piſana permutatione, ingentẽ gazam & auri argentiq; uim maximã comportaſſe Gor-
zanum intellexiſſent, eam arcem maximo obſederũt apparatu. Quã cum natura loci &
turritis mœnibus munitiſſimã Gerardus ſpretis multorũ dierũ oppugnationibus pro-
bè & impauidè defenſaret, pugnãs incaute Zanonus Iuſtinopolitanus peditatus Philip
D pi ductor, tragula ictus cecidit, Zanono ſublato quies regiõi parta eſt. Pergulanus uerò
re Caſtricari infecta, in Lõbardiã reuocatus, copias in hyberna dimiſit. Auxerãt interea
copias Florẽtini, & Bernardino Vbaldino, Piccininoq;, cui copias Oddonis Fortebrac
cij ducẽdas dederãt in Hetruria, Guidãtonio Manfredo in Romãdiola inuiſi, rem tuta-
bãtur ſuam. Miſerat uerò Philippus trans Apenninum in Burgi ad ſepulchrum Caroli
Malateſtæ oppidũ, copias agrum Aretinum, & eam Thuſciæ regionem uexaturas. Ap-
parebatq; in ea copiarũ paritate, bellum de induſtria utrinq; duci, quamobrẽ Philippus
Guidantonij Fauentini ſpe, quã conceperat maxima fruſtratus, nouã per Burgum ad ſe
pulchrũ inferẽdi ad mœnia Florentiæ belli uiam aggrediṫ, & datis quas reduxerat Per-
gulanus, maioribuſq; itẽ copijs, Guidoni Torello, quẽ claſſis Neapolim ductæ præfe-
ctum fuiſſe diximus, ad Burgũ traducere iuſſit. Franciſcũ item Sfortiam, quem genitorẽ
in Aterno, ut oſtẽdimus, enecto, illius cõmilitones ſequebãtur, tunc primũ ſuæ aſcriptũ
militię in Romãdiolã acciuit, maioribuſq; aucto copijs prima iniũxit in Fauẽtinos mili
taria obeunda. Redintegrato binis ad Burgũ & cõtra Fauentiã diſtãtibuſq; locis bello,
prælia utrinq; cõmittebãtur crebertima. Primus tamẽ Torellus Bernardinũ Vbaldinũ
ferocem

ferocem uirũ domauit. Is nanq; Bernardinus copijs Florentinorũ, quibus præerat apud E
Anglariam in legionẽ coactis, ferociens multa de ſe pollicebatur, quẽ Torellus diſcur-
ſionibus primo per agros factis laceſſere cœpit, cõcitatũ deinde & ſingulos per dies in
prælia quotquot fierẽt deſcendentẽ cõtendit ingenio uiribuſq; cõficere. Cõſtituta itaq;
die cũ Philippẽſibus quos adduxerat nullis ſubiectos ductori, eorũ paucos ad medita-
tum facinus ex ore præmiſit, qui leue inirent certamẽ, & licet maior fieret uis locũ perti
naciter retinerẽt. Alios itẽ paruo ad adliciẽdum hoſtem numero, ſed lectiſsimũ quemq;
ſubſequi iuſſit, opem laborãtibus allaturos, ipſe paulopoſt cum ſignis ſubſidiariaq; acie
eſt ſequutus. Cõſerto apud Anglariã prælio, Florẽtinus miles, ut quẽq; caſus priorẽ de-
dit in hoſtẽ ruit, quo uiriliter obſiſtente effuſi portis ſine ordine plurimi, priorũ ignauiã
incuſantes irruerũt, tum maiore quàm quod negligi poſſet certamine rem geri audiens
Bernardinus, ex oppido & ipſe prouolat, eiuſq; aduẽtu Florẽtinus ſuperior cedẽtes Phi
lippenſiũ turmas effuſe eſt inſequutus. Tũ ilico ex inſidijs ſe ꝓripuit Torellus & Philip- F
penſes, qui fugã ſimulauerãt, conuerſi uergere cœperunt, ac Florentinos inſequi fugiẽ-
tes. Tum Bernardinus in primã delatus aciem conatus eſt ordines quàm potuit extem-
pore diligẽtius inſtaurare: ſed nulla poterat tam ſubito perculſam irruẽtiũ furore multi-
tudinẽ autoritas, nulla peritia cohibere, fracti em̃ animis rei militaris ignari agreſtes plu
rimi, primo cõgredientis Torelli clamore exaudito præcipiti fuga amẽtes dilabebãtur.
Ipſorum em̃ plurimi ſtudio uidendi potius quàm pugnandi ardore, ex oppido cõfluxe-
rant. Quare ea multitudo nec peditatũ redire in ordines, nec equitatũ aciem ſtruere per
mittebat: magnus tamẽ apud Bernardinum coactus erat fortium uirorũ globus, pariq;
certamine diu eſt acriter pugnatũ. Tandem ſole in occaſum uergẽte, qui pedem referre
noluerat, Bernardinus ui repulſus fugiẽs capiť. Cecidere in eo prælio inermes expedita
tu & agreſtes multi. Nec uerò magna apud Zagonariã accepta clades, Florẽtinam rem
magis quàm hæc minor afflixit. Quãdoquidẽ aduerſi huius prelij fama, Tifernates, Ca-
ſtellanos, & Petramalẽſes Philippo cõſentire fecit, omniſq; illa Hetruriẹ ora, ad uictoris G
fortunã adeò inclinauit, ut niſi Picininus, qui apud Aretiũ præſidio erat, prẹſto ſingulis
affuiſſet in locis, de Aretinis Cortonenſibuſq; actũ eſſe apparuerit, cõſtiteritq; maiorem
Hetruriæ partẽ eorum exemplo Florentinis rebellaturã. Interea tamen dum inferẽtem
ſigna & audacter urgẽtẽ ſingula Torellum Picininus fortiter ſubſtinet, Florẽtini Nico-
laum Tollentinatẽ, qui poſt Zagonariẹ conflictũ multos cõſcripſerat equites, eò duce-
re curauerũt: nec rebus ſuis aliqualiter deerãt, qui nullis parcẽtes impẽſis, cõfractos in-
ſtaurare, nouos cõtrahere exercitus, omnia deniq; ingẽti cura diligẽtiaq; & maiore ani-
mo prouidebant, ut nulli eſſet dubium, quin poſt acceptas clades, nedũ rempublicã, ſed
agri Hetruſci minima quẹq; redderẽt ſalua, niſi nouum inopinatũq; incommodũ emer-
ſiſſet. Picininus nanq;, ſeu ſtipẽdijs abunde prout identidẽ aſſerebat emeritis, ſeu ampli-
tudinis quod Florentini de illo dixerũt ambitione ſeductus, ad Philippũ tranſiuit. Idem
paulopoſt fecere Ioãnes Camertinus Arditio Carrariẽſis & Antonius Piſanus. Tot ue-
rò ductoribus tantiſq; nudatos copijs Florẽtinos quod in lõga affectis ægritudine cor- H
poribus cõtingit, adeò recẽs grauabat iactura, ut uiribus debiles, animiſq; cõſternati, pa
rum à uictis abeſſe uiderẽť, appareretq; paruas nec ſatis reſiſtẽdo efficaces futuras Tol-
lẽtinatis, & quotquot reliquæ illis eſſent copias, ſi modo Philippẽſes belli ductores, for
tuna & quas auxerãt uiribus uſi, quãtũ oportuit inſtitiſſent. Sed eos auaritia luxuq; ener
uatos, inuidia inſuper malè cõcordes reddiderat, maiorq; ſingulis peruertẽdi quæ alios
deſtinaſſe cognoſcerẽt, ꝙ ope cõſilioq; proſequẽdi cura erat: hinc paruo ſe impar prẹſi-
dio feſſus, ẹque ſuſtẽtabat Florẽtinus, ac pari prius exercitu integer tutatus erat. Diſtine
bant interea Philippi animũ, ductorũ conſilia diuerſis prorſus & ſibi repugnãtibus mo
dis bellũ geri oportere ſuadentiũ, quouſq; in hyemem eſt peruentũ. Tum Florentini im
pendens exitium, ſi bellũ inſtauraſſet Philippus proſpiciẽtes, Venetos qui pridẽ uarijs
exorati legationibus ſocietatẽ belli ſecum inire recuſauerãt, aſſiduis obſecrarũt preci-
bus, opẽ integris afferrẽt, quibus oppreſſis futurũ dicebãt, ut alieno ipſi præſidio, quod
nullus poſſit prẹſtare, poſtea indigerẽt. Illi uerò ꝑ fœdera, quibus Philippo, ut diximus,
aſtringerenť ſocietati belli accedere, duos ferme per annos obſtinatè renuerant: & eo ta
men in tempore ſenatorios uiros, Andream primo Contarenũ, & Laurẽtium Bragadi-
num,

A num,deinde Nicolaum Maripetrũ,& tertio loco Andreã Mocenigum,& poſtea Franciſcum Segam epiſtolarũ ſcriptorem,ad illum miſerant oratores,quorũ legationis ſumma fuit,ut bello abſtineret,tyrãnidis affectatæ calumnia nõ carẽte. Philippo autem rem uerbis ducẽte,tam multis apud Venetos inſtiterunt Florentini, ut eorũ periculo admoniti de re capeſſenda & ſocietate belli ineũda cœperint cogitare. Dubios tamẽ pendentesq; animis, in belli ſuſcipiendi ſententiã flectere cœpit Frãciſci Carmagnolæ tranſitus ab Philippo: qui quas ob res,quóue pacto fuerit,nõ ab re duxerim referre,ut q̃ ingẽtes rerum moles mirandũ in modum uel attollere,uel deprimere fortunã culpamus, alieno id errato, q̃ cæco,ut ferunt,uerſatilíq; illius ductu, ſæpius fieri intelligamus. Poſt tanta, quæ ſuprà oſtendimus, Franciſci Carmagnolæ facinora, poſt inſtauratum tanto labore principatũ, runc primũ cœpit Philippus illius æmulis auſcultare, cum re Genuenſi auctus exiſtimauit omnes Italiæ principatus ſuo inferiores fore. Suggeſtum eidẽ ferunt à Carmagnolæ æmulis,Oldrado Lãpugnaneo,Zãnino Ricio,& eius factiõis cœtu,quęcunq; ad illa geſſiſſet tẽpora, Carmagnolæ non ſibi gloriæ iri ductũ , niſi uariatis in

B poſterum doctoribus oſtenderet ſuam eſſe prudentiã, ſuam rerum omniũ peritiã, per quæ præclara & multis inaudita ſeculis abſens gereret per legatos, imperata ex amuſſim ex pręſcripto & ſentẽtia adimplentes. Hinc factũ fuiſſe uidetur,ut claſſi quã ingentẽ Arragonum regi ex regno Apuliæ eijciendo,uel maximo,ut oſtẽdimus,cum incõmodo miſit,Guidonẽ Torrellum præfecerit etiã reluctantẽ. Carmagnola autẽ qua erat iracũdiæ impotentia,eam repulſæ indignitatẽ iniquè tulit, atq; proſecutus eſt acerrimis maledictis. Vnde eius æmuli nõ ultra gloriæ obſcuratione Philippo proponere,ſed uiri quem potentiſſimũ eſſe ſineret, audaciã prælati Guidonis iniuria concitatã, non ſine ingenti periculo ali,dies noctesq; inſuſurrabãt. Præualebat tamen rerum à Carmagnola geſtarum apud Philippũ memoria, ut nihil aſperius in eum decerneret, & tamẽ quũ omnem illius potentiam in re militari adminiſtrãda conſiſtere ſciret,Genuę illum gubernationẽ continuare faciebat: futurũ ratus, ut quũ à militia ceſſaſſet,abundè humilis redderetur:

C qua ratione Philippus belli Florentini primordijs à Foroliuienſibus enixè rogatus illũ pręficere noluit.Id patiẽter ſupra ingenij ferociã Carmagnola ferebat,fore ſperãs q̃d aliquãdo amicis dixerat,ut maximis quas Philippi cõſultores,reiq; bellicę ductores ordinati erãt,extricandis perficiendisq; rebus,ſed fortaſſis ſero nimis rogatus mitteret. Literis intereà Philippi admonitus, ut poſtquam à militia uacaret, trecẽtos equites ſibi militãtes miſſos faceret,concitatiore in inuidos exarſit animo,& Abbiate oppidũ quò Philippus diuerterat ſe cõtulit. Ingreſſus uillæ ſepta, quũ arcis põtem attigiſſet,iuſſus à primo ianitore paululum expectare, iniquiorẽ ſibi Philippũ ab aduerſarijs redditũ ilico intellexit:nanq; priori tẽpore cõſueuerat,quoties Philippũ etiam cubantẽ ſalutare aut adloqui uellet,à nemine aditu prohiberi. Quum uerò ſubiratus ianitorẽ perpuliſſet, ut Carmagnolam adeſſe nunciaret,qui ducẽ Philippũ adloqui aduenniſſet,reuerſus ille reſpondit, principẽ maioribus impeditũ iubere,ut Zanino Ricio quæ uelit explicet, ſibi poſtmodum referẽda. Tum replicat frendẽs ac propè inſaniẽs Carmagnola, pauca eſſe quæ

D uelit domino aperire:nõ ſic conſueſſe ducem, nõ ſe meritum qui pro illius ſalute & rerũ amplitudine,nec ſanguini pepercerit ſuo,ut ęmulis ludibrio proſternatũ,ianitores identidem acri compellãs uultu:propetẽt,eant, Franciſcũ Carmagnolam adeſſe, duci nec cuipiam alteri nunciẽt,quod principẽ uel mutus ſi querela interdicatur,nutu ſalutare intrẽdat. Ianitoribus uerò ut erant iuſſi Zanino exponẽda eſſe quæcũq; dicturus aduenerit, obſtinatè reſpondẽtibus faciem cõuertit in arcem. Aderat uerò propinquus ad rimulã Philippus,& quicquid ille indignãs furẽsq; diceret exaudiebat. Tum cõmotior Carmagnola ſatis ſupraq; ſibi cõſtare dixit,Philippũ Mediolani ducẽ tanti principatus qui regna æquaret dominum à ſe conſtitutum,obſoletis ganeonibus proditoribusq; inimicis ſuis triumphum de ſe deſtinaſſe. Sed longè aliter quàm machinati eſſent hominũ ignauiſſimi, res breui proceſſuras, futurum ut quem Philippus audire contemnat, præſentẽ fiduniq; deſideret. In equũq; conſcendẽs, cum paruo quẽ adduxerat comitatu ſeptis uillæ ſe proripuit,& ad Ticini uada properè delatus,Iporediã, deinde Carmagnolã oppidũ cõtendit. Inſecutus e ueſtigio fuerat Oldradus, uadis Ticini illũ prohibiturus,ſed uiro inermi ac penè ſolo,cõtracta ex domeſticis agreſtibusq; multitudine ſociatus, cõgre

di homo

di homo ocio ꝙ armis aptior expauit. Eo ductus furore Carmagnola, Amedeũ Sabau- E
diæ ducẽ cõuenit, & multa de Philippi erga ſe ingratitudine, de perditis illius moribus,
ꝗ uiliſſimo cuiq; mãcipatus, probrũ ſe adeuntium ferre nequiret conſpectũ, apud quem
nullus fidei, honeſto, uirtuti locus eſſet, pręfatus pericula aperuit, ſibi pridẽ, ut dixit, no-
ta, quę illũ manerent tyrãno uicinũ potentiſſimo, cui faſtu & inſolentia debacchãti ani-
mus eſſet, neminem uicinũ dimittere illæſum. Si Amedeus animũ induxiſſet conſilium
accipere, breui fore, ut Vercellis, Terdona, Alexãdriaq; ſibi cõfinibus ciuitatibus poti-
retur. Amplexatus hominẽ ex uicino oppido oriundũ, cuius celeberrimã noſſet famam
Amedeus, poſtquã ea reſciuit quę diu à Philippo timuerat, facile in ſententiã uenit, ſua-
ſitq;, ut ad Venetos ſe cõferret potentatus, quorũ ſolus uæſanam Philippi ſuperbiã fran
gere poſſet, pollicitus ſe quàm primũ per diſpoſitas undiq; cõtra Philippũ uires, è re ſua
fore conſuleret, bello etiã cum alijs incũbere. Profectus inde Carmagnola, trãſmiſſis Al
pium iugis tãtiſper deflexit, quoad Suiciorũ, quos, ut oſtẽdimus, magna occaſione ſibi
cõſciuiſſet hoſtes, finibus ꝙ longè abeſſet, & per Tridentũ Italiã ingreſſus Taruiſium ſe- F
contulit. Recognito exinde Philippus periculo q̊d immineret, ſi Venetos ad ſuſcipien-
dũ pro Florẽtinis bellũ inclinatos reſciſſet, Carmagnolę acceſſus, præcipites, ut uereba-
tur, in id feciſſet ruere, Cabrinũ Fundulũ tollere ſtatuit, quẽ euertendis Cremonæ & re-
gionis finitimę rebus idoneum fore nõ ignoraret, quemq; rebus etiã Carmagnolę inte-
gris, Venetorũ motus cupienti animo nouerat expetiſſe: perdifficile uerò, & quãdo no-
uum à Venetis apparuiſſet bellũ, impoſſibile uidebaſ̃ munitiſſimo Caſtellione oppido
illũ pellere, in quod pridẽ diuturnę obſidioni perferẽdæ, neceſſaria quęq; homo aſtutus
peruigilq; cõgeſſerat. Quamobrẽ Philippus ad ingeniũ conuerſus Oldrado, cui Cabri-
nus Chriſtiana cõpatris affinitate eſſet coniunctus, negociũ dedit, ut aliqua illũ fraude
interciperet circũuentum. Itaq; Oldradus per recẽſendi cuſtodis arciũ Cremonẽſis agri
ſimulationẽ pleroſq; armatos ſecũ ſumpſit, Cremonãq; remotiori uia prætergreſſus, ar-
ces quæ Caſtellionẽ circũſtant, non ſigne inſigni quorũdã correctione inſpexit, ut eius
ingenij fama per regionẽ uulgata ad Cabrinũ undiq; perferretur. Tandem cum omnem G
circuiſſet Cremonenſem agrũ, quo die Mediolanũ uidebatur reuerſurus, rectà ſecundũ
Caſtellionẽ iter inſtituit. Armatis uerò inermibuſq; ut quęq; ferebat caſus, partim illum
ſequẽtibus, partim pręcedẽtibus, quũ iam omnes Caſtellionẽ ſtadio præteruecti eſſent,
ſonipedẽ qui ſe præcederet Oldradus aduertiſſe uociferaſ̃, anterioris ſiniſtri pedis ferrũ
ægerrimè retinere, & multa ut omnes exaudirent magiſtro ſtabuli cõminatus, aduolare
iubet, qui fabrũ ferrariũ ex oppido Caſtellione cum fabrilibus inſtrumẽtis deducãt, pe-
detentimq; oppido appropinquãs uia deflexit. Ingreſſi oppidũ qui fabrũ anxij quærita-
bant, Cabrino obuij, quænã eſſet tantæ anxietatis cauſa interroganti, Oldradũ eſſe nar-
rant, quẽ ſonipedis dilecti cura longius iterũ remorari coegerit. Tum Cabrinus miſſis
qui compatrẽ ad ſe inuitẽt, & renuentẽ precibus cogãt, ipſe molli greſſu cœpit fieri ob-
uius aduenturo. Plurimis autẽ qui miſſi fuerãt altero poſt alterũ, Oldrado ea die prope-
rãdũ fore ab illo renũciãtibus paucis ut erat in oppido comitatus, uir ſceleſtiſſimus tra-
hẽte fato ad Oldradũ exiuit, quẽ inter cõplexus manu retentũ, ille ab armatis retinendũ H
eueſtigio ſignificauit, & alijs ad portã ꝓperare iuſſis, oppido potitus incredibilẽ in illo
reperit gazã, quę Papiã cũ Cabrino & duob. liberis eſt aduecta, & Cabrinus prętori tra
ditus, quęſtionibuſq; ſubiectus, cũ plurima nefariè ab ſe cõſtituta cõfeſſus eſſet, Medio-
lanũ ꝑductus ſecuri ꝑcuſſus fuit. Maior interea belli conatus apd' Genuã fuerat. Quàm
primũ eñ portu Delphino potitã eſſe extorrũ claſsẽ uiderũt Genuẽſes, & ipſi octo na-
uiũ, triremiũ decẽ & octo, claſſem Antonio Auria illi præfecto parauerãt: cuius freti tu-
tela mare ciuibus aperuerãt: & expoſita mari loca à fathiſcẽte rebelliõe, ꝑ magnã ęſtatis
partẽ uiribus cõtinuerãt. Vicit tñ Fregoſiorũ gratia, ut ad æſtatis finẽ Liguſticę oriẽta-
lis Riperię caſtella, Rechũ, Guelfiũ, Rapalliũ, Segeſtrũ, Morelia, & Caſtellionũ ad eos
defecerint, & q̊d maioris momẽti fuit, Clauarũ Philippẽſi peditatu munitiſſimũ diutina
& ꝑtinaci oppugnatiõe captũ Fregoſius retinuit. Miſſi aũt fuerũt ex Genua ad Clauarij
oppugnationẽ Antonius Fiſcus Agnatis, Nicolao & Ioãni Aloiſio extorrib. tũc inſen-
ſus & Vrbanus Alexius cũ potẽtiſſimo terreſtri Philippẽſiũ exercitu: & Antonius Au-
ria claſsẽ applicuit arci, quã Thomas nũq; expugnare potuerat, unde Fregoſi extorres
uarij

A uarijs moleſtijs agitati ſunt: cumq; tñ parum in eo loco Philippenſes pro feciſſent, Ra-
pallum delati, Thomã Fregoſi, aliquotq; ex Germanis qui triremibus in cõtinentem ex
cẽderant improuiſo aggreſſi, fuderunt fugaruntq; multis ex Fregoſa legione trucidatis,
plurimis mari enectis: quo in prælio Ioannes Fregoſus fratrũ Thomæ natu minor, quẽ
expeditionis Bonitiũ ductæ præfectũ fuiſſe oſtẽdimus, multa accepit uulnera. Cautior
exinde rebus ſuis Thomas inſulã Segeſtri ad quam ſe ex fuga contulerat undiq; cõmu-
niuerat. Philippenſes uero illũ ut antea incaute illic agere opinati, turmas miſerunt, quę
Segeſtrũ oppidũ terreſtri prælio oppugnarent, cæteri claſſem intrantes, undiq; Frego
ſios obſederunt. Sed cum Thomas paucorum militũ opera inſulam ab inimica claſſe tu
tareť, terreſtres copias effuſa audentius legione aggreſſus, magnam edidit illorum ſtra-
gẽ. Florentina interim res plurimum inclinauerat, ciues nanq; pecunijs exhauſti erãt, &
milite in prælijs aduerſe cõmiſſis amiſſo, perfugarum accedẽte perfidia paruas habebat
reſpublica copias. Quamobrẽ Florentini debiles erant non ad tuendam modo dignita-
B tẽ, uerum ad nomen reipublicæ retinendum. Vnicam itaq; rebus ſuis relictam opem, ab
Venetis identidẽ prope continuis legationibus implorabant: & licet qui ad id miſſi fue
rant præſtãtes uiri parũ profeciſſent, quo maior in dies urgeret neceſſitas, eo uariatis ex
omni ordine legationibus, apud illos inſtabãt magis, ut ſenatus populi & plebis Floren
tiæ cõcordi affectione, nõ factionis cuiuſpiã inſtinctu rebus afflictis præſidium quæri,
ſenatus populusq; Venetus intelligeret. Erat uero perdifficile Venetos ad id bellũ tra-
here, qđ cũ eo principe geri oporteret, genitori cuius & familiæ nulla hactenus cũ ipſis
odia, nullę interceſſiſſent inimicitiæ: econtra uero ingens erat odium Veneti in populũ
Florentinũ, qui præter cõmunem utriſq; mercimoniorum Italiæ conſuetudinem, diſſi-
dia inter coniunctiſſimos parientem, damnoſa Venetis æmulatione ex Piſano portu in
Aſiam trãſmittere cœpiſſet. Nec ſatis cõcitando ſenatu efficaciæ habebãt cõſilia, ſuaſio
nes, ingentesq; paratę uictorię pollicitationes quas faceret Carmagnola, quem nõnulli
intolerabilis arrogantiæ, ſi rerum ſumma illi demandareť futurum, nonnulli à Philippo
C ſubornatum, nonnulli ſuopte ingenio perfidũ ſuſpicarentur. Itaq; in eam adducti erant
difficultatẽ Veneti, ut aut elati animis, potentiſſimiq; principis Philippi, cuius ambitio
ni incẽtiuum ſuperatos Florentinos cernerent fore, audaciã quieſcendo alere, aut maxi
mo cum diſpendio ius fœderum uiolare cogerenť. Quare licet Franciſcum Segam quo
utereníť epiſtolarum ſcriprore apud Philippum diu habuerant oratorẽ, nouam legatio-
nem ad illum decernunt. Miſſus ergo Paulus ex gente Corraria patritius magnæ apud
eos autoritatis, qui uulgari facundia & ob ſingularẽ grauitatẽ clarus erat, huiuſcemodi
uerba fecit. Neminẽ iure, ut mihi uideť, optimo dixerim eſſe princeps illuſtris ex omni-
bus orbis terrarũ regibus, principibusq; uiris, qui plures deo gratias ꝙ tu debeat, ſi ea re
cte mecum penſitaui, quæ tibi cum cæteris ſunt cõmunia, quæq; partium alteri minora
adeſſe appareat uel maiora. Nam quod leuis & inconſyderatus quiſpiã primo obijciet
impetu, ſi uaſtis aliqui regnis regionibusq;, ſi immanibus dominanť populis, tu eam ob
tines Italiæ partẽ, quæ ambitu minor, tot tantisq; frequentať urbibus, oppidis, caſtellis,
D populis, tot tantisq; abundat opibus, tot talibusq; decorať uiris, belli & pacis artibus e-
gregijs, ut ingẽs illa immanitas collata ſordeſcat. Sed nobis eisq; cõueniat, ut ſua illi am
plitudine delectenť, nos tua ut ſunt precioſa & ampla ſatis plurimi facientes, nullã deſi
deremus permutationem, hac una in potentatus parte, par tibi eſt apud immortalẽ de-
um cum illis obligatio, quam parte altera maiorem tibi effecerunt uariati pro tempore
rerum caſus. Nullum enĩ eorum mihi dabis, qui non præſentibus penè parem rebus po-
tentatum, paterna hæreditate per manus acceptũ, & ꝓpè tuo curſu ſeruatum, minorem,
aut parua auctum parte retineat. Tu inclyto quidem & potentiſſimo principi Galeatio
genitori hæres relictus, quã tanti principatus portionẽ adoleſcens tenueris, quãtis olim
affluxeris opibus, imò ꝙ non omnibus egueris ſuſtẽtanda uita neceſſarijs, ꝙ nedũ prin-
cipatu, uerum etiã uita deſperaueris, tu ipſe tibi optimus certiſſimusq; ades teſtis. Qui
autem inpræſentiarum ſit rerum tuarum ſtatus, quæ opulentia, quæ adſit tibi ſublimitas
conſyderans, neminem maioribus quod dixi reddendis deo noſtro gratijs obnoxium
magis fore intelliges. Nec tamen eò pertinet oratio mea, ut qui deo tuam felicitatem at-
tribuo, te minus dignum, quod fert ſæpenumerò rerum humanarum cõditio, illa dona

tum exiſtimem, quin tuā uirtutem, tuam animi magnitudinem, tuam prudentiā, diligen
tiam, ingenij ad omnia uerſatilis perſpicaciam, & eſſe & fuiſſe maxima ſentio, aſſeuero. E
Quibus effectum eſt naturę dotibus, ut datum deſuper patrandis, quas geſſiſti maximis
rebus patrocinium nulla ex parte per torporem, ignauiam ſocordiáq; perierit. Geſſiſti
Philippe magna, & uel eo maiora quod iuſte geri ſunt uiſa, cum paternæ hæreditatis ur-
bes oppida, regiones recuperaturus, tyrannos latrunculos diuini humaniq; iuris uiola-
tores plurimos ſubſtuleris, nō modo pulſos patria ciues, ſed populariter aliquas reduxe
ris ciuitates. Quæ ratio quondā apud Venetos iuſti & æqui amātiſſimos ualuit, ut ſpre-
ta multorū ſocietate, urbibus & oppidis quæ ſibi ſponte ac precario debebant, ubi reli-
ctis, cuius optimo erant iure, fœdera tecū iunxerimus: quæ quidē fœdera eā habitura eſ
ſe uim ſenatus luculēte peruidit, ut per Veneti nominis ſocietate tecū iuncti famā, quę-
cunq; parta erant ex proprijs labantia cōfirmares, quæ reliqua erāt cōficeres, & inſuper
Genua urbe mari terraq; potētiſſima, quæ ad te nullatenus ſpectaret potiteris. Iſta ſunt
princeps illuſtris, iſta ſunt quę tibi ampliſſima cōtulit ſenatus Venetorū, q paternā in te
imaginē, paterna pacis & quietis ſtudia contemplatus Lōbardiæ principatu & Genuæ F
dominio, æque nō eſt ueritus te nō ꝓhibere, ac illi Veronę, Vincētię, Taruiſii & Padug,
uicinarū & ꝓpè ſuburbanarū nobis ciuitatū dominia permittere nō expauit. His inquā,
rationibus adducti, fœdera tecum Philippe iniuimus, non decennio, ut dictant tabulæ,
ſed perpetuo duratura, ſi quib. ad ipſa fœdera inducti à te fuimus, pacis, iuſti, boni, æqui,
quietis & ocij artibus illa ſeruare, ſi iuſte parta tueri, opibus augere perges, ſi uicinos Ita
liæ populos afficere iniuria, laceſſere bello, ſi Italiā armis, incēdio, motibus uaſtare, con
cutere deſiſtes, ſi externū hoſtē, tibi nobiſq; cōmunē, cū laceſſierit impetierit, repelle-
re adiuuabis. Sed per deū, quid ſibi uolūt occupata Romādiolæ oppida, quid ductus in
Hetruriā exercitus, quid à te demeruit Florentinus? Confictā nobis aliquando narrant
fabulā, quos tenes Venetijs nuncij tui, fœdera illi inquiūt uiolauit populus Florētinus,
Liburniū oppreſſæ Genuæ & Philippi uires effugere nullatenus ualentis partem ſurri-
puit, & hoſtē ſimul data iuuit pecunia. Pio exinde affectu Romano pōtifici opem latu-
rū prohibere illum ſint conati. Hæc qualia ſunt Philippe, hæc quorſum tendant Veneti G
peruident, ꝓbe intelligunt. Enimuero tritum apud nos eſt prouerbium, perſpicacius q
decipi, ꝙ fallentem ipſum cognoſcere. Iā aliud item creuit prouerbium: Fraudis dam-
na in autoris caput redūdare. Sancta eſt nobis ac proximo religioni loco reſpublica, &
cui neſcio an mortaliū rerū quippiā æquiparemus. Quæcunq; eñ bona fiunt, dicuntur
exiſtimant, pietatē, caſtitatem, libertatem, clemētiam, humanitatem, & quæ dicunt his
ſimilia, reipublicæ nomen cōtinet, cōplectitur, cuſtodit, adeoq; late patet & ſuas diffun
dit uires, ut amicis, æmulis, hoſtibus, notis, ignotis paria penè afferat cōmoda. Si nāque
Mediolanenſes, ſi Lombardos oēs diligenter interrogaueris, tutam eſſe illis apud nos,
& neſcio an nō tutiorē, certe fructuoſiorem ꝙ in patria conuerſationem inuenies. Nos
patritij pericula, labores, impenſas ſeruanda republica ſubimus: illi parato gratis fruun
tur miſeriarum, inopiæ, calamitatum, cōſugio opum, lætitiæ, iucūditatis aſylo. Eoſdē, ut
opinor, apud Florentinos multis populis nationibuſq; fructus affert reipublicæ cōmu-
nio, quā qui tollere, labefactare, peſſundare quærūt, optima generis humani inſtituta ui H
olare pergūt. Tu quos ames tui ſimiles uideris, Venetis certe ea fuit affectio, eritq; ut cō
fido ꝑpetua, ut ſi etiā honeſtæ libertatis æmulationi mercaturam nauigationēq; adiecit
Florentinus, ſi aliqua inde priuata ſimultas, ſi cōtentio eſt ſuborta, integrā cū illo gratiā
uel cū iactura ſeruare ſtuduerint, ne quā apud ſe ſanctam ducerent libertatem, alienam
læderent. Maximus adeſt tibi principatus Philippe, optimi maximi dei noſtri munere,
uirtutis tuæ mirādo quodā modo breui tēpore accumulatus, multā es à deo miſericor-
diā cōſecutus, & cū tātis præclare gerēdis emicuerit uirtutis tuæ ſpecimē, tum illud ma-
xime illuſtrauit, ꝙ nefarijs, ſicarijs, oppreſſoribus ad internecionē deletis amplā cui pin
gui eſt cognomentū Lombardiam, ex direpta, ſciſſa, & miſerandū in modū afflicta, opu
lentā per pacis, ocij, & quietis ſtudia in rē propè publicā, te optimo duce gubernatā red
didiſti. Ob quæ fœdera dixi tecū percuſſa fuiſſe tā diu duratura, quoad ipſe quibus nos
allicuiſti bene uiuēdi artibus inſiſteres. Quare cū Florētinos nullo eorū demerito maio
re, ꝙ ꝙ uiribus ſuis uti neſciuerint, à te opprimi, nec boni ducās, nec tolerare conſtitue-

A rint, Veneti niſi Romandiola, niſi Hetruria decedas, niſi intra cõſtitutos in fœdere Flo-
rẽtino fines te cõtineas, niſi parato exuberãti dono dei principatu quiete perges frui, te
tyrannum ducẽt, reipublicæ libertatẽ utriſq; populis, imò Italiæ cõmunem, ſaluam fore
ꝑ uiribus enitenẽ. Ad ea Philippus paucis reſpondens, non eſſe apud ſe dubiũ, inquit,
quin Veneti ſumma grauitate, cõſtantia, integritate ad extremũ uſq; tempus ſœdera ſer
uaturi ſint, ſolenni ritu cõſtituta: quos ſi nullo etiã tenerenẽ fœdere, ſuã amicitiam nullo
unq; tẽpore uiolatã, pluris ꝙ Florẽtini populi, cuius fraudes, inſidias, furta, rapinas pub
lice & priuatim exoſas dudũ habuerint, facturos fuiſſe opinenẽ, ſe qui mutua genitoris, &
Veneti ſenatus beneficia, ſuam erga illos obſeruantiã, pietatẽ ante oculos dies noctesq;
proponant, nihil ab illis incõmodum ſuſpicari. Quantum uero attineret ad Florẽtinos,
& ſi peſſime de eo eſſent meriti, facillimumq; factu cõſideret, ut prius meritas dederint
pœnas, ꝙ uniuerſus orbis eos protegere poſſit, ſe tamẽ Venetis tribuere paratum, ſi Flo
rentini pariter aſſenſum præbuerint, has oẽs belli contentiones, ipſorũ & Nicolai mar-
B chionis Eſtenſis arbitratu, linquere cõponendas: eiusq; rei cauſa oratores Ferrariam mi
ſit, quò cum primos ex ſenatu uiros Veneti miſiſſent, Florentini hortantibus illis ſuos
pariter legauerunt. Duobus interea locis res ſummis gerebanẽ conatibus. Nam Philippẽ
ſes Aretinũ agrum, & ea quæ cõtinent ſuperioris uallis Arni caſtella uexantes, ad Florẽ
tiæ mœnia ferri quotidie uidebanẽ. Et Franciſcus Sphortia Fauentinũ penè obſeſſum
aſperrime uexabat. Erat per id tẽporis Venetijs, Laurentius Ridolfus equeſtris ordinis
iureconſultus uir præſtantiſſimus, quem poſtremũ Florentini miſerant oratorem. Is mo
nendo, orando, ſingulos prenſando Venetos propemodũ impulerat, ut ſocietatẽ cenſe
rent cum Florẽtino populo ineundam. Quamobrẽ Corrario in ſenatu audito, cum idẽ
omnibus eſſet iudicium, uerba Philippum tamdiu daturũ, quoad Florentinos adeo con
feciſſet, ut bellum ſibi in eos integrum linqueretur, fremere omnes & prope bellum pu
blice depoſcebant. Tulit uero reipublicæ Venetæ fortuna, ut qua tẽpeſtate hoſtẽ habi-
tura eſſet, cui uirtus fortunæ ac potentiæ par adeſſet, ducem etiã nacta eſſet præſtantiſſi-
C mum Franciſcũ Foſcarũ, cuius prudẽtiã ætate noſtra ſingularẽ eloquentia ornaret, gra-
uitas comitate mirabili mixta adeo adiuuaret, ut quam tuẽdæ libertati adhibẽt Veneti
ſeueritatis legum obſeruantiam, & caſte cuſtodiuerit, & quotiens è republica uiſum fue
rit, primus principũ ſoluiſſe dicaẽ. Is qui rempublicã temporibus ſuis fines protendere
cuperet, eius ciuitatis principatum nactus, cui mercaturæ propemodũ mancipatę, quan
talibet etiã certa ſordeſceret uictoria uel paruo impendio conſtatura, publice & palam
ſuadendo bello poſtremus erat, & clanculum primus omniũ uehementiſſimusq; Florẽ
tinis fauebat. Et quãquã res diu protracta eſſet, plurimiq; falſo emanaſſent rumores, Ve
netos fœderibus cũ Florentino iunctis, Philippo bellum indicturos, reditus tñ Corrarij
effecerat, ut quotiens cogereẽ ſenatus de confœderatione conſtituta ſenatuſconſultum
fieri crederet. Ea motus fama Philippus oratores ad Venetos mittit, ornatu pompaq;
ſplendidos, Oltradũ Lapugnanenſem & Ioannem Aretinũ, qui Galeatio genitori fue-
rat epiſtolarum ſcriba. Quibus ex more ſalutatum principẽ adductis, paucos dies ſum-
D pſit ſenatus, rebus quas ſecũ agi oporteret grauiter cõſultandis. Videres interea, ut ſunt
uaria hominũ ingenia, diuerſos oratorũ mores, Oltradus elatus & fiducia plenus, urbẽ
tunc primũ uiſam, nouo ſtupendoq; ſitu, ubiq; maritimam ubiq; terreſtrẽ, admirabun-
dus perluſtrabat. Laurẽtius ætate moribusq; grauiſſimus patrię calamitatem, libertatis
occaſum uultus mœſtitia præ ſe ferens, ſingulos prẽſare obuios, domi conuenire pluri-
mos, nihil publice uel priuatim omittere intentatũ. Rebus exinde eò loci perductis, ut
diuturniorẽ morã pati nequirent, placuit utranq; legationẽ quo tẽporis ordine aduenis
ſent audiri. Ita nanq; fore exiſtimauit ſenatus, ut partis utriuſq; iure iniuriaq; ante omni-
um oculos propoſitis, quid è republica foret decerni poſſet. Introductus in ſenatũ Lau-
rentius Ridolfus præciſa replicationis ſpe, iuſſus eſt quæcunq; in ſuam rẽ ducerent Flo-
rentini explicare, qui uerba in huiuſcemodi ſententiã fecit: Quid Florẽtinę rei apud tuã
rempublicã negocij ſit hoc tẽpore, princeps illuſtris, quid ſibi uelit oratio mea, nedum
tacentes & me audire intenti intelligitis oẽs, uerum etiam norunt mecũ quicunq; proxi
mis diebus Florentia profectũ concito gradu uenientem in itinere uiderunt, opem affli
ctis rebus, libertati tutelã, reipublicæ incolumitatẽ, à libero populo petere Florẽtinos,

per tyrãni potentiſſimi ueſtris etiã imminentia ceruicib. ambitionẽ oppreſſos. Eò itaq; E
pertinebit oratio mea, ut patriæ quæ genuit, educauit, honeſtũ inter primores locum ha
bere uoluit, ſalutem quãta potero ui, quibus potero ſuaſionibus, dicẽdo implorẽ, impe-
trẽ. Si me Veneti exaudiueritis, ſi Florẽtinis adiumento, ſi ꝓtectioni affueritis, me felici
functũ legatione patria ouantẽ excipiet, me amplexabunt̃, colent, obſeruabunt conci-
ues mei: hac ſpe, hac fiducia fretus, libẽs huc loci cõſcenderim, nec eſt cur ſpe ipſa, cur fi-
ducia deſtitui uerear, mihi cõſcius apud eos orationẽ haberi, q callent, peruident, intelli
gunt, dũ poſtulata cõcedunt, dũ cadẽrem ſuſtentant rempublicã Florentinã, ſibiipſis rei
publicæ ſuæ libertati ꝓſpectũ iri. Enimuero princeps illuſtris, cum multos diu per eam
quæ mihi adeſt ſenecturẽ, adiuuerim populos, neminẽ uidi mẽtis cõpotem, q rei bonæ
à mala diſcretionẽ, delectũ per ætatẽ habere poſſet, cui nõ perſuaſum eſſe cognouerim,
inimicos, ęmulos, hoſtes, inuidos eſſe populis, libertatibus, rebuspublicis, nõ eos ſolũ q
infami ſunt tyrãni nomine notiores, ſed ſub honeſto principũ & regũ uocabulo tyran-
nidẽ exercẽtes. Poſſum multas hiſtorias percurrẽs exempla adducere, qualis Athenien F
ſibus & Lacedæmoniis, qualis Romanis Philippus Macedo, qualis populo Rom. Mi-
thridates, Antiochus, q̃ nullis de cauſis fuerint hoſtes, ſed ſola dominãdi libidine, ſola li
bertatis inuidia ꝓuocati. Sunt uero in prõptu plurima quæ pertulimus ſinguli, adeo re-
cẽtia, ut ueſtras noſtraſq; calamitates, quibus interfui memoria repetẽs, nullas deſidera
re cõſueuerim Romanorũ hiſtorias, ponendis qđ ſæpenumero in ueſtra republica feci,
ante oculos periculis quę imminẽt à tyrãnis. Quis enĩ eſt ueſtrũ, q aut uiderit adoleſcẽs,
aut maiores audiuerit narrantes, quẽ nõ terreat Clugienſis, ut appellatis, belli memoria
Carrarienſis Franciſci cõciuis, & uicini perfidia cõciati: cũ ꝓpè factũ eſt, ut ſupra non-
geſimũ cõtinuata annum libertas, & nullã interim noui regiminis formã paſſa reſpubli-
ca, parum eſſe iudicauerit tyrãnus, ſi dominiũ acciperet, quam diripi, incendi, ab funda-
mẽtis euerti quæſiuerit. Quæ ab uicino rege Vngariæ Sigiſmũdo totiens pertuliſtis, re-
centiora ſunt, q̃ ut illa memorari oportere exiſtimem. Pertulit item populus Florenti-
nus ab uicecomite, ut alios omittã, tam multa, ut tot difficilia numeremus reipublicę no G
ſtræ tempora, quot annis uicecomites tyrannidem tenuerunt. Luchinũ etenim & tyran
nide apud illos cõſtituenda, & inferendo nobis bello, ex ea gente primũ Ioãnes excipit
archiepiſcopus, Bernabos illũ, Bernabouẽ Galeatius noſtri huius genitor, ſub q perpe-
tuo, uerius q̃ ut aliquãdo dicimus, trino & quidem periculoſiſſimo laborauimus bello.
Eſt princeps inclyte, eſt hoc natura cõparatũ, ut cum libertate apud ſuos cõculcanda ty
rãni nomen induant, uicinã & quoad manus extendere poſſunt, proximã libertatẽ alie
nã oderint, inſectent̃, & quã ſibi ſubiicere nequeant euertere conent̃. Aſtuto ſanè cõſi-
lio qui re, opera, fructu, uſu, q̃ uerbo ſuauis libertatis nomen oppreſſis, quos in ſeruitu-
tẽ redegerũt, populis q̃ lõgè cupiãt abeſſe, ne renouata in noſtra imagine libertatis pri-
ſtinæ memoria, in illorũ caput, miſeros armet, faciat audaces. Felix uero & fortunata fu-
it ueſtra reſpublica, cui datũ eſt per ipſa oriẽtis Italiæ incendio & rerũ publicarũ exitio
Philippi uicecomitis pueritiæ tempora, Carrarienſem Franciſcũ iuniorem tollere. Nã ſi
ingenio, uiribus, audacia, ambitione paratus, hic noſter Philippus, illũ belli ſociũ nactus H
eſſet, nõ Clugiæ, nõ apud Bebas uictoriæ impetũ per deſidiã deflaceſcere permiſiſſet,
ſed terra, mari, fluuiis, paludibus, ſtagnis, armato inermi re, uerbo, minis, terrore, qua eſt
uigilãtia, q̃ eſt aſtu, preſſos breui in miſerãdã redegiſſet ſeruitutẽ. Felix Veneti fortuna-
tũq; rebus ueſtris Paduani illius tyranni excidiũ fuiſſe, & dixi & ſentio, niſi maxima &
utinã ne nimia ſecuritas exinde ueſtra in maius, qđ neſcio an cũ immineat per eã ipſam
ſecuritatem intueri uelitis, periculũ labi faciat. Hoſtis Veneti, hoſtis imminet, ante hac
incognitus, q & ſi plura inermis, pauper, & ut erat nouus, geſſit q̃ quiſquã è multis quos
ætate noſtra uidimus, paratos furenteſq; tyrãnos, & ſi nos opibus, pecunia tumentes, ad
hãc redegit humilitatẽ, ac penè ſaluti deſperationẽ, arras ut facile dat̃ intelligi, potenta-
tus ſui exhibuit: horreo quæ geſtit animus expromere, auſus eſt Philippus uicecomes,
cũ quinq; equitatus, duorũ miliũ peditatus, tãtillis copiis eã quæ erat nominis Florenti-
ni potentiã, illas opes, illas pecunias inuadere, duplos illi, quãdoq; triplos oppoſuimus
exercitus, oẽs ille prius cõfecit, attriuit, q̃ uiſos fuiſſe à ſuis crederemus. Nec gigantes il
li, aut qđ fabulæ narrant, centauri truces militãt, uiros habet noſtris ſimiles, ſed ab fidu-
cia

A cia ab ſpe diſpari meliores, quibus pingues nobilium Lõbardiæ uillas, quibus oppreſſo-
rũ, occiſorũ filias uxores in matrimonium iunxerit, quibus Lombardiæ tyrannidem ra-
pinã permiſerit. Et quid tãta illos dulcedine illectos ſperare credimus, ſi, ut dicunt, præ-
dicant, cõfidunt, Venetis poſt Florentinos ſubactis Italiæ dominũ regẽ imperatorẽq;
Philippũ cõſtituẽt? Tanta princeps illuſtris militũ illius ſpes, feroces, indomitos, armis
noſtris inſuperabiles reddit. Sint qui ſpẽ feriãt, pręcidant, tollant: ſint qui quietas luxuri
antesq; in Lõbardiæ uillis, agris, caſtellis, uxores, filios, curatores diſturbent: ſint qui cõ
geſtas eò Romandiolæ agrorũ noſtrorum prædas armenta abducant, cadet ferocia, ſu-
perabiles & noſtris reddentur pares. Sin diutius ſalua & integra re familiari, in agro pu-
gnabunt alieno, ꝗ nulla hactenus uel pauca à Philippo perceperũt ꝓ ſtipendijs æra, tri-
butũ illi erogabũt menſtruũ, ut integris, intactis uectigalibus ærarioq; Philippus abun-
det: & ad perfidiã perfugiũq;, eos qui nobis militant cum Picinino & Lauellano per pe-
cuniã ſolicitandis paratior reddat. Horreo inquam princeps quæ geſtit animus dicere.
B Si paruo adhuc deſtituimur tempore, eò loci ſubacta Florentia Philippum adducet, ut
nullo Carrarienſi, nullo peſſundanda rerũ noſtrarum opulẽtia indigeat adminiculo. At
fœdera Veneto ſemper hactenus ſancta, ſemper inuiolata fuerunt. Ego princeps incly-
te, immortalẽ orauerim deũ, ut quibus pietatẽ dedit promiſſa ſeruandi, in mẽtẽ uenire
faciat ſanctũ ac religioſum fore, humanã diuinãq; dictare iuſtitiam, quæ interceſſerunt,
ꝓmittẽdo cauſas rationeſq;, icti fœderis fundamẽta fuiſſe: ijſq; ſublatis & fœdus tolli et
pacta ceſſare, pacẽ uobis Italicam, populorum ſibi uobiſq; ſubiectorum quietem, ſecu-
ritatẽ, felicitatẽ ſummã pelliciendis ad fœdera prætendit. Vos illo aſtu, illa fallendi arte
tã diu quietos deſideſq; reddere quæſiuit, quoad Pãdulfum Malateſtam permiſſa à ge-
nitrice, & ab ſe pueritiã ſupergreſſo inſolutũ, Brixia quam ille ditauerat ejceret: quoad
Genuenſi duce per fraudes, & rupta bis fœdera pulſo patria, nos itẽ cõſcriptis fœderib.
innixos, opprimeret incautos. Qui igitẽ toties pactis ſolẽniter fœderibus non abſterretẽ,
quo minus diuino humanoq; iure poſthabito, aliena inuadat, dominãdi libidinẽ rabi-
C emq; expleat, is princeps illuſtriſſime inſtruit, edocet, habẽda ꝓ infectis fœdera, quæ re-
rũ in circuitu potitus, nec ſancta ſit, nec religioſa ducturus. Sed iã finẽ orationis deſide-
rari uideo, nec ero dicendo ꝓlixior, poſtq; facit tacitus cõſenſus ueſter, ut cõijciã, intelli
gã perſuaſum uobis eſſe, nõ meam dignitatem, non reipublicæ Florentinæ præſidiũ ma
gis hac oratione peti, ꝙ dignitatem, ſalutem, amplitudinem uobis quæri, quibus fallax,
perfidus, ſagax, aſtutus, rei bellicæ peritia, fideli milite, tenui impenſa, ærario uectigali-
buſq; opulentus, tã paratus ꝙ audax imminet, impendet tyrãnus: nõ ultra gladiũ in uos
diſtringere dilaturus ꝙ nos oppreſſerit, ſi deſtituimur, ſubijci paratos: ſi ueſtræ ſocieta-
tis ꝓtectioniſq; ſola acceſſerit præſidio fama, integris repugnaturos uiribus, illũ Romã
diola Hetruriaq; electuros. Quanquã enim magnas profuderimus opes, maiores tamẽ
ſuperſunt, futuræ indies maximæ, quia ciues noſtri rebus ſuis ab ueſtra prudẽtia, ſapien-
tia, fortuna, uirtute, potentia, ſalutẽ affore cõfiſi, quas nũc abſcõdunt, negãt, aſportãt pe
cunias, ſpõte reipublicæ offerent, incolumitati patriæ erogabunt. Iungite arma, iungite
D fœdera, ueſtrã noſtrãq; libertatẽ, rempublicam, dignitatem, patriam uel per nos ſaluam
facite. Nullas damus cõditiones, dandas recuſamus nullas. Quũ finem dicendi feciſſet
Laurentius, audiendam ſibi prius Philippi legationem, ꝙ eius orationi reſponderetur,
dux de ſenatus ſententia dixit. Varia uero ſenatu dimiſſo nõ ciuis cõtra ciuẽ modo, ſed
intra ſe ſingulorum erat ſentẽtia, hinc potẽtatus Philippi & Florẽtini nominis odio, in-
de rerũ ſalute & impendij magnitudine animũ diſtrahentibus. Ne uero Philippi orato-
res quid Florentinus dixiſſet ignorãtes, uel amicabili, ut cõſueuerãt, inſiſterẽt orationi,
uel impertinentibus in Florentinũ nomen inueherent uerbis, datũ eſt ſenatorũ plerijq;
negociũ, qui priuatæ neceſſitudinis ſimulatione, Mediolanenſes quæ fuiſſent uerborũ
Florentini uires facerent cõſcios. Vnde factũ eſt, ut dato ſenatu, Ioãnes Aretinus qui ab
humanitatis ſtudijs nõ abhorrens, patrio itẽ adiutus ſermone, non infacundus eſſet, col
lega permittente, talem habuerit orationẽ. Quæ ratio, quæ cauſa, Philippũ Anglũ Me-
diolani ducẽ impulerit, ut nos hoc tẽpore ad uos mitteret, requiri audiuimus, ab huma-
ni generis rerũ curatoribus Florentinis, quibus ſatis ſupraq; faciẽt, & quũ reſciuerint in-
iucũda erunt, quę nihilominus hoc principio dicturi fuimus. Nullos eorũ exemplo mo-

tus cōcitare, nulla diuinū humanum'ue ius aliquod inſtigatione aduenіemus euertere. E
Has Philippus illis natura inſitas relinquit artes, ſibi eſt ut certe perpetuo erit curæ, quæ
ſtudia à maioribus tradita accepit, attente in hāc diē cuſtodiuit, amicitiæ, ſocietatis, ob-
ſeruātiæ ſenatui Veneto intemerata exhibere. Et quādo optimi maximi dei noſtri beni
gnitate factū eſt, ut in tāta tamq́ perpetua inter uos & illum coniunctione animorum,
nullas quęri expediat nouas pacis cōfœderationisq́ leges, cōcedant Florentini, ſit eorū
uenia Philippo permiſſum, humanitati, urbanitati, bonis moribus tribuat̄, Philippo ſi-
ne calumnia liceat hos ſibi amātiſſimos patres, hūc ſenatū ſalutare, & quādo ſic expedit
cōcedat̄ dicere, ualet Philippus, ueſtræ reipublicæ dignitati, cōmodis, amplitudini pri-
ſtino cupientiſſimus animo. Cumq́ ꝓ ueſtra erga ſe beneuolētia, ꝓ fœderum iure com-
munes huic reipublicæ ſucceſſus ſuos, cōmunem ducat gratulationē, confractos, male
habitos nunciat Florentinos, qui ſua in eum proteruia, in oēs petulantia intolerandaq́
ſuperbia, bello eū ut graui ita niſi celeriter occurriſſet, periculoſo implicauerant, hæc pa
tres optimi, hęc erat noſtræ legatiōis ſumma. Nec noua, qđ ſupplicati ſunt, fœdera quę- F
rere aduenimus, q memores ſimus uetuſto & nulla unquā labis ſuſpicione inquinato,
Venetorū cū uicecomite amori acceſſiſſe pridē fœdera, quę integra illibata perdurāt et
Florentinorū pace dixerim, perpetuo durabunt. Quod uero gentem hanc garrulationi
natā, miſerabili querimonia, nō in ſenatu ſolū, ſed per areas & cōpita Philippus audiue
rat deplorare, belli motus ab eo prius cōcitatos fuiſſe, ueſtro ut hactenus iudicio, ueſtra
cognitione tranſigendū relinquit, præſcriptas quantū ad ſe attinebit conditiones à ue-
ſtra æquitate, à ueſtra iuſtitia accepturus. Eo ſe Florētini tribunalis ueſtri campo in Fer-
raria tueant̄, quibus iniuſta cauſa in bello ſuccumbere dedit, neq́ infanda inaudita exco
gitent, neq́ fraudes machinent̄, ueſtra grauitate, ueſtra ſanctimonia, cōtra uetuſtum ius
amicitiæ, cōtra fœdera in Philippum armanda. Timendum, inquiunt, à Philippo ſi uires
auxerit, hoſtes ſunt, ęmuli ſunt, inuidi ſunt rebuspublicis reges, principes, tyrāni. Mithri
datē, Philippum Macedonem, Antiochum exemplo adducunt, quibus perferendis, &
ad extremū tollēdis laborauerit reſpublica Romanorum. Quàm uellem Hetruſci regis G
Porſenę in mentē ueniſſet, qui reſtituendis in patriam regibus naſcentem rempublicam
penè euertit, funditus ſuſtulit. Eum credo quia reipublicę hoſtes etiā ex Hetruſcis reper
tos notaturus fuerit, de induſtria omiſiſſe. Sed quādo hiſtoriarū exēplis innitimur, Hie-
rones ex Sicilia, Iubā ex Libya, maximeq́ Ptolemæos memoret ex Ægypto, qui Roma
nos ſingulari amicitia, conſtanti ſocietate proſecuti augenda republica illis adiumento
fuerunt, Attalum memorent populo Rom. amiciſſimū regem, qui humanis rebus exce
dens, Romanos ſuo in regno hæredes conſtituit, primūq́ in Aſiam illis aditū patefecit.
Et quando tam diligentes ſunt, noſtris poſt externa exempla perquirendis, uicecomitū
gentē, quæ maximis dudū floruerit opibus adducat Laurentius. Eam quæ potens pol-
lensq́ centeſimo ab hinc anno fuerit, uobis exemplo ante oculos ponat, nō Alpibus nō
Pado, nō maris tractu à Venetijs diremptam. Sed noluit aſtutus uel attingere locū, qui
nugas, fabulas, figmenta, calumnias Florentinorū detegit, omnem euacuat, tollit inuidi
am: noluit dicere, documento uobis irrefragabili exemplo fore certiſſimo, q́ nihil à Phi H
lippo Venetis ſit timendum, cuius maiores, & quidem potentiſſimos, nedum tolerabi-
les uicinos, ſed benignos affectuoſiſſimosq́ ſenſiſtis amicos, cuius genitorem tantū ab-
fuit, ut potentē timueritis, ꝙ potentatu augendo iuueritis. Cui Verona, Vicentia, Pata
uio capiendis, utq́ fines Dalmatiam uſq́ & ueſtri maris undas extenderet, adiumento
fuiſtis. Hæc, inquā, Laurentius optimus ſanè prudentiſſimusq́ uir, alioquin iureconſul-
tus cauſidicorum aſtutias callens, ſuppreſſit, de induſtra declinauit. Ductam princeps
illuſtriſſime, per tot uiros, per tot ſecula uicecomitum cum Venetis amicitiam, nec ulla
poſſet ambitio labefactare, nec ullæ ut cōfidit Philippus iniectæ ſuſpiciones, nullæ po-
terunt conquiſitæ fraudes tollere: ad ipſos ueniamus. Singulos enumerat à primo qui
principatum in hanc familiam attulit. Omnes, inquit, accepta per gradus cum Florenti-
no populo bella geſſerunt, & cum de ſingulis dixerit, præſentia cōplorat tempora. Be-
ne uero habet, quòd ſimilē huius noui cauſam alijs omnibus interceſſiſſe, hoc loco in-
cautus protulit, Forumliuium, inquit, contra fœdera occupauit, quaſi uero nuper eam
audiueritis querimoniam, quos cū ſæpe aliàs, tū nuper arbitros, quos iudices uel ſolos

uel

A uel cum marchione Eſtenſi Philippus poſtulauerit. Dicendum itaq; dicendū eſt hoc tē-
pore,quod in iudicio accuratius oſtendetū,Macra Florentini termino per fœdera prohi-
biti Genuā urbē,quæ à Philippo obſideretū nullas immiſerunt præſidio copias,nullo ob
ſeſſos fouerūt cōmeatu,ſed rerū inopes ſolis innixos maritimis præſidijs,quæ magno eſ-
ſent precio cōparanda ingenti iuuerunt pecunia,& tanta impenſa tantis quæſitæ diutur
ni belli laboribus uictoriæ partē Liburnum ſurripuerūt.Has princeps inclyte,has rupti
fœderis ſurreptæ arcis iniurias bello perſequi Philippus potuit,iure debuit.Sed pacis,o
cij,quietis ſtudia indignitati prætulit.Quærentē exinde oppreſſo à tyrānis Romano pō
tifici Martino quinto Columnēſi uiro ſanctiſſimo,cui omnia debeat Italicū nomen,opē
afferre,Foroliuio Florentini diſturbare,unicū illud iter abrumpere ſunt conati,nec ullis
adduci rationibus,nullis ſe exorari precibus ſunt paſſi,ut prius cōceſſurū omnia Philip-
pū exaudiuerint,ꝙ bello illum neceſſario implicauerint: tm̄ dabat inſolentiæ pecunia,
quā auariſſime cumulatam,temeraria effuſione diſſipatā tantis deflent eiulatibus. Has
B belli cauſas quod nunc Philippus,ſimiles olim à populo Florentino uicecomites habue
rint ſuos ipſi mores,ſuā accuſent ſuperbiā,iuſtum principem,pacis,gloriæ,quietis Italiæ
ſtudioſum,libertatis,beneficentiæ hoſpitē Florentini inuidiæ,rapinarum,diſſenſionum
fomes,probris laceſſere apud benemerētem de ſe ueſtrā rempublicam lacerare deſināt.
Deditus huic reipublicæ obnoxius ſtudioſius nos miſerat Philippus,neminē te aut uer-
bo læſuros,amicitiarū fidem ſalutationis officio cōmunione omniū rei bene geſtæ nun
cio oſtenſuros.Prouocati,princeps optime, uicem rependimus,ex multis quæ iure opti
mo dici poterant,pauca reſpondimus, ſed uera ſed ſolida. Paratum hactenus Philip-
pum fuiſſe, paratum diſpoſitumq; fore, & diximus, & identidem dicimus,rem omnem
ueſtro iudicio,ueſtræ æquitati, ueſtræ ſapientiæ cognoſcendam moderandamq; relin-
quere.Hæc Florentinos parui,ut hactenus ſemper ducturos non ambigimus, quando-
quidem qua angebantur moleſtia liberati ſunt, quando nulla aduenimus innouare fœ-
dera,quæ uetuſtiſſimæ à maioribus acceptæ,indies adauctæ amicitiæ, quemadmodum
C pro uinculo,pro indiſſolubili nexu,pro utriuſq; contra calumniatores,ſuſurrones,æmu-
los,excuſatione acceſſerunt,quemadmodum pacta,concluſa,& ſolenniter firmata ſunt,
pari modo illibata,inuiolata perſiſtent, ad extremum perſeuerabunt,obſeruabūtur. Cū
dicendi finem feciſſet Aretinus,dimiſſi ſunt à ſenatu oratores. Varias tunc in ſenatu mē-
tes,diuerſa eſſe ſtudia faciliter apparuit, quibuſdam præpotenti audaciſſimoq; tyran-
no,uerbis rem ducenti,quoad Florentinos oppreſſerit,aperto obſiſtendum bello uoci-
ferantibus : quibuſdam penſitandum eſſe contendentibus, quanta rei moles futura ſit,
quam adeo præcipitanter aggredi pergerent. Subſtiterat per ea tempora Taruiſii Car-
magnola,quò primum ex fuga in Italiam delatū oſtendimus diuertiſſe. Illum uero dux
Venetorum multiq; eius ſententiam pedibus ſemper inire conſueti apud ciues ſummis
efferebant laudibus,famam uiri,rei bellicæ gloriā,ſeruatam ingrato domino fidem præ-
dicantes,futurumq; aſſerentes, ut tanti uiri ductu, faciliter Philippum opprimant, quo
ſegnante perpetuo rei Venetæ impenderet exitium:nec tamen deerāt qui tantas lauda-
D tiones in contrariū retorquentes ſenſum dicerent,quo maiori auctus ſit gloria homo no
uus,& uti conſtans erat fama,intolerabili faſtu tumens,eò diligentius cauendum, ne cū
rei Venetæ,quod neceſſitas belli ſuaſura uidebatur, ſumma illi eſſet credita moroſis ci-
uibus,& ſingula quæ occurrerent per ſenatus conſulta decernentibus fieret, aut intole-
rabilis tutor,aut pernicioſiſſimus inimicus, quem ſcirent ſe Philippo oneroſum reddi-
diſſe,omnia eueſtigio concedenti quantum ad ſeruatam fidē attineret: uideri oportere,
ne abſens etiam ſeruet,& illa maximo Venetorum malo ſeruanda ad eos trāſiuerit. His
uocibus curia & forum perſtrepebāt.Ipſe uero animi uir inquietiſſimi licet oblata à fau-
toribus ſpe ſuſtentaretur,ſuſpicionis quam de ſe multis iniectam audiuerat dolore,ac in
dignatione æger cōſternatusq; animo ſeſe Taruiſii cōtinebat.Pendentes uero dubiosq;
in tanta rerū prolixitate Venetorum animos nouus traxit caſus,ut omni ſublata dubieta
te Franciſcū Carmagnolam Philippo crederent odioſum.Fuerat Taruiſii aliquot annos
Ioannes Luprandus Mediolanenſis. Is Varentinam Bernabouis uicecomitis filiam in
matrimonio habebat,& Aſtorgio quē apud Modoetiam dum à Philippi exercitu obſi-
Nn 4 deretur,

deretur,interiſſe oſtendimus,fauiſſe inſimulatus fuerat,quare Philippum timens in eó ſe E
ceſſu ſecurus uitam ducere conſtituerat. Eos uero ampliſſimis præter reditum in patriã
pollicitationibus pellexerat Philippus,ut Carmagnolã per cõmune ſui odium, familia-
riter conuiuentem ueneno inficerẽt.Quod cum ancillæ indicio eſſet patefactum, ſubie-
cti quæſtionibus Ioannes Varentinaq;, rem alioquin certam magiſtratib. confeſſi ſunt,
& maritus ſecuri fuit percuſſus,uxor ob ſexus infirmitatẽ, cui uiro parendum fuiſſe cen-
ſuit ſenatus,abſoluta inde migrauit.Carmagnola uero irarũ & ſpei plenus, Venetias ac
cedens pudoris,ut dicebat,leges diſſoluit, contra tyrannum qui ſummæ erga ſe ingrati-
tudini tantã adiecisſet crudelitatẽ,& omnes priuatim ac publice allocutus, orat, admo-
net,oblata utantur occaſione,ſeſe tyranni periculo dum licet liberent, Lombardiã ſe ad
miniſtro,ſe belli duce ſubijci paratam,recipere non differãt,prenſantem ſingulos & pro
pe concionabundũ Laurentius Ridolphus ſequebatur.Qui à precibus quandoq; ad mi
nas conuerſus futurum dicebat,ut ſpreti,deſtituti à Venetis Florentini, fœdera percute
rent cũ Philippo.Et quando ęquis conditionibus id fieri nequiret, ſe ſubiectos illũ regẽ F
facturos,quẽ ſubacti poſtea Veneti ad imperiũ orbis eſſent ſublimaturi. Diſcordes ue-
ro,ut diximus Venetos,Carmagnolæ periculũ unanimes reddidit, eaq; factum eſt cau-
ſa,ut plurimi ſenatorũ,qui à bello etiam neceſſario, ne ſuſpecto ductori ſumma rerũ cõ-
mitteretur,abſtinendum ſentiebant,ardentiores in belli ſuſcipiendi ſententiam ruerent.
Quamobrẽ primo,qui habitus eſt ſenatu, quod in rebus grauiſſimis difficilimisq; tẽpo
ribus apud eos conſueuit liberũ magiſtratibus eſt factũ,ut cum è republica uideretur de
ſocietate cum Florentinis ineunda,& bello ſtatim Philippo Mediolanenſium duci infe
rendo referrent:placuit tamen prius ꝙ ſenatuſconſultum de prædictis fieret,oratoribus
Philippi in hanc ſententiã reſponderi, Venetos pridẽ cum per alios oratores, tum maxi
me per Paulum Corrarium,qui nec balbus eſſe,nec timidus conſueuerit, mentem ſuam
Philippo aperuiſſe, futurumq; ut niſi intra Lombardiæ terminos, intra quæſitum pridẽ
per ſuã patientiam,per ſua adiumẽta dominiũ,quietius ſe cõtineret, Venetos ex amiciſ-
ſimis,hoſtes ſibi factos ſentiat acerrimos. Vix ſtagna ex urbe digreſſi oratores traiece-
rant cum Franciſcus Carmagnola in palatiũ perducit̃. Qui iuſſus frequentiſſimo tũ ſe- G
natu dicere,uir literarũ omnino ignarus, ſed qui Genuæ & Mediolani uerba in cõuenti
bus facere conſueuiſſet,multa in hanc ſententiã non infacunde diſſeruit. Fortaſſis exiſti
mant princeps inclyte ſplendidiſſimi ciues iſti,me qui poſt digreſſos urbe Philippi ora-
tores,ad dicẽdũ ſim perductus,illorũ uerba,quæ per hos dies hoc in loco multa dixerũt
repetiturum,& ad trutinam,ut aiunt,examinaturũ:quaſi uero uobiſcũ ignorem, ꝙ nulla
ſit Philippi uerbis adhibenda fides,qui ſolitus dicere ſit,& iurare & peierare,polliceri et
promittere,aſſerere & negare,eſcas fore principũ,quibus in cõcinnata pro rerum tẽpo-
rum & locorum conditione area,bene diſpoſitis,irretitos omniũ generum homines ca-
piant.Non uerba illius magnifici patres,ſed facta,mores,aſtutiã,fraudes, inſidias diſcu-
tere,& uobis ante oculos ponere adueni: neminem etenim hominũ, nec ipſum etiã,ſi à
tortoribus laceret̃,Philippũ non præteriti temporis facta ſolum,ſed præſentis cogitatio
nis ac futuri conſilia,pari mecũ intelligentia poſſe uobis patefacere cõtenderim, qui tot H
per annos,quæcunq; aut recte aut perperã excogitauerit,concupiuerit, uirtute, diligen
tia,uiriũ robore,animi magnitudine fuerim executus,&id quidẽ tanta integritate,ut ꝙd
impoſſibile multis uideat̃,quæ improbe fraudulẽter fieri uoluerit, quæ crudeliter & ne
farie mandauerit,ſi ꝓhibere non licuit,ſine mea labe,ſine infamia perfecerim.Quib.effe
ctum eſt artibus,ut principatum illi maximum aſſeruerim,ut tanto illum nomine,nobis
etiam tremendum effecerim.Dicerem hoc loco,quantis ingratum hominem affeci be-
neficijs, ni tanta eſſent & tam multa, quibus referẽdis ſoleo ab nauſea in ecſtaſim inſa-
niamq; concidere,quod ab extrema eductum calamitate hominẽ exercitu Facino Cani
militare cõſueto donauerim,ſubiectarum ipſi Facino urbiũ, Alexãdriæ & Nouariæ per
deceptam blanditijs meis miſeram Beatricẽ dominum conſtituerim,quòd exinde Mo-
do etiam,Laudam,Comum,Tricium,Bergomũ,Placentiã,Parmã,Cremonã, Brixiã,&
ad extremũ Genuam,per cuius potentiã nomen ſuum ultramarini etiã contremiſcũt ꝙ
eidem inquã,homini tantũ ſubiecerim principatum,&is poſt inauditã omnibus ſeculis;

qua

A quamecum eſt uſus ingratitudinē,me inſuper,me omnibus inſitæ ſibi à natura crudelita
tis artibus perſequitur.Fuit uero,dixerit quiſpiam,fuit olim tibi apud illū ſupremus ho-
noris locus,te familiæ uicecomitum cognomine,te conſanguinea honeſtauit uxore. Ea
autem ut facile ab euentu conijcere datur,nō uirtutis acceptorumq́; beneficiorū pręmia
contulit,ſed pignora eſſe uoluit,quibus tamdiu aſtrictus,obnoxiusq́; illi nauarem operā
quoad rebus è ſententia conſtitutis,me oppreſſos ab iniuria releuantem,bonos protegē
tem,proteruis impudicisq́; curialibus frena imponentem,tolleret,extinguere,& cum lu
dionibus,mimis,ganeonibus ſuis ſine tutore,uel quod illo in odium mei adducendo,ſui
dicere uſurpabāt correctore,effrenatius laſciuiret, Oltrados,Zaninos,Thedeſchinos,li
centius in ſubiectos populos debacchari ſineret. Hæc fuit Veneti tantæ cōmutationis
cauſa,hæc ratio,quæ perfido, ficto,ſimulato omniū leuiſſimo homini ſuaſerunt,ut poſt
tantæ dignitatis umbram,poſt cumulatos in me alienigenam hominē honores,me per-
deret,quē nec fidū integrum boni & iuſti conſultorē,tolerare poſſet,nec humilem abie-
B ctumq́;,ſine maximo ut credebat periculo,auderet reddere.Bene uero habet,& quantū
uaticinat animus,nō meæ ſed ueſtræ reipublicæ ſaluti,incolumitati, amplitudini,& ma-
ximo illius malo ſeruatus ſum.Mihi enim ſatis ſupraq́; fuerit ganeonum inſidias, pericu
la capitis euaſiſſe,conſolerq́; pro fortunis quas abiēs magnas dimiſi, patriam mihi apud
uos,ut confido,cōparaſſe,iuſticię,integritatis,uirtutum alumnam,& quod docuit hacte
nus experientia,quod beneficijs affecti maximis oſtendūt plurimi,optima, perpetua e-
meritis præmia tribuentem.Ea ſubleuatus conſolatione princeps inclyte, non amiſiſſe,
ſed quæſiuiſſe diuitias,non me infortunio afflictū,ſed optima diuinitus donatū eſſe for-
tuna,opinor,exiſtimo.Niſi forte retenta cū filiabus uxor effœminatū Carmagnolæ ani-
mum ægre habebit,& ubicunq́; ſit terrarū Philippo mancipatū tenebit.Sed nimis multa
de meipſo per dolorē,per indignationē dixi:de re ueſtra ſtatim dicere eſt animus, ſi pau
ca prius de Florentinis dicentē tolerabitis.Bellū eſt illis cum Philippo, quem rebus inte
gris per eas quibus abundant pecunias,per maximū potentatū, intra Lombardiæ ſepta
C repugnare faciliter coegiſſent,niſi rei bellicæ ductores quibus ſunt uſi, eos perditum ire
per exercitus maximos tanquā armēta in paſcuis diripiēdos,hoſti oblatos perrexiſſent.
Nam quo tempore apud Zagonariā eſt pugnatū,ſi aut obſidio Foroliuienſiū continua
ta poſtquā itum erat ad hoſtium caſtra,quod imbre effuſi facere ſuadebant,à pugna ceſ-
ſatum eſſet,qui furentes eò loci contulerant Philippēſes,concitatiore q́; aduenerāt, gra
du,Parmā retinuiſſent,tantus timidiſſimū principē pauor inceſſerat, poſteaquā Carolū
Mediolani,Pandulfum Brixiæ & Bergomi dilectiſſimos tanti exercitus cōtra ſe ducto-
res audiuerat creatos.At iam ſero errata reprehendimus,quando attonitos,animo con-
ſternatos Florentinos,ſola uincentē fama Philippū oppreſſiſſe uidemus.Nec riſum cui-
piā moueat,qđ dixi ſola fama Philippū uincere,imò etiā quod dicā, qui uolet cachinne
tur,Philippū dico,qui fama,opinione,ſpecie uicerit,re ipſa propius uicto q́; uictori eſſe,
cuius æraria penitus exhauſta,conſumpti ſunt ciues,uectigalia exinanita. Cognita hæc
mihi quē nulla illius rerū uel minima pars latet:ſcio ductā contra Arragonēſes claſſem,
D quingentis illum auri milibus exhauſiſſe,noui impēſas ædificiorū, extra rationis modū,
noui uanam illius euiſceratamq́; ſine delectu largitionē,qua etiā Gallicos proceres lau-
dis ſuæ præcones fore ſatagit:ſcio expertus,unde maxima in caput meū prohibēdo con
ciui odia,quantū eſt æris illud qđ obſeſſi uel diſſipāt uel ſurripiūr. Ex quibus plurimisq́;
quas enumerare longū eſſet,neceſſarijs,certiſſimisq́; mihi cauſis effectū eſt, ut quo tēpo
re bellū à Thoma Fregoſo,& ab Arragonenſi Florentinorū ductu,cōtra Genuā eſt rela
tū,quod pridē magna induſtria,maximaq́; parſimonia parari curauerā, in Papienſi arce
theſaurū effundi oportuerit.Referūt mihi q́s nuper meā ſecutos fortunā ab illo abſceſſiſ
ſe audiuiſtis,milites olim ſui,annū iam effluxiſſe integrū cum nulla eis data ſint ſtipēdio
rum æra.Nec eſt quam male aliqui interpretantur militū liberalitas, qui ſpolijs, rapinis,
ut uos creditis redundantes dominum ea liberent ſtipendiorum impenſa,ſed illius in-
opia,qui uictorem exercitum,debita deſtitutum pecunia,uel inuitus cogat in captis pri
mo impetu Hetruriæ caſtellis inertem uitā ducere, cuius impetu ſi per data ſtipēdia coa
ctus ſimul militare potuiſſet, faciliimum fuit deſtitutum milite Florentinum conficere.
Quid uero futurum exiſtimatis,ſi fuerint qui inopes & pendendis ſupra uires tributis fa

tigatos

tigatos Lombardiæ populos bello uexarunt,ſi fuerit pręciſa mercatorib. Lõbardiæ uia. E
qui quæ ad uos coactos intra mœnia,abducto pecore,uillico,aratore,uel marceſcentib.
in agro,uel direptis ab hoſte frugibus uectigalia attinẽt,exinaniant, quẽ uictorẽ nũc di-
citis quẽ pro fama cõtremiſcitis, Veneti Philippum non uiciſſe, ſed uictũ eſſe uidebitis,
Nec item repellẽdo ab paratiſſimis Venetis bello feſſus erit, qui inferẽdo imperatis Flo
rentinis integer fuit.Diſpares etenim ſunt Veneto & Florentino uires, diſpar eſt ueſtra
inſultantiũ fama,uiribus cõfidentia munitiſſimorũ conditio ab ea quæ diſſipatis, attoni
tis feſſis,Florentinis erat:diſparia itẽ ſunt bella, ſi unũ in alieno , alterũ in ſuo geraẽ ſolo.
Non parua aũt,ut fert animus fortunæ ueſtræ erit acceſſio. Carmagnola quæ omnia ha-
ctenus,quod nõ erubeſco dicere, ſuſcepta bella feliciter cõſummaui,oẽs cõgredi auſos
prælio ſuperaui.Quã uero cõſtituendo ingrati hominis principatu,in ea tẽporis diutur-
nitate,tantis periculis,laboribus,acceptis uulnerib.didici militiæ diſciplinã, eodẽ euer-
tendo libens oſtenderim:& quod ſubleuando tyrannorũ iniquiſſimo contraxi ſcelus, il
lo perſequendo,deprimendo diluam.Itaq; audenti animo oblatã benegerendi facinoris F
maximi,oblatã non ſeruandæ ſolum &tutandæ,quod erat optabile uobis,ſed amplificã
dæ reipublicæ,tollendi hoſtis nõ minus potentis ꝙ audacis occaſionẽ, dum licet ample
ctamini.Socios & per cõmune libertatis nomen fratres iuuate Florentinos, quorũ auxi
lio,quorũ opibus futuris eueſtigio per ſolã ueſtræ confœderationis umbrã, ingentibus,
magnã tantæ rei partẽ conficietis.Meo aũt ſeruitio ubicunq; uſui fore iudicabitis,ueſtro
utemini arbitrio:quod enim in primis faciendum plurimi cenſeo , ſi multos etiã uirtute
ſuperiores,neminẽ fide erga uos, odio in cõmunem hoſtẽ pari inuenietis . Cõmotos ac
penè ſuaſos ea oratione ſenatorum animos,dux Venetorum intelligens non ultra diffe
rendum,quod pridẽ conſtituerat,ratus,Carmagnola dimiſſo in hanc ſententiã uerba fe-
cit.Quæ duo publicis in rebus prima intentione ſunt & iure optimo potiſſima, pax,& ã
publicis impenſis uacatio,nomine ipſo & re dulciſſima, multas ſæpenumero , uel ſi oẽs
dixero,non errauerim,inuehunt calamitates,dum longe proſpecta,diu intellecta,& an
te oculos poſita pericula cõtemni faciunt,ut prius malis circumueniare intolerabilibus, G
ꝙ per horridũ odioſum belli nomen,inuidioſam,ſtomachantẽ, infandã impendij men-
tionẽ,ea nondũ iactis alte radicibus,leuia reijcias,propellas.Id & ſi noſtris uel maiorum
uel ætate noſtra acceptis incõmodis,reminiſci eſt facillimũ,exẽplo nunc documento'ue
certiſſimo Florentinorũ,intelligere,peruidere &maxima,ut exiſtimo,cum animi anxie
tate,mecum ſentire debebitis. Florentinis nanq; certiſſimum neceſſariumq; ab origine
hoſtẽ in oculis creſcentẽ,facile fuit per exhibitã, aut Arcellano,aut Funduli,aut Pandul
fo,aut Genuenſi Fregoſo opẽ,opprimere:ſed quia minimũ illis adiuuandis tyrannis im
pendium facere totiens rogati noluerunt,quas tunc amentes per ocium & pacẽ cumu-
labant pecunias,inutili profluuio poſtmodum effuderunt:Sicq; duorũ quæ in primis de
ſiderabant,altero,pace ſcilicet proculdubio non fruuntur. optatã uero ab impenſa uaca
tionẽ,ideo magna ex parte habent,quia quod ſaluti,quod extremæ rerũ calamitati auer
tendæ impendãt,nihil fermè eis eſt reliquũ.Proſpicienda ciues proſpiciẽda ſunt quæ im
pendere poſſint damna,ut cum ſuadet, iubet neceſſitas,incõmoda,impendia principio H
ſemper faciliora priuſquã creſcant & multiplicentur,tolerari propelliq; poſſint.Eadem
enĩ ratio in nauigantibus,& reſpublicas gubernantib.uel ſalutis uel euerſionis eſſe uide
tur.Malũ nanq; & inertem nautã gubernatorem'ue ſcitis eſſe,qui tranquillo , & ut dici-
mus,lacteo mari,ſecundis ac leniter propellentib. uentis lætatus,futuræ aliquando pro
cellæ immemor ſomno & deſidiæ eſt deditus,quid cũ malo,antennis, carbaſis, ancoris,
remone agaẽ nõ ſatis cõſiderat,quiq; quantũ ſpatij ſingulis emetiaẽ horis,qua uia altũ te
neat,ſaxa & ſcopulos declinare debeat,quãdo deniq; aut per anni ſydus, aut per cœli di
ſpoſitionẽ tẽpeſtas ingruere poſſit,ſcire negligit . Si itaq; talẽ hominẽ naui ſubito & im
prouiſa perculſa nimbo,dũ male hęrentes rudentibus ancoras primo perderet iactu,dũ
ab languide cathenato deſtitueret temone,in uicina quæ ignoraſſet ſaxa impactũ audi-
retis,nõne eum ſocordẽ & calamitate accepta dignũ iudicaretis? Itidẽ Florẽtinis hoc tẽ
pore euenit,ipſi etenim parãdis prouidendisq; cõtra manifeſtũ hoſtẽ certiſſimam tẽpe-
ſtatẽ& rerũ ſuarũ perniciẽ Philippũ Mediolani ducẽ,præſidijs negligentes fuerũt,illum
notiſſimã reipublicæ ſuæ euerſionẽ futurũ uires augentẽ, ſiue id per auaricia ſiue facta

ſit

ſit per negligentiã prohibere noluerunt: hincq́ eò calamitatis ſunt perducti, ut quæ ma
A lis ſemper cumulo accedit, ſola redundet ignominia, pro acutiſſimis, ut dicebant inge-
nio, cæcutientes, pro aſtutiſſimis hebetes, pro prudentiſſimis reputent amentes. Proſpi
cienda inquã, ciues, & ab alieno intelligenda malo, quæ nõ impendent modo, ſed prope
modũ premunt pericula. Enimuero ſentiant alij quicquid uolũt, ego ſi in Aſia, ſi apud In
dos eiuſmodi populũ libertate quã diu retinuiſſet, per uim, per fraudes, per tyrannidem
priuarũ iri audirẽ, ſi nullã illi opem afferre daretur, animi mœſtitia, afflictione mentis ſi-
bi cõmunicarem. Nunc uicinã, contiguã, germanã, quę in cõmuni parente terra Italia, &
genita ſit & alita, libertatẽ Florentinã, aperta fraude, manifeſtis inſidijs, ui nororia oppri
mi, ſegnes irridentesq́ patimur, non ſatis aduertẽtes, quod ſubiectũ eſt oculis, quod he-
betes obtuſi peruident omnes Italici, quod pridem ueſtrũ plurimi hoc in loco dixerunt,
affirmarunr, diem quæ Florentinæ libertatis ſubiugandæ finem faciet, primã noſtræ in-
uadendæ Philippo futurã. Sed tanta quoſdã è noſtris ſui impotentia eſſe miror, ur cũ im
B minentia noſtræ reipublicæ pericula intelligere ac peruidere fateanr, expectanda poti-
us perferenda quæq́ ducanr mala, q̃ illis occurrendo uelint cõmittere, ut inuido Floren
tino nauigationis æmulo auxilient. Mala eſt ciues, mala eſt iactura quæ fit magna, ut ma
iore atq́ etiã maxima hoſtẽ afficias: quanquã optimi maximi dei noſtri beneficio factũ
eſſe opinor, ut qui petulans hactenus omnia ſibi per pecuniam arrogabat Florentinus,
ueſtrã uobis mercandi induſtriã nedum in Aſia & Africa, ſed nec in urbe noſtra, in Riuo
alto non ſubripiat, qui inopem Hetruriã, intra Florentinum agrũ libertatẽ tutari gloriæ
& felicitati ſit ducturus, nec Aegei aut Mauri marium uelificationibus uobiſcũ ultra cõ
tendere appetat, hincq́ non æmulũ, non inſidiatorem, non quæſtus ſubreptorem popu-
lum tueri ſaluũ facere pergemus, ſed libertatis nomẽ, alteram quæ eſt in Italia rempubli-
cam defenſantes, reipublicæ noſtræ uires munimenq́ adijciemus. Nec uero deterreat
qđ multos circumferre andiui, Florentinos omnino eneruatos, ducẽ Mediolani uſque-
quaque integrũ uiribus eſſe, cui facilimũ ſit futurũ Florentinorũ reliquias ſimul cum no
C ſtro potentatu conficere. Quod nanq́ ad Florentinos artinet, ſcio illorũ quæ nunc appa
ret pecuniæ exilitatẽ nullã, aut multo minorẽ futuram, q̃ primum Florentini ciues præſi
dij noſtri ſpe ſubleuati, de patria ſibi, de libertate, de rerũ incolumitate ſperandum intel-
ligent. Niſi enim me noſtri ciues, quibus cum illis eſt cõmercium fallũt, niſi patriæ ſibi &
mihi una impietate mentiuntur, facillimum erit populo Florentino cum uoluntarius &
animo erectus bello incumbet, tantũ æris contribuere, quantum mediã belli impenſam,
longo etiam temporis tractu opinamur expoſcere. Eos aũt non ignoratis mecum, con-
ditiones quæ dabuntur accipere paratiſſimos. De ducis Mediolani uiribus, de diſſemi-
nata maiore illius rerum fama, q̃ res ipſa, q̃ ueritas habeant, plura & dicenda eſſent & di
ci poſſent q̃ tempus iſtud patiatur, & niſi futuros eſſe uererer, qui Carmagnolæ uerbis
pluſquam deceat me credere dicerent, quæ uobis oblata ſit ex eo bello ſpes, quid de Bri
xia, Cremona, Bergomo, quid de omni antiquæ Venetiæ terra, ſpei nobis ſit explicarẽ.
Quæ omnia & ſi ad bellum iſtud audenter ſuſcipiendũ non leuia ſunt incitamenta, ma-
D iores tñ ſcio nobis incutere ſtimulos imminens periculũ, cui ueſtram prudentiam in pri
mis obuiare diſpoſitam non ambigo. Nam qui olim Piſcheriam ab Mantuano, quẽ no-
bis fœderatum eſſe non ignoraret, cum multo eſſet potentia minor, petere auſus eſt, Ve
ronã, Vicentiã, & quicquid terreſtri Italiæ dominio obtinemus, quãprimũ Florentinos
ſuperauerit, à nobis repetet. Si illa reddere ſedet animo, claſſem ab Genua & ſecũdo Pa
do quantã perferre nequeatis, paulopoſt ad portus Venetiarũ turres, in ducatus ueſtri
canalibus expectetis. Nullã itaq́ impenſam cui tolerãdæ dei munere eſtis potentiſſimi,
nullas meo cõſilio formidabitis belli agitationes, maximã uobis quietẽ, ſecuriſſimã pa-
cẽ parituras, & cũ Florẽtino ſocietatẽ inibitis, fœdera iungetis. Bellum contra Philippũ
ſuſcipietis neceſſariũ, quod tñ parata & ad manus expoſita amplitudo ſuſcipiendũ fore
ſuaderet. Duce poſt factũ uerbis finẽ, aliorũ ſentẽtias expectãte, cẽſuerũt ſex illius in do
minio collegæ, propoſitis in utranq́ partẽ ſuffragiorũ tabellis intentandũ, quid è repu-
blica fore patribus uideref, & ut qui uellẽt iuberẽt ſocietatẽ cũ populo Florẽtino iniri,
ac Philippũ reipublicæ hoſtem iudicari, redditis ex more in dealbatam uiatoris urnam:
quib. cõtraria eſſet uolũtas, in nigrã tabellis de ſentẽtia ſignificarent. Itaq́ urnis eminẽti

in ſuggeſto quod ab omni inſpicitur conſeſſu ad principis pedes euacuatis,pauciſſimos E
contrariæ duci ſententiæ eſſe conſtitit: tumq; accito in ſenatum Laurentio Ridolpho
fœdera ſunt in hanc ſententiam facta:Conſcriberẽt & ad conſummatum uſq; bellum re
tinerent communi utriuſq; populi impenſa, Venetus & Florentinus ſedecim equitum,
peditum octo milium copias,pari item impenſarum cõmunione armarent̃ claſſes,quas
in Pado Venetus,Florentinus in mari infero,contra Genuam deſtinaſſent,nec prius ali
ter'ue q̃ Venetus curaſſet iuſſiſſetq;, pax cum Philippo quouis modo conſtitui poſſet.
Si urbium oppidorumue quicquam,quod in Philippi poteſtate eſſet,caperet̃,Florenti-
no cederent quæcunq; in Romandiola prouincia continent̃,cætera Venetorum reipu-
blicæ aut quibus ipſi iudicaſſent acquirerẽtur.Poſtquam prædictis ut erant ſcripta aſſen
ſum præbuit Laurentius,ad principis genua prolapſus,ſponte ſua in hæc uerba iureiurã
do q̃ potuit alta uoce dixit,nullum unquam futurum diem quo Florentinos huiuſce be
neficij obliuio capiat, eosq; ſi aliquo unquam tempore difficultatis quippiam Veneto
ingrueret,promptos ac obuios retribuendæ pro uiribus operæ affuturos. Paulopoſt Ni F
colaus marchio Eſtenſis,& Ioannes Franciſcus Gonzaga Ferrariæ unus, alter Mantuæ
principes,ab Venetis quorum pridẽ fuerant ſocij,in eiſdem fœderibus pro cõmunibus
Florentinæ ac Venetæ rerumpublicarum ſocijs ſunt aſſcripti', actumq; eſt Venetorũ cõ
ſenſu,ut Parma ciuitas ſi reciperetur Eſtenſi cuius olim fuiſſet,daretur.Miſſi item ſocio-
rum belli oratores,cum Carmagnolæ nũcijs literiſq;, Amedeo Sabaudiæ duci faciliter
ſuaſerunt,ut permiſſa ſibi Mediolanenſi urbe, ſi quouis caperet̃ modo eiſdẽ etiã ipſe aſ-
ſcriberetur fœderibus:& Alfonſus Aragonum rex, quem à Florentinis pecunia adiutũ
oſtendimus,germano contra Genuam cum triremibus miſſo, ſe ſolito acrius in bellũ in
cumbere,ac reducendo in Genuam Fregoſio, ut cœperat,aſſiſtere promiſit, quoniã ui-
ceuerſa ſocij bello populi illum recipienda per uim Corſica,iuuare per fœdera ſe obliga
runt.Senenſes item quibus cum Florẽtino ſocietas bellorum pacis'ue dudum fuiſſet,no
ua hæc fœdera ſecum inire non recuſarunt: quanquam uero tam multos populos princi
pesq; Veneti contra unicum concitaſſent Philippum,nõ tamen arma ſubito capere uo- G
luerunt,ſed Franciſcum Segam quo uterentur epiſtolarum magiſtro, quemq; Philippo
notum ac quàm familiarem,ex longa conſuetudine ſcirent eſſe,mittentes iuſſerunt, ut il
li perſuaderet,quòd intra aſſcriptos in fœdere Florentino Lombardiæ terminos copias
cõtraheret,&reſtitutis quæ ubiq; ceperat oppidis,pacem cũ eo populo firmaret,cui etiã
ipſi accedere promittebant:quod ſi facere recuſaſſet,bellum illi pro caduceatore iterato
indiceret.Dimiſſusq; Venetijs eſt poſt Franciſcum Segam Carmagnola,ut conſcriptas
dudum paratasq; per agros Vincentinum & Veronenſem copias ad propinquiora Bri
xiano agro loca traduceret,apertum contra Philippi dominia bellum undiq; oſtẽſuras.
At Philippus nec tantis contra ſe paratis motibus,nec Carmagnolæ minis conatibuſq;,
nec Franciſci Segę uerbis aliquantiſper deterritus, magno id bellum animo accipere ſta
tuit,quod eò celebrioris gloriæ futurum exiſtimaret,quo maiori cum periculo gereret̃.
Nec tamen priſtinis mutatis regẽdi moribus,ut multi futurum crediderant, aut ſeſe reb.
præſentem exhibuit,aut plures ſolito meliores'ue ad conſilium admiſit: quin potius Ol H
trado & Zanino innixus,per quos omnia adminiſtraret,nunquam à ciuibus, nunquam
à tam multis,quibus dominaretur proceribus,raro ab ijs quibus uteretur conſiliarijs eſt
uiſus,in amœniſq; Cuſaghi & Biagraſſi uillis ſe continebat:aut cum Mediolani eſſet, ar
cis clauſtro quando feras agitare cõſtituiſſet,exibat. Nullã item apud exercitus loca'ue
hoſti contermina, inſignem fecit mutationem, & ceſſantes interea à bello ſui exercitus
effœminabantur. Quam enim in Thuſcia habebat legionem pecuniarum egenam, per
capta,ut diximus,caſtella diuiſam,torpeſcere permittebat: & Franciſcus Sphortia Ro-
mandiolæ bello,quod contra Fauentinum gerebat acerrimum intermiſſo, Mediolanũ
cum paucis commilitonibus ſe cõtulerat. Vnico autem in tantis motibus nouo auctus
eſt Philippus fauore.Nam Alfonſus Aragonum rex,poſt conſcripta quæ ſupra oſtendi
mus fœdera,pacem cum eo firmauit,receptis in præmium portu Veneris, ac Ericis ca-
ſtello in Genuenſi Riperia orientali.

FESTINATO interim bello Veneti ſuſcipiēdo intētiſſimi, id expe-
ctabant ſolū, ut præclari terribilisq; alicuius facinoris initiū magnis
darent rebus quas animo molirent. Et Carmagnola q tam multa ſua
dendo illis bello fuerat pollicitus, omnia amplius explorare, nihil in
tentatū relinquere, ut factæ uerbis ingenti de ſe expectationi, pari rē
rum magnitudine reſponderet. Illexerat is primo pecunia arcis Bri-
xiæ cuſtodes, ut præfecto noctu dū uigiles recēſeret interempto, im
miſſas ab ſe admitterent copias. Sed cū parū ſuc ceſſiſſet, infenſę Phi
lippo factionis Guelfos Brixianos tentare aggreſſus eſt, in quib. duos, Petrū & Achillē
cognomine Aduocatos inuenit, q̄ per refracta urbis mœnia illū nocte quā diui Benedi
cti natalitiorū dies eſt ſecutus, cū legione introduxerunt. Qua itē die Nicolaus marchio
B Ferrarienſis, quē Florentini generalē exercitus ſui præfectū paulo antè declarauerāt, im
miſſis ex Rhegiolepido copijs magnā ex Parmenſi agro abegit prædā. Reſciuerat uerò
Philippus aliquot antea diebus, Carmagnolā quādoq; ex Veronēſib. quandoq; ex Mā-
tuanis mouentē & Bergomenſem Brixianūq; agros adeuntē multa moliri. Quamobrē,
Brixiæ magis timēs, Oltradū cū coborte miſerat, q curaret, ne quid paterent res Brixiæ
detrimēti. Sed ipſe in nouis urbis munitionib. ciuitatulā uocāt, ad quas aduenięs declina
uerat, ſe cōtinebat. Tumultu aūt de nocte media exaudito, nōnullos factionis Gibellinę
ex urbe ad eū cōfugientes admiſit, datamq; à Philippo cobortē ad tumultū pro poſſe cō
primendū, exire cupientē accurate, phibuit. Quare mœnia ingreſſus Carmagnola, cū nē
mine repugnāte, nōnullos primis cōſpiratorib. nactus eſſet fautores, portis omnib. eue-
ſtigio, & ea urbis parte maxima quæ à munitorib. excludit, faciliter eſt potitus. Eſt nanq;
Brixia in tres partes diuiſa, in montis em̄ cui adiacet ſummitate arcē habet uetuſto ope-
re munitiſſimā. Ab ea in ſubiectā cōtinentemq; in planitie urbis partē muri ducunt duo
C denſiſſimi: quorū qui ad ſiniſtrā eſt, urbē ipſam ab extra munit: q uero pertinet ad dextē
rā, interſecās urbē ſub uetuſtæ ciuitatulæ uocabulo Gibellinā claudit factionē. Huic par
ticulæ cū recipiendo præſidio parua eſſe uideret, nō paruū anno antea tertio Philippus
fecerat additamentū, qd' ab muri ſuperbiſſimi altitudine craſſitudineq;, & circūdata ad
eā partē quæ ſpectat in urbē foſſa, inexpugnabile credidit futurū. Eidē itē particulæ cui
nouæ ciuitatulę indiderūt nomen, ſuburbiū eſt adiunctū urbi continēs, qd' muro foſſaq;
ſimilibus circundatū turrim, pilarem portam uocāt, in fronte qua in urbē ſpectat lapidē
quadrato babet uaſtiſſimā, quam ſperauerint opifices omnia machinarū genera fruſtra-
turam. Igitur Philippus audita Brixiæ rebellione, & ſi admiratio eū cepit id Oltrado prę
ſente fieri potuiſſe, tamen poſtq; arcem munitionesq; ſaluas eſſe intellexit, rē in eā acce-
pit partem, ut occaſionem oblatam crediderit, & quos haberet in Brixia perfidos ſuſpe-
ctosq; perdēdi, & Carmagnolam ab cæteris auſibus deterrendi. Nec tamen ſolus eā con
ceperat opinionē. Exiſtimarunt nanq; Itali omnes ad quos munitionū Brixiæ prę ſertim
D nouarū fama peruenerat, futurū ut repulſus cum ignominia Venetorū exercitus, quod
infauſta bellorū primordia ſæpenumero faciunt, nihil in poſterū feliciter intētaret. Om̄i
bus itaq; quos in Lōbardia retinuerat equitib. numero quadringentis, Franciſco Sphor
tiæ, qui ſe ut diximus ſalutatum aduenerat datis, illū iubet id negocij ſolū ſuſcipere, ut rē
bellibus noceretur, & tādiu munitiones redderēt ſaluas, quoad ſuos ex Hetruria Romā
diolaq; exercitus reuocaret. Interim Carmagnola quicquid munitionū ad urbē ſpectat,
foſſa circundederat ſubitaria & repagula aggerib. cōfirmata portis obiecerat. Quamob
rem ingreſſus munitiones Sphortia, & ſi crebris per noctē interdiuq; factis eruptionib.
augendo cōfirmandoq; operi intentos diſturbauit Venetos, nullo ciues affecit incōmo
do. Augebant uero in dies Venetorū copiæ, nam dimiſſi per omnē Italiā conquiſitores
æra cūctis pedeſtria equeſtria'ue ſtipēdia facere uolentib. pſoluebāt. Quare Carmagno
la, poſtq; aduentu Sphortiæ nihil immutatū uidet, Ioannē Franciſcū Gonzagā marchio
nē Mantuanū, qui cōtinuo adfuiſſet paratis ab ſe munitionib. præficit, ipſe oppugnanda
Pilari porta, omnes adhibet uiriū conatus: decē ſubito, & quandoq; poſtea plures bom-
bardæ ad ipſam turris foſſam adactæ ſunt, minima quarū lapidē trecētenū, cū maior qua
dringentenū cōtineret, in illā iaciebant. Et tamen ratiōe adhibiti oppugnationū periti,

ſſarũ iactus moderabanť,ut nulli prius immittereť ignis, quã præcedens illã ordine ſuõ la E
pidẽ euomuiſſet. Vnde factũ eſt,ut cũ exonerata concrepuiſſet poſterior,prima acceptũ
denuo lapidẽ fulminaret. Obſtinatæ huic oppugnationi dies noctesq́ inſudanti Carma
gnolę accepta apud Taruiſiũ ex caſu equi neruorũ clades recruduit:& q̃ per morbi regij
ſpeciem,exinde neruos primo debilitatus fuiſſet,febri laterisq́ dolore correptus,ſenatu
exhortante,Patauinas Aponi balneas acceſſit. In cuius abſentia & ſi omnia minore cum
feruore fiebant,Gõzaga tñ curante in dies creſcente,& primo cœptæ cõtinuabanť mu-
nitiones,& nouæ ubi maiorẽ ab hoſte fieri uim poſſe exiſtimareť quotidie inſtituebanť,
cœptumq́ eſt per copiarũ multitudinẽ,diſpoſitis extra urbẽ ſtationib. adhiberi curã, ne
clauſis Philippenſib. cõmeatuum quippiã ab agreſtib. importareť. Sed Sphortiæ auda-
cia crebræ in nouas munitiones fiebanr eruptiones, frequentibusq́ circa urbẽ certabať
pugnis. Quare ſaluandis ciuib. & tuendis operibus occupato, tutus in arcẽ ciuitatulãq́
ex mõtibus,quẽadmodum pacatis antea rebus patebat acceſſus. Iuſſerat interea Philip-
pus & frequentib. curabat nuncijs,ut oẽs copiæ munitis peditatu ijs quæ in Hetruria ce F
perant caſtellis,ſe illis adiungerent cohortib. quæ in Romãdiola militabãt, mox in Lõ-
bardiã recuperanda Brixia traiecturæ. Quo adducti terrore Veneti, Carmagnolã q̃ ma
gna ex parte bonã reaſſumpſiſſet ualetudinẽ,in caſtra accedere curauerunt. Eiusq́ aduẽ
ru omnia adeo cõfirmata,adeoq́ hoſtes repreſſi ſunt,ut quas Sphortia aperto extra mœ
nia cãpo,& in operũ ſtationes edere ſolitus eſſet pugnas,pro ipſis ciuitatulæ mœnib. pu
gnare quãdoq́ ſit coactus. Vnica per id tẽporis Venetos angebat cura, ut reuocatas ab
duce in Lombardiã copias, tranſitu ꝓhiberẽt:nulla uero ipſi erãt Appenninum inter &
Adriaticũ pelagus,ſiue Padũ loca,apud quę id poſſet intẽtari. Quare Nicolao marchio-
ni Eſtenſi negociũ dederunt,ut ipſe in agro Mutinenſi,cuius fines Apennini iuga & Pa-
di fluentia attingunt,ad expoſitã Mutinẽſi agro Scultẽnę amnis ripã,& ſaltus montiũ in
terſcinderet,& planitiẽ ſubiectasq́ paludes cõgeſtis ad meatus oẽs arborũ truncis,ac di
ſpoſitis ſtationib. aſſeruaret. ipſi uero Victorẽ Barbarũ genti patritię Venetũ ciuẽ, cum
equitatus peditatusq́ lectiſſimi,ſex milib. mittẽtes,iuſſerũt, ut apud Vignolã oppidum
Scultẽnę contiguũ legionẽ cõtinens perpetuas noctu ac interdiu ſtationes ſecundũ am G
nis fluẽtia diſponeret,quę quãprimũ hoſtes uada irrumpere exploratũ haberet, uel eos
ſua pręſentia abſterreret,uel nullo coercitos ordine opptimeret tranſeũtes. Eſt enim Vi
gnola medio fermè Apẽninũ inter & Padũ tractu, & licet ſit primis ſub collib. ad ſtadia
decẽ in planitie ſitũ,exitus tamen equitatui in ripæ altitudinẽ peruij ad ſuperiorem illius
partem ex amnis alueo ſunt rariſſimi. Qui uero ſubiacet oppido ad uiginti ſtadia amnis
alueus,ubiq́ patulos maiore anni parte meatus habet, quouſq́ in arctum coactus adeo
in canali reſtrictas cõtinet aquas,ut raro,niſi per maximã æſtatis ſiccitatem, priusq́ palu
des attingat uadari poſſit. Ab ipſo aũt paludum initio,qua Creualcorio Bononienſis a-
gri caſtello appropinquat,per inferiora quibus à Pado diſtat,uiginti paſſuum millia,nul
lo unq́ tempore,ſecurum ſine nauigio uel pediti,uel equiti tranſitũ præbet. Coactæ igi-
tur ad ſuperiorẽ ſub collibus Bononienſis agri partem Vignolam è regione reſpicientẽ
Philippi copiæ,diebus fermè triginta, quibus per ea loca remoratæ ſunt, uarias per no- H
ctem quandoq́ interdiu intentare tranſitus uias ſæpenumero ſimularunt. Sed cũ ſe mar-
chionis quandoq́ Victoris copiæ oppoſuiſſent retrocedentes, in gubernatoris Bono-
niæ,qui illorũ ſuſceperat curã prouidentia quieſcebant. Tandẽ ponte fabricato in Perſi-
ceti oppido ad Creualcorij paludes Scultennam kalendis Maijs ſub lucis exortũ tranſi-
uerunt. Pontis inſtituendi ratio hęc fuit: Vaſa uiginti oblonga, quibus uindemiam plau
ſtris deferunt,ordinibus duobus reſte cõiuncta utriuſq́ ripę arboribus alligarunt. & cũ
cratibus unaquęq́ alterius parti ſuppoſita eſſet ab prima in ſecundã fluminis ripã ordi-
ne diſpoſitis,ſuperiecto tenui ſtramẽto ſabuloq́,tutũ ac ſolidum iter equitatui prębue-
runt. Amne ſuperato Philippenſes,diſpoſitas in proxima ſylua Venetorũ ſtatiões,adeo
ſublatis terruerũt clamoribus,ur nullus pedẽ loco mouere ſit auſus. Erant uero reducib.
propinqua receptui,Mirandulę & Cõcordiæ loca,& ſuccisę ſyluestri in regione per ſe-
mitas ac aduerſo ab inuicẽ caſu in obicẽ poſitę arbores itinera oppleuerãt,ut licet fugiẽs
legio remouẽdis obicibus impedita,lenre progredereť, difficilis tamen perſecuturę uia
uideretur futura. Forte per id temporis Guido Fabrianenſis nouo à Venetis conductus
ſtipendio ad augẽdas Barbari copias, cum cohorte dimidia mittebatur. Is de quarta ui-

gilia

A gilià,ab oppido finali mouens,exaudito tranſeuntiū ſtrepitu quos ex Venetis excubias
ſeruantib.crediḋiſſet eſſe,ad eos delatus cū omni equitatu interceptus fuit.Tūcꝗ copijs
intra Lombardiā receptis,Philippus Forumliuij Imolamꝗ eccleſiæ ciuitates,quas in ho
ſtium poteſtatē uenturas dubitauerit,ad eidus Maias gubernatori Bononiæ pro Marti-
no pontifice conſignauit.Et poſtꝗ ubiꝗ tunc temporis in rebus eccleſiæ feliciter ageba
tur,decē eodem menſe pontifex ipſe creauit cardinales,quorū duos ex Bononia tūc ac-
cepit petentē efflagitātēꝗ unū Arelatenſem illū Bononiæ gubernatorē, alterum enixiſ
ſime reluctantē Nicolaum Albergatum Bononienſem & ciuē & epiſcopū maximæ ui-
rtū ſanctimoniæ,cui eccleſia rariſſimos ętate noſtra habuerit prælatos adſimiles.Eodem
item tempore idem pont.Alfonſum regē Arragonū damnatū anathemate iudicauit, qa
is rex ægre ferens fauores præſtitos ab Romana eccleſia Ioannæ ſecundæ tunc regni Si-
ciliæ citra fretū reginæ & Ludouico Andegauēſi illius adoptiuo,antipapā idolū in Pani
ſculo Arragoniæ promontorio cōſtituerat.Duo inter Brixiæ rebellionē,& copiarū Phi
B lippi in Lombardiā reditū,menſes interceſſerant, cōſtansꝗ fuit apud omnes rerū milita
rium peritos opinio,ſi aut prius aduenisſent, aut quo tēpore agrū attigerunt Brixianū,
intra Ciuitatulæ munitiones,quod illis facillimū fuit,ſeſe recepiſſent, & poſſibiles in ur-
bem obiectasꝗ munitiones feciſſent impetus,Brixia eos Venetorū copias non ſine clā
de maxima eiecturos.Illi uero quàmprimū in Brixianis fuerunt,munitionibus quidē &
arci ad ſtadia duo appropinquauerunt: ſed paulopoſt loco caſtris munito apud Brixia-
norū oppida conſtiterunt,ſi fortè hoſtis pugnandi copiam faceret expectantes: interim
Carmagnola,cui unica Ciuitatulæ expugnatio eſſet curæ,operi intentus copias intra ur
bem ſeuera diſtrictione cōtinuit.Et Veneti maximo pecuniarum profluuio potiusꝗ im
pendio cōtractas undiꝗ copias cōſcribentes,exercitū per ſingulos augebant dies. Po-
ſtremus omniū fama notorū,quos Veneti Florentiniꝗ ad Carmagnolam miſerunt,fuit
Nicolaus Tollentinas,is qui ducendis equeſtrib.copijs,&alijs imperatorijs obeūdis mu
nerib.eſſet clarus,oppugnandarū tn̄ machinis urbiū & claudendorū hoſtiū peritia excel
C lebat:qui primo quo in caſtra ſę contulit die cū hoſtiū Venetorumꝗ munitiones diligē
ter inſpexiſſet,frequentatoꝗ ex hoſtium caſtris in arcē itinere cōmeatū importari uidiſ-
ſet,Carmagnolā & Venetos admonuit,opera quadā grandi,ſed pernecesſaria opus eſſe
qua ſine perpetua fieret obſidio,aut ſummi quicquā incōmodi oppugnationis diuturni
tatē,quod adſolet,parituram.Eiusꝗ cōſilio coacti iunt ex omni Venetorū ditione, foſſo-
res fabriꝗ lignarij,quorū opera id totū ſpatij,quod auerſam ciuitati arcis ſpōdā inter, &
poſtremā ciuitatis portā,munitionibusꝗ propinqua iacet,cœptum eſt cingi foſſa, quæ,
claudendis de induſtria pratis,epiſcopi uocant,longo circuitu,paſſus ad tria millia eſt ꝓ
tenſa.Eo aūt in tempore,Angelus Pergulanus qui Philippenſium exercitui præerat, ut
Mantuanū marchionē,Venetorumꝗ copias illius rerū curā habituras ab opis obſidio-
nisꝗ intentione auerteret,duxit ad uaſtādos cōtinentes agro Brixiæ Mātuanos.Sed ni-
hilo itē minus Carmagnola & marchio ipſe,cœpto extrinſecus operi intenderunt. Ingē
tis huiuſce operis labor impēſaꝗ,& perficiendi celeritas inter ſe uiſa ſunt pugnare,ut cū
D magna in uno uis & multorum iudicio impoſſibilis fuerit, in alijs maior apparuerit. Du
plex etenim foſſa pari utrinꝗ ſpatio ducta,pedib.triginta latū aggerē medium relinque
bat:cuius ea inſtituta eſt ad ſummū uſꝗ ratio,ut cū ſuperiectæ foſſorib.glebulæ, pede ex
creuiſſent uno aſperſi deſuper arborū ramuſculi,ueprīumꝗ ſtipites,eum natura ſoli gla-
reoſum ſabuloſumꝗ aggerē cōtineret,foſſisꝗ pedū duodecim latitudinē perductis, ag
ger itē quantum ſat Tollentinati uidebaꝰ excreuerat. Tūc foſſorib.ad ulteriora iuſſis,fa
brorū erat cura,trabibus decēpedalibus, quarū caput operi immiſſum,palo altū demer-
ſo innitebaꝰ quino abinuicē diſtantib.pede,ꝑ aggere ſtratis longurias ſuperiacere,quib.
ternas ex ipſis trabibus ferreo cōprehendentib.clauo,ſuperimpoſitæ crates, nullā agge
ris extremitati ſinerent fieri ab ſuperexcubante milite læſionē,& ꝑ ipſo cratum ſolio la-
borans faber extremis trabium capitib. pede uno extra aggerē ꝓminentib. uallum affi-
gebat.Ducto utrinꝗ uallo media pedū duodecim equiti peditiꝗ patebat ꝑ aggerē uia,
& diſpoſitę in utraꝗ ualli parte pari inter ſe ſpatio diſtantes,quatuor ꝑ ſingula ſtadia tur
res ligneę,magno in pugnę euentū erāt munimēto , portę etiā meliorib. munitę ligneis
turrib.in ſecundo quoꝗ erāt ſtadio ad utrāꝗ aggeris partem copias cum licuiſſet ponti-

bus dimiſſutæ. Eã operis inſaniã inchoaram eſſe audiẽtes Philippo aſſiſtentiũ quoſdam E
ferunt dixiſſe, nihil æque optandum fuiſſe, ꝙ ut Venetos huius fatuitatis libido incẽde-
ret, quã ipſi exiſtimarent intelligerentq́ Xerxis illius potentiſſimi quondam Aſię domi
natoris, opes exhauſturã. Et Pergulanus poſtꝙ multis in Mantuano agro editis incen-
dijs, nullã ab operibus diuerſionẽ factã eſſe uidit, caſtra primis propinqua iterũ cõmuni
uit. Nec Piccinino, qui tũc ei ſuberat, Franciſco Sphortia, Chriſtophoro Lauellano, Sic-
co Montagnaneo, & Arditione Carrarienſi hortantibus efflagitãtibusq́ adduci potuit,
ut impediendis perfringendisq́ operibus impetum faceret. Sibi enim Philippo obediẽ
dum, hortantibus ſingulis, & poſcentibus ſimul omnib. reſpondebat. Opere interim pe
nè cõpleto, quod primos attigiſſet colles, Carmagnola aſſeruãdis munitionibus repagu
lisq́ Ciuitatulæ obiectis, attribuit quãtũ peditatus uiſum eſt ſatis, & ilico oẽs copias tũc
primũ in patentia uallatũ aggerem inter & urbem Ciuitatulamq́ iacentia, quæ ob hoc,
uti oſtendimus, de induſtria clauſiſſet prata eduxit. Inſuper diſpoſitis pro aggere baliſta
rijs quinq; millib. pręcepit, ſiue abſens exercitũ eduxerit, ſiue pręlijs oppugnationibusq́ F
intendat, datæ inſiſtant aggeris cuſtodiæ, nec ſe etiã ab hoſte circumuẽto accuratius uo
cante deſerant ſtationes. Reliquerat ad Philippẽſiũ caſtra trãſiens Sphortia in munitio-
nibus mercenarios pedites lectiſſimos mille quadringentos, & frequentes inerant par-
tim illas inhabitare conſueti, partim qui prima rebellionis nocte illuc confugerãt factio
nis Gibellinæ Brixiani. Ei peditatui centuriones præerant quatuor, ſolo cognomine pa
trio noti, Brixianus, Placẽtinus, Bergominus, & Andreas Taruiſinus. Quos Carmagno
la prælijs ꝓpè cõtinuis infeſtabat. Nã ſibi de multitudine ex Venetijs in caſtra cõfluente
fiſus, ſcalis quãdoq; muro applicitis, quãdoq; ſubductis uineis, multos morti periculisq́
obijciebat, quò Philippenſes aſſidua feſſos pugnãdi neceſſitate, ad deditionẽ faciẽdam
adduceret, aut repugnantes à baliſtarijs, quorum multos in caſtris haberet, certo ictu de
ſtinato ferientes uulneratos occiſosq́ ad facile ſuperabilẽ redigeret paucitatem. Quod
& ſi magna ex parte effecit, ad mille etẽ hominũ intra munitiones, partim occiſos, par
tim debilitatos fuiſſe conſtat, centuriones tñ quos toto obſidionis tempore maxima uir G
tus reddidit ſaluos, omnia ſunt tutati. Quaſſauerãt diu cõtinuis propè bombardarũ ictl-
bus Veneti poſtremã, quæ admittẽdis præſidijs inſtituta erat, Gargetã uocant Ciuitatu-
læ portã, & diſiectis propugnaculis, muriq́ ſummitate nõ leuiter corroſa, tãtus excreue-
rat in foſſa ruderũ cumulus ut facile apparuerit Veneto militi futurũ adacta ſcalarũ mul
titudine murũ cõſcendere, tam multosq́ uno impetu in reſiſtentẽ ac mœnia defenſantẽ
hoſtem immittere, ut iuſto prælio ꝑ ipſa muri latitudine res cominus gereref, quamob-
tem magiſtratus Brixiæ decreta oppugnatione præmiũ aſcenſuris ordine ꝓpoſuerũt, ut
qui primus eſſet quadringentis, trecentis ſecundus, tertius ducentis, decem ſubſequẽtes
centenis, alijq́ numero uiginti, denis quiſq; aureis donaretur: tuncq́ tantis clamorib. tan
tis hinc inde illatis uulneribus, per horã eſt pugnatum, ut aſcendentiũ ne & morti ſe obij
cientiũ, an paucorũ audaciſſime mœnium defenſioni inuicẽ ſuccedẽtium, admirabilior
fuerit uirtus inſpectans dubitarit exercitus. Amiſſis tñ multis centuriones hoſtem repu-
lere, diuturniorem ac perpetuã pati obſidionem parati, niſi ab multarum ſuſtentandis te H
nuiter corporibus neceſſariarum rerũ penuria, ad famem eſſet peruentum. Qua urgente
inducias ea cõditione ſunt pacti, ut niſi infra diẽ decimã ſubueniret Phil. cum armis abi-
re permiſſi dederit munitiões: tunc Carmagnola poſtꝙ opere perfecto cæteris uacabat
curis, attentiorẽ adhibuit diligentiã, ne clauſi minimũ quippiã acciperent cõmeatus. Fre
mebant interim, & magnis inuicẽ iurgijs decertabant, exercitus Philippi ductores pro-
ditam magis eſſe ductorũ ignauia, quã à perfidis ciuibus Veneto Brixiam, ꝙ in prõptu
ſit ab tanto exercitu recipi, ſi modo in ea re uterent animis, quos inuadẽda Hetruria pri-
dem oſtenderant. Pergulenſis aũt ira percitus ita aiebat, foſſa munitum altiſſima, dupli-
ci uallo, eminentib. caſtellis coronatũ ſpiſſo milite frequentatũ, machinis, bõbardis, bali
ſtis plenũ perfringite uallũ, uel ſi durã materiẽ pugnis unguibusq́ nequibitis diſiicere,
acceptis ab auib. ſuperuolare alis, præſtaret mea ſententia clauſos per fœdera & deditas
munitiones præſto educere probos uiros, quib. præſenti exercitui accedentib. futurũ eſt
ut urbẽ recuperemus, Venetorũq́ copias aut fugiẽtes perſequamur, aut ubicunq; conſi
ſtant obſideamus clauſas. Si enim diutius per uim liberare cõtendemus, hũc exercitum

hoſti

A hoſti offeremus diripiendũ,quo ſublato obice,aperta quaqua uerſum uia Veneti Lom-
bardia ocyus potientᷣ.Ad hæc ira excãdeſcens Piccininus,ergo ſocij inaudito hactenus
exemplo quæ nobis ſunt munitiſſima abijciamus, illa poſtmodũ quæ tenere neſciueri-
mus ab uictore exercitu per uim erepturi,quin me ducẽ,me ſequanᷣ prima inferentẽ ſi-
gna,quicunq; præſtiti iuramenti,quicunq; honoris ſui memores gratã Philippi operam
cupiunt exhibere.Eũ exhortatus & ſubſequi pollicitus Sphortia ſuos cõuocat, Piccini-
no aũt ſtructa acie,in aggerẽ tantiſper ferri cœpto,ut iaculis ab uallo peteretᷣ, & Sphor-
tia,ut ductores alios qui circa Pergulenſem hærebãt,induceret acceſſum differente,trãſ
miſſo ponte Carmagnola emittere cœperat,qui Philippenſes ſummouerẽt,& cæteris in
aciẽ deſcendere iuſſis cõſpicit Piccininũ, cũ aliorũ ſequela eſſet deſtitutus, ſeſe intra ca-
ſtra ocyus recepiſſe.Ea tunc deſtituti ſpe centuriones, qui oẽs Philippẽſiũ motus de mu
nitionũ mœnib.,ꝓſpectabant Pilarẽ portã & Gargetã deſtituẽtes, potiusq; in uim fœde
rũ dedẽtes,ab hoſte recipi permiſerũt,& intra ſecundũ ueteris Ciuitatulæ orbẽ,clauſi ali
B quot itẽ dieb.nullo fœderũ reſpectu habito reſtitere,quouſq; famis acerbitate coacti illã
itẽ quemadmodũ & primã reliquere potiusq; dedidere. Ad arcẽ exinde ab Veneto itũ
eſt,quã ingreſſus cũ ſelectis quinquaginta peditib.centurio Placentinus,adiuuit à pręfe
cto uiriliter defenſari.Sed cũ Veneti appulſis undiq; bõbardis,illã aſſidue quaterent,cõ
fracta exterior uetuſti muri ſponda,ad oppugnantiũ munitiones corruit: qđ cũ Philip-
po eſſet renunciatũ,reluctantẽ præfectũ arcẽ ſaluis p̃ fœdera ſocijs dedere iuſſit. Sed pri
mũ ea Brixiæ munitionũ oppugnatio menſem eſt ꝓtracta,qua ad finẽ perducta, Vene-
ti maximo leuati onere Carmagnolã ad recipienda agri oppida iuſſerũt ducere.Sed pri-
mi omniũ Salodienſes,& cõtinentes undiq; populi,qui Benacũ attingũt locũ nullis coa
cti armis in poteſtatẽ uenerunt. Poſtq; itaq; copijs Philippi apud Brixiã coactis nec de-
letus fuerat,nec repulſus Venetorũ exercitus,Martinus pont.Ro.diſſidentes ad pacem
perducere anhelabat.Quãobrem miſſus Venetias,ſummus uir,& præſtantiſſimus Ro-
manæ eccleſiæ cardinalis ſanctæ Crucis,cum Venetos ad pacẽ ſatis inclinaſſet, Mediola
C nũ eſt ꝓfectus.Eoq; curante miſſis partiũ oratorib.ad pacẽ cõcludendã mandata haben
tibus,Ferrarię cõuentus eſt habitus.In quo tandẽ poſt tertiũ q; inchoatus fuerat mẽſem,
ſub ipſis Ianuarij kalendis pax his fœderũ cõditionib.eſt cõcluſa. Daret Venetis Philip
pus qcquid agri Brixiani,excepta ualle Camonica erat reliquũ,illiſq; ꝑmitteret agri Cre
monenſis ad perpetuã Ollij fluminis ripã,quę agrũ Brixianũ à regione reſpicit,latitudi-
nẽ paſſuũ quadraginta. Dux Sabaudiæ quę receperat oppida retineret. Ea adimpleri ꝓ-
ut ab oratorib.eſſent ꝓmiſſa & Philippi ſigillis munita, ſolicitus cardinalis Mediolanũ
ſe cõtulit.Offendit uero cardinalis Philippũ multa in Florentinorũ ſuperbiã inuehentẽ,
qui ſe põtificis & eccleſię honori,quieti,ſaluti cupientẽ Foroliuio diſturbare uoluiſſent,
pluribusq; Venetorũ perfidiã execrantem,quib.non ſit ſatis dolo ac fraude captã cũ ma
gna agri parte Brixiã retinere,ut reliquũ agri,ut Cremonenſis partem uelint per fœdera
ſubripere.Et tñ tanti uiri grauitas ſapientiaq; iratũ principẽ nõ ſine ingenti labore delini
uit,effecitq;,ut quæ oratores ſui Ferrariæ in cõuentu ꝓmiſerant, ipſe idibus Ianuarijs ap
D probaret.Sed cũ miſſos ad oppida recipienda Venetorum magiſtratus ſe præſente cũ i-
gnominia repulſos uidiſſet cardinalis,Romã ad pontificẽ re infecta eſt reuerſus. Tantæ
Philippi mutationis cauſam fuiſſe creditũ eſt, factas ſibi occulte de quibus tñ Veneti ex
ploratũ habuerint,ab Amedeo duce Sabaudiæ pacis & fœderationis ſecũ ineundæ pol
licitationes.Mouiſſe tñ eum magis crediderim Mediolanenſiũ uoces. Illi eñ de pacis fa
ctæ cõditionib.certiores redditi Philippũ publico præter cõſuetudinem cõſilio adeun-
tes,multa in hanc ſententiã uerba fecerunt: Tui Mediolanẽſes Philippe aduenimus,mã
data exequi quæcunq; duxeris danda paratiſſimi,nec quicq; graue,durũ, impoſſibile e-
xiſtimaturi,qđ nomini tuo decus,qđ rebus ſalutem,quod lætitiã tibi iocunditatemq; af
ferat.Hanc uero mentem,diſpoſitionem,uoluntatem ineſſe nobis, & ſi opera hactenus
quotiens noſtri uſus fuit oſtendimus, tñ hoc tempore ideo uiſum eſt corãm memorare,
quia maximis in rebus,quas pręſentia afferunt tempora,aut populi Mediolanenſis opũ
magnitudinem,aut quoad ipſis uti poſſis,ignorare es uiſus, qui poſt illatã ab Venetis ꝑ
dolũ,per inſidias,machinationes,per fraudes,iniuriã,ad eã animi cõſternationem es per
ductus,ut impoſitũ ſumma cũ ignominia iugum patiens accipias.Quid eñ eſt aliud mu
nitiſſimas arces,frequentiſſima populis agri Brixiani oppida Veneto dedere, agri Cre-

monenſis Ollij ripã permittere, ꝗ Brixiæ furibus, Cremonã largiri, ꝗ ſuperbo ambitio- E
ſo hoſti, opprimenda, cõculcanda per uim Lõbardia anhelanti, ſtimulos, animos, cõfidẽ
tiã adderet. Enimuero ſi nullæ adeſſent tibi, uel quas habes copiæ ab hoſtibus ſperneren
tur, cedendũ tempori tecũ ſentiremus. Sed cũ magnũ, paratiſſimũ, florentiſſimũ habeas
exercitũ, cui hoſtes laceſſiti nuſꝗ congredi ſint auſi, nihil aliud cauſæ reliquum fore exi-
ſtimauimus, cur infami & ꝑnicioſo fœderi acquieueris, ꝗ ꝙ dandis lõgiori tempore ex-
ercitui pecunijs, facultates tibi addubitaueris defuturas, poſtquã adempta tibi Brixia, a-
gitatas bello proximas ciuitates pendendis uectigalib. deterioratas eſſe intellexiſti. At
tibi ſunt ingentes quib. uti poſſis Mediolanenſiũ pecuniæ, tibi ſolito opulentiora, ſi ſer-
uis credes tuis, erunt uectigalia, ut quas habes copias perpetuò retineas, & maiores cũ li
buerit cõſcribere poſſis. Tantũ oramus, nobis utere, & periculũ facito, petulante'ne Ve
neti & Florentini augenda ſub libertatis nomine ſua tyrannide, an Mediolanenſes ſoli-
da, quę ſibi tua indulgẽtia adeſt libertate cõſeruanda, ſint ardentiores. Ad ea Philippus
ſumma comitate paucis ira reſpõdit, ut belli culpã in Florẽtinorũ ſuperbiã, Venetorũq; F
perfidiã reijceret, ſe aũt diceret pro accepra à maiorib. quã imitari uoluerit, in eccleſiam
Romanã pietate, ad eas rerũ difficultates perductũ eſſe. Quantũ uero attineret ad fœde
ra, rẽ eò loci adductã eſſe, ut aut pax accipiat̃ quæ offerat̃, aut nouũ de integro bellũ, ſed
maiore apparatu ineatur: proinde cõſulerent, dicerẽt, opem qua poſſent ſe iuuare offer-
rent, ſeſe fideliũ ſuorũ cõſilio obtemperaturũ. Egreſſi arce Mediolanẽſes, cõuocatos cõ
ciues quid cũ Philippo egerint edocẽt, hortanturq; ut in ea rerũ difficultate benemerẽti
de populo Mediolanẽſi, de nomine Lõbardo principi cõſilio opibusq; aſſiſtant. Multa
inter eos eo in cõuentu ſunt dicta, de Mediolanenſiũ dignitate, de Venetorũ inſolentia,
quib. ſit in animo nõ modo Philippũ tollere, ſed Mediolanũ Lõbardiãq; ſubiugare plu-
rima atq; & tẽpori parũ accõmoda dixerũt plerią; de priſca Mediolanẽſiũ potẽtia, indi-
gnũ horrendũq; fore, Lombardiã Venetis inſulanis cõculcãdã per ignauiã, ꝑ auaritiã re
linquere. Tandẽ uotis ſingulotum ſcrutatis Philippo reſpõderi placuit, bellũ de integro
Venetis inferret, Mediolanenſes decẽ miliũ equitũ totidemq; peditũ cõtinuata per quo
tannos ſtipẽdia exibituros, ſi urbis Mediolani uectigalia ciuib. adminiſtranda permitte G
ret: quicquid uero tributorũ ex reliquo principatu eſſet, ſibi retineret, à quib. ipſe ſtatuiſ-
ſet ut antea gubernãdũ. Voluiſſe ferũt Philippũ poſtulata Mediolanẽſibus cõcedere, ni
ſi ſuſpicioſum natura principẽ dererruiſſent Palatinorũ ſuſurratiões, periculoſum fore aſ
ſerentium, in eo qđ cũ liberis populis gereret̃ bello, illos tanꝗ libertate donatos publi-
cis præficere munerib. Cũ itaq; nec cõſultis accedere, nec illa palàm denegare cõſtituiſ-
ſet, miſſos à populo qui deliberationẽ referrẽt nũcios, ad Zaninũ Ricciũ repulit audien
dos. Quamprimũ aũt intellexerunt Mediolanenſes, nõ admiſſos eſſe ad principẽ nunci-
os, feruore quo ferebant̃ extincto, ab inceptis deſtitere. Et Philippus oblatã æris uim, ni
hilo ſecius ingenio & artib. extorquere cõfiſus, bellũ inſtaurare meditatus eſt, & oppida
arceſq;, ut diximus, reddi uetuit. Poſtꝗ uero cardinalẽ ſanctæ Crucis Romã petiuiſſe cõ
pertũ habuit, ut auctos ſibi aliqua ratione animos hoſtib. oſtentaret, ſubitã in agrũ Man
tuanũ incurſionẽ fecit. Literis aũt quas cardinalis ſanctæ Crucis Brixiæ agro excedẽs de H
derat, in ſenatu lectis, cõciti ira Veneti bellũ priore maius accuratiusq; occulte cõſtitue
runt gerere. Qđ uero pacis fœdere apud Ferrariã primũ icto, nõ paucas dimiſerãt copi-
as, quas Philippus mercede cõduxerat nouos cõquirere milites ductoresq;, & quos re-
tinuerat numero ex Carmagnolę ſentẽtia diffinito, augere prima fuit cura, impetũ poſt-
ea in Mantuanũ agrum à Philippenſibus factũ audiẽtes, cõſulto palàm facto decreuerũt
Philippũ bello omnibus uiriũ conatibus perſequendũ. Reuocati in bellũ Florẽtini, etſi
pacẽ feſſi optabãt, prima ſecuti ſunt fœdera. Amedeus aũt Sabaudienſis dux, etſi elapſo
tẽpore nihil geſſerat memoratu dignũ, renouãdo huic bello intẽtius ꝓmiſit incumbere:
cuius ductu Mõtisferrati marchio, noua cũ Venetis cõtra Philippũ accepit fœdera, Ale
xandrinã ciuitatẽ ſibi uicinã, pro ſe pactus retinere, ſi qñ illã Philippus amiſiſſet, Orlan-
dus itẽ Palauicinus, cui plurima eſſent in Cremonẽſibus, Placẽtinis & Parmẽſibus caſtel
la, Venetorũ fœdera eſt ſecutus, & Genua extorres, bellũ quod maritimo Alfonſi Ara-
gonũ regis auxilio, ut diximus deſtituti, terra cõtinuo geſſerãt, ſolito acrius gerere pro-
miſerũt. Tantis tñ circũdatus implicitusq; bellis Philippus triplici expeditione, primus
laceſſere hoſtem cœpit: claſſe enim in Pado apud Cremonam coacta, Turricellas cepit,

castel-

A caſtellū Parmenſis agri, oſtio Tari fluminis propinquū, quod Veneti eo donati dudum
tenuiſſent. & peditatu in Brixiæ mōtanis eq̄tatuq́;, duce Angelo Pergulano, ꝑ planiciei
oppida diſpoſito, Brixiā infeſtabat. Carmagnola nanq; ꝗ ſciret maiores copias in futurā
æſtatē à Venetis magno cum impēdio cōparari, interim ad Patauinas Appani balneas,
iterū ſe cōtulerat, cōtractā ex caſu eq̄, ut oſtēdimus, neruorū mollicie ſanaturus. Tertia
& cæteris primo impetu felicior Philippi expeditio contra Genuæ extorres fuit. Nam
Sphortia Genuā ducere iuſſo, optatā prius uictoriā, ꝙ ille applicuerit, eſt adeptus. Tho
mas enī Fregoſius extorrū agreſtiūq; numeroſa manu, & Florētinorū pedeſtribus eque
ſtribusq; aliquot turmis fretus, caſtra in uallibus Vulturi Pulcefræ & Piſanis diu habue
rat, urbēq; aliqn̄ oppugnare auſus multipliciter affligebet. Is Sphortiā aduentate intelli
gēs, Abraā fratrē impigrū iuuenē, ad Pulcefrę uallis exitū miſit obuiū: interea Florētino
rū turmæ, ob pecuniarū carētiā quas illi pacē habere cōſiſi mittere neglexiſſent, partim
inſalutato Thoma, partim eo fruſtra renitēte, magna ex parte ſigna deſeruerāt: quare ad
B eā copiarū tenuitatē peruenerat Thomas, ut q̄ die fratrē miſit uix octingēti apud ſe mili
tes in caſtris eſſent. Id cū in urbe eſſet renunciatū, Genuēſes quos Sphortiæ acceſſus red
didiſſet ſolito audaciores, eruptione facta, Fregoſios primo impetu fuderunt: Thomas,
Baptiſtaq; frater cū paucis fugiētes, Bauarū, Rechūq; petiuere: cæteri oēs eq̄tes pediteſ
que q̄ remāſerāt, & agreſtes numero ſexcēti uenerūt in Genuēſiū poteſtatē, præda quæ
ex militū impedimētis agreſtiūq; rapinis, eò pridē cōtractis, fuit magna in urbē cōporta
ta, & Sphortiæ acceſſus, ac diminuta ob acceptā cladē extorrū extimatio, præſentē Ge
nuæ ſtatū plurimū cōfirmarūt. At Piccininus diſpoſitis, ut diximus, ab Angelo Pergulē
ſi ꝑ agrū Brixianū reliquis Philippi copijs, ſuas ipſe ad Padū duxit, & claſſe iuſſa deſcēde
re, Caſale maius opimū agri Cremonēſis oppidū terra & Pado oppugnatū recepit. Inde
traiectis copijs Brixillū, qđ oppidū etiā Pado alluit, undiq; oppugnauit. Eo per oppida
ni unius ꝓditionē breui potitus, arcē cōportatis ex Mediolano Cremonaq; machinis et
bōbardis die noctuq; quaſſauit. Quāobrē diruptis undiq; ꝓmuralibus ꝓpugnaculiſq;,
C præſidiū Venetorū oppidaniq; cogebant de ruinis quæ foſſas penè cōpleuerant repu-
gnare. Interea claſſis à Venetis armata in agri Mātuani finib. Pado attrahebat. Cui cū Pi
ſanus, Euſtachius, Papiēſis claſſis Philippi ductor, ſoluta Brixilli oppugnatione obuiā-
dū cēſetet, Piccininus ecōtra oppugnationē noluit intermitti. Ipſiſq; ductorib. ob eā ſen
tētiarū diuerſitatē animo abalienatis, & oppugnationi negligēter inſiſtentibus, miſſæ à
magiſtratu Brixiano turmæ aliquot, clàm à Brixillēſibus accitæ, claſſis quæ ap ꝓpinqua
uerat auxilio oppidū receperūt. Magnā exinde machinarū armamētorūq; oppugnatio
ni adhibitorū iacturā fecit Philippus, quā maior paulò poſt eſt ſecuta: etenim recepto à
Venetis Brixillo, Piſanus claſſe ſupra Caſale cōtracta ſubſtitit, in quē Veneti ſubito na-
uigarūt. Maior nauiū numero & robore armamētorūq; multitudine, ductoris quoq; &
uirorū peritia ſuperior erat Venetorū claſſis. Nā cū triginta naues Philippicæ Veneto-
rū claſſi ſex inerāt plures, cū lōgiores amplioreſq;, tū caſtellorū faſtigio celſiores. Vene
ræ Frāciſcus Bēbus, equeſtris ordinis, uir maritimis in prælijs tū ꝓbatus fortunatuſq;, tū
D etiā audaciſſimus, Philippicę Piſanus Euſtachius prę erat, uir Pado innutritus, ubi unicā
nauē prius bello Mātuano, qđ Philippi genitor cū Frāciſco Gōzaga Mātuani genitore
geſſit, gubernaſſet, nec ullis prius poſtea'ue interfuiſſet prælijs, fluuiatili aut maritimo
bello geſtis, remigeſq; & milites Venetę inerāt bellis maritimis innutriti, Philippicę Lō
bardi, q̄bus uel raro Padū lintribus traijcere cōtigiſſet: abhorret uero à ſcriptorū uſu ga-
leoni nomē, q̄ eas naues fluuiatili adhibitas claſſi appellāt, ſuntq; naues ipſæ illis adſimi
les quas Grę ci dromones cōſueuerāt appellare: itaq; quales ij fuerint deſcribemus: Ob-
lōgas apte planis alueis fabricatas, q̄b. deuehēdis flumine aut ſtagnis paludibus'ue, fru-
gibus & mercimonijs utunt, naues binis, terniſq; & quādo pluribus integūt tabulatis,
& bina ꝓ puppi proraq; erigentes ꝓpugnacula, tertium in mali cacumine, in orbem du-
ctum diſponūt, ſub cauee uocabulo ꝓpugnaculum, unde deni quādoq; plures, ſi exigat
neceſſitas, milites, miſſilia tela, ſudes, lapideſq;, & palos ferreos in hoſtem mittāt, unaq;
in naui milites, machinas, armamenta, & ipſos deuehunt cōmeatus, ut quā medio uide-
ris in Pado hærentē ancoris, arcē munitiſſimum'ue caſtellū, non nauē exiſtimes. Claſſe
ergo ad quartū lapidem Cremonæ appulſa, Franciſcus Bembus Philippicā cōſpicatus,

ſtructis terreſtrium præliorũ more aciebus,primos octo galeonos in fronte poſitos cõ- E
cathenat.Paſinus itẽ ſtructa pariter acie ſuis iuſſis in claſſe primoribus , ut ſenſim fluuio
laberenť,& quamprimũ hoſtem pugnandi copiã facere uidiſſent,cõcitato remis curſu,
quò naues amnis defluẽs deferebat, impetũ facerẽt, quò euerſæ ut exiſtimauerat naues
hoſtium mergerenť.Quamprimũ autẽ Piſanus in cõſpectũ eſt factus,primi ex ſuis gale
oni quatuor,datum negligentes ordinẽ,in hoſtemq́ delapſi, uiam aperuerunt per cõca
thenatos hoſtiũ galeonos.Inde proris eueſtigio cõuerſis,aduerſum amnis curſum remis
ſuperãtes,hoſtiũ puppes,ſi cęteri Philippenſes in frõte pugnarẽt,petere intẽdebant.At
Bẽbus eos qui præteruecti erãt galeonos pro captis ilico reputauit,ſuaſq́ acies ea ratio
ne in orbem redegit,ut cũ Padi alueũ fermè cõpleret,tum deſuper pugnantes,ſi incauti
us in bellũ ruerent circũſiſtere poſſet.Pugna aliquandiu atrox fuit,in qua quatuor alios
galeonos Veneti interceperũt. Aderat in ripa equo inſidẽs Nicolaus Piccininus, ſuiſq́
quã operam & armis nequiret,cõſilio & clamoribus opẽ afferebat. Nam cum quatuor
primos quorũ audaciã uociferatione laudaſſet,hoſtilẽ perfringẽtes claſſem, à focijs de- F
ſeri proſpexiſſet,alios ut uel ignauo ductore Paſino ꝓhibente ſequerenť, ut ſimilem fa-
cerent impetũ hortabať.Sed Paſinus ſuã hoſtiũ claſſi imparẽ eſſe tardiuſcule intellexe-
rat.Quare Venetis ꝗ in frõte pugnabãt , dimittendis ad inferiora galeonibus quatuor,
quos ceperant intentis,cõuerſa in hoſtẽ puppe Cremonã redijt,claſſemq́ reductã eue-
ſtigio tumultuarie exarmauit : eam ſuorũ fugã cũ primo fieri cœpta eſt , intelligentes ꝗ
primos gubernabant temerario impetu ꝓlapſos quatuor galeonos,illos armamentorũ
plenos,in Pado reliquere,&in agrũ Parmẽſem cũ turmalibus exceſſere.Inſecutus fugiẽ
tem Paſinũ Bembus,cum ſubductas naues nuſq́ uideret,nouo pugnę generi obuiauit.
Philippus nanq́ Padũ apud Cremonã tribus caſtellis tabulatorum quatuor excitatis ea
ratione ſepſerat,ut nullã fore tãtã crederet claſſem,quę aut urbẽ circũſiſteret,aut in Lõ-
bardiæ intima ducereť.Eorum è regione urbis Cremonæ poſitorũ duo cum utranq́ mu
nirent Padi ripã,tum palis altũ dimerſis innixa in alueum ꝓminebant,tertiũ pro medio
amnis curſu,ſpiſſis fundatum palis tantũ relinquebat utrinq́ ſpatij,quanto nauis dextra G
læuaq́ interlabens iactis ſuperne lapidibus petereť,Bembus extremum,quod lõgius à
ciuitate abeſſet,oppugnare aggreſſus, primo cepit impetu, minimũ itẽ negociũ illi fuit
mediũ capere,tertiũ tardius ideo recepit,quia cuſtodes ſpe ſubſidij Cremonenſiũ ſuſtẽ-
tati,pertinacius reſtiterunt.Cum tñ Bembus circundatum prima die,& uarijs tentatum
modis obtinere nequiuiſſet,aliã de quarta uigilia pugnæ inijt rationẽ: etenim diſpoſitis
circũquaq́ galeonibus,milites ꝓpugnacula, quæ malis ſupereminere diximus cõſcen-
derunt,quibus fuit cura repugnantẽ de caſtelli tabulatis militẽ à defenſione ſudibus la-
pidibuſq́ arcere.Alios uero impigros iuuenes,ſcaphis lintribuſq́ Bẽbus impoſuit,qui
hoſte ſuperioribus caſtelli partibus in pugna,quę gerereť cominus tutandis occupato,
ignẽ facibus ſubiecerunt,cõfertaq́ per obſcurã noctem pugna,obſeſſi licet intolerabili
telorũ iaculorumq́ multitudine petebanť,quia tamẽ oppidanorũ eruptionis ſpe ſuſten
tarenť,oppugnationẽ in crepuſculũ pertulere , tandẽ igne tabulata palis affixa corripi-
ente,& Veneto raptim galeonos prælio ſubducente,obſeſſi præſidio excedẽtes,in op- H
pidum cõfugerunt : cõſumptis igne caſtellis, eorũq́ palis ne alia ſuperædificari poſſent
euulſis,Bẽbus uictoria abuſus,haud quaq́ tenui iactura militũ nautarumq́ & remigum
eſt affectus.Expoſiti nanq́ in id ſoli, qđ Cremonam Padumq́ interiacet,nullo ordine,
nullo duce,ut quẽq́ uini quod in prælio epoti erãt,aut uictorię calor tulit,diſſipati ſunt.
Vnde Chriſtophoro Lauellano, ꝗ præſidio Cremonæ impoſito præfectus erat animos
addidere,ut quod tutandis Padi caſtellis nõ fecerat , præſidium in diſſipatam multitudi
nẽ immitteret.Illyrici erãt ipſæ turmę Dalmatæ agreſtes,genus hominum nullius capax
diſciplinæ,qđ cum uino, cuius eſt auidum,incaluerit,ſanguinem animam'ue amittat an
retineat parũ curet . In hos delatus eques pedeſq́ Lauellanus , ſupra trecentos confecit
ſubita occiſione.Execratus gubernatorũ inobedientiã quos ſuo iniuſſu illos expoſuiſſe
diceret Bẽbus,claſſem in ſuperiora perduci iubet,& caſtello, quod ad Abduæ fluminis
oſtia Pado imminet expugnato, per Ticinũ aduerſo flumine nauigauit . Sed Papiæ ap-
propinquãti ſolitudo undiq́ cõperta & nimia in pauore quẽ aduẽtus huiuſmodi claſſis
facere debuiſſet,omnium taciturnitas,obtendi inſidias ſuſpicioſo,ut Cremonam reuer-
teret,

A teret,ſuaſerunt. Additus erat interea præſidio Cremonæ cũ cohorte Nicolaus Guerreri
us,quod cũ Bẽbus ignoraret tot expoſuit copias,quot irruituro,ut pridẽ Lauellano ob
ſiſtere,&acceptã notã poſſe diluere exiſtimauit.Sed maioreꝗ ſuſtinere poſſent pedites
equitatu irruente,paucis amiſſis receptui ſignũ dedit.Æſtate iã appetẽte,& copijs quas
Veneti ingẽtes mercede cõtraxerãt,in agro Mãtuano paratis,Carmagnola ualetudine
roborata,ꝓfectus eſt Padua.Qui traiecto per Lagiſeum Salodiumq; Benaco, ad quin-
tũ lapidẽ Brixiæ appropinquauerat,eũ Albericus Cunij comes, Perinusq; Tortonẽſis,
cui Turco eſt cognomẽ,ex Gottolengo, qđ oppidũ octauo à Brixia diſtat miliario mo
uentes agrũ diſcurrerãt Brixianũ,in ipſasq; urbis portas delati, pabulatores ad quadrin
gẽtos cũ iumẽtis & calonib.abigebãt.Erat tẽpeſtate illa,Brixiæ ſumma poteſtate à ſena
tu permiſſa,Petrus Laureanus, uir artibus belli paciſq; clariſſimus, q incurſione hoſtiũ
exaudita,equo inermis uectus nobis comitãtibus,Nazarea porta,rapidus ſe ꝓripuit,&
inermes armatoſq;,ex decẽ milibus equitũ,q tũ Brixiæ inerãt,paſſim hoſti ſine ordine,
B ſine duce cõſpicatus occurrere oẽs cõtinuit,quoad accurrens inermis Peruſiam Paulus
Vrſinus,ſeſe præſente arma indueret.Eum uero cum omnibus,qui tum aderãt numero
ad trecẽtos,remota ab hoſte,cuius tumultũ exaudiebamus uia circuire iuſſit,quoad me
dia ab Gottolengo qua illi aduenerãt uia ſubſtitiſſet,exinde cæteros inſano impetu por
ta exeuntes hoſti obiecit,iuſſitq; ut hoſtes prædam ſibi eueſtigio futuros, pugnando eo
uſq; diſtinerent quoad cęteri ſequerent.Nec fefellit peritũ rei militaris prudentia,Albri
cus nãq; & Perrinus,dũ abigendis quos capiebãt occurrẽtibus intentiſſimi eſſent, uiſis
ab lõge hoſtibus, q ipſos duce Vrſino excludere oppido intendebãt, nõ prius ſe potue
rũt recipere,ꝗ irruens à Brixia multitudo,ipſos fudit, Turcumq; intercepit fortius relu-
ctantẽ.Capti ſunt cum Perrino equites centum quinquaginta,Albricus effuſo curſu ad
alia Brixiani agri caſtella cõfugit.Ingreſſus ea die Brixiã Carmagnola ægre tulit,primũ
poſt captã Brixiã ſecundũ equeſtre prælium alienis auſpicijs geſtum eſſe. Poſtꝗ uero
omnia circunferendis æſtate caſtris deſtinata quẽadmodũ ꝓfecturus mandauerat, pa-
rata eſſe cõperit,ductores centurionesq; undiq; cõuocauit, & coactis Maio iam medio
C apud Brixiam quatuordecim equitũ,peditũ ſex milibus,carriſq;,iumẽtis, foſſoribus, &
auxiliorũ tyronibus undiq; accitis,prima caſtra ad Montemclarum ea ratione poſuit,ut
maiores quæ in dies parabant copiæ cõuenirent, & machinæ aliaq; bellica armamenta
carris impoſita portarent. Conſumptis ea in expectatione potiusꝗ obſidione aliquot
diebus,cum oppidum natura ſoli & defenſoribus munitũ capi nõ poſſet, auctus copijs
Carmagnola Gottolengum petit.Inerant pręſidio equites mille Philippi familiares,op
pidũq; Carmagnola unica expugnatione ſperauerat expugnare. Sed qua nocte moue-
rat Monteclaro,ſe præſidio Gottolengi addiderant cum centũ cohortibus,Guido To-
rellus,Chriſtophorus Lauellanus,& Nicolaus Guerrerius, qui quo tutius eruptionẽ fa
cerẽt ac priusꝗ à tãto exercitu circumuenirent ad ſuos redirent,ſine oſtentatione taciti
quieſcebant.Dies erat religione celebris dñicæ aſcenſionis, ꝗ in tẽpore ꝑ primũ æſtatis
ſydus caumata incendebant.Facto itaq; in cõſpectu caſtelli Venetorum exercitu,pars
D abiecta incondite armis,ſolo ſternit,pars ꝑ herbã fuſa ſomno reficit laſſitudinẽ, pars cu
randis corporibus intẽta erat,pauci ductore Nãne Strocia equeſtris ordinis Florẽtino,
quẽ marchio Ferrarienſis ex fœderũ forma cũ equitibus quadringentis in caſtra miſerat,
ſtabãt in equis ad cõmiſſam in oppidũ ſtationẽ, cũ ad horã fermè nonã Philippẽſes im-
prouiſi erũpunt,Delatus in eos Strocia impetũ ſuſtinet, maius tñ eueſtigio apud eũ, ꝗ
ꝓ equitũ numero ferre poſſet, cõferit præliũ, ut qui nec hoſtẽ reprimere enixus poſſet,
nec cedere loco uellet,à cõferta hoſtiũ ſuorũq; multitudine preſſus, exanimis ceciderit.
Excitus inde à ſomno inertiaq; Venetus miles turmatim accurrẽs, fractus fugatusq; diſ
ſipabat,quouſq; coactis ad Carmagnolã cohortibus,illata ſunt ſigna,diu tñ Philippẽſes
ſubſtinuere impetũ,& maiore ꝗ cui obſiſtere poſſent ingruẽte exercitus mole, lituis ꝗ
tenore uictores ouãtesq; cõſueuere, receptui canẽtib. retroceſſere.Amiſſis eo in pręlio
eqtib. mille quingẽtis,Carmagnola tãdiu ſubſtitit,quoad expoſitæ itineri cohortes plu
rimæ,quas interea Veneti apud Paduã cõſcripſerãt, cõuenirent, nouãq; tũc mouẽdi &
merãdi caſtra rationẽ exorſus eſt,ſingulis nanq; carrorũ bubulcis,qui magno prouincia
lium ſumptu contracti inerant exercitui, numero ad duos mille præſcripſit, cui ductori
militiue

militiúe paterāt,ut cū mouēda eſſent caſtra facilior certiorq́, foret machinarum & com E
meatuum cōportatio, militumq́ quibus deuehendi impedimēta carris adeſſet facultas, plures eſſent in exercitu expediti.Metādi uero cū illis ratio hæc fuit, ut cum loca caſtris certo deſignaſſet ſpatio,cohortes poſitis in orbē carris exercitū clauderēt, adhærerētq́ ſuis ſtabulādo ſingulæ illos ꝓ uallo,ſi quis ab hoſte fieret impetus habituræ, inſuper certiore loco, ſine imperio pugnaturæ.Erāt uero multa in Brixianorū agro,parētia Philippo oppida & caſtella, quorū oppugnationē Carmagnola cenſuit omittendū, fore cōfiſus,ut ſi Cremonā obſideret caperetq́, oīa poſt tergū relicta ſine oppugnationibus caperēt.Ollius amnis, Cremonēſem à Brixiano Mātuanoq́ agris diſterminās, qua in parte Brixianos à Cremonēſibus diuidit,duobus iungit̄ pōtibus munitiſſimis, uno ſecūdū Bergomēſis agri colles,Pōtoliū uocāt,altero in planitie infima,cui loco Bina eſt nomē. Hūc igit̄ Carmagnola prius ideo ſtatuit oppugnare, quia cōmeatus ex agro Mātuano in caſtra eò facilius perferrent, eſſetq́ uicinus Padus ꝑ quē minore ac fermè nullo cū labore aut periculo oīa oppugnatiōi & bella uſui futura poſſent nauibus importari.Ex F
pugnatis paruo tēpore,ſed maximis laboribus impēſaq́,Binæ arcis pōte potitus,turres Bōbardis ſemidirutas inſtaurauit,ne illis ab hoſte receptis reditu arcerer̄.Caſtris poſtea ſecūdū Padi ripā,ſexto ab Cremona miliario metatis ſubſtitit.At Philippus audita exercitus hoſtiū magnitudine, rebus ſuis timuit,quod q́ nunq́ antea aut poſtea , tantis totq́ in bellis ut faceret adduci potuit,Mediolanēſes coràm allocutus eſt, pręfatusq́ aduenisſe tēpus,in ꝙ ueros à ſimulatis recognoſcat amicos, ut ſe oēs ſequant̄ quicunq́ rei militari erāt aſſueti,orat & præconis uoce edicit.Inde multis comitātibus, plurimisq́ ex Mediolanis ac Papia ſubſecutis,Cremonā cōceſſit.Quā urbē cū applicuiſſet, emiſſum ſolēni pōpa exercitū,caſtra tertio ab hoſtium caſtris miliario iuſſit cōmunire.Coactæ tantillo in Cremonenſis agri ſpatio copiæ,cæteras oēs numero ſuperauere, quas ſuperiorum temporum bella ex Italis cōciuerunt.Sociorum nanq́ populorū equitatus decē & octo mercennarij,peditatus octo milia fuere,& carrorum bubulcis agaſonibusq́ ac foſſoribus cum popinarijs & ſcortis numeroſa imbelli turba omiſſis , collectitij ex agris oppidis'ue bellis aſſueti milites,alia ſex uirorum millia ſunt ſecuta , cum tñ parū tunc diſtans G
illorū Bembeia claſſis ſupra decē uirorum millia haberet . Erantq́ duodecim equitatus Philippi,peditatus ſex uirorū millia,cū ſupra quindecim millia equites, peditesq́ illum Mediolano ꝓfectum,ut oſtendimus,ſequerent̄.Prima ut ſæpe aliàs hoc tanto etiā in apparatu nouo emicuit Philippēſium uirtus. Qui aduentus Philippi nouitate animis erecti,certatim inter ſe audendum aliquid, ꝙ imperatorem caſtris intereſſe hoſtes intelligerent,contenderunt. Carmagnola nanq́ ea ratione apud rus Sumum nomine caſtra erat metatus,ut cum nulla foſſa,nullo præterq́ carrorum uallo,uaſta in planitie muniri uiderent̄,tum maxime ſuum munimen in paulò remotiori foſſa cōſiſteret, riuo ſcilicet, q eā interſecans planitiem nulla in parte niſi per diſtantem ſtadijs tribus pōtem structā aciē in pugnā admitteret.Eductis ad pontem illum aciebus, Philippenſes pauxillum ſubſtitere,expectantes ſi forte Carmagnola,quem nō dubitarent motus ſuos ex caſtris exploratos habuiſſe,in multitudine cōfiſus ultra pontē decernere ſtatuiſſet . Ipſe uero ſtructa H
acie in ſubiecta caſtris planitie trāſituris ultra pontē hoſtibus pugnandi copiā faciebat. Tandē cū Pergulenſis Totelluſq́,ne ſui pontē primi tranſmitterēt diu obſtitiſſent,uicit Sphortiæ,Attitionis,Carrarienſis,Lauellani & Mediolanenſis Antonelli audacia, quibus prēliū ultra pōtē cōſerere aggreſſis,cęteri ordine quē ſemper ſeruabāt,partim in pugnā ruerūt,partim pontē ſubſidio tenuerunt.Pugnatū eſt ab nona diei hora, uſq́ in ſummā ueſperam,tantaq́ in ſoli ariditate,quam extremis,ut erant tunc Iunij diebus, ea ſubſtinet regio,exorta eſt pulueris nubes,ut caligātibus omniū oculis,nullo pręterq́ uocis ſigno internoſcendis ab hoſte cōmilitonibus duci poſſent . Fuit eo die apud Sumū rus, ſummū utriq́ parti periculū.Fuitq́ liberū cuiq́ etiā mētiēti ſine reprehēſione gloriari, ſigna hoſtiū pugnando petijſſe,aut retentū equi habenis ductorum quemq́ intercepiſſe, cū multi ex Philippēſibus,qui ſuorum ſigna ad pontem petere credidiſſent , ſeſe ad hoſtes recepiſſe tunc primum intellexerint, cum ſedentem pro carris inermem turbam, ex alieno gentis uernaculo uocis ſono recognouerunt.Signis tñ utrinq́ receptui canentibus pares diſceſſere.Solitus autem dicere fuit Carmagnola,ſe qui plures ex ſuis pugnando,

A do, ꝙ de hoſtibus manu captos, & reddito nomine recognitos, indignans dimiſerit, ſæ-
pius ſi ab hoſte cognitus fuiſſet, intercipi abduciꝙ potuiſſe: pariter Sphortię. pariter Pic
cinino, & ſingulis Philippenſium ductoribus euenit. Lætatus his quæ in cõſpectu penè
ſuo erãt geſta, Philippus fit certior Amedei Sabaudiæ ducis, & marchionis Montisfer-
rati cohortes circiter tres, quæ agrũ attigiſſent Vercellenſem, ad portas uſꝙ Mediolani
tumultu & pauore omnia impleuiſſe. Quamobrẽ relictis apud Cremonã ſtipendio mili
tãtibus, Mediolanũ eſt reuerſus, facta poteſtate auxiliarijs quos adduxerat, cũ eſſet libi-
tũ in patriã cõmeandi. Reprimendo aũt tumultu, Ladiſlaum Guiniſiũ, Pauli Lucẽſis ci-
uitatis domini filiũ, quẽ tunc ad ſua cõduxerat ſtipẽdia, cũ una cohorte cuius pars dimi-
dia ex domeſticis fuit, miſit Vercellas. Carmagnola interim, ꝗ tot proborũ militũ legio
nibus oppoſitis nequiret Cremonã obſidere, ad recipiendũ Caſale maius retroceſſit, iuſ
ſitꝙ Bẽbum eò claſſem adducere. Inſecutus aũt eſt Carmagnolã caſtra mouentẽ Sphor
tia cũ totius Philippẽſium exercitu roboris legione una, qui poſtꝙ clauſum lectiſſimis
B aciebus hoſtilẽ exercitum nõ poſſe detrimento affici uidit, ad ſiniſtrã flectens, Binã ob-
ſedit, eaꝙ illico expugnata ac præſidio munita, in ſuorũ caſtra reuertit̃. Ea cõpertum ha
bens Carmagnola, ocyus ſigna in illum ferri iubet, quem cum euolaſſe ex itinere intelle
xiſſet, ad Binã ꝓfectos, arces breui oppugnatione recepit: quoniã uero Sphortia, eiſdẽ
expugnatis arcibus, præfectus cuſtodiæ captos turribus præcipitaſſe audiſſet, & ipſe im
poſitos ab illo in Olliũ pręcipitauit. Inde Carmagnola ad Caſalis obſidionẽ reuerſus op
pidũ undiꝙ terra Padoꝙ tãto circundatum exercitu multis diebus fruſtra oppugnauit,
qđ quidẽ accidit, quia illud præſidio tenebat Antonius Piſanus, acerrimo uir ingenio,
ꝗ cũ lectiſſimis quos de induſtria ſecũ adduxerat quadringẽtis peditibus, ꝓ ipſo uallo,
die noctuꝙ cominus repugnabat. Erat uero Carmagnolæ inefficacior oppugnatio, qđ
nullo circundatũ muro oppidum dẽſiſſimis muniebat̃ eleuatioribusꝙ aggeribus: ꝗ ag
geres cum à Bõbardis nullã acciperẽt læſionẽ, tum quaſſaturos oppidi domos, illarum
lapides uel exciperent uel præteruolãtes in caſtra ſuorum è regione poſita cadere face-
C rent. Turris erat præalta portæ ſupereminens, quæ ducit ad Padum, ea Bõbardarũ qua
parte à fundamentis attollebat̃ ſuccíſa, ictibus in ſubiectã foſſam penè integra corruit,
de cuius ruinis, cum ter quaterꝙ pugnãdo repulſus eſſet Antonius, oppidani eo inſcio
ſubitã fecere deditionẽ. Recepto Caſali oppido maximas gerẽdo ei bello terra Padoꝙ
cõmoditates afferente, ſtatuerat Carmagnola, ea ratione ad metãda in ripis Abduæ ca-
ſtra ducere, ut fluuio põte iuncto, in Mediolanenſem agrum traĳceret: cum tñ maximo
ad eã profectionẽ omnifariã rerum, præſertim cõmeaturum indigeret apparatu, pauli-
ſper ad Caſale reſedit. Interea Philippus, ꝙ ſui inter ſe duces diſſidebant, nulluſꝙ alteri
quo ſe unuſquiſꝙ duceret diceretꝙ meliorẽ, ſubĳci pateret̃, Carolum Malateſtã Pãdul
fi Piſauriẽſis filium, omnibus permiſſo rei militaris imperio, præfecit ductorẽ: cõſtatꝙ
multiplicẽ fuiſſe rationẽ, quæ Philippo id ſuaſerit, tum quia exiſtimauerit Pergulẽſem,
Sphortiã, Piccininũ, Torellum & Lauellẽſem, militiæ ſuæ primos, aut humili aut medio
cri natos loco, ipſi Carolo inſigni ꝓſapia oriundo ſubĳci patiẽtes rẽ ſuã cõcordes bene
D gerere, quã diſcordes peſſundaturi erant: tum quia Mantuanũ Gonzagã, cui nupta eſſet
Paula, ipſius Caroli ſoror mulier præſtantiſſima, in inuidiã ſuſpicionẽꝙ apud Venetos
adducere ſperauerit: tũ quia fuerit opinatus Brixianos, ꝗ tẽporibus Pãdulfi Malateſtæ
eundẽ dilexerant Carolũ, ſi qua daret̃ occaſio, eius ductu ſuaſionibuſꝙ ad rebellionem
perduci poſſe. At Carmagnola cognito Carolũ accepiſſe exercitum, profectionẽ ineun
dam eſſe cõmeatuſꝙ in multos dies cõportari edixit. Id pleriſꝙ feciſſet diebus, Philip-
penſeſꝙ armati diuerſis quibus illum diceretur ducturum itineribus, in ſolis ardore in-
ſidias ſtruxiſſent, tãdem mouens Maclodium ducit caſtellum paludibus magna ex par-
te circundatum. Aegre id primo taciti tulerunt Philippenſes, alter in alterum ſuſurran-
tes, ſe nimis ab hoſte ſperni, cuius ea fuerit audacia, ut in tanta oppidorum, Cremonen-
ſis, Bergomenſis, & Brixiani agrorum frequentia id ſolum in conſpectu penè ſuo per-
rexerint oppugnare. Poſtquàm uero preſſas pudore uoces dolor erumpere fecit, tur-
matim fremunt conclamantꝙ omnes uadendum in hoſtem inepta fidem em multitudi-
ne, obuiandumꝙ accuratius, ne in oculis ſuis, uel debile caſtellum uincere occipiat, cui
poſtea nullus ſit futurus labor, munitiora quæꝙ ſuo & Philippi diffiſa ſubſidio expu-
gnare. Eaſdem uoces Sphortia, eaſdem Piccininus cæteriꝙ ediderunt ductores ætate
minores,

minores.At quibus ætas experientiaq; lõgior om̃ia attẽtius circũſpicere dediſſent,Per- B
gulẽſis Torellusq; cõtra ſentire,arctã qua hoſtis impetẽdus eſſet uiã,paluſtria quę in cir
cuitu eſſent itinera,pediti ꝗ abũdaret hoſtis,maxime ꝑuia memorare, proteſtari, orare,
nihil deniq; omittere,quo cũ ignauiã metũq; oſtenderent abeſſe,tũ exploratũ certumq;
ſibi eſſe dicerẽt futurũ,ut qua die impetũ feciſſent,inſigni clade accepta,hoſtem cui ſola
cõtatio poſſit officere,donarẽt imperio Lõbardiæ.Intẽderat Carolus oculos in Piccini
nũ Sphortiãq; quos Hectoras appellaret.Hi licet multitudini pręliũ poſcẽti &ipſi aſſen
tiebant̃.Carolo tñ ſententiã interrogãti reſpõdebãt,eũ ducẽ imperatorẽq; omnibus da
tũ eſſe,diceret,iuberet, uel cæteros cõſuleret, ſi Philippi ſigna æquo ordine iuſſi eſſent,
uel præceſſuros uel ſubſidio ſeruaturos:minores cæteri ſentẽtia quã nõ rogarent̃ præci
pitata Carolũ impellebãt. Qui uocibus multitudinis adductus ꝓlata per tubicines teſſe
ra,Angelũ Torellũq; ſigna ſequi,& exercitũ ſubſidiarijs cohortibus claudere,Sphortiã
Lauellanũq; primas in hoſte acies ducere,Piccininũ cũ ijs quas elegiſſet cohortibus,me
diũ ſigna præcedere,& Sphortiæ ac Lauellano adeſſe præſidio iubet,ſe uero liberũ præ F
dicãs futurũ,leuis armaturæ impetitoribus adiũgit. Sed Torellus Pergulẽſiſq; magnã ſi
bi inuſtũ iri notã rati cũ lõge abdicati uiderent̃ à prælio,qđ tãtopere diſſuaſiſſent,in pri
mã ꝓuolant aciẽ,futurũ uociferati,ut quã uerbis & cõſilio auertere nequiuerint cladem,
haſta & mucrone ꝓ uiribus propellãt.Eis facile aſſentit̃ Carolus,& Picinnino illorũ ui-
ces ſupplere iuſſo,primus ipſe qđ cõſtituerat in hoſtẽ iuit, Guido illũ,Guidonẽ Sphor-
tia,& Pergulẽſis,dehinc cæteri ſunt ſecuti.Obtorta inæqualiſq; qua ibat̃ ad hoſtium ca
ſtra,erat uia,nullis agri ſeminarij coercita foſſis,qđ hyeme paluſtria,quæ æſtate ſunt pa
ſcua,pleraq; illa adiacẽt loca,uepres aliquã,biblus,ſcirpus,papiruſq; multã obtegũt par
tẽ,nec lõge eſt feracis agri patẽs cãpus,in quẽ de uia pleriſq; locis aditũ præbebat ſolida
paluſtris herboſitas.Poſita erãt in eo quẽ uiæ tortuoſitas paluſq; efficiũt agri ſinu Vene
torũ caſtra,ad eã qua palus deſinit partẽ paluſtris circũdata,& quẽcunq; palus per æſta-
tẽ exiccata ex caſtris in uiã præberet acceſſum, eundẽ aut ſucciſum foſſa munierat Car-
magnola,aut ſibi cũ licuiſſet uſui futurũ,obice ſepſerat tenuiſſimo.Delatus, ut oſtendi- G
mus,in primã aciẽ Torellus,obcæcatis,iam pugnãdi ardore Carolo & Sphortiæ, quos
clauſerat,quos aperuerat Carmagnola aditus in paludẽ oſtẽdit,& ſolũ poſſe deũ eã cla-
dẽ auertere ad ſuos uociferatus, in præliũ qđ leuis armaturæ militi peditatuiq; ſuccedẽs
Carolus inchoauerat,furẽs incubuit.Intẽtus prẽlio omnibus in locis erat Venetorũ ex-
ercitus.Sphortia aũt quãprimũ in patẽtes cãpos exiuit,hoſtẽ,ꝗ Carolũ Torellũq; pepu-
lerat reprimente,ſubſequit̃ Pergulẽſis,& Piccininus eueſtigio ſigna infert:pugnabãt ea
in frõte audacter utriuſq; exercitus milites.Sed Carolus ſicut pugnã primus inijt,ita ſuo
rũ ſtragis initiũ dedit:cũ leui nãq; armatura & peditatus quẽ incõdite præmiſerat parte
maxima interceptus fuit,ſumma tñ audacia pariq; innixi iuuentutis robore & Sphortia
& Piccininus,hoſtici exercitus mole repreſſa,loco nõ ceſſiſſent,niſi diſpoſitis in palude
qui uepribus & herbidis ſtirpibus delituerat Venetorũ peditatus, ab latere ab tergoq;
Philippenſiũ equos baliſtis,quibus abũdaret,lanceiſq; ſuffodiſſet,ut Philippẽſes qui in
frõte tãto premerent̃ exercitu, ad tutãda à peditatu latera aciẽ cõuertere ſæpenumero H
ſint coacti.Primus ut præceſſerat Torellus ab hoſte preſſus,per ſubiectam uiæ caſtriſq;
auerſam paludem,ſaluti ſuæ fuga cõſuluit, illũ Pergulẽſis & pleriq; minores ſunt ſecuti,
poſt eos Sphortia cohortibus penè integris prælio potius exceſſit ꝙ aufugit. Septus in
terim hoſtiũ multitudine,cui nequiret reſiſtere Piccininus,cõglobato circa ſe iuuẽtutis
robore fretus,per obſeſſam frequentiſſimamq; uictis & uictoribus uiã, oẽs ſternẽs ob-
uios,in tuta euaſit.Capta ſunt eo in prælio Philippenſiũ pari penè equitatus peditatuſq;
numero octo milia. Nec ulla ijs etiã qui euaſerũt ſalua fuerunt impedimẽta,maximũ in
militiæ ætatis noſtræ luxu põpaq; detrimentũ,ut cõſtet potuiſſe Carmagnolã illius diei
facinore,Philippũ principatu eijcere,ſi & captos retinuiſſet,& milites ſignaq; ocyus ꝓ-
tuliſſet.Qui uero multos in eo exercitu odiſſet,om̃es habuiſſet notos,reuerſus in caſtra
neminem requiſiuit,maxima certe coniectura illum quã poſtea morti ſuæ maximã Ve-
neti prætẽderunt cauſam,dedita opera oẽs liberari curaſſe,potiuſq; ut uideri uoluit ne-
glexiſſe. Per eã nãq; noctẽ quæ ſecuta eſt,paucis qui abire neglexerũt,aut à uehemẽtio-
ribus partiũ ꝓſecutoribus capti erãt exceptis,oẽs ad Philippũ redire ſunt permiſſi:quã-
ꝙ hos etiã mane ad ſe ꝑductos,cũ uix trecẽtos eſſe uidiſſet, militiæ noſtri tẽporis morẽ,
ut

A ut dixit ſecutus dimitti iuſſit. Vnicus ex tãto numero Carolus ab Mãtuano Marchione
ſororis uiro, cui ſe dedidiſſet, non ſine admiſſi flagitij ſuſpicione, retentus fuit: nec intulit
Carmagnola, ut par fuit ſigna, aut ad premendã, obſidione Cremonã, uel iungẽdã pon-
te Abduã eſt profectus, ſed tanquã hoſti de induſtria ſpatiũ reſpirandi, copiaſq; inſtau-
randi daturus, ad Brixianorũ oppida quæ poſt tergũ relicta erant oppugnanda, cõuer-
tit exercitũ. Interea dum tot impeditum carris ſarcinisq; exercitũ paucis paſſuũ milibus
ſingulis trahit dieb. dũ Monteclarũ obſidet bõbardiſq; oppugnat, & machinis maximã
inſtaurãdo exercitui curam adhibuit Philippus. Nam cum iuuentus ductoreſq; ſalui eſ-
ſent, arma & equos facilimè reparauit. Duos nãq; armorũ fabros Mediolani inuẽtos fu-
iſſe cõſtat, qui tot uirorũ milia armauerũt, equos uerò ex omnibus tanti principatus op-
pidis ciuitatibuſq; & agris conquiſitos, ad exercitũ perduci Philippus curauit, ut amiſ-
ſum apud Maclodiũ tanto cum periculo exercitũ, prius inſtaurauerit, quàm Montecla-
ro & aliquot minoribus caſtellis cãpeſtribus potitus Carmagnola, Pontolliũ cepiſſet,
B quo multorũ dierũ negocio uiribus expugnato, Vrcios obſedit: nec tamẽ eas oppido-
rũ oppugnatiões ſecurus quietuſq; peregit Carmagnola, Piccinino & Sphortia prius ꝗ
inſtauraret Philippus exercitũ, aut caſtra illius, aut cõmeatũ magno cum ſubſidio deue
hentes, die noctuq; impetẽtibus. Carmagnola Vrciorũ oppugnationi intẽtiſſimo, Pic-
cininus & Centurio nomine Brixianus, Pontolium quod caſtellũ ſcirent paruo muniri
pręſidio, uiribus & ingenio recipere conſtituerũt. Longis itaq; itineribus profecti, Pic-
cininus noctu ad primũ lapidem in concauis uallium cõtinet cohortem, Brixianus par
uo comitatus peditatu, in ſolis ortu ſubiecta caſtello diripit ſuburbia: tumultu inde ab
oppidanis exaudito, pręfecti illius pręſidio nullas in ꝓpinquis Philippi oppidis copias
eſſe exploratũ habentes, effuſis tanquã in latrunculos prædatoreſq; copijs, portas pan-
dunt: ſuſtinet impetũ Brixianus, & pugna ſenſim in portam relata, cum ſuos hoſti adeò
immixtos cerneret, ut ſimul omnes aut oppido excludi, aut mixtos illud intrare oporte
ret, nuncium dimittit qui aduocet Piccininum: nec tamen oppidanos tam diu pugnan-
C do diſtinere potuit Brixianus, quin intra portã de qua pugnaret eleuatis ſubito põtibus
clauderetur prius ꝗ Piccininus aduolans opem ferret. Cum uerò circa eundẽ in caſtel-
lo etiã repugnantem cõglobati pugnarẽt oppidani, Brixianus ſaxo turri demiſſo ictus
interijt: cuius cadauer magnis precibus impetratũ Piccininus aſportãs, iuxta illi ex Chri
ſtiana religiõe perſoluit. Accepta apud Maclodium clade intellecta Philippus, etſi uul-
tu geſtuq; omni trepidus erat, tamẽ cum ſaluis ductoribus cæterã dixerit iacturam par-
uipendere, multa prudens induſtriuſq; adhibuit ruinæ impendenti remedia, quæ antea
cõtempſiſſet. Nam & cõmunem ſibi Venetoq; hoſtem Sigiſmundũ Boemum, occiden
talem Romanorũ Imp. deſignatum ſubſidio implorauit, Brunorium Veronenſem Sca-
ligerum, qui Venetos Veronam tenentes acerrimo proſequeretur odio, in Italiam cum
exercitu dimitti poſtulans, & cum Amedeo duce Sabaudiæ datis Vercellis primaria re-
gionis ciuitate pacem occultè conſtituit, & apud Romanum pont. Martinum quintum
qui ſibi afficeretur inſtitit, ut à ſocijs populis pacem quibuſcunq; poſſet conditionibus
D impetraret. Quantũ uerò Philippus ingenio conabatur, tantundẽ impugnabat, ut ple-
runq; facere eſt ſolita cùm cœperit fortuna: quod enĩ ſolidæ aderat ſpei, ductores ex ſuis
nonnulli paruo poſt cõmiſſam aduerſe pugnam tempore diem obierunt, Angelus Per-
gulẽſis, Fabricius Capuanus, Siccus Montagnaneus, Antonellus Mediolanẽſis. In qua
infortunij tẽpeſtate ea benignitate uſa eſt ſecũ fortuna, quod Zaninũ Riccium ſubſtu-
lit, quo uteretur indigniſſimo conſultore. Tunc in eam quærẽdam pacem pronus põti-
fex Martinus cardinalẽ ſanctæ crucis ei deputat muneri, cuius uocatu ſuaſionibuſq; co-
actis apud Ferrariã partis utriuſq; oratoribus, uariam cõſtitit nõ partibus ipſis bello cõ-
tendẽtibus modo, ſed ſocijs inter ſe populis mentẽ eſſe. Florẽtini nãq; bellorũ diuturni-
tate feſſi pacẽ quæcũq; offerebat̃ amplectebant̃. Sabaudiẽſis dux q redijſſe in gratiã cũ
Philippo diſſimulãs, oratores & ipſe miſerat, quæ peteret Philippus parũ ob houeſtatẽ
mutabat: & Veneti quos hinc uictoriæ & amplitudinis ſpes impelleret, inde accepta im
penſæ detrimẽta, quæ per innouãda ſi illud intermitteretur à Philippo bella formidarẽt
ſuſpectos redderẽt, aut bellũ cõtinuare, aut Philippi potentatũ per fœdera imminuere
quærebãt, Per eos ſex menſes quibus eæ paci cõſtituendæ cõtentiones ſunt protractæ,

etſi multa fieri ꝓhibuit hyems fortè anteactis aſperior, multa in Cremonenſi, plurima in B
Brixiano agris, oppida cepit Carmagnola, obtinuit tamē conſtās cardinalis pertinaxq́
inſtātia, ut quas denegātibus ęquè ac petentibus declaraſſet partibus, cōditiones pacis,
ex arbitrio in hanc formulā promulgaret. Retinerēt Veneti Brixiā, & quotquot in Bri-
xiano & Cremonēſi agro cepiſſent caſtella, adderetq́ Philippus quicquid Brixiani agri
tunc retineret. Inſuper Bergomū, cum agri ad Abduā pertinētis omnibus caſtellis, Leu
co ad Larij lacus, Comi uocāt emiſſoriū, & Triccio in ulteriori Abduę ripa exceptis. Flo
rentino nihil eſt additū, præter ius pridē à Genuenſi ademptū, inſignia propria tiremi-
bus & nauibus imponēdi, quos ad eam diē Piſana deſerre fœdus coegiſſet cum Genuē-
ſibus prius ictum. Socij pacis renouādiq́, ſi cōtigiſſet, belli ſunt dicti, Veneto Ferrarien
ſis, Mātuanus, Palauiſinus, & Montisferrati marchio, ac peregrinenſes in Parmēſi agro
comites: Florētino, Senēſes, & in Luguſtica oriētali Genuę Riperia parui potētatus, nō
nulli comites. De Lucenſi Guiniſio, cum ſępenumero actū eſſet, placuit uerbo potius ꝗ
ſcripto trāſigere: illū ſcilicet cuius ea fuerit modeſtia, ut licet Ladiſlaum filiū permiſerit F
Philippo militare, Florentinos tamē nullatenus læſerit, amicè habendū: quamobrē pe-
tētib. Florētinis, ut Fregoſi ac Fliſchi Malaſpinæ nōnulliq́ Liguſticæ eius oræ nobiles,
in ſuis partibus cenſerenť, obſtinatè renuit Philippus, eoſq́ ipſe etiā amicè pollicitus eſt
habere: expreſſum eſt item fœdere, ut uxorē cum filiabus Carmagnolæ trāſmitteret Phi
lippus, cōparataſq́ precio uillas, & à fundamentis extructā in Mediolano ſuperbiſſimā
domū ab illo permitteret poſſideri. Pace ut cōtinebat formula, auidis ubiq́ populis da-
ta, quieſcebat Italia, ꝙd multis anteactis ſeculis raro cōtigiſſe cōſtabat. Relicta eſt tñ pręter cardinalis intentionē, renouādi belli anſa & occaſio futura, finium agri Cremonēſis
caſtellorū quę Venetis adiudicata ſunt cōtentio, cuius arbiter eſt ab utraq́ parte dictus
marchio Ferrariēſis, prodijtq́ poſt parum in lucem pax quā à Sabaudienſi cū Philippo
diximus occupatā. Etenim pace hac generali per impletas cōditiones firmata, Amedei
filiam uirginem Philippus in matrimoniū accepit, & Vercellas impoſitis tūc primū Sa-
baudiæ magiſtratibus oſtēdit eſſe illius ciuitatem. Quatuor autem tātummodo menſes G
uixq́ integros fuit Italiæ quies, quam, ut oſtēdimus, nacta erat: nam Bononienſes qui in
illius uicini tot potētatuū belli tēporibus maximas cumulauerāt opes, nouos cōciuere
motus prorſus deteſtādi, quas accepta à Romano pont. maxima beneficia à tāto ſcelere
nequiuerunt deterrere. Erat ciuitatis pro Martino pont. gubernator, Ludouicus Ale-
mādi patria Sabaudienſis, Roman. eccleſiæ ſub titulo S. Ceciliæ cardinalis, quem dum
aduenit Arelarenſem archiepiſcopum fuiſſe oſtēdimus. Is ut ærariū maioribus liberatū
impenſis emūgeret uberius, Ludouicum Columnenſem trecentorū equitum, & Ludo-
uicum Seuerinatem ſexcentorū, ductores miſſos fecit, quorū Columnēſis etſi repulſam
ægrè tulit, quod tamē pōtifici ſanguinitate iungebatur, nihil moleſti ad ultionē eſt me-
ditatus. Seuerinas uero cupidis rerum nouarū Bononienſibus opem tulit. Cauſas rebel-
lioni prętēſas breui explicabimus. Bononia multis ante ſeculis in Schaceſiā Maltrauer
ſiamq́ factiones bipartita fuit. prima quæ ab inſignibus familiæ populorū cepit nomē
in tres ſciſſa eſt partes, Bentiuolios, Zambecharios, & Cannitulos, quorū Bētiuolij ori- H
gine nobiliores, à Ioanne qui urbi per annū dominatus, ab duceq́ Mediolani primo Io-
anne Galeatio Philippi genitore ſuperatus eſt, incrementū acceperūt. Zambechariorū
familiā doctiſſimus iurecōſultus Carolus Zambecharius, potentiorē primus reddidit.
Cannituli uerò à maioribus nullā accepere populi ſequelā, ſed eccleſię Ioanniſq́ uigeſi-
mitertij pont. Romani pecunia fauoribuſq́ ditati, nouam & ipſi ſectā quæſiuere. Anto-
nius Bentiuolius patria exul, Romæ apud Martinū pont. honeſtiſſime habebatur. Fra-
trum ex Cannitulis quatuor Baptiſta erat natu maior, ex Zambecharijs fratribus quin-
que, Cambius natu primus apud Philippū Mediolani duce ærario præerat, cæteri quo-
rum Bartolemeus abbas maior erat, Bononiæ habitabant. Primus Baptiſta, qui opibus
afflueret, & ſeſe ac fortunas ferre nequiret, Zambecharios rerū inopes, & pōpæ ſplēdo-
riſq́ appetentiſſimos pellexit. His ab ciuiū qui & legati mores faſtidirēt, & opes diripe-
re cuperent, fauore confidentiſſimis rebellionem cōtra pontificē potentiſſimum ſuaſit
ſpes: quā poſtmodum inanem repererunt ciuitatū Imolæ & Foroliuij, quas eadem die
ſecum rebellaturas opinati fuerunt. Reſciuit coniurationē legatus, facilimumq́ illi fuit
aut perfidos

A aut perfidos malè perdere, aut illis reſiſtere, Bētiuolia factiōe uti erat ab amicis monitus
aduocata, niſi magis perfidorū adulationib. q̄ digniſſimorū fide teſtimonijs euidētiſſi-
miſq́ indicijs credidiſſet. Erat fortè tūc Bononiæ ſummus uir & egregius Rom. eccleſię
cardinalis Nicolaus Abbergatus, tituli ſanctę crucis, q̄ pace, ut oſtēdimus apd' Ferrariā
cōſtituta, ibi reſtiterat, rebus ſuæ eccleſię cōſulturus. Is quū Bononiēſis eſſet ciuis, rem à
multis cōpertam quæ propè uulgata erat legatū edocet, oratq́, ut cautus palatio ſe con-
tineat, nec quenquā admittat inexploratū, fore præfatus, ut ſi ſaluus ipſe palatium reti-
neret, Canniculi & Zambecharij nullos concitēt motus, ueriti ne hoſtibus ſuis Bētiuo-
lij ſe potentioribus arma publicè permittantur. Dies aduenit Kalend. Auguſti, qua die
promiſerat legatus Carolum Ghiſeleriū militaribus inſignire: cuius rei cauſa cum om̄es
ciuitatis primores de more acciti palatium ingreſſi eſſent, ſubſecuta eſt familiariū multi
tudo. Rogatus ad pompā cardinalis ſanctę crucis nedum acceſſit, ſed legati partes ſup-
pleturus, Maltrauerſios Bentiuoloſq́ omnes acceſſu prohibuit. Poſtquam uerò lauda-
B tiones plurimæ in cōuentu fuerūt habitæ, in quibus ornādo militi deſtinatis, tollebatur
in cœlum legati uirtus, coniurati cōtra ac ſtatuerant cōcupita perficere deſtiterūt, uerit
quicquam inſidiarū ſtrui à Bentiuolijs, quos accuratè accitos cernerent abfuiſſe, profe-
ctiq́ palatio cùm patefactam eſſe cōiurationem ſuſpicarentur, maturandū cenſuerunt,
& ſole iam in occaſum inclinato arma corripiētes, ſubiectam palatio prætorioq́ aream
occupauere, prælio illic conſerto milites legati à multitudine repreſſi, ſeſe intra palatiū
receperūt. Conuenerāt eò armati Bentiuoliorū Maltrauerſiorumq́ factionis plurimi ci
ues à cardinali ſanctæ crucis ſubſidio miſſi, quos cū legatus dimittere noluiſſet cōiurati
perfractis palatij poſterioribus ingredi conabanť. Sed repulſi conatibus deſtiterūt, uia-
rumq́ in aream exitus omnes obice muniuerūt, expectantes ſi fortè Seuerinas quē cō-
ſcium in agro expectantē admonuerant in tēpore aduenisſet. Is enim ſtipendio, ut dixi-
mus à legato dimiſſus in agro Bononienſi ſedebat, ſimulans pecunias à Venetis, quorū
ſtipendia ſequi promiſerat expectare. Vocatus autē à coniuratis acceſſu abſtinuit, quia
C Nicolaū Tolentinatem timebat, qui ex Lombardia in Hetruriam acceſſurus in agri Bo
noniēſis finibus morabať. Ea fatigatus expectatione Baptiſta, & quia uideret rem parū
ad uota ſuccedere, Baldaſare fratre ſaucio, æmulorū numero quàm extimaſſet maiore,
complicū uerò minore ſingulis apparēte horis, tempori, qua eſt aſtutia, ſeſe accōmoda-
uit. Et poſtera die legato fraude circunuēto palatium ingreſſus iuſſit populi dominatū
ab immiſſa multitudine acclamari, legatoq́ direptam ſupellectilem ditiſſimam deplo-
rāte eiecto, & magiſtratibus, Antianos uocauere, creatis, Seuerinas cum cohorte prę-
dio eſt acceptus. Rebus eò loci adductis, om̄ia agri oppida caſtris, Petrio, Bologneſio,
Plebeio, & Cētio exceptis, ſeſe ſpōte populo dediderūt. Reſcijt interea cardinalis ſāctæ
crucis effrenos debacchāteſq́ libidine Bononiēſes, Plebei & Cētij, quæ caſtella ipſe p̄
epiſcopio teneret pręſidio potiūdi auiditate, manus in eum uiolētas inijcere cōſtituiſſe.
Quamobrē monachi ueſtitu ſuo diſſimili indutus, falſis portarum cuſtodibus, Mutinā
ſine comite emigrauit. Titubauit illico Romādiola, rebellaſſetq́ cū Bononienſibus ea
D puincia, niſi magna affuiſſet diligētia Dominicus Capranicēſis electus Firmanæ eccle-
ſiæ epiſcopus, cui Martinus pont. Romanus acceptas à Philippo, ut oſtēdimus Forum-
liuium & Imolam ciuitates dederat gubernādas. Is nanq; nō modò fatiſcentem Imolæ
tumultum compreſſit, ſed circumferēti arma recipiendis Petrio & Bologneſio caſtellis,
populo Bononienſi obſtitit, copijs fretus raptim undiq; cōtractis, quaſq́ Carolus Ma-
lateſta fideliſſimus eccleſiæ & pōt. in Arimino uicarius ſibi miſit. Erat, ut diximus ſuprà,
motuū Bononiæ principio in agri Bononiēſis finibus Tollētinas, pace ſociorū Veneti
& Florētini populorū cum Philippo cōſtituta, Florentiā acceſſurus: quem quia requiſi-
tus Bononienſiū ſequi ſtipēdia recuſaſſet, improuiſus impetijt Seuerinas, pugnaq́ pro
tempore acriter eſt cōſerta, Seuerinate ob prædam impigrè urgēte, Nicolao ob ſalutem
uiriliter reſiſtente, tandem quod aſſolet, minorē maior pars ſuperauit. Nicolao em̄ cum
paucis equorū uelocitate fretis, fuga prolapſo, Seuerinas ingētē equorum armorumq́
& impedimentorū prædam perduxit Bononiam. Per id temporis Florentini Caſtellio-
ne ſunt potiti oppido, quod ſub Apennini iugis, uallem Anomonis in Romādiola clau
dit. Poſſederat illud Romanorum pontificū permiſſione multis ante ſeculis gens Man-

freda,& ſuperiori bello Philippenſi Ludouicum Manfredũ,qui cum eo oppido in Flo- B
rentinorũ partibus fuerat,quia Philippo cupiuiſſe inſimulatus erat,Florẽtini in carcerẽ
coniecerãt:nec tamen propterea Florentini aduerſum id oppidũ natura loci munitiſſi-
mum quicquã moleſti prius intentauerũt,quàm pace ſua cum Philippo,ut oſtendimus,
firmata uiderũt rem eccleſiæ per Bononiæ rebellionem in Romãdiola titubantẽ. Igitur
Tollentinatis facinore patrato Bononienſes elatiore ceruice rem ſuã gerere occeperũt.
Sed pontifex potentatus eccleſiæ uires exerens, cõtractis undiq; copijs ſex milliũ mer-
cenarij equitatus,peditatus quatuor millium,florẽtẽ immiſit exercitũ,& prouinciæ gu-
bernatorem electum Firmanũ, Iacobum Caudolã præfecit copijs exercituiq; ductorẽ.
Militauere in eo exercitu Michelottus Attẽdulus,Nicolaus Tollentinas,Gatta & Brã-
dolin,Andreas Serranus,Frãciſcus Piccininus,Ladislaus Guiniſius, Sãcius Carillo Hi
ſpanus,& minores aliquot equitum ductores:ex centurionibus uero Riccius Mõtecla
renſis,Vetula Ciſternẽſis, Venerius Barbianẽſis, Galaſſus Vitrianẽſis notiores fuerũt:
addidit etiam pontifex caſtris Antoniũ Bentiuoliũ,cuius ope & gratia,agri oppida nul F
lo cum negocio ſunt recepta.Bononienſibus etiã põtifex ſacris interdixit,cerimonijſq;
omni diuinarum rerũ beneficio ritúue è ciuitate ſublatis:cuius interdicti ratio ea fuit,ut
quicunq; ex incolis arma induerent,aut ſacris intereſſent,pro putrido & abiecto ab ec-
cleſia mẽbro haberentur:eademq; labe inquinãdos cenſuit eos,quicunq; ex alienigenis
auxilio Bononienſes aut ope aliqua proſequerẽtur.Etſi uerò qui inerãt ciuitati rebelliũ
ſtudioſi,ſpiritalem ſententiã ea peruicacia ſpernebant, qua dominium põtificis abiece-
rãt,maxima tamẽ populi pars paruit interdicto,nec erat ea ratione, & ꝓpter multa quæ
cõmittebantur nefaria ciuitatis forma,quippe in qua occiderẽtur multi,relegarẽtur plu
rimi,omnia ubiq; latrocinijs fœdarentur. Vaſtabat interea feraciſſimum cultiſſimumq;
& frequentibus ornatũ uillis agrum põtificis exercitus. Qui quũ perpetua hyeme per-
ſeueraſſet in caſtellis,nullã ad ſextũ lapidem reliquit domũ, quam non uel à fundamen-
tis ſuſtulerit,uel tegulis aſſeribuſq; ſpoliauerit, qua ex materie caſas ſtabulaq;, qualibus
in oppido eſt uſus,ſibi unuſquiſq; exædificauit,domorũ iacturã,uineta cõſitaq; tertio in G
circuitu ſucciſa milliario æquaſſe,uel propè ſuperaſſe creditũ eſt:quandoquidẽ agri Bo
nonienſis pars illa arboribus uitibuſq; in quincuncẽ redactis operta erat,& partim caſis
extruẽdis,partim pellẽdis igne frigoribus,illa diſſipari neceſſitas coegit:pugnatũ eſt ali
quãdo pro ipſis mœnibus,quæ ſcãdẽtes Bononię extorres Bẽtiuolio ſtudioſi urbe po-
titi eſſent,ſi integra affuiſſet in caſtris ductorũ fides.Binis item caſtellis uno ad põtẽ na-
ualium,Curticellam uocãt:altero in prominente ciuitati mõticulo ad magnę matris dei
ędem obſeſſa eſt Bononia.Tandẽ anno uixdum exacto feſſi Bononienſes ciuitatẽ um-
bra potius quàm re põtifici dediderunt:pacti nanq; Antonium Bentiuoliũ cum ſtudio-
ſis ut ante fore exulem,ius creandorũ in urbe magiſtratuũ prætore excepto, & ciuitatis
pari cũ pontifice præſidio tenendæ,ſibi reſeruãtes,cætera illi permiſerũt.Lucido comi-
te cardinali Romano,ad eam legationẽ miſſo põtifex copias penè omnes dimiſit. Quo
in tempore quũ uita eſſet functus Carolus Malateſta,uir,ut ſuprà oſtẽdimus,ingẽti uir-
tute,treſq; reliquiſſet nepotes,Nicolaus Tollẽtinas, qui familiæ afficeretur tutãdis pue H
rorum rebus,in agrum Ceſenatẽ duxit cohortẽ.Per ea item fermè tempora, Volaterra-
ni malo & Florẽtinis, niſi tãta tunc fuiſſet in Italia ab armis quies, perieuloſo exẽplo tu-
multuati ſunt. Nã quũ Florẽtini exhauſti pecunijs proximo bello grauiora ſubditis tri-
buta imponere ſtatuiſſent,uocatos ad ſe ex ſingulis ciuitatibus oratores,impoſitũ onus
accipere recuſantes apud prætorẽ teneri iuſſerãt.Erantq; eum in locũ coacti ſimul Are-
tini,Piſtorienſes,Piſani, Volaterrani,& Cortonienſes.Eorum unus Volaterris oriũdus
cui iuſto fuit nomen,temerarium facinus eſt aggreſſus: nanq; multa præfatus de iniuria
Florentinorũ,qui acceptas principio in ſocietatẽ ciuitates,parum duxiſſent in ſeruitutẽ
redigere,niſi eas pecunia exhauriant auariſſimè imperata,cæteris ſuaſit,ut referẽdi mu-
nicipibus ſuis quæ audiuiſſent ſimulatione dimitti impetrarent & in patriam reuerte-
rentur:futurumq; dixit,ut conſilia aſſerre ſolitũ ſalubria tẽpus amentes tunc impruden-
teſq; quid opus facto ſit,inſtrueret.Dimiſſi eodem momento omnes etſi exaſperatũ ani
mo iuſtum nõ ſatis rectè de ſeruãda Florẽtino populo fide intellexerãt ſentire, quid ta-
men moliretur ignorauerunt.Is in patriam reuerſus multa in Florentinorũ auaritiã cru-

delitatemq;

A delitatemq; apud ciues publicè eſt inuectus, inde paucis ciuium quibus eſſet ſanguinitá
te aut amicitia cōiunctior conſilium aperuit, & multa de ciuitatū oppidorumq; Floren-
tino ſubiectorum conſenſu mentitus, rebellionem Volaterranis imprudētibus perſua-
ſit. Armis itaq; à primorib. correptis, multitudo tributi odio per ſe cōcita ad primos cla-
mòres & ipſa furens accurrit, eiectiſq; nō ſine cōuitio Florētini populi magiſtratib. Vo
laterrani libertatē publicè acclamauere: tum creati ex populo magiſtratus nuncios qui
Hetruſcos ad libertatem exemplo ſuo capeſſendam concitarent undiq; dimiſerūt. Sed
cōtra ac Iuſtus futurùm prædixerat, quicunq; ad eam pertinent urbem Hetruſci, tumul-
tu exaudito populariter accurrentes, inuentos in agris Volaterranos ciues cum agreſti
bus capiūt, uillaſq; diripiunt, & præda cum captiuis domum remiſſa, rebelles in oppi-
do obſederunt. Interea acciti undiq; Florentinorum milites per prouinciam in hyberna
diſperſi, & ſubitarij ex oppidis collecti, caſtra undiq; ad iuſti belli ſpeciem ſunt metati.
Anxios tamē ea res reddidit Florētinos maius quippiam periculi á ſubditis ſuſpicatos.
B Quare leniendis Volaterranorum animis priuſquā aliud excitaretur incēdium, aut no-
uam eo extinguendo impenſam fieri oporteret, oratorē ad eos mittunt Pallantē Stroc-
ciam Honofrij filiū, præſtātem equeſtris ordinis ciuem. Is Gambaſum delatus oppidū,
accitos ad ſe magnis pollicitationibus Volaterranorū oratores, qui tamen publico ciui
tatis conſenſu acceſſerūt, faciliter in ſententiam adduxit, ut iuſto ſceleris autore necato,
inuſtam populo notam delerent, eoq; pacto redirent cum populo Florentino in gratiā
perpetuò duraturā. Reuerſi in urbem oratores, ciuibus pauore perculſis ad eos cōfluen
tibus, prætorium ingrediuntur, quò poſtremus fermè omnium Iuſtus acceſſit, tum ora-
tores temeritatē illius palā & in faciē incuſarūt, qui perfidia & malignitate plenus men-
dàcia exaggerando mēdacijs, populum in id calamitatis perduxiſſet amentē: nec prius
uerbis finem fecerūt, quàm in perfidum ſtrictis gladijs delati ſunt, & populū ultro pro-
ſecutum, ad placādos perditi hominis ſanguine Florētinos impulerūt, Iuſto multis cō-
foſſo uulneribus in publicum protracto, Volaterrani ſeſe Florētinis permiſerūt. Apud
C Bononienſes uerò etſi inerat legatus cardinalis, nulla tamen ſolito melior erat animorū
quies, quin factionis tunc præualētis primores Canneteli & Zàmbecbarij, alterutrū pa
tria eijcere tentabāt: ſed cùm aduerſam factionē lętis id expectare animis intellexiſſent,
Floriano & Loiſio Griffonibus, qui eſſent utriſq; affines, ſequeſtribus in gratiā rediere.
Quod uerò legatū qui ortas à principio inter eos diſcordias, de induſtria aluerat, huiuſ-
modi redintegrationem animorum ſuſpicioſam ducturū ſcirēt, ſcelus aggredi cōſtitue-
runt horrendū, per quod & legati & aduerſariorum uiribus eneruatis, tuti redderentur:
ſimilem nanq; recens conſtitutā cum aduerſa factione pacem deſtinaſſe ſimulātes, opti
mos quoſq; nulla etiam ciuitatis munera obire ſolitos in concilium per uiatores uocāt,
ſelectoſq; ex ipſis meliores, nihil ſuſpicionis habituros rogandis in cōcilium cōciuibus
nuncios mittūt. Fuit uerò animus triginta numero ex potētioribus, quibus cum uel mi-
nima interceſſiſſet ſimultas, occidere: ſed cōpertum eſt poſtea multos qui bonis conci-
uium uerbis ſeſe paterētur adduci, retrahētibus filijs uxoribúſue, mala ſemper ab aduer
D ſarijs formidantibus ſeſe domi continuiſſe. Sex bonis allecti uerbis acceſſerunt, Eganus
Lābertinus, Nicolaus Maluicius, Bagarottus Blancus, Maſſius Caluus, & duo alij præ-
ſtantes uiri. Eos quamprimū aulam concilij fuerant ingreſſi Florianus Griffo ſummum
Vexilliferi magiſtratum gerens in remotiorem palatij cameram deſcēdere iuſſit, qui in
ſpectante, & carnificibus iubēte Ludouico Cannetulo trucidati fuerunt. Aſſuerā tamē
ſuo infortunio inſpectandis eiuſmodi cædibus ciuitatem, ſolito mœſtiorem ea reddidit
crudelitas, omnibus cùm cæteros, tum maximè Eganū præſtāti indole adoleſcentē, ino
pinata indignaq; obſidione cōfoſſos eſſe ingemiſcentibus, fuitq; eueſtigio per urbem à
nullo indictum magiſtratu ferale iuſtitiū, quale nullū in ea urbe uiſum antè fuerat uel au
ditum. Abiere uero quaquauerſum mœnibus etiā noctu delapſi ciuiū plurimi ſangui-
nolentos perditiſſimorū ciuium gladios formidātes. Et legatus eo deterritus facinore,
omnia illos qui tanto ſeſe efferauerāt flagitio, in ſe eſſe auſuros timens Imolam ſeceſſit.
Qualis autē tunc erat Bononienſibus cum Romano pontifice, ſolo nomine pax, talem
propemodū ſocij populi & Philippus Mediolanenſium dux inter ſe pacem ſeruabant.

Nanq; præter finium Bergomenſis ultra Abduam & caſtellorũ Cremonenſis agrorum E
quæ Philippo cũ Venetis erant contentiones,occepit is excluſos à pace cõſcripta,ut o-
ſtẽdimus,Fregoſios,Fliſchos & Maleſpinas bello agitare,Genuẽſibus primo,& poſtea
Piccinino cõtra illos ducere iuſſis. Æſtate eñ quæ primũ factæ pacis annum eſt ſecuta,
Franciſcus Spinula Ottoboni filius cũ ſubitario exercitu ex Genua contracto,Segeſtri
inſulã & Moneliæ caſtrũ, quæ loca Fregoſij tenebãt furto aggreſſus recepit. Caſtrũ ue-
rò portus Delphini cui Fliſchorũ inerat præſidiũ expugnauit,ueniensq; poſt eum exer-
citu Piccininus,mõtana Fliſchorum caſtella nullo munita præſidio occupauit,Caregiã,
Turiliam,Montobium & Sauignonum:ductiſq; exinde copijs in Ioannem Loiſium fa-
miliæ Fliſchorum primariũ uallem Tarij, Variſium & caſtra Pontremulo ſubiecta,mul-
tis duriſſimiſq; obtinuit oppugnationibus:pari quoq; oppugnationis ardore,multa Lu-
nenſis ſiue Torſei regionis Maleſpinorũ caſtella ſubegit, & comites quibus Peregrinis
erat cognomẽ,Placẽtinos incolẽtes Apẽnini colles,aſtu cõtra fœdera captos necauit. F

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI
natione Romani imperij,Decadis tertiæ,Liber quartus.

PAR etiam per id temporis animorum inquietudo Florentinis erat,& quos
bello feſſos ſuperiore oportuit quieſcere, impulit eius urbis infortunium
in motus principio quidẽ paruos,ſed ut prudentioribus apparebat, maio-
res futuros,bellumq; fatiſcẽs undiq; innouaturos. Paulus enim ex Guini-
ſia gente Lucenſis, quam ſibi doloſe quæſiuit patriæ tyrannidem triginta
annis magna gubernauerat prudentia: in magnis enim qui per ea tempora Italiam ue-
xauerunt turbinibus eam ciuitatem in pace tenuit. Is neque adduci unquam potuit, ut
bello contendentium parti cuipiam adhæſerit: neque largitione ſumptuue abſtinuit,a-
uertendis prædonum cohortibus exercitibuſq;, qui ob diuitiarum famam irrupturi ui-
derentur. Omnium uerò, quos in tanta quietis diuturnitate pertulerit, moleſtiſſimus G
fuit Braccius Montonenſis, qui inſtigante populo Florentino agrum Lucenſem præ-
datus,non prius illo excedere paſſus eſt,quàm ingenti donatus pecunia,tributarium ſi-
bi inſuper in quotannos Guiniſium fecit. Inde ergo occaſione ſumpta, magnates Flo-
rentini,Nicolaum Braccij ex ſorore Stella nepotem ſibi militantem ſubornarunt, ut ſe-
ſe ab eorum ſtipendio dimitti poſtularet, Guiniſioq; per ſimulationem ueterum auun-
culi cum illo inimicitiarum inferens bellum,tributa repoſceret intermiſſa. Nicolaus igi-
tur adoleſcens impiger acerrimiq; ingenij, auunculo, cuius in re militari gloriam æmu-
laretur,quàm adſimilis pleroſque dies multa queſtus eſt de populo Florẽtino,qui bene-
ficiorum auunculi, & exhibitæ ab ſeſe ad eam diem operæ immemor, nullam amplitu-
dinis ſuæ rationẽ habiturus uideretur: & tãdem cũ ſæpenumero efflagitaſſet dimitti im-
petrauit,ac pecunia quam emeritus eſſet accepta,equitatui peditatuiq;, quibus cum mi-
litare eſſet ſolitus adiunxit, quotquot Florentiæ repperit dimiſſaneos. Poſtquam uerò
abeundi facta eſt copia, Lucenſem agrum improuiſus diſcurrit, mittitq; qui Paulo re- H
nunciet ſeſe defuncti auunculi gloriæ hæredem geſtorumq; conſeruatorem, promiſſa
etiam tributa repetitum iure optimo aduenſſe. Conſternatus animo ad eius mali nun-
cium Paulus,Florentinis epiſtolas ſcribit in eam ſententiam querimonia plenas,ut illa-
tam à Nicolao iniuriam ab illis qui ſtipendia penderent acceptam oſtenderet. Ipſe uerò
dimiſſum ſuo ſtipendio Nicolaum, quod in promptu foret,oſtendere reſponderunt, &
ciuitatis calumniam ornatis grauibuſq; uerbis depulerunt. Ex quo tempore Guiniſius
intellexit deſtinatum in ſe à populo Florentino bellum, ſed interim uerba dari quouſq;
pecunia exhaurireiur. Quamobrem filijs repellendo hoſti intentos eſſe iuſſis, ipſe ora-
tores ad pontificẽ Venetoſq; mittit, qui uiolatam pacis ſpem ſolẽni ritu exhibitam, qui
Florentinorũ ſuperbiam iniuſtitiamq; querantur. Apud Philippum uerò Genuenſeſq;
& Senenſes frequentibus nuncijs epiſtoliſq; inſtitit,ut opem ferrent,ut bellum ſuſcipe-
rent,in quo per Lucę ciuitatis opportunitatem,& ſuarum pecuniarum uim facile foret,
Florẽtinos proximi belli damnis impenſaq; ad ſummã opum tenuitatem redactos op-
primere. Florẽtiæ uerò ad primum impetus à Fortebraccio facti nuncium, plebs quam

A magnatum conſilia laterēt,non ſolum Lucenſis incommoda moleſtè nō tulit,ſed quod
illa ſine populi Florētini calūnia aut periculo incidiſſe exiſtimauerit iocūdè accepit,fu-
turum rata ut uicina ciuitas, intus extraq; à tyrannulis lacerata, facilè poſtmodū ſuo ad-
iungeretur imperio:ciuium autē rempublicam adminiſtrare conſuetorū, pars Guiniſiò
ob largitiones affecta,Fortebraccij audaciam tanquam ſuſpicione doli à Florētino cō-
miſſi nō cariturām damnare,pars iudicare oblatam occaſionem potiundæ urbis uicinę
nullatenus omittendam, pars à nouis motibus à quibus maiora reipub. mala impēdere
proſpiciebant,contendere abſtinendū.Sed cum interea militum nulli ſtipendia facien-
tium latronumq; prædæ inhiantium, magnus apud Fortebraccium numerus eſſet coa-
ctus, plurimaq; is agri cepiſſet caſtella,illexit auidam concupitæ dudū urbis multitudi-
nem belli,ut rebātur, ſemiconfecti ſpes, & paruo magnatū negocio Florentinus popu-
lus bellum ſuſcepit.Id cum ex more ſancitū eſſet, legebātur ad Fortebraccium Senatus
decreta, bellū quod ſua ſponte Guiniſio intulerat,ut gereret in poſterū pro populo Flo
B rentino.Conſcriptuſq; ſtipēdio Bernardinus Vbaldinæ gentis Florentinæ,patria dudū
electæ, uir impiger cum cohorte in caſtra mittit̄: miſſus eſt & plurimus partim ſtipēdia
faciens,partim ex ſubiecta Florētino Hetruria collectitius peditatus:at Guiniſius poſt-
quam pontificem Romanum, Venetos,& Philippum illatam miſerari iniuriā,eorumq;
neminē ſubſidium opémue aliam afferre nunciatū eſt, apud tremebūdos ſuo ipſius ex-
emplo Senenſes,ſedulo inſtat,bellū ipſi oſtentent, quod aut Florētinos ab eius oppreſ-
ſione auerſurum,aut Philippum Genuenſeſq; in illos crederet impulſurum. Facile uerò
fuit cōmotos animis in ipſo belli initio Senenſes impellere,quibus eſſet exploratū,Flo-
rentinos Luca in poteſtatem facta eundem exercitū, eadem arma nō prius depoſituros
quàm Senas etiā ſubegiſſent. Magiſtratu itaq; cui ſumma rerum eſt demandata creato
tentari placuit Florentinos, Venetoſq; per oratores:hos,qua mēte animoq; laturi ſint ſi
fortè Florentinis bella uicinis per ambitionē opprimendis,ex bellis ſerentibus reſiſtere
pergerēt:illos,ſi forte oſtenſum ab eis bellū,pacem Lucenſibus dare poſſet.necubi ſatis
C felix fuit legatio.Antonio nanq; Petruccio,quē Senenſes acri ingenio uirū miſerāt Flo-
rentiam,magna cum uerborum modeſtia eſt reſponſum,nihil populū Florentinū prius
intētaſſe,q̄ Guiniſius ab iniecta calumnia Fortebraccij in ſe impulſi,ad minas omniūq;
Italię potentatuum in eos concitandorū ueſaniam proruperit. Veneti uerò duobus qui
ad ſe iuerāt oratoribus reſponderūt,etſi populi Senenſis libertatem cuperet ſaluam eſſe
Venetus,nihil tamē ad ſe pertinere quid cū ſocio ſibi populo Florētino illi agatur,quo-
niam in fœderibus pridem ictis pro Florētini ſocio Senenſis fuerit aſcriptus. Forte tunc
factū accidit in Venetis eo admirabilius, quo ducū reuerētia apud illos intemeratior fue
rat ad id tēpus.Andreas etenim Cōtarenus perpetuæ phreneſis morbo laborās, cum prę-
fecturæ ſinus Adriatici,quā ambire dicebat,ſpe ab omibus deſtitueretur,in adoleſcētes
incidit patricios q̄ iocabūdi culpā repulſæ illius in Frāciſcū Foſcarū principē reiecerūt,
adieceruntq; nullā ſibi obtinēdæ petitiōis ſpē ſub eo principe reliquā fore. Is morbo ab
iracūdia ingraueſcēte,obcæcatus furore,ducē in ſacrā Marci ædē ad rē diuinā deſcēdē-
D tē p ſecretioris alloquij ſimulationē adijt,& oratorib. Senenſiū,quorū princeps medius
incedebat, modeſtè cedētib. exeruit quē ueſte abſcōderat cypreſſeū pugionē, uulnuſq;
in guttur deſtinatū dediſſet,niſi oratorū alter eleuatā imprudēter furioſi manū ocyus re
trahere aggreſſus malè cōprehēſam auertiſſet,& ab gutture in genā prelū aſcēdere coe-
giſſet:tū patritijs q̄ ſequebant̄ frequētes clientūq; & apparitorū quæ pręcedebat turba,
cruentatū circūſiſtētibus ducē, furioſus à fuga quā pręceps parauerat retrahit̄, & manu
eueſtigio trūcatus de palatij feneſtris laqueo ſuſpēſus pręcipitat̄.Fortebraccius interea
Vbaldinuſq; Guiniſiū premebant minoribus quibuſq; agri caſtellis arcibúſue occupa-
tis.Senēſes autē oratoribus in patriā reuerſis publicè priuatimq; mœſti attētius ſibi ꝓſpi-
cere cōſtituerūt. Primū uerò omniū Antonio Petrutio impigrè accipiēti atq; etiā am-
biēti datū eſt negociū,ut delatis Romā quas Guiniſius miſerat pecunijs delectus q̄ poſ
ſet maximos haberet, curaretq; milites Lucā nauibus importari. Fecit id ſedulo Petru-
tius, odio plus quàm Senenſis in Florentinos redundans. Alios item delectus curauit
Guiniſius haberi Bononiæ,ubi Rainerius Froſinas Peruſia extorris, Ludouicus Canis,

minoreſq; aliqui magno æris impendio conſcripti integrã & dimidiam coegerunt co- E
hortem. Apparebatq; Guiniſium nullo etiam accedẽte ſociorum fauore, rem ſuam per
ſe ſatis tutaturum fore. Cùm uerò difficile ac periculoſum nimis uideretur, paucas huiuſ
modi copias per Bononienſes Mutinenſeſq; Apenninum, cuius omnes ſaltus præſidio
teneret Fortebraccius, traducere, aliam tentari placuit uiam, quæ etſi lõga erat, diuertẽ-
do tamen ab Lucenſi obſidione Florẽtino efficax credebatur. Si nanq; dextra ſecundũ
Apẽnini colles duxiſſet Froſinas in loca quæ ab Aureolo Foroliuiẽſi in Arretinos Cor
tonenſeſq; centũ uiginti paſſuum milibus poſſidet Florẽtinus, aut multa cepiſſet oppi-
da, aut Fortebracciũ Bernardinúmue, ad illa tutanda copias ducere, & obſidione Lucã
leuare cõpuliſſet. Sed quũ applicatæ Aureolo copiæ, oppidũ improuiſo impetu oppu-
gnatum capturæ uiderentur, Rainerius ad Florentinos defecit, & copiarũ quod erat re-
liquũ ſublata ulterioris profectionis ſpe breui eſt diſſipatũ. Fuit ea clades Guiniſio ma-
gna, hoſtibus ſuo ex detrimento copiarũ adauctis, & ſpe ulterioris ſubſidij pecunia cõ-
parandi ea ratione ſibi inde præciſa, quod poſthac uereri cogeretur, ne in alios incideret F
fraudulentos. Vrgebãt uerò aſperiori in dies obſidione Lucam Florentini. Nam cũ por
tis ſingula oppoſuiſſent præſidia, cõmeatu quo oppidanos intercluderẽt, tũ urbis mœ-
nia turreſq; adactis foſſæ ſupercilio bombardis quatiebãt, diuiſiſq; bifariam caſtris par-
te una Vbaldinus, Fortebraccius altera adiuncto ſibi Froſinate, operibus intentiſſimi
erant, fiebant tamen crebræ ab oppidanis eruptiones, & Guiniſij filijs ſtrenuè militaria
obeuntibus, ciuitate quoq; Florentinũ acerrimè exoſa, certior Lucenſi retinẽdæ, quàm
Florentino capiendæ urbis ſpes conſtabat. Maritimas etiã Senenſis Petrutius ſubmiſit
Guiniſio copias, Cathelanis ex Hiſpania piraticã exercere aſſuetis mercede conductis,
qui triremium ſex nauigio Piſanum portũ adiacentiaq; hinc inde littora infeſtarũt. Vn-
de ſublatis maritimis ſubuectionibus & in caſtris Florentinorũ erat penuria, & illis cõ-
meatu replẽdis, Piſas, Florentiã & alia Florentino ſubiecta Hetruriæ oppida oportuit
exhauriri. In ea obſidionis lentitudine, expertũ crebra, ſed debili eruptione hoſtẽ For-
tebraccius Froſinaſq; ſpernebant: Hincq; ſolutiori diſciplina cõtinebant copias. Id cõ- G
ſpicati è mœnibus oppidani ſelectis ex ciuitate impigris quibuſq;, & mercenario pedi-
tatu equitatuq; adeſſe iuſſis, duos mille armatos per noctẽ cogunt, ſub ipſumq; ſolis ex-
ortum erumpentes tanta in Fortebraccij & Froſinatis caſtra incubuerũt procella, ut du
ctoribus in fugam conuerſis nuſquam loci fuerit repugnatum. Ventũ erat ad magiſtra-
tus Florentini populi prætorium. Iſq; hoſtibus parietem ut perrumperent obtundenti-
bus, de ſupremis ædibus opem uociferãs ab exercitu efflagitabat. Bernardino aũt, quã-
primum obſeſſos erupiſſe uidit, aciem in patentem urbis portã ducente, pedem retule-
runt Lucenſes, & bombardis quatuor in urbem raptim tractis, multiſq; abductis cum
præda militibus, ſeſe intra mœnia incolumes recepere. Cathelani item cum oſtia Arni
quandoq; ingreſſi, quando immiſſis per ſtagna & paludes lembis, agreſtes armentaq;
Florentinorum abegiſſent, Liburnium ſunt delati, & nauim onerariam, quæ ſub ipſam
arcem reducta fuerat, remulco tractam, oppidanis arciſq; cuſtodibus enixè reluctanti-
bus abduxere. At Florentini poſtquam Guiniſium neq; obſidione, neq; oppugnationi H
bus domare, aut ad deditionem perducere quiuerũt, modum intentarunt oppugnatio-
nis aliàs inauditũ. Auſerim nanq; qui fluuius urbem præterlabitur, quo tempore effuſi
immodicè in Apennino imbres illum auxerant, immittẽtes urbem ſubmergere ſunt co
nati. Curauit id opus Philippus Brunalicis ciuis Florẽtinus, maximo uir ingenio, qui ſu
perbiſſimũ in ſacris Reparatæ ædibus fornicẽ abſq; cẽtrico ſubſtẽtaculo, ad ſummũ uſq;
perduci, primus edocuit & curauit. Is regionẽ cõtẽplatus, inſani operis foſſas, ab flumi-
nis alueo, q cõtra ciuitatẽ eſt, perduxit ad proximos torrẽtes, qui in Auſerim deriuati &
fluuiũ ipſi augebãt, & currẽtes illius aquas impetu ſuo remorati in mœnia retorquebãt.
Aliã q̃q; fluminis inferiori in parte claudẽdi, ut tumefacta alluuio urbẽ inũdaret, inſtituit
rationẽ, quã cũ inefficax fuerit duximus omittẽdã. Expauerũt primo deductorũ in ſe ri-
uorũ aſpectu Lucenſes, & aggerib. circũ muros cõportata populariter materia adauctis
intumeſcẽtes aquas obſtinato tridui labore à mœnibus repulerũt. Tandẽq; cũ aquas ad
ſummũ pductas, aggerib. ſuis inferiores eſſe cernerẽt, liberatos ea ſolicitudine animos.

ad aliud

A ad aliud facinus cõuerterũt, & Fortebraccium Fronſatemq́; uidẽtes eo in ſpacio quod
Auſeris alueũ & nouos interiacebat riuorũ aggeres caſtra habere, eruptione facta per-
fringunt opera, ut aquis patẽtes campos cõplentibus, alluuio nouum aggerẽ muris ad-
ditum deſtituerit, & caſtris mutatis cõpulſus fuerit recedere Florẽtinus. Appetebat tũc
hyems, & obſeſſis atq; obſidẽtibus à prælijs oppugnationibuſq; quies erat. Senẽſes ue-
rò, quos Lucenſium oppreſſionis ureret cura, cùm ſoli pro illis bellũ ſuſcipere nõ aude-
rent, Philippũ Mediolani ducem, Genuenſeſq; in id propellere ſatagebãt: eorum nanq;
iuſſu Antonius Petrutius Genuã ſe contulit, & multis apud Genuæ primores illis cõtra
Florentinũ inſtigandis uariè intẽtatis acceſſit Mediolanum, ubi pleroſq; dies occultus
fuit, à Philippo iuſſus, qui Venetos Florentinoſq; oratores Andream Contarenũ Lau-
rentium Medicem apud ſe habentes latere uoluerit, ſeſe aut requiſitum, aut ſpõte ſua de
afferẽda Guiniſio ope aliqualiter cogitare. Quamprimũ uerò intellexit Philippus, à Pe
trutio omnia quàm eſſent ſpondẽte maiora: quantum eſſet æris quod Guiniſius Senen-
B ſeſq; bello poſſent impendere, illico in illud procliuis redditus, Franciſcũ Sfortiam ad-
monuit, ut ſeſe Petrutio facilẽ exhiberet, dimittiq; obſtinatiſſimè poſtularet. Intereaq;
Philippus dum Sfortiam Lucenſi dare ſtudet, Veneros Florẽtinoſq; quod exploraturi
aduenerãt magna uerborũ pompa cõtendit reddere certiores, nihil eſſe inſtitutioni ſuæ
contrarium, nihil deſiderio aduerſum magis, quàm belli etiam uictoriæ propoſitã ſpem
habẽtis anxietatibus ultra implicari: proinde cõſtituiſſe, quos habuiſſet ad eam diẽ du-
ctores bellorũ, quo quiſq; ordine mereri cœpiſſet, miſſos facere, & pactione cum Petru
tio clandeſtinè inita, Sfortiã in publicũ efferre iubet, ſeſe qui ociũ deſidioſamq; Philippi
pacẽ oderit, Beneuentũ patriam & regnum Apuliæ bellis cõtinuò nouatis ſcatens, pe-
tere cupientiſſimũ, peropportunè à Philippo dimiſſum eſſe. Accipiũt illico emerita ſti-
pendiorũ æra Sfortiani milites, repetũt publica admoniti buccina opifices, quas quiſq;
cohortibus crediderat pecunias, perplexos ea res animo reddidit ſocios belli popu-
los, quibus eſſet ſuſpectiſſimũ Philippi ingeniũ. Quoniam autẽ Sfortiæ ætas & propoſi
C ta in Apulis, ſi eò ſe cõtuliſſet, ſpes maxima amplitudinis, ea ſimillima uero facerẽt, q̃ ni-
mis ambo cupiebãt populi futurum facile crediderunt. Veris itaq; quod iam aduenerat
principio, profectus Mediolano Sfortia cohortes peditatumq́; in Parmenſibus cogere
ſimulans, ſub primis Apennini collibus ſubſedit, adeunteſq; dimiſſos de induſtria à Phi
lippo diuerſarum milites cohortium, in communem, ut dicebat, fortunam accepit. Cõ-
uenerunt ad eum Veneti & Florentini, populorũ ac Guiniſij oratores, hi ut diſſimulans
properaret, & neceſſariã laborãtibus opem ferret, illi ut à Philippo dimiſſus, ad ſua con-
duci ſtipendia cõſentiret. Fouit eos pari ſpe Sfortia, quouſq; Philippus Veneros confi-
ſus quieturos, quippe quos intelligeret nihil ab eo ſuſpicari cõtra fœdera factũ eſſe, fecit
traducẽdi in Hetruriam poteſtatem. Tertium Sfortia in Parmenſibus exegerat mẽſem.
Quo in tempore Florentini Venetos renouãdo bello duros renitenteſq; uidentes, no-
tiſſimam Philippi machinationem intelligere diſſimulabãt: attamen delectibus q̃ ma-
ximis onerosa habitis impenſa & caſtra auxerãt Lucenſia, & ſaltus Apennini Parmẽſes
D à Lucenſibus dirimẽtes, frequenti ubiq; præſidio obtinebãt. Sfortia autem Põtremula-
no ſaltu cum tribus paratiſſimis cohortibus peditibus octingentis traiecit in Liguſti-
nos & prima in Carfagnanæ uallis ſummitatibus fecit caſtra. Ibi Fortebraccio ſaltibus
arcẽti cõgreſſus eum facile repulit, & aggreſtibus Guiniſio ſtudioſis caſtella dedẽtibus
Carfagnana ualle illico eſt potitus. Tum Florentini eum tanquam imbrem ſupernè im-
minentem declinantes, ſoluta obſidione Luca in ripæ fractæ collẽ, qui medius Piſas in-
ter & Lucam natura loci eſſet munitiſſimus exercitum reduxerunt. Deductis in cãpos
copijs Sfortia non prius urbem Lucam introduci eſt paſſus, quàm oppoſita portis Flo-
rentinorum præſidia, magno expugnata militum Lucenſiumq; ardore recipit incen-
ditq;. Ingreſſum urbem ouans excepit Guiniſius, quod tamen ciuitati obſidionem per-
peſſæ diutinam grauis eſſet exercitus, in hoſtem duci placuit. Cúmque eſſent qui ca-
ſtris hoſtium caſtra contenderent conferenda, Sfortia in Piſtorienſes, eo duxit con-
ſilio, ut in deſtituta militum præſidio frequentiq; uicis & Caſtellis regione ditaret ex-
ercitum, ſimul hoſtes coactas in ripa fracta copias auertenda à Florentino agro uaſti-
tate compelleret ſuperare. Appulſis itaq; Bugiano copijs Ladislao Guiniſio Pauli filio
comitante

comitante caſtellũ cinxit, cuius ſuburbia ui expugnata & prædæ militibus expoſita in- E
cẽdit:inde caſtris ad Piſſiæ mœnia metatis,oppidi omniũ regionis opulẽtiſſimi illo bre
ui potiturus uidebaẽ,cum ſublatis derepente ſignis retroceſſit. Multiplex illius receſſus
Sfortiæ fuit cauſa, quæ altiuſculè repetita edocebit,id bellum maioribus ꝙ quæ illo ap-
paruerint tempore machinationibus geſtũ eſſe. Expugnatis,ut oſtẽdimus pręſidijs quę
Florentini Lucenſium oppoſuerãt portis, Sfortia ingentẽ pecuniæ uim,& ſecũdi ſeme-
ſtris fœderum innouationẽ petere cœpit, & cum Guiniſius reſpõdere diſtuliſſet, eaſdẽ
ille poſtulationes apud Bugianum fecit: fuit uerò in concedẽdo tardus renitenſq; Gui-
niſius,ægre enim id impendiũ faciebat,quippe cui aſſueto quieti & ſeruãdis frugalitate
opibus,multo minor eſſet opinione omnium auri cumulus. Interim Florentini ingentẽ
pecuniæ uim, & continuanda in annos ſtipẽdia Sfortiæ offerebant,ad eamq; petitionis
modeſtiam deſcenderãt, ut ſi etiam ſua recuſaret ſtipendia, ſaltem inſtitutũ in Apuliam
continuaret iter,ingentem æris ſummã in pręmium ab ſe itineriſq; uiaticum habiturus.
nec tamen ideo abſtinebãt, quin Guiniſio ſuadere conarentur, ut Lucã in Sfortiæ pote- F
ſtatem breui futuram,ſecum permutaret,caſtella pleraq; in Romandiola & auri ſummã
in præmium percepturus. Quę cùm reſciſſet à Guiniſio Sfortia,renunciauit Philippo. Is
uerò prius damnare cœperat hominis auaritiã,cui nõ fuerit ſatis fortunatũ & capitis pe
riculo liberari,ut liberatrices etiã copias alieno ſumptu ali quęſiuiſſet. Quare his auditis
quæ Sfortia renunciauerat,magnã de Guiniſij fide ſuſpicionem cœpit præ ſe ferre. Tã-
demq; Petrutij uerba , de ingenti illius gaza multorũ ſermonibus ſæpenumero confir-
mata uoluens animo,ab indignitate & ſuſpicionibus in odiũ eſt cõuerſus, & tantis illũ,
quibus uidereẽ indignus diuitijs,ſtatuit ſpoliare. Sed cùm eam ob rem ſi incautius eſſet
intentata,infamiæ labem,& ſimul belli à Venetis renouandi periculũ imminere cogno
ſceret, conſilium ce pit in quo & utrunq; uitaret incommodũ, & Sfortiæ exercituſq; il-
lum ſecuti cõſuleret opulentię. Admonitos nanq; eius conſilij Sfortiã,& Senenſem Pe-
trutium iubet quamprimũ aliquod de Guiniſio apparuiſſet ſuſpectæ fidei indiciũ,cura- G
rent ne quid afferret hominis auaritia detrimenti: & Sfortia Florentinos poſtmodũ pe-
cunia quam offerebãt exhauſturus inde abiret, inducias in aliquot mẽſes pactus. Florẽ-
tini autẽ per id temporis auertenda quã timuiſſent ex Lucenſi bello calamitate ingenio
uſi erant, & licet magnis,ut oſtendi, pollicitationibus Sfortiam Guiniſiumq; conati eſ-
ſent ad partes ſuas pellicere,illis tamen in odium inter ſe diſſidiumq; adducẽdis,epiſto-
las diſſeminauerant confictas, tanquam ſerio miſſas, quarũ quæ ad Sfortiæ manus per-
ducebantur de fœdere cum Guiniſio propemodũ icto, quę Guiniſio tanquã ex impro-
uiſo offerebantur de ſua urbiſq; proditione, quã breui facturus eſſet Sfortia, cõtinebant
uerò ſimillimas rationes. Interceptis qui has perferret literas, Sfortia Petrutium ut con-
ſtituta inter ſe ocyus exequaẽ admonet, qui aliquot ex ciuitatis primoribus, rerũ noua-
rum,ut nouerat cupidis,ad Guiniſium in arce diuerſis rationibus conuenire iuſſis,tyrã-
num nihil tale à Senenſi ſuſpicatum,cum altero filiorum comprehendit,& arce portiſq;
urbis nouo munitis præſidio, Sfortiã admonuit,ut quod impigrè fecerat, Ladiſlaũ Gui H
niſium turmas genitoris in caſtris ductantẽ ſibi datis cuſtodibus mitteret carcerandum.
Eo itaq; Lucam perducto, coguntur ad capeſſendã rem communem Lucenſes, & con-
ſtituta eueſtigio reipublicæ forma, deſignati magiſtratus, ingẽtem Guiniſij gazã, multo
tamen opinione minorẽ ſunt partiti: pecunijs nanq; à Philippi populiq; Lucenſis quæ-
ſtoribus, ex arce in ærarium cõportatis, ſupellectilis partem Petrutio, quicquid fuit reli
quum, & arma equoſq; Sfortiæ permiſerunt. Facturus ergo ſatis Philippi cõſiliorum ra-
tionibus Sfortia, ut profectionem in Apulos deſtinatã Florẽtinis ſuaderet, Senenſes li-
teris nũcijſq; territos exorauit, caſtella redderent, Racicoſinum aliaq; Sfortiæ genitori,
quo tempore apud Beneuẽtum carcere tenebatur ſurrepta: alioquin fore comminatus,
ut in ea, quam in regnũ Apulię inſtituiſſet profectione, illos male multatos, plurima uel
inuitos cõpelleret exhibere. Dumq; eam ſimulat profectionem, Florẽtinos incipit ex-
audire, & duodequadraginta auri milibus quæ genitori Sfortiæ populus debuiſſet Flo
rẽtinus acceptis, Mirandulã cõceſſit Lõbardiæ oppidũ, pactus aut ſex cõtinuos men-
ſes illic moram trahere, aut ſi prius abſcedere ſtatuiſſet in Apuliam ſe cõferre. Lucenſes
uerò profecturus uel ea ratione conſolatus eſt, quod hyeme imminente in qua ciuita-
tem

A tem commeatu exhauſtã,legio ſua affectura erat, præſentis belli rationibus cõduceret,
& hoſtem diſſoluẽda æris magnitudine grauatum identidem exhaurite,& ſuæ legionis
equos pabuli penuria iſthic petituros reficere pollicitus ſub ipſum ueris ptincipiũ affo-
re,& renouato bello rem illorũ ad uota cõfirmare. Petrutius etiã & ipſe Luca profectus
Guiniſios genitorem & filios Genuã,& inde Papiam perduxit ad carceres. At deſtituti
Sfortiæ præſidio Lucenſes,& ſi Philippi ſpe alebant apud Florẽtinos magnis precibus
inſtiterũt,ut liberatum iam populum, uetuſtis quæ ante oppreſſionem à Guiniſio factã
ſibi cum illis fuerãt libertatis fœderibus,ſocium amicumq; reciperent. Sed Florẽtini ma
ximo & ciuitatis facultates exuperante impẽdio undiq; copias cõtraxerant,quibus ad-
motis ſperauerũt afflictã & omnigenũ rerum inopia laborantẽ Lucam conficere. Quã
ratione copijs quo die Sfortia Apenninũ traiecit ciuitatis Lucę portis mœnibuſq; obie
ctis reſponderũt, Non eſſe eandem Lucenſibus,quæ olim fuerat libertatẽ, ſed factionẽ
nouo addictam tyrãno,rerũ in ea potiri,proinde ſi urbem in Florentini populi fidem ſi-
B ne ullis dederẽt conditionibus,futurũ ut ſeſe ſentiant optima donatos libertate,qui po-
pulo ſanctiſſimis uiuenti libertatis legibus,parere libẽtes animũ induxiſſent. Renuerũt
conditionẽ Lucenſes,& Florẽtinus urbem circunſedẽs præſidia primis munitiora por-
tis oppoſuit. Tum Philippus cui exploratũ eſſet, Florentinos pendẽdis tanto exercitui
ſtipendijs, adeò exhauriri ut breui ad extremã rerum exiguitatem uiderẽtur peruẽturi,
nouo illos bello Genuenſiũ implicauit. Hi nanq; Lucenſibus in fidẽ protectionẽq; Phi
lippo iubẽte acceptis, Lauẽtiæ & Petraſanctę caſtellis pręſidia impoſuere,& miſſis Flo
rẽtiam Venetiaſq; oratoribus curauerũt hos quid animi aduerſum ſe habituri eſſent,ui-
cino & ſæpe aliàs fœderato ſibi populo Lucenſi opem laturos inrerrogari,illos uerò ne
cõmiſſum fidei ſuę Lucẽſem ultra læderẽt admoneri. Veneti nulla uſi uerborũ circuitio
ne reſponderũt , ſe quemadmodũ urbem Lucam nulla ratione aut oppugnare, aut pro-
tegere Venetorũ intereſſit,ita nullatenus quis protegat oppugnétue curaturos. Proinde
ſi Genuenſis in ea quam cum Florẽtino ſibi futurã ſuſpicaretur intenderétue belli dimi
C catione, Venetos non læſiſſet, pacem amicitiamq; ex fœderum formula,ut antea ſtatu-
ram. Florentini uerò cũ nimis uera oratoribus reſpõdiſſent, elatos natura uiros dimiſe-
runt furentes. Illis etenim multa de Genuenſiũ moribus,magnanimitate,& erga ſocios
fideiq; ſuæ cõmiſſos pietate præfatis, & quid animi erga Genuenſem populum Lucam ,
urbem protegere diſpoſitũ haberẽt Florentini interrogantibus,reſpondit paucis ex ſe-
natus,populiq; ſententia uexillifer iuſtitiæ qui ſummus eſt in ea republica magiſtratus;
Non eſſe liberũ Genuenſem,cui aut talia quærere liceat,aut quęrenti cõueniat ſerio re-
ſponderi. Abeuntes rapidùm oratores, quacunq; incedebãt in obuiorum faciem,futu-
rum propediem dicebant ut malo edoctus ſuo intelligat Florẽtinus, ſeruiat ne an liber
ſit populus Genuẽſis,oratoribuſq; in patriã reuerſis, deſtinatus antea eidem bello Picci
ninus,ex caſtellis reuocatur,quæ illũ in Luguſtica orientali Genuæ Riperia oſtẽdimus
expugnaſſe. Florentiæ autem nouus accuratiſſimuſq; habitus eſt delectus, in quo præ-
ter minores peditum equitumq; ductores, Guidantonium Vrbinatem unum , alterum
D Fauentinum eccleſię uicarios conſcripſerunt. Fauentino autẽ,qui eſſet in re militari ex-
ercitatior,quadringentorum ſupra mille, Vrbinati, quem ad ſummũ ductorem exerci-
tus creauerunt,mille equitum ſtipẽdia attribuerunt. At Veneti accerſitum Lucã à Ge-
nuenſi Piccininum audientes,penè in id ruerunt bellum, ad quod pridem à Florentino
maximis precibus trahebantur: placuit tamen priuſquã quicquã intentaretur noui, Phi
lippum commonefacere,maiora ab illo contra fœdus ictum cõmitti quàm quæ diutius
pati poſſent aut oculis cõniuentibus pertranſire. Ad quæ Philippus per oratorẽ reſpõ-
dẽs,nihil eſſe,inquit,cur fœdera ab ſe uiolari tam cõſtanter debeãt affirmare,ſi Genuẽſi
Piccininum,ſi Lauellanium alióſue ex ſuis populo optimè de ſe merito poſtulãti, & pro
pria impendẽti æra nõ prohibeat militare,facile tolli & ueritate ipſa euerti,q̃d illi argu-
enda fœderũ uiolatione in primis ſupponãt fundamentũ: quæcunq; ſcilicet Genuenſes
Philippo ſubditi aggrediantur,in Philippũ accepta dominũ referenda, quoniã & liberi
aliqua ex parte ſint Genuẽſes,& bella pacémue ex arbitrio ſibi quærere per eas poſſint
cõditiones,quibus ſe illi à principio dediderunt,docere id multa,& ultra formulã dedi-
tionis,quam tunc orator è ſinu prolatã exhibuit,nõ obſcuro,non conficto,nõ falſo illis
argumen-

argumento eſſe debere,pacem quã Veneto populus Genuenſis inuiolatam ſeruauerit, B
primo bello quod tãtis partiũ conatibus,tãtis undiq; imploratis auxilijs,Philippus Ve-
netiq; geſſerũt. Quantũ uerò attineret ad dimiſſas, uel quod in peiorem duceretur par-
rem,datas quæ Florentino bellum inſerrẽt copias,non ire inficias Philippũ dediſſe peti
tas amicis Genuẽſibus auxiliares Piccinini & Lauellani cohortes, quibus propria Ge-
nuẽſis populi cõductis pecunia ſuis ſociorúmue tutãdis rebus uterenr̃:pari item forma
Venetis,ſi libitũ ſit,licere per fœdera,ſuasFlorẽtino mittere,quarũ ope &opera amicus
ſociuſq; populus, ſuſceptũ contra Lucam bellum ad uota cõficiat. Deterriti magno ad
renouãdum bellũ Philippi apparatu Veneti, ſatis pro tempore Philippũ ſuſpicionibus
feciſſe ſimulãtes,ſeſe cõtinuerunt.Proceſſerant interim Piccininus Lauellanuſq; & Ma
cra tranſmiſſo apud Petrã ſanctã ea ratione ſubſederant, quod Florẽtini illorũ curſu re-
tardando, montẽ cui Magno eſt nomẽ,unde itinera in Lucenſes faciliter obſidẽtur, fir-
mo præſidio obtinebãt:Cuius oppugnatio cũ nimis diuturna indigeret circunſeſſione,
Piccininus ſubiectũ collem,caſtellis excitatis peditatuq; impoſito cõmunitum cõmea- F
tibus tutũ fecit.Florentini uerò caſtra pro Auſeris ripa,quæ ad Lucã pertinet, paruo ſu-
pra urbem ſpatio metati,foſſam in bemicyclum ad amnem perductã exercitui circũde-
derant,ut quos fluuius per eam quæ tunc erat byemẽ mediã,aquis cõtinuò tumẽs,à Pic
cinino tutaretur,foſſa etiã à Lucenſium eruptionibus ſaluos redderet. Maiores aũt mul
to quàm hoſtibus copiæ tunc erãt Florẽtinis, quippe quibus in eo exercitu ſena equitũ
milia,ſub Vrbinate,Fauentino, Vbaldino,Froſinate,& Fortebraccio militarẽt,cũ ultra
peditatus mercede cõducti milia quatuor non parua ineſſet caſtris auxiliorum & agre-
ſtium multitudo. Piccininus uerò, & adſiſtentes illi ad continuandã cœpti ſimulationẽ
Genuenſium pręfecti,equites pediteſq; pari fermè utrorũq; numero,miliũ octo exerci-
tum habuerunt. Diſpar tamẽ longe fuit utriq; exercitui ratio commodorũ,quod Picci-
ninum cõmeatu nauibus importato Genuenſes abundare curarent, Florentinos clauſi
obſeſſiq; à Genuẽſi portus & ſubiecta hoſtiũ mœnibus caſtra in quæ difficilis periculo
ſaq; erat cõportatio,ad commeatus carẽtiam famemq; perduxerint,ut multis caſtra de- G
ſerentibus nõnulli ad boſtes tranſierint, omnes obſidionẽ cenſuerint omittendã. Dum
ea ratione mouẽdáne eſſent caſtra duces cõſultabundi penderẽt, fortè Auſeris paululũ
decreuit:quod cum eſſet Piccinino renunciatũ,expediri perſerriq; iubet à calonibus cõ
meatum,quẽ Florentinis,ur rebatur,cedentibus,Lucã importaret.Factus tamẽ in con-
ſpectũ boſtibus, cùm eos ſeſe caſtris uidiſſet continere, ſua & ipſe caſtra ſecundũ Auſe-
rim cœperat deſignare,cum ſole iam in ueſperam declinante Florẽtini exercitus militẽ
longo conſpicit interuallo fluuiũ uado trajcere,ut armenta ſub tumentis fluuij tutela li
berius errãtia prędarer̃.Structis itaq; eueſtigio aciebus,ſingulis quo procederẽt ordine
implorauit. Nec tamẽ uadum cõplanare, & perpaucos traducere tãta potuit celeritate,
quin præſto affuerint Florẽtini:quos cũ uidiſſet foſſa, quæ ab urbis mœnib.in Auſerim
dudũ perducta eſt ſuperata, in ſuos ferri militẽ adhortatus eſt, irent, immitterẽt turmas,
hoſtem breui diſſipandum pugnando diſtinerẽt: & ipſe ad extremum inſtans urgenſq;
cum ſignis & toto exercitu eſt ſecutus: conſertũ eſt illico prælium,uictiq; ſuccub uerũt, H
quos præmiſerat Piccininus,ꝗ ſonipede inuectus eleuatiore,in ipſo Auſeris alueo ade-
rat adhortator,irruerent,properarẽt,in patentes euaderẽt campos, boſtẽ ignauum,pin
guem,futurum prædã, quod & ipſe accederet, pugnãdo ne fuga ſibi cõſuleret retarda-
rent. Tũc impulſos à ſubſidiaria cohorte pedites ,equoq; uſos debiliori equites multos
abſorpſit amnis,plurimos inuoluturus,niſi ſingulis ꝗbus maiores melioreſq; eſsẽt equi,
illis retinendis ſubleuandiſq; uſus eſſet in alueo Piccininus.Deſcẽderat in apertã plani-
ciẽ Antonius Pergulanus Angeli filius,&omnibus Piccinini equitibus peditibuſq;,qui
fluuium ſuperaſſent in tumultuariã aciem cõglobatis Florentino militi reſiſtebat,nullo
item ordine impetendi, cum furentes pari animorũ ardore adoleſcẽtes Fauẽtinus For-
tebracciuſq; cõmiſſo acriori prælio illum ac quotquot repugnando audaciores ſuderãt
interceperunt. Vrbinas interim ad primos trajcientis fluuium hoſtis clamores cõcitus,
armari exercitũ, quos deinde boſti ſubito obſiſtere, quos ſigna ſeq; uellet ſubſequi, im-
perabat.Dumq; ſtruerẽtur ex eius imperio Florentinorũ acies,Piccininus ad eos qui fa
cti erant circa Pergulani pugnã clamores, alueo excedens aliam & ipſe ualidiorẽ ſtru-
xerat

xerat aciē, cuius robore fretus, tamdiu cōtinuit hoſtis impetum, quoad omnis tranſmit
A teret multitudo, tum omnibus in ordines redire iuſſis, pugnā ſenſim in apertos campos
ad dexteram retrahebat. Nec ſegnes eo in tumultu fuerant oppidani, ſelectos etenim ex
mercenario & ciuitatis milite octingētos ad Piccininū miſerūt, & tragulis miſſilibusq;
ac bōbardis, hoſtem & ipſi eo in ſpacio quod Auſerim & Lucam intercedit ſtruentē aci
es infeſtabant. Dum ea utrinq; magnis conatibus parabant, Petrelinū Vermem, Nico-
laumq; Guerreriū Ottonis Ruffi Parmenſis filium iuſſit Piccininus cuneo ſecundū Au
ſerim, ex inſtructa cui pręerant cohorte facto, mediā hoſtis aciē penetrare. Qui iuſſa in-
pigre exſecuti, Fortebraccio Fauentinoq; repulſis cæteros fugam cōmittere fœdiſſimā
cōpulerunt. Ea cum renunciata eſſent Vrbinati, immittendis, ut diximus, in hoſtē ordi-
ne aciebus & reprimendis oppidanorū eruptionibus intēto, dubius quid faceret ſubſti
tit, & pugna ab ultimis in fugæ ſpeciē retrocedētibus, ad id ſpacij ꝙ urbem Auſerimq;
interiacet reducta, à multis ſuaſus pendebat in fugā: cum ex prima excedens in qua pug
nabat acie, Vbaldinus illi gener uirū principatu opibusq; onuſtū, hoſti potius audaciæ
B ob prædam ſtimulos, q̄ ſuis ex rei militaris peritia animos additurum, Piſas de fuga re-
duxit incolumē. Tanta interim procella incubuit Piccininus, ut terga ubiq; dātes Florē
tini nullo in loco præliū inſtaurare tentauerint: ꝙ cū ab ijs intellectū eſſet, qui de mœ-
nibus ꝓſpectabant oppidanis, nullo quin erumperēt cōtineri imperio potuerunt. In ea
diſſipati exercitus fœditate facta eſt omnifariā rerum præda. Nam & machinæ caſtris,
baliſtæ, bōbardæ, ac cætera tormentorum inerant genera, magno cōparata ptecio, ma-
ioreq; impendio cōportata. Arma equosq; militum & diuitem impedimētorum ſuppel
lectilem, nō cōtemnenda ſpolia propè æquauit redemptio collectitij ex agro oppidisq;
tyronis, quem exercitui ineſſe oſtendimus frequentiſſimum. Cędes uero pro uicti uicto
risq; exercitus magnitudine fuit parua, paucis uulneratis, paucioribus deſideratis, præ-
ter agreſtes aliquot, qui iacturæ ſi intercepti fuiſſent timore dum Auſerim tranare cōfi-
dūt, uitā in fluuiū abiecerūt. At ductores q̄ ex Florētinorū exercitu integrioribus eua-
ſerunt turmis, Fauentinus Fortebracciusq;, ripā fractam, & cum loco diffiderent, hic Pi
C ſas, ille Florētiā aduolarunt. Iniecto ubiq; de hoſtis acceſſu pauore, quē etſi magnus fu-
it, maiora ſecuturū mala cōſtitit fuiſſe, ſi uſus uictoria Piccininus, ſigna uel Piſas uel Flo
rentiā intuliſſet. Quod aūt ſe à Philippo ſeruanda Luca, nec Florentinis aliter lædendis
datum diceret Genuenſibus, à nullo perpelli potuit, ut militem uel prædabundum Flo-
rentinos fines ingredi pateret. Spolijs hoſtium magno collectis diuiſisq; populi Lucen
ſis & militum applauſu, prima fuit Piccinino cura cōmeatum egenæ laborantiq; fame ci
uitati importare: exinde recipiendis quæ Florentinus præſidio tenebat, Lucenſiū caſtel
lis intendit, quibus paruo recuperatis negocio, Pontremulum obſedit, cepitq;, ꝙ oppi
dū ſuperiore, ut diximus, anno, obtinere nequiuerat. Afflictis ea clade Florentinorū re-
bus, Veneti nequaquā ultra differendum rati, ſeſe ad bellum æſtate futura ſuſcipiendū
parant, & delectu mercenariorū plerisq; in locis Italiæ habito, oēs in id bellum trahere
ſunt adniſi, quos Philippo cognouiſſent infenſos. Florentini pariter exhauſtā ære cōti-
nuatis tot annorum bellis ciuitatem, nouis fatigant excruciantq; impenſis, ut deletum
D inſtaurent, nouumq; cōſcribant exercitum. Quod tñ in primis Senenſium formidarent
bellum, oratores ad illos Venetorum ſuosq; mitti placuit. Quibus ea uerborū acerbita
te reſpōſum eſt, ut nemini apparuerit dubiū, quin in bellū illi quamprimū iuſſiſſet Phi-
lippus ruituri eſſent: multa etem̄ in Florentinos & publice & priuatim ſunt dicta, ꝙ Lu
ca prout ſperauerant uel ſubacta uel exciſa bellū in eos continuare decreuiſſent. Et pau
lopoſt Antoniū Petrutium, qui poſtq; Guiniſios in Ticinenſem perduxerat carcerem
Genuæ ſubſtiterat, habita de eo extra ordinem ratione, populi capitaneū deſignarunt,
iniuncta ſibi decreto, ꝙ oratoribus legendū permiſerunt, cura, ut ne quid reſpub. pate
ret detrimenti, ex ſententia ꝓuideret. Oratoribus Florentinorū in patriam reuerſis, nun
ciatum eſt Petrutiū à populo accitum inijſſe kalendis Ianuarijs magiſtratū, & paulopoſt
illum aduenifſe Franciſcum Spinulā Genuenſem, q̄ curāte Senenſis populus cum Ge-
nuenſi fœdus percuſſerat, fore utriſq; belli pacis'ue cōiunctionē. In quę itē fœdera, poſt
paucos dies cōſenſit Ludouicus Planenſis Plombini tyrānus, q̄ multos ante annos, ſub
Florentini populi tutela ac ſocietate degerat. Quæſiuerant interea Veneti, quæſiuerant

enixius Florentini, Frãciſcum Sfortiã legionem apud Mirandulam, ut promiſerat, con B
tinentẽ, permiſſa rei bellicæ ſumma datiſꝗ quotquot petere animum induxiſſet in ſtipẽ
dia pecunijs, ad partes ſuas perducere: pependitꝗ aliquãdiu adoleſcẽs ad Florẽtinos in-
clinatus, genitori olim Sfortiæ amiciſſimos. Quę quũ reſciſſet Philippus, medicata pro
ætate moribusꝗ illo retinendo adhibuit remedia. Filiã nãꝗ Blancam Mariam nomine
quã habebat unicã, ætate tñ uiro immaturam, quæ uix octauum attigiſſet annum, illi in
matrimonium deſpondit, pollicitus niſi maſcula augeret prole, hæredem illum princi-
patusꝗ inſtituere ſucceſſorẽ. Tum bello quod tñ undiꝗ fatiſceret, Philippũ inter Ve-
netos Florentinosꝗ nondum renouari cœpto, mors Romani põtificis Martini quinti,
partes ambas animis pendentes dubiasꝗ pauliſper à nouis motibus retardauit. Is etẽm
põtifex ex familia, ut lõge ſupra oſtendimus, Colũnenſi Romanus ciuis, uir certe ſapiẽs
prudẽtiſſimusꝗ fuit, cuius ductu & felicitate, Romana eccleſia miro floruit modo. Qui
cũ aliorum in Italia principũ populorumꝗ obtinere nequiret, ſuæ & Romanæ eccleſię
ſubditorũ paci cõſeruãdæ intentiſſimus erat. Quàm primum itaꝗ Venetum patria pon F
tificẽ ſuffectum eſſe auditum eſt, diuerſa ilico hinc ſuſpicio, inde ſpes inuaſit partium ani
mos, ceſſatũꝗ eſt ꝓpemodum à bello utriſꝗ in maximam uoluntatis intentionisꝗ Ro-
mani põtificis expectationẽ adductis. Oſtenſuris itaꝗ nobis, quod permaxime uidetur
neceſſarium, quæ poſt creatũ põtificem nouum rationes cõſiliaꝗ partium fuerint reno-
uãdis tãtorum motuũ bellis, quanta uidimus Italiam ſuis laceraſſe temporibus, nõnulla
altiuſcule repetenda ſunt. Martino quinto uita functo, Gabriel Cõdulmarius patria Ve
netus, cardinalis Senẽſis electus eſt in Romanum põtificem, cui Eugenio eius uocabuli
quarto, prout uoluit, nomẽ fuit. Habuit uero huiuſce faſtigij fortuna, qđ ſemper in reb.
cõtingit humanis, admixtã infelicitatis partẽ: & quod à multis ea tẽpeſtate nõ inſulſe eſt
iactatum, quæ res defuncti põtificis omnium iudicio ſapientiſſimi, maximas cumulauit
laudes, eadẽ ſuffecti opulentiſſimam labefecit fortunam. Martinus nãꝗ qui omnia pa-
ſtoris boni munera prudentiſſime obiſſet, & quam reperit rerum inopem eccleſiam eue
xiſſet ad ſummũ potentatũ, pecuniæ uim ingentem ſumma coaceruauerat diligẽtia: cui G
ſuperſtites fuerũt nepotes ex Rentio fratre tres, unus cardinalis Proſper nomine annos
natus duodeuiginti. Princeps Salernitanus alter, omnibus ætate ſuperior Antonius no
mine, qui tñ nondũ attigerat quartũ ſupra uigeſimũ ætatis annũ, & Edoardus natu mi-
nimus, uix infantiã ſupergreſſus. Hisꝗ patritia Columnenſiũ familia oriundis, erant Rõ
mæ amici & clientes multi uetuſtę familiæ gratia parati, quorũ tñ numerum Martini põ
tificatus adauxerat, & præter oppida à maioribus poſſeſſa oẽs illi terrarũ eccleſiæ arces,
in eorum poteſtate erant. Nouo itaꝗ pontifici declarato Adriani molem, ſancti Ange-
li caſtellum, & arcẽ Oſtiæ adoleſcentes reſtituũt, & magnã partẽ pecuniæ dono mittũt.
Bononiẽſes interim qui Martino pontifici, prout oſtendimus, dudum rebelles fuerant,
in ſpẽ noui põtificatus bonã adducti Eugenio Bononiam dediderunt. Videbaturꝗ res
eccleſiæ quę illi tradita eſſet opulenta quietaꝗ ad ſummam amplitudinem peruentura.
Oratoribus aũt principum liberorumꝗ populorum pontificem nouũ ex more uenera-
tũ aduenientibus, primi qđ fermè ſunt cæteris propinquiores, fuerant à Florentinis, Phi H
lippo & Venetis miſſi, inter quos pacẽ cõponere quum rogaret põtifex, futurũ ꝓſta-
tus eſt, ut ſe acrem experiret hoſtem, quicunꝗ illam renueret oblatam, uel poſtea quod
pridem acciderat uiolaſſet cõſtitutã. Quod uero interim Florẽtini ſuę reipublicę copijs
poſt deletum apud Lucã exercitum denudatæ periculũ imminere dicerent, petentibus
dimiſit põtifex Michelottum Attendulum eccleſię militantem. Hiſdem etiã oratoribus
de Senenſi populo querimoniã deferentibus, qđ neglecto fœdere ſecum perdurãte, ad
partes Philippi trãſierat, miſit põtifex Senas cardinalem Bononienſem, ex gente Corra
ria Venetum, qui Senenſes à bello ceſſare, & neutri partiũ cõſentire curaret. Ea tulit gra
uiter Philippus, & ſuſpicatus põtificem odium erga ſe cõtinuare, quod legatus pridem
apud Bononiã cõcepiſſet: illum, ut poſtea euentus docuit, tãquam hoſtem perſequi ſta
tuit. Cõcitauerant interim factionis Columnenſi aduerſæ Romani cardinales Eugeniũ
in Martini nepotes, quos nõ pecunia magis exhaurire ꝙ omnino ſtatu opibusꝗ cupe-
rent ſpoliare. Et cæteris eccleſiæ cardinalibus ob merita Martini & adoleſcentium inno
centiã id ægre ferentibus, ardere cœperat inuidia odioꝗ ſenatus. Eoꝗ loci iam adducta

res erat,

A res erat,ut Colũnenſibus hoſtilem in ſe põtificis animũ intelligentibus, omnia in urbe
Roma,& per prouinciã ſuſpicionis plena eſſent. Quod cũ Philippo renunciatũ eſſet,ag
greſſus eſt pẽdentes in bellũ contra pontificem Columnenſes impellere, oratorq́; quem
Romæ tunc Philippus tenebat,urbanus Iacob Stephanum Columnã nouo põtifici ob
ſequentiſſimũ,pridie ad principẽ Roma abduxit, qui ſimul poſtea rebellarunt. Nã prin
ceps quẽ põtifex patruus militari addixiſſet diſciplinæ, quamprimum habuit explora-
tum,põtificẽ Eugenium,illo pecuniјs ſibi relictis exhauriendo adieciſſe animum, adau
ctis raptim quas habebat copiјs, Germanũ cardinalẽ qui Romæ apud pontificem erat,
clàm domũ reuocarat. Quare Stephanus Colũna urbanusq́; Iacob, adoleſcenti ſtimulo
addito illũ ut urbẽ inuaderet impulerũt. Porta itaq; olim Capena nunc Appia furto oc-
cupata,die poſtero inſtante diui Georgiј celebritate, princeps cũ exercitu urbẽ ingreſ-
ſus,inter Auentinũ & Capitolinũ collẽ,ad ipſius diui baſilicam conſedit. Stephanus ue-
ro parte alia,columnã urbis regionem,cum turma accedens,circa ædes proprias per ho
B rã obuerſatus,à populo Romano curialibusq́;, & Lodouico ac Ioanne Monſtarda For
liuienſibus,q ſoli tunc pontifici militabant,pauciſſimisq́; qui Romã eo aduenerant die,
ſub Tartalia militare cõſuetis,cõmiſſo ad diui Marci prælio, reiectus fuit: unde ad prin-
cipẽ qua uenerat remeans, re infecta abeũdũ cõſuluit. Sicq́; impoſito portæ præſidio, q
urbẽ aggreſſi fuerant die, marinum unde uenerant oppidum reuertuntur. Pontifex inte
rea de parandis ſibi copiјs cogitabundus,comitẽ ſancti Angeli, à Ioanna ſecunda regi-
na Siciliæ feudatario iure obligata,cũ cohorte una ad ſe mitti imperat, & Iacobũ Caudo
lã potentiſſimũ ea tempeſtate ducem belli, in Aprutio cõmorantẽ, mercede conducit,
Cui poſt paucos dies aduenienti, Ioannẽ epiſcopum Recanatenſem põtifex Babucum
uſq; mittit obuiũ,ut iunctis amborũ & comitis ſancti Angeli q aduenerat copiјs, Colũ-
nenſes bello perſequerent̃ acerrimo. Satis interea ſuperq́; Venetis cõſtabat, & pontifi-
cis autoritatem Philippo à bellis deterrendo nihil profuturã, & Florentinos ab ſe deſti-
tutos,ad extremam rerum exilitatem breui peruenturos. Philippum uero qua eſſet uigi
C lantia prudentiaq́;,tãtis rem ſuã aucturum fauoribus, ut Florentinorum pontificisq́; re-
bus,hinc Genuenſiũ, inde Columnenſiũ & qui eos ſecuturi uiderentur tyrannorũ opi-
bus,ex ſentẽtia debilitatis,arma cõtra ſe integer ac propè uictor aſſumeret. Quibus ad-
ducti rationibus Florentinisq́; enixe inſtãtibus, quarto poſt creatum Eugenium põtifi-
cẽ menſe,bellum Philippo inferre ſtatuerunt. Diſtrahent uero ſcribentem, tam diuerſæ
inter ſeſe, q́ frequentes ac propemodum cõtinuæ rerũ Italiæ agitationes. Vtriuſq; igit̃
belli rationẽ, ea diligentia alternatim haberi oportebit, ut cum unius geſta pauliſper at-
tigero, quid id altero per id temporis ſit actũ cõmode explicẽ. Erectus acceſſu Michele
ti populus Florentinus, deſtitutũ,ut oſtendimus, Piccinino, Lucenſem haud ſecus an-
tea premere perrexiſſet, niſi Bartholomęus cognomento Furnarius Genuenſis, onera-
riarũ duarũ nauiũ & triremium quinq; claſſi præfectus, ab Genuenſi populo miſſus, Pi-
ſanũ obſediſſet portũ; Florentinosq́; de populo ſuſpicatos Piſanos, partem copiarũ eò
mittere coegiſſet. Itaq; Veneti nõ eſſe differendũ ulterius rati, fœdera innouarunt cũ po
D pulo Florẽtino, duosq́; quibus cũ noua percuſſerãt fœdera, Montisferrati Marchionẽ,
& Rolandum Palauicinũ, pecunia adiuuerũt. Erat tunc cum copiјs in Brixianis Carma-
gnola, cui Philippus de bello quod cõtra ſe pararet̃ pridem certior factus, Nicolaũ Tol
lentinatem, & Frãciſcum Sphortiam, cum expedita florentiq́; legione oppoſuerat. Cre-
monæ uero apud quã belli ſumma uidebat̃ futura, præfecerat Lodouicum Columnam,
cũ ſelecta ex omnibus copiјs cohorte, & peditatu cui plurimũ fideret ueterano. Contra
Ferratenſem uero, paucis munitũ copiјs, Chriſtophorũ Lauellanũ, Alexandriã Aſtãq́;
præſidio tenere curauit. Mirabat̃ Philippus Carmagnolam quem ſciret bellum illud &
optaſſe ardenter, & ut antea inchoaret̃ immoderatius quæſiuiſſe, multos dies poſt con-
tractas apud Vrcios copias ab incurſionibus tẽperaſſe: quod itaq; erat futurũ ratus, ut
primi belli initio, ſimile ab furtiua alicuius oppidi inuaſiõe, huic etiã bello principiũ da
re ſatageret, cura diligentiori adhibita reſciјt, eſſe qui Laudẽſem illi arcẽ prodere promi
ſiſſet. In ꝓditorem itaq; animaduertens, concitatioreq́; in Carmagnolam odio exaſpera
tus, ſuas in illum machinationes retorquere meditatus eſt, & Soncini præſtãtis Cremo-
nenſiũ oppidi præfecto arcis ſubornato, diẽ illum iubet Carmagnolæ cõſtituere, in ma

tutino cuius crepuſculo accederet arcẽ precio recepturus. Id quum perbelle curatũ eſſe E
renunciaſſet præfectus, Tollentinatẽ Sfortiamq; doli admonitos, iubet Philippus, ut in
tercipiẽdo opprimẽdo'ue Carmagnola, quem opinaret̃ mediocres adducturũ copias,
bipartitã legionem & ipſi hora immitterẽt cõſtituta. Acceſſit in tempore Carmagnola,
& præmiſſos ab eo pedites admiſit præfectus, munitis multo milite ſuperiorib. arcis fi-
ſus: turmis aũt maioribus, ꝙ quibus reſiſti poſſe crederet à Carmagnola ſubſequi iuſſis,
præfectus qđ Philippẽ ſibus dederat ſignũ, denſos de turribus oſtendit fumos, & clau-
ſis carcere qui arcẽ intrauerant peditibus, Carmagnolã quãtis poteſt clamoribus appel
lans, ſe Philippo fidẽ ſeruare denunciat: tũ notis exciti ſignificationibus, ex inſidijs euo
lantes à tergo Tollentinas, Sforria à frõte irruunt. Sẽſit ilico Carmagnola, ſe ſuis artibus
peti, & cohortibus utrobiq; diſtinendo hoſte oppoſitis, celeri fuga prolapſus eſt: ſuis tñ
eueſtigio diſſipatis, inſequuti ſunt eũ Tollentinatis cõmilitones, quibus ad prædam uel
reuocatis uel reuerſis, conſuluiſſe ſaluti Carmagnolæ Tollentinatẽ ſuſpicio eſt uulgata.
Amiſit ea die Carmagnola equites ſupra mille, & paucis itẽ diebus poſtea ad trecentos. F
Nã cũ ſtatiua potius ꝙ caſtra apud Cremonã orientẽ uerſus ſolẽ Veneti haberent, effu-
ſus liberiore licentia in prædã miles aſſueuerat, per eam intercapedinem quæ Cremonã
Padumq;, ut oſtendimus, intercedit, aduerſam diſcurrere agri partem, in qua clauſa op-
pido armenta ſecurior agricola duceret pabulatũ. Id aliquando cõſpicatus Columnẽſis
Ludouicus, ſeculi militũ, ut cõſtans erat fama ferociſſimus, per ignauiæ ſimulationẽ, ho
ſtis aluit audaciã, tandẽ turmas paulò ſuis maiores, ſolutiori diſciplina eadẽ qua acceſſe
rant Padi ripa prædã abigentes, aggreſſus fudit, & quos diximus tercẽtos equites inter-
cepit. Nec in Thuſcia minor erat Philippi rebus fortuna. Piccininus nãq; poſtꝙ bellum
in Lõbardia renouari eſt cœptũ ex Fliſchorum Lucenſiumq; caſtellis, quę receperat, in
Piſanũ delatus eſt agrũ, in quo primos ſubegit Calcentium uallis populos, & molis cor
ruptis ciuitati apprime neceſſarijs, quã clauſo mari piſtrinorũ labore ali neceſſum fuit,
Vetruculã totius agri munitiſſimã arcem machinis expugnauit, exinde Trebum Mar-
tamq; & pleraq; cepit de Piſanis caſtella, & in Volaterranos ducturus, Antonio adhæ- G
rẽs Piſano familiariũ Philippi cohortẽ, ac Piſanos qui undiq; cõuenerant extorres attri
buit præſidio Florentinorũ, qđ Piſis penè ſolũ inerat infeſtando. Piſanos etẽm ciues mi
ſerabili ꝓpoſito edicto, ut oẽs à quintodecimo in ſexageſimum ætatis annum, prius exi
rent ꝙ ardens abſumeret̃ candela, per eos dies eiecerant Florẽtini: fuerunt tñ ex Raine-
rij Froſinatis militibus ꝗ Piſas Piccinino ꝓdere uoluerunt. In quos quæſtionibus ſubie-
ctos, & Froſinatem ipſum culpa nequaquã carere cõtendentes magiſtratus animaduer
terunt. Potitus eſt breui Volaterranorũ agro Piccininus, Caſtellenſibus exceptis, quos
ſimul cũ Volaterris aduentu ſuo fouit Michelottus. Tũ Piccininus poſtꝙ ab Liguſticis
in Lucenſes, inde in Piſanos, tum in Volaterranos Senenſi cõtinentes, Philippi imperi-
um ꝓpagauerat, Senenſibus ſuadebat, ut tandẽ bellũ & ipſi inirent. Illis uero promiſſis
à Philippo Genuenſibusq; duorũ milliũ copijs augeri poſtulantibus, ſpopõdit Piccini-
nus, tunc Philippũ promiſſa executurum, quando illos audiuerit uel prædabundos ho-
ſtilem agrum ingreſſos eſſe: itaq; paucos iacienda belli alea ex Senenſi iuuentute in Flo H
rentino agro incẽdia ediđiſſe audiens Philippus, Albricũ Cunij comitẽ cum duabus co
hortibus illis dedit, in cuius aduẽtu Caſtellenſes Volaterrani, ſeſe Philippo permiſerũt.
Auctus Albrici copijs Piccininus, deſcenderat in Elſæ fluminis uallem uicis oppidiſq;
frequentatã, omnibus paratis oppugnationi neceſſarijs: ea ualle potiturus uidebat̃, cũ
oblata per dolũ Aretij deditio illũ auertit. Corrupta nãq; quã deſtinatis oppugnationi-
bus cõportarat materia in Aretinos ducens, omnia præſidijs cõfirmata, urbẽq; adeo re-
perit ad reſiſtendũ paratã, ut nulla, ſi etiã lõgo ſediſſet tẽpore, illius capiendæ ſpes uide-
ret̃ relicta: dum tñ oppugnãdis agri oppidis, quorũ pleraq; ui, nõnulla proditione ſunt
capta, intentius uacat, Abrenſes in poteſtatẽ inrequiſiti uenerunt. Interea res pontificis,
aduẽtu Caudolæ erecta erat. Is etenim receptis Fraſcato, Molaria, Montecompatrum,
Rippis, Babuco, Colleferreo, Burgeto, & ad extremũ Paliano caſtellis, quæ à principe
tenebant̃, & demũ caſtris contra Ginezanum poſitis, Columnenſium rem breui profli-
gaturus uidebat̃. Sed paulopoſt ad partes principis trãſiens, põtificem in maximas ad-
duxit difficultates, quibus tñ breui eum leuauit incommodum, quod Philippo Medio-
lanenſiũ

A lanẽſium duci per eoſdẽ ſimile accidit dies. Nicolaus etenim Tollẽtinas, qui promiſſum
ut dicebãt in cęteros Philippi ductores imperiũ, nedum impetrare nequiret, ſed Sfortiã
ſibi parẽ, Piccininum uero ſuperiorẽ futurũ intelligeret, Philippum deſerẽs in Romani-
diolam ſe contulit, cuius præſentia ciuitates eccleſiæ, quarum arces tenebat princeps, in
fide pontificis perſtiterũt. Huic Veneti Florẽtiniꝗ quàmprimum Brixianũ attingeret
ſolũ, polliciti ſunt generalem copiarum Florẽtiæ reip. præfecturam. Sed cum diutius ac
ceſſum diſtuliſſet, Florẽtini interea Michelottũ quẽ à pont. ut diximus, habuerant, alio-
quin bellũ gerere recuſantem, ea honeſtauerant præfectura. Tollentinate igitur ſpe fru
ſtrato & ægerrime id ferente Veneti Florentiniꝗ, & quia põtifici afficiebant, & quia du
cis Mediolani conatus ubiꝗ cuperẽt euaneſcere, & quia Nicolao morẽ gerere optarẽt,
illũ põtifici permiſerunt. Cuius copijs comiti ſancti Angeli, Ioanniꝗ Camertino, & alijs
pont. militantibus, duce Recanatẽſi epiſcopo apud Ananiã cõiunctis, priuſꝗ principis
adirent loca, Caudolã quocunꝗ pergeret inſequi uiſum eſt, quoniã rerũ principis robo
B re qđ in illo cõſiſteret uel fracto uel qđ fieri poſſe cõſtabat repreſſo, de ſalute rerũ pont.
& Colũnenſiũ exitio, propè actũ eſſe apparebat. Caudola uero ꝗ poſt rebellionẽ omnia
cõtra põt. lẽte egiſſet, aduẽtu Tollentinatis in Anania ciuitate, natura loci munitiſſima
ſe cõtinente, nulla inſignis eſt cõmiſſa inter exercitus pugna. Et paulopoſt pax de qua
pridẽ agi cœptũ erat, ſequeſtre & põtificis legato cardinali Cyprio, data eſt Colũnenſi
bus à pont. ꝗ ſubito correptus morbo grauiter ægrotabat. In ea uero pace illud cernere
ſtupendũ fuit, opes maximas nepotib. à Martino relictas infra ſextũ ꝙ obierat menſem
mirabili profluuio effluxiſſe, qđ princeps Salernitanus partim eas pont. Eugenio, ut di-
ximus, dono dederit, partim Caudolæ, & alijs quos antea cõduxerat militib. in ſtipẽdiũ
diſſoluerit, partim põtifici in pacis cõditiõib. reſtituere ſit cõpulſus. Acceſſerũtꝗ alia de
trimẽta, qđ ſimul cũ Narnię, Orti, Surani, Gualdi, Nucerini, Aſſiſii, Aſculi, Imolę, For-
liuij, & Foripopilij arcib. ex patrui ſentẽtia ſpõte redditis, pręter Salernitani principatus
amiſſi dãnũ, alia dimittere coactus fuit circa urbẽ caſtella. Quæ niſi æmulorũ obſtitiſſet
C malignitas ſibi & Colũnenſis familiæ bona põt. Eugenij & ſucceſſorũ gratia fuiſſent ſal
ua. Deſtitutus Tollẽtinate & cohortib. quæ illi erat duabus, Philippus Piccininũ ex He
truſcis reuocatũ, cũ cohortib. itẽ duabus in Cremonẽſes miſerat. Nam Carmagnola coa
ctis undiꝗ Venetorũ copijs, caſtra ad Cremonã bina metatus erat. Paucis tñ inter ſeſe
diſtãtia ſtadijs, quibus duodena equitũ totidẽ peditũ ſtipendia facientiũ millia inerant:
claſſem quoꝗ fluuiatilẽ omniũ quas in primo deſcripſerimus bello, maiorẽ armauerant
Veneti, galeonibus tribus ſupra uiginti turritis, & minorib. propè totidẽ nauibus ſine
turribus diuerſa ratione in bellũ fabricatis, quæ claſſis decẽ habuit bellatorũ millia, prę-
ter remiges & copioſam multitudinẽ, uenalia cõmeatũꝗ lyntribus deferentẽ. Præerat
ei nauigio Nicolaus ex patritia Triuiſanorum familia, cui magis Iacobi genitoris gratia
autoritasꝗ ut tanto præficeret muneri, ꝙ res geſtæ fuerãt ſuffragatæ. Neꝗ impar nauiũ
multitudini armamentorũ fuit copia, & ſingulos galeones maſculos ſinguli gubernarũt
patritij, quibus fuit curæ milites ſelectos & futura belli uſibus ſuo arbitrio cõparare. Ar
D mauerat itẽ Philippus in Ticino claſſem hoſticæ numero nauiũ ꝓpemodũ parẽ, ſed mi-
litibus ex ea pugnaturis, apparatuꝗ lõge inferiorẽ, cæterũ præfecti peritia ſuperiorẽ. Is
fuit Ioannes Grimaldus Genuẽſis, maritima in re militari apud ſuos clarus, quo indican
te Philippus ꝓbos nauib. gubernatores, & ſelectos ex Liguſticis Genuę riperijs aliquot
impoſuit ſagittarios. Pendentibus tãto in apparatu apud Cremonã partibus cœpit Phi
lippenſiũ fortuna ſub ductore nouo flacceſcere in Hetruſcis. Albricus etẽm dũ Senenſi,
importune urgẽti nimiũ credit, Collẽſem ingreſſus agrũ, prius Michelottũ ſtructa acie
impetũ facere ſenſit, ꝙ de illius occurſu habuerit exploratũ. Diſpar fuit rẽ gerẽtibus pu-
gnæ locus, Florentinorũ peditatu de mõtibus quos nocte occupauerant, Albrici copi-
as in cõuallis fundo pugnãtes, ab tergo cędentibus. Itaꝗ coactus referre pedẽ Albricus
mille & amplius amiſit equites, fauſtaꝗ fuit Florẽtinis ſupra repreſſi hoſtis captiꝗ mili-
tis extimationẽ prælij illius, qđ Albricũ Philippus adhibitis, ꝗ ſub fida deducerẽt cuſto
dia Mediolanũ ad ſe iuſſit accedere. Delatus etẽm fuerat nõ incidiſſe apud oppidũ Col-
les inſidias, ſed copias induxiſſe, ad hoſtẽ cum cohorte breui tranſiturus, ut quam Florẽ
tini apud Zagonariã primo bello eius cauſa acceperant cladem, eiuſdem etiã opera re-

ſtaurarent. Creuit illico Micheletti in Hetruria nomẽ, & ſi diutius ſecum perſeueraſſent E
quæ militabant Florẽtinis copiæ, facillimũ fuiſſet rem Hetruſcam illis in integrũ reſtau-
rare. Qui enim apud Senenſes remanſerant Philippenſes, ſub Vbaldino Bernardino &
Antonio Pergulano refrixerant. Sed Fortebraccius ardens odio inuidiaq; in Michelet
tum, quẽ ſibi uidiſſet prælatũ eſſe, impetrato, quem etiam minabundus poſtulaſſet, com
meatu abſceſſit, cõminutasq; Florentinorum uires hoſticæ debilitati reddidit adæqua-
tas. Ea Fortebraccij profectio pontificẽ etiam Romanum noua & magis q̃ tunc appa-
ruerit infauſta affecit moleſtia. Tifernates nanq; Ciuitatemcaſtelli diximus uocari, quã
Vrbinas Guidantonius ſine iuſto uicariatus eccleſiæ titulo gubernabat, improuiſo obſi
dere aggreſſus, eã pro eccleſia recuperare pontifici eſt pollicitus. Dederat interea pacẽ
Columnenſibus pontifex. Et poſtquã motus ſedauerat, qui magno cum eccleſię pericu
lo ſuſcitati fuerant, duos creauerat cardinales, Franciſcum Condulmarium nepotem ſu
um, cui titulus presbyteralis ſancti Clementis fuit, & Angelotium Fuſcum ciuem Ro-
manum, ſub titulo ſancti Marci Multis quoq; ſibi militantibus ſtipendio dimiſſis, Nico F
laum Tollentinatem retinuerat. Qui cum petita in ſtipẽdiorum mercedẽ, Eſium Tuder
tum'ue oppida, nequiſſet impetrare, elatis in pontificẽ uerbis uti cœperat. Quare ipſius
& Fortebraccij nouas res appetentiũ periculo obuiare cupiens, cõpoſitis Caſtellanorũ
cum Fortebraccio rebus ſeptingentorum illi equitum ſtipendia dare cœpit. Tollentina
te aũt ad deſtinata pridẽ cum Florentinis ſtipendia reducto pontifex ut Fortebraccij o-
pera uteretẽ, Iacobum Vicenſem urbis præfectum, bello uoluit laceſſiri, quia Columnẽ-
ſium bello uicina urbi oppida & Romam plurimis affecerat moleſtijs, nec uidebatẽ ſatis
quieturus, quamprimum aliqua rerum nouarũ contra eccleſiam moliendarum occaſio
ſe obtuliſſet. Id munus põtifex Recanatenſi iniunxit epiſcopo, q patria Cornetanus, ex
familia Vitellenſi, partium eſſet in prouincia pręfecto cõtrariarum. Is igitẽ rẽ uehemen-
ti aggreſſus animo, cũ Fortebraccio, Ranutio Farnetenſi, Minicutio Aquilano, & Ma-
ſio Fuſelano, oppidis illũ minoribus infra paucos ſpoliat dies, Vetrallã inde ducens, op
pidũ in uia olim Caſſia natura loci mœnibus defenſoribusq; munitum, machinis & diu G
turna expugnat obſidione: caſtra inde admouet ciuitati Vetulæ, q locus populo penè
uacuus, arcẽ habet munitiſſimã, & portũ infero mari celeberrimum, qui Centumcellen
ſis priſco tempore dicebatur. Feruebat uero ardentius eo in tempore apud Cremonam
translatum ex Hetruria bellum: etenim Piccininus Sfortiaq; intelligentes, quas ducta-
bant terreſtribus Venetorũ copijs longe impares eſſe, claſſemq; Philippicam Venetæ
nullatenus cõparandam, quod deerat uiribus, ingenio ſupplere conſtituunt: pauorẽ ita-
que & diffidentiã ſimulatione audaciæ obtegentes, prælia per ſingulos dies equeſtria
cõmittebant, & tanquam nulla eis eſſet paratæ à Philippo claſſis cura, quo magis ea ap-
propinquauit Cremonæ, eo per diem caſtra obequitare frequentiores ab hoſte ſunt uiſi.
Per noctẽ uero crebra cũ Grimaldo conſilia agitabant, quouſq; prælio decerni cum
eſſet conſtitutũ, audax Genuenſis, miſſas à Nicolao Venetorũ claſſis præfecto ſpecula
torias lintres à lõge conſpicatus, illico ſoluit claſſem, ut de ſuo acceſſu ſpeculatores ho-
ſtem redderent certiorẽ. Exinde appulſus Cremonæ pomœrio, Piccininum ac diſtribu- H
tã ab eo in ſingulas naues accepit lectiſſimorũ militũ cohortem, armis omnibus tectam
quibus equeſtri in prælio utebanẽ, & claſſem nullo remorũ impulſu actam ſenſim à Pa-
do perferri ſinens, hoſtem petere cœpit: Id cũ excubantes de caueis Nicolao Taruiſano
ſucclamaſſent cuſtodes, ocyus ille impelli remis, attrahiq; reſtibus naues iubet: quibus
pugnæ copiã facientibus, hoſtem exiſtimauerit ſeſe continere: inſtitit eueſtigio Piccini
nus, & nauibus lõgo à cæteris diſtantibus interuallo congreſſus, acrem inijt pugnã. Ve
netus interea hoſtis audaciam miratus, & pugnantes qui uidebanẽ armis fulgentes ho-
ſtium ineſſe claſſi intelligens, Carmagnolã aduolantibus orat nuncijs, præſidio & ipſe
adſit, quandoquidẽ Piccininus Sfortiaq; armatos, ex equitũ turmis, naualí prælio adhi-
buiſſent. Concitus ira ad eam nunciorum frequentiam Carmagnola errorem Venetorũ
alta uoce eſt deteſtatus, quod fide ſuis cõſilijs ęquo minus adhibita, eam impendij molẽ
terreſtribus copijs addere noluerint, & tantæ ſpei nauigio uirũ pręfecerint ignauiſſimũ,
qui cũ armati hominis faciẽ uidere tremẽs pauidusq; horreat, natos in nauibus hoſtium
gigantes armatos hallucinans ſomniet. Præliũ interim atrox conſerebatẽ, & ſole in occa
ſum uer-

A ſum uergente,non immiſſis eminus bombardis iaculiſq;,ut principio,ſed cum Philippẽ
ſes quatuor hoſtiũ naues harpagonis concathenaſſent,gladijs cominus uerutiſq; & pa-
ratis in eam neceſſitatẽ ſecuribus ac malleis pugnabãt. Tandem quatuor illis ſub noctis
aduentum captis cæteræ Venetorũ naues,quæ hoſti tunc occurrerant, ad alias confugẽ
runt.Piccininus uero captas ſubducens naues,detracta quæ prçlio uſui futura cognouit
armamenta ſuis impoſuit,& Franciſco Sfortia cũ una ex ſuis item lectiſſima cohorte in
claſſem accerſito,Grimaldum de quarta uigilia ſoluere & in hoſtẽ delabi iubet. Paratus
erat cõfligere Taruiſanus,& quo magis Carmagnolæ præſidio deſperauerat, eo interio
ri cura expediuerat opportuna hoſte,cuius audaciã fortitudinemq; ſuo cum damno ex-
pertus fuerat,repellendo.Factis itaq; prima luce in conſpectũ claſſibus,præliũ horrẽdis
utrinq; uocib.poſcebatũ:occœperatq; Venetus ſtructa ad terreſtris prælij ſpeciẽ acie bõ
bardas catapultaſq; in hoſtẽ iacere,futurũ ratus ut ſuis magnitudine ipſaq; ſoliditate ſal-
uis,minores hoſtiũ naues lapidum qui immitterentur pondere mergerentur:id etiam pa
B riter futurũ niſi aliqua obuiaretur induſtria intellexerant Philippenſes.Quare cum om-
nis uictoriæ ſpes in militum fortitudine illis eſſet,Piccininus Sfortiaq; remis incumben-
dum,hoſteſq; ocyus impetendos eſſe gubernatores admonent.Flectunt ilico in curſum
naues,& cum eas ſingulæ in quas deſtinatæ eſſent,roſtro impetiſſent, pari irruentiũ ex-
pectantiumq; auiditate,manicas utriq; ferreas iniecerunt.Pugna tunc qualẽ qui aderant
nullã uiderunt aliam,atrociſſima cõferi cœpta eſt. Volabant emiſſa ſine ulla mittentium
excipientiumq; certa ratione ſaxa,telaq; immittebantur, ardentes undiq; in ipſa etiã pu-
gnantiũ ora faces,telis cominus gladijſq; uulnera inferebant. Attulit uero parem utriſq;
moleſtiã facinus,pari Venetorũ Geņſiumq; maritimis innutritorum prælijs, ingenio
excogitatũ. Spargebant de ſummis malorum propugnaculis plenas denſato bitumini-
bus oleo teſtulas,quib.in hoſticã claſſem cadentibus,iungebant nauiũ tabulata:nec gra
du pugnans miles conſiſtere poterat, niſi in aliud paratæ incõmodum uiuæ ardentiſq;
calcis teſtulæ,dum obtenebrandis fumo pugnantiũ oculis immiſſæ eſſent, per tabulata,
C quibus cadentes impactæ erant,puluere ipſo oleaginã ſiſtiſſent unctuoſitatẽ: diſpar autẽ
Venetis longe fuit,alioquin par ſuperiorq; futura pugnæ ratio,quod adhibiti ex militia
terreſtri Philippenſes fortiſſima & armis innutrita uirorum corpora ferro tegebantur,
nec illatis manu ictibus facile uulnerabantur:etiã aderant omniũ ſpectatores ſtrenui du
ctores,Sfortia & Piccininus,qui & manu rẽ gerendo,æque ac uerbis adhortationibuſq;
illos in pugnam acrius ruere compellebant. Veneti econtra armis maiori ex parte indue
bantur debiliorib.quippe quibus omnis propè eſſet in bombardis ſagittiſq; offenſionis
& tabulatis ſcutis'ue defenſionis ratio conſtituta. Taruiſianũ uero ductorẽ cum amiſſa-
rum priſtino ueſperi nauium quatuor damnum,tum ipſa denegati à Carmagnola ſubſi-
dij admiratio,attonitum reddiderat.Nam cum rebus apud ſuos integris,in mentẽ ueniſ-
ſet,dena auri milia prætoriæ qua uehebatur naui ineſſe,ipſam prætendens cõmilitonib.
cauſam quaſi Venetæ reipub.ſumma illis cõſiſteret in pecunijs,eas redditurus ſaluas ſca
pham conſcendit:nec fugit ipſe magis,quàm ſuos in fugam conuertit,tum nulla omnib.
D qui aderant uictoribus uictiſq; moles unquam altiſſimo etiam ſucciſa monte,ocyor ruẽ
re uiſa, quàm maxima Venetorum claſſis pars & in fugã conuerſa eſt & facta in hoſtiũ
poteſtatẽ.Quinq; è tanto Galeonorũ numero prolapſi celeri curſu ſeſe ad fines Rolandi
Palauicini de fuga receperunt,ubi cũ male accepti fuiſſent paululũ cõmorati ad inferio-
ra curſum tenuerunt.Deſiderati ſunt eo in prælio ex utroq; exercitu ad duos mille, & in
ter ſena quæ uictor abduxit milia,tredecim fuerunt ex nobilitate Veneta præſtantes ui-
ri.Ex præda autem ingenti nihil Philippo fuit gratius ipſis nauibus, quarum duo de tri-
ginta maiores,aduerſo Ticino Papiã adtractas ſubduci iuſſit. Armamenta uero partim
in caſtra,partim in propinquam Cremonæ arcem ſunt perlata: æquauit quoq; cætera na
uigij præda direpti pinguis oppidi ſpolia, quæ cum militi Cremonenſibuſq; duces diſtri
buiſſent,conſternati antea animis omnes in ſpem optimam ſunt erecti. Tanto cladis de-
trimento, quod ſi ad pecuniarum referatur calculum, quadrincentena exceſſit aureorũ
milia,acceſſerũt maiora Venetis incõmoda,quod Rolandus Pallauicinus in officio nõ
manſit,& obſtinate ab gerendis rebus ceſſauit Carmagnola,quem iniuſtæ ſibi notæ con
ſcium,tanta ceperit,cuius eſſet impotentiſſimus,indignatio deſperatioq;, ut cũ cauſas ſe

rens ex cauſis torpeſceret, ſatis ſuperq; uiſum ſit Venetis, quod delinitã hominis uecor- B
diam ſolari, & ne in maioris damni erratum incideret, cõtinere potuerunt. In ea tamẽ ad
uerſi euẽtus rerum turbatione nõ modo ſtetit animis Senatus, ſed erectior propulſando
fortunæ impetu eſt factus: quod nanq; naualis in quo ſuccubuerant prælij dedecus dam
numq; acceptũ referrent in Genuenſes, qui ut oſtendimus claſſem inſtruxerãt, guberna
uerantq; Philippicã, bello eos Genuæ mœnib. illato, laceſſere ſtatuerũt, & triremib. duo
deuiginti armamentario, Arſenatum illi appellant, eductis, claſſem decreuerũt, Petrũq;
Lauredanũ illius deſignarũt præfectũ, fama & partarum pridẽ uictoriarũ felicitate, om-
niũ ſeculi celebertimũ. Qui circumacta celerius opinione omniũ, ex ſupero in mare infe
rũ Italia, Piſas adnauigauit. Ibi ad idus Auguſti mẽſis, longã nauẽ unã, triremes quatuor,
quarũ una maiuſcula, minores erant cæteræ, ſelecto milite, & armamẽtis cõmeatuq; mu
nitiſſimas addiderunt nauigio Florentini. Præmiſſos quoq; à ſocijs populis Iacobũ Ad
urnũ, & Antoniũ Fliſchũ, primarios Genuenſes, patria extorres, Laureanus tanto exce-
pit cũ honoris pompęq; apparatu, ut ſua illi claſſe, nõ aliena uiderent in patriã reducẽdi. F
Nã cũ Adurna gens, populariũ ſit una, quibus ex ſolis Genuenſes ducẽ creãt, Fliſchi ue
ro plurimũ apud nobilitatẽ poſſint, exiſtimatũ eſt facillimũ fore, talibus uiris cũ potenta
tu oblatis, Philippi magiſtratus plebi nobiliumq; plurimis exoſos electũ iri. Armauerãt
itẽ Genuenſes ad primã eductæ Arſenatu claſſis Venetorũ famã, quatuor & uiginti tri-
remes, onerariã nauim unã, præfeceratq; claſſi Philippus Franciſcũ Spinulã Ottoboni fi
liũ. Itaq; poſtq; omnia apud extorres parata fuerũt, Laureanus prima uelificatione in Ra
palli ſinũ delatus, qui decẽ ab Genua diſtat paſſuũ milia, ancoras deiecit: quod cum eſſet
Genuã nunciatũ, Spinula uiſus ſeſe hoſti oſtẽdere, nauim onerariã & duodeuiginti edu
xit triremes, cæteris in tanta ꝓfectionis celeritate, per eam diẽ ſubſequi nequeuntib. Ine
rat Franciſcus animorũ plenus, fiduciaq; quã faceret recẽs deleta in Pado Genuenſiũ uir
tute Venetorũ claſſis, quamobrẽ prima quę illuxit aurora, ad ſinus Rapalli ꝓmontoriũ,
Caputmontis uocant, in cõſpectũ hoſticæ claſſi factus, uentumq; in hoſtẽ flaturũ inuale
ſcere ſentiẽs, facta de puppe prætoriana, ſocijs triremib. futuræ poſt parũ pugnæ ſignifi- G
catione, corpora oẽs iubet curare. Cumq; interim uentus flare proſperior occepiſſet, ſeſe
offerentẽ ut dixit fortunã tentare cõſtituit, & triremes agendas remis ſignificans, nauis
uectorẽ ea ratione uela in ſummũ mali iuſſit attollere, ut cũ hoſtiũ triremes terreret diſſi
paretq;, tum unã quæcunq; prima occurreret mergeret impetitã: Intellexit illico Spinu-
læ cõſiliũ Laureanus, & Adurno Fliſchoq; hortantibus, pugnã detrectare ſimulans, ſinu
ſe proripuit, proſequunt̃ illico tanquã fugientẽ Venetũ ingenti clamore Genuẽſes. Lau
reanus uero cũ primũ celeri inſinuatione, ſuperiora uenti cuius impetu prolapſa erat na-
uis, potuit tenere, flecti in Genuenſes temonẽ imperauit. Expectauit hoſtem impauidus
Spinula, & manu auide conſerta, cum uarie congreſſu primo pugnaret̃, magnis utrinq;
animis præliũ gerebat̃, cadebantq; multi, cũ plurimi uarie gladijs teliſq; cominus actis
& uolitantibus undiq; etiã in incertũ iaculis uulnerarentur: premebant̃ uero à Genuen-
ſibus tres Venetorũ triremes, quas primo illi circunſteterant in cõgreſſu. Eas paruo ſuo
rum accedente fauore, capi aut mergi poſſe ratus Spinula, concitis aduolat remis. Sed il- H
lũ deſuper uentis æſtuq; remiges adiuuantibus maiore curſu impetens nauis longæ Flo-
rentinorum uector ab omni pugnantiũ globo tranſuerſum egit, parumq; abfuit quin in
clinata in latus prætoriana Spinulę triremis mergeret̃, quàm cum ductor cõmilitonesq;
erexiſſent, Florentinus inſilijt miles, pugnabantq; in eadẽ dę prora Florentinus, Genuẽ
ſis ex puppe, tantaq; animorum intentione res gerebatur, ut æſtus ſolito concitatius fer
uens, in ea ad quã delapſi erant, littoris ꝓpinquitate, penè abſorpſerit ambas naues: con
cathenauerant autem harpagonis Veneti octo aliàs hoſtiũ triremes pugnacius reſiſten-
tes, quarũ uectores primum factã, ut opinati ſunt in hoſtis poteſtatem prætoris triremẽ
abduci uiderunt, ſeſe Laureano ipſi etiam permiſerunt, cæteras fugientes & nauem quã
longe uentus rapuerat, feſſi pugna multiſq; confoſſi uulneribus Veneti deſtiterunt per
ſequi. Appulſa Recho uictrici claſſe, recepit oppidũ Antonius Fliſchus à cuſtodib. arcis
traditum, & Laureanus affectæ uulneribus multitudinis ſaluti cõſulturus, claſſem Piſas
reduxit. Nam cum octingenti partim undis ſubmerſi, partim ferro occiſi eo eſſent præ-
lio, ſupra quatuor milia ex utraq; claſſe uulnerati fuerũt. Frãciſco exinde Spinula & octo
trire-

A triremiũ gubernatorib.ac tribus cõſiliarĳs cũ ſelectis ex multitudine præſtantiorib.ca-
ptiuis,Florentiã & poſtmodũ Venetias miſſis,Iacobus Adurnus & Antonius Fliſchus,
Piſis manſerunt,expectaturi claſſem quã ſuperũ uerſus mare adnauigans Laureanus in
ſtauratã auctamq; cõtra Genuam reducere ſpopondiſſet.Qualis uero tũc fuit ad Rechũ
naualis prælĳ fortuna, pariter ſecũda in terreſtri Hetruriæ bello utebaẽ per id temporis
populus Florentinus.Nã Michelettus receptis Caſtellenſibus, & de Volaterranis ple-
riſq; oppidis,Trebũ longiuſcula obſidione ad Florentinos redire cõpulerat,tuncq; itiné
ra redditurus à Piſis Florẽtiã ſecura,ad uicũ cui Piſano eſt nomẽ,caſtra erat metatus. Ad
erat tñ cõtra Antonius Piſanus, qui cũ ea quã ſibi à Piccinino datã oſtendimus extorrũ
equitumq; Philippi familiariũ manu,ex agro Lucenſi illicq; cõtinentibus Piſanorũ caſtel
lis,bellũ cõtinuabat.Forte in ea quã Micheletti caſtra ſpondere uidebantur itinerũ ſecu
ritate,inuaſit Adurni Fliſchiq; animũ libido cõmigrandi,& Florentiæ potius q̃ in deſti-
tuta tunc ciuibus Piſana urbe Laureanum expectandi.Paucis itaq; comitantibus ꝓfecti
B inſidias inciderunt,quas Ruffectus Papienſis Philippi familiaris, Arnũ per noctẽ quod
nullus extimaſſet indigena natantibus equis tranſuectus ſecundũ uiam ſtruxerat. Eũ ſo-
ciosq; numero duodecim, rapidũ ante retroq; inſultantes cõſpicati Genuenſes, ſtrictis
gladĳs in obuios ſunt delati,ferro ſibi uiã ad Micheletti caſtra patefacere meditati.Inſe-
quebaẽ à tergo Ruffectus qui Adurnũ ab ornatu ueſtis equoq; præſtantiorẽ cæteris eſſe
cõĳciens,haſta illũ petens transfixit mediũ.Simili euentu Fliſchus plurimo cõfoſſus uul
nere equi pernicitate in hoſtis quidẽ nõ eſt factus poteſtatẽ,ſed prius q̃ in caſtra perferri
potuerit expirauit,talemq; exitũ,ſummi apud Genuenſes uiri,infauſto & ĳs etiã qui pa-
trauerant facinus,poſtea lamentabili caſu habuerũt.Perſeuerauerat ad eam diẽ obſidio,
quã pontificis Romani exercitũ,cõtra Centumcellenſem portũ ſupra inſtituiſſe oſtendi
mus,conſtabatq; obſidionẽ ipſam & oppugnationes terreſtres uanas prorſus inefficа-
cesq; futuras,niſi Petrus Laureanus Romani pontificis precibus, fuiſſet cũ claſſe quã Pi
ſis deduxerat adiumento.Nã cũ præter armatos homines,multa etiã belli uſibus neceſſa
C ria claſſis haberet,machinarũ genera,quib.pontificis exercitus permaxime indigeret,ar
cẽ undiq; terra mariq; hac oppugnarũt ratiõe.Saxeus eſt ſcopulus à meridie in occaſum
porrectus,tanto maris alti ſpatio, Porticellũ uocant,ab cõtinenti ſeiũctus,quantũ uigin
ti cõplent triremes,cũ tñ eius Porticelli pars,quæ ad occidẽtẽ ſpectat ſolẽ,paluſtri limo,
nec ullũ nauigiũ perferente attingat littus: alia orientẽ uerſus ſpectãs abrupta uirib. uia
& quaſi porta quæ uix triremẽ accipiat,à ſaxo dirimiẽ littori cõtiguo. In cuius dorſo arx
eſt fundata,& magnis dudũ opibus,quadrato lapide adeo erecta,ut quantũ exponiẽ cõ
tinẽti ſine foſſa quãtumuis maximos fruſtreẽ oppugnantiũ conatus:ab arcis uero latitu-
dine,ad ſcopuli caput mari immiſſum,iactæ quondã in gyrũ moles maximæ Subſolanũ
& Auſtrũ Africumq; arcentes,portũ efficiunt, ab omni æſtu maritimo tutũ, in quo arx
ſuperba quietã ſecurãq; nauibus ab hoſte ſtationẽ prębeat.Huc delatus cũ claſſe Laurea
nus,ſemotas ab arcis iactu triremes cõtinuit,& turmis in caſtra expoſitis,machinas iacu
la quoq;,quotquot inerãt claſſi eduxit.Inde Fortebraccio petenti cõceſſit,ut triremis ex
D minorib.una,& ſcapha itẽ quæ claſſi erat maior,tabulatis deſuper duplicibus tectę,ut ui
neæ ſpeciẽ haberent,Braccianis militibus cõplerenẽ,arciq; per portũ ſubducerẽtur, qui
bus occidentali arcis angulo admotis,cathenas Bracciani portã munientes,qua arcis &
ſcopuli ſaxis ut diximus interciſa in Porticellũ eſt aditus perfregerunt.Epiſcopi interim
& Fortebraccĳ copiæ,quas etiã ex Hetruſca patrimonĳ eccleſiæ prouincia cõtraxerat,
adiunctis Venetorum copĳs & bombardis circum arcem quà pedibus adiri poterat, or
dine diſpoſitis,illam alternis prælĳs laceſſebant,& ſcalis muro admotis defenſorib. per
tragularum imbrem nudato inanẽ incutiebant præfecto ſcandẽdæ arcis timorẽ. Qui ue
ro in Porticellũ adducti erant Bracciani,ſubiectas arcis ꝓmurali cauernas,ſcalis immiſſi
carcerẽ ſepulchra'ue intrauerant,ac ſi cũ uiro & nõ cum ſcortorum proco res illis fuiſſet:
ſed Iacobus præfectus ſiue Cathelanorum ut poſtea dixit q̃s habebat cuſtodum perfidiã
ueritus,ſiue effœminati animi imbecillitate adductus,ſeſe & munitiſſimã arcẽ tertiode-
cimo oppugnationis die his dedidit cõditionib.ut auri milibus quatuor à põtifice dona
tus,cum ſuppellectili & mulierculis Senas abiret ſaluus.Rebus eo pacto cõpoſitis,Lau
reanus cum claſſe ad pridẽ inſtitutã ſuperi maris uiam nauigauit. Recanatenſis uero Mi
nicuccium,Feſulanumq; ad urbẽ præmittens,Farnetenſem propria quæ illi erant in pa-
trimonio

trimonio loca cum ſuis petere, Fortebraccium autem in agro Vetrallenſi in hybernis eſ- B
ſe iubet. Ipſe ad pontificem proficiſcitur, mala item ualetudine laborantem.

## BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB inclinatione Rom. imperij, Decadis tertiæ, Liber Quintus.

IACTVRA erat tempeſtate illa omniũ opinione celerius res eccleſiaſtica quietẽ maximã, diu duraturã, niſi ex minima tũc ſcintilla ingẽs eſſet incendiũ ſuſcitatũ. Fuerat diu in Piceno etiam ſub Martino põtifice defuncto, gubernator Aſtorgius ex nobili Agneſiorum genre Neapolitanus, & Anconitanus epiſcopus, eamq; prouinciã ſumma cũ laude adminiſtrauerat, licet Iunio qui primus fuit põtificatus Eugenij, Malateſtas Piſaurenſes patria eiectos, uicariatuq; quẽ ꝓgenitores multis cõtinuaſſent ſeculis, pontificis autoritate priuatos, perſequi cœpiſſet bello: qđ illa tum illi, ex Foroſempronio Senogalliaq; & oppidis in fide F
manentibus propulſabant. Pacatis itaq; ut oſtendimus circa Romã rebus Ioannes Recanatenſis epiſcopus, Aſtorgio eſt ſuffectus Anconitanæ Marchiæ gubernator, qui Minicuccio Aquilano ac Maſio Feſulano, cũ equitib. octingentis & Georgio Narnienſi cum peditatu aliquot diebus præcedere iuſſis ad idus Martias ad ſuſcipiendã prouinciã eſt ꝓfectus, & Sancio Carillo equitũ trecentorũ ductore qui dudũ in ea ꝓuincia eccleſiæ militauerat, ad ſe uocato, montẽ Marianũ qui à cæteris ꝓuinciæ locis eſſet remotus oppugnare occepit. Sed cũ locus foſſa & muro cinctus ualidiſſimo à militib. defenſaretur probis, ut longa illũ obſidione uinci oportere cõſtaret, ad Senogalliã illiusq; caſtella, exercitũ prouincialib. auctũ cõuertit, quibus infra dies paucos potitus, aliquot de Piſaurenſib. quæ in rebellione perſtiterant, recepit caſtella. Interea Fortebraccius, licet quo tẽpore ciuitas Vetula oppugnabañ, Burgũ ſancti ſepulchri à cardinalibus, põtifice ꝓpter ægritudinẽ inrequiſito pro emeritis habuerat ſtipendijs, nulla in re obediens erat, nihilo tñ ſecius, quotidie petebat ſtipendiorũ pecunias, q; ſi fideliſſimã eccleſiæ operã exhiberent. G
Qua in fidei dubiæ perplexitate, cũ aliquãdiu perſeueraſſet, præter omniũ opinionẽ motis à Vetralla eccleſiæ ſignis, ciuitatẽ caſtelli adijt, in eã à factioſis Braccianarũ partiũ ciuibus, ꝓ eccleſiæ duce bellico admiſſus, caſtellis quæ Vrbinas comes retinuerat recipiẽdis incubuit. At in Lombardia poſt naualẽ pugnã lente proceſſerant omnia, nec quicq; ante autumni tempora geſtũ eſt memoratu dignũ, præter intentatũ idibus Octobris capiendæ furto Cremonæ dolũ. Subrepſerant nocte cõcubia Veneti milites ad Cremonæ pomœriũ, & cuſtodẽ fallituri accuratius excubantẽ, inter dumeta ruboſq; quibus obtegiñ foſſa tandiu quieti delituerant, quoad ſolis appetẽte exortu, ſolutus iniuncto nocturnæ ſtationis officio, excubitor locũ dedit ſcalas admouendi, tuncq; ſcandentes Veneti, firmarunt præſidio ꝓpugnacula. Subſtiterat uero cum legione ad tertiũ lapidẽ Carmagnola, peditatumq; turmatim ad crepuſculũ magno præmiſerat cum ſilẽtio. Primis itaq; quibus datum fuerat negocium muros habẽtibus, ſcalis quas unaquæq; attulerat turma conſcenderunt plurimi, quorum qui audaciores fuerunt eiſdem quibus murũ ceperant, H
reuolutis intra urbem ſcalis deſcenderunt, & partim oppugnarunt, ceperuntq; munitam ſtatione portam, partim acie ſtructa ciues repulerunt tumultuariè accurrentes. Capta erat Cremona, ſi copias immiſiſſet ſubſidio Carmagnola, ſed dum nullum ſubſequi cernerent, qui intrauerant, ſeſe ad portam illiusq; munitiones receperunt. Cumq; turrim portę duos defenſaſſent dies, nunquam præſidio acceſſit Carmagnola, uereri ſimulans ne latẽtibus in inſidijs Philippenſibus legionem obijceret opprimendam. Et tamen pauci pro eorum numero qui intrauerant & portam tenuerant perierunt. Tum Carmagnola crebris ſuadentibus per autumnũ imbribus, & quod equi morbo abſumebañ multi, legiones in hyberna dimiſit. Felici uero rerũ ſucceſſui, quẽ Laureana claſſis extorresq; Adurnus & Fliſchus, in Liguſtica orientali Genuę Riperia apud Rechũ, Auguſto habuerant menſe, parũ reſpondit Octobri qui ſecutus eſt mẽſe, in altera occidentali Riperia Bernabæ Adurni fortuna. Is etẽm trecẽtis equitibus, peditibus octingentis quos dederat Mõtisferrati Marchio, tantillis fretus copijs, uicum cui Sexto eſt nomen ingreſſus, uallium Vulturi Pulcefræ & Biſamnis populos contra Genuam armauerat, quem Piccininus in caſtello Nauaro obſeſſum cum omnibus fermè copijs quas à Ferratẽſi adduxerat cepit,

Liguſti-

A Liguſticos uero agreſtes,inaudita noſtrorũ tẽporũ bellis calamitate affecit. Nã cũ mul-
tos uarijs interfeciſſet prælijs,plurimos armis depoſitis ad miſericordiã cõfugientes, cõ
fodi lacerariq; à carnificib. iuſſit:& cũ cædis cepiſſet ſatietas, maiores natu cũ matronis,
uerendos quoq; religione ſacerdotes ſubiectos haſtę,ut eã religioni inureret notã,uenũ
dari,ab inuitisq; contribulib.coemi curauit. Exinde cũ pacata tutaq; om̃ia apud Genuã
magna reddidiſſet celeritate,eodẽ excandeſcens furore in Ferratenſem duxit,cuius fran
gendis opib.uaſtandis agris,affligendis populis,nec minori celeritate, neq; maiori uſus
eſt clementia:quandoquidẽ xxx.dierũ excurſione potius q̃ bello caſtellis illũ oppidisq;
ad triginta ſpoliauit,& nullã maiorẽ aliam'ue direptionib.dedit uacationẽ, q̃ cũ oblata
nouæ prædæ ſpes inchoatã relinquere ſuaſiſſet. Circumuectus per id temporis Italiã Pe-
trus Laureanus,claſſem Corcyrę per Octobrẽ ſubduxerat, & ſupplemẽto à Venetis po
ſtularo illud ideo tardiuſcule impetrauit, qd' Venetus populus poſt cõmiſſum feliciter
apud Rechũ nauale præliũ claſſe potẽtiſſima cõtra Chiũ Genuenſis populi inſulã,duce
B & præfecto Andrea Mocenigo miſſa rẽ maximã intentarat. Habuit ea claſſis onerarias
naues decẽ,triremes quatuordecim,& minora undecim nauigia,q̃s uocãt Brigantinos;
nauesq; Latinas. Ea cũ nonis Nouembrib. appulſa inſulæ,oppidũ eiuſdẽ nominis, terra
mariq; cinxiſſet,illud dies octo & ſexagenos attentiſſime oppugnauit. Diruta & perpe
tuis bombardarum ictibus noctu æque ac interdiu immiſſis, ſolo æquata erat mœnium
pars maxima,ut apertũ ea in parte oppidũ irrumpentẽ militẽ Venetũ, repugnantes co-
minus de ruinis cõportatisq; obicibus Genuenſes ſæpenumero eijcere oportuerit. Ine-
rat etem̃ Raphael Montaldus Genuenſis,eò cũ trecentis militibus,quos de ſubducta na
ui eduxerat,ſorte delatus:inſigni cuius opera,oppidũ Genuenſis populus,& per illud in
ſulam retinuit omniũ fructuoſiſſimã,ac ſeruandis cæteris oppidis, quæ illi ſunt in Æge
ponti & mediterranei pelagorũ littorib. opportunã. Nanq; Mocenigus Venetorũ præ-
fectus,qd' claſſem apud Genuã armari ingentẽ intellexiſſet, & pertinaci in oppugnatio
ne illa,milites cecidiſſent multi,cũ plurimi uulnerib. debilitati eſſent,ad eidus Ianuarias,
C nõ ſine maxima ignauiæ nota retro ceſſit: prius tñ q̃ ab inſula ſolueret, feraciſſimũ amœ
niſſimumq; illius uaſtauit agrũ,uinetis conſitisq; & lentiſcis maſticeis,unde magnos Ge
nuenſes perciperent fructus ubiq; ſucciſis. Subducta uero prius eſt Venetorũ claſſis, q̃
ea appelleret Chiũ,quã eò ſubſidiariã miſerant Genuenſes. Qui poſtq̃ oppidũ Montal
di uirtute defendi intellexerunt,binis triremibus,deinde nauibus onerarijs tribus, & a-
lijs itẽ triremibus binis Thomao Cebo præfecto hyeme pręmiſſis,maiorẽ poſtea æſtate
appetente miſerunt claſſem, Venetorũ oppidis inſulisq; & mercatorib. bello ac latroci-
nijs undiq; perſequendis, delecto ex omni nobilitate uiro tunc ciuitatis primario, Petro
Spinula Cypriani filio,cui Philippus onerarias naues quatuordecim,triremes ſeptẽ,ſum
ma armari diligentia,& octo pugnatorũ milia dari iuſſit. Veneti pariter,quo tẽpore ſub
ducta eſt à Chio claſſis, de magno Genuẽſiũ apparatu certiores facti,maiora q̃ poſtula
ſſet Laureanus miſerunt Corcyrã ſupplementa. Soluerat Spinula à portu Genuenſi eidi
bus maijs,& cũ apud Liburniũ paucos dies eſſet moratus, Hetruſca radens littora Caie
D tã conceſſerat,unde ſecundos nactus uentos,Siciliã adnauigauit,quã dum legeret inſu-
lam tẽpeſtatibusq; inſæuientibus,ſuperando remis Lilybeo diutius detineret, Laurea-
nus rectà per Syllaceũ fretũ,ſecundo aduolans æſtu eodẽ Maio Liburniũ cõceſſit. Fuit
uero claſſis ſua triremiũ,quæ à Corcyra ſoluerunt triũ & triginta,duasq; illis maiuſculas
addiderunt apud Liburniũ Florentini. Sed cum ocyor Spinula q̃ Veneti exiſtimaſſent,
apud Corcyrã apparuiſſet,ſuſpicioq; illis iniecta eſſet,ne prius aliquã inferret cladem,q̃
ſatis ꝓpere Venetijs prouideri poſſet,Laureanus epiſtolis admonitus, ſex ex omni claſ-
ſe ſelectas triremes uiris armisq; paratiores, miſit Corcyram: quibus eum quatuor alias
Senatus addidiſſet,Syluestrum Maurocenum eius claſſis prę fectũ delegit,qui Genuen
ſem quacunq; pergeret ſubſequi,& maritimum Venetorum imperiũ tutari curauit. Æ-
ſtatis uero cuius geſta maritimis in expeditionibus ſcribere cœpimus principio, Picci-
ninus euerſo Marchionis Montisferrati principatu,in Cremonenſes ducens, Turricellã
oppidum Pado adiacens, Bordelanumq; de Cremonenſibus recepit: cuius quidem rei
eo maior cepit Venetos admiratio, quòd Carmagnola propinquis continentibusq; in
locis,exercitũ quem æſtate præterita Cremonæ admouerat continebat. Pendentes itaq;

animis Venetos,quod in Carmagnolæ exitio diu parturiebant,id maturius parere per- E
ſuaſit.Fuerant Senatorũ nõnulli,apud quos cõcepta,uti oſtendimus ante declaratũ bel
li ducẽ Carmagnolã,ſuſpectæ illius fidei dubitatio nedũ mutata,ſed cum tempore aucta
erat.Alij uero penè oẽs non prius ut fidẽ hominis haberẽt ſuſpectam adduci potuerant,
ꝙ apparentes per dies ſingulos coniecturæ,& prodita in ſenatu indicia, eos adeo reddi
derunt certos,ut aliquando retulerint ad Senatũ aduocati plebis,& frequentiſſimi ordi-
nes,habendum in poteſtatẽ,ſumendumq; de conuicto ſupplicium diſſeruerint. Quo in
negocio conſtantem Veneti Senatus taciturnitatẽ in primis cernere fuit. Coactũ nanq;
ex omnibus qui Senatum conficiunt ordinibus concilium quod dicunt togatorũ,paulo
plus minus'ue ducenti cum ad æſtiui ęquinoctialis primã noctis horam conueniſſent,di
ſceptationẽ in mane lucidum perduxerunt.Erat tunc Venetijs Carmagnola, & Senatũ
ad ortum ſolis ex more ſalutaturus cum eſſet intro ductus,obuium hilari fronte principẽ
per iocum interrogauit,ueſpertinam ne,illi nondũ ad quietem poſt cœnam admiſſo, an
matutinã faceret ſalutationem. Cui cum ſubridens princeps reſpondiſſet, Senatum ma- F
gna animis uoluentem, longa in eius noctis cõſultatione illa,nihil magis attentiusq; in
ore ꝙ eius nomen habuiſſe,ſermonem ad alia conuertit.Nec per eos,qui in deliberatio-
nis diem interceſſerunt,octo menſes,uel minima periculi capitis tanti uiri, tantisq; redũ
dantis opibus,emanauit coniectura,cum ex ducentis quos Senatui interfuiſſe diximus,
nonnullos rei familiaris anguſtia premeret, nonnullos Carmagnola conſuetudine atq;
amicitia haberet coniunctiſſimos.Poſtquam itaq; illius tollendi ſtetit ſententia,acciti tã
quam ad pacẽ,cuius cum Philippo cõſtituẽdæ mentio facta erat,ipſe & Marchio Man-
tuanus,eodem die,ſed diuerſis itineribus Venetias applicuerũt.Delapſo autem ſcafa ex
Patauino flumine,in ſtagna Carmagnolæ patritij frequentes ut erant aſſueti,ſeſe obuios
addiderunt,illumq; omnes æque quid fieret conſcij atq; ignari magna comitate ad pala-
tium principis deduxerũt.Subiectus inde quæſtionibus,& literis quas ſuas eſſe nõ poſ-
ſet denegare,teſtibusq; domeſticis de perfidia cõuictus, undetrigeſimo ꝙ tentus fuerat
die,inter columnas ſecuri percuſſus fuit. Capita perfidiæ quæ emanauerunt fuere deſti- G
tuta ſubſidio,ut clades acciperetur, Taruiſani claſſis,ſeruataq; Philippo,cui clàm conſen
ſere,Cremona,quando portam fuiſſe captam oſtẽdimus Carmagnola in carceribus agẽ
te,dimiſſo in Lombardiã Marchioni Mantuano, & delectis prouiſorib. Georgio Cor-
nario ac Marco Dandulo,exercitus belliq; cura fuit demandata. Sed dum tardiuſcule ꝓ
ficiſcunt̃,Piccininus uictoriã præſente Carmagnola in Cremonenſibus inchoatam pro
ſequebatur.Et niſi pontẽ Ollio à Venetis impoſitũ oppugnans,tragula occiput inter &
neruos debilitatus fuiſſet,ut aut mortem illi appetendã, aut multo languendũ tempore
medici iudicauerint,omnia de Cremonẽſibus recepiſſet. Cuius inflictæ audaciſſimo ho
ſti cladis nuncium effecit Venetis lætiorem aduentus in urbem Ioannis Iacobi Montis
ferrati Marchionis,quẽ principatu eiecerat Piccininus.Is nanq; Marchio quamprimum
fractas opes ſuas uidit,Alpes tranſgreſſus,& longo circuitu,per Auſtrinos Germaniã et
Taruiſiũ delatus,ad Senatũ confugit.Cuius tantã inuenit liberalitatẽ ut patriæ principa
tusq; deſiderium non deliniri ſolũ,ſed auferri multotiens prædicauerit. Rebus aũt Phi- H
lippi apud Cremonã ex Piccinini uulnere torpeſcentibus,inclinare etiã cœperũt, qui in
Hetruſcis dudum poſt reuocatum,ut ſupra oſtẽdimus, Albericũ Cunij comitẽ apud Se
nas,in Piſanisq; illi militabant.Nanq; Nicolaus Tollentinas Romani pontificis ſtipẽdia
emeritus,etſi Florentinis militare promiſit,in Tudertinis tamen moratus, ideo multorũ
menſium æra iners uacãsq; accepit,quod ditionis Florentinorũ fines niſi permiſſum eſ-
ſet in Michelettũ cæterosq; ductores imperium ingredi recuſaret. Æquatus tamen Mi-
cheletto,ſed auctus ſtipendio Soanam conceſſit,oppidum Vrſinorũ,qui etiã militarent
populo Florentino,& maritimam agri Senenſis partẽ Groſſetũ uſq; ac antiquã Popu-
loniam eſt prædatus.Exinde cõiuncti duces omnia cõmuni concordiq; conſilio geren-
tes,multis de Senenſibus captis,plurima ac prope omnia receperunt, quæ erant perdita
de Piſanis.Sed cum ad Montemtopulũ eſſet peruentũ, apud qđ oppidum Bernardinus
Vbaldinus & Pergulenſis filius ductoresq; cæteri oẽs coegerant copias, prælio omniũ
quæ hoc in bello in Hetruſcis ſunt geſta inſigniore cõſerto,amiſerũt Philippenſes Vbal
dinum ductorem & cum eo equites ſupra mille. Et Antonius Piſanus cũ in Ederepontẽ

paternæ

A paternæ originis caſtellum,quo eum donauerat Philippus fugiſſet, in poteſtatem uenit.
Tempeſtate illa Sigiſmundus Cæſar Vngariæ & Bohemiæ rex Lucæ erat. Nam cũ hor-
rante ac plurima ſpondente Philippo Mediolanẽſium duce, per Belentionam ingreſſus
Italiam Variſium ad idus Octobres applicuiſſet,nouem in eo oppido moratus dies Me
diolanũ à Nicolao Piccinino omnibusq́ quotquot erãt apud Philippũ nobilibus,dedu
ctus fuit:cuius diei pompam Cæſare dignã,referre ſuperfluũ ducimus . Per ſextam uero
kalendarum Ianuarij diem,ex nouiſſimo non ultra inclinantis,ſed collapſi Romani im-
perij more,ferrea corona Mediolani coronatus:poſt aliquot dies Placentiã, & inde Par
mam ſe contulit.Ipſisq́ in locis ad ſeptem moratus menſes,cumPhilippi ducis optatum
petitumq́ cõgreſſum fruſtra expectaſſet,& promiſſi ab illo apparatus exercitusq́ eũ uel
pontifice inuito Romã deducturi nuſquam cõparuiſſent, Lucã aduenit . Qui bella cum
Barbaris gerere aſſuetus,cum audiſſet Florentinos duces exercitum apertis campis ,pur
eſſet libitum circumferre,confiſus eſt maximo afficere detrimento,& contractos ex om
B ni Lucenſiũ ſuoq́ quem in comitatũ habere equitatu meliores quoſq́ ad ſexcentos im-
miſit. Magnus uero fuit Vngarorum,in quales uiros ducerẽt ignorantiũ furor, ut ad Mi
cheletti tentoria penetrauerint:nanq́ eorũ unus corporis magnitudine inſignis,& forti
tudinis fama apud ſuos celebris,claua ferrea,qua in prælio uterẽt,in ductoris caput ictu
uehemẽtiore incuſſa,illũ niſi chalybea obſtitiſſet galea,interfeciſſet.Inſurgens tñ Miche
lettus ſuffoſſum gladio Barbarum confecit.Et fuſi fugatiq́ cum Lucenſibus Vngari nõ
nullos ex melioribus amiſerunt.Quinquageſimo aũt die , quàm Lucam attigerat Sigiſ-
mundus,opis Philippi expectatione,ut ante fatigatus Senas ſe cõtulit. Quam ciuitatem
cum odio in pontificem ideo concitatam reperiſſet quod Nicolaum Tollentinatẽ ægre
tulerant Florentinis à pontifice datum eſſe,ad oblatã ultionẽ ſumendam ſtimulauit. Se-
nenſes nanq́ datis Iacobo Vicenſi urbis præfecto Senis ut diximus exulanti peditibus
quadringentis,naues etiam attribuerunt,quibus ille à portu Herculis ad palũ Portuẽſis
C Romani agri Viculũ aduectus, Vetrallã oppidum nullis munitũ cuſtodibus,cuiusq́ op
pidani rerum diſcrimen ſubire nõ ſunt ueriti,recepit.Ea re explorata Fortebraccius Ve
trallam cum pontificis & eccleſiæ ſignis aduolans,primo curauit ne aliæ quas Senenſes
miſſuros eſſe intelligeret copiæ ingrederenẽ.Deinde machinis admotis, oppidanos bre
ui ad eam adduxit deſperationem,ut Iacobi ſuamq́ ſalutem decẽ auri milium pactione,
cũ oppidi deditione redemerint.Et inchoato pridem uitę inſtituto inſiſtens Fortebrac-
cius cum emeriti ad eam diem ſtipendij pecunias peteret, ſi quando offerebantur , dum
tamen occupata reſtitueret eccleſiæ loca,pontificẽ ſimulatis ludificans uerbis rem duce
bat.Qua indignitate cõmotus pontifex,par pari referre cogitans,Michelettũ Attendu-
lũ,à populo Florentino petitũ ea re faciliter impetrauit,quod Tollentinati morem gere
re cupiebant.Cum itaq́ de ſtipendio quantum ſat eſſet Micheletus cum pontifice cõuẽ
niſſet,eundũ ſibi in Calabriã,ubi nõnulla poſſideret oppida ſimulauit , præmiſſis cũ im-
pedimentorum parte nuncijs,qui uiderenẽ ratione itineris abituri. Paulo inde poſt mo-
uens Aquapendentem adijt oppidũ,quod Sfortia pater filiusq́ diu pontificum Roma-
D norum indulgentia tenuerunt.Multos interea menſes imperator Senis agens nullam ni
ſi conciliato per pacis fœdera pontifice,uiam rebus ſuis repperit efficacem . Poſt uarios
itaq́ minorũ hominũ utrinq́ miſſorũ conatus miſſi à pontifice ad eum ſummi uiri eccle
ſiæ Romani cardinales,Montisfortis,& de comite Romanus, alter Senis diẽ obijt,alter
rẽ infecta Romã eſt reuerſus. Miſſi item à Cæſare Romam epiſcopus Curienſis,& Ca-
ſpar Schlik cancellarius imperialis,& Laurẽtius Vngariæ Mareſcallus, ambo equeſtris
ordinis præſtantes uiri,re etiã infecta redierunt. Tandẽ miſſi iterato à Cæſare idem Ca-
ſpar & Marchio comes, impetrauerũt ut Romã ueniret imperiali diademate ac faſtigio
ſublimandus.Ingreſſum ad diem kalendarũ Iuniarum undecimã, populus Romanus il-
lum maxima deduxit pompa,& pontifex ad ſcalas uſq́ baſilicæ diui Petri,cũ cardinali-
bus & clero obuius comiter excepit,ac pridie earundem kalendarũ,ſolenniſſimis cæri-
monijs coronatũ imperatorẽ Auguſtumq́ appellauit.At Micheletus cũ apud Aquam
pendentẽ,& diuerſa patrimonij reſediſſet loca,nec Fortebracciũ quẽ ſceleris conſciẽtia
feciſſet ſuſpectum,opprimere,neq́ etiã illius ſociales per prata in mappalib. eſſe ſolitos
intercipere potuit.Sed cum res dudum fuiſſet protracta,nec ſtipendia pontificis diutius

diſſimulare poſſet, quem potuit impetum fecit, & mappalia aggreſſus, equos cepit circi E
ter quadraginta, quos ibi habebant medelę potius quàm pabuli ratione. Fortebraccius uero
qui dudū multa latenter cōtra pontificē & eccleſiā fuerat machinatus, relicto in Vetral-
la peditatu, caſtrū nouum Stephani Columnæ oppidū acceſſit, quē Michelettus e ueſti-
gio inſecutus obſidere parabat, cū omnes ille impiger fallens educta acie extra portam
quæ ducit ad Tyberim pugnādi copiā fecit, metuq́; ſimulato copias reducens, ſuos quid
facturus eſſet ignorantes, tandiu tenuit paratos, quoad ſole tum ad occaſum uergēte, &
nox fieret, & hoſtes de ipſius metu gloriabundi armis quibus per æſtū fatigati erant exu
ti, ſomnū capere occœpiſſent, quamprimū uero noctē appetere uidit, auerſa caſtris por-
ta erumpens, quo aduenerat itinere eſt profectus, priusquàm Michelettus ſtructa acie ex
cōpoſito inſecuturus inde mouiſſet, tam lōge præceſſerat, ut nec poſtremum illius equū
uiderint qui priores fuerant inſecuti, parumq́; abfuit quin Nicolaus è medio fugæ curſu
Vrbeuetanos, qui Micheletiū terga premere exiſtimantes, poſtero die fugientē interclu
dere intentarunt, magno affecerit detrimēto: Nullo aūt alio diutius inſecuto, Ciuitatem F
caſtelli ſaluus eſt reuerſus. Claſſes interim quarū Genuenſem in Ionio, Venetam in Ligu
ſtico pelagis eſſe oſtendimus, ſic diuerſa uſæ ſunt fortuna, quemadmodū auerſo itinere
nauigarunt. Nam cum Piſas appuliſſet Lauredanus eam claſſem cōſcendit. Abraam Fre
goſus Genuenſiū impigerrimus, qui cum ijs quinq; & uiginti quas Lauredanus retinue
rat triremibus Sigeſtri promontoriū menſe Iulio circunſedit. Penetrauerat item terreſtri
itinere cū aliquot peditū turmis, in Lagonare & Caſtellioni uicos, ac inde in Sturlæ ual-
lē Baptiſta Fregoſus, & Germano opē laturus Sigeſtrū ipſe etiā in cōtinenti obſidebat,
qđ oppidū Veneti parte maritima machinis oppugnabant. Ea cum eſſent Genuæ magi
ſtratib. nunciata, tres maximas onerarias naues ſinguli, quarū uiri ineſſent pugnatores
quingenti, decernunt, Nicolao Nigrono præfecto claſſis tantiſper quoad arma, milites,
cōmeatumq́; obſeſſis perferret declarato: eas naues Veneti plenis aduolare uelis cū pro
ſpicerent, acie ſtructa triremes centenis pluribus'ue bombardis crepitantes, quā aduen-
turæ erant principio oppoſuerunt. Sed molem illā nullus continuiſſet obex: Solus nan- G
que qui impetuoſum illarum perflueret curſum aquæ collis, triremes auertiſſet, quas at-
toniti gubernatores id futurū rati remis ocyus retraxerunt. Peditatu armisq́; & cōmeatu
in littus expoſitis, Nigronus naues Genuā reduxit incolumes, & Sigeſtrini Clauarenſi-
bus Spedienſibusq́; opē ferentibus eruptione facta terreſtres fuderunt Fregoſiorum co
pias: quo in cōflictu Lauredanus q turmas claſſis terreſtri addiderat oppugnationi ma-
gnum accepit incōmodum, ex Liguſtinis uero captiui ad ducentos Genuā ſunt perdu-
cti. Tum Fregoſus Lauredanusq́; poſtquā oppidi promontorijq́; capiendi difficultas quàm
extimaſſent maior reddita erat, ad inſtaurandas cōmeatu triremes nauigauerunt. Exin-
de in ſinū Rapalli reuerſi, agrosq́; & uicos Clauarenſiū prædati, pleraq; incendio cōſum
pſerunt. Quod aūt autumnus grauior tempeſtatibus reducendū eſſe claſſem ſuaderet, ad
Genuæ portū nauigantes, ſeſe trementibus Philippi magiſtratib. oſtenderunt: & cū nul
la fieret in ciuitate cōmotio, excedētes perpetua uelificatiōe unà Liburniū petiuere. Ge
nuenſiū item claſſem, quam tanto eduxerat apparatu Petrus Spinula, cū nihil feciſſet me H
moratu dignū paulò poſt reduxit, eo peiori quàm Venetus ſua fortuna, quod in illis, quas ſu I
perandis Trinacriæ promontorijs, dum principio in hoſtē nauigaret, inciderat, tempe-
ſtatibus, tres amiſerat triremes cautibus alliſas: & licet ſaluæ illarum fuiſſent turmæ, gu-
bernatores tamen, quorum ex Sabbatia unus, alter ex Albignano fuit, tertius ex Mauri
tio, mala ualetudine dū ſupra uires fluctibus obſiſtunt correpti, poſt longam ægritudinē
deceſſerunt. Quæ autem Carmagnola occiſo, Mantuanus Marchio, & Gregorius Cor-
narius ac Sanctes Venerius, Marco Dandulo petenti ſuffectus, prouiſores ad gerendū
Lombardiæ bellum miſſi geſſerunt, facile oſtenderūt, quanta ſi fidei affuiſſet integritas,
ductor unicus rerū geſtarū fama hoſti æque tremendus, ac ſuis erat uerendus facere po-
tuiſſet. Bordelanum nanq;, quod oppidū Carmagnola præſente diximus ad hoſtes defe
ciſſe, illi ſubito expugnatum, in rebellionis ultionē funditus exciderūt: Et Ruminēgum
ac Fontanellā opulenta munitaq́; oppida, appulſis caſtris & oſtenſo oppugnationis ap-
paratu, deditionem precariam facientia, cum imperio addidiſſent, in Suncinenſes duxe-
runt. Quod præclatum regionis oppidū exercitu circumſeſſum, eo maiori diligentia im

A penſaq; & cura oppugnari neceſſum fuit, qđ præter muri eleuatioris craſſiorisq; & foſſa
rum munitiones, oppidanis populo frequentiſſimo lectiſſimi equitatus peditatusq; co-
hortē præſidio addiderant Philippenſes. Adactæ autē ſunt bōbardę quatuordecim, quā
rum minima ſaxū iacere trecentenū, & baliſtis maiorib. quas appellant machinas qua-
tuor, ac minorib. quinq;, quibus Bricolis eſt nouiſſima nominatio, æqua cū bombardis
proportione in circuitu diſpoſitis, nullam murorū aut oppidi partem, cum publico tum
priuato carere periculo curauerūt. Cum nanq; muros, turres & propugnacula bōbardæ
die noctuq; immiſſæ quaſſarent, eſſentq; reparandis & ab hoſtis ingreſſu defenſandis il-
lorū ruinis occupati ardentiores mercenarijs oppidani, tū uario atq; incerto atq; etiā cre
briore ictu miſſa tormētis ſaxa, maiores moleſtias attulere, quod in tecta, areā, plateasq;
oppidi paſſim diſperſa, mortales plurimos mactauere. Quæ quidē oppugnatio magnis
Venetorū impendijs menſes ferè duos continuata, oppidanos ea ſolū petita cōditione,
ut datos præſidio milites armatos emittere liceret, deditionem facere cōpulit: arx autem
B etſi erat munitiſſima, dedente præfecto pecunijs corrupto, breui eſt recepta rebus Vene
torū ductu prouiſorū fœlici ſucceſſu creſcentib. Marchio Mantuanus in patriā ſeceſſit,
& inducijs cum Philippo conſtitutis quieſcebat. Marchio item Ferrariēſis à Philippo re
quiſitus, cum Venetias iuiſſet, & pacis mentionē magna cū inſtantia feciſſet, obtinuit, ut
ſpectatæ uirtutis patritius Fantinus Michael orator à ſenatu ad ea quæ de pace afferreo-
tur delectus, Ferrariā acceſſerit. Miſeruntq; eodem in tempore Florentini à Venetis re-
quiſiti, Pallantē Strocciā ciuem ſuum equeſtris ordinis ſpectatiſſimū. Et Franciſco Gali
na Philippi partes iſtic agente, tractatus pacis præter omniū ſpem ferueſcere cœpit. Per
id tamen temporis Sanctes Venerius & Georgius Cornarius prouiſores in uallē Camo
nicam ducentes, immunitos eius uallis uicos, qui etiam præſente Carmagnola defecerāt
receperunt, & caſtellis in ſaltibus qui ad proximos pertinent Saxinios excitatis, uallem
cōfirmare curabant, cum Tadeus Eſtenſis paganorū Camonicenſium ſuaſionibus trecē
tos accipiens equites, pedites quadringentos, nocte intempeſta Dorſum aggreſſus op-
C pidū, qđ in Tellinā uallē ex Camonica aditū præbet, furto obtinuit. Sed quo ardentius
res in montanis ꝓſpere à prouiſoribus gerebatˀ, eo maior circa Padū negligentia ſerua-
batˀ. Nanq; poſtꝙ Carmagnola aut negligente aut diſſimulante Torricellas Philippen-
ſes ceperant, & prouiſores acceptis Venetorū copijs, uires in montana cōuerterant, Ca-
ſale Padi qđ oppidū Veneti in Parmenſib. unicū tenebant obſederant Philippenſes. Pe
ditatus aūt quē Veneti præſidio impoſuerāt, poſtꝙ eos ſex menſes durauerat, cū frumē-
ti penuria laboraret, datis ad Senatū literis impetrauerat, ut Laurentius Attendulus mo
uens ex Brixianis cū mille equitib. peditibus mille quingentis accederet præſidiū allatu
rus. Sed qđ ducturū per Mantuanos paſſuū cuſtodes prohibuerunt, nō prius potuit At-
tendulus à Gonzaga Marchione tranſitū impetrare, ꝙ fames præſidiū deditionē facere
cōpuliſſet. Et ſextodecimo qui inſecutus eſt die, Mantuanis per inducias quieſcentibus,
qui Brixellū pro Venetis præſidio obtinebant, inducias ſecū nequaquā conſtitutas eſſe
immemores, laxata cuſtodia ipſi etiā quieſcebant. Quæ cum eſſent Philippo renunciata
D expeditos Pado terraq; immittens improuiſò oppido eſt potitus. Dorſi arce, in quā ſe re
ceperant oppidani, expugnata deſcendens per idus octobres in Tellinā uallē Veneti ex
ercitus ꝓuiſor Georgius Cornarius caſtella uicosq; & ſaltus oēs dierū octo oppugna
tionibus recepit. Cuius uictoriæ fama cum accolas terruiſſet, Saſinienſes præſidio in ca-
ſtellis ſaltibusq; accepto, uallē Venetis permiſerunt, ex qua cū aditus Comū uſq; pateat,
& Abdua fluuius lacu Lario haudquaquā longe diſtanti emiſſus uado tranſiri poſſit, ſpe
rauerunt Veneti Philippū in Mediolanenſib. agitare. Suffectus erat interea ꝓuiſor San-
cti Venerio Daniel Veturius, uir cū grauitate, tū etiā integritate celeber. Quo in Telli-
na ualle Cornario collegæ cōiuncto placuit quod Senatū in primis optare ſcirent de Ab
dua tranſmittenda & ponte iungenda apud Breuium intentare. Iuſſiq; ductores per diui
Martini natalitia omnes copias traduxerūt: & tamen pauore ex incerta cauſa orto deter
riti, & ſolo hoſtium clamore fugati, ocyus ꝙ tranſiuerant reuerterunt. Tunc Philippus
frequentes per Abduæ ripā diſponens ſtationes, cuſtodiā in poſterū adhibuit diligentē.
Sexta poſtmodum quæ inſecuta eſt die, cum Cornarius ui animi & audacia redundans
Tellinam uallem, quod factio Gibellina Philippo fideliſſima præualeret, trium milium

præſidio obtineret. Piccininus factioſorum ductu illam ingreſſus, cõmiſſoq́ prælio re- E
pulſus, haudquaquã tenuem accepit cladem. Sed cum eo in conflictu regionem contem
platus, mores etiam Cornarij in diſcrimẽ præcipites, & exercitus uictorijs inſoleſcentis
temeritatẽ intellexiſſet, poſtera die paratior reuertit. Prælio aũt tumultuarie uixdum cõ-
ſeri cœpto, quũ diſſipatos hoſtes Piccininus in fugã conuertiſſet, rebellantes pagani un-
diq; incubuerunt. Capti ſunt cum Georgio Cornario Thadæus Eſtenſis, Cæſar Martinẽ
gius, Italianus Foroiulianus, Baptiſta Capitius, & Antonius Martinaſcus, notiſſimi du-
ctores. Ex cætera uero multitudine uix trecẽti equites per ſaltus ab agreſtib. qui in præ-
lium deſcenderant, deſtitutos euaſerũt. Quæ quum intellexiſſet ſenatus, & de imperato-
re ad id bellũ deligendo relatum eſſet propoſitũ, Franciſcum Gonzagam Mantuæ mar
chionem uariantibus ſæpenumero ſuffragijs declarauit. Is hyeme per Decembrẽ aſperri
ma accepit exercitum, & hyberna in montibus ducens Ianuario, qui eſt ſequutus, Camo
nicam uallẽ Guelforũ ductu & auxilio recepit. Exinde Frederico Contareno inſigni pa
tritio, qui Cornario ſuffectus fuerat, ſibi in prouiſorem addito, copias in propinquarum F
uallium hyberna dimiſit. Quãtum uero partes belli curis detraxerant, tantundẽ conficiẽ
dæ paci addiderant diligentiæ. Et quũ marchio Ferrarienſis Hugutioq́ cõtrarius ſeque-
ſtres, hinc ſenatum Venetias adeuntes, inde ad oratores Ferrariã redeuntes, ter illud e-
menſi eſſent iter, pax Aprili menſe in hunc modũ eſt concluſa. Decederet Philippus a-
gri Brixiani Bergomenſiſq; locis, poſt inchoatum pacis tractatũ captis, induceretq; Mõ
tisferrati marchionem, in amiſſi eo bello principatus integrã poſſeſſionẽ. Loiſio quoq;
Vermi, caſtella hæreditatis paternæ in Placentinis poſſidenti, & cæteris Veneto militã-
tibus ſubditis'ue, priſca redderetur rerũ ſub Philippo ſecuritas. De captiuis quarto loco
actũ eſt, ut nobiles milites'ue præſtantiores, uterq; ſine precio liberaret. Et capta de Piſa
nis Volaterraniſq; redderet Florentino Philippus, curaretq́ Senenſes capta eo bello in
fra menſem reddere: aut ſi recuſarent, nullis eos in poſterũ fauoribus adiuuaret. De Lucẽ
ſibus Thoma Fregoſo, & Ludouico Plombinate, id fœderis interuenit, ut redderẽt quæ
ademerant Florentinis, & tamẽ nec remaneret in Philippi partibus Plombinas, nec poſ- G
ſet earum alteri Fregoſus adhærere. De Pontremulo autem quum dura fuiſſet cõtentio,
conuenit, ut id oppidum Philippus retineret, & cætera de Liguſticis Lunenſibus capta
redderet dominis, in Florentini populi partibus, ut antea permanſuris. Pacis conditioni
bus prout erant conſtitutæ, cæteris in partibus impletis, quum non liberaſſet Philippus
Georgiũ Cornatiũ, eò contentionum res ꝓceſſerat, ut ſolũ ob eius rei defectum haben-
dam pro infecta pacẽ Veneti fuerint proteſtati. Sed Philippus miſſis Venetias, excellen
ti iureconſulto Andrea Bartholemæo imperialis familiæ Genuenſi, & Frãciſco Galina
conſiliarijs ſuis, qui iureiurando affirmarunt Georgiũ interiſſe, ſenatui ſatisfecit. Æſtatis
illius principio Recanatenſis epiſcopus oppidis omnib. de Senogallenſibus, Piſaurieſi
busq; receptis, Forumſempronij natura loci arce muroq́ eminentibus munitiſſimã ciui
tatem, omni machinarũ genere, & longa obſidione aggreſſus eſt recuperare. Colũnenſi
bus uero Præneſtinis, qui ſeſe Fortebraccio belli ſocios addiderãt, bellum in Cãpania &
circa Romã, partim inopia, partim ineptitudine parum acriter gerentibus, Fortebracci- H
us Antonium Piſanum, qui Senis erat, & Iacobum Vicenſem urbis præfectũ ſibi adiun
gens, Vetrallam reuertitur. Tum pontifex, Michelettum qui contra Colũnenſes & iner-
mes & adoleſcentes bellicis rebus nequaquã idoneos, parum profeciſſet, Minicucciũq́
Aquilanum, & Maſiũ Feſulanum, quos à Piceno reuocauerat, Viterbium mittit, Forte-
braccio repugnaturos. Siue autẽ caſus & rerum eccleſiæ infelicitas ita tulerit, ſiue Forte
braccius ea audacia & fortitudine, eccleſiaſtici ecõtra milites ea fuerint ignauia, quũ põ
tifici duo milia & quingenti circa urbẽ eſſent equites, & totidẽ mercenarij pedites, nun-
quã deſtitit Fortebraccius, qui Vetralla egreſſus, quoties libuiſſet, partim caſtella eccle-
ſiæ oppugnaret, occuparetq́, partim prouinciã & agrum prædaret Romanum, adeoq́
malum illud late ſerpſit, ut Fortebraccius qui ſeptingentos equites, pedites octingẽtos,
rerũ, ut conſtabat, omnium egenos adduxerat, parte copiarum Columnenſib. data, parte
apud Caſtellumnouum poſita, & milites pontificis ubiq; ſuperaret, & uſq; ad portas ur-
bis omnia redderet inquieta. Acceſſit põtificis & eccleſiæ rebus, magna ex eo bello cala
mitas illa, qđ nulli urbẽ adire, nulli poterant tuto exire, niſi quos eccleſię milites magno
perduce-

A perducerent præſidio, unde ſenſim factũ eſt ut pontifice pecunijs exhauſto & ſtipendia
minus abunde militibus perſoluente, qui deſides primo & ignaui fuerant reiecta in põti
ficem culpa, qui ſibi ſtipendia nõ perſolueret, curã omnem abijcerent militandi. Illaq; tẽ
peſtate Fortebraccio, ut diximus, cõtra urbẽ impulſo, dux Mediolani curis belli ſuperio
ris per pacem liberatus, nouos adniſus eſt motus in Romandiola concitare. Cum nanq;
pontifex Fantinũ Dandulũ ciuem Venetum protonotarium, Bononiæ apoſtolicum gu
bernatorem cõſtituiſſet, isq; ſeditionẽ à Zambeccarijs intentatam, compreſſos illos hor
tãte ac per arma auxiliũ afferente Baptiſta Canidulo, urbe eieciſſet, Baptiſtã itẽ patria pa
riter eijcere cupiebat. Et porta quã diui Stephani uocant munita, Gatam apud Forũliuij
eccleſiæ militantẽ occulte acciuerat. Cuius aduentum Baptiſta exploratũ habens portã
ui receptam ipſe muniuit, & nihil ultra molitus in ciuitate more ſolito inambulabat. Ea
permotus indignitate Fantinus, Bononia ſine gubernatore dimiſſa, magno cũ rerũ pon
tificis periculo Venetias ſe recepit. Cui cũ eſſet ſuffectus Marcus epiſcopus Auenionẽ
B ſis, pontificis agnatus, dux Mediolani eiectos patria Zambeccarios, Antonio Bentiuo
lio etiã extorri cõiungens cum magnis copijs ad portas Bononiæ miſit. Ciuibus uero in
pontificis fide cõſtanter manentibus, caſtella illi pleraq; tentauerunt, & tandẽ ſolo Mõ
teuelio per fraudẽ occupato re infecta in Lombardiã redierunt. Sed apud Picenũ res põ
tificis interea nequaquam proſpere gerebatur. Qui enim ut ſupradiximus dudum in illa
prouincia ꝓ Romana militauerat eccleſia, Sanccius Carillo à Patruele Hiſpano cardina
le iuſſus, ad Malateſtas Piſaurenſes deſciuit. Et prætenſis Baſilienſis ſynodi literis cuius
ſe diceret belli ducẽ, Franciſco Piccinino alijsq; Malateſtarũ copijs adiunctis ſubito in
Piſaurũ impetu facto, ciuitate potitus fuiſſet, niſi gubernator Recanatenſis epiſcopus, ra
pido ſine copijs præteruolans curſu Piſaurenſes ſola præſentia in fide retinuiſſet. Nec tñ
abfuit quin perfidiæ ſuæ Sanccius dederit pœnas, quẽ à Franciſco Piccinino longius re-
motum, & cum Luca Caſtellano alijsq; hoſtiũ copijs cõtra Sorbolongũ eccleſiæ caſtel-
lum caſtra incaute metatũ Sigiſmundus Malateſta ad eccleſiæ ſtipendia conductus, me
C ridie aggreſſus fudit, fugatumq; omnibus copijs ſpoliauit. Paucis item interiectis dieb.
Franciſcum Piccininũ gubernator cum quingentis, & paulo poſt Ioſiã Aquauiuenſem
cum ſexcentis, Ioannẽ Malauoltã Senenſem cum centũ conduxit equitibus, & qui ho-
ſtes laceſſere fuiſſet ſolitus, tutandæ ab illis prouinciæ adiecit animũ, quouſq; Venetis q
pontifici afficerent̃ intercedentibus, pax Malateſtis Piſaurenſib. eo cõſilio fuit impetra-
ta, ut gubernator afflictis apud urbem rebus eccleſiæ opẽ ferret. Fortebraccius nanq; de
militũ pontificis, & eorũ qui urbis curam gererent ignauia certior factus Caſtellonouo
cũ copijs digreſſus, põtem Miluiũ noctu occupauit, & præda undiq; ab urbis muris ab-
acta, Lucanũ etiã & Salariæ uiæ Anienis pontes cepit. De hinc nullo qui reſiſteret inuẽ-
to, Columnenſibus uero quod poterant præſidiũ ſubmittentibus, Tyburi caſtra admo-
uit. Quã ciuitatem, cum paucis ut ſperauerat diebus, nequiuiſſet capere, in Latinũ urbis
agrũ delatus omnifariã rerũ abegit prædã. Inde admotis ad urbem caſtris paucos ad A-
gnetis moratus dies, Ananiam obſidere perrexit. Ea autem ciuitate conſtanter reſiſten-
D te, poſt triduum caſtra mouens, montana abbatiæ Sublacenſis impetijt caſtella. Et eorũ
multis duce Antonio Piſano potitus quædã diripuit, quædã ſolo æquauit, Romæ inter-
ea trepidatum eſt, & uigiliæ pro portis habitæ. Nec tamẽ defuerunt Romani ciues, q pri
us q; Michelettus & alij ſubito acciti milites aduenirent, pontes Miluium Salariumq; ui
expugnatos reciperent. Cæterum aduentu Micheletti in urbem, res põtificis nihilo ere-
ctior facta erat, cũ interea in patrimonio adiacentibusq; urbi quibuslibet locis, omĩa bel
li incendio cõflagrarent, pontifex etiam qui in Vaticano diui Petri palatio parũ eſſet ſe-
curus, ad media Romæ loca, diui Laurentij in Damaſo ædẽ ſe cõtulit. Cumq; milites q
ſua apud urbem ſtipendia merebant̃, paruo nimis præſidio eſſe cerneret, Recanatẽſem
epiſcopũ iuſſit dimiſſo in Piceni ꝓuincia Sigiſmundo, quaſcunq; habebat copias ad ſe
ducere. Cuius aduẽtu pontifex ad diui Petri palatium eſt reuerſus. Epiſcopus aũt caſtris
contra Marinũ principis oppidũ locatis, oppidorũ quæ in circuitu rebellauerant nõnul
la etiam deditionem facientia accepit in fidẽ. Sed cum haberet exploratum, principem
Fortebracciumq; in Genezano eſſe caſtello parũ ut ferebatur munito, copias eo cõſilio
eaq; ſpe raptim admouit, ut uel clauſos ad deditionẽ compelleret caperetq;, uel ſi extra

muniṫiones repugnare pergerent, prælio ut minabatur cōſectos opprimeret: cui caſtra B
ad portas ut conſtabat metaturo, Fortebraccius ad primum lapidem ſactus quadrato a-
gmine obuius prælium conſeruit. Dumq; hoſtem ſolito ferociorē conatur repellere, ca-
ptus fuiſſet, niſi ex oppido qui manſerant accurrentes, Michelettū, Franciſcumq;, & Ioſi
am paululum repreſſiſſent. Prælio autē acri conſerto, quum neq; intra munitiones uellet
Fortebraccius ſe recipere, neq; aperto poſſet campo reſiſtere, collem uiribus undiq; con
ſitum conſcendit, & equitibus qui parum in eo ualerent loco, intra Genazanum magna
ex parte iuſſis, cum peditibus in pugnam adeo feroci incubuit animo, ut quem eccleſia-
ſtici uictum ſuperatumq; ſæpius acclamaſſent, atq; etiam de parta uictoria nuncios Ro-
mam miſiſſent, uictorésne an uicti eſſent incerti, prælio exceſſerint. Qua die Vitellenſis,
qui perſpexiſſet quid exiguæ hoſtium copiæ aduerſus ſuorum multitudinem poſſent, a-
nimi conciderunt. Poſitis itaq; in caſtellis quæ receperat & Tybure præſidijs, ad pontifi
cē Romam uenit, obuiauitq; in itinere renunciantibus, Piſaurenſes urbe contra fœdus
Malateſtis tradita rebellaſſe. Quamobrem ira percitus Franciſcum Piccininum, Ioſiam, F
aliosq; quos adduxerat, præmittens, duos apud pontificem dies moratus, Picenū uerſus
magnis itineribus properauit. Quod uero in uetuſtiſſimis & carie ipſa confectis quan-
doq; euenit ædificijs, ut dum unū attollere uel ſtabilire inſudas tignum, collapſa è regio-
ne muri pinna, trabes tigno attrahat immixtas: itidem in rebus eccleſiæ per ea tempora
contingebat. Tertium namq; à pontifice profectus diem Vitellenſis, Aſſiſinatenſiū arcis
maioris cuſtodē, ſuorū fraude occiſum, arcemq; intellexit factā eſſe in Fortebraccij pote
ſtatem. Dumq; ciuitati præſidium allaturus copias in itinere diſperſas apud Spoletū pa-
rat colligere, renunciatum eſt, minorem maiori arci cōſenſiſſe, & ciues præſidij quod pa
rabatur ignaros, dedidiſſe Fortebraccio ciuitatē. Iiſdem item diebus Franciſcus Piccini-
nus ſpreto Vitellenſis imperio, in agrū Peruſinū ſeceſſerat, ſtipendia ſibi, ut dicebat, de-
bita à pontifice expectaturus: quāquam non defuerunt qui e ueſtigio intellexerint, qđ
rerū poſtea docuit euentus, illum ducis Mediolani & genitoris Nicolai iuſſu, importu-
no eccleſiæ tēpori eſſe ſubtractū. Reuerſis à prælio apud Genazanū, ut diximus, cōmiſ- G
ſo, ad urbē pontificis & eccleſiæ copijs, & Recanatenſi in Picenum properante, retinue-
rat Romæ pontifex Michelettū. At Fortebraccius qui maximis Romani pontificis co-
natibus obſtitiſſet, inſani debacchabatur audacia. Laurentij itaq; Columnenſis ductu,
Tybur adiens ciuiumq; perfidia introductus, Ludouicū & Ioannē Moſtardē Forliuien-
ſes, cum copijs quas ibi præſidio diu habuerant cepit, & Montemrotundū Vrſinorū op
pidū ſuis partibus cōpulit adhærere. Micheletto aūt ut illū inde abduceret, & ſimul per-
dita in Campania recuperatet Ferentinū accedente, Fortebraccius per mediā noctē, pa
latiū ſancti Petri, quod tunc inhabitaret pontifex noctu irrumpere meditatus, ad ſecun-
dum ab urbe lapidem uia Aurelia ſubſtitit: ſed quū à calonibus quatuor, qui lignatū iue
rant interceptis, ſtationes diligenter palatiū cuſtodire didiciſſet, Rotundū eſt reuerſus.
Interea Vitellenſis Picenū ingreſſus, paruis quas ſub Ioſia Ioanne Malauolta & Roma-
no Cremonēſi habebat copijs diffiſus à Piſaurēſi bello tādiu ſtatuit abſtinere, quoad fa-
ctā eſſe intelligeret rem pōtificis & eccleſię erectiorē. Nā poſt captas aduerſa magis alio H
rum fortuna, q̄ propria uirtute Tyburtinā Aſſiſinamq; ciuitates, adeo elatus erat animo
Fortebraccius, ut ſuos etiā contemneret cōmilitones ac ſcelerū adminiſtros. Hincq; An
toniū Piſanū, cui Senis accito pollicitus fuerat prædæ quantacūq; fieret participē illū fo
re, cōpulit ut retentis abbatię Sublacenſis caſtellis, & Lucano, quę loca Fortebraccij no
mine receperat, ad pont. tranſiret: cuius aduentu facile apparuit futurū, ut Fortebraccius
à magna meliorīq; militū parte derelictus, agro oppidiſq; eccleſię pelleret̄, niſi Philip-
pus Mediolanenſiū dux, nouā & quidē maximā calamitatē rebus pontificis, & Roma-
nę eccleſię inflixiſſet. Franciſcus namq; Sphortia, qui, ut ſuperiora, oſtendunt uolumina
annos ſupra decē Philippi ſtipendia ſequutus erat, maximas cum Nicolao Piccinino ſi-
multates inimicitiaſq; perpetuo exercuerat, quas tñ alter à Sphortia genitore, à Braccio
Montonenſi alter hęreditarias habuiſſent. Eā itaq; ſimultatū odiorūq; occaſionē Philip
pus quū ſatis fidei habiturā fallendo pontificē intelligeret, quod duos tantę potentię ui-
ros, tā acriter diſſidētes ſimul teneri nō poſſe uero ſimillimum uideretur, Sphortiam in
pont. mittere conſtituit. Is itaq; partim ſupplex, partim ut ferueſcere uidebat̄, ira indigna
bundus

bundus ſæpenumero petitum à Philippo impetrat commeatum. Creditores per præcò
A nem de repetendis à legione pecunijs facit admonitos, Manfredoniam Beneuentumq́;
quas ciuitates paterna poſſidebat hæreditate, famulos præmittit hyberna militib. para-
turos: impedimentorumq́; parte Anconam præmiſſa, ea ratione naues ſimulat præpara
re, ut quamprimū eò applicuiſſet, ſarcinas omnes pediteſq́; & milites imponeret ægro-
tantes. Et quia ducentis triginta paſſuum milibus, ab Scultenna agri Mutinenſis fluuio,
per Romandiolam & maris Adriatici littus, in ultimam agri Aſculani partem, ad Tro-
entum fluuium, per eccleſiæ loca eſſet iter facturus, ſecuri tranſitus litteras à pontifice
poſtulauit, ſponſoremq́; dedit Michelettum ex gente Attendula cognatum, ſe nedum
hoſtem, ſed mitiſſimum hoſpitem prouincialibus affuturum. Pontifex uero quem pri-
ma terruiſſent ſimulationis indicia, ut audiuit poſt diſſeminatam in Lombardia profe-
ctionis Sfortię famam, illum copias in agro Parmenſi expedire, Venetos Florentinoſq́;
fecit per nuncios certiores, magnum ſibi alijs oppreſſo difficultatibus à duce parari ma-
B lum, quod niſi auertere ſecum illi pergerent, prouideret res illorum & eccleſiæ oppreſ-
ſurum. Extant quatuor pontificis epiſtolæ ad Venetos Florentinoſq́;, prius quàm Sfor
tiæ Bononienſem attigiſſent agrum datæ, quibus omnem futuri temporis calamitatem
niſi ſubuenirent prænunciauit. Illis autem Garram eccleſiæ, & Guidantonium Manfre-
dum Venetorum ſtipendia merentes, quorum alter Bononiæ, alter eſſet Fauentiæ, ſatis
magno præſidio futuros reſpondentibus, quod potuit pontifex gubernatores, ut rebus
eccleſiæ prudenter conſulerent, admonuit, ipſe datam à Sfortia fidem magnifacere nun
cijs oſtendens, literas ſecuri tranſitus obſignauit, cum ecce Sfortia Bononienſes, Imo-
lenſes, Fauentinos prætergreſſus apud Forumliuij cum legione conſedit, ad decemq́; di
es moratus, nihil hoſtile molitus eſt, ſed in ſua perſeuerans ſimulatione, nuncios præmit
tebat, qui an naues portum attigiſſent Ancomitanum ocyus nunciarent. At Piccinini
gubernator, Recanatenſis epiſcopus, aduentu Sfortiæ in Romandiolam audito, etiam
à pontifice de cura prouinciæ habenda admonitus, Ioſiam Aquauiuanum cum copijs
C Eſium miſerat, prouincialibus in fronte poſitis præſidio affuturum, & Recaneti quā fi-
deliſſimam ſibi duceret ciuitatē, populorū prouinciæ conuentu habito, eos hortatus eſt
huiuſmodi oratiōe. Nouos in ꝓuincia rumores, noua fabularū figmēta per hos dies diſ-
ſeminata eſſe audiui, quæ ꝓ uanis, ut ſunt, ducerem reputanda, niſi tyrannorum eccleſiæ
inimicorū, tyrannorum inquam quos breui tollam, uobis uicinorum tantam eſſe aſtuti-
am, tantas malefaciendi & nocendi eccleſiæ artes cognoſcerem, ut ſuſpicari licere exiſti
mē, ne fraudulentas admittatis ſuſurrationes, & uano metu perterriti mala quæ nulla re-
nus impendeant formidāda exiſtimeris. Franciſcū, inquiunt, Sfortiā hoſtili contra eccle
ſiā animo breui affuturū, omniaq́; ꝓ uiribus euerſurum. De illius aduentu mihi explora-
tiſſimo non eo inficias, ſed Eugenij pontificis maximi licentia, Manfredoniam Beneuē
tumq́; petiturus, pro data fide, pro tranſmiſſis Romam obſidibus, direpti à bouis ubere
uituli, & abactæ pecudis damna ſponte reſtaurabit: quāquam ſi perfidus malignari per-
geret, ſi nulla ab ipſo pontifex haberet pignora, non ea erit ferocia quæ noſtris nequeat
uiribus retundi, ut & eū qui aduenerit, & tyrānos qui illū cōtra eccleſiā ſæuire ac machi-
D nari deſiderant ſataguntq́;, pœniteat. Bono itaq; ſitis animo, & illud curare ſolū ne tran-
ſeunti & iter acturo longiſſimum, portis quiſpiam parētibus receptacula offerat, in qui-
bus per dura quæ nunc December habet menſis tempora apud illos quicunq; tali age-
rent infortunio, libens fortaſſis legionem haberet in hybernis. Diſſoluto cōuentu redē
untes in patriam oratores, omnia à gubernatore quietiora conciuibus nunciabant, cum
Sfortia ueri quē à Firmanis contra eccleſiam coniuratis expectabat, nuncij aduētu mo
uens prius in Piceno fuit uiſus, q̃ eum ex Romandiola mouiſſe exploratū habuerit gu-
bernator. Inde à Metauro per littus Adriatici ducens, Mondauiū Senogalliamq́; oppi-
da dimiſit illæſa. Exploratoribus uero quos præmiſerat, Ioſiam apud Eſium eſſe renūci-
antibus, qui paribus caſtris ſubſequi deſtinaſſet, præſidiū prouincialibus oſtenſurus, aci
es quatuor quæ in auerſa oppidi parte inſidias illi obtenderent præmiſit, & exercitum
portis admouit. Vix loca inſidijs, qua Ioſiani caſtris auerſum exiſtimauerant exiturum,
Sfortiani ceperant, cum acies illę quas ciuitatem ſenſerat præteriſſe, exercitū fuiſſe exi-
ſtimās, auerſa quæ ad littus ducit uia egreſſus, parum abſuit quin Sphortiæ obuiaret cū

exercitu aduenient. Eſinis uero Sphortiam quàmprimũ ſigna intulit admittẽtibus, tecta E
diutius cõſilia patuerũt. Nam patẽtes Baſilienſis ſynodi literas, quibus Philippum Me-
diolani ducẽ, ipſius conſilij & Romanæ eccleſiæ in Italia uicariũ eſſe aliasq; itẽ quibus
ſe à Philippo duce ſubſtitutũ generalẽ belli ducem, contra pontificem Eugeniũ appare
ret, per prouinciã circumtulit. Quæ honeſtatis ſpecies, timentibus & nullo firmatis præ
ſidio populis oſtenſa fecit, ut oppida quę circumſtant cingulũ Seuerinũ, Monsſanctus,
Corinaltũ, Mondauiũ, & tenuiora quæq; Eſini & Senogallẽſis agri caſtella, ſubito pon-
tifici rebellarent. Profectus, ut dixi, Eſio Iosias, omnia poſt ſe ſentiẽs rebellaſſe, Recane-
tum uerſus copias ad gubernatorẽ ducere intendebat. Sed quũ Spbortianos inſequi ha
beret exploratũ copijs derelictis, ſcalmũ qui primus ad fluminis Eſini portum fuit obui
us, cũ ſuis quos pluris faciebat cõmilitonibus cõſcendens, ad ptopria in Aprutium naui
gauit. Eam rẽ Sphortia compertã habens, aliquot mittere cœperat, qui palantes diſſipa
tosq; interciperent Ioſianos. Sed Firmanã ciuitatẽ, ut pridem erat conſtitutum, audiens
pontifici rebellaſſe, cõſilio mutato cũ copijs aduolauit. Vitellenſis uero Eſium rebellaſ- F
ſe, fugiſſe Ioſiã, aduentare Sphortiã, Firmanos tumultuari, uno audiens impetu, opis ſi-
mul & cõſilij inops, quũ nulli ſatis rerũ poſſet prouidere, ſibi ſoli quẽ prouinciales ode-
rant próſpexit. Erat tñ unica in tanto rerum æſtu ſpes munitiſſimæ arcis Firmanæ, ſi nã-
que gubernator eò quæ ſuperfuerãt copias contraxiſſet, Firmanã ciuitatẽ recuperaſſet,
& prouinciæ partẽ quę à tergo remaneret, facile conſeruaſſet. Is uerò quod Recanaten-
ſes, cuius eccleſiæ præſideret, in ea qua centũ annis uſi fuerãt fide cõfideret perſeuerare,
apud illos conſtituit, quẽ longe feſellit opinio. Nulli namq; prouincialiũ maioti erga põ
tificem & eccleſiam perfidia ſunt uſi, cum uno eodemq; tempore equis ſuppellectiliq;
ipſius epiſcopi, Spbortiæ in prædã permiſſis rebellauerint. Firmanæ arcis cuſtodes, ci-
ues ſuos, illã Spbortiæ præter ſpẽ dare curauerint, miſerintq; per prouinciam oratores,
populis ſuo exemplo ad perfidiam cõcitandis, Sicq; Sphortia undecimo, q̃ intrauerat
die, tanta cũ tranquillitate Piceno eſt potitus, ut præter Luponenſes, quos inter ſe diſſi-
dẽtes prædæ expoſuit, nulla prouincialibus calamitas ſit inflicta. Inchoatæ interea rerũ
põtificis ruinæ, dux Mediolani acri inſiſtẽs animo, Italianũ, Foroiulianum, & Antonel G
lum Senenſem cũ equitibus octingentis petenti & ſubſidia pollicenti Cõrado Fulgina
ti eccleſiæ uicario mittebat. Ii in Lugẽſi caſtello diebus quatuor cõmorati, Antoniũ Or-
delaffum noctu ad mœnia Forliuij perduxerunt. & muros ſcalis aſcẽdẽtes illũ in domi
natũ recipi acclamabãt. Sed ciuibus fidẽ eccleſiæ cõſtanter ſeruãtibus, armis repulſi, Pi-
cenũ uerſus iter eueſtigio ſunt ingreſſi. Quũ uero Sfortiam iniunctum à Philippo faci-
nus iamiã aggreſſum eſſe, & omnia penè Piceni loca in illius poteſtatẽ audiſſent ueniſſe,
caſtella aliquot uicariatus Mondauij, quæ in fide põtificis etiã perſiſtebant, pro Guidã-
tonio Vrbinate ceperunt: quanquã plurimi tẽpeſtate illa ſunt inuenti, quos nullus tenu
it honeſti fideiq; reſpectus, quin in rebus eccleſię graſſarent. Guidantonius namq; Mã-
fredus in Fauentia põtificis uicarius Imolenſis agri caſtella quinq;, Ariminenſes Mala-
teſtæ Ceruiã, & quibus per inueteratũ licere uideret furotẽ, Fortebraccius Pergulã, Pi-
ſaurenſes Malateſtæ Senogalliã cũ agri oppidis & decẽ uicariatus Mõdauij caſtella oc H
cupauerunt. Recanatenſes tñ tantæ perfidiæ eam admiſcuerũt moderationem ut petẽti
Sphortiæ epiſcopũ ſuũ tradere recuſarint. Qui rebus, ut tunc erant afflictis, in epiſcopio
abditis, omnia negligere ſimulabat. Quoniã aũt Sphortia potitus prouincia celeberri-
mũ glorioſæ uirginis in Laureto ſacellũ inuiſurus eſſet, ſimulauit epiſcopus, ad quẽ ſpe-
ctaret ornamẽta excipiẽdo uictori neceſſaria præparare, & omnibus quæ eſſent ſibi ſal-
ua per noctẽ uicinæ quã occulte cõduxerat Latinæ naui immiſſis, ipſe ad auroram Re-
caneto cũ clericis profectus, de ornamentisq; & apparatu ſolicitudinẽ præ ſe ferẽs, ædẽ
perluſtrauit, & reuerſis qui nunciarẽt nauẽ uicino littori adhæſiſſe, ad illã fugiens auola-
uit. Delatus Venetias, quò capſas ſexdecim ſpolijs Picentũ plenas detulit, Rauẽnã naui
gãs, Thomã Tragurienſem epiſcopũ ibi reperit. Eũ Forliuienſes nulla adducti neceſſi-
tate uocato, quẽ prius Italiano Foroiuliano & Antonello Senenſi cõiunctũ ſpreuerant,
Antonio Ordelaffo uiro omniũ egeno rebellantes ad diẽ Calendarũ Ianuarij quintã ce
perant, & ludibrio aliquot diebus habitũ, rebusq; uacuũ dimiſerãt. Quũq; ambo epiſco
pi, aduerſos uiciſſim cõmiſerati caſus multa dixiſſent, Vitelliẽſis Florentiã & inde Ro-

A mam Traguríenſis Venetias periuere. Secunda interim fortuna, ut eſt mortaliũ natura, immoderatius ꝙ par fuiſſet uſus Sfortia, nõ cõtentus Piceni dominatu, turmas aliquot cũ germanis Ioanne & Leone permiſit in Tudertinos motiſq; ſignis ſubſecutus, audiuit Tudertinos prius ab eccleſia defeciſſe, & ſibi dominiũ detuliſſe, ꝙ germani copias admouiſſent. Hinc medio ſubſiſtens curſu, Cõradino Trincio Fulginei uicario, põtifici & eccleſię inimico hortãte, ualidũ Nucerinũ eccleſię oppidum capit, & Spoletinis illorũq; arcis munitiſſimæ cuſtode epiſcopo Auximano fruſtra tẽtatis, Falcũ cõſtituit oppugnare. Peruſinis uero permittente põtifice curã eius oppidi cuſtodiãq; ſuſcipiẽtibus, Sfortia germanos cũ auxiliaribus Fulginatis copijs oppugnationi pręfecit, & Tuſcanellã ſe cõtulit, qua ſubito, & paulo poſt Suriano, qđ in Cimini montis cacumine ſitũ, uim pati nequit, primo acceſſu Recanatẽſis cuſtodis perfidia eſt potitus. Tuncq; germanos re Falci infecta ideo ad ſe uocauit, ut iunctis eo in loco copijs Hetruſcum eccleſiæ patrimoniũ plurimas in partes partito exercitu aggrederet̃, eãq; regionẽ Piceni exẽplo, ſola
B belli fama atq; oſtentatione cõficeret. Incaluerat per id temporis Fortebraccij furor, iſq; etiã prætẽſis ducis Mediolani, quẽ Synodi Baſiliẽſis in Italię uicariũ aſſerebat decretis, ſeſe cõſilio dicebat & eccleſiæ militare. Cũq; milites põtificis reliquaſq; uires omnino cõtemneret, montẽ Faliſcorũ in patrimonio, maiorẽq; Cãpaniæ & maritimæ prouinciarũ partẽ ſibi ſubiecerat. Et demũ illius furore ac Sfortiæ in patrimoniũ aduentu, Sabelli oẽs põtifici rebellauerãt, ut iã breuior narratiõis futura ſit ratio, quæ in fide perſtiterint, ꝙ perdita enumeranti. Viterbienſes eñ Sfortiæ cõſentientes, inane dominij nomẽ eccleſię & põtifici reſeruabãt, pariter Cornerani faciebãt, pariter Sutrini, Anguilarię comites, Ceretæ domini, & Rainutius Farnetanus: ſoli Narnienſes & uicini Interamnẽſes caſtellani fidelis Iacobi Mellæ, cui poſtea Cõdulmario põtificis dono fuit cognomẽ, auxilio, Spoletaniq; munitiſſimæ arcis præſidio Ortani, & qui Taliacoccio dominant̃ Vrſini, ac Imolẽſis in Romandiola, ea tẽpeſtate in fide põtificis perſtiterũt. Nam Peruſini in ducatu, Bononienſes in Romãdiola, licet eccleſiæ & põtificis gubernatores retinuerũt,
C hoſtes fuerunt maximis fauoribus proſecuti. Magna itẽ Romanorũ ad eã diẽ fuit cõſtãtia, quos armentis omnibus, peculij ſui fomite ſpoliatos, Micheletũ alioſq; in urbe milites perferre, hoſtẽ excubijs per noctẽ arcere, pecunias quandoq; defenſioni ſuę per multos menſes oportuit cõtribuere. Eo aũt in tẽpore uenerunt in urbẽ à Synodo Baſilienſi Sigiſmundi imperatoris, & regis Francorũ ac ducis Burgundiæ oratores, ad põtificem introducti. Frequenti tunc prælatis & Romanis ciuibus curia, cũ ſolitas ſinguli ab ſuis principibus cõmendationes feciſſent, cõſtituiſſe dixerunt, ut ſpectatæ uirtutis Baptiſta Cigala Genuenſis eques, imperatoris oratorũ alter uerba faceret quæ pari ſingulis formula à ſuis dominis fuiſſent iniuncta. Is qui iurecõſultus eſſet, uir facundia ſingulari, huiuſmodi habuit orationẽ. Maxima, Pater beatiſſime, de inuictiſſimo imperatore Sigiſmũdo tuæ ſanctitatis merita, maxima in eum congeſta cumulataq; à tua beatitudine beneficia, nõ adeo ſunt obſcura, uel tractu tẽporis inueterata, ut hoc in loco iſtiſq; auditoribus recenſenda, aut uerbis multis lõgaq; oratione uideant̃ illuſtranda. Quoniã eodem
D operimur tecto, hiſdẽ claudimur parietibus, hiſdem obuerſamur ædibus, in quibus non multis anteactis menſibus, magna eorum qui nos corona circunſtant frequẽtiſſima inſpectante prælatorum eccleſiæ Romanorumq; ciuium parte, illũ qui uana illectus ſpe in Italiã tibi aduenifſet hoſtis, opprobrio à fœdifragis habitum, ex hoſte amicum, ex inſidiatore filiũ reddidiſti, & deſiderato dudũ fruſtraq; aliter quæſito imperialis culminis diademate, auguſta quoq; appellatione inaudita omnibus ſeculis humanitate ac liberalitate profuſiſſima exornaſti. Quàm uero hoc tantum quo nullũ maius excogitari poſſet beneficium, bene locatum, quàm fuerit grato homini impenſum & rebus ipſis oſtendit hactenus Cæſar tuus, & paucis ego uerbis in hac publica multorum audiẽtia demõſtrabo, quouſq; maiora quibus ſecrete tecum tractandis, ſummorũ Chriſtianitatis principum oratores aduenimus, certo tibi erunt documento, nihil hoc tempore imperatori uel maius eſſe uel antiquius, quàm ut parem ſanctitati tuæ beneficij rependat uicem. nõ te Romanorum pontificem, ut tu illum imperatorem faciat, ſed ſummo olim cardinaliũ conſenſu, & debita inſtitutionum eccleſiæ legumq; ſacrarum obſeruantia creatũ, pro uirili ſua cõſeruet, augeat, tueat̃. Decedens Italia cũ multi, quos tuendæ ſedis apoſtolicæ dignitati in cõſilio Baſiliẽſi pridẽ eſſe uoluiſſet, ſeſe multitudine oppreſſos ſuperatoſq;

renuncia-

renunciaſſent, affirmarentq; nihil eſſe ſpei reliquũ, quin ſciſſa miſerabiliter eccleſia cõci E
deret, atq; interiret honor tuus: nullis princeps meus alpiũ aſperitatibus, nullis lõgi itineris difficultatibus abſterreri potuit, quin ætate grauis & podagra penè cõfectus, Baſileã mirabili aduolauerit celeritate, & quorundã cõpreſſerit ora, ꝗ tãta ducerent̃ cæcitate, ut maximo labore à ſua maieſtate dudũ apđ Cõſtantiã urbẽ quæſitã unionẽ eccleſiæ paruifacerent tollere, dummodo ſanctitatis tuæ officerent dignitati. Sed hęc Pater ſancte, oĩbus nota prætereo, illa attingam quę & recẽtia ſunt, & intentiſſima à maieſtate tua curant̃ diligentia. Lęti pridẽ ad nos attulerant quãplures nuncij, perditũ hunc Nicolaũ Fortebracciũ poſt uarios in rebus eccleſiæ cõcitos motus, poſt tãtas agitationes eò loci adductũ eſſe, ut niſi fuga ſibi cõſuluiſſet, ab eccleſiaſtico milite opprimeret̃. Dũq; à iucunda oẽs tui ſtatus & nominis amantiſſimi penderemus expectatione, iſta moleſtiſſima nos perculit & exanimauit Frãciſci Sfortiæ in Picenũ irruptio. Cepit aũt admiratio tot populos ſub eccleſiæ libertate, quã ſucceſſiuis olim à ꝓgenitoribus accepiſſent, ſeculis nutritos, à uiro fortunæ expoſito, & ſola rapinarũ fama cognito, celerius fuiſſe ſubactos, ꝗ̃ tãtæ magnitudinis ꝓuincia potuerit peragrari. Quærentibus uero & diligenter percontantibus, qua arte, quibus adminiculis id eſſet factũ, nunciant ex Italia qui adueniunt, epiſtolæ narrãt quotquot perferunt̃, cõcilij Baſilienſis tanti factã eſſe in Italia autoritatẽ, ut unica eius epiſtola, imò illius exemplũ, qđ Sfortia & Fortebraccius præ ſe ferant, omnibus põtificis & Romanæ eccleſiæ copijs præualeant, ducẽq; Mediolani pręcenſo uicariatus cõcilij in Italia titulo, Sfortiã Fortebracciũq; ſubſtituiſſe, qui ꝓfanarum eccleſiæ rerũ ſtatũ recipiant, põtificẽq; Eugeniũ ad exitiũ perſequant̃. Hinc populos ꝗ eccleſię afficiunt̃, paucis uerbis in ſententiã adduci, ut eccleſiam moleſtijs ſub pontifice agitatã deſerentes, eccleſię per arma illius ducis potenti cõſentiant. Eũ uos pater ſanctiſſime, uosq; ꝗ circunſtatis oẽs audite. Eũ ducis Mediolani dolũ audiens imperator, uehementi dolore affectus cõgregationẽ ex more uocãdi impatiẽs, uicos, cõpita, baſilicasq; percurrens, obuios accitosq; è domib. quoſq; interrogat, ſciſcitat̃, quid nã hoc eſſet, qđ malo natus deſolationiq; Italię & Chriſtiani nominis Philippus Vicecomes, autoritate cõcilij gereret in Italia, quis cõfeciſſet epiſtolas, & quia ſinguli ſeſe inſcios dicerẽt culpa G
uacare, cõgregatis ex more nationibus, ad deputatos retulit. Tãdẽ re nõ ſolum Cęſaris, ſed principũ Chriſtiani nominis omniũ ꝗ aderãt oratorũ, maxima cũ doloris indignationiſq; ſignificatione accuratius exquiſita, nullas à cõcilio duci Mediolani datas eſſe literas, nulla uicariatus decreta fuiſſe cõceſſa reperiri potuit. Hincq; maiora quæ ſecreto acturi ſumus tractare in Italiã uenturis, data ſunt inſtante imperatore à cõcilio publica, à ſinguliſq; principũ oratorib. priuata, ad tuã ſanctitatẽ mandata, ut conciliũ, principes, nationes à crimine, qđ eis falſò obijcit̃, ab iniuſti tãti ſceleris nota purgemus, ut inſidiæ, fraudes, doli cõtra ſanctitatẽ tuã, cõtra Romanã eccleſiã, ipſiuſq; ꝓuincias, à quib. ſtruant̃, fiant, parent̃ in cõſpectu ſanctitatis tuæ audituris omnibus, & per loca Italiæ quæcunq; redeũtes adire poterimus notũ faciamus. Quia tñ nec breui hinc diſcedere alia tecum acturis licet, nec ſingulas adire poterimus ciuitates, epiſtolas mittemus, quas ꝓfecturis sereniſſimus dedit imperator, huiuſmodi purgationẽ habentes, ſpemq; inſuper à H
ſua maieſtate inijcientes populis ꝗ deſtinata ab eo tuæ ſanctitati pręſidia cõſtantes expectabunt, nec fraudulentis credẽt ducis Mediolani artibus, aut pręedonũ minis inſultibuſq; abſterrebunt̃, ꝗ̃ minus ſacroſanctã tuæ ſanctitati & Romanæ eccleſiæ fidẽ ſeruẽt. Cum finẽ dicendi feciſſet Baptiſta, pauca in eam ſententiam dixerunt collegæ, & ad populos, ꝗ aut fluctuabant, aut in fide perſiſtebant, datæ ſunt epiſtolæ imperatoris, illa paucis perſtringentes, quæ prolixius ab oratoribus erant dicta. Tantis uero tunc urgẽtibus malis, unica pontifici ſpes erat reliqua, ſi duorũ qui uetuſta, & dudum multis exacerbata iniurijs exercerent odia, inimicorũ alterum alterius placeret exitio. Sed cũ magnis ad eam rẽ opus eſſet pecunijs, pontifex qui paucas tunc haberet, Venetos Florentinoſq;, quorũ inuidia adductus Mediolani dux Philippus, omnia hæc ut oſtendimus, ſibi & eccleſiæ intulerat damna, de integro inſtãter pecuniarum opẽ peti, & hoſtes ambos eodẽ tẽpore ſtatuit attentari. Itaq; prius ſaluti ſuæ, ſi qua emerſiſſet ſubita uis cõſulẽs, tertiodecimo Cal. Martij die ad baſilicę diui Chryſogoni palatiũ, Trãſtiberynę regionis, ſe cõferẽs, portas undiq; armatis militibus cõmuniuit. Miſſis poſtea ad Fortebraccium, qui Tybure morabat̃, Antonio Contareno, & Marcello Stroccia, quorũ alter Venetorum,

Floren.

A Florentinorũ alter erant in curia oratores, & Nicolao epiſcopo Tropienſi, ad Franciſcũ Sfortiã apud Calcarellam agri Tuſcanenſis uicum hybernantem. Miſſus eſt item ad Florẽtinos Venetoſq;, ꝗ multa apd' eos in hanc ſententiã uerba fecit: Niſi præſidia afferent ſubita, de rebus põtificis actũ eſſe, & milites ꝗ illi eſſent reliqui, in ducis Mediolani poteſtatẽ facillime peruẽturos, quibus eccleſię ciuitates, ut pridẽ Sfortię & Fortebraccio fecerat, eſſet in prædã ſtipẽdiaq; daturus, tantiſq; copijs ſine impenſa cõparatis, facile illi futurũ reſpublicas, Florentinã primo, dehinc Venetam, minori q̃ rẽ eccleſiæ negocio peſſundare. Tantis territi periculis Veneti, Gatã & comitem Brandolinum apud Franchum Bononienſis agri oppidũ hybernantes cum equitibus mille trecentis, peditibus ducentis cõducunt, ne ad ducis Mediolani, illos ad ſe pellicere cupientis, ſtipẽdia ſe cõferrent. Simulq; ut oppido in fide retento Bononienſes cogerent, quoad fieri poſſet põtifici obedire, & quatuor inſuper põtifici ducatorũ millia pollicentur, Sfortiæ aut Fortebraccio per eum annũ ſingulis menſibus perſoluenda. Quorum exemplo Florentini to

B tidẽ ꝓmiſerunt. Ea dux Mediolani comperta habens, Imolenſes põtifici & eccleſiæ deditos, ſed Guidantonij Manfredi bello agitatos, priſtina deceptos arte tanq̃ Baſilienſis ſynodi in Italia uicarius pellexit, ut equitib. ſexcẽtis, peditibus ducẽtis in præſidium acceptis, ſibi dederẽt ciuitatẽ. Fortebraccio aũt inſolenti & ſtulta ſimul, ut poſtea dicere ſolitus fuit pertinacia, quæ ſibi à Venetis Florẽtiniſq; põtificis nomine offerebãt recuſante, Sfortia ſeſe Tropienſi epiſcopo faciliorem præbuit. Cõſcriptus nanq; ad põtificis & eccleſiæ ſtipendia, Laurentiũ, Leonemq; fratrẽ Attẽdulos, Romam cum cohorte miſit, quibus Micheletto & cęteris eccleſię militib. cõiunctis Mõtem rotundũ primo placuit oppugnari: qđ autem Fortebraccius oppidũ natura loci munitiſſimũ facile defenſaret, Sfortiani motis inde ſignis ad Tybur caſtra ſunt metati. Eos inſecutus Fortebraccius, cõſerto ad Numentũ prælio fractus fugatuſq;, equites amiſit circiter ducẽtos, & Sfortia ꝑ id temporis mõtem Faliſcum obſidebat, quod oppidũ Fortebraccij præſidio tenebãt. Nec ulla ratione hoc etiã tempore dubitãdum uidebãt, quin Fortebraccius terrarũ pon

C tificis tyrãnide pellerẽt, niſi dux Mediolani de fœdere, quod Sfortia apud Calcarellam cum põtifice iniſſet certior factus, Nicolaum Piccininum cum copijs immiſiſſet. Quãq; uero Sfortia mõtem Faliſcũ obſideret, Michelettus, Laurentius ac Leo cõtra Tybur caſtra poſuiſſent, nihilo tñ minus q̃ antea Fortebraccius Hetruſcũ eccleſiæ patrimonium ex Vetralla & ex caſtro nouo à Columnenſium oppidis, Romã diſcurſionibus infeſtabant, & ſiue diuturnitas belli faſtidium feciſſet Romanis, ſiue Nicolai Piccinini, quẽ ducis Mediolani corculũ eſſe cõſtaret, aduentus quoſdam à põtifice abalienaſſet, in querimonias prorumpebant, à quibus ad illa uſq; tẽpora fortiter temperaſſent. Curialibus uero eã ob rem põtifici migrandũ fore ſuadentibus, is forti nimis reſpondebat animo Romã ſibi nõ eſſe tam faciliter relinquendam. Cumq; ab diui Griſogoni ędibus ad uirginis tranſtyberinæ baſilicã à naualibus remotiorem ſe cõtuliſſet, multi ſarcinulis caute præmiſſis, prout cuiq; ſeſe obtulit occaſio ſunt ꝓfecti. Quamobrem põtifex pręſidia ſibi parare cupiens, quæ in Sfortia ſatis firma cerneret futura, ſi modo eũ poſſet datis pecunijs

D obligare, epiſcopũ Recanatenſem Florentiã, noſq; Venetias ſimul mittit, de ſtipendijs Sfortiæ apud Calcarellã ꝓmiſſis acturos, curaturoſq; inſuper ut Nicolaus Tollentinas Florentinorũ dux belli, ꝗ in agro Aretino legionẽ in hybernis tenebat, & triremis quã Florentini Piſis habebãt, ſibi obuiã mitterent. Secundo nauigãtes Tyberi, in inferũ delapſi pelagus dextrum radebamus Hetruriæ littus, & promontorium quod dicit̃ caput mõtis ſuperantes, ſubiectũ Centũcellenſem portũ intẽdebamus, trãquillo tũ forte ꝑ meridiẽ mari, multa in eo littore antiquitatis monumẽta, priſcorũ ſcriptis celebrata, è puppi biremis qua uehebamur epiſcopo oſtẽdebamus, ꝗ ad turres locus, ꝗ ſunt pyrgi ueteres: qua grauiſcæ, cũ ſex de im ꝓuiſo triremes inflatis adeſſe uelis cõſpicimus, quas duci Mediol. è Genua eſſe docuerũt inſignia. Guber. forte nobis erat Petrutius Verres pirata, quẽ maximo Genuẽſes ꝓſequebant̃ odio. Is prima hoſtiũ triremi dũ uiſa fuit aduerſũ mõtis caput ſuperãte reflexo temõe littus petere cõtẽdebat. Sed illã litt9, alias uero ſubito apparẽtes altũ petere uidẽs, ꝓprio magis metu, q̃ noſtris impulſus uocib. uelũ quãta poteſt celeritate ſuſpẽdit, et flexa ĩ gyrũ biremi, Romã nauigãdũ, remis incũbẽdũ ad ſocios remigeſq; exclamauit. Nec pri9 curſũ magno incitata remorũ impulſu, aut uẽtũ uelis

accipere

accipere potuit biremis, ꝙ hoſtē proras puppi lateribusq́ admouiſſe conſpicimus: ho- E
ſtibus uero ut uelis raptim dimiſſis remos fugientes ſuſpendant inclamitantibus, & ſpi-
cula interim iaciētibus, uitæ timens ſuæ Petrutius, latera ꝙ poteſt melius puppimq́ ſcu
tis muniens, ſpicula in hoſtē, ipſe etiā immittebat: uento aūt quo hoſtes ferebantur fugi-
entiū pariter implente uela, biremis agilitate, & concitatiore remorum impulſu, paruo
præteruolans ſpacio, in Tyberina oſtia eſt reducta. Securo poſtera die nauigantes mari
Ciuitatēueterem, deinde Cornetū petiuimus, & epiſcopo Piſas mari petente nos terre-
ſtri ꝓfecti itinere, rerū quæ apud pōtificem gerebant Florentinos fecimus certiores, ut
Tollentinatē cū legione triremēq́ aduentu epiſcopi admittendā pararēt, cogitarēq́ de
pecunijs dandis Sfortiæ poſtulauimus. A Venetis uero literas ꝓ Tollentinatis & bire-
mis acceſſu, & pecunias Sfortiæ dādas faciliter impetrauimus. Tollētinatis ad Vrbeue-
tanā ciuitatē epiſcopo Recanatēſi inſtāte acceſſu impetrato, rem eccleſiaſticā apparuit
paruo poſſe auxilio ſubleuari. Patrimoniales nāq́ Hetruſci & Romani in primis Tollē
tinatē nō ut pōtificē educeret, ſed ut rebus eccleſiæ præſidio foret, aduenisſe credētes, in F
magnā ſpē erecti, Braccianos paruifacere, unicāq́ de ſtatu eccleſiæ cogitationem cœpe
rāt retinere. Eodē uero, cū nocte una in agro eccleſiæ fuiſſet, abeunte, noua deſtituti ſpe
oēs & pōtificis ꝓtectioni penitus diffiſi, ad Braccianos Sfortianosq́ ut erat cuiusq́ pro
cliuior animus inclinarunt. Inflammabatq́ illa tēpeſtate res nouas in urbe molientiū a-
nimos, oblata quāq́ ſibi perſuaſiſſent ſpes cōcilij Baſilienſis, qđ pōtifice dedito cōfide-
rent aduenturū. Ea perditos ſpe incitatos pontificem detinendum, curiam bene haben-
dā ut cōciliū poſtea Romam uocaretur cōſtituiſſe conſtat. Sfortia interim dimiſſa Fali-
ſcorum oppugnatione, apud Riſpanpanū morā trahente, Piccininus in agrum Viterbi
enſem ſe cōtulit, nouum & ipſe incendium in prouincia excitaturus. Inſtabat ea tempe-
ſtate apud pōtificē Sfortia, ut promiſſa ſibi apud Calcarellam ſtipendia mitterent. Sed
Veneti Florentiniq́ eos fortiū uirorum exercitus, quorū duces capitali inter ſe odio fla
grarēt nullo inacceſſibili monte, nullo prohibitos alto flumine, in eadē prouincia quie-
tos uerſari audientes, ambos ſuſpicabant, clàm Philippo duci Mediolani ut pridem pu G
blice militare: nec adduci poterant, ut epiſcopo Recanatenſi & nobis pecunias darent
cōquiſitoribus, quos nobiſcū miſerat Sfortia diſſoluendas. Multiplex etiā ab eodē duce
ſuſpicio emerſerat, quod Imola, ut diximus occupata ſexcentos equites præſidio impo-
ſuerat, & cū Forumliuij & Lugum in poteſtate haberent, Bononia per Baptiſtā Cānitu
lū magiſquā pōtifex aut illius gubernator Marcus Tarantaſienſis archiepiſcopus poti-
ret. Caſparem inſuper Cannitulum Baptiſtæ germanum à Venetorum ſtipendio miſ-
ſum, qui rectà Bononiā uenire ſimulaſſet in Parmenſibus retinuerat, impuleratq́ ut in-
de mouens caſtellū Perſicetū agri Bononienſis, inſcio atq́ etiā inuito Tarantaſienſi, cū
ſexcentis equitibus occuparet. Quæ omnia Venetos in metū cōijciebant, futurū ut dux
ipſe Cannitulorū ductu Tarantaſienſe eiecto, Bononiā obtineret, interclusaq́ exinde
illis Florentinisq́ eſſet, uia, ne ullo poſſent mutuo præſidio ſe iuuare. Id Veneti periculū
formidātes qđ pridē à pōtifice admoniti rogatiq́ facere recuſauerant cōſtituere, res pō
tificis in Romandiola defenſare, & Tarantaſienſi quæ pridem efflagitanti negauerant H
præſidia polliciti, Gatā illius imperio permiſere. Erant tres in ꝓuincia arces munitiſſi-
mæ, quarū præfecti ſolo nomine illas ꝓ pōtifice & Romana eccleſia retinebāt. Eas nos
recipere aggreſſi, cū de Imolenſi parū ſucceſſiſſet, arcē Perſiceti ingenio audaciaq́ obti-
nuimus. Et Gata ac Brādolino equitū mille trecētorū ductorib. copiarūq́ Tardei Eſten
ſis parte, per eā in oppidū immiſſis, Caſpar Cānitulus cū ſexcentis quos adduxerat equi
tibus intercipit. Facillimūq́ illa die fuit Bononiā Cannitulorū manibus ereptā in liberā
eccleſiæ ditionē recipere, ſi Gata & Brandolinus noſtra ſecuti cōſilia, ſeſe Bononiā cū
exercitu eueſtigio cōtuliſſent, ſed cū in diuidēda militibus præda tēpus triuiſſent, rēq́ in
poſterū diē diſtuliſſent Cānituli publicā Bononiæ areā armatis cōplentes, reſiſtere cu-
piētes Griffonos affines, Aluiſiū militē Hieroſolymitanū, & Florianū Germanos pōti-
ficis rerū & eccleſiæ ſtudioſos trucidauerūt, Mareoq́ gubernatore, & Paulo Truno pa-
tritij ordinis Veneto, ſpectatæ uirtutis uiro, quē Veneti hortatū ad eccleſiæ & pōtificis
ſtatū retinendū Bononienſes miſerant, oratorem in cuſtodia habitis, ducisq́ Mediola-
ni copijs Imola accerſitis, aperto contra pontificem bello rem gerere incœperunt.

A ## BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLInatione Romani imperij, Decadis tertiæ, Liber ſextus.

MAGNAS tantarũ tamq́ uariarũ, quas præſentia habẽt tempora, rerũ fluctuationes perſtringenti, anxios terribilesq́ Romani pontificis caſus, noui libri principio apponere ſuadet, cũ ſuperioris uoluminis ratio, tũ correſpondens temporis ſupputatio. Quo nanq́ tẽpore defecerunt ab Eugenio pontifice Bononienſes, Romæ etiam omnia peſſime ſucceſſerunt. Romani enim duces Mediolani & Nicolai Piccinini apud Vetrallam Sphortiæ oppoſiti, inſtigationib. impulſi, ſimul potentatus pontificis deſperatione adducti, ad diẽ kalendarũ Iunij tertiam, Ponceletto ciue Romano, paucisq́ perditiſſimis ſeſe duces exhibentibus, capitoliũ inuaſerũt, & populi libertatisq́ dominatu ꝑ urbẽ acclamato, portas urbis præſidio firmauerunt, excepta Appia, quã Sphortiani, Michelettus, Laurentius & Leo, de tumultu certiores facti obſidioni Tiburtina o-

B cyus ſoluta, præmiſſis frumentatorib. occuparunt. Eaq́ præſidio munita, cũ à Valmontone alijsq́ oppidis familiæ Comitũ acciperent cõmeatũ, ad diui Pauli baſilicã cõſederunt. Poſtera die q̃ erat tumultuatũ, Romani põtificẽ adeuntes multis ſunt queſti de grauibus diuturni belli incõmodis, de ciuiũ inopia, de maioribus periculis quæ proſpicerẽt impendere, & aliã ſibi regendæ urbis rationẽ ineundã, rem quoq́ publicã ſibi capeſſendam fore clamitantes, Adriani molẽ, quod dicũt Creſcentij caſtellũ, arcemq́ Oſtienſem poſtularunt demandari cuſtodienda ciuibus, quos ad id muneris publico conſilio delegiſſent. Quibus perficiendis cũ dilatio & mora temporis opus eſſent, Franciſcum Condulmariũ cardinalẽ Venetiarũ pontificis nepotẽ, camerariumq́ interea dari obſidẽ contenderunt. Pontifice uero mitius reſpondente, & ut curã ciuitatis ipſi ſuſciperent permittente, atq́ etiã ſuadente, inſtare illi, & arces immoderatius petentes, camerariũ quouſq́ redderent̃ pro pignore efflagitabant. Eoq́ temeritatis & audaciæ ſunt progreſſi, ut cum perhumane reſponderet camerarius, ac maiora poſtulatis melioraq́ diceret à pontifice

C cõcedenda, aſpere in eum licentiusq́ locuti, manus iniecerint, abſtraxerintq́ illũ à ſinu pontificis, multis obortis lachrymis, ne tanto Romanã urbẽ coinquinarent flagitio exhortãtis. Pontificis poſt hæc domũ frequenti cuſtodia ſepientes, ripæ Tyberis curã eo conſilio efferatioribus cõmiſerunt, ut quotquot appellerentur naues, tanquã aſportaturæ pontificẽ mergerent̃. Eo exaudito Romanorũ tumultu, cardinalis Comes, qui in domum Pauli Coccij Romani ciuis diuerterat, mutata ueſte ſcaphã ſub Flaminia porta cõſcendens, in Adriani molẽ Tyberi adnauigauit. Cardinalis uero Vrſinus deducente Vrſino fratre Nerulã petijt, caſtellũ qđ paterna hæreditate munitiſſimũ poſſideret. At Recanatenſis epiſcopus, quo tempore Tollentinas ciuitatẽ ſe contulit, Vrbeuentanã miſerat etiã Florẽtinorũ triremẽ, qua pontifex poſſet ſecurus Piſas prout cõſtituerat nauigare. Sed cũ paucis ante rebellionẽ diebus Romani illa in naualibus uiſa, de pontificis fuga obloqui occepiſſent, eam ipſe multis quib. eſſet neceſſaria profectio, permiſerat ad Ciuitatemueterẽ perducẽdã. Quia uero inſularũ Italiæ plurimi piratæ, quamprimũ curiales

D Romanorum fidẽ dubiã ducentes, ſupellectilẽ audiuerant emittere Romanum littus, & portũ Oſtię latrocinijs infeſtabãt. Eugenius pontifex triremẽ unã, cui præerat Vitellius pirata Hiſcheus, mercede conductã, præſidio adhibuerat. Nec erant qui ſuſpicarent̃ illum ſe tali cõmiſſurũ uiro, quem piratã ſtipendio omnibus, quicunq́ petiuiſſent, facere ſolitũ audiuiſſent. Detentus eo cuſtodiæ modo pontifex, Romanos benigne alloquitur adeuntes. Multa in rempublicã, plurima in eccleſiaſticã nititur ſuadere, breui futurũ affirmans, ſi rem bono ſuſcepiſſent animo, ut ſe urbis gubernandæ moleſtia liberato, curã gerente rerum eccleſiæ attentiorẽ, illis aũt Romanæ rei, quã in libertatẽ propriam putarẽt uindicatam prudenter, & ex animo conſulentib. Romę ſtatus conſtitueret̃ optimus: ſperariq́ licere, Romanã rem ſub pontificibus talẽ denuo futurã, qualẽ ſub principibus audiuerant floruiſſe. At illi uerba reddentes uerbis, enixius contendebant, ut Romã ſe conferret, apud ſanctũ Apoſtolũ, fauſtam domũ prædeceſſoris ſui moderaturus. Eam etẽm uallo circundatã, honeſtum illi carcerem deſtinauerant, quouſq́ à Baſilienſi concilio, & ab duce Mediolani, quid de ipſo fieret, mãdaretur. Et tamen interea Piccininum miſſis oratoribus ut legionem adduceret, rogitabant, pontificem illi & Romã pro duce Me-

diolani quamprimum aduenisſet, dare polliciti. Domeſticis uero & paucis qui in comi-
tatu manſerant prælatis, Blaſio in primis Veneto, ex Demolina gente patricio, qui erat B
patriarcha Hieroſolymitanus, Aſtorgio Anconitano, Nicolao Tropiēſi, & Angelo Pa-
rentino epiſcopis, per ſingulos dies pontifici renunciantibus, inſtare illi omniū etiā Ro-
manorū qui ſibi afficerent iudicio capitis periculum, & proprerea ut fuga ſibi cōſuleret
ſuadentibus, magnā ipſe confidentiā, de ui minimā ſuſpicionem præ ſe ferre, cæteros ad
hortari, fecitꝗ huiuſcemodi magnitudinis animi rumor, cō cordi domeſticorū ex ſenten
tia loquentiū uoce diſſeminatus, Romanos de ui in pontificē deliberabundos, quam cu
ſtodiendo adhibuerant diligentiā remittere, & ſeſe ad parandū apoſtolorum baſilicę do
mum intentius conuertere. Id cum eſſet pontifici exploratū, Nicolao epiſcopo Tropien
ſi dedit negocium, ut ſe à curia profecturum diſſimulans, lembum ſuæ accōmodum fu-
gæ, in naualibus cōpararet. Sed cum nimia Maſſiotti nauiculatoris, cymbam cuius con
duxerat epiſcopus, lautitia, ripā nanꝗ naualium cui cymba erat alligata mūdauerat, cym
bamꝗ ornatius ſtrauerat, conſilium eſſet detectū, remis Romani, ueloꝗ Nauclerū ſpo- F
liarunt, & Tropienſem conuitioſe redargutum, intra urbem à cōſpectu pontificis remo-
uerunt. Ioannes interim Miletus ciuis Neapolitanus, pontificis, cui tūc quatuot & uigin
ti ſeruiuerat annis, Soldanus forte Tranſtyberinam perambulans regionem, Valentino
Neapolitano, qui Vitellio triremis gubernatori erat ſcriba obuiauit, inter loquēdūꝗ cō
perit, illum inſtauranda cōmeatu triremi, ſcaphā cum calonibus adduxiſſe. Blande igit
multa Neapolitanū conciuem de Maſſiotti imprudentia allocutus, intelligit Valentinū
poſtꝗ cōparando cōmeatu aduenisſet facinus grande meditatum id offerre, quod ipſe
& plurimi anxie quæritatent. Scapham itaꝗ paleis & cœno immundā, inter nauigia ubi
à caſu fuerat alligata conſpicatus Valentinū Soldanus iubet expectare, medio in Tybe-
ris alueo paratum, & calones cōmeatum interea à cauponibus cōparare. Ad pōtificēꝗ
e ueſtigio reuerſus, oblatā eſſe fortuitu ſcaphā renunciat omnium maxime idoneam, nul
læ per ornatū apparatūꝗ Romanis ſuſpicioni futurā, cuius ductor Neapolitanus ciuis,
& Vitellij ſcriba ſeſe ultrò obtulerit, expectetꝗ medio Tybridis alueo acceſſuros. Dies G
erat nonarū Iunij prima, & hora tunc ab ortu ſolis ſeptima. Quo in tempore Romani no
cturna fatigati uigilia, altum ſub tectis & in umbra ſomnū capiebant. Pōtifici igitur Sol
danus refert, occaſionē optimā eſſe oblatam, ut clam omnibus ad naualia ire poſſent. Tū
pontifex cui extrema quæꝗ ante oculos uerſarentur, memor quamprimum aduesſpera-
ſceret, eundum ſibi fore ad ſancti apoſtoli ædes, ubi aut uitā finiat, aut pontificatu nepha
rie ſpolietur, ſubito abeundi conſilium capit. Ipſe itaꝗ & Soldanus, nigris quas in domo
haberent monachorum ſancti Pauli ueſtibus induti è cubiculo egrediuntur. Poſteriori
exinde ædium parte deſcendentes, in inferiorem domeſticis curialibusꝗ frequentatam,
ideo tranſeuntes ſe incognitos eſſe conijciunt, ꝗ nullum uident ſedentem aſſurgere, uel
ex more in faciem ſe proſternere, & mulas conſcendentes ſtrigoſiſſimas, quib. monachi
ſancti Pauli cōnſueuerāt uectari, porta egreſſi domus poſteriore, ad naualia ſtadio diſtā
tia, à nullo recogniti peruenere. Erat forte tunc patriarcha Hieroſolymitanus repentini
pontificis conſilij non ignarus, & epiſcopi Anconitanus ac Parentinus, in aula ſimulan H
tes pontificis audientiā expectare, ꝗs aduenieēs turba Romanorū ſtipatus regionis Tran
ſtyberinæ princeps Romanus ciuis interrogat, quid apud pontificē ageretur. Cui reſpō
dit patriarcha illū cum primū ex meridiano ſomno excitatus fuerit in cōſpectū omnibus
ſe facturum. Valentinus interim à pincerna quē præmiſerat Soldanus in ripæ ſummita-
tem accitus, ægre depoſitū mula pontificē, Soldano adiuuante retinet, & per ripæ deue-
xum ſuſtētat brachio deſcendentē. Cumꝗ ſcaphā per littoris iniquitatē ſicco male uidiſ
ſet adhærere, medium amplexatus, per aquas ad femur uadis ſcaphæ impoſuit reſupinū.
Tunc remis ut iuſſi erant incumbentes ſocij, ſecundo Tyberi aduolauerunt. Conuerte-
rat in ſe multos per ripam naualium fuſos, & in uicinis exiſtentes nauibus, nouæ rei ſpe-
ctaculū, monachos qui citato aduenisſent gradu, dimiſſis ſine cuſtode mulis, ripa præci-
pites actos eſſe, & alterū uiribus uegetū, ſcaphā ingreſſum arma remosꝗ raptim expedi
uiſſe, alterum niſi tacuiſſet rapto & uiolēter abducto ſimilē fuiſſe in ſcaphā humeris cō
portatum. Augebat admirationē ſcribæ omnib. noti familiariſꝗ præceps ſine cuiusꝗ
ſalutatione profectio. Dū tñ cunctabundi alter ab alterius pendēt iudicio, Valentinus
naualia

A naualia turrimq́ cuſtodiæ præterlabitur. Reuerſus interea domum pincerna patriarchæ
Hieroſolymitano renunciat pontificē ſe uidente nauim ingreſſum abſceſſiſſe. Et cardi-
nalis ſancti Marcelli, quē pōtifex capto camerario apud ſe retinuerat, à familiari ſuo cer-
tior factus pontificē ueſte monachali indutum recedere futura formidans mala, fugā &
ipſe intra urbē cōparat: miniſtris uero perterritis, & multa præcipitanter queritabundis
illū comitantibus, Romani qui regionis Tranſtyberinæ principē adduxerāt, illum in au
lam adeuntes anxij renunciarūt inferiorē domus partē per cardinalis ſancti Marcelli fu
gam direptæ ab hoſtibus ſimilē, curamq́ diligentiorem de perſona pontificis habendā
eſſe. Tuncq́ apud naualia derepente noua incerto autore uox audit̄, pontificē eſſe qui ſi
mulato monachi amictu fugiens nauigarit. Reſonat clamoribus Tranſtyberina regio, et
arma omnes raptimq́ pontificē inſequendum uociferantur. Quibus exauditis uocibus
princeps regionis, poſtq́ pontificē comperit profugiſſe magno incenſus furore patriar-
cham quem eius conſilij conſciū fuiſſe aſſereret, fruſtra rogantem cōprehendi & in Capi
B tolium duci, alios pontificē inſequi, alios bona illius quæ multa erāt relicta populo Ro-
mano intacta ſeruare iubet. Anconitanus uero & Parētinus epiſcopi, alijq́ pontificis do
meſtici, partim Adriani molē, partim Romam fuga præcipiti petiuere. Eo perlato in ur-
bem nuncio Romani armati inermesq́ in naualia concurrētes pars qua naui, quando au
fugerit, quo fure abductus, interrogant, pars inſiliunt equos, pars pedibus quacunq́ ca-
ſus obtulit inſequunt̄, pars expedita, quā à Maſſiotto acceperant cymba tergo inſtare ꝑ
fluuiū properarunt. Fecerat fortuna, quę difficillimis quibuſq́ nouos ſemper addit labo
res, Valentinū non ſcapham triremis ut conſueuerat, quam agilē elegantemq́ apud O-
ſtiam Vitellius habebat, ſed oblatā forte piſcatoriā fluuiatilemq́ populeā adduxiſſe, cu-
ius carina picis ignara craſſum pro ligni natura uillis accipiens limum, ſudantes remiges
fruſtrabatur, ut Veneto etiā per meridiem à mari immoderatius reluctante, quo maiori
Oſtiā petebant conatu, eò magis Romam referri uiderentur. His remoratus cauſis Va-
lentinus, non prius magnum tortuoſi amnis reflexum, ad ſancti Pauli octo paſſuū millia
C per aquæ curſum ab urbe diſtantem, præterlabi potuit, quàm Romani notis accurrētes
ſemitis, terreſtri itinere dimidio breuiore præoccupaſſent. Erat tunc forte per æſtatis tē-
pora fluuius aqua macer, ut ſinuoſos receſſus aquis pleniores, ſcapha petere cogeret̄, &
Tyberis cōplentes ripas Romani, pars de infimo ſecundū aquas alueo, haſtis in fluuium
iactatis, pars baliſtis & oblatis forte miſſilibus quibuſq́ telis deſuper minabant̄. Eorum
terri aſpectu Soldanus Valentinusq́, pontificē ut principio immiſſus fuerat reſupinum
ſcuto tegentes, baliſtis quas etiā ipſi habebant in hoſtē uerſis, ſcuta duo ſagittis hoſtium
prætenderunt. Exortoq́ Romanorū clamore, minas inter & multa quæ immittebantur
tela taciti ſunt delapſi. Qui uero nauigantes inſequi properauerant, cymba in ſubiectam
turri naualium glareā impacta, deſides ſubſtirerūt. At pedibus equisq́ inſecuti, licet pri-
mo fruſtrati eſſent conatu, nequaquā inſequi deſtiterūt, ſed alijs itē ſemitis qua ſe flectit
amnis requiſitis cōtumelioſiſſimas ubicunq́ exaudiri potuerunt uoces in pontificē cla-
mauere. Quod tamen ſpei retrahendi pontificis principio habuiſſent, qui perniciore cur
D ſu præceſſerant, ad anfractū quē porti dicunt in Portuenſis agri ripa expectātes, ſcalmū
piſcatoriū forte oblatum, expeditis iuuenibus cōpleuerunt, eosq́ in Oſtienſem ripam,
quæ eſt è regione traijciētes, iuſſerūt loca uirgultis biblisq́ obſita inſidere. Vt ſi forte pō
tifex ſcalmo in Tyberi uiſo, armatis hoſtibus conferto, & ripā Portuenſem multitudine
innumera tectā cernens, terreſtri & breuiuſcula Oſtiam uerſus uia, in qua nullus appare
ret hoſtis excendens iret, fugiens caperetur. Die interim ad ueſperā declinante, qui pon
tificis ſcaphæ obſiſtebat uentus remiſit, & mari cedente Tyberis rapidior defluebat. Stās
igitur altiuſcula puppi Valentinus, hoſtes primus omniū & inimicum conſpicatus ſcal-
mum remiges hortatur, præmia ſpondet à pōtifice ingentia, gloriā memorat quæ obſcu
riſſimo natos loco & genus honeſtabit ſuum, qui Romanum pontificē ſanctum uirum
faucibus canum eripuerint, & omnes hactenus ſanctiſſimi patris merito & miraculo, ꝑ
ſpiculorum imbres, per uolantia undiq́ tela, per adactas cominus pectori lanceas illæſi
tranſiuerint, memorat. Scapha interim concitatius delabens, hoſtili appropinquat ſcali-
no. Videres Romanos ad ſcaphæ cōſpectū per amnis ripas furētes, partim uoce & iacta-
tis in aera brachijs minitabūdos, partim multa Valentino & remigibus, ſi pontificē tra-

derent pollicentes,partim ſpicula,lapides,tela,eminus iacientes.Tunc qui ſcalmũ arma E
ti inſederant,proram medio amnis curſu obijcientes,ſpicula & ipſi contorquẽt, lanceas
quaquauerſum ꝙ poſſunt lõge exerũt,ut nullus appareat ſecurus remigi curſus, quin u-
trobiq; præterlapſurus uiſcera transfigatur.In eam adductus difficultatem Valentinus,
impetendum hoſtilem ſcalmũm prorã prora, armis arma uociferat collidenda, lanceas
ſubito Soldanus alijq; ſtantes quatuor,ſcuta duo,tres baliſtas ſedentes expediunt, & me
dio ipſe amnis curſu furibundus tuens Valentinus,hoſtium proram petere cõtendebat.
Tum Romani carioſo & putrido ut poſtea dixerũt diffiſi ſcalmo,ac demiſſæ deſuper ra-
pido aquæ curſu remisq; ualide inpulſis fortiter irruentis ſcafæ impetu mergi timentes,
curſu deflexerunt,& ſecurũ Valentino ſine contentione tranſitum permiſerunt.Exorto
exinde uectorũ pontificis clamore alacritate pleno,ſedens ipſe tunc primo qui orationi
inſtitutisq; erga deũ officijs ad eam horã iacens, & magna itineris parte tacitus uacaſſet
quo geſta eſſent modo omnia repetebat,Et laudatis pro uirtute omnibus, multaq; polli
citus,turrim adlabitur Oſtiẽſem. Ad triremem uero Vitelli delatus,Ciuitatisuetulæ por F
tũ nocte illa petere decreuerat.Sed uento qui portũ quindecim clauſerat dies etiam per
flante,per noctẽ in ancoris moratus curię ſpeciem reperit improuiſam.Omnes nanq; cu
riales quos inſtantibus territos periculis urbe diximus migraſſe,procelloſo mari nauiga
tione ꝓhibiti apud Hoſtiã uel in quibus aduenerant nauibus medio Tyberi, ſupra fau-
ces tranquillã nauigandi tempeſtatẽ in ancoris expectabant.Reuerſis in urbem qui põ-
tificẽ inſecuti fuerant Romanis,etſi in curiales perpaucos eſt graſſatũ, ciues tamẽ inuen
ti ſunt plurimi quib. perhumane fuerit cura,partim attonitos latebris tegere, partim ſo-
ciatos urbe ſecuros educere,partim prędonũ eripere manibus,partim depoſitas diuitias
cõſeruare,nec tamẽ ea in põtificẽ Romanorũ impietas impunis fuit: Nam qui in Adria
ni molẽ ſe receperãt curiales præſertim pontificis domeſtici,iactis noctu interdiuq; bõ-
bardis,uſq; ad radices capitolij populũ agitarunt. Et Baldaſar Offidanus præſidij arcis
præfectus per pontẽ Traiani ſubiectũ impetu in urbẽ facto omnia circũſtantia ferro i-
gniq; uaſtauit,peditibusq; ſcafa Tyberim traductis cũ prædã captiuosq; ex urbe ſæpenu
mero abduxiſſet,omnia latrocinijs infeſtauit.Michelettus uero Laurentius & Leo Sfor G
tia,qui ut diximus,urbis rebellione audita caſtris è Tybure motis ad urbẽ redeuntes por
tam ceperunt Appiã,apud celeberrimã diui Pauli baſilicã caſtra metati,Latiũ prædabã-
tur.Sed cũ Fortebraccius urbis rebellione audita,inducias cum Romanis feciſſet, & ad
Piccinninũ ſe cõtuliſſet,apud Viterbiũ,ut diximus habentẽ, Sfortiani etiã porta Appia
Romanis reddita,per pontesq; Tranſtyberinæ regionis abire permiſſi,ad Sfortiã contẽ
derunt,tẽpus in agro Tuſcanenſi quoad illi adueniſſent de induſtria ducentẽ:cõiunctus
Piccinino Fortebraccius laceratũ publice probris Sfortiã uidebat horis ſingulis aggreſ
ſurus.Id Sfortia exploratum habens,qua die ſuos ab urbe in caſtra uenturos ſciebat,Ma
ſio Feſulano eccleſiæ militãti ex Viterbio cum auxiliarib.prouincialiũ copijs accito, no
cte cõcubia mouit,& acie ſtructa Braccianos inuadere cõtendebat. Sed Piccininus quã
primũ leuis armaturæ præmiſſos à Sfortia milites proſpexit, præliũ detractãs ſtadijs tri-
ginta præceps retroceſſit.In eius tabernacula delatus Sfortia,cũ per horã cõſtituiſſet col- H
lem ad ſtadia decẽ proximum occupauit, quod eo itinere Braccianos cõſtabat ituros ſi
Romã petere uoluiſſent. Pleroſq; dies quæ ceperant legiones loca cũ tenerent,Philippi
ducis internuncij rem ſumma diligentia cõponere ſatagebant, tranſactumq; propemo-
dum credebant omnes,cũ Sfortia compertum habens Fortebracciũ inaniter iactabun-
dum,obſoleto digna de ſe dicere,accenſus militibusq; ad concionẽ uocatis,huiuſcemo-
di uerba fecit. Ventos ego cõmilitones impetuoſe furentes,uoraciſſimos ignis expoſi-
ta cõflagrantes omnia,ſternentes ſubiecta quæq;,alueo dirupto effuſos torrentes,ſæpe-
numero uidi impetu & inſania quandoq; demiſſa miteſcere,nullumq; aut uidi aut à peri
tis rerũ audiui beſtiarũ genus gigni, quod non aliquando feritate depoſita manſueſcat:
Soli ſunt Bracciani ætate noſtra,quorũ ſuperbia immane in illis monſtrũ acceſſu tempo
ris augeatur:id uero malũ,quæ peperit,etiã aluit aliena puſillanimitas omniũ quib.cũ ha
ctenus res illis fuit,dum famam attendunt,qua Bracciani plura quàm armis hactenus e-
uerterunt.Soli ſumus milites,quibus nec Braccianorũ laruæ incuſſere terrorẽ, nec uani
rumores nubẽ oculis obduxere.Potuiſtis me puero duce ſternentem omnia Braccium,
à quo

A à quo capite & fonte hi omnes fluxerunt, apud aliquam Aprutiorum ciuitatem ad inter
necionem delere. Cuius facinoris gloria effectum eſt, ut nos tota Italia ad unum oẽs ca-
pitali odio perſequantur. Et poſtquam armis ſuperare nequeũt, dolo & inſidijs artib. ſi-
bi natura inſitis ad noſtrũ interitũ utuntur, ſe Hectorẽ & Achillem ſinguli iactitant. Vos
lenones, ganeonesq́, & infimos hominũ dicunt, obloquunť. Deum teſtor immortalẽ,
ſi ueſter adeſt conſenſus, ſi eã pugnandi promptitudinem promittitis, qua ſemper hacte
nus congredi auſos quoſcunq́ obtriuimus, me inſequenti die prima luce collatis ſignis
pugnandi copiã Braccianis facturũ: & ſiue noſtrum impetũ ſubſtinebũt, ſiue inſequenti
bus terga dabunt, non prius cędendo deſiſtam ꝙ oſtendam uniuerſæ Italiæ, Braccianos
fraude hactenus, fallacijs iactãtiaq́, & nullis uiribus aut uirtute aliqua fretos, ad id famæ
& nominis perueniſſe. Memineritis uero in primis me qui hactenus ꝓ gloria uictoriaq́
cum cæteris decertauerim, cum hoc latronum cœtu de uita & fortunis omnibus in cer-
tamen ueniſſe. Dici nequit quanta militũ alacritate oratio excepta eſt, & inconditus eue
B ſtigio maximusq́ ſublatus eſt clamor, quem proxima montiũ iuga & ſyluæ ſaltusq́ red-
didere maiorem. Poſtera die ſub lucis exortũ Sphortia legione educta in hoſtẽ ferri cœ-
pit. Bracciani uero perterriti tam præcipiti ſeceſſere tumultu, ut equorũ lora plurimi ma
le hærentia ſucciderint. Delatus ex ea fuga Vetrallam Piccininus, metatur caſtra pro op
pidi ripa, & ne perexiguus portæ aditus maiore hoſtiũ ui ingruente recipientem ſeſe in-
tra munitionis remoraretur legionem, circundatũ oppido murum, pleriſq́ perforat in
locis: ſubſecutus eueſtigio Sphortia, cum Vetrallam applicuiſſet, ad eam partem in qua
patentes uiderat campos, præaltũ, ut eſt prouinciæ natura, in planicie offendit riuũ, qui
longiſſimo ductus tractu ſuã à propinqua hoſtiũ legione dirimeret. Conſtitere in equis
armatæ acies, & paruo diſiuncti ſpatio duces militesq́ ſeſe utrinq́ ut erant cataphractis
phalerisq́ inſignes hoſtibus oſtentarunt. Dumq́ ſecum Sphortia de re gerenda conſiliũ
capit, riuum'ne aggere complendũ an longiore ambitu uada foret requirẽdum, cõfecti
C mœrore Philippi duces oratores tam multa illũ ſupplices orauere, ut in paucos petitas
dies cõceſſerit inducias. Eo aũt in prima collis ſtatiua redeunte, Bracciani Romã uerſus
profecti, traiecto per pontẽ Miluiũ Tyberi pleraq́ de Sabinis caſtella diripuere, & Mal
lianum Sabinæ regionis oppidum, quod Sphortiæ ad eam paruerat diem, oppidanorũ
perfidia receperũt. Sphortia etiam quamprimũ Braccianos ab inducijs diſceſſiſſe uidit,
Montẽ faliſcum iterum perrexit obſidere. Malliano potitus Piccininus Ocriculum obſi
debat oppidum Sphortiæ præſidio firmatum: quod cum ægre ſubſtentari renunciatũ eſ
ſet, Sphortia à Monteſaliſco mouens binis ad id caſtris peruenit. Cuius acceſſu explora
to Bracciani, maiore ꝙ unquã antea trepidatione ſeſe in Malliani ſuburbia receperunt.
Pontifice aũt maioriq́ prælatorum & curialium parte ſecuris ac propemodum libertati
redditis, ſolus Venetiarum cardinalis ferreis uinctus cõpedibus, in cuſtodia aſſeruabať,
ægre magis ferens impuriſſimas perditorum hominũ in pontificem uoces ꝙ carceris &
compedum qua cruciabatur moleſtiã. Tranquillo ad aurorã mari pontifex è Tyberi ſol
uens magno curialium comitante cœtu in Ciuitatisuetulæ Centumcellenſem portum
D ſe receperat. Eò appulſus alios item repperit qui urbe exiuerãt curiales. Sed maris tẽpe-
ſtatibus remorati nequiuerãt nauigare, moratusq́ in Ciuitateuetula dies duos, epiſtolas
de ſua liberatione ad uniuerſos Chriſtiani nominis principes dedit, & triremem Floren
tinorum tunc expeditam conſcendens, trirememq́ Vitelli dignioribus onerans præla-
tis biremibus paruis, quas uocat ſagittiuas octo, curialibus etiam minoribus plenis con
ſecutis nauigans, quarto poſtquã à Ciuitateuetula ſoluerat die, trãquillo mari lætus por
tum intrauit Piſanum. Volans interea tantæ rei fama multos Florentiã prætergreſſos, &
per uaria Hetruriæ loca diſperſos curiales exciuit Piſas. Et in primis cardinalẽ ſancti Si-
xti qui dudũ pœnitentia ductus, & in gratiam cum pontifice reuerſus, Senas ſe cõtulerat
Romam ſi per uarias licuiſſet prouinciarũ agitationes petiturus. Florẽtini uero quos lõ
ga ducis Mediolani bella dudũ pecunijs exhauſerant, in magnam lucri ſpem adducti, ſi
mulq́ quod rei ſuæ affectum pontificẽ cõmunis inimici manibus ereptum uiderent ex
ultantes, maximis illum exquiſitiſſimisq́, ut eſt eius populi ingenium conſuetudoq́, põ
pæ apparatibus, ad diem uigiliæ natalitiorum diui Ioãnis Baptiſtæ, qui apud ipſos eſt ſo
lenniſſimus, Florentiam perduxerunt. At in Romandiola dum Venetorũ copiæ militã-

tes eccleſiæ, à quibus oppidũ Perſicetũ fuerat recuperatum recepto Plumatio & Baza- E
no cõtra Oliuetũ agri Bononiẽſis oppidũ caſtra eſſent metatæ, Baptiſta Canitulus, quẽ
aduentus pontificis Florentiã terruiſſet, populi Bononienſis furorem timens, qui ut fru
menta in agris matura amitteret nullo uidebatur paſſurus modo, adniſus eſt fraude ſibi
præſidiũ comparare. Oratores nanq; Florentiam mitti curans iniunxit, ut cum de aduen
tu & ſalute pontificis congratulati eſſent, multa de Gaſparis Germani retentiõe & equi
tũ direptione, plurima de Venetorũ iniurijs quererent, ad extremũq; orarent, ut Bono-
niam uellet pontifex recipere à Bononienſibus, qui ſibi illam & eccleſiæ à Venetorũ du
ciſq; Mediolani armis, magno cũ rerum diſcrimine ſeruauiſſent, prẽlatos mitteret illã re
cepturos, agrumq; interea uaſtari à Venetorum ſtipendijs ꝓhiberet. Victus falſa & ſub-
dola ſupplicũ humilitate pontifex, mittens Bartholomæũ Spalatenſem archiepiſcopũ,
Bononiæ gubernatorem, mandauit, ut pace Bononienſibus data, Gattã, Brandolinũq;
curaret ab iniurijs temperare. Dum tamen Florentiæ certum pontifex rerum Bononiæ
exitum, quibuſcunq; poterat modis quæreret, Baptiſta rem uarijs ducebat artibus quan F
doq; oblatos renuens gubernatores, & alios petens quicunq; uiderent ineptiores, quan
doq; Gaſparis Germani reſpuens oblatam cum Tarantaſienſi, & Truno permutationẽ,
ſine damni equitum reſtauratiõe, quam pro æris magnitudine faceret impoſſibilẽ, quo-
uſq; frumenta, ligna, ſtramenta & quæcunq; belli uſibus duceret neceſſaria, Bononiam,
affatim importarentur, & dux Mediolani ꝓmiſſas ſibi copias immiſiſſet. Nec tamen inte
rim pontifex Veneti & Florentini rem negligebant ſuam, ſed copias in Romandiola ꝙ
poterant ingentes cogebant. Hincq; Petrũ Iampaulum Veneti cum mille equitibus, pe
ditibus ducentis, Guerreriũ Martianenſem cum trecentis equitibus, & cum totidem Cẽ
ſarem Martinengum, ſuis Guidantonio, Manfredo, Gattæ & Brendolino, ac Tadeo E-
ſtenſi adiunxerunt. Pontifex uero quas habebat reliquias copiarũ ad equites trecentos,
totidemq; pedites miſit ſub Recanatenſi epiſcopo exarchatus Rauennatis, Romandio
læ ac Bononiæ ſi recuperaret gubernatore deſignato, Florẽtini aũt Tollentinatẽ unicũ
ſibi ducẽ, qui omnibus, autoritate pontificis ſub Recanatenſi foret ſuperior mittere pro G
miſerunt. Profectũ ad legionẽ ꝓuinciamq; ſuſcipiendã Recanatenſem epiſcopũ Canitu
li nullum ſibi gubernatorẽ dari paſſuros ſe profitebant, & alterũ ſubrogari poſtulantes,
rem ducebãt arte priſtina, expectãtes Piccininum quẽ breui intelligerent affuturũ. Nam
poſtꝙ Sphortia Piccininuſq; apud Mallianũ Sabinorũ unus, ad Ocriculũ alter, ut ſupra
docuimus, conſederant, Sphortia à Philippo Mediolanenſiũ duce perſuaſus memorãte
ſi Piccininũ deleret, & uictos ſimul & uictorẽ in pontificis liberorumq; populorũ pote-
ſtate futuros, induciarũ in ſex menſes fœdera pontifice inſcio percuſſerũt. Profectiq; ab
Ocriculo ductores Sphortia Tudertũ petens legionẽ dimiſerat in hyberna, Fortebrac-
cius Romã accitus expugnaturis Adriani molis arcem Romanis auxilium allaturus, in
ſuburbio diui Petri conſederat, Piccininus traiecto ad oppidũ Sepulchri Apennino per
Forliuienſes Ceſenatenſeſq; ſeptimis caſtris Lugiũ, deinde Imolam ſe cõtulerat equites
ad duo millia quos dux Mediolani dudum ſub Araſmino Triuultio ibidẽ habuerat ſuis
copijs adiuncturus. Ingreſſus Fauentina uia Romandiolã Recanatẽſis epiſcopus cũ Bo H
nonieẽſes ſe admittẽdo duros obſtinatoſq; intellexiſſet, armis illos & bello parauit inua-
dere. Venetorum itaq; copijs ad oppidum Bononienſiũ, quod arcis beneficio pridẽ re-
ceperat cõgregatis, Tollentinatẽ expectare cõſtituit. Cũ aũt Florentini nõ prius illũ ex
Aretino & Corronenſi agro emittere ſtatuiſſent, ꝙ Piccininum copias Apenninũ traie-
ciſſe cognoſcerent, prior Imolam Piccininus ꝙ Tollentinas Bononienſiũ peruenit. Cõ
ſtabat aũt Piccinini copias in exhauſta cõmeatu Imola ali nõ poſſe, niſi ex continenti a-
gro Bononiẽſi annona dietim fuiſſet importata. Hinc Vitellenſis gubernator Veneto-
rumq; legati, à pontifice & ſocijs populis iuſſi à prælijs etiã leuibus abſtinendũ duces ſin
gulos admonebant, quouſq; aduenisſet Tollentinas, cuius ductu & copiarũ robore adiu
ti, aut collatis poſſent ſignis ſecuri decertare, aut hoſtẽ frumẽtatiõe pabulationibuſq; in
tercludere. Piccininus interea de aduẽtu Tollẽtinatis certior factus annonæ inopiã qua
ſe cõfectũ iri intelligeret, ſi bellũ hoſtes ſine dimicatione ducerẽt, cõſiderans, ſimulq; ꝓ-
ſpiciens Imolã quamprimũ receederet futurã in hoſtiũ poteſtatẽ, Bononiẽſes uero hoſtis
uictoriã ſecuturos, fortunã tentare conſtituit. Caſtra eccleſiaſtici, ut quemq; ſors tulerat

nulli

A nullis circumdata munitionibus circa Bononienſiũ poſuerant, nulloq; ducti imperio aſ-
ſueuerant, ut quęq; libido raperet aut neceſſitas impelleret, hoſtẽ laceſſere, frumentatũ
ire, uel calones educere pabulatũ. Piccininus uero ſuburbio Imolenſi foſſa circũdato cõ
tinebat. Riuus ſtadia quatuor ab Imola diui Lazari uocant Emiliã interſecat uiã, in qua
recta & Romanis quondã opibus ſtrata Bononienſiũ ætate noſtra quinis ab Imola paſ
ſuum millibus, eſt cõditum. Eumq; riuum altiori ꝙ inter caſtigatos leniter colles appa-
reat fundo depreſſum, denſiſſime ueſtiunt uepres, ut dextra læuaq; proximis uiæ parti-
bus, nullo niſi quo Emilia lateritio iungit̃ põte uadet̃ loco. Quà uero ad Imolam pons
pertinet in perpetuã planitiẽ, Vatreni fluminis alueus ad ſiniſtram excipit, cum dexterã
colles immineant ſinuoſi. Itaq; Piccininus immiſſos ex ſuis qui hoſtem laceſſerent iube
bat retrocedere fugientes, ut inſecutus hoſtis cerneret põtem nullis obicibus cõmuni-
ri. Ipſe collem trans riuum eminentiorem, ad Pinum uocant, unde in hoſtiũ caſtra deſpe
ctus eſſet, cũ paucis inſidens ſpeculabatur, quo hoſtes laceſſiti ordine inſequerentur, cõ
B tinuoq; copias ea ratione paratas habebat, ut etiã ſine claſſico ſtructa acie poſſet educe-
re. Prælijs tñ leuibus quãdoq; cõmiſſis, & ſi ſuos uidit inferiores, nullas eduxit ſubſidio
turmas, ut uictoria pellecti hoſtes aſſueſcerent irruere prouocati. Nõnullis uero hoſtiũ
ſingulo interceptis prælio didicit, tãta eccleſiaſticos inter ſe duces ardere inuidia, ut nul
lã eſſent oppreſſis opẽ mutuã allaturi. Aduentu itaq; Tollẽtinatis cõperto, prius quã ho
ſtes meliorẽ acciperent diſciplinam maturãdum ratus, poſtera die ſinuoſo in colliũ qui
Emiliã ſupereminent receſſu equitatum locauit, pedites uero ſupra pontem uepriũ cu-
sauit ceſpitibus deliteſcere, & turmis duabus quæ caſtra hoſtiũ in ſolis ortu inuaderent,
præmiſſis ipſe cũ tribus alijs medio, quod põtem caſtraq; hoſtiũ interiacet ſpacio apud
Serrã Bononiẽſii uicũ ea oſtentatione in campis expectauit, ut ſpeciẽ præ ſe ferret edu-
ctæ legionis & pugnãdi copiam facientis. Egerat ueſperi adueniens Tollentinas cũ gu
bernatore ducibusq;, ut quod promiſſum ſibi fuerat equitum ſub gubernatore magiſter
præconis uoce declararet̃, ediceretur q;, uti oẽs dicto parerent ſuo. Sed cum Vitellenſis
C gubernator audaciſſimus uir illud ambiret in oẽs imperiũ, pares inter ſe duces faciliter
diſcordes, & ſuperiorũ mãdatis cõtumaces reddidit. Et primo qui tũc habitus eſt ſuper-
inde cõuentu tẽ perendinatus, Tollẽtinati, ut ſuorũ diſponeret metationi figendiſq; tẽ-
torijs, reſpõdit, cætera tẽpore debito curæ ſibi futura pollicitus: parumq; abfuit, quin rei
indignitate permotus ille, qua uia aduenerat, remearet. His ſermonibus in multã produ
ctis noctẽ, oẽs magis ꝙ unq; antea dubij tẽtoria repetierũt. Gata ad gallicíniũ magnam
ſuorũ partẽ pabulatoribus & oppidanis uindemiã facturis præſidio caſtris eduxit. Itaq;
poſtero die, q̃ fuit kalẽdarũ Septembris ſecũdus, exortu ſolis, Guidantonius Mãfredus
ab exploratoribus qui caſtra hoſtiũ noctu obſeruaturi fuerãt miſſi factus certior, hoſtiũ
equites ad ſexcentos Serrã uicum Bononiẽſii aduenisse, Petro Iampaulo, clàm uocato,
& utriuſq; militibus arma expedire iuſſis, nõ prius ambo equos aſcendere potuerũt, ꝙ
hoſtes magno incurſare impetu cõſpexerunt. Qui in eos cũ paucis delati cohortes ſuf-
ferunt lituo in prælium cõuocari. Hoſtibus uero prout à Piccinino iuſſi fuerant ſimula-
D to per uices timori audaciã immiſcẽtibus, & fuga quandoq; temperãtibus, uaria cõmit-
tebant̃ prælia, ut q̃ fugientes ſuorũ partem amiſerant, audaci quandoq; reſiſtẽtes uultũ
Vrſinũ Fauẽtinumq; morarent̃ ferociter irruentes. Senſimq; factũ eſt, ut duarũ quæ ca-
ſtra eccleſiaſticorũ impetiuerãt turmarũ, dimidia militũ parte intercepta, reliq̃ inſequen
tibus Vrſini & Fauẽtini militibus immixti ad Piccinini copias ſe reciperẽt. Eũ autẽ pe-
dẽ ex induſtria referentẽ Vrſinus & Fauẽtinus reſtitutis ordinibus inſecuti, acriter inſta
bãt. At Piccininus quẽ patulis in campis maior ſuperatura eſſet hoſtiũ potẽtia, in uiam
Emiliã ſe recipiens, cliuo qui ad pontem lateritiũ ducit, in quo quaterni aut ſeni ſolũ pu
gnare poterãt, ſe tuebat̃, & fortes utrobiq; milites acriter pugnabãt. Tunc exciti caſtris
eccleſiaſtici milites pugnãtiũ uocibus ac ſtrepitu & equorũ q̃ ad Vrſini Fauẽtiniq; ten-
toria captiui ducebant̃ inuidia accenſi, ſine ordine armati inermesq; accurrerũt. Tollen
tinas autẽ caſtra deſeri, milites ſine ordine ut quemq; caſus inueniſſet in hoſtem uidens
irruere, inermis equũ cõſcẽdẽs ſuos ſequi iuſſit armatos, & in parte cliui infima pugnan
tes eccleſiaſticos offendẽs, ut põte hoſtem diſturbarent, ab illius uero tranſgreſſu abſti-
nerens hortatus in ſummã cliui partẽ eſt reuerſus. Dumq; ibi arma indueretur Vrſinum

Fauentinumq́ & alios,qui accurrerant oẽs, põtem ui ſuperatum tranſiuiſſe cõſpicatus, E
de exercitu eccleſiaſtico,niſi ocyus illi pedem referrent actum eſſe exclamauit, & filius
qui circunſtabant Chriſtophoro Ioãne & Balduino iuſſis ut cliuo abſtinerẽt,ſeq́ cũ co-
hortibus expectarent,cũ turmis ipſe quatuor deſcendens eo conſilio pontem tranſiuit,
aut cæteros reuocare illæſos, aut ſi dicto ſegnius parerẽt ſuorũ conſulere ſaluti.Caloni-
bus interea relictis,Gatta Brãdolinusq́ accurrentes Vrſino & Fauẽtino opẽ attulerãt,
pariter Guerrerius, pariter Eſtenſis Cæſarq́ fecerũt.Deiectus põte præceps Piccininus
inſidiarũ quas ſtruxerat,&uaframenti immemor ſuos oẽs ocyus cõuocarat,&intra Imo
læ ſuburbia ſe recipiens tolli impedimenta legionemq́ in profectionẽ iuſſerat expediri
ut ſi maior ab hoſte uis pararetur & partem copiarum,ut cœperat pugnando amitteret,
prius reliquã poſſet ſaluam educere, q̃ hoſtes duplicato numero ſuperiores acceſſu ui-
ctoriæ elati uictum fugatumq́ obſiderent in exhauſta commeatibus ciuitate.Hoſtibus
uero minori,q̃ cœpiſſent ardore inſtãtibus,animos reaſſumpſit,& ad priſtina cõuerſus
uaframenta in Vatreni fluminis alueum, cum legione reuerſus peditatum omnem per F
collis proximi ſinũ ſuperiorem riui partem ponti ſupereminentem occupare,& inde in
hoſtium præſidia,ſi qua ad põtem eſſent relicta,pugnare curauit,ut turmas hoſtiles etiã
in planitie pugnantes à tergo terrerẽt, redderentq́ Tollentinatũ ad cliuum relictorum
ſubſidio deſtitutas. Perpaucos itẽ equites circumactis collibus noto, quod prouiderat
riui uado trãſeuntes,ſeſe hoſti à lõge iuſſit oſtendere, ut deterrita in ſummo cliuo demiſ
ſa ipſi etiã præſidia diſtinerent.Inde cõglobatis quas habebat duodeuiginti turmis, ſele
ctũ parte dimidiata robur hoſti oppoſuit temere irruenti,& cum reliquis præſidio futu-
ris,tã propinqua ſecutus eſt acie,ut unico ſimul oẽs congreſſu appareret criſpato agmi-
ne pugnaturos.Tollentinas interim immixtos in alueo hoſtib.eccleſiaſticos,primo ad-
uentu,uoce & geſtu ipſo adiutos,circumeundo ſingulos clàm hortať,prælium dirimãt,
pedetentim ſecedant,nec exercitũ quẽ apud Bononienſium uidiſſent, ſibi præſidio ſpe
rarent futurũ,cum partem ipſe minimã aduenіens prælio intentatam offenderit,reliqui
totã à Bononienſio ad põtem Emiliani complerent uiam fugientes, ſi coget neceſſitas G
impedimento potius q̃ pugnationibus ſubſidio affuturi.Clamor inde à tergo exoritur,
hoſtem de inſidijs circumductum,cliuo Eccleſiaſticos diſturbaſſe, pontẽ occupaſſe, &
pugnãtes in alueo niſi præſto ſibi cõſulant undiq́ inuaſurum.Ea territi uoce Fauẽtinus
Vrſinus, Gata, Brandolinus,Guerrerius,Cæſar Eſtenſis,Tollẽtinatẽ tarde cœperãt ex
audire.Cũ ſubito totius legionis cõfertiſſimo robore Piccininus urgens,in fugam pen-
dentes,nullaq́ ad tergũ ſubſidiaria munitos acie diſturbat,palãtes agit. Qui uero ponti
occupando à Piccinino fuerãt præmiſſi pedites,hoſtẽ ex alto in fugã cõuerſum,ſuos ui-
ctores eſſe cõſpicati, pontẽ tunc primo occupãt, & ad eam partem fugientes præcluſo
aditu intercipiunt:pauci etiã quos collibus circumactos riuũ diximus trãſiuiſſe,de ſuo-
rũ uictoria per hoſtium fugã certiores facti obuiam contenderunt, & Nicolai filios lo-
co ceſſiſſe intuentes,cliuum ipſi fugientibus plenũ ceperũt. Solus ex omni ductorũ tur
ba Fauẽtinus,per põtẽ qua uenerat Emilia uia ſeſe recepit in caſtra, & ſuis ſubſequi iuſ-
ſis,Fauentiã aduolauit. Gata & Brandolinus ancipiti certamine,cum ſparſa acies eſſet, H
& multis locis Marte uario pugnareť paucis admodũ comitantibus prælio excedẽtes,
per notã dudum planitiem Solarolum,agri Imolenſis caſtellum,inde Fauentiã ſeſe con
tulerũt. Vrſinus,Eſtenſis,Guerrerius,&Cęſar pugnãtes capti ſunt.Tollentinas uero dũ
põtem repetens illũ à peditatu hoſtiũ uidit obtineri,in alueum præceps reuerſus,& ho-
ſti omnia ſternenti obuius militare ſagulum,quo eſſet inſigni notiſſimus abiecit,& imã
riui partem Emiliæ ſubiectam equo in fundum præcipitanter acto ſuperare adniſus, ad
mediam ripam,q̃ difficili atq́ arduo erat aſcenſu,equo ſubſterniť in riuum reuoluto.Ti
more tñ uires atq́ ingenium excitante,ſe attollens per cauum riui fundum fugere pedi-
bus cõtendebat. Sed dum armorum pondere ſimul & ætate grauis radicibus ſtipitũ in-
tricatas ſcrobes tardiore peruaderet greſſu,à peditibus ueprium riuiq́ latebras ueſtigã-
tibus,ꝑ abiecto extrahiť milite, & detracta caſſide recognitus, multa illis ſi ſe feciſſent
ſaluum pollicitus,ad Piccininum Ariſminumq́ Triuultium eſt perductus. Capti fuerũt
eo prælio equites ad tria millia & quingentos,pedites mille,& ut in eiuſmodi ætatis no
ſtræ rei militaris ludicro atque umbra euenire ſolet,interfecti ſunt quatuor,uix triginta
leuiter

A leuiter uulnerati, ꝓſecutus uictoriā Piccininus ſuos ut fugientes quaquauerſum hoſtes
perſequanẽ, bortaẽ, & in hoſtium tentoria delatus cõperit primos trans riuum miſſos,
alioſq; leuis armaturæ milites illa diripuiſſe, gubernatoremq; cum Gatta & Brandolino
dimiſſis in Bononiẽſio peditibus centū, ſeſe ſubita fuga Fauentiā cõtuliſſe. Dum hæc in
Romãdiola magno cū rerū eccleſiæ damno geruntur, Antonius Piſanus in Campania
& maritima, quas regiones magna ex parte occupauerat, graſſabatur, & Ferentinū, quę
unica ciuitas ſolidè in fide perſtiterat lõga fatigatam obſidione kalẽdis Septẽbribus re-
ceperat. Inde cõtra Ptolemæū Sublacenſem ducens, Triuilianū ui captū diripuit, & ab-
batiæ Sublacẽſis loca Ptolemæo tũc parẽtia, incurſionibus agitauit. Demũq; pace inter
ipſos cõpoſita Triuilianū, qđ per illū Ptolemęo reſtituiſſet, fraude iterū recepit, ſexq; op
pidanorū turri præcipitatis, cõtra Honoratū & Iacobū Gaietanos arma cõuertit. Et Fru
ſione Veruliſq; bello agitatis aſperrimo, tributa inde & omni ꝓuincia exegit, quanta in
colæ rerum inopes coacti cõferre potuerũt. Fractis, ut oſtẽdimus, aliena magis culpa, ꝙ
B ꝓpria uirtute felici auſu, põtificis & ſociorū populorum copijs, Piccinino facillimū fuit
Florentinā rempublicā euertere trepidantẽ, & nullis firmatam copijs præterq; fuga ere
ptorum Tollentinatis filiorū, quibus uix quingenti equites ſalui erãt. Sed dū Bononien
ſibus morẽ gerere, uel potius ut multi exiſtimarũt rem Bononiẽſem ea ratione adniſus
eſt firmare, ut eā ciuitatẽ bello maxime opportunam haberet expeditam, conſecutis in
dies factū eſt cauſis, ut prius uictoriæ ipſius baſta refrixerit, ꝙ Bononiẽſio, ſancti Petri
Pulmatio & Bazano receptis, Francum oppidū expugnare potuerit: cõſumpta nãq; in
ea obſidione per cõtinuos autumni imbres ſimul cū tẽpore equorū impedimẽtorumq;
parte nõ minima, repetijt Lõbardiam. Quo in tẽpore res põtificis ſociorumq; populo-
rum ubiq; eſt cœptum fieri meliores. Franciſcus nãq; Sphortia ſimul ac Piccinini uicto-
riā tepeſcere intellexit, cœptis dudum ꝓponi fœderis cõditionibus animū intendebat.
Fortebraccius aũt quas tenebat in ducatu Spoletano ciuitatibus et oppidis à Sphortia
timẽs relictis ſine præſidio Romanis Aſſiſiū cū turmis omnibus ſe cõtulerat. Nõ parua
C itẽ rebus põtificis ſociorūq; populorū acceſſio fuit, Coſmi & Laurẽtij Mediceorū in pa
triā reuocatio. Hi anno uix dū elapſo Florẽtia per inuidiā pulſi, Venetijs quò fuerãt rele
gati, ſumma cõmorati modeſtia Nicolao Donato uexillifero & collegis, q per id tẽpo-
ris ſummū magiſtratū in ciuitate obtinebãt, ſibi amiciſſimis freti, clàm egerũt, ut de redi
tu ſuo ad populū referrẽt. Sed cū in ſciſſa & tũc flagrante inuidia ciuitate, id fieri uſitato
& ueteri more ciuitatis, & legibus impoſſibile eſſet uiſum, uicit tãtorum ciuiū gratia, ut
poſtbabitis legibus, uexillifer & collegę ſingulos ex ciuibus, quos nouerãt fautores red
derent attẽtos, & palatio militibus armis, cibarijſq; in aliquot dies munito, omnẽ in ſe le
gū potentiā aſſumerent, reſtituendis in patriā ciuibus benemerẽtibus de populo Florẽ-
tino, quorū diuitias ſummas priuatorū quas in Europā cuipiā eſſe audiuerimus æquipa
rãdas, nulla ex parte ingẽtibus illorū uirtutib. maiores eſſe, cõſtãs apđ graues quoſq; Ita
licos fama erat. Eoſ in palatio apparatus fieri, aduerſæ factionis principes exploratū ba
bẽtes, Rinaldus Albinus equeſtris ordinis, Rodulfus Petrutius, & Nicolaus Barbado-
D rus, ſuos in armis ingẽtẽ ciuiū, & plebis numerū habuere. Et niſi põtifex autoritate pre
cibuſq; interceſſiſſet, maximo dãno ſed peiore exẽplo, ciuili certamine, cędes, incẽdiaq;
plurima fuiſſent cõmiſſa. Die uero diuorū Coſmi & Damiani natiuitate feſta, accito in
publicā palatij areā ꝑ cãpanā ex uetuſto, ſed ferè antiquo ciuitatis more, uniuerſali qđ
parlamẽtū uocãt, populi cõcilio, creati ciues trecẽti, q ſummā rerū omnium poteſtatem
ſine prouocatione haberẽt, de reditu Coſmi, Auerardi & Laurẽtij Mediceorū, ac Ange
li Acciaioli equeſtris ordinis, deq; exilio Rinaldi, Rodulfi & Nicolai, aliorūq; ciuiū cir-
citer quinquaginta, legẽ tulerũt, & noui in magiſtratibus ſuffecti ſunt ciues, qui rebus ec
cleſiæ Venetorūq; cõſenſu maximo ſtuduerũt. Per bello etiā ijſdem diebus dolo, Roma
nos pontifici rebelles ludificauerat Baldaſar Offidanus. Miles etenī Hiſpanus nomine
Riccius, acri & ſubdolo uir ingenio Cãpania profugus, Romā cum latronū turma acce
dẽs, ſtipẽdia petierat pedeſtria. Cūq; minor ꝙ peteret cõditio à ciuibus offerretur, indi-
gnatus cõſtituit, dolo ſumere ultionẽ. Arcẽ, inquit, urbis theſauro ut ſcitis rectiſſimam,
qđ tãtopere anhelatis ciues Romani, tradere uobis cõfido, ſi munera tanto facinore di-
gna me cõſequi poſſe intelligā. Cū igiẽ ciuitate illū donare, magiſtratu etiā ſeptẽuirali,
qui

qui apud eos tunc eſſet maximus ornare,& perpetuũ inſuper centurionem habere pro- E
miſiſſent: cõſtitutis utrinꝗ ſignis quibus arce capta ciuitatis primarij acciti accurrerent,
ſugã Riccius ſimulauit in arcẽ aduolãs Baldaſarẽ aduẽtus ſui cauſam eueſtigio docuit,
futurũ ſi ſibi audiuerit,ut Romanorum potentiores,qui præſentem cuperent ſtatũ reci-
piendæ per fraudẽ arcis ſpe adductos in poteſtate haberet, urbẽꝗ per illos recuperaret,
& camerariũ carceribus liberaret.Cõſentiunt Baldaſar præſidesꝗ,quibus ſuperiorũ ar-
cis partiũ cura à põtifice fuerat demãdata,& dolũ ꝓcedere cupiẽtiſſimi, Ricciũ intra ꝓ
murale cũ manipulo acceptum cuſtodiæ munera per noctes & interdiu obire, quãdoꝗ
in ſumma mœnia perductũ ſeſe oſtendere, & probris Romanos laceſſere permiſerunt.
Romanis etiã Riccius nocturnas apud pontẽ habẽtibus excubias, ter quaterꝗ per no-
ctẽ uoce tremula inſuſurrarat, & nutu geſtuꝗ interdiu ſignificauerat, ſeſe breui qđ fue-
rat pollicitus cõfecturũ.Die igiť quę patrãdo facinori uiſa eſt accõmoda,Baldaſar qua-
tuorꝗ illius decuriones uincti Riccio & eius manipularibus permittunť, cõpleť omni
in parte arx eiulatibus quales ſubita improuiſa perculſi clade edere cõſueuerũt.De ſum F
ma deꝗ infima turris mœniorũ,& ꝓmuralis parte exaudiunť uoces, arci Ricciũ domi-
nari.Dũꝗ Romanos Riccius tãti facinoris expectationi intentos ripã Tyberis & pon-
tis repagula uidet corona circũſiſtere frequẽtiſſima,de mœnibus primo,tum de promu
rali, & tanꝗ moræ impatiẽs de patẽte ad pontẽ porta Romanos ciet, ut arcẽ recipiant,
obteſtať.Primi omniũ aduolãt Lelius Magdalena & Valerianus Mutus, quorũ opem
clementiãꝗ Baldaſar uinctus obuiã perductus,ſupplex exorauit,ipſos ocyus ſubſecuti
quatuor ciues Romani,Ricciũ inter cõplexus hilarem,Baldaſarem uinctum cõſpicati,
in Romã tunc liberã inſignis Riccij beneficio clamauerũt.Quinꝗ ex omni turba ciuita
tis primores,poſt primos ſex repagula præteruecti,portã arcis intrepidi ſubierũt. Ideꝗ
facere oĩs parauerat multitudo,maioribus ut conſtat rapinę ꝗ glorię ſtimulis agitata,
niſi ſancti Gaudẽtij Ariminẽſis abbas,machinamẽti duplicitatẽ, maiores ſimul ꝗ ꝗbus
reſiſti poſſet introduci copias ueritus uetuiſſet:de arce etẽm ſuperiore,cuius accuratã ſu
ſceperat cuſtodiã,rapidum ſulphureis bombardarum puluerıbus ignem admouens,ter G
ribili cõcrepitu Romanos præcipites attonitosꝗ cõpulit retrocedere,undecimꝗ qui ꝓ
ceſſerant interceptis,cæteri intra urbẽ mœſti pauidiꝗ fugerũt. Tũ multiplici in populo
ſeditione exorta,qui rebellionis autores fuerãt migrare & camerariũ abducere intende
bãt,ſibi à coniunctis affinibusꝗ & amicis captorũ ciuium timẽtes, quorum uxores pa-
rentesꝗ & liberi ingẽs multitudo,caſtelli tumultu uixdũ ſopito, Capitolij fores obſede
rant,preces minasꝗ lamentationibus mixtas fundentes, & curã camerarij poſtulantes
ſibi demandari,ꝙ ab eius ſalute ſuorũ uitã libertatemꝗ intelligerent expectandam: tan
demꝗ uarijs à Capitolio in arcẽ miſſis ultro citroꝗ nuncijs uicerunt,quibus capti erant
chari,ut camerario per Capitolij palatiũ curæ & cuſtodiæ ſuæ dimiſſo,capti ciues à præ
fectis caſtello humane tractarenť,quouſꝗ apđ põtificẽ agi poſſet de permutatiõe, quã
Romani publice offerebãt.Per id tẽporis Camertini exẽplo Fabrianenſiũ,q paulo ante
Clauellenſes uetuſtã in eius oppidi uicariatu eccleſiæ familiã ſenes pueris mixtos ad nu
merũ duodecim,in baſilica cathedrali interfecerũt, Varanenſes quinꝗ numero diuerſis H
in locis una occiderũt hora,acclamaueruntꝗ populi ſub eccleſia libertatẽ.Lætatus Ro
manorũ in arce captorũ nuncio pont.permutationi quę oblata erat accedere ſimulauit,
& Tropienſem epiſcopũ quẽ ſupradiximus, pacis cõditiones cũ Sphortia apud Calca-
rellã firmaſſe,mittens Tudertũ apđ Sphortiã inſtare iuſſit, ut qđ ex fœdere deberet, in
tanto eccleſiæ & nepotis ſui rerum diſcrimine præſidiũ afferret,eaꝗ promptitudine de-
leret,ſi quid dedecoris ſuperiori tẽpore admiſiſſet. Paruit Sphortia, camerarioꝗ cuius
deſiderio prælatos curialesꝗ oẽs angi intelligeret liberando,cohortẽ immittere ſpopõ
dit,quamprimũ pecunias recreandis commilitonibus pont.diſſoluiſſet. Tentatos inte-
rea ex Tuderto Romanorum animos, Tropienſis intelligebat ad eccleſiam inclinatos.
Qua de re cũ pontificẽ feciſſet certiorem,is cui falſò,& ut attollit indignos fortuna per-
ſuaſum eſſet,ea ſola feliciter ſucceſſura,quæ Recanatẽſis geſſiſſet epiſcopus,illũ ab Imo
lenſi clade reuerſum,cũ ducatis ſed mille Tudertum miſit,& ambos iuſſit epiſcopos,pa
ri munus illud exequi poteſtate.Quos eã adducentes cohortem Romanam Tranſtybe
rina port a ſponte ac precario introduxerat, quia tamen repentina huiuſmodi deditio,
tremiſcenti

A tremiſcenti Romanos Recanatenſi,ſuſpicioſa uideret,datam ipſe portam cum cohorte
ſeruauit,& ingreſſus urbē Tropienſis,adducente populo Capitolium petijt. Tum came
rario magna populi caterua comitante ad caſtellū deducto,captiui educti,paxq; & ple-
na præter ſpē ac multorum opinionem delictorū uenia Romano populo poſt cōceſſa.
Fretus animo urbis receptione & camerarij liberatione pōtifex, aliā itē in ſpiritualibus
eccleſiæ rebus bonā ſpem,fiduciamq; cōcepit,duobus Romanæ eccleſiæ cardinalibus,
ſanctæ Crucis uno,& ſancti Petri ad Vincula altero,quorū hic Baſilienſibus conſenſiſ-
ſet,ille demādata legione ſumma integritate functus erat, Florentiā redeuntibus. Itaq;
cū rebus eccleſię tēporalibus breui cōfirmandis,nullū forte exiſtimaret efficacius admi
niculum,q; ſi Sphortiā ſolidioribus aſtringeret fœderibus,id ſumma cura & ſollicitudi
ne enitebatur:ſed cum Venetorum oratores Florentiniq; quibuſcum tractaretur nego-
cium,licet cupiētiſſimi eſſent,perficere nequiuiſſent,id etiā tētari à nobis uoluit, q apud
Calcarellā illum in ſententiam duxiſſemus. Itaq; ubi Tudertum acceſſimus,tanta cōmu
B tatio inceſſit,ut Sphortia ſpretis ducis Philippi pollicitationibus,quas Franciſcus Galli
na & Marcus Siccus oratores feciſſent,Catabricā cōmilitonē,cui plurimum fideret,no
biſcū Florentiā miſerit,& breui in hæc fœdera ſit conſenſum,ut pontificis & eccleſiæ ſo
ret uexillifer, annosq; duos equitū trium millium,mille peditum ſtipendia mereret. Pi-
ceni inſuper à ſummo pōtifice & cardinaliū collegio quoad uiueret Marchio declara-
tus,in Tuderto ac Tuſcanella ad triēniū,in Firmana ciuitate,perpetuus cū ſtirpis maſcu
linæ,& fratrum ſucceſſionis iure uicarius cōſtitutus eſt,acto expreſſe ut cæteris decede
ret quæ iuris eccleſiaſtici obtineret,formula huiuiſmodi perſcripta,& partiū ſigillis ob-
ſignata præcepit Sphortiæ pōtifex,ut Fortebraccio bellū inferre pararet. Sed cum pecu
niæ illi tardius eſſent miſſæ,hyems etiā per Decēbrē obſtaret aſpera, expediēdo exerci-
tui operā dare cœpit. Venientē interea ad Chriſti natalē Florentiā camerariū comitāte
epiſcopo Recanatenſi,qui illū ab urbe proſecutus fuerat,curiales & populus Florenti-
nus illū ducētes maximis ſunt honoribus ꝓſecuti. Cumq; per Ianuarium à motibus eſſet
C quies,Ioanna ſecunda regni,quod tū Apuliæ,tum appellant Siciliæ,regina,quæ omnia
poſſediſſet à Syllaceo freto,Terracinā uſq;,& Reate,ac Troentū ſita,moriens maximas
reliquit in rebus Italiæ cōmotiones. Quibus cōprimendis cum pōtifex Romanus ani-
mū intendiſſet,Recanatenſem epiſcopū patriarchā Alexandrinum creauit,& in ipſo re
gno recuperādis Campaniæ & maritimæ oppidis, quæ ad hoſtē defecerāt legatū ſedis
apoſtolicæ declarauit. Fefellit uero pontificē opinio, qui Neapolitanos exiſtimaſſet cō
ſideraturos,prout tū eos reginæ obitu audito fecerat præmonitos, regnū Siciliæ quòd
ad Romanā ſpectat eccleſiā nulli ſubijciendū regi,niſi quē ipſe ex uetuſto more cōſtitu
iſſet,& Romanæ eccleſiæ tributariū declaraſſet. Qua ēm die Ioāna à rebus eſt humanis
exēpta,deleti ſunt ſexdecim ex regni proceribus & ciuitatis primoribus, quos appella-
uerunt conſiliarios,comes Puloini,comes Nolæ,comes Caſertæ,Ioānes Cicinellus,Ma
rinus Boffa,Otinus Caraziolus,& decē alij,à quibus teſtamentū illius nomine,ſuborna
tis,q ſe notarios & teſtes ſubſcriberēt eſt cōfictū,in eo multiplicis ad fidē cōparandā cō
D pleto legatis,regni & bonorū quotquot ſupereſſent hæredē fecerūt Renatū glorioſa o-
riundū Galliæ regū ſtirpe,cuius fratrē Lodouicū eodē anno uita functū,Ioanna pridem
adoptauerat. In legatorū uero parte ex reginæ theſauro,quē centū & quinquaginta au-
ri millia cōſtat ſuperaſſe,donauerūt ſeipſos Neapolitani,millibus ſeptuaginta,ciuitatis,
ut uerba teſtamenti dicebāt,uſibus impēdendis. Traxit uero in ſeditionem machinatio
hæc teſtamētaria,regni populos ꝓceresq;. Nā quos uaria ꝓ affectiōe ſpes dubios pēde-
re,ultimāq; pōtificis deliberationē expectare ſuaſiſſet,patefactus ad Gallicos reges in-
clinatior Neapolitanorū affectus,ſuas unumquēq; quibus pro illatis acceptisq; iniurijs
ducerētur animorum paſſiones,detegere fecit, hincq; diuerſa principes populiq; ſtudia
ſunt ſecuti. Primi omniū dux Sinuiſſæ, Iones Annonius Martianus, Chriſtophorus &
Rogerius Ganietanei, quorum alter ꝓtonotarius, alter erat regni magnus camerarius,
Frāciſcus Pādonus Laureti comes,& Antonius Piſanus cō fœderatione inita ad regem
Alfonſum in Siciliam miſerunt futurum polliciti,ut regno celeriter aduenicns potiret.
Aprutini uero ecōtra fœdus ſpōſione mutua percuſſerunt illum pro domino accipien-
dum,qui à pontifice declaratus,& ab regni melioribus in regem fuiſſet aſſumptus. Qui
etiam

A dere animo uideretur,ſed indigna epiſcopo, indigna oratore ad pacē quærendā miſſo,
cum Nicolao Piccinino, qui per id temporis apud balnea Senenſis agri morā trahebat,
tractauerat ſcelera.Is etenim Riccius, quē capiendi per dolū in caſtello Creſcentij Ro-
manos ciues autorē fuiſſe oſtendimus, facinoris alicuius perpetrandi rabie exagitatus,
hūc adijt epiſcopū, & pōtificis camerarijꝗ erga ſe maxima ingratitudine falſò accuſata
illi pollicitus eſt ponrificē ſi uellet uinctum tradere,quē amœna Florētini agri per æſta-
tis incendia petiturū,& ad ædem S.Antonij quę extra muros eſt diuerſaturum,facile ſi-
bi foret paucorū,qui occultè cōſentirent Florentinorū ciuium auxilio capere,dum mo-
do afferret opem præſto Piccininus,captiuo in Lucenſes ſecurius abducēdo.Riccio Pi
tiolum ad faciendā fidē miſſo Florētinos allocutus ciues epiſcopus, rem perficere adeò
ſollicitus & animo ardēs fuit, ut omnibus quę agebātur à Florentinis magiſtratibus de-
prehenſis epiſtoliſꝗ interceptis,quæ Piccinino mittebātur in Iacobū Caponem Florē-
tinum ciuem capite damnatū magiſtratus animaduerterint, & epiſcopi ſcriba qui mul-
B tas de re ipſa ſcripſerat epiſtolas,quæſtionibus ſubiectus cōuictuſꝗ in carcerem ſit cōie
ctus. Vicerunt tamen cardinaliū preces,præſertim ſanctæ Crucis,ut epiſcopus cōuoca-
tis quotquot tunc haberet curia prælatis principūꝗ oratoribus,ad pōtificis præſentiam
publico in loco perductus,cauſam diceret. Qui ad pōtificis pedes proſtratus uoce uul-
tuꝗ reatū fatentibus,tarda tandē proferēs uerba,deprecatus ab miſericordia facinus id
quo ſuprà retuli modo excogitaſſe,pertrectaſſe,& cōficere omni ſtudio cōtendiſſe,cō-
feſſus eſt. Ad quæ pontifex paucis reſpōdens, uitam, inquit, tuā qua es indignus,cardi-
nali ſanctæ Crucis,cui nihil denegare poſſumus,cōdonamus: poſtera die ad memoran-
dam pacis Gallorū cum Anglicis cōponendæ legationem profectus,cardinalis prædi-
ctus eundem epiſcopū perduxit ad ducem. Et Riccius, re ut geſta erat, nō ſolum magi-
ſtratibus,ſed omnibus ad necem illū perducētibus, ſæpenumero narrata,uitam ſuſpen-
dio finiuit. Tūc in Romādiola Sigiſmūdus Malateſta,Arimini,Fani,Fortunę,& Ceruię
Ceſenęꝗ cū Malateſta fratre uicarius,cum ſexcētis ut primū Piſaurienſi bello equitibus
C ad pōtificis & eccleſiæ ſtipēdia cōductus,Forliuienſem prædatus eſt agrum. Quamob-
rem accitus Forliuium Franciſcus Piccininus eò impiger aduolauit, & urgentem obſi-
dione Aſſiſium Frāciſcum Sphortiā,ſummus pontifex, Venetorum, Florentinorumꝗ
conſilio ea de cauſa in Romādiolam uocare cœpit,quod Nicolaum Piccininum cōſta-
ret,auditis quæ apud Forumliuium cōtra filij progreſſus facta eſſent, in eam prouinciā
cum exerciru deſcenſurū.Sphortia uerò non prius ſibi traijciendū fore Apenninum re-
ſpōdebat,quàm Patriarcha cū copijs quas habebat,& Leone Sphortia fratre, quē cum
equitibus quadringētis,ipſe in Prouincia dimittere ſtatuerat,illic præſidio futuris,For-
tebraccio opponeret,eaꝗ ratione cōtra Ciuitatemcaſtelli ac Burdumſepulchri hæſitā-
do,acceſſum de induſtria differebat, quouſꝗ Nicolai Piccinini aduentū in Romandio-
lam exploratum habens,Apennino raptim traiecto, uix eadem hora Ceſenā applicuit,
qua ille Forumliuij ſe cōtulerat.Itaꝗ oppoſitis tam propinquo locorū ſpatio partiū du-
cibus apud nullos erat dubiū, qui rerū Italiæ ſtatum intelligerēt, quin illa ſuccumberet
D pars cuius exercitū deleri cōtingeret. Maiores uerò erant Piccinino uires,qui ex omni-
bus ducis Mediolani copijs quatuor ſelegiſſet equitū millia,& pręter filij ac Sagramori
equites,pręter mille ueteranos pedites,qui duci Mediolanēſi plures militauerāt annos,
populū etiā Forliuienſem haberet,homines natura bellicoſos & recētis damni ſtimulis
agitatos,Sphortia autē fratribus Leone in ducatu cum quadringentis,Alexandro in Pi
ceno cum ducentis equitibus relictis,uix duo millia equitum & ducentos ſecū adduxe-
rat,pedites octingentos,ut iunctis ſibi Sigiſmūdo & Fuſchino Attēdulo, quē è Piceno
præmiſerat,tria millia tantū in equitatu habuerit. Superior item illi alia erat ratione Pic
cininus,quòd ſibi ad quæſitam pro duce hoſtium uictoriā, ſatis ſuperꝗ foret,illæſo atꝗ
intacto etiā Sphortiæ exercitu in Picenū ducatumꝗ Spoletinum traijcere, quas prouin
cias Fortebraccio cōiunctus eueſtigio recepiſſet,rebus aſſuetas innouādis,paruoꝗ ad-
uerſariorū pręſidio tūc munitas,& quadrageſimo Adriaticum inter ac ſubiectos Apen
nini iugis colles milliario petebāt tres uiæ diuerſis diſtātibuſꝗ ab inuicem itineribus ad
illas perductare. Patētibus planiſꝗ cāpis, ſub uiā Flaminiā ad maris littora, per Ceſena-
tenſes, Ariminēſes & Piſaurenſes,in Picenū una,per galeatā & balneorū Romandiolæ

conuallem altera, per Sapis fluuij mõtanam, quę diui Victoris dicitur conuallẽ, ad Sara E
ceni Emporij põtẽ, & inde ad fluenta Arimini fluminis, Maridã dicunt tertia, quarum
poſtremæ ad Burgũ Fortebracci oppidũ, facillimos Apẽnini trãſitus prębuiſſent. Et ſo-
liciti cura põtifex, Veneti & Florẽtini magnã utrobiq; hoſtibus ſpem eripere cupiẽtes,
Sphortiæ mãdarunt, ut prælio quocunq;, cuius etiã certa in manibus eſſet uictoria, abſti
neret, Aſtorgioq; Anconitano epiſcopo, quẽ põtifex Romãdiolę gubernatorẽ creaue-
rat, ut eam contationẽ in primis curæ haberet impoſuit, egitq; ut Sphortiæ copijs auge-
retur, quas Veneti è Lõbardia, Florẽtini ex Hetruria promiſerãt mittere in Romãdiolã
traiecturo. Angebaẽ aũt animo Sphortia, & multiplex formidabat periculũ. Sed poſtq;
eò loci rem adductã cernebat, copias hoſtiũ quibus eſſet numero impar, uirtute & indu
ſtria aggrediẽ deſtinere. Fluuius Sapis à Ceſena, cuius abluit latus, tortuoſo in Adriati-
cum ductus alueo, ad Marturani uicũ tria à ciuitate paſſuum millia diſtantẽ, põte iungiẽ
ligneo, & licet leni per æſtatem fluat aqua, ſpiſſis tamen undiq; arboribus uepribuſq; ri-
pam tegentibus unico tantũ infra uadatur loco, ea uada incolæ, Caſtellionẽ uocãt. Quę F
itẽ pars ciuitatẽ põtẽq; interiacet, unico Flaminię uiæ loco, cui fermè ciuitatis ſuperemi
nẽt muri, ripas undiq; aptas habet equitatui ſuperabiles. Itaq; Sphortia poſitis ad eũ põ-
tem caſtris, ſubiecta Caſtellionis uada duplici aggere & congeſtis arborũ ſtipitibus cõ-
muniuit, ut nulla poſſet eſſe tanta foſſorũ copia, quæ trium horarũ ſpatio, illa traijciẽdis
copijs redderet idonea. Et quia paſſuum uix quinq; millibus à põte diſtaret is locus, per
eius cui inſederat, ripę ſemitas, cũ aduerſa per incuruſ amnis reflexus lõgiuſcula eſſet, ſta
tiones à caſtris in uada diſpoſuit frequẽtiſſimas, quæ ſuã in qua cõſtiterat ripã, oppoſi-
tamq; aſſeruarẽt: & ſi forte aliqua per noctem aut interdiu à Piccinino attentaretur cõ-
planatio, ſibi celeriter nũciarẽt. Qua uerò libet Flaminia uia in ciuitatẽ patet amnis trã-
ſitus, foſſa item & cõgeſtis arboribus meatũ claudit, & attributis à Sigiſmundo ciuibus
iuſſit, ut ſolum oculorũ uociſq; impendẽtes operã, ſi hoſtem illac trãſiturum in patentẽ
Sapis alueum deſcẽdere pe udiſſent, ſe facerẽt certiorẽ. Cætera amnis fluenta, à ciuita-
te Ceſena ad Apennini radices uiginti paſſuũ millia, ad eam quę ciuitati cõtinet partem G
ſuſpenſis natura, & ubiq; equitatui imperuijs rupibus muniuntur, & unico ad Emporij
Saraceni lapideũ pontẽ tranſeuntur loco. Itaq; miſſis ad Emporium ducẽtis equitibus,
totidẽq; peditibus, dat negociũ, ut põte propugnaculis munito, hoſtes ſi improuiſi illac
cepiſſent iter, tandiu remorari ac repellere conarẽtur, quouſq; accitus ipſe poſſet cũ co-
pijs aduolare. Rebus eũ in modũ diſpoſitis, ex tribus quas ad Picenum ducatumq; dixi-
mus patere, duas Sphortia pręcluſerat uias. Tertia item illũ prohibebãt Florẽtini, miſſis
ab Aretino agro in uallẽ Balineã, & Galcatã Chriſtophoro, Ioãne & Balduino Tollen-
tinatibus, cum equitibus ad octingẽtos, totidẽq; peditibus. Interim Piccininus qua die
Sphortiã à Ceſena Marturanum cõceſſiſſe habuit exploratum, à Villafrancha Forliui-
enſis agri, apud quã adueniens cõſederat, Bagnolum, & poſtera die ſe cõtulerat Camu-
ratam, agri item Forliuienſis uinculũ Caſtellioni ad tertium lapidẽ propinquũ, & nocte
inſecuti præmiſſis ex more qui planas lataſq; facerẽt trãſituræ legioni fluminis ripas, ca-
ſtra ad gallicinium mouens, trans Sapim ducere cõſtituerat. Qui uerò præmiſſi fuerant H
ulteriorem uadorũ ripam accuratiſſimè præcluſam armato milite cuſtodiri, qui eos reie
ciſſet, renunciãtibus turmas furens in ordines redire, & ſtructa acie põtem uerſus iubet
properare, id Sphortia ab excubatoribus exploratũ habẽs ſuos oẽs ocyus in armis eſſe,
& Catabrigã Troiulumq; in equo ſedentes, quia tunc forte uirum præſtãtem Thomam
Michaelem, patritium Venetũ oratorẽ ad ſe miſſum adduxerãt, cum equitibus ducen-
tis trans Sapim hoſtis aduentũ progreſſuſq; à longe inſpicere, & ab omni cõgreſſu dili-
genter iuſſerat temperare. Piccinus uerò cõferendi cum Sphortia manus occaſionẽ ca-
pturus, Franciſcũ filium Sacramorumq; cum electis militibus trecentis pręmittẽs man-
dauerat, ut pontẽ uſq; prædabundi diſcurrerẽt, & hoſtes ſi pontem inſecuturi trãſirent;
retrocedẽtes in fugã ſimulãtes, q; poſſent lõgè à caſtris attraherẽt, cũ ecce ex improuiſo
ad ſolis ortũ, Bracciani, Sphortianiq; ſecus pontẽ obuij, mãdatorũ obliti, cõſerto pręlio
quãtis poſſunt uiribus pugnãt, & paruo temporis ſpatio Sacramorus ſtrenuiq; triginta
milites cũ tyronibus ad quinquaginta capiũtur. Franciſcus Piccininus inter pugnandũ
equo deiectus, niſi pugnãtiũ clamore exaudito genitor opem tuliſſet, ueniſſet in hoſtiũ
potestatem

A poteſtatem. Quod autẽ ex inſperato cõſeri cœptũ erat prę̃liũ, utroq; exercitu ſpectante
dirimitur. Sphortia nãq; ſuos, qui claſſica receptui canẽtia ſpernebãt, frequẽtibus q̃ po-
terat nũcijs reuocãs, primũ omnes uictores uictoſq; in caſtra coegit, repagulis ad pontẽ
ex more oppoſitis, aciem pro ripa ſtructã tenuit, q̃ diu Piccininũ uidit ſtructa item acie
pugnãdi copiã facientẽ. Id Piccininus prudẽs Sphortię conſiliũ cõſpicatus, ira percitus
furenſq; ad pontẽ pugnare parabat, legionẽ cuicunq; rerũ diſcrimini, ut illatam à Sphor
tianis notã abſtergeret, obiecturus. Sed Ariſminus Triuultius, cui dux Mediolani maxi
mã in rebus bellicis poſt illũ dederat poteſtatẽ, pręceps importunũq; damnãs cõſilium,
oẽs iuſſit ductores cõmilitoneſq;, etiã Piccinino obſtinatè cõtrarium mandante, prælĩũ
retractare. Tãdemq; lõga fatigatus expectatione ducis Mediolani exercitus, Piccininũ
potius Camuratã ad meridiẽ reduxit, q̃ ab illo ex more fuerit reuocatus. Dies ea fuerat
Iunij penultima, & Veneti Florẽtiniq; nullos, ut pridẽ per mẽſem Maium facere ꝓmiſe-
rãt, ad Sphortiæ caſtra miſerãt milites, pręter baliſtarios Venetos ad centũ & quinqua-
B ginta, quos eo die Michael ſecum duxit. Didicit uerò à captiuis Sphortia primũ illa die,
quod prius audiẽs nõ crediderat, Nicolaũ Piccininũ optimos quoſq; ex omnibus ducis
Mediolani copijs, nõ turmatim uocatos, ſed ꝓ uirtutis fama ſigillatim ſelectos adduxiſ-
ſe ad millia equitũ quatuor, quæ gregatim, ut ſolitus fuerat, accitis ſex millibus pręuale-
rẽt. Quare maxima quã diſſimulare nequiuerat formidine adductus, impedimẽtis Ceſe
nã miſſis, põtificẽ Venetoſq; & Florẽtinos multa queſtus, ꝓmiſſum orat pręſidiũ, ipſi fi-
dos quoſq; & in primis Sigiſmundũ Malateſtã, in cuius dominiũ prima ſęuiſſẽt uictoris
Piccinini arma, rerũ diſcrimẽ, in quod perducti eſſent, edocẽs, partitã in uices legionem
cõtinuo in armis habet. Rebus ut geſtæ erãt Florentiã perlatis, maior ex periculo quod
ante oculos uerſabat̃ dolo, q̃ ex ſecũdo prælio lætitia erat. Quare cum nullæ eſſent aliæ
põtifici & Florẽtinis copiæ q̃ Tollẽtinates, Chriſtophorũ partitis cũ fratribus quas ha-
bebãt copijs, quadringẽtos equites, totidẽ pedites ad exercitũ Sphortię raptim ducere,
fratres apud Galeatã curãt reliquos retinere, & frequẽtibus Venetos ſollicitãt nũcijs, ut
C ſiue ducem Mediolani aperto in Lõbardia laceſſant bello, Piccininũ omneſq; alios præ
ſidio quãtocyus aduocaturũ, ſiue alias ex ſuis mittãt copias, quibus repellat̃ Piccininus,
aut ſi aliqua Sphortiæ daretur occaſio, deleat̃. Veneti uerò utriq; ſatisfacturi poſtulatio
nis parti, bello animũ applicuiſſe ſimulãtes, marchionẽ Mãtuanũ & Luiſiũ Vermẽſem,
omnes copias Brixiã cõtrahere, & Gatã ex Francho, Guidantoniũ Manfredũ ex Fauẽ-
tina, ſeſe exercitui Sphortię iuſſerũt adiungere. Per multos uerò, q̃ mittẽdis ultro citroq;
nũcijs, & cõſtituendæ in ſenatu tantarũ rerũ deliberationi intercederẽt dies, multiplici
Piccininus aſtu ex Sapis, ut dicebat, arce, conatus eſt Sphortiã educere. Nã mutato p ſin
gulos dies caſtris loco, q̃nq; metũ ſimulabat, q̃nq; lõgo per mõtes circuitu, ex Forliuio
Caſſianã arcẽ, & inde in ꝓxima Apẽnini iuga uallẽ Balneã ſuperare, Apẽninũq; traijce-
re nitebat̃. Et tñ interea quotiẽs utriuſq; exercitus pabulatores lignatoreſq; & pręedato-
res, aut caſu, ut aſſolet, fierẽt obuij, aut leuibus ex ꝓpoſito decertarẽt prælijs, Sphortiani
ſemper hoſtibus præualebãt. Camuratã linquẽs ſeceſſerat Bagnolũ Piccininus, inde iũ-
D ctis ſibi quotquot arma ferre poſsẽt Forliuiẽſibus, machinas cõportarat, & ſcalas ac bel
lica quæcũq; potuit inſtrumẽta, Mallianumq; Forliuiẽſis agri uicũ, ad diem iduum Iulij
quintã cõcedens, Mendulã Malateſtarũ oppidũ, ſtadia duodecim à Miliano diſtans co
parauit cõſilio oppugnare, ut eius in poteſtate habiti adminiculo facilẽ expeditumq; ad
Saracenũ Emporiũ, aut Galeatã haberet trãſitũ. Id exploratũ habẽs Sphortia, pręmiſſis
qui oppidũ tutarent̃ aliquot Sigiſmũdi cõmilitonibus, Marturanũ inuitis ac multũ reni
tẽtibus Anconitano, & ſociarũ rerũ publicarũ oratoribus tunc primũ linquit, & in Bre-
tenoriẽſis agri finibus, ad oppoſitã Malliano fluuij Vitis ripã, locũ caſtris ſtatuerat com
munire. Prius tamẽ q̃ de Bretenorij colle deſcẽderet eminẽtiori, miſſos cũ Ciarpellono
equites, quadringẽtos, hoſtẽ qui multitudine fiſus, nullo per regionẽ ordine uagaretur,
incautum, inopinãtemq; adoriri iuſſit. Immiſſus qua erat audacia in ſecurã multitudinẽ
Ciarpellonus, omnia perturbat, fractoſq; obuios quoſq; in Piccininum tẽtoria fugiẽtes
agit, ut cũ eo attoniti inermes armatiq; cõfugiſsẽt plurimi, q̃s abeſſe cognoſcebãt crede
rẽt ab hoſtibus interceptos. Piccininus uerò Sphortiã quẽ audiuerat Marturano caſtra
mouiſſe, cũ exercitu adeſſe ratus, uires q̃ poterat raptim colligere, impedimẽta Forũliuij

mittere, & ſenſim retrocedere decreuerat, cũ Ciarpellonũ auſu feliciter nauato, paucis B
quos ad ſuos rediẽs in amnis alueo ceperat, abductis equitibus recedere intellexit. Poſt
Sphortiæ ex ducatu Spoletano profectionẽ patriarcha Alexandrinus, quẽ põtifex ſeſe
Fortebraccio cũ Leone Sphortia opponere iuſſerat, uel quia illum exiſtimauerit cõtra
paruas Fortebraccij copias ſatis præſidij habiturũ, uel ꝙ ſuperbus ipſe effrenis audaciæ
adoleſcẽtis cõſuetudinem fugerit, uenire diſtulit, & Iacobũ Vicenſem urbis præfectum
in Vetrala obſidebãt. Leo autẽ ut Fortebracciũ ab iniuria Tudertinorũ arceret, Falcum
põtificis oppidum ſe cõtulerat. At Fortebraccius, quẽ patriarchæ qui ſperabatur in du-
catum aduẽtus, & Leonis præſentia, ne Piccinino ſe cõiungere diſtinebãt, profectione
in Romandiolã ſimulata ad Apenninũ cõceſſit. Quod cum Leo Sphortia intellexiſſet,
ex tuto quẽ ceperat loco in ſubiectã Falco planitiẽ deſcendit, & contractis ex Tuderto
Falcoq́; auxilijs cõſtituerat, quantã maximã poſſet uaſtitatẽ tranſmittenti Apenninum
Fortebraccio ab tergo ne auderet progredi oſtẽtare. Quod cũ habuiſſet Fortebraccius
exploratũ, in Tifernates redijt, unãq́; moratus diem à Cõrado Trincio Fulginate, de ho F
ſtis imprudẽtia certior factus, de quarta uigilia mouit, & iter obſtinata feſtinatiõe emẽ-
ſus, ſole iã in occaſum uergẽte, prius Leone Sphortia inermi capto caſtris eſt potitus, ꝗ̃
unde uis fieret pauci intellexerint Sphortiani: exinde Falcũ Fulginatis præſidio fretus,
acri preſſit obſidione. Cumq́; poſtulata oppidanis à patriarcha expectarẽt pręſidia, licet
fontẽ Fortebraccius ad murorũ radices uberrimis ſcatentẽ aquis, ruderibus oppleſſet,
omneſq́; in oppido per ardentiſſimũ æſtatis ſydus ciſternæ cœpiſſent areſcere, uiriliter
reſiſtebãt. Piccinino autẽ interea minis apparatuq́; tumeſcente, Sphortiam ægerrimè ſe
rentem, promiſſas ſibi à Venetis copias nunꝗ̃ adueniſſe, nuncius pertulit, Leone capto
copias illi datas, & Tudertinos, qui in expeditionẽ ducti fuerãt, plurimos ueniſſe in ho-
ſtium poteſtatẽ, Fortebracciumq́; ducatu Spoletano, & inde Piceno, niſi opem ipſe affe
rat potiturũ. Quamobrem magno affectus dolore, tam multis apud Venetos inſtitit, ut
Gattã qui Perſicetũ agri Bononiẽſis oppidũ illa adusq́; tempora relinquere recuſaſſet,
donis precibusq́; inductũ per ulteriorẽ Padi ripam, Guidãtonium Mãfredum rectà per G
Ruſſium Tadeumq́; Eſtenſem ex Patauinis, per Ferrarienſes Rauennã, & inde Ceſenã
ad illum properare curauerint. Sed apud põtificem per id temporis pax, cuius mentio-
nem primo feciſſet, Nicolaus marchio Ferrariẽſis, poſt tractatus diu habitos, ea ratione
ad diem quartã iduum Auguſti eſt cõuerſa, ꝙ Florẽtini mirãda celeritate reſciuerãt, du-
cem Mediolani ingenti ſuperatæ claſſis Arragonenſium regis uictoria, quã tunc ignora-
raret eſſe potitum. Eius autẽ pacis ſequeſtres à patribus cõſtituti Branda Caſtellionen-
ſis Placentinus, Ioannes S. Petri ad Vincula Romanæ eccleſiæ cardinales, & ipſe Mar-
chio huiuſmodi dixerunt cõditiones, pacem de cętero pont. Eugenio, Venetis Floren-
tiniſq́; cũ duce Mediolanẽſi, Philippo Anglo, & ecõuerſo fore. In qua cõtinerentur etiã
ſubditi & partiũ ſtudioſi, obligaretur q́; dux, Eugenium pont. perpetuò in patrẽ, domi-
num, & colendiſſimũ paſtorem habere, reſtituere pontifici & eccleſiæ Philippus Imolã
cum omnibus eius agri quæ teneret caſtellis: põtifex uerò agri Bononiẽſis caſtella recu
peraret, quibus Veneti per Gattã & Brandolinum præſidia impoſuiſſent, Perſicetum, H
Frãcum, Manzolinum & Sanctagatã, & illa pariter quæ in agro Imolenſi Guidãtonius
occuparat, Tauſignanum, Rioſiccũ, Mõtebataliam & Saſitelum. Reuocaret item dux
militãres ſibi in Romãdiola copias, Nicolaũ & Frãciſcũ Piccininos, Araſminũ, Triuul-
tium, Bernardinũ, Vbaldinũ, Petrum Iampaulum Vrſinũ, & qui ad Mutinẽſem uenerãt
agrum, Antonellum Senẽſem, Chriſtophorũ Lauellẽſem, Chriſtophorũ Torellũ, Ame
ricum, Seuerinatẽ, Leonorũ Pergulanũ, Sacramorũ Parmẽſem, & Belmamolũ Pennen-
ſem, pariterq́; curaret põtifex reuocari trans Padũ à Venetis quotquot ex ſuis copijs in
Romãdiola ſibi & eccleſię militarẽt: pręſcriptumq́; eſt Philippo, ne quibúſue cauſis, aut
exquiſitis coloribus iura eccleſię uiolaret, neue ius aliquod in regno Apuliæ proprij no
mine, autoritate & uiribus, aut aliquibus etiã Genuenſibus, qui ſub eius ditione & pote
ſtate tenerẽtur, ſubornatis quæreret, uel oblatũ acciperet, aut quærentibus quæſituriſq́;
faueret. Cùm uerò minutiora quædam acta eſſent de partium ſtudioſis, Nicolai Forte-
braccij cõditiones quibus cum paci includeretur reiectæ ſunt, in ſummi uiri cardinalis
S. Crucis reditum ab Anglorum Gallorumq́; pace, cuius à pontifice arbiter miſſus erat.

## natione Romani imperij, Decadis tertiæ, Liber ſeptimus.

ADmonet ſuperatæ claſſis Arragonenſium ſuperiori loco facta mentio, exi
git item tẽporis ordo, quò facilius quæ ſequuntur cognoſci poſſint, id præ-
lium literis mandari memorabile, & captorum regum principumq; uirorũ
numero maioribus æquiparandũ, quę maritimis bellis intra ſuperi inferiq;
maris ambitum noſtra uiderint ſecula. Poſt uarias multipliceſq; regni Sici-
liæ citra fretum populorum contentiones, quibus ſexto ante id prælium menſe afflictũ
fuit, multa ſunt geſta, uolumen ſi quis eò proſequi uoluerit, pergrande impletura, ſed
haudquaquã digna quibus labor fuerit impẽdendus. Difficillimum nanq; fuerit multo
rum eius regni populorũ principumq; inſtabilitatem certis applicare partibus, qui ter
quaterq; diuerſa ſequuti ſunt ſtudia. Nec ſatis ipſi intelligebant in quorum factionibus
B cenſebatur. Comperto de Alfonſi regis in regnum aduentu, Iacobus Caudola Antoniũ
filium proſequendo, quod cum principe Tarentino in Apulia geſſerat bello reliquit,
ſtatuitq; in Campaniam ueterem ſe conferre. Qua in regione belli ſummam conſiſtere
intelligebat, quod regni caput Neapolim opulentaſq; illius ciuitates continet Salernũ,
Capuam, Gaietam & Auerſam, & regem inimicum proximarum Hiſcheæ & Procidæ
inſularum, caſtellorum quoq; Neapolis mari expoſitorum dominia habentem conatus
in ea maximos facturum intelligebat. Prius uerò quàm Caudola ipſam attingeret regio
nem, Ioannes Caramanica Capuanæ arcis quæ Presbyterorum dicitur, præfectus eam
prodiderat comiti Laureti Arragonẽſium ſtudioſo, & princeps Tarẽtinus Minicutium
Aquilanum cum copijs adducens ad eam ciuitatem cuſtodiendam ſe contulerat. Quã-
obrẽ Iacobus Caudola, reuocato ex Apulia filio, & accitis Micheletto, Attẽdulo, Anto
nioq; Piſano mille & ſexcentorũ equitum ſtipẽdia apud Neapolim merentibus, princi-
pem in Capua nõ minore diligẽtia quàm odio obſidebat. Rex interea Sinueſſam adue-
C nerat, & Antonium Columnenſem Salernitanum principem, qui pont. Martini quinti
fuerat nepos, comites Fundorum Chriſtophorũ & Rogerium familiæ Gaietanę, Fran-
ciſcum Vrſinum comitem Conuerſani, Ludouicum Columnã, Franciſcum Pandonum
equitem Neapolitanum, comites Campibaſſi & dominos Leoneſſę, qui omnes fœdera
cõtra Neapolitanos inierant, conuocarat, quorum conſilio fauoribuſq; cõtra Gaietam
caſtra poſuerat, duces autẽ præfectiq; caſtrorum, Franciſcus Vrſinus & Chriſtophorus
Gaietanus, equitum peditumq; millia quinq; in armis habuere, claſſe quoq;, quam ad-
ueniens adduxerat maximã, portum obſedere Gaietanum. Eam uerò urbem haud ma-
gno labore capi poſſe ſperabant, quòd paruis præſidijs munita eſſet, & annonæ caren-
tia laboraret. Nec deerat in tanta nobilium prædæ inhiãtium turba, qui extrema omnia
experturi uiderentur, ut eam diriperẽt precioſiſſimis Genuenſium mercimonijs refertiſ
ſimam. Nanq; incluſi erãt plurimi Genuenſes, qui mercimonia Genuã importaturi ſub-
ſtitiſſent, mare operiẽtes hoſtibus tempeſtatibuſq; pacatum, & plurimi inerãt pugnato-
D res, partim quos Philippus Mediolani dux Renato regi ad eam diem fauẽs, ſeruãdæ ci-
uitati præſidio, adduci paſſus fuerat à Frãciſco Spinula ciue Genuẽſi, qui ad inuidiã de-
clinandã ſponte patria ceſſerat, partim qui importauerãt cõmeatus. Secuti fuerãt adue-
nientem regem fratres Nauarræ rex unus, & duo quos ex gẽtis more, appellãt infantes,
S. Iacobi & Gellitiæ magiſter unus, Henricus nomine, alter Petrus plurimiq; ex regnis
Arragonię, Catheloniæ, Nauarrę, Sicilię, & inſularũ quibus dominarẽtur principes, no
bileſq; & quidẽ potentiſſimi in patria uiri, bello tantum nauali operã nauaturi. Fuit au-
tem claſſis tectarũ undeuiginti nauium eximiæ magnitudinis, undecim triremiũ, bire-
mis unius. Eò Genuẽſes ſuotũ in Gaieta clauſorũ periculo ſolliciti ſimul quòd regnum
Apuliæ in Cathelanorũ poteſtatem deuenire ægerrimè paterentur, duce etiã Philippo
iubente, claſſem & ipſi parant, naues duodecim tectas, liburnem unam, triremes tres, &
exploratoriam biremem unicam. Claſſem ipſam Genua ſoluiſſe cõpertum habens rex
Alfonſus, claſſe etiã ipſe pergit repugnare, & pręter eos qui nauibus aduecti erãt, princi
pem etiã Tarentinũ & Minicutiũ Aquilanũ Capua excitos, alioſq; ſelectos ex terreſtri-
bus copijs præſtantiores Italicos, Frãciſco Vrſino, Ludouico Colũna, & Chriſtophoro
Gaietano exceptis ſecũ duxit. Ne aũt Gaietani obſidione ſoluta cõmeatum, aliaq; acci-

perent prçſidia,naues quinq; onerarias terreſtrib copijs auxilio futuras dimittit in por- B
tu,põte littori iunctas,ut mutuo ſibi præſidio copiæ inuicẽ utræq; facilius ſubuenirent.
Fuit uerò ſingulis Cathelanorũ nauib.appellatio,qua ab hoſtibus æquè ac ſuis interno-
ſcebãt.Magnania quæ regẽ uehebat Alfonſum,paulo cæteris eminẽtior.Figaretæ quæ
regẽ Nauarrę,in Boſcheta Hiſpanũ quempiã nobiliſſimũ in curia regias gerentẽ uices,
in Fugaſotta infantẽ Hẽricũ,Incãtona infantẽ Petrũ. In Garone, in Coniglie,in Caralte
& Bottiſomie mutati ſunt ſępius per id tẽporis gubernatores.At Genuenſiũ primę qua
Blaſius Aggereus claſſis prçfectus uehebat Spinula,cęteris notiorib. Lomellina, Cal-
ua,Italiana Caroli,Aurea Iuſtiniana, Damari Denigro,Rabalda, Felamonica,Perdici-
na.Velis uẽto datis,Cathelani faucibus exeũtes Gaietanis,uelificatiõe prima in ſulę Põ
tianæ ad quatuor ſtadia appropinquarũt:eã partẽ uerſus quæ ad occidentẽ ſpectat ſolẽ,
cũ poſtera die ad ortũ ſolis inimica illis apparuit claſſis. Patẽti claſſes pelago fortuitu tã
tiſper oblatæ,ut ſeſe mutuo cõſpicerẽt,occidẽtẽ Genuẽſes,oriẽtẽ uerius ſolẽ Cathelani F
dimiſſis cõſidebãt antẽnis:& pari fermè ſpatio utraq; diſtabat à littore Gaietano,prima
claſſis regia, ut creſcẽtes per ſerenã cũ ſole uẽtos, quamprimũ uſui uiderent fore puppi
acciperet,ad meridionalẽ plagã altũ petit,inimicã claſſem, uẽtos inter & littus deſuper
ſpectatura,& plenis cum libuiſſet uelis impetitura. Genuẽſes uerò eodẽ fermè quo uiſi
fuerant loco,lẽtis acti circuitibus,tabulis,puppes,proraſq; munientes,& prçlio uſui fu-
tura expedientes certamen detractare primo ſimulauerũt die, adeò ut triremibus regijs
pugnatorũ numerum, nauigationiſq; modũ exploraturis,ſuam circundãtibus claſſem,
quieti deſideſq; perſtiterint.Cum uerò claſſes lento per noctẽ motu de induſtria ſe petiſ
ſent,ſub ſolis ortũ ad quadrageſimũ ſtadium coierũt. Tum Genuẽſis præfectus dimiſſo
in ſcaphã tubicine,regibus nunciauit,ſeſe Gaietã petentem,ut clauſos cõciues recipiat,
prælij cõferendi animo, niſi acceſſu prohibeatur nullatenus aduenisse. Retento tubicine
Hiſpani reges diẽ illã Non.Auguſti diui Dominici natalitio celebrẽ cõſultationibus ap
paratuq;,Genuẽſes expectatione cõſumpſerũt.Tertia poſtmodũ quà mari fuerãt cõiũ- G
ctę claſſes, Cathelanus equeſtris ordinis tubicinẽ reducẽs,Genuenſibus à rege Alfonſo
prçliũ indicit,& negat illos Gaietã niſi armis ſibi uiã fecerint petituros. Vix in ſcaphã re
uerſus ad regẽ miles deſcẽderat,cũ Cathelani medio retẽtas malo antẽnas ſuſpẽdere, &
uela pãdere a Genuẽſibus cõſpiciuntur.Nec prius uela ipſi etiã attrahere potuerũt,ꝗ ho-
ſtis affuit furibũdus.Prima nauis Magnania prçtoriã Genuẽſem,Nauarrę rex Leomelli-
nã,Hẽricus infãs Caluã,ſingulę dehinc ſingulas impetũt,ac ferreis harpagonibus cõca-
thenãt.Triremiũ prçfectus infans Petrus naui Incãtona uectus,partim ſe opponit trire-
mibus Genuẽſiũ,partim claſſe circũdata,quas uidiſſet laborare ſuorũ manibus ſuccurre
bat.Tres aũt Genuenſiũ maximæ naues,ſub ipſum prçlij initiũ ſimulata ſeceſſerãt fuga,
& ſinuato ſenſim uelo,ualidis quibus Cathelana claſſis impulſa fuerat uẽtis ſubrepẽtes
ſuperiorẽ tenuerãt locũ. Nec mora cum acerrimo utrinq; pugnaretur certamine,& globi
ſpeciẽ cõcathenatę prçberẽt claſſes:illę deſuper uẽto actę impetuoſiſſimo in hoſtẽ rue-
rũt,& ſiniſtra inimicarũ nauiũ latera cõcuſſerũt.Et quaſſata impetu Magnania nauis re- H
gia in dextrũ procũbens latus,ſexcẽtorũ quos uehebat armatorũ in cõcaua prolapſorũ
põdere undas accipere,ac eueſtigio mergi uidebatur. Tãto Alfonſi regis timori horro-
rem addebãt Genuẽſiũ,quibus prçualẽt tragulæ,baliſtis cõtortæ,armati hominis ęquẽ
ac inermis uiſcera uulnerãtes,& acta in latus Magnania,turbatos ordine milites,prçto-
riæ Genuẽſis nauis bellatorũ ictibus exponebat. Ad eã perductus rerũ ſortẽ rex,ut cęte
ris etiã ſuis nauibus uictoriã reportaturis,ipſe cũ ſelecto procerũ & præſtantiũ uirorum
ingenti numero mergeretur,mitius ſecũ agi,à Genuẽſibus ſeſe uiuum uictũq; recipi,ter
quaterq; prius alta & miſerabili uoce inclamauit,ꝗ per bellatorũ clamores & horriſonũ
pugnæ fragorẽ potuerit exaudiri. Cæteræ naues Cathelanæ ſortem ignorantes regiam,
duro certabãt Marte, & atrociſſimũ utrinq; cõmittebatur prçliũ: nec ulla fuere in tanti
apparatus cõflictu arma, nullũ machinæ genus,quod ignitis præualuerit calciũ globis,
quos fumiferã ſpargẽtes nebulã,Genuenſes in Arragonẽſium proijcientes claſſem, na-
ualibus inſuetos prçlijs Italicos milites excæcabãt. Tandẽ fractis Figaretæ antẽnis,naui
titubãte rex Nauarræ pacem & ipſe inclamitãs capitur: & ſigno de regijs nauibus rece-
ptui dato,ſole in occaſum uergẽte prçliũ dirimitur. Duo è tanta regũ procerumq; turba
infans Petrus naui Incãtona funiculo delapſus,& Antonius Colũna Salernitanus prin-
ceps,

A ceps,ſcapha auectus triremem cōſcendentes expeditiſſimā in caſtra redierunt,quæ cō-
tra Gaietā regē oſtēdimus reliquiſſe. Parta ea inſigni uictoria Genuenſes,ſinguli ſingu-
los ad præfectū perducūt captiuos,Alſonſum regē Iacobus Iuſtinianus,Galeottus Leo
mellinus Nauarræ regē,Cyprianus de Mari Henricū inſantem:ſuere capti inſignes uiri
numero trecenti.E quibus primi & regulis porenratu pares, Ioānes Antonius Vrſinus
Tarētinus princeps,Ioānes Antonius Martianus Sinueſſę dux,deinceps multitudo in-
ferior,comites & equeſtris ordinis ac iurecōſulti pręter milites gregarios,nautaſq; quos
fuiſſe cōſtat quatuor milia & quingētos. Cęſi ſunt eo in pręlio ex regio exercitu ſexcēti,
quū ex Genuēſi uix centū quinquaginta fuerint deſiderati:uulnerū tñ utrobiq; nō mul-
tum fuit,quod qui in eo armorū apparatu uulnerabātur,ut plurimum occumbebāt.Prę
da uerò rerū quas regali luxu pōpaq; reges impoſuerāt,nō parua,in parte uictoriæ cen-
ſeri potuit. Atq in terreſtri Gaietana obſidiōe relicti ſuerāt,Gaietaneus Vrſinuſq; & Co
lumnienſis Ludouicus regiā claſſem delatā audientes,diſſipatū e ueſtigio exercitum,ut
B quēq; ad proprios lares ducebat uia,quaquauerſum abduxere. Fecit iocūda ſimulq; ne-
ceſſaria ſormulæ pacis,& maritimi inſignis prælij narratio,ut Piccinini & Sphortiæ ap-
paratuū finē refetre diſtulerimus. Qua die claſſes ad Pontianā inſulā cōflixerūt, auctus
Venetorū copijs,ut ſuprà retulimus, Sphortia prælio etiā ipſe uidebatur decertaturus.
Quod autē Fortebracciū recepto Falcone oppido in Picenū ſuſpicaretur traijcere, ſer-
uando,ut iuſſus erat,exercitui diligentiorē,quàm antea curā impendit. Et tamen Italia-
num Foroiulianum,qui ſub eo militabat,Picentibus præſidio fururū, cum octingētis e-
quitibus mittere cupiens,ab Anconitano pōtificis ac fœderatorū iuſſu retētus,tam diu
diſtulit,quoad pace ſacta induciæ ſibi & Piccinino cōſenſu partiū ſunt inductæ:interea
Fortebraccius certior de pace factus accepta ad eidus Auguſti ſcripto à Falcēſibus fide,
quod nec pōtificis & eccleſiæ,nec Sphortianorum partibus cōſentirenr,& prætorē à ſe
acciperent,nō prius inde potuit mouere, q̄ à pacis arbitris & ducis Mediolani oratori-
bus literas acceperit ſoluendā ſibi obſidionem , & Falcum, ſi poſt diem Auguſti deci-
C mam recepiſſet,pōtifici reddendū,ſi pacis cōditionibus uti uellet. Eas ipſe ſpernēs lite-
ras,& alia ſibi pace opus eſſe per ſuas reſpōdēs, Treuium adijt eccleſiæ caſtellum, quod
Tollentinates Germani tres permiſſione pōtificis dudum ſeruauerāt:paucos tamen ibi
moratus dies,cōtractis ex ducatu Spoletano quotquot potuit copijs & Fulginatis Trin
tij filio tūc primū in expeditionē ductis,Apenninū aſperrima & exercitui hactenus im-
peruia per Camertes traiecit. Seceſſerat interim per inducias in agrū Imolenſem Piccini
nus,& Sphortia Falcenſes ſe dedidiſſe cōpertum habēs, fortuitu qua die Fortebraccius
traijciendo Apennini iugo inſudabat,Italianū expeditiſſimos equites octingentos du-
centem miſerat:qui Arimino & Piſauros ſextis caſtris in Picenū delatus cōperir Forre-
braccium caſtellis aliquot Camertinorū euerſis,aliquot etiam receptis,mōtem Floridū
obſidere. Id caſtellū in edito ſitum collis cacumine duobus, quæ in Picenū ſpectāt late-
ribus,nullo aditū habet loco,quin proximis deſcēdētes collibus,& ſuperato riui fundo
aſcēſuri,ſexto ubiq; miliario cōſpici,& pro collium uicinitate ad unum ualeāt numera-
D ri. Vicini ergo collis in gyrū ꝑducti , ſummitates armatis cōpleri turmis, Forrebraccius
ipſo proſpiciēs interuallo,quod exploratoribus credere noluiſſet,Sphortianos Romā-
diola miſſos aduenıſſe murmurantibus cōmilitonibus aſſentitur. Italiano autē Alexan-
droq; turmas ſtructa acie aduerſo deducētibus collis deuexo, ipſe itē caſtris ordine pri-
ſtino cōtra caſtellū dimiſſis parua comitatus caterua in mediū deſcendēs Floridi mōtis
cliuum,hoſtē aſcenſu mōtis prohibere cōtendit. Tum Alexander præmittens qui mō-
tem omnibus aſcēderet locis, ſcuta habenrē peditatū, lento gradu in Fortebracciū ferri
cœpit. Et quanquā inepta perdifficiliſq; utriſq; eſſet alteri ſurſum, deorſum uerſus alteri
ratio in equis pugnādi,manum tamen ſæpenumero cōſeruere. Verum Italiano magnis
quas adueniēs prouincia exciuerat copijs,aduerſum hoſtibus cliuū & Floridi mōtis ra-
dices cooperiēte,iniectus Bracciano exercitui metus fecit,ut nedū pręſidia è caſtris For
tebraccio mitterent,quin potius eorū quos deſcendēs adduxerat,militū plurimi illum
deſtituerēt hoſtibus repugnātem. Vnde urgentibus pedetentim cæteris,nō prius in ca-
ſtra ſe recepit, q̄ ſuos in fugam uerſos ,Alexādrumq; adeſſe cōſpiciens , ſeſe etiam fugæ
dedit. Dimiſſis tñ impedimētis poſtremus fugiētes claudebat ſuos, & quocūq; lapſum

aut tardius abeuntē ab hoſte circũueniri uidiſſet, cum paucis ſecum pugnãtibus ſubue- E
niebat. Superauerãt fugiẽtes Bracciani ſecundũ, qui Florido mõti Apenninum uerſus
adiacet, collem, faciliſq; & tuta fuerat ad eos Fortebraccio fuga. Sed dum om̃es, quos in
fuga cõuerſos ab hoſte ſecluſerat, ad unũ pertinaciter ſeruare cupit, feſſus aſſiduis incur
ſationibus equus in ſubmiſſam prolapſus ceruicē, per ſubiectam crepidinem illum abie
cit pręcipitem, ſtans tamē eueſtigio Fortebraccius Foroliuienſi armigero Alexãdri, qui
illum aſſiduè fuerat inſecutus, & quũ primum equus cecidit pedes inſiliens, ut ſeſe Ale-
xandri captiuũ, data diceret fide poſtulãti, ocyus factum eſſe reſpõdit, & gladio qui col-
lapſo manu exciderat ſublato, nudatã ſub caſſide Forliuienſis faciē petijt cuſpide infe-
ſtiſſima: illo autē reflexa paululum ceruice ictum chalybea caſſidis gena excipiẽte, & in
mutua proruente uulnera, Fortebraccius naſum inter & genã ſub oculo transfixus ceci
dit, & ab Alexãdro qui primus ſuperuenit ſubleuatus, oculos adhuc uiuẽs ne Sphortia-
nos uideret uictores, obſtinatè clauſos tenuit: nulliſq; adduci potuit exhortationibus,
pollicitationibuſq;, ut per duas quibus ſuperuixit horas, uel adloqui Alexandrũ uolue- F
rit, uel uidere. Fulginas, Caroluſq; Fortebraccius paucis comitati traiecto rapidius q̃ ad
ueniſſent Apẽnino, Fulgineũ, & inde Aſſiſiũ petiuere. Italianus & Alexander Braccia-
nos inſecuti, magnã eorum partē difficultate itineris retardatã interceperunt. Et caſtel-
lis Camertinorũ recuperatis, in Vrſinos qui Fortebraccio fauiſſent in Picenum trãſeũ-
ti, copias duxerũt. Certo mortis Nicolai nuncio in prouinciã ducatus Spoletani præla-
to, Mõteſalcanẽſes primi, ſecũdi Tifernates, ad põtificis & eccleſiæ ditionē rediere. Aſ-
ſiſinas Carolus, Burgenſes Puppi comes, cuius filiã Nicolaus in matrimonio habuerat,
quo minus eodem modo deditionem facerent, uiribus & accurata diligentia uetuerũt.
Dies erat calendarũ Septembris ſecunda, quum agenti in Bononienſibus apud Clater-
nam torrẽtem Piccinino, moleſtiſſimus de Nicolai cæde allatus eſt nũcius. Is quũ nulla
ſibi uiribus aut arte alia ſuperfuiſſent remedia, quibus perituros penitus Fortebraccios
ſuſtentaret, pontificis iuſtitiã implorare cœpit, & Carolum Fortebraccium Nicolai iuri
bus ſuccedentē illæſum in cardinalis ſanctæ Crucis aduentũ reſeruari, pacis cõditioni- G
bus prætenſis cõtendebat. Omnibus autē etiam duci Mediolani ſtudioſis, qui aut arbi-
tri, aut oratores cõficiẽdę paci interfuiſſent, proteruas Fortebraccij reſpõſiones, & poſt
Falcenſe negociũ iniurias Treuienſium Camertinorumq; obijcientibus deſtitit Piccini
nus. At Venetis per id tempus ratificationē pacis mittere tardãtibus, ſuſpicabãtur mul-
ti, Philippũ ducem ſumpta inde terg[illegible]rſandi occaſione, confectã nuper pacē penitus
neglecturũ. Exiſtimabãt enim illum [illegible]ali elatũ uictoria, magnis dudum quęſita labo-
ribus, impenſaq; & maximo ſubijcien[illegible] ſibi Italiæ adiumẽto futura, Imolã, & agri Bo-
nonienſis caſtella nunquã redditurũ, nec opportunos ei bello tyrãnos relicturũ ſuo pręſi
dio deſtitutos. Siue tamē promiſſa nulla incõmodorum ratione habita, ſeruandum ſibi
fore induxerit animũ: ſiue ut gerẽdo regni Siciliꝫ bello, quod poſtea docuerunt tẽpora,
expeditior foret: ſiue quãtum elatio ſuperatæ claſſis illũ extulerat, tantundē animos de-
ponere fecerint extinctæ Braccianorũ in ducatu uires, quæ omnē in ſe põtiſ. & Sphor-
tiæ potentiã cõuerſuræ, Venetorumq; & Florentinorũ animos retenturæ ſuſpẽſiſſimos H
uidebant. Quum ultimi inſtarẽt reſtitutioni fiendæ præfixi dies, & ratificationem pacis
Veneti elapſo tẽpore cõſtituto miſiſſent, ad octauum eidus Septembris profectus Flo-
rentia Lancelotus Crottus in Romandiolã ſe cõtulit, cõditiones in celebrata pace adie
ctas pro duce ſeruaturus. Et paucos moratus dies Imola cũ caſtellis reſtituta, Romãdio
laq; ubiq; per inducias quieſcente, Piccininũ, omneſq; alios duci militãtes, in Lõbardiã
miſit. Quibus trãs Scultennã fluuium progreſſis, Sphortia tandē tranſmiſſo Sapi in Ra-
uẽnatis Fauẽtini & Forliuiẽſis agrorũ finibus, aliquot moratus dies, ſedē in agro Bono
nienſi ad Medicinã oppidũ cepit. Iuſſi interim à pont. Sphortia, Italianuſq; & Alexãder
Sphortia, ex Nurſinorũ agro excedũt, ducuntq; in Aſſiſiũ cõtra Carolũ Fortebracciũ. Is
uerò adoleſcẽs agrũ Aſſiſinatē in põt. poteſtatē ueniſſe, & Sphortianos neci ſuę intẽtos
intelligẽs, Peruſinorũ q̃ ſibi afficerent cõſilio ductus, oratores de ciuitatis deditione, &
rebus ſuis aliquo cõponẽdis modo acturos, Florentiã miſit. Aſſidua interim & grauiſſi
ma preſſos obſidione Vetralenſes patriarcha cõpulerat, ut cũ deditione oppidi, Iacobũ
Vicẽſem in ſuã dederẽt poteſtatē. In quē poſtea ꝓuinciæ iudices ordinaria iuriſditione
capitali

A capitali ſentẽtia animaduerterũt. Om̃ibus itaq; Braccianorum reliquijs in Hetruſco ec-
cleſiæ patrimonio deletis, patriarcha quũ paruas pro ſuſcipiẽda regni legatione copias
haberet, ad põtificem redijt. Quumq; Carolum Fortebraccium Florentiã aduenisse, &
reddito Aſſiſio, milites Nicolai reliquias põtifici cõmendaſſe inueniſſet, eorũ ipſe opti-
mos quoſq; ſelectos cõſcripſit. Vrſinus uerò & Dulcinus Anguilariæ comes, quos pri-
dem ad ſtipẽdia regis Arragonũ clàm diximus reſpexiſſe, eũ liberatũ eſſe audiẽtes, poſt
meritã Iacobi præfecti necem, cuius obſidioni cõtinuò adfuiſſent, ſpreto Patriarchæ im
perio, quum per põtes & uada Tyberis acceſſu prohiberentur, triremium regis auxilio,
põtem ad oſtia Tyberina fabricauerunt, & in Campaniam ſeſe cum turmis cõtulerunt.
Agro item Bononiẽſi, ſola acceſſus Sphortiæ fama in põtificis & eccleſiæ poteſtatẽ pe-
nę recepto, miſerũt Bononienſes Florentiã oratores, qui ciuitatem Bononiã, eiuſq; po-
pulum põtifici & eccleſię ſpopõderunt. Poſtera die ueniens Florentiam Guidantonius
Montisferetri comes, Vrbini uicarius, debitã põtifici reuerentiã exhibiturus, caſtellum
B Mõtonis, quod proximis ceperat diebus, caſtellaq; ſeptem agri Tifernatis, quo tẽpore
Nicolaus Fortebraccius eam cepit ciuitatẽ, retenta pontifici reſtituit, & Pergulã oppi-
dum, quod audita Fortebraccij nece pro eccleſia, ut dixi, receperat, caſtellaq; Mõdaui tria,
quæ item primo Sphortiæ in Picenũ aduẽtu ceperat, põtifici reddere promiſit. Nudius
uerò tertius Daniel Cõcordienſis epiſcopus, Bononiã pro gubernatore miſſus, pridie
nonas Octobres ciuitatem ſummo ciuium cõſenſu applauſuq; recepit. Cuius ingreſſum
ſumma proſecutus lætitia Baptiſta Canitulus, armatis cõtinuo ſtipabatur, & perpaucos
quoad poterat à gubernatore introduci milites mercenarios curabat. Nec defuerũt q il
lo cognoſcerẽt die, Baptiſtã nõ anteactę uitæ pœnitentia, neq; inſtituendæ melioris in-
tentione ductũ, licet præterita neceſſitati temporũ attribuens ſpem de põtificis clemen
tia optimã præ ſe ferret deditioni ciuitatis præbuiſſe aſſenſum, ſed eam animo machina-
tum fuiſſe fraudẽ, ut poſtquã ſeſe derelictum à Philipo duce, pontificem uerò ſuis & ſo-
ciorum populorũ uiribus potentiſſimum uidiſſet, miſſum à pontifice gubernatorem, &
C alios illum adducentes põtifici charos, Sigiſmũdumq; Malateſtã prę̃ſidio Bononiæ de-
putatum caperet, & ciuibus qui aduerſarẽt trucidatis, tandiu Bononiã obtineret põti-
fici rebellẽ, quoad Gaſparis Germani cum epiſcopo Cõcordienſi, & Sigiſmũdo capti-
uis fieret permutatio, & cum expilatis inde diuitijs emigraret. Per dies nanq; nouẽ, qui-
bus in ciuitate fuit, nunquã ſuaſione, conſilio, & ad extremum põtificis iuſſu adduci po-
tuit, ut ducẽtos equites, pedites ad trecẽtos ſibi antea & populo militare ſolitos eijcere
uellet, quouſq; gubernatorẽ poſtulato à Sphortia peditatu ciuitatẽ, ac ſeipſum ſeruare
intentũ uidẽs, idibus Octobris fugã arripuit. Rebus eccleſiæ pro uarijs quibus dudũ af-
flictæ fuerãt, calamitatibus ad eam perductis felicitatẽ, ut maiora damna põtifex reſtau
raſſet, regni Neapolitani rebus curam conſtituit adhibere. Itaq; auctũ mille equitum, &
circiter quingentorũ, peditumq; octingentorum copijs, patriarchã Alexandrinum iuſ-
ſit ſecundæ expeditioni neceſſaria cõparare. Sed quum tempora per Decembrẽ tradu-
cendo tam lõgo itinere exercitu nõ ſatis idonea uiderẽtur, illũ rectà ad legionem ſuam
D mittere ſimulans, coactas ad Thraſimenũ lacum in agro Peruſino turm æs, cõtra oppidũ
Burgi ad ſepulchrũ ducere impetrauit. Qui acceptis à Sphortia equi:ibus quingẽtis, to
tidẽq; peditibus, quũ Puppij comes nec prece adduceret, nec minis, ut aut redderet Bur
gum, aut inde præſidiũ abduceret, cõtra Puppium metatus eſt caſtra, oppidũ ad ſupre-
mum penè Apennini iugũ, editiſſimo ſitum colle, & muro celſiore, cõmeatus copia, au-
dacibuſq; cõmitti fidiſſimis pugnatoribus munitiſſimum. Illis in caſtris ad dies quadra-
ginta per mediã moratus hyemẽ, Pratoueteri, Valbonaq; caſtellis à comite ad Florẽti-
nos deficere cõpulſis, Puppium fruſtra aliquãdo oppugnauit, & tũ Burgi deditione, ſe-
queſtribus Florẽtinis, à pręfecto pręſidij illius Baldacio impetrata, obſidionẽ ducebat.
Vnde factũ eſt, ut quũ in propinquã Romãdiolæ prouinciã traijcere ſimularet, miſſis à
põt. nũcijs caſtella agri Imolẽſis, Tauſignanũ, Rioſiccũ, Mõtebatalliã, Saſſitelũ & Baſ-
ſadum, à Guidãtonio Mãfredo, & à Mõtisferetri comite Pergula, ac caſtella uicariatus
Mõdaui, quæ pont. in Florentia ſpopõderat, ad eaq; retinuerat tẽpora, redderent. Nico
laus etiã Piccininus, quũ Bononiã ad eccleſiæ obedientiã deueniſſent, omniaq; in Ro-
mãdiola quotidie pacatiora fieri audiuiſſet, acceptis à põt. quos ſibi debere Bononiẽſes,
dicebat,

dicebat, ducatis duobus mille, Bolognensiū, & diui Petri oppidū ipſe etiā reddidit. Idē paulopoſt fecere Gattamelata & comes Brādolinus de oppidis Perſiceto, Sāctagatha, & Manciolino. Per id tēporis Baldaſar Offidanus Bononiæ prætor in Antoniū Bentiuolium & Thomā Zambechariū Bononienſes, cauſa indicta ſubito ſupplicio animaduertit: & niſi Daniel gubernator copijs in urbē recēſendi militis ſimulatione cōtractis, ciues in palatiū cōuocaſſet, publicaq́ interim loca præſidio tenuiſſet, feciſſet eximius erga Antoniū populi fauor, de pont. Bononiæ ſtatu, & Danielis ipſius Baldaſariſq́ uita ſumi pariter ſubitariam ultionem. Rebus poſtea in Romādiola quietiſſimis (Forliuiēſe enim negocium pōtifex in ſequentē reſeruauerat æſtatem) & receptis in Spoletano ducatu patrimonioq́ Hetruſco ciuitatib. ac locis, quotquot ſuperiori tempore rebellarāt. Sphortia uerò legionē in hybernis apud Picenum habente, nihil eſſe reliquum in rebus Romanę eccleſiæ apparebat, quàm ut Cāpanię maritimę prouinciarū recuperationē & regni Siciliæ paci cōſuleretur. Quæ munera pont. patriarchæ Alexandrino, ut diximus, cōmiſerat obeunda. Cętera tunc fortè loca Italiæ quieſcebāt, licet duci Philippo & Venetis à Cremonenſis agri finium cōtentionibus, quæ poſt factā Ferrariæ pacem relictæ erant, noua per eos dies litigia emerſiſſent. Quibus cōponendis requiſitus à marchione Eſtenſi partium arbitro, per nouæ pacis cōditiones pōtifex operā adhibebat. Quū ecce ſubita omnibuſq́ inopinata Genuæ ciuitatis rebellio intonat, magnum in fluxa humanarum rerum conditione exemplum, quàm nulla fatis conſiſtāt ſecundiſſima, maiorq́ omnibus timenda ſit ruina, quo rerū ſucceſſus habuerint cumulatiores. Nanq́ apud nullos uidebatur dubiū, quin Genuenſes per uictoriæ captorū regum acceſſionē magnis quas habent opibus, magnæq́ gerendarū præclari facinoris rerum opportunitati factā regno Siciliæ quamprimū potirētur, quod quidē regnum attuliſſet Philippo duci maximum ſubigendæ Italiæ adiumentum. Nam paulopoſt factā Florentiæ pacem, quū certus de claſſe Arragonenſium ſuperata, & principū uirorum, qui cum regibus capti erāt, numero Venetias allatus eſt nuncius, ſenatū conſtat Venetū, poſt uarias de ſumma reipublicæ conſultationes perpetuis habitas diebus, quod nunquā antea contigiſſe maiores natu affirmauerūt, ſępenumero dubiū, nullo qui e republica uideretur fore, cōcepto ſenatuſcōſulto diſceſſiſſe, omnibuſq́ longa feſſis mora abeūtibus, fuiſſe aliquādo ex primoribus qui dicerēt, nullam ſupereſſe in rebus humanis ſpem reliquā, quin dux Mediolani rerū in Italia potiretur, ſi parta per Genuenſes uictoria uti ſciret. Is uerò dum regum fratrumq́ potentatum extra Italiam maximū, & regni Siciliæ opportunitatem conſiderans, ſupremo eos ſibi beneficio deuincere, & cōculcandæ Italiæ adminiſtros cōparare meditatus eſt, nec regum Galliæ, quibus ad eam ſtuduiſſet diem, nec Genuenſis populi perpetua, & quidē capitaliſſima cum Cathalanis odia exercentis, ullā habuit rationem. Nam poſt eductū Genua urbe, ſi nō bona, ſaltem ſimulata Genuēſium uaria, Alfonſum regem Arragonū, Nauarræ etiam regem Henricum infantē, & pleroſq́ inſignes captiuos, inuito ac cōtumacibus uerbis repugnāte populo Genuenſi, Sabbatia eductos Mediolanū perduci iuſſit. Qua indignitate permotus Genuēſis populus, omīa abiecto magiſtratuum metu, maximā rerum nouarū cupiditatē ceperat præ ſe ferre. Vna uerò acceſſit properandæ rebellionis cauſa, quā uiſum eſt repeti altius oportere. Nanq́ Franciſcus Spinula, quē claſſis Genuenſium pręfectum, ſiue, ut ipſi appellant, Ammirrhatū, à Petro Lauredano claſſis Venetorū præfecto captū, & Venetias perductū ſupra oſtēdimus: quo tempore carceribus tenebatur, hortātibus aliquādo Venetis, reſpōdebat ſuturū, ut quamprimū ſaluis rebus poſſet rem Genuenſem à iugo ducis Mediolani ereptā in priſcam aſſereret libertatē. Illud idem polliciti fuerāt ex concaptiuis plurimi, quorum Blaſius Ageretus plebeio ortus genere, eò loci huiuſcemodi tractatū adduxit, ut per ſimulationem procurādæ redemptionis cōciuium ſe liberari, & Genuam mitti obtinuerit: ſubornatuſq́ fuerit Venetorum nuncius, qui ad faciēdam fidem ſecum adiret uirum inſignem Thomam Fregoſum, ſine cuius ope & opera omnes cōtra ducē Mediolani in rebus Genuæ conatus inanes fieri cōſtaret. Thoma autē uiro grauiſſimo Blaſij fidē minoris faciente, quàm cui tanta res cōmitti deberet, & illius colloquiū renuente, Blaſius ipſe ducē Philippū adijt, & ſeſe plurimiſq́ ex captiuis per carceris neceſſitatē à pollicitatione Venetis facta purgatis, Franciſcū Spinulā adſtipulatæ rebellionis eſt inſimulatus. Inde

A tis. Inde factum eſt, ut liberatum per pacis cõditiones Franciſcum dux cõtinuo oderit,
Blaſium autē obſcuro natum loco, ſummis extulerit honoribus. Ea impulſus cauſa Frã-
ciſcus Gaietã ſeceſſerat, ut ducē abſens om̃i ſuſpicione liberaret, ſimulq́; aliqua faceret,
quibus exaſperatũ illius animũ deliniret. Gaietana aũt obſidione per claſſis Genuenſiũ
uictoriã, ut oſtendimus, undiq; diſſoluta, in patriã redierat, ſperans ducem, audita ipſius
ſtrenua, quã in defenſione Gaietana exhibuerat opera, conceptam erga ſe inuidiã miti-
gaſſe. Cum uerò toruis eum oculis magiſtratus aduenĩẽtem excepiſſent, ſalutis ſuæ dili-
gentem curam in poſterum habendam ſtatuit. Etſi quãdo ex more uocaretur, prætoria
nunquã adĳr, niſi tãta ſuorũ ſtipatus turba, quæ ipſum à magiſtratus uiolentia tutaretur.
Audiuerat autē hæc omnia dux Philippus, populiq́; odiũ erga ſe nouerat, quod à perdu
ctis Mediolanũ regibus inchoatum, illis libertate donatis exaſperatũ eſſe intelligebat.
Nec apud ſe dubium eſſe aliquãdo ſuis dixerat, quin Genuenſes breui rebellarēt, niſi fa-
ctionũ capita tollerent, & frenis plebs durioribus teneretur. Hinc Aloiſium Crotũ per-
B mittens omniũ quæ agi oporteret inſtructiones habentē, quas poſtea uidimus, pręſtan-
tem uirum Araſminũ Triultiũ, cum turmis ſubſequi iuſſerat. Nec ducis Philippi cõſilia
ſubtili indagine Spinula habuerat explorata, & Genuẽſes ſubreptorũ regũ principũq;
uirorũ indignitate cõmotos, ad rebellionem concitare cùm decreuiſſet, in primis cum
Thoma Fregoſo, cui ſecũ aſperrima dudũ interceſſerãt odia, in gratiam redierat, eumq;
rebellionis quã moliretur animo fecerat certiorē. Dimiſſus interea à duce Philippo rex
Arragonũ Alfonſus, apud portũ Veneris declinauerat, & licet triremes illi eſſent expe-
ditæ, multaq; in regno Apuliæ fierēt, quæ ſuã deſiderarēt præſentiã, plurimos ibi reſede
rat dies, Et Petrus Iampaulus Vrſinus in regnũ, ut dicebat, cum rege traiecturus, turmas
adduxerat in Riperiã Genuæ orientalē. Ea Frãciſcus Spinula ſuo imminere exitio me-
ditatus, omnibus quibus fideret, in ſecretiorē coactis locũ, huiuſcemodi habuit oratio-
nem. Scio pleroſq; ueſtrûm mirari Genuẽſes uiri, me cuius præclara & maxima in ducē
Mediolani extãt merita, qui illũ ueſtro olim cõſilio ueſtra uſus opera, potẽtiſſimæ huic
C urbi dominũ fore ſummo cõtenderim ſtudio, ad eam perductũ eſſe rerum ſortē, ut poſt
exilia ſponte ſuſcepta, poſt latebras extra patriam quæſitas, in patria etiam ſinuq; ueſtro
delitеſcere, & à carnificis Opicini gladio uitã accurata tueri diligẽtia cogar. Et niſi apud
uos uerba facerē, qui duriſſimos mecũ labores, qui pericula & rerũ diſcrimina ſubĳſtis,
qui ex duce regē imperatoremq; illũ facere, Genuẽſis populi opibus, ueſtroq; in primis
ſanguine, diu cõtendiſtis. Ea explicarem beneficia, quę malo omine in eum hominē cu-
mulaui. Ipſius uerò perfidia, ipſius ſolita erga om̃es ingratitudine ſumma eſt factũ ciues,
ut quē infinita noſtræ familiæ, ſi mea cõtempſiſſet erga ſe merita, ad grati erga me animi
ſignificationē aliquam adducere nunquã potuerunt: concitauerint nunc & armauerint
in caput noſtrũ perditiſſimi hominis Blaſĳ Agereti calũniæ. Decē, ni fallor, in hoc cœ-
tu egregĳ adeſtis Genuẽſis patrię amãtiſſimi, quos eodē cõflictu ſuperatos, Veneti ma
gna & aliud ſibi uolẽte, prout tunc dicebamus, humanitate carceribus optimè habitos,
ad patriæ libertatē, ad ſalutem ueſtrã ſæpenumero hortari fuerunt. Eos non audire, niſi
D ſurdi eſſemus, nullo potuimus modo: nec tamen fuit noſtrûm quiſpiam qui uerba red-
diderit integro uiro indigna, præter Ageretum, qui poſtmodũ flagitĳ quod admiſerat
culpa, in me uoſq; reiecta exaudiri, & maximis à duce prælĳs uſq; adeò ornari obtinuit,
ut ab officina argentaria, cui ab incunabilis genitor eum innutriuerat, atq; tabellionaria
quam poſtea uir exercuit, ad claſſis noſtræ præfecturam fuerit euectus: & quam ducen-
ti ſupraq; Genuenſes nobiles plebeiq; ditiſſimi in paternis auitiſq; clariſſimis præfectu-
ris, triumphis, uictorĳs, opulentiſſimiſq; nauigationibus, maritimã edocti militatē diſci
plinam, ſua & duûm millium quos ſinguli ſelegerũt ex Genuenſi populo uirorũ uirtute
pepererunt uictoriã, captorumq; regum & principũ uirorum gloriã, ipſe ſolus apud ex-
teros rerum noſtrarum, & ſortis noſtræ ignaros ſibi uindicet. Quo em̃ momento, noſtra
hæc uictoria celeritate ſtupenda, è medĳs fluctibus, Gaietana prius intonuit littora, q̃
claſſes ipſas manu cõſerta confligere ſatis poſſet conſtare, qui me noſtrateſq; in Gaieta
clauſos gratulabũdi adibãt, nõ Genuenſis populi impenſam, nõ ciuium uirtutē, nõ na-
uium triremiũq; apparatũ laudabãt, admirabanť. Sed inclyti Blaſĳ Agereti nomen uſq;
adeò ſummis extollebant laudibus, ut niſi felicibus ducis Mediolani auſpicĳs, niſi illius
gloriæ

gloriæ detractum iri exiſtimaſſent, Ageretũ fuerint cũctis populi ſuffragijs in diuorum E
numerũ relaturi. Ea conciues optimi ſtomachatus indignitate, uix ſatis mihi poterã im-
perare, ut quas ego ſanguine proprio tũc tutabar ducis Mediolani partes, à quibuſq; ſa-
lus pẽderet mea, cuperẽ uincere. Poſtquã eò loci reciderat Genuẽſis populi omniũ ha-
ctenus populorũ, omnium nationũ uictoris potẽtia, ut domino ſubacta eſſet omnium
ingratiſſimo, qui nulla nobilitatis, quã ſumme oderit, nulla meritorũ ratione habita, tan
tæ ciuitatis decus uiliſſimo cuiq; proſterneret homũcioni, quanquã Blaſij tolerãda fue-
rit indignitas, ſi oculis ſubijciemus, quos dudũ pertulerimus magiſtratus, niſi fortè unus
ſit excipiẽdus naturæ mõſtrum Oppicinus carnifex immaniſſimus, ſceleſta manu cuius
ſupra ducẽtos nobilitatis plebiſq; noſtræ Genuenſes uiros meminimus laniatos, præter
minoris populi multitudinẽ, in qua Tigride immitior ſæuit. Quàm uerò ciues amãtiſſi-
mi angit me animo, q; facit mœſtũ, poſita ante oculos nõ mea, quã abſceſſu propellam,
ſi per uos gladio nõ licebit, ſed ueſtra plurimorũq; cædes, qua efferatus ſanguinolẽtuſq;
debacchabitᷣ Oppicinus. Ægrè ꝑ hos dies ferebatis captos reges Italicoſq; ꝓceres, Me- F
diolanũ fuiſſe perductos, nec æquo animo id ferre debuiſtis. Qui captam Genuenſis po
puli ſanguine & periculo talem tãtamq; prædã prius ſubripi uideritis, quàm ſatis medi-
tari datũ fuerit, quid ſuper ea re cõſtitui oportuerit, deliniti tamen promiſſionibus quas
ſimulatus ille fallaxq; dux faciebat, eos Genuẽſi carcere cuſtodiri exiſtimaſtis, quorum
uinculis tãti principis ꝓmiſſio acceſſiſſet. Hincq; à maledictis & cõuitijs ac murmuratio
nibus tẽperaſtis. Poſtea uerò quàm omnes profuſa & nuſquã gentiũ audita liberalitate,
reges germanoſq; & proceres cæteros, nõ libertate ſolum, ſed ingentibus inſuper dona
tos muneribus audiuiſtis, illũ maledictis moleſtioribus tamẽ quàm par fuerit iactatum
ea in nos meditari & deſtinare impuliſtis ſupplicia, quę illi ſi adeſſet à Genuenſi populo
deberentur. Non ſatis nanq; ſcio magna ne in patriã pietas, aut maximus in hũc cõcita-
tuſq; meus ardor animi me falli faciant opinione, ſed incõſiderata hęc liberalitatis amẽ-
tia, quid ſibi uelit ingenio cõiecturiſq;, & ꝑ audita aliquãdo ab ipſius ore ſomnia uideor
aſſequi. Duos hũc noſtrum reges, germanumq; infantẽ, & uiros inſignes plurimos, ma- G
gnifaciendã multitudinem, in ſuas perueniſſe manus, in ſua poſitos poteſtate cõſideran
tem, hæc ſecũ dixiſſe & animo ꝟolutaſſe exiſtimo. Bellis ego Italiã annis hactenus duo-
decim ferè cõtinenter laceſſiui, ut à plurimis laceratã latrũculis, populariumq; in primis
tyrannorũ ſub libertatis nomine illam oppugnantiũ ambitione liberatam, in unam tan
dem regni formã redigerem, maximũ Italicis futurũ recuperandi imperij & perditę du-
dum monachiæ principiũ. Et quũ duos qui potẽtiores eſſent, hoſtes populos, adeò per
cõtinuata bella exagitaſſe, ut paruo in poſterum obſtaculo uiderẽtur futuri, tertium qui
illis cupiuerat pontificẽ Romanum uiribus ingenioq; ad tenuem redegi ſtatus cõditio-
nem. Quarta in Italiæ rebus reſtabat pars, regnũ Siciliæ citra fretũ, quod equis, pabulo,
armẽtis, tritico, hominibuſq; rei bellicæ idoneis feraciſſimũ maximo ſemper hactenus
ſubigendæ per uim & arma Italiæ fuit adiumẽto. Id ego regnũ à Lombardia remotiſſi-
mũ, quia mihi ipſe nõ auderẽ, ſoli amiciſſimo affiniq; Renato regi affectabã. Nec igno-
rabam tamẽ quod iubebat neceſſitas, dubio nimis euẽtui operam impenſamq; exponi, H
quę carceribus agenti nauaretur regi, nõ ſatis fortaſſe in reddẽda gratia reſponſuro, qui
& gentis ſuperbia, & affinitatis iure, debitã ſibi & gratuitam, nõ mutuatam exiſtimatu-
rus fuerit operã ſibi exhibitã. Fecit interim fortuna, quæ fortes ſemꝑ adiuuat uiros, tan-
tam regum, principũ, ducum, nobiliumq; uirorum multitudinẽ meo huic deſiderio ſum
mè ſupraq; quàm optare auſus fuiſſem, accõmodam, ſiue externam regum potẽtiam, ſi-
ue inſularum Italiæ ciuitatumq; regni quas poſſident opportunitatẽ, ſiue ſingulorũ po-
tentias, uires, uirtutemq; cõſideres. Fecit inquã eos in meas peruenire manus, ut ſumma
excepti comitate, uita inſuper, libertate, regnis principatibuſq; donati, maximis quoq;
muneribus honeſtati, nõ regni tantũ Apuliæ auxiliũ præſtẽt, ſed Italiæ regnum & orbis
imperium mihi cupiãt ardẽtiſſimo. Moleſtè uerò Genuenſes id laturos ſcio, cũ acerbiſ-
ſimo Arragonenſes Cathalanoſq; proſequãtur odio. Quos lõge abeſt, ut mea cõfœde-
ratione amicitiaq; augeri cupiant, quũ illos Trinacria potius inſuliſq; Italiæ, quinimmo
uita priuari exoptẽt. At cõtraria mihi ſedet animo ſententia, & quos ſublatus per potẽ-
tiſſimorũ regum, potentiſſimorumq; populorũ uictoriam metus ſuperbos facit, quos
popula-

A populariū Italiæ tyrannorum exempla, in perditam dudum libertatem reſpicere faciūt,
addita mihi per liberatos reges maritimarū, ubi opus erit copiarum potētia faciet ſubie
ctiores. Tanta fratres optimi, quā ſibi ſpopondit dux noſter Philippus regnorum impe
rijꝗ amplitudine excæcatus, nec maxima ciuitatis noſtræ erga ſe merita, nec labores no
ſtros impenſas periculaꝗ cōſiderās, nos illis ſeruos pergit facere, qui prælio ſuperati, &
nobis ſeruirent, & regnū Apuliæ Trinacriāꝗ inſulā ipſi per manus noſtras cæco ſubie-
ciſſent duci. Quid multa? querelis fruſtra diē conſumimus, nulla unquam tātis malis re
media allaturis, ipſe crudeli efferatoꝗ in nos animo, quos saltē uerbis ſuaſionibusꝗ cō-
ſolari, & in aliquā meliorē ſpem erigere debuit, cōtumaces, ut dicit, petulantesꝗ doma-
re, & mites facere meditat̄: & ó utinā mites facere, nō ſanguinolento Oppicini gladio,
nō ſuſpendio necatos, ut ſæpe antea multos, uel mari ſubmerſos à parentum ſinu libero
rumꝗ & cōiugum amplexu raptos turpiſſima cæde ſtatuiſſet extinguere. Quid em̄ per
immortalē deum ſibi uolunt peditatu nouo cōſtipata palatia? quid Araſmini cum equi
B tatu aduentus? quid Arragonenſium regis in portu Veneris lōgior mora? quid illū de-
ducturæ naues onerariæ, triremesꝗ apud Siciliam paratæ? quid Petri Iampauli cum tur
mis in orientalē Riperiam aduētus? Quid inquā aliud tam magni uolunt apparatus, in
tanta rerum ab externis ſecuritate, in tanto uictoris potentisꝗ domini apud oēs terrore
ac metu, ꝙ uictricem Genuam tantis talibusꝗ afflictam trucidatorum ciuium calamita
tibus, immani crudelitate mitem reddere, ut Arragonenſibus Cathalanisꝗ æraria ape-
rire, naues triremesꝗ armare, & miſerabili nefandaꝗ ſubiectione diſcat, tacita & ſine do
loris ſignificatione aliqua ſeruire. Eā ciues patriæ calamitatē extremā, eum tantę ciuita-
tis interitū, dum ſalua & integra res eſt, dumꝗ manus & ceruices à carnificū catenis ha-
betis liberas, auertite, ꝓpulſate, arma capite, accurſurumꝗ & ferociſſime irruiturum cō-
uocate populum, diutina ſeruitute, horrendis cædibus, & noua ereptæ faucibus prædæ
iniuria, odio, ira, furore cōcitatum, ac penè inſanientē. Cœpta deus ſequundabit, nō dee
runt auxilia nec fauores. Mari paratā claſſem, in urbe populū habemus quantum ſat erit
C ad palatia, portas, arcemꝗ expugnandam, ad tutanda ciuitatis mœnia facturū. A' furen
ti uero quē immittet dux Mediolani exercitu, Apennini hyemisꝗ aſperitas tandiu tuta
bit, quoad promiſſa parataꝗ à Venetis Florentinisꝗ aduenerint pręſidia. Quàmprimū
em̄ à uoluntaria relegatione, Gaieta in patriā redij, torua magiſtratuū in me ora inimi-
cos ex oculis introſpiciens, animos ueſtræ & ciuitatis ſaluti libertatiꝗ conſulturus, nihil
deſtinato facinore ducens antiquius, ꝙ ſciſſam ciuitatem in unum amicitiæ corpus redi
gere, cum inſigni Thoma Fregoſo in gratiā redij, quo curāte tantæ nobis à ſocijs Vene
ta ac Florentina rebuspublicis, quibus ueſtra tertio loco erit ſocia, paratæ ſunt copiæ, ut
noſtra potius arma duci Philippo timenda credam, ꝙ ſua nobis formidanda ulla ex par
te ſuſpicer. Craſtino, ut audiuiſtis, die, aut ad ſummū poſtridie, Araſminus equitatū ad-
ducet. Oppicinus interea lōgiſſimis exectos reſtibus laqueos cōficit, quibus ueſtrā per
urbē paſſim, ut cuiꝗ fiet obuius frangat gulā: ſi fuerint qui libertatē acclament, me ſoci-
um, me comitem, me, ſi uolent, habebunt ductorē. Si per deſidiam, ignauiam, torporem
D patriam, uoſipſos, parentes, germanos, liberosꝗ deſeritis, quod armis per ueſtram igna
uiam nequiuero, perfuga mihi & mea ſequentibus cōſilia conſulam. Itaꝗ quum ad diē
diui Ioannis euangeliſtæ per natalia Chriſti domini ſolenniſſimā Araſminum guberna
torē nouum, portæ ciuitatis appropinquare nunciatum eſſet, Franciſcus Spinula, quos
dudum antea & nouiſſime per cōcionem cōcitauerat ciues, timidos torpentesꝗ cōſue
ta uidens ſupplicia formidare, ad horā diei decimamoctauā, ſumpto militari ſagulo, in
ſubiectā Spinularum domibus aream proſilit: quo ſtrictum tenēte gladium, ad arma ci-
ues, hoſtes intrant, capite arma ciues, & repetite dudum amiſſam libertatem, uociferāte,
concurſum eſt undiꝗ, & Spinularum familiam Franciſcumꝗ in primis maximæ autori
tatis uirum cōcitatis pridem ſtipatum uiris arma cepiſſe uidentes, cæteri Genuenſes ar-
ma & ipſi raptim capientes, acclamauerunt nomen dulciſſimū libertatis. Intrauerat ciui
tatem Araſminus, Oppicino Algiatenſi, Aloiſio Croto, paucisꝗ cum Blaſio Agereto
Genuēſibus ex more deducentibus, cū ſubito exterriti tumultu, Araſminus, Blaſiusꝗ,
cui ſe ille permiſerat, & Crotus, caſtellum petunt, arcē in ciuitate muniriſſimam. Oppi-
cinus aūt ſolito crudelitatis timore, furorem ciuium comprimere exiſtimans poſſe, in pa

latium duobus peditum millibus munitum ardens iracundia ꝓperabat. Sed quàmpri- E
mum frequẽtata ciuibus loca attigit, ſubito irruentiũ impetu oppreſſus confoſſusq; eſt,
& multas diſcerptũ in partes, nudum deformatumq; cadauer in cœno iacuit prouolutũ.
Exinde Genuenſes palatio furibunda ui expugnato, pedites uinctos compeditosq; in
carcerem detruſerunt. Portis etiam ciuitatis paulopoſt per uim captis & præſidio muni
tis, ciues maiori campana ex uetuſto liberæ ciuitatis more, in prætorium acciti, iuſſu po-
puli octo creauere, quos populi & libertatis Capitaneos uocauere. Eorũ quatuor, quos
primo adnotabimus loco ex nobilitate, reliqui fuerũt ex plebe, Franciſcus Spinula, An-
dreas Auria, Matthæus Lomelinus, Andreas Marinus, Nicolaus Iuſtinianus, Ioannes
Nauonus, Petrus Bondinarius, & Marcus Caſſina. Eodẽ etiam die Sauonẽſes, cæteriq;
Riperiarum occidentalis orientalisq; populi, ad quos tumultus Genuenſiũ fama perue
nit, partim captis, partim eiectis Philippi ducis magiſtratibus præſidijsq; ſeſe in optatã
uindicarũt libertatẽ, ut nulla infra triduum ſuperfuerint Riperiarum caſtella, quæ non
recuperatæ à Genuenſibus libertati conſenſerint. Oẽs exinde uires, oẽs conatus oppu- F
gnandæ arci impenderunt. In primisq; uias omnes quas ſubſidio arci uenturis Philippi
copijs patere intelligerẽt, interciſas ſtationibus firmauerunt. Quũq; certus Genuã per-
latus eſſet nuncius, Piccininum cũ legione & collectitijs circiter uiginti hominum milli
bus, in uallem Pulceſeram deſcendere, Philippum quoq; ducẽ ex omni Lõbardia quot-
quot arma ferre poſſent, illum ocyus ſequi iuſſiſſe, Thomã Fregoſum excelſi animi uirũ
ſummo populi cõſenſu reſtitutum rei bellicæ præfecerunt. Qui cũ millibus quatuor pe-
ditum, maiori ex parte baliſtariorũ in munitiſſimis natura locis ſeſe continens, furentis
Piccinini impetus per multos remoratus eſt dies, illius tñ audacia uiribusq; loco cedere
compulſus, & prælio decernere coactus, amiſſis peditibus ducentis, rapido curſu Genu
am ſe recepit. Piccinino aũt in propinqua urbi loca deſcendente, exterriti ciues propoſi
ta ante oculos ſi ſuperarent calamitate animos faciente, Caſtelletũ incredibili expugna
tum fortitudine, trigeſimo die poſtq; ciuitas duci rebellauerat, receperũt. Poſtridie Pic-
cininus ſpe deſtitutus potiundæ per arcẽ ciuitatis, traducto in Pulceſerã exercitu, amœ- G
na diui Petri ad arenam uillarũ loca ferro igneq; deuaſtat, & quindecim dies in ea regio
ne moratus, Galeotto Carretenſi hortante, in occidẽtalẽ Riperiã cõuertit ſigna, per no-
nasq; Martias, contra Albinganum metatus caſtra, id oppidũ in littore ſitum cinxit, ca
ſtellis uiginti in circuitu excitatis, ne aliqua oppidani ſiue terra ſiue mari admitterẽt præ
ſidia, Lõbardisq; maximopere per abrupta mõtium comportatis, ſi uiribus nequiret, il-
lud diuturnitate obſidionis ſtatuit expugnare. Superato & capto nauali prælio, ut lõge
ſupra expoſuimus, Arragonẽſiũ rege, Neapolitani qui Renatũ regẽ carcere ducis Bur-
gundiorum retentũ, diu expectatũ habere nequiuerant, à Marſilia ſoluentes illius uxo-
rẽ reginã Iſabelem cum nauis duobus, per Septembrẽ in Italiam deduxerunt. Quæ Gaie
tã ex itinere diuertens, quum eã ciuitatem ſub Renati regis nomine, pro duce Mediola-
ni uidiſſet teneri, magiſtratibus cuſtodibusq; muratis, adminiſtrationem ac omne ius im
perij in ſe ſuſcepit. Regibus aũt captiuis & Italis omnibus à Philippo duce per Octobrẽ
dimiſſis, Tarentinus princeps dux Sinueſæ, Ioſias Aquauiuanus, & Minicutius Aquila H
nus, in regnum reuerſi maiores q̃ unquam antea motus parauere. Et infans Petrus arma
tis in Trinacria, quę nauali ſuperfuerant prælio, triremibus nauibusq; regem Alfonſum
fratrẽ à portu Veneris deducturus, mari infero nauigabat. Cuius opportuna tulit ſors, ut
prius q̃ de Genuenſium rebellione Gaietã nuncius perferret, in illius portũ prædæ po-
tius abducendæ, q̃ oppugnandę urbis animo declinauerit. Gaietani namq; penuria an-
nonæ coacti, ſe illi pro rege ſubegerunt, quem ducis Mediolani & Genuẽſium uiribus,
ut opinabant, auctum, cæteris exiſtimarunt regni ciuitatibus e ueſtigio potiturum. Al-
fonſus uero rex quem hinc Genuæ damnũ perculerat animo, inde capta erexerat Gaie-
ta, apud portum Veneris aliquot ſubſtitit diebus, ut enixiſſima cõtẽdenti opera Philip-
po duci, Genua per uim recuperanda opẽ afferret, ubi eſſe uſui uideret. Quum uero om
nes Piccinini conatus caſſos, inanesq; fieri, Florentinosq; frumento Genuẽſes & pedita
tu iuuare audiſſet, Gaietã cõceſſit. Genuenſibus eñ frumenti carentia ac propè etiam fa
me laborantibus, & adeo recuperandæ arci ꝓpulſandisq; ducis Mediolani uiribus intẽ
tis, ut re frumentaria ab remotis procuranda operã nequirent impendere, Florẽtini Ve

netorum

A netorum cōſilio ſubuenerunt eosq; inſuper iuuerunt mercenario peditatu, nō immemo
res ea ſibi ex pacis cōditionibus non licere, niſi Philippus etiā fœdera uiolaſſet, qui om-
nibus quotquot potuiſſet modis regnū Siciliæ quæſiſſet inuadere. Caſtelleto recupera-
to & Nicolao Piccinino pertinacius Albingaunū oppugnāte, Genuenſes reuocādæ lō-
go poſtliminio in ciuitatē libertatis formæ cupidi, ad diem calendarū Aprilis quartā, Iſ-
nardū Guarum populi ſuffragijs, ex uetuſto ciuitatis more ducem creauere. Sed cū Phi-
lippo Mediolanēſiū duci nimis affectus poſtea eſſet uiſus, quippe qui retuliſſet ad ſena-
tum de inducijs cū eo faciendis, quę libertatem amantibus uiderent inſidioſæ, Thomas
Fregoſius maximo ciuiū & in primis Frāciſci Spinulæ adiutus fauore, tertio nonarum
Aprilis die, illū armata manu palatio eiecit. Et cōuocatis ex more ciuibus populi etiam
ipſe ſuffragijs in ducē creatus eſt, & libertatis ac populi defenſorē. At per id tēporis pro
fectus Puppio per Burgū, Tifernum, & Peruſiā patriarcha Alexandrinus in agro Spo-
letano cōſederat, imperatas Caſſienis & Spoletanis tributorū pecunias percepturus,
B quū illi nunciatū fuit Reatinos tumultuaſſe, atq; prætorem urbe eieciſſe. Itaq; ducto ad
eam cōprimendam ſeditionem, aſpera, ſed breuiori per montes uia, ciuitatem minus ꝗ
renunciatum fuiſſet cōmotam conciliauit, Reatinisq; rebus uixdum ſedatis, de nouo tu
multu Romæ ſuſcitato, nūcius eſt allatus. Senem etenim portæ maioris, quà itur Prene-
ſte, cuſtodē facile deceperat Pōcelletus ciuis Romanus, quē ſupra oſtendimus, primæ
rebellionis cōtra pōtificē fuiſſe autorē. Adfuitq; illi prę ſto Antonius Piſanus, qui quum
portā equitatus præſidio teneret, peditatū immiſerat proxima in urbe loca rapinis & in
cēdio fœdaturū. Sed Romani nouitate rei, & periculo cōmoti maximo, arma capiunt,
urbē defenſant, & cōuicinorū auxilia implorant, quæ illis nō defuere. Nā reuerſus An-
guillariæ Comes cū cohorte ſuccurrens, Antonianis militibus urbe eiectis, portam re-
cepit. Interea appropinquauerat patriarcha cū exercitu paratiſſimo, qui ut exercitū mi-
nori cū impēdio aleret, illos inſtituit perſequi oēs urbi uicinos, quos eſſe intellexit An-
tonij Piſani ꝓ rege Arragonū ſtudioſos, & ab imbecilliori incipiens cōtra oppidum Co
C læ Sabelli, Rocham priorem appellant, quod ſex à Preneſte diſtat milliaria, caſtra poſu-
it, quo bidui obſidione capto ac direpto, Viculū itē eius caſtellum urbi uicinum diripu-
it ac ſuccendit. Fama interim crebreſcēte, Franciſcum Piccininū, ꝗ dudū in agro Senēſi
fuerat, eo cōſilio in patrimonium fore uēturum, ut Antonio Piſano coniunctus Arragō
nū regis ſtudioſos iuuaret, patriarcha cum paucis ad patrimonij fines ea ratione ſe con-
tulit, ut arcē Ciuitatis ueteris cuſtode Baptiſta Mazatoſta Viterbienſe mutato ſuæ man
ciparet cuſtodiæ. Inde Romā reuerſus contra Antonium Piſanū, qui magnā Campaniæ
& maritimæ prouinciarū partē dudū tenuerat, expeditionem parare cœpit. Inſtauratis
interim ubiq; maiori ex parte rebus eccleſiæ, quas omnino cōfractas & ferè nullas Flo-
rentiā aduenions pontifex habuerat, Bononiā, prout publico edixerat decreto, ſe cōfer
re ſtatuit. Quartodecimo itaq; calendarū Maij die mouens, ad diem earundē undecimā
applicuit Bononiā, qua in urbe cum cœptus Florentiæ de pace ex integro cōſtituenda
tractatus continuaret, inſtabant apud pōtificem Veneti & Florentini, Franciſcū Sfor-
D tiā ea ratione in Romandiolam ad fines Lōbardiæ è Piceno uocari, ut aut deterritus ad-
uentu ſuo Philippus, ad iniquiores accipiendas pacis cōditiones perduceret, aut eo du
ctore bellū utilius gereret. Sed pōtifex cui licere ſoli Sfortiam ad Romādiolæ ſibi ſub-
iectæ partes uocare, neq; illis quod poſtulabāt, denegandū cenſuit: neq; Philippum cui
ſe in cōſtituenda pace partibus cōmunē ſpopōderat futurum, animo alienandum. Acci
to itaq; in Romandiolā Sfortia, eum in itinere apud Ariminum facit certiorem, conſti-
tuiſſe Antoniū Ordelaffum Foroliuio eijcere, cuius mādata exequutus Sfortia, & caſtris
ad portas Foroliuij metatis, quæq; hoſtilia intentauit, & tñ licet nullæ Antonio copiæ,
nullus adeſſet maioris potentatus fauor, in meſſis maturæ tēpora obſidio eſt protracta.
Per id tēporis patriarcha Alexandrinus, inchoato in Volſcorum quondā, quæ nunc di-
citur maritima regione, in Antonium Piſanū bello, oppidoq; Secia recepto, duxit in Pri
uernates, quorū oppidum Alfonſus rex Arragonū occupauerat, in Antonijq; Piſani cu
ra & cuſtodia, quod lōge ab alijs quæ ſibi parerent ciuitatibus aberat, nullo munitū præ
ſidio reliquerat. Quamobrē ſubito perculſi periculo, Priuernates ut opē afferret Anto-
nius poſtularunt. Eoq; ſubſidij ſpē maximam ſpōdente ſpernebant contumaciter patri-

archã.Qui poſtq̃ munitiſſimum natura loci oppidum, aliquot prælijs infauſte commiſ- E
ſis recipere nequiuit, agros uaſtari, uineta & cõſita ſuccidi curauit. Tum commoti dam
no oppidani, oratoribus miſſis, pacẽ petiuerunt quã patriarcha ſi certum auri pondus
perſoluiſſent, pollicitus eſt dare. Reuerſis in oppidũ oratoribus, ut populo cõditiões re
ferrent, certior fit patriarcha, Antoniũ Piſanũ cum exercitu aduentare. Itaq; motis loco
ſignis, eductoq; in proximũ campum exercitu, quà hoſti intelligeret trãſeundum, acies
ſtruit: cingunt aũt campos montes altiſſimi, & amnis haud exiguus interfluit priſco no
mine Amaſenus, ad cuius fluenta locũ caſtris patriarcha ſtatuerat cõmunire, quum de-
repente adlatum illi de hoſtis aduẽtu nuntium Antoniani ſubſequunť milites, nullo or-
dine irruentes. Antonius nãq; occupato colle, qui proximior cãpo imminet, prælĩũ ea
ratione cœpit cõſerere, ut paucis ſuorũ de collis ſummitate hoſtiũ multitudini præualẽ-
tibus, patriarchæ exercitũ tamdiu uexaret, quoad noctis interuentu fatigati, ſeſe quieti
darent, & ipſe uadato nocte intempeſta Amaſeno, latẽter in oppidũ penetraret, in quo
natura loci & cõmeatu munitiſſimo ſeſe cõtinens, in proximam hyemem bellum trahe F
ret. At patriarcha cognitis illius cõſilijs, prælĩũ quod leuiter à principio eſſet conſertum
inſtaurauit, & lectis ex omni exercitu fortiſſimis quatuor ductoribus, lectiſſimorũ item
militũ manipulos eis dedit. Quibus in frontem iuſſis ſigno pugnę acrioris dato, cæteri
ſunt ordine ſubſequuti. Pugnatũ eſt primo cõcurſu utrinq; fortiter. Antonius nãq; uiſo
militũ patriarchæ pugnandi ardore, in primam aciem deuolauerat, cuius & imperatoris
& militis officium ſtrenuè obeuntis uirtute eſt factum, ut ſui hoſtilem impetum ſuſtine
rent. Tandẽ quum eccleſiaſtici milites acrius inſtarent, & cliuum de quo pugnabant ho
ſtes ui ſuperaſſent, Antoniani terga dedere, ac per excelſum & difficilẽ montẽ, in fugam
præcipites ſunt cõuerſi. Tunc clamore undiq; ſublato, uniuerſa eccleſiaſticorũ legio, ho
ſtẽ difficillimis aſcenſu mõtibus oberrantẽ inſequuta, paucis per præcipitia plapſis, cæ-
teros cepit. Impedimenta uero, & qui cũ illis in eminentiori colle erant agreſtium pluri-
mos, diripere fuit facillimũ. Et Antonius poſtq̃ de re ſua actũ uidit, clàm è pugna ſece-
dens, ab eccleſiaſticis militibus intercipiť, qui patriarchę iuſſu, duplici funiculo cruci ap G
penſus, indignũ doctrina & multis quæ illũ ornabant uirtutibus, cæterum crudelitate,
cui miſerabiliter erat deditus, digniſſimũ habuit uitæ exitum. Vnicus tum circa urbem
põtifici rebellis relictus erat Laurentius Columna, uetuſtæ Preneſtæ dominus, q̃ eccle-
ſiæ ſtipẽdia faciens, ab Antonio ſeductus, qua die ad internecionẽ ille fuit deletus, agrũ
Romanum diſcurrerat prędabundus. Ea cauſa patriarcham impulit, ut omiſſo quę ad ul
teriora inſtituerat curſu Romã reuerteret, ubi paucos moratus eſt dies, & Caſtrũnouũ,
unde Stephanum Laurentij germanũ, & Nicolaum Fortebraccium in primo principis
Salernitani bello, magnos motus cõciuiſſe oſtẽdimus, oppugnare aggreſſus, illud eue-
ſtigio recepit. Poſtea qđ nullus futurũ exiſtimaſſet, Preneſte, quã fama eſſet inexpugna
bilẽ fore, perrexit obſidere. Ea eñ urbs in editi mõtis cacumine ſita erat, cuius radices
planiciẽ inter & cliui initium, partim exeſa rupes, partim altæ maceries in coronæ ſpeci
em ductæ cingũt, ut nullis niſi de induſtria relictis ad uias aditibus, uſquã loci pateat, in
agrũ qui fertiliſſimus in aliquot paſſuũ millibus urbem & planiciẽ interiacet, acceſſus: H
uiarum aũt exitus, affixa ordine quadruplici trabium repagula muniebant, à quibus re-
pugnantes pauciſſimi agreſtes, magnos exercitus ſæpenumero repuliſſent. Itaq; patriar
cha poſitis ad repagula caſtris, poſtq̃ plurimis editis pugnis irrũpere nequiuit, multos
leuis armaturæ milites in proximis rupi, quã nullus aſſeruaret cõuallibus, in inſidijs lo-
cat, edicitq; ut hoſtibus prælio, quod acerrimũ cõſerereť intẽtis, ſcalis ipſi lanceisq; ob-
repentes in ſuperiora euadãt: qđ quũ eſſet factum, territi ad primum poſt terga editum
clamorẽ agreſtes, ſeſe in urbis edita recepere. Ingreſſus ſepta cũ exercitu patriarcha, ur-
bẽ uetuſtis altiſſimisq; mœnibus & natura loci munitiſſimã, longa obſidione conſtitu-
it uti ſe oppidani dederent fatigare. Sfortia interim, frumentis agri Forliuiẽſis, quàm pri
mum matureſcere cœperunt, alicubi ſucciſis, id bellum in amicam urbem negligere ui-
debať. Sed quũ ſocios belli populos, ut in Philippũ mittereť inſtare intellexiſſet, ſolito
acrius bellũ inſtituit. Aſſuefactos nãq; leuibus prælijs decertare Forliuienſes, paruis ui-
ctorijs de induſtria præmiſſis, adeo audaces reddidit, ut nunquã laceſſiti ſe intra mœnia
cõtinerent. Et cõſtituta cum militibus ſuis die, cœpto ad portam quà itur Rauennam, le

ui primum

A ui primũ certamine, in effuſum ſine ordine populum tantis incubuit totius legionis uiri
bus, ut fracti fugatiq́; Foroliuienſes, qui poſteriores exeundo fuerant, primi intra portã
præcipites ſe proriperent, cæteri quos maior audacia, aut caſus in pugnã lõge duxiſſet,
porta à cuſtodibus de immixto cũ fugientibus ciuibus hoſte timentibus clauſa, per foſ-
ſas in urbẽ redierint enatantes. Eorum tñ nonnulli altis foſſarum aquis enecti, plurimi
ab Sfortianis intercepti fuerunt. Factumq́; eſt accepta diei illius clade, ut ciues paulo-
poſt de urbe põtifici dedenda, & tyranno eijciendo cum Sfortia cõuenerint. Cõditioni-
bus itaq; quas inuicẽ tractauerant à pontifice conceſſis, Antonium ſub ipſis Iulij idibus
captũ, ciues eiecerunt, & urbem pontifici reddiderunt. Tum Venetis Florentiniſq; ſum
mo petentibus ſtudio, põtifex Franciſcum Sfortiam ad Poltranum agri Bononienſis ui
cum cum legione iuſſit ſe conferre. Et hinc Philippo neceſſitatẽ oſtẽtans, qua cõpelle-
rẽt Sfortiam cõtra ſe dimittere, hinc ſocios populos cõmonefaciens, parum profuturã,
in quibus tantopere fiderent Sfortiæ legionem, utroſq; ad pacem perducere contende-
B bat. Et tñ interea poſtquã omnis parebat Romandiola, Cunij comites Lugo ſtatuit eij-
cere oppido, unde multis dudum ea prouincia malis fuerat agitata. Conducto ad ſua &
eccleſiæ ſtipendia Petro Ianpaulo, Vrſino in Parmenſi agro tũc agente, ei muneri præ-
fectus eſt Baldaſar Offidanus, qui homo nouus ob nauatã egregie operam ſeruãda, qđ
ſuperiore oſtendimus loco, Romanæ urbis arce Adriani mole erat põtifici gratiſſimus,
ut nihil eſſet tã arduũ, quin is cõficeret interceſſor. Quamobrẽ repentino elatus fauore,
magnarumq́; gerendarũ rerum cupiditate ardens, quicquid equitatus peditatuſq; pon-
tifici in Romandiola erat, quicquid etiã tyrocinij ꝓuincia mittere potuit, eò contraxit,
nec difficile fuit eijcere deſtitutos omniũ præſidio adoleſcentes. Lugo recepto, & Bal-
daſare Bononiã reuerſo literas patriarcha laureatas põtifici miſit, qđ Præneſte cũ agro
opinione celerius recepiſſet. Id uero factũ eſt ob ingentẽ quã æſtas illa habuit ſiccitatẽ,
fontibus qui aquis antea redundare cõſueuiſſent Romanæ in regionis, ſed magis in Prę
neſte mõtibus areſactis. Potitus ciuitate patriarcha, miſerando & omnibus Italici nomi
C nis amatoribus moleſtiſſimo illius deſæuit excidio. Populo etenim cum rebus Romam
migrare iuſſo, & mœnibus primo pleriſq; in locis funditus dirutis, poteſtatẽ omnibus fe-
cit quæcunq; ſiue ſupellectilis, ſiue materiei ædificiorũ uellent infra diẽ ſeptimã expor-
tandi, quo elapſo termino quicquid erat reſidui mœniũ, ac urbẽ arcemq́; ab imis ſuſtu-
lit fundamentis. Pacata ubiq; Romandiola, quũ nihil eſſet in quo Baldaſar creſcenti in-
dies erga ſe pontificis gratia facilius abuti poſſet, periculoſiſſimũ eccleſiæ malo uir ingẽ
nio facinus eſt aggreſſus. Nouerat põtificẽ poſt recuperatas Romãdiolæ urbes, poſt re-
ſtitutã alibi rem eccleſiaſticam, nihil æque ardẽter cupere, q̃ Picenum, & alia iuris eccle
ſiaſtici, quæ Sfortia occupaſſet, loca recipere. Itaq; illum iuſſa, ut oſtẽdimus apud Poltra
nũ expectantẽ interficere, aut eius delere exercitum meditatus, multiplices ſtruxit inſi-
dias. Diſtat octauo ab urbe Bononia miliario Poltranus põs ligneus, paruã Rheni flu-
minis partẽ manufacto canali deriuatam, quæ nauigia Ferrariã perferat iũgens. Quem
quia agreſtiũ commodis inſeruiat, ne uiatoribus prędonibuſq; iniuſſu magiſtratuum ur
D bis pateat, turris paruo circundata promurio communit. Quum itaq; conſueſſet Sfortia
poſt meridionale tẽpus, quãdo turris eum obumbraret pontem, ſubtus labentium aqua
rũ curſu delectatus, uarijs in ipſo ludis cõmilitones oblectare, duos in arcem Baldaſar
immittit ſagittarios, certo ictu quæcunq; deſtinaſſent petere cõſuetos, qui die ab ſe con
ſtituta illũ de ſagittaria turris rimula incautũ cõfodiant, ipſe interea expeditionẽ in ec-
cleſiæ uicarios Fauentinũ Piſaurenſem, Vrbinatẽq;, qui debita põtifici tributa pendere
diſtuliſſent, parare ſimulans, quantaſcunq; poteſt copias apud Butrium agri Bononien
ſis caſtellũ, eo cõſilio cõtraxit, ut ſi Sfortia ictu ſagittæ occubuiſſet, illius copias ab iniu-
ria prouinciæ & à Piceni præſidio ꝓhiberet. Quod autẽ eiuſmodi conſilia aut palàm fie
ri poſſe, aut aliter ex ſentẽtia non ſucceſſura addubitauerit, uiribus poſtea eadẽ intẽtatu
rus, ſeſe copijs quacunq; poſſet munire ſtatuit. Perpulitq́; põtificẽ, ut à Philippo Medio
lanenſium duce, Piccininum poſt ſolutam dudum Albignani obſidionem, cum legione
apud Parmã habentem ſub incerta cauſa auxilio poſtularet. Fuit uero ea Baldaſaris le-
uitas, ut qui cuperet in illa ſuæ magnitudinis innouitate, oẽs intelligere, nihil eſſe tã ar-
duum, quod non ſibi cõmitteret pontifex, iactando, minandoq́;, & multa de ſe pollicen

do rẽ fecerit emanare, & tñ nihiloſecius ac ſi om̃ia ſumma ac neceſſaria texiſſet ſimulati E
one, Butrium ſe contulerat, facinus impleturus. Tum Sfortia qui aliquot ante diebus à
pontis acceſſu abſtinuiſſet, mutatis à Poltrano caſtris duobus & ipſe paſſuum millibus
apud Butrium conſtitit. Id quum uidiſſet Baldaſar, ſiue ut maiorem confidentiam oſten
taret, ſeu quod in caſtello obſideri ueritus fuerit, in Richardinam rus oppido propin-
quum ad eam partem quæ à Sfortiæ copijs erat remotior ſe recepit, & unica per quam e-
quiti pateret acceſſus uia, obicibus tanquam ſe inſcio à calonibus muniri iuſſa, ſeſe in cã
pis tamdiu ſtatuit continere, quoad Piccininus adeſſe iuſſus, aut ueniret aut petitum mit
teret equitatum. Poſtera die Sfortia compertum habens, nuncium militem notiſſimũ,
qui ſub Petro Ianpaulo Vrſino pontifici militaret, accerſitum Piccinini copias acceſſiſ-
ſe, ſtatuit non eſſe diutius expectandum, & ſtructa acie impetu facto obicem momento
diſrupit, obuioſq; fugauit. Conuocantem uero ſuos & in aciem tumultuarie educẽtem
Sigiſmundum Pandulfum Malateſtam, qui & ipſe in ea Baldaſaris expeditione milita-
ret eccleſiæ, Sfortia ut à prælio abſtineret, ſi cohortem cuperet fore ſaluam admonuit: F
quo in rerum ſubito turbine, Baldaſar minarum & factæ ingentis de ſe ſpei immemor,
oppidum ingreſſus, armis & militari ſagulo abiectis, ſub fœmellæ inopis omni ut ratus
erat ſuſpicione cariturę, lectulo delituit. Sed Sfortia quàm primum fuſis copijs, Baldaſa
rem in oppidum confugiſſe audiuit, captam agreſtium multitudinem perduxit ad por-
tas, oppidanoſq; niſi perfugam redderent, extrema quęq; comminatus perpulit, eductũ
è latebris Baldaſarem exhibere, quem Cutignolam perductum, quæſtionibus ſubiectũ,
quæcunque machinatus eſſet, fateri coegit. Pernicioſam eam rem pontifici fore ſuſpica
tum eſt, cunctis timentibus, Sfortiam iniurię atrocitate furentem rabidumq; die illa por
tis Bononiæ ſigna inferre: quod quidem ſi facere perrexiſſet, ſoporatus Antonij Benti
uolij mortis, cuius Baldaſar autor fuiſſet & miniſter, dolor recruduiſſet: & rerum noua-
rum cupidi, quibus ſemper abundare ſolita ea ciuitas, tunc maxime redundabat, quæq;
aſperrima intentaſſent: tanti efficacia ſunt mali perditorum hominum cõſilia, quę prin-
cipum opes, ſæpius quàm hoſtis euertunt. Cõtinuit uero impetum animi Sfortia, & Her G
molao Donato Venetiarum patritio, qui quum reipublicæ apud pontificem eſſet ora-
tor, ad eum ſe contulit, hortanre, nihil aſperius de Baldaſare tunc ſtatuere: & in Picenũ
ſine aliqua rerum innouatione redire conſenſit. Apud Genuam interea res ſine inſigni
facinore aliquo, Thomæ nouo duci proſpere ceſſerant. Nam leuato Piccinini obſidio-
ne Albignano, & ſi ex melioribus oppidanis quædam agri Genuenſis in Philippi ditio
ne perſeuerabant, nullo tamen in loco bellum gerebatur, quod pontifex pacem conſti-
tuere confiſus, inducias partibus ultrò aſſentientibus indixiſſet. Tria erant, ut longe ſu-
pra expoſuimus, Genuenſis Riperiæ orientalis caſtella, in Alfonſi regis Arragonũ po-
teſtate. Quorum Veneris portum, munitiſſimæ arcis eminẽtia, & portus nobilitate præ
ſtantius, noctu cum militibus decem clàm ingreſſis, Carmadinas peregrinus quum ſin-
gulos Fregoſis ſtudioſos, ni oppidani, apud quem latebat, domum accitos, arma rapere
iuſſiſſet, inferiores oppidi partes, ad auroram recepit: & publicis locis, quæ Arragonen
ſis obtinebat expugnatis, ſubiecta arci & eminentioribus oppidi partibus loca, per quę H
ad inferiora deſcenſus paret, repagulis firmauit. Eſt autẽ arx illa in uetuſtiſſimi Veneris
templi, unde oppidum habet nomen, muris, ſancti Petri caſtellum uocãt, ſummo editiſ-
ſimi montis cacumine ſita, ſi fames & cuſtodum perfidia abſint, nulla expugnabilis uio-
lentia. Quamobrẽ recuperandi per illam oppidi ſpe adductus Piccininus, ſiue quod ru-
pta ab Genuẽſi, qui Arragonenſem lęſiſſet induciarũ fœdera exiſtimauerit, ſiue illa rũ-
pere nõ multi ipſe fecerit, ex agro Parmenſi mouens, in Liguſticos Lunẽſis Riperiæ ori
entalis duxit: ſed quũ aſperos aſcenſu mõtes, portũ Veneris ad Septentrionem clauden
tes, quos peditatu muniros reperit, ſuperare difficile nimis atq; impoſſibile intelligeret,
conuerſis retro ſignis, Sarzanam obſidere perrexit: quã collapſis uetuſtate muris popu
loq; infrequentiſſimã, & nullo munitam præſidio, cepit. Arcem uero Sarzanellum ap-
pellant, in quo Thomas Fregoſius maximas ſeruaret opes, qđ difficilimi aditus mon-
tem incubãt, & turritis munitur altiſſimis mœnibus, nec oppugnare quidem aggreſſus
eſt, ſed ad uicina conuerſus loca, Caſtro nouo prædæ expoſito, alia quotquot ea habet
Riperia cepit caſtella. Exinde Lucam ſe cõtulit, compulſiſq; Lucẽſibus, pacem quæ ſibi
eſſet

A eſſet cum Florentinis rumpere, nonnulla cepit de Piſanis caſtella. Tūc ſociæ reſpublicæ
Franciſcum Sphortiam è Piceno accitum Piſas miſerunt. Simulabat uero & famam paſ-
ſim diſſeminabat Piccininus, ſeſe qui Alfonſo Aragonum regi præſidiū afferre inten-
deret, Arnum tranſire diſpoſitum, & Sphortiā uerbis contemnens, qui ulteriorem aſſer-
uaret fluminis ripā, nulla ui hominū, nulla aquarū altitudine, nullis riparum, nullis agge-
rum munitionibus, tranſitu cum ueller prohiberi poſſe iactabat. In ea tranſeundi ſimula-
tione menſes duos ueſſatus, cum capta in hoſtili agro & finitima Lucenſium caſtella cō
meatus quantum ſatis eſſet militibus & pabuli equis ſubminiſtrare nequirent, lōgius ab
Arno recedens, ad cultiora Lucenſium ſuburbia duxit, ibiq; per hyemē, partim in map-
palibus, partim ſub diuo tamdiu continuit legionē, ut arelcentibus bruma paſcuis qui-
buſq; etiam uliginibus, unde aliquandiu pabulum quæſiuiſſet, cōgeſtiſq; apud agreſtes
alendo pecori ſtramentis ubiq; deficientibus, olearū folijs ramuſculiſq; equos & iumen
ta coacti fuerint ſubſtentare. Adduxerat autē in admirationem multos, tanta illum hye
B mandi auſteritate contra ſuos & ætatis noſtræ mores uſum eſſe, nulla præſertim rei cu-
iuſpiam apparente cauſa, quamobrem duriore uti debuerit militiæ diſciplina. Tandē fa-
cti apud Genuam motus, quid in ea eſſet ſimulatione molitus docuerunt: Baptiſta nāq;
Fregoſius, Thomæ ducis frater, affectatæ tyrannidis libidine impulſus, cū Philippo du-
ce pridem tractauerat, ut quamprimum ipſe, quod cum amicis agnatiſq; diceret conſti-
tuiſſe ducatum Genuæ occupaſſet, adeſſet ſibi præſidio Piccininus. Vere itaq; nouo, cū
Thomas dux diui Dominici templum per diem ſolennem adiſſet, ingreſſus nullo renitē
te palatiū Baptiſta, ſeſe ducem à militibus adſtantibuſq; qui acciti conuenerant ciuibus,
ſalutari iuſſit. Id cum intellexiſſet Thomas, ciuium amicorum & agnatorum qui accur-
rerant frequenti ſtipatus cœtu, quid ſibi faciundum illi cenſerent rogat: quibus ad arma,
ut fieri cœptum erat, arripienda currendum, & amentem perditumq; Baptiſtam capite
plectendum dicentibus: quin potius reſpondit ille, Ducatu me abdicare, quàm ſangui-
C nem fraternum fundere patiar: tandem Baptiſta à ciuibus eiecto, Thomas maiore quam
unquam antea conſenſu dux acclamatur, & Baptiſta donatus impunitate quocunq; ani
mum inducat ire permittitur. Eum Baptiſtæ motum cum fieri deberet exploratū habēs
Piccininus, magnis confectis itineribus ad proxima Genuæ loca Nouiumq; pertexit, u-
bi multos fruſtra moratus eſt dies, & tunc Sphortia ductis trans Arnum copijs, cum per
dita de Piſanis recuperaſſet, Lucenſem populatus eſt agrum. Interea dum tantis oſtenta
tionibus tantiſq; ducis Mediolani & ſociorū populorū impenſis, hinc Piccininus, inde
Sphortia ingentes ſtipendiorū cum tempore terunt opes, neq; aliquod, ut oſtendimus,
patrant facinus memoratu dignū, paribus item tumoribus rex Aragonum & patriarcha
cum regni populos atterunt, tum pauca eorū dignitatibus digna gerunt facinora. Rece
pta nanq; euerſaq; Præneſte patriarcha in Aquilanos eo duxit conſilio, ut cum eam ciui
tatem ab Frāciſci Piccinini, Minicutij, Aquilani & Riccij Monteclarēſis, Aragoneſi mi
litantiū oppreſſione liberaret, tum maxime hoſtem repellendo alienis ſumptibus aleret
legionem: hoſtibus itaq; eueſtigio repulſis, Amatricem eſt profectus, in quod oppidum
D ſe Franciſcus receperat Piccininus, eiuſq; agro ferro igniq; uaſtato Piccininum per iuga
montium cauteſq; præcipitem actū, intra Montisregalis mœnia confugere coegit. Quē
cum diutius obſideri aſperitas locorum prohiberet, eo relicto, & tamen agro Regalium
prius uaſtato, cōtra Minicutium Ricciumq; duxit, quos in Theatino oppido clauſos cū
tridui obſidione nequiuiſſet capere, Aquilam eſt reuerſus, ubi tributo exegit pro allato
præſidio imperata, & Corbatium dclatus Mareriorum caſtellū, illud ui expugnatum, di
ripuit, incendit: inde ex aſperrimis Equicolorum quondā montibus deſcendens in Mar
ſorum loca, partim Riccio, partim comiti Alberti ſubiecta duxit, & admotis Andriæ ca
ſtris cū oppidanos nihil hoſtile timentes reperiſſet incautos, omniumq; bello neceſſario
rū imparatos, oppidum ui expugnatum ditcptumq; ferro & incendio lacerauit. Omnib.
exinde Albeτēſiū caſtellis partim ui, partim metu receptis, Attinati oppido eſt potitus,
ex cuius ſaltu & Caſſinēſi octo paſſuū millibus diſtante, natura munitiſſimis, ſecurus pa
tet in ueteres Campanos & Apuliæ regnum trāſitus. His auditis Aquinates Apinateſq;
Riccio rebellantes in poteſtatem uenere. Cumq; omnia in circuitu paterent, Germanū
Caſinenſis ſaltus oppidū ſe contulit, & dimiſſis per abbatiæ caſtella militib. multas intra

quindecim dies quibus illic eſt moratus,in agrũ Gaietanũ incurſiones fieri curauit. Nec B
dubiũ apparebat,quin erectis in acceſſus ſui ſpẽ regnicolis,Arragonenſiq; rege,cui mul
tò minores eſſent copiæ,territo,facile illi fuerit uictoria potiri,ſiue tamen ut Gallũ regẽ
Renatũ,cui pontifex regnũ aſſerere promiſiſſet,poſtea conqueſtũ conſtat, id regnũ pa-
triarcha tunc recipere noluerit,ſiue commeatus & pabuli inopia,ut ipſe præ ſe tulit com
pulſus fuerit,ſublatis cõtrà ac omnes rebantur ſignis, Romã rediјt. Cumq; per totã,quę
ſecuta eſt,hyemẽ diſtributo in capita ſale,pecunias inde ex uariјs quotquot potuit exa-
ctionibus ex urbe ac earũ regionũ locis contraxiſſet,multorũ menſiũ ſtipendio iuuit ex
ercitum,& motis ſub ipſis kalendis Maiј ſignis aliã in Apulię regnũ iniјt profectionem.
Caſtris itaq; ad Pontiũ Ptolemæi Sublacenſis caſtellũ firmatis,cum illud recepiſſet, ob-
ſeſſum & aliquot diebus fruſtra oppugnatũ Ciperatũ,qui ſaltus eſt natura ſoli munitiſſi
mus,relinquens,Lirim fluuium,Garlianum uocant,ponte iunxit, & traducto per illum
exercitu apud Agneliũ Caſinenſis agri caſtellũ cum exercitu ſubſtitit,iuſſitq; exercitum
cõmeatus in octauam diem neceſſarios cõparare: quòd autẽ per furculas Venafrinas ſal F
tum cæteris difficiliorẽ ſibi eſſet tranſeundum, Angelũ Ronchonem cum peditatu cui
præerat,nocte intempeſta præmiſit,qui ſaltu occupato, Arragonenſis peditatũ eadẽ de
cauſa præmiſſum, paruo temporis interuallo præuenit, Caſtris poſtero die ad Venafrũ
poſitis,patriarcha cũ id oppidũ hoſtili præſidio munitũ uidiſſet progreſſus,Aliphas ob-
ſidere perrexit: quo oppido per fœdera recepto,Pedemontẽ munitiſſimũ natura ſoli op
pidũ obſedit: apud quod edita primo die atroci pugna,ad centum ex oppidanis interce
ptis grauiterq; ſauciјs,inferior oppidi pars capta ac prædæ fuit expoſita.Poſtera die cum
oppidani captiuorũ ſalutẽ libertatemq; pacti,deditionem feciſſent, patriarcha motis ca
ſtris ad molas Capuæ duxit,tertio ab urbe miliario diſtantes. Vbi tres moratus eſt dies,
& cõmeatu omnino deficiente,miſſis turmis quæ hoſtẽ Capua in prælium euocarẽt, cũ
nullus exiſſet per Caiaciã progreſſus Vulturnũ traiecit exercitũ, & caſtris apud Aceras
poſitis,poſtridie ſexcentis equitibus cataphractis phaleratiſq; comitatus,ingenti pom-
pa Neapolim eſt ingreſſus,quẽ Iſabelis regina muliebri item pompa excepit regio appa G
ratu.Cumq; triduo multa diſcordes collocuti eſſent, in caſtra reuerſus,tertia quæ ſecuta
eſt die,ad mœnia Capuæ acie ſtructa duxit.Sed cum facta pugnãdi poteſtate,Alfonſum
regem uidiſſet ſeſe mœnibus continere,inde profectus apud Auerſam conſtitit,& poſte
ra die cum ſeſe illi iunxiſſent copiæ, quas Iacobus Caudola miſit, poſitis contra Sarculũ
caſtris,oppidoq; paucorũ dierũ oppugnatione potitus, illud prædæ expoſitũ cõbuſſit,
arcẽ uero munitionibus circunductis obſedit.Interea princeps Tarentinus, qui Arrago
nenſis partiũ eſſet,cum equitibus mille quingentis, peditibus octingentis ad Fuſculen-
ſem delatus agrũ,duodecimo ad Sarculũ, & quarto ad Beneuentũ miliario in Sabbatiј
fluminis ripis caſtra poſuit,foſſa & uallo attentius communita. Riccius uero & Ioannes
Vintimilienſis cum maiore Arragonenſis copiarũ parte ad Tochũ oppidũ tribus ab Sar
culo diſtans paſſuũ millibus conſederunt,eo conſilio ut obſeſſa hinc à principe, inde ab
ipſis uia,quæ à Beneuento Sarculũ ducit patriarchæ exercitum intercluderent cõmea-
tu.Ea compertũ habens patriarcha,calones ſui conſiliј ignaros miſit,cum paruo ut con- H
ſueuerant præſidio Beneuentũ,curauitq; turmas quatuor ſubſequi auxilio primis,ſi ali-
quis fieret impetus affuturas,ipſe ſtructã in caſtris reliqui exercitus aciẽ continebat. Ca-
lonibus cæteriſq; qui Beneuentũ iuerant cum onere redeuntibus quamprimũ porta e-
greſſi ſunt,eos impetiјt princeps,omnibuſq; iumentis cum cõmeatu captis, primã quæ
illis præſidio data erat turmã,fruſtra repugnantẽ cœperat diſſipare,cũ ſeſe ex inſidiјs pri
pientes eccleſiaſticorũ turmæ,inſultu poſt terga facto impeditã præda & nullo coercitã
ordine diſſiparunt principis legionẽ. Conſtiterant è regione Riccius, Ioanneſq; cũ tur-
mis in aciẽ expeditis,facillimumq; illis fuiſſet laboranti principi opem ferre,niſi ex colle
quẽ inſederant,patriarcham item ſuos in acie uidiſſent cõtinere. Profuit tamen princip
multitudo: amiſſo nanq; maiori ex parte peditatu,prędaq; quam fecerat relicta,ſeſe ex fu
ga colligens,paruã equitatus partẽ amiſit.Ea uictoria audacior factus patriarcha, æquis
quas prius denegaſſet conditionibus arcis Sarculi pręfecto conceſſis, ſigna intempeſtæ
noctis ſilẽtio moueri iuſſit,& mane prius à principis militibus caſtra cõtuliſſe caſtris eſt
uiſus,q; eum mouiſſe habuerint exploratũ. Tunc princeps diſpoſitis ocyus in caſtrorum
circuitu

circuitu ſtationibus,cum expeditis quibuſcꝫ militibus in oppoſita hoſtium caſtris parte
A ſtructam tenuit acie͂.Sed patriarcha Caudolanos,quorum opera plurimum die illa uſus
eſt,cum ſuis militibus in præliũ urge͂te,ſuos item principes qui undiqꝫ irruerent nequi-
uit continere.Tracta eſt in multũ diei uaria eiuſmodi pugna.Tandem princeps dum la-
borantibus in uineto furibundus properat,equo ſarmentis per Auguſti quæ tunc erant
Nonas tenacibus irretito proſtratoqꝫ delapſus eſt captus,& turma quæ illum hoſtib.eri-
pere contendebat intercepta,ſeſe cæteri intra caſtra præcipites recepere.Illatis tamen ſi
gnis patriarcha munitio͂es uiribus irrumpere conabat͂, ſed Gabriel Vrſinus, caſu fratris
territus,de Cumana erumpens porta,amiſſis maiori ex parte impedimentis legione͂ ſer
uauit.Oblata eſt diei illius facinore facultas patriarchæ regni Apuliæ, quod tantopere
concupiſſet pontifex,tantaqꝫ quæſiſſet impenſa potiundi, ſi modo quibus ad eam diem
uſus eſſet amicos retinere,& principe͂ cum multis quos haberet ſui ſtudioſos,ad beneuo
lentiam allicere uoluiſſet.Sed cum principe͂ maiore ꝙ co͂ſueuiſſet hoſtes amplexus eſſet
B comitate,Iacobum Caudola͂ acerrimas cum illo exercente͂ inimicitias abalienauit:prin-
cipi etenim honeſte primis diebus habito, & ſubito ad propria dimiſſo, iuſſit ut copias
quas poſſet contrahere,primo quoqꝫ tempore ad ſua perduceret caſtra,quarum copiarũ
adiumento regni reliquias conficere confidebat. Caudola autem ad colloquium uoca-
to præmiſit,qui ſeſe ea ratione principem illæſum intactumqꝫ diceret emiſiſſe,ut cæteri,
quos id regnum haberet plurimos,tyranni illius exemplo allecti,faciliores ſubijci redde
rentur. Tantum uero abfuit,ut Iacobus ira & odio in illum concitus acceſſerit,quòd ſuis
co͂militonibus qui egregiam in eo prælio præſtitiſſent opera͂ reuocatis, ipſe in munitis
natura locis exercitum continebat. Acceptis uictoriæ illius literis pontifex Romanus,
patriarcham contra concilij Baſilienſis decreta,quę tunc primo cœpit ſpernere,cardina
lem ſub titulo ſancti Laurentij in Lucina creauit.Sed is cui exinde Flore͂tino fuit cogno
mentum,poſtea Caudolæ,ut oſtendimus,ſubſidio deſtitutus,nec aliqua ex parte princi-
pis fauore adiutus,minora ꝙ unquam antea in ſeque͂ti autumno geſſit facinora, adeo ut
Alfonſus rex qui ſeſe oppidis continere prius conſueuiſſet,uarios quandoqꝫ in illum im
C petus facere ſit auſus.Tandem hyeme media,cardinalis ipſe, Salernũ cuius ciuitatis po-
pulus ferè omnis ad proxima co͂migraſſet, cuiuſqꝫ arcem munitiſſima͂ Arragone͂ſis præ
ſidio tenebat,ingreſſus eſt. Id co͂pertum habens rex cum exercitu ꝙ potuit paratiſſimo
profectus,ſaltibus in circuitu occupatis,commeatu illum undiqꝫ intercludit.Nec erat re
medij quicquam reliquum,quin cardinalis in uacua ciuitate obſeſſus cum legione in re
gis fieret poteſtate͂.Tum qui ad eam diem nulla moderatione adhibita,Caudolam inimi
ciſſimis uocibus fuiſſet inſecutus,nuncios ad regem miſit,ſeſe qui pacis in regno conſti-
tuendæ gratia aduenerit,ſed prius perfidum Caudolam tollere, ꝙ regem ipſum exaudi-
re in animum induxiſſet,eò loci perductum, accederet inducijs rex, quibus conſtitutis
Caudolaqꝫ ſublato(nam eius rei magna͂ facilitatem eiuſmodi induciæ exhiberent ) fore
ut ſe interceſſore pontifex omiſſa inani regis Gallici expectatione,regnum illi aſſerat,ta͂
tis periculis laboribuſqꝫ quæſitum.Inducijs ſummo co͂ſenſu perſcriptis excedens Saler-
no cardinalis comperit Iacobum Caudolam,quòd ægre tuliſſet Arragonenſem ea auge
D ri uictoria,ſibi pręſidio aduenient͂e,haud longè cum copijs ſubſtitiſſe,paucorũqꝫ interie
ctu dierũ cum rege͂ cardinalis à fœderib.diſceſſiſſe diceret,ꝙ eccleſię ſtudioſos in ſua fœ
dera co͂puliſſet,no͂ ſolum redijt cum Caudola in gratia͂,ſed eò inter ipſos amicitiarum eſt
peruentum,ut rege͂ fraude dolis'ue co͂ſtituerint opprimendũ.Cum tamen hæc miſſis no
cte ultrò citroqꝫ nuncijs occulte agerentur,minabatur,& præ ſe ferebat interdiu cardina
lis ſeſe unico Caudolæ excidio animũ adieciſſe. Per nocte͂ itaqꝫ Chriſtianis ſacratiſſima͂
nataliciorũ Chriſti mouens cum copijs de prima uigilia cardinalis, Caudola͂ medio itine
re expectauit,quo licet co͂ſtituto tardius ueniente,ambo de quarta uigilia ſunt profecti.
Fuerat uerò conſilium,ſi noctu impetum facere potuiſſent, regem dormientem cum co
pijs intercipere.Sed cũ lux eos in itinere detexiſſet,& præmiſſos à Caudola leuis armatu
ræ milites,ex faucibus uallis unde in caſtra regis rem diuina͂ facie͂tis impetum fieri opor
teret,conſpicati eſſent no͂nulli milites regij,ad arma eſt conclamatũ:neqꝫ auulſis derepe͂
te ſignis tentorijſqꝫ & omnibus in fugam conuerſis, inde prius potuit rex mouere,ꝙ ho
ſtes irruerent furibundi.Et tamen amiſſis impedimentis,quorũ precioſiora fuerũt ſacris
deputata,

deputata, rapido aufugiens curſu, legionem Capuam reduxit incolumem. Quam uero E ſubitam & abſq; honeſti ratione inierant duces amicitiam, ſlico lacerarunt. Digreſſi nãq; die illa cardinalis ad Sarculum, Caudola Neapolim uerſus legiones duxere. Paruo poſt tempore circum ea loca moratus cardinalis cum regem metuens propinquum nihil intentare auderet, ad ſuperum mare duxit, & Tranum urbem, cuius arx pontificis pręſidio tenebatur, recipere ſtatuit. Sed oppidani Arragonẽſium præſidio adiuti, arcem munitionibus circunductis claudentes, omnes illius conatus irritos reddiderunt.

## BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLInatione Romani imperij, Decadis tertiæ, Liber octauus.

IN EA quam inſtituimus diuerſarũ inter ſe Italiæ rerũ narratione, nihil eſt operoſius, ꝙ cum geſta in regione una ſcribere aggreſſi fuerimus, ita dicẽdi curſum moderari, ut eodẽ tempore, alibi geſtorum ra F tio habita uideat̃. Cardinale etenĩ Florẽtino ad eã, de qua diximus, difficultatẽ in Apulis perducto, maioribus item curis Romanus põtifex angebatur. Nã cũ multa in eam à Baſilienſi concilio eſſent intẽtata, quib. refellendis alio concilio opus eſſe uideret̃, cõcilium illud Ferrariã tranſtulit, ad quod inchoandũ eſt profectus. Expectauit interea principẽ Tarentinũ cardinalis, cuius adiumento oppidanorũ præſidijq; uires frangere, & munitiones ſuperare ſperaſſet, ſed cum diutius ille ꝙ promiſiſſet tardaret aduentum, intereaq; Alfonſus rex contra ducturus copias diceret̃, ſibi timens cardinalis exercitu apud Vigilias, curæ Laurentij Attenduli Romano pontifici ſtudentis dimiſſo, triremem cõſcendit ueternoſam ex traiecto in prima quæ oblata eſt tẽpeſtate Adriatico, ſecundum littora Dalmatiæ & Liburniæ, Venetias & inde Ferrariã ad pontificẽ ſe contulit. Per ea etiã tempora Renatus rex Gallicus carcere ducis Burgundiæ, in quo multos egiſſet annos, liberatus, claſſis quã apud Genuam cõparauerat præſidio fretus, Neapolim acceſſit, & Iacobus Caudola dimiſſorũ à cardinali Florẽtino in Apulia equitũ queq; G optimũ ſeligens, copias auxit, acciuitq; Neapolim Renatus Michelettum Attendulum mille equitum ductorem, qui proximo triennio Calabros in fide continuiſſet, ut tãtis copijs terra mariq; coactis, apparuerit regnum Neapolitanum in noui regis poteſtatẽ redactum iri, futurumq; ut tantorum quæ illud afflixerant, malorum finis eo in tempore uideretur. Sed eius item regis ductu, quemadmodũ priori tẽpore, afflicta ſunt potius multa, ꝙ aliqua fuerint reſtaurata. Receptis nanq; à Malphitanæ regionis maritimæ caſtellis, quæ in Arragonenſis poteſtate paruo fuerant tempore, claſſem Genuenſes reduxerunt, & Tarentino principe ad partes Arragonenſis reuerſo, paria, & eò populis pernicioſiora, partis utriuſq; fuerũt arma. Breues hactenus ſi temporis prolixitatem attendimus, & longi ſermone pro parua rerum dignitate fuimus, dum hinc Romanæ eccleſiæ, hinc regum duorũ uiribus geſta recenſuimus, quæ dimidiã opum, dimidiamq; populorum Italiæ partẽ atterunt. Pari item forma temporis & facinorũ habenda eſt ratio recenſendis, H quæ affligendo, quod eſt Italiæ reliquum, regio potentatu, hinc Philippus Mediolanenſium dux, inde populi Venetus & Florentinus gerunt. Ingreſſus Lucenſem agrũ Franciſcus Sphortia, prius omnia, excepto quod in Apẽnino eſt Caſtellione, cepit illius caſtella, ꝙ Nicolaus Piccininus ſpe motuũ, quos in Genua cõcitari ſperaſſet, uſquequaq; deſtitutus reuerteret præſidium Lucenſibus allaturus. Poſtquam uero in agrum Parmenſem reduxit copias parandis commeatibus, quos per inimica iturus loca ſecum deferret, quibusq; obſeſſam iuuaret ciuitatem longiuſculam traxit moram. Nam cum frumenta in agris, partim herbeſcentia equorum pabulo ſuccidiſſent Sphortiani milites, partim matura abſtuliſſent, ea de cauſa coacti uaſtatores. Laborabat fame ciuitas Luca, cuius obſeſſæ partis Florentini ſingula oppoſuerunt caſtella, ut in ea ſtatione deputati milites, cũ illa ſeruarent, tum prohiberent exitu oppidanos. Vnde ad eam rerum tenuitatem redacti erant Lucenſes, ut amiſſis frumentis, cum neq; ligna, neque autumno uuas, neq; interea quicquam equis pabulo futurũ importare potuiſſent, Philippo deditiſſimi ciues, & Moretus Nazareus, quã primis belli temporibus à Philippo miſſus, turmæ unius equeſtris

trecen

A trecentorumq; peditum præſidio ciuitatem tenebat, de ea dedenda ſæpen umero cogita
uerint. Subſtentabat uero illos Piccinini ſpes, quē per dies ſingulos expectarēt: quanq;
aſſeruerunt diſſeminaruntq; per Italiā Florentini, Venetos, cū uerbis publice, tum priua
tim literis Lucenſes ut bono animo eſſent, neq; deſperantes ſe Florentinos ſubmitterēt
exhortatos fuiſſe. Exierant eñ priuſq; adeo dura obſidione ciuitas premereť, iurecōſul-
ti duo, populi oratores, qui pontificē Romanū, Philippū Mediolani ducem, Venetos,
& ipſos Florentinos adeuntes, opem, ſubſidiū, fœdera, pacē ubiq; enixius implorabant.
Nec eis oratoribus, ut poſtea eſt compertū, facultas deerat, quęcunq; reſciſſent ſcribi di-
gna magiſtratibus per epiſtolas nunciandi. Parato cōmeatu Piccininus montana Lucē-
ſis regionis loca, Pontremulū Sarzanamq; interiacentia eſt ingreſſus. Tenebat uero ſal-
tus oēs præſidio Sphortia, & ſi qui eſſent humiliores in ea montiū aſperitate colles, per
quos aditū hoſtibus patere ſuſpicaretur, eos foſſa interciſos latiſſima cuſtodibusq; adhi-
bitis cōmuniuit. Recepit tñ Piccininus nōnulla paucis habitata colonis caſtella. Sed cū
B Bergam munitiſſimū natura loci oppidū obſideret, neq; aut caſtra muniſſet, aut ſolita di
ſciplina contineret exercitū, quoniam triginta paſſuum millibus ab Sphortia, collibus ri
uisq; primis interiacentibus, remotus nihil timeret, parum abfuit, quin cladem acciperet
maximam. Miſſus nanq; ab Sphortia cum leuis armaturæ peditatu, Petrus Brunorius cē
turio fortiſſimus, cum obſeſſos noctu de acceſſu ſuo feciſſet certiores, hinc mane ſub ſo-
lis exortū, hoſtes nihil ſuſpicatos aggreſſus, omniū caſtrorum multitudinem, eos latroci
natum adueniſſe ratam, in ſe cōuertit: inde oppidani effuſo agmine erūpentes, quicquid
erat militū circa inermem Piccininum, arma corripere coegerūt. Petro aūt acrius inſtan-
te, conuerſi in fugam, qui accurrerant inermes omnē territauere exercitū, ut ſine claſſici
ſigno, aut Piccinini imperio ſigna multi exercitumq; intrepidi deſeruerint: forte erat die
illa ſtationis caſtrorū à Piccinino diſpoſitæ ductor Lodouicus Gonzaga adoleſcēs, mar
chionis Mantuani filius, quē genitor Philippi ſtipendia ſe inſcio ſecutum, quocunq; le-
C gum rigore poterat, ſucceſſionis & hæreditatis iure priuauerat. Is ruentib. in diſſipata ca
ſtra Brunorio oppidaniſq; obuius, conſertoq; prælio ſaucius, cū paucis captus fuit. Pic-
cinino autē medijs caſtris, quo in loco prætorium habere conſueuiſſet, ſuos claſſico &
ſublatis ex more ſignis cōuocante, tantus eſt factus armatorū concurſus, ut ſuis diffiſi ui
rib. Sphortiani direptis, quæ ad manū erāt impedimētis, ſeſe in editiora oppido ſubiecta
receperint. Seceſſit tamē cū legiōe Piccininus, & Brunorius relicto oppidanis prędidio,
Lodouicum perduxit ad Sphortiā. Inſtabant eo tempore apud Florentinos Veneti, ut
poſtquam ager Lucenſis in eorū poteſtatem uenerat, & ſaltibus in circuitu munitis pe-
ditatu, nihil ſpei obſeſſis erat reliquum, quo minus fame confecti deditionem facere co
gerentur, dimitterent Sphortiam, cui in Tranſpadanam regionē delato, omnes ſuas ſub
ijcerent copias, ut Abduam fluuium, quod facillimum crederent futurum traijcientes,
Philippum de agro Mediolanenſi tutando, certare compellerent. Ei quam dicta de cau-
ſa Veneti miſerant legationi reſpondentes Florentini, & ſi magnas prætēderint difficul
tates, quib. ab dimittendo Sphortia iuſte abſterrerentur, id tamē Sphortiæ arbitrio relin
D quere oſtendebant. Is uero ab eadem legatione de traijciendo admonitus, nō æquū eſſe
reſpondit, ut cum paria ab utriſq; populis acciperet ſtipendia, uni pareret altero reniten
te. Rebus per eas ambages diu protractis, Veneti qui audiſſent Florentinos propalam
queri, illā Sphortiæ Hetruria abducendi quæ fieret inſtantiā, eò ſolum tendere, ut Lucē
ſes obſidione leuati, uires reſumerēt, aliquid intentare ſtatuerūt, cuius facinoris argumē
to intelligerent Florentini Venetā gentem quæ belli prolixitatem odiſſet, eam illius ge
rendi rationem inſtituiſſe, ut bellorū ſatietatem faſtidiumq; Philippum capere facerent
coactum de patriæ penatumq; cuſtodia cogitare. Cum itaq; ſtaret eis ſententia nihil frā-
gendis Philippi opibus æque idoneum, q̄ ſi opulentiſſimum Mediolanenſem agrū, un-
de neruos ille potentatus ſui pecunias contraheret, incurſationibus latrocinijſq; uaſta-
rent, Abduā quà is fluuius ad Bergomēſem pertinet agrum, ponte iungere ſtatuerūt, ut
caſtello in ulteriori fluminis ripa excitato poteſtas fieret Mediolanū uſq; copias immit-
tendi. Itaq; materia in ualle Martinenſium clàm parata marchionem Mantuanum gene-
ralem copiarum præfectum eò noctu ducere curauerunt. Præmiſſus tamen eſt cum pri-
ma acie Gata, ex cuius ingenio pons fuerat inſtitutus, qui uadato per noctem natantib.
equis

equis amne,cum lintribus quas plauſtris cōportarat,pedites traieciſſent,faciendo ponti B
carris aduecto intentiſſimus inſiſtebat. Incōmodo aūt fuere maximo nocturni imbres,
quos imis ſub Alpibus immodice effuſos nequaq̃ nō ſenſit exercitus.Sed cum de quar-
ta uigilia Larius lacus illis ſubito intumuiſſet,auctus inde ad aurorā Abdua fluuius trāſ-
uectas cum Gata cohortes reliqui exercitus præſidio reddidit deſtitutas, q̄ lintriū in ea
amnis rapiditate nullus fuit uſus,& tranantes temerario auſu equites uorticibus ſunt ab
ſorpti.Sole interim exorto cum proximæ regionis agreſtes montani Brigantienſes eas
hoſtiū cohortes traieciſſe,cæteros è regione tranſeundo intentos conſpicati,accitis Loi
ſii Seuerinatis militibus,in ea regione hyberna ducentibus accurriſſent,tamdiu impetū
ſuſtinuit Gata,quouſq; ruentes in uada milites enataſſent. Omnibus tn̄ ab hoſtis gladio
ereptis,cum plurimos ulteriorē ripam ſaluos attigiſſe,quoſdam aquis abſorptos eſſe cer
neret,ſuis qui ſecum hoſti reſiſtebāt præmiſſis ultimus adnatauit.Fruſtrati ea tranſmittē
di ſpe Veneti,poſtq̃ ſopitū renouauerant bellum,iubent Mantuanū,Abduenſis glareæ
ſubiecta Philippo oppida oppugnare.Quæ cum Piccinino renunciata eſſent,ex Lunen F
ſi Liguſtica regione mouens,quartis caſtris ad Padum duxit,& cum diem unam traijciē
do exercitu conſumpſiſſet,tertia quæ ſecuta eſt, in conſpectū hoſtibus acceſſit. Veneti
autem milites illius aduentum habentes exploratū, in locis ad eam partem paluſtribus,
qua hoſti unicus eſſet acceſſus,ſeſe cōtinuerunt,unde nec pugnādi copiā neq; impetum
facere potuiſſent.Siue tamen pudor, ſiue pabuli coegerit inopia, mutatis ad octauā diē
caſtris,apud Bulgheriam Bergomenſiū conſedere.Eos lōgo circuitu per montana Ber-
gomenſiū,tertia inſecutus die Piccininus, intra caſtellū pontis ad Olliū egit præcipites,
quingentis carris quos deferendis exercitus impedimentis deputatos habebāt,cū com-
meatibus interceptis.Inde in agrū Bergomenſem ducens, pleraq; ad eam partem ſita ce
pit de Bergomēſibus caſtella.Tum Veneti rebus in cōtrariā,q̃ exiſtimaſſent partem in-
clinatis,ut qui hoſtē agitare rati,bello laceſſerent acerrimo,apud Florentinos,ut Sphor
tiam trans Padū ad ſe mitterent uehementius inſtitere.Qua in re cū uarias hinc à Sphor-
tia,inde à Florentinis tergiuerſationes fieri uidiſſent, illū ea ratione ſaltē Rhegium lepi- G
dum mitti efflagitarunt,ut Parmæ timēs Piccininus, Bergomū qua iamiam premi cœpe
rat,obſidione leuaret.Is enim Calepio funditus demolito, eam uallem & Treſchoriā pri
mo recepit,& diui Petri ponte caſtello tria à Bergomo paſſuū milia diſtāte, expugnato;
prominenti arcem ciuitatis arci,Capellā uocant,bombardis admouerat.Tandē conceſ-
ſit Rhegium Sphortia,cuius ex Hetruria fatiſcentē motū, quamprimū Piccininus ha-
buit exploratū,& ipſe mouens Parmā ſe cōtulit. Qđ aūt de pontifice ſuſpicioſus Sphor
tia uereretur,ne cardinalis Florentinus,qui paulo ante ex Ferraria profectus,Romā re-
uerterat,Piceno recipiendo intenderet,octingentos equites ductore Italiano Foroiulia
no in eam prouinciā pręſidio miſit,ut cum cohortem unā fratribus Picenum adminiſtrā
tibus attribuiſſet,turmasq; aliquot ad continuandā Lucæ obſidionem dediſſet Florenti
nis,Italiano ad extremum dimiſſo uix dimidiā apud Rhegium habuerit legionē. Poſtu-
lantibus uero Venetis,ut Sphortia pace, quā Ferrarienſis marchio cū Philippo duce du
dum ſeruauerat rupta,agrum Parmenſem diſcurreret,nouoq; implicitū bello Piccininū, H
ne Padum ultra traijceret, deſtineret, promiſſis ille copijs augeri identidē poſtulabat,il-
liſq; nullas mittentibus quin ut Padū traijceret inſtantibus,&cum obſtinatius recuſaret;
dimiſſam legionem dimidiam auerſæ à gerendo bello uoluntatis cōiecturam facere im-
properantibus,ſtipendia quoq; interim petita lente diſſoluentibus,cœperat de repenti-
no in Hetruriam reditu cogitare,ſublatiſq; per iracundiā ſignis iniuſſus abſceſſiſſet, niſi
eum precibus retinuiſſent Florentini, Venetos rati illū ad Lucæ oppugnationē ab ſe re-
uocatum opinaturos.Egit etiam cum Venetis pontifex Romanus,quem tunc curiā Bo-
noniæ oſtendimus habere,ne latrunculorum eiuſmodi excurſionibus, paruam reipubli-
cæ ſuæ dignitatem minimaq; bello cōmoda allaturis uellent Emiliæ uiæ itinera,quæ ſo-
la Gallicis Hiſpaniſq; ad Romanā paterent curiam, reddi intuta. Et Nicolaus marchio
Eſtenſis,qui Rhegium urbem feudatorio iure habuiſſet à Philippo,licet nihil denegare
auderet,moleſte tamen ferebat eam ſibi impoſitā eſſe neceſſitatē,ut pro bello minimum
habituro momentum perfidiæ notaretur. Interim Piccininus quem hoſtium conſilia
multis cognita,extremū non latuiſſent,relicto in agri Cremonenſis & glareæ Abduēſis

A finibus præſidij quantū tutādis incolis ab incurſionibus hoſtiū ſatis eſſet, omneſq; Phi-
lippi copias Parmā contrahit, commeatuſq; ui maxima propinquis oppidis imperat, a-
gaſones ad ſexcentos cū ſingulis iumentis ad ſe mitti curat. Et fabris lignarijs quotquot
haberet ciuitas, ſcalas ponteſq; ligneos facere iuſſis, propalā edicit militibus, ea ut com-
pararēt quæ opem Lucenſibus allaturi, per abrupta mōtium & inter hoſtium tela ducāt
itineri neceſſaria. Quibus minis cū aliquādiu intumuiſſet premiſiſſetq; onuſta cōmeatu
ſcalis & pontibus iumenta, petentibus Florētinis Sfortia in Hetruriam paribus cum ho
ſte cōtenderet itineribus, faciliter aſsēſi ſunt Veneti, quippe quibus ſatis ſupraq; uidere
tur audaciſſimum hoſtem, & ſuum quo parum uti poſſent oneroſum copiarū ductorē,
in Hetruriam ſe transferre. Quamprimū itaq; mouiſſe ſigna Piccininum Sfortia habuit
exploratū, & ipſe mouens prius recta per Mutinenſes traiecit Apenninū, quàm tunc de
induſtria inceſſu ſegnis Parmēſi agro exceſſerit Piccininus. Oppoſitas poſtea ducū co-
pias aliquādiu diremerūt Appennini iuga, & licet Sfortia peditatus robore ac ſaltuū op
B portunitate fretus, maximas Piccinini uires quotiēs cōgrederentur faciliter repelleret,
uarios tamen bellorum caſus cōſiderans, & ſi fortè Piccininus cuiuſpiā fraude, aliquóue
aſtu uia ab ſeſe auerſa traieciſſet, paruo quē retinuerat equitatu diffiſus, à Florētinis au-
geri copijs flagitabat. Qui tanta illius coacti inſtātia Venetos orauerūt, ut Guidātoniū
Manfredū in Brixianis militantem, cui populus Florentinus ſtipendia ſolueret, dimitte
rent in Hetruriā traducendum, aut ſi eum propria impenſa retinere mallēt, illius ſtipen-
diorum æra cōſcribendis quos ſupplemento peteret Sfortia equitibus impēdi paterentur.
tur. Seceſſerat interea in patriā Ioannes Franciſcus Gonzaga Marchio Mātuanus, mul
ta inter abeundū odij in Venetos cōcepti ſigna præ ſe ferens, & Fredericus Cōtarenus
exercitum Venetorū, cui à Senatu gubernator erat datus, acceperat. Venerat quoq; ad
exercitū Paulus Trunus uir Patritius, qui cum ex Senatus, ut dixit, ſentētia, ductores in-
ſolentius de negligētia atq; perfidia arguiſſet, quoſdā animis pridem abalienatos, ut di-
mitterentur, poſtulare coegit, eorū primus fuit Guidātonius Mānfredus. Quo ſine diffi-
C cultate dimiſſo, Veneti primarios ex cōmilitonibus ſuis retentos, honoribus extulerūt,
paulopoſt Aſtorgius Mānfredus Guidātonij frater, & Borſius Eſtenſis adoleſcēs, eque-
ſtris ordinis Nicolai Marchionis filius, pari facilitate dimiſſi alter Philippi, alter Sfortiæ
ſtipendia ſunt ſecuti. Auctus Guidantonio à Florētinis Sfortia inſtare cœpit, ut emerita
etiā ad eam diem darent ſtipendiorum æra, alijs quæ in promptu eſſent turmis ſuo exer-
citui adiungendis. Sed cum e ueſtigio diſſoluta, quęcunq; illi deberent, eſſent perpauca,
ad Venetos miſit, multorū menſium ſtipendia debentes. Qui cum miſſum ad ſe quęſto-
rem audire diutius diſtuliſſent, admiſſo poſtea fore dixerunt, ut Sfortia Padum cum le-
gione tranſmittēs copijs, armis, pecunijs ſupra quàm cuperet expleretur. Et cum literis
interea ſollicitatus ab Sfortia quæſtor in Senatu dixiſſet, proficiſcenti ſibi Sfortiā prȩce
piſſe, ut emeriti ad eam diem ſtipēdij, ſi peteretur calculū poneret, & datas reciperet pe-
cunias: nec aliud eſſe rerum genus, in quo poſſit uerbi aut facti reddere rationē. Reſpō-
dit princeps, eum eſſe Venetorum morem, eam iuſtitiam, ut omnibus quicunq; promiſ
D ſam ſcripto iureiurandoq; exhibeant operam, promiſſa ipſi diſſoluāt ſtipendiorum æra,
proinde induceret animū Sfortia, ut nullas ab ſe pecunias peteret, aut quod poſceretur
promiſſam militiæ operam exhiberet. Quæſtore autē acrius urgente, & emeritas Sfor-
tię pecunias dari, aut ſibi liberū fieri, ut fide qua illis aſtringeret abſolutus, ſuis cōſuleret
rebus poſtulante: princeps dixit, Quin liberum ſupraq; nō inuiti facimus. Eo tum con-
tra ac rati fuerant urbe digreſſo miſerūt Veneti Florentiam & ad Sfortiam oratores, qui
cum ęris diſſoluendi nullum facerent uerbum, proteſtarentur Senatum exiſtimare, non
potuiſſe uerba quæſtori dicta Sfortiam liberare, quin quoad conſcripta dictaret ſtipen-
diorū eius formula, ſibi quemadmodū antea militaret. At ſiue Sfortia, quod multi exiſti
marunt, prioribus quādo apud Rhegiū erat tēporibus Philippo Mediolanenſium duci
aures diu occluſas accomodare cœpit, ſiue exaſperatum reuerſo quæſtore in Venetos
odium pendentē prius ruere fecit, qui nouis Philippi fœderibus inhiabat, nihil oratori
reſpōdit. Quin illo Hetruria digreſſo, Florentinos ut integra diſſoluerēt pro ſe Venetis
ſtipendia, uel ſe quemadmodum & Veneti miſſum facerēt, inſtare cœpit. Qui precibus

illum promiſſionibuſq; demulcentes orarunt, tādiu patiens ſuſtineret, quoad pecunias E
uel maximo cum incōmodo ab exhauſtis ciuibus extorquerent, & interea Venetos ne
ea eſſent peruicacia admonerent. Cumq; ingenti angerētur cura, quibus aut dāda eſſent
Sfortiæ ſupra uires æra, aut illo dimiſſo, extrema rei deſolatio ſubeunda, præſtantiſſimū
ciuē, qui & Venetis gratior eſſe cōſueuiſſet, Coſmamq; Mediceum miſerūt Venetias ora
torem, qui cum multa ciuibus Venetis priuatim in eam ſentētiā dixiſſet, ut ſi admiſſo in
Senatū fieret lata dicendi quæcunq; uellet poteſtas, ſi itē Senatus illi quæcunq; moleſto
de Florētinis ferrent tuliſſentue animo aperiret, fore, ut pernitioſæ, & alioquin maxima
paritureę mala ſimultates tollerent: introductus huiuſmodi habuit orationē. Quod ſem-
per aliàs, poſtquā malè cōcordis tunc Florētiæ ciuitatis iniuria eiectus, ad uos ueni, ma-
ximo duxi à deo noſtro muneri, quod mihi ex eo tēpore felicitati & gloriæ duxi, ut ue-
ſter Venetus, ueſtræ reipub. charus dicerer, exiſtimarer, magno mihi princeps illuſtris
oneri apud ciues meos eſſe incipit: adeò ut quod ueſtro de me tali iudicio elatus cōtraxi
inanis gloriæ peccatū, mœrore animi quo excrucior potuerim abolere. Grauib. patres F
optimi, & quæ diutius nullo poſſit modo ferre impenſarum oneribus premitur ciuitas
Florētina. Satiſq; habeo exploratū, quod uos pariter nō ignorare ſcio, nullū eſſe aut uſq;
loci unquā fuiſſe ingenij, artis, induſtriæ, genus excutienda, inuenienda, abradenda, ex-
torquēda pecunia, quod nō ciues noſtros & neceſſitas inuenire & uolūtas fecerit exer-
cere. Sed quod militibus ſenio uulneribuſq; cōfectis plerunq; uidimus accidere, ut quo
iuuenes integriq; plurimū ualuerint ſaltu prouocati, cum poſitum ab ijs qui præſilierint
ſignum, oculo pedibuſq; dimenſi ſuperare & polliceantur & credant, conati poſtea nō
attingāt, & quo enixius repetierint eo eneruati corporis uitio lōgius recidāt: itidem no
bis hoc tempore cōtingit, ut noſtri erga uos officij nō immemores, pactas ex fœdere pe
cunias quemadmodū antè appendere cum poſſe cōfiſi promitimus, tum etiam anhela-
mus, quo poſtea magis enitimur, eo poſſimus minimū. Vnde factū ut plenas querimo-
niæ literas à uobis ſæpenumero acceperimus, qd tardè nimis ac parcè data cōmunibus
ſtipendiarijs æra, uoluntati nō impotentiæ attribueritis. Factum eſt etiā ut quod neceſ- G
ſitas attulit, Lucenſe bellū nec ad cōſummatā uictoriā perducere: nec quod pariter op-
tamus, cum rerū ſalute poſſimus intermittere. De neceſſitate uerò quod dixi, poſtquam
in eius rei mentionē incidi, cum explicauero, fortaſſis cætera quę huius diei intentio ef-
flagitat, reddent intellectu faciliora. Meminiſtis, princeps optime, quod omis nouit Ita
lia, Nicolaū Piccininū, qui incognito tunc nobis aſtu, motus Genuæ operiretur, tandē
in agro Piſano exercitū cōtinuiſſe, quoad direptis oppidis, exuſtis uicis, agro undiq; cō-
pilato, fames illum retrocedere compulit. Cum autē aſperam ſub diuo duraſſet hyemē
& damnoſiſſimā populo Florentino ſimulationem detexiſſet, Baptiſtæ Fregoſij in fra-
trē impietas, illo Lucenſi agro excedēte, immiſſus eſt recipiēdis quę amiſeramus caſtel-
lis Franciſcus Sfortia, uobis nobiſq; cōmunia faciens ſtipendia, quē auertendo à Piſæ
mœnibus, ab agri Florentini incendio communi hoſte ex Piceno uocari fuiſtis aſſenſi.
Eo noſtris, quas propria cōſcripſimus impenſa, copijs freto, dum noſtra quæ hoſtis pręſ-
ſidio tenebat, reciperet pleriſq; Lucenſiū caſtellis potito, cum Piccininus ſpe ſua fruſtra H
tus in Hetruriā rediturus uideretur, placuit, cōſilio eſt factum ueſtro, ut expugnatis Lu-
cenſium caſtellis, ſaltibuſq; ubiq; uel interciſis, uel pręſidio firmatis, Piccinino in Hetru-
riam, unde in Apuliæ regnū crederetur iturus, præcluderetur aditus. Hinc eo acceſſum
differente, & noſtrorum uictoria procedēte, ad Lucæ obſidionem nō alia quàm ut dixi
neceſſitatis ab tēpore & à uobis impoſitæ cauſa eſt peruentum, qua ciuitate potiri facili
mum dixerunt fore militarium rerum periti, & noſter populus tunc ſperauit. Quæ uerò
obſtiterint, infortuniúmne noſtrorū, an quæ ad manus peruenerūt literæ adhortationis
plenę à ueſtris ciuibus ad illos datæ, & data inſuper Lucenſiū oratoribus ab hoc Senatu
pacis ſpes maxima, haud affirmare auſim. Quod certū eſt nō diſſimulabo, niſi Sfortiam
traijcere Apenninū, meliore ut reor iudicio quàm ſucceſſu uoluiſſetis, quę nūc in rebel-
lione durat, quæ ſocietatis noſtræ uires nunc diſtinet, & utinā non diſſipet, eneruet, Lu-
ca in poteſtatem iam diu ueniſſet, liberumq; eſſet factum, hoſtem qui diuiſas tribus di-
ſtātibus in locis copias noſtras uel ſuperat, uel æquat, iunctis & in robur unum coactis
utriuſq;

A utriuſq; populi uiribus opprimere,exterminare.Quod autẽ attulerit fructũ Rhegienſis
illa expeditio,poſtquã huc loci ea eſt uentũ cauſa,ut homo patria Florentinus,fide,con
ſuetudine,affectione Venetus,quæcunq; in cõmunem rerumpublicatũ ſalutẽ ſint mihi
nota aperiam, quæſo attenti audiatis. Cum ſibi ab Romano pontifice timens Sfortia,
quod uobis ſępenumero dixiſſe memini,cõſtanter propoſuiſſet,nullas fore tãtas aut pe
cuniarum,aut precum,aut ſuaſionũ uires,quibus adduci pateretur,ut trium dierũ itine-
rẽ,longius à Piceno abeſſet,Padũ copias traducere à uobis requiſitus,obſtinatè recuſa-
uit,nec ullæ fuerunt populi Florentini artes,nulla priuatæ rei cõmoditas,nulla capiẽdę
Lucæ auiditas,quæ illi tranſitũ diſſuaſerint: ductis poſtea Rhegiũ copijs, cũ obſeſſo ab
Romano pont.per Romandiolam itinere,difficilem ſibi & impeditam in Picenũ uiam
cerneret,ſi patriarcha ut uerebatur in eam deſcẽdiſſet prouinciam,Italianũ Foroiulianũ
oborta per Ferrarienſes uia,cum omnibus copiarũ neruis eò tranſmiſit. Vnde eſt factũ,
ut qui Piccinino impar bellũ gerere iuſſus recuſaret, cũ pecunias peteret, nullas à uobis
B impetrare potuerit. Quę hactenus dixi certa mihi ſunt, princeps illuſtris, quę ſum dictu
rus, talia ſunt, ut licet teſtibus ſcriptóue aliquo,aut quia præſens adfuerim probare ne-
queã,ea ęquè ac priora pro certis dici poſſe uerear,opiner.Deſtitutus ſtipendio à uobis
Sfortia,qui & famoſas de ſe quorũdã ex ciuibus Venetis uoces in cõuentu cõmilitonũ
ſtomachãs iactaret,Philippi Mediolanenſiũ ducis nũcios quibus uerba pro uerbis red-
dere prius cõſueſſet,ea admiſit,excepit,uultus geſtuſq; comitate, ut quod ab eo per ira-
cundiã quãdoq; per hos dies dictũ eſſe uobis ſcripſimus,tunc reipſa & per ſcriptam fœ-
derum formulam cõcluſum fuiſſe rear, exiſtimem. Si quãdo tamen miſſi ad eum ciuita-
tis noſtræ oratores,meliorẽ de uobis ſpem fecerunt, ſi retenta hactenus ſtipẽdia in dies
à uobis parari dixerunt:ſeſe debiti ſui memorẽ reſpondit, nunquam honori ſuo, cuius ſe
dicit amantiſſimum ſi id fiat, quandiu obligationis ſuæ tempora durẽt defuturũ. Ea pa-
tres optimi,cum magiſtratibus & uocatis populi conſilijs referũtur, eò iracũdię quoſdã
ex noſtris ciuibus proſilire faciunt, ut quæ de literis, de data ſpe Lucenſium oratoribus
C diſſeminata ſunt,hoc facto cõprobari argumẽtenẽ: quaſi uerò ea ratione ſtipẽdia Sfor-
tiæ ceſſetis diſſoluere,ut illius copijs deſtituti,nõ modò Lucẽſem deſeramus obſidionẽ,
ſed ab furẽti Piccinino miſeri obſideamur. Eoq; amentiæ quãdoq; eſt uentum à noſtris,
ut ſatis ſupraq; uobis futurum uideri cõtendant, ſi intẽtus noſtræ obſidioni Piccininus,
rẽcipiẽdi Abduenſis glareæ caſtella uobis occaſionẽ præſtabit. Quos uerò ſubeã, qua-
les patiar labores,qua afficiar animi & corporis anxietate,leniendis qui ea ſunt inſania,
quę audiã de me ipſo,quẽ Venetũ appellant,ſi dixero,& cõmuni periculo & laboribus
meis cum licet occurrere diligentius pergetis.Sed hæc ſatis in præſentiarum. Non ſit a-
pud uos dubium,patres optimi,quod principio dixi populum Florẽtinum caruiſſe pe-
cunijs,ut nullũ illis inueniẽdis extorquẽdis proſit ingenij acumen.Bellũ Lucenſe quod
cõmunis periculi neceſſitas impoſuit,eò loci eſt perductũ, ut paruo tempore, ſi in id li-
cebit Franciſci Sfortiæ copijs incumbere, cõfectum eatur & maiora cõficiendi magnã
ac diu optatam afferat cõmoditatem.Orat itaq;, illuſtris Princeps,populus Florẽtinus,
D ego ſi quid hactenus pietas in hãc rempub.mea, ſuſceptiq; pro ea maximis cũ periculis
labores mei ſũt meriti,deprecor,obteſtor.Date quę emeritũ ſe dicit,etiã immerito Sfor
tiæ ſtipendiorũ æra,neq; uelitis cõmittere,ut ea uel urgente cauſa, uel ſuadente occaſio
ne,Philippo adhæreat.Quod nãq; iuſſus ſum ad extremũ dicere,qui nihil ſolus per ino-
piam hac tempeſtate poteſt populus Florẽtinus à uobis deſtitutus, illum quocũq; ierit
non ſequetur ducem , ſed amplectetur uictorem. Coſmo, cum uerbis finem feciſſet, lo-
co ubi tunc habebaẽ Senatus deducto:& cum diu de reſpõſione altercati cõcordes fuiſ-
ſent patres,reuocato in hãc ſententiã dux reſpondit.Rectè omnes exiſtimaſſe,qui Coſ-
mam Mediceum,tertio abinde anno poſtquã fuerit patria exul, pro Veneto habẽdum
ſeniſerint,cum ea fuerit patritiorũ erga ſe uoluntas,ea de ipſo fides, ut omnia illi æquè ac
patritiorum primarijs aut grata cõceſſuri,aut ardua fuerint cõmiſſuri.Venetos itẽ mul-
ta poſt reductos Coſmam & Laurentiũ Mediceos,cõceſſiſſe Florentinis,quę aliàs fue-
rint negaturi,ut ex boni uiri fide,ex officio debuerit quęcũq; perpeſſum ſe & pati dixe-
rit,ſi etiã Florentinæ rei quã plurimum concernunt nullo conducerent modo, æquani-

miter tolerare. Quantum attineret ad reipub. Florentinæ mãdata quæ expoſuiſſet ſe ea ratione quid de literis ad Lucenſes datis reſponderet non habere, quod eam rem tunc primũ audiuerit,ſed aduerteret ipſe,multos eſſe Venetijs populares uiros,& quidẽ ditiſſimos Luca oriundos,quorũ & nullius patritij eas fuiſſe exiſtimaret literas,ſi cõtrà eſſet compertum,fore ut illius qui ſcripſerit exemplo,cæteri poſthac ab huiuſmodi epiſtolis deterreãtur. De ſpe oratoribus data ab Senatu,ſe haudquaquam inficias ire,quin etiam uerborum quæ reſpõdiſſet hanc formulam nulla mutata ſententia replicare. Redirẽt in patriam, ſi minus per obſidionẽ liceret,ſuos per epiſtolas in ſpem erigerẽt,fore ſi à Philippo diſcederet Lucenſis populus,ut Senatus Venetus,qui Lucenſes diligeret.Florẽtinum populum ad tranſactionẽ aliquam ſuaſionibus adduceret.Nihil poſtea ab Lucẽſibus fuiſſet reſponſum,ideoq; datam eiuſmodi ſpem nullum illis attuliſſe præſidiũ. Quæ per inſaniã diceret ſuos protuliſſe,partẽ eſſe ebullientis in ſtomacho ueneni,quod euomere pridem diſperirent. Sed prætẽdere huiuſmodi homines quã pridem parturiũt ingratitudini,perfidię,impietati negata Sfortiæ ſtipendiorũ æra.Quo in negocio dudum declarauerũt,Venetos item æque ac Florẽtinos, æris exhauſtos, pendendis quibus deberent bene merẽtibus grauari.Irent ipſi quibus præſtaret pręſtitiſſetq; hactenus opem Sfortia,penderẽt ſtipẽdia:nec tantopere ingemiſceret, ſi argentum aurúmue, quod ſæpe aliàs magna effudiſſent cum rerum iactura,nunc ſubijciẽda ſibi uicina & quidẽ opulentiſſima ciuitate impenderent. Senatum Venetorũ collata pridem in populũ Florentinũ maxima beneficia,ſatis ſupraq; nũc ire cumulatũ,q debitas ex fœdere copias,ab illo trãs Padũ mitti nõ petat:de habito ab Sfortia cũ Philippi nuncijs colloquio, de fœderibus nouis,de ſua cum illo cõiunctione uiderẽt ipſi, memoreſq; eſſent, paruo duratura tẽpore,& malè interim iocũda fore,quæcũq; illa eſſent quibus faciẽdis,fidei, honeſti & iuſtitiæ reſpectus abfuiſſet. Expeditus ea expeditiõe Coſmus, cũ aliquot dies Venetijs fuiſſet, multos ex patritijs, quorũ plurimis cõſueſſet eſſe familiariſſimus aduertit, nedũ ſe,ut antea nõ cõuenire,ſed cùm poſſent obuiũ declinare.Quãobrem Ferrariã ad pontificem,qui pacem cõponi continuo laboraret,ea ſe cõtulit ratione,ut aut pacem iniquioribus etiã reipub.ſuæ conditionibus cõcludi pateretur, aut Venetos ad ſolutionẽ Sfortiæ faciendã induci à põtifice curaret. Decedẽti uerò ex iniuncta legatione ſubrogatus eſt Iulianus Deuantiatus equeſtris ordinis Florẽtinus,qui omnibus quę Coſmo erãt dicta à Venetorũ duce,pro ultima reſpõſione habitis, cum ſeſe etiam nulla exceptum comitate à patritijs euitari cerneret,homo uehemẽtiori qua Coſmus omino careret,iracũdia,nihil quod Coſmus accuratè fecerat, magiſtratus & populum Florentinũ latere eſt paſſus.At Piccininus per id temporis mora ſub Apennino longiore facta, poſtquam ſe tranſitu prohiberi uidit, in Mutinenſis agri campos deduxit, & cõmeatu quẽ iumentis cõportatum fuiſſe oſtendimus, Caſtellionem Lucenſium oppidum, quod eſſe diximus in Apennini iugis,cũ peditatu miſſo,rectã per Æmiliã Flaminiamq; uias,iter ea ratione inſtituiſſe ſimulat, ut per Bononienſes ad dexterã, aut per Romãdiolæ ſaltus in Hetruriam,& inde Lucã ſe cõferat.Et cùm Bononienſem agrum, qui Romanæ eccleſiæ iuriũ eſſet, põtifice inſcio attingere ſibi religioſum diceret uideri,ad eũ ſuoſq; in Bononia magiſtratus mittit,qui illius ſibi ſummè neceſſarij itineris ueniam petãt,polliceanturq;, ſuã legionem agreſtiũ rebus omnino intactis, pacifice tranſiturã. Pontifice quod alioquin denegare nõ potuiſſet permittente,mittit ad illum Piccininus nuncios, qui hortẽtur,ut cõſtantem de ſe fidẽ habere diſponeret, quia cum ipſe Peruſio eccleſiæ Romanæ ſubiecta ciuitate oriundus,nũquam antea læſiſſet eccleſiaſticos,tum maximè iſta tempeſtatẽ oppreſſam ab Sfortiæ tyrãnide eccleſiã cuperet liberare.Gratus fuit põtifici ſermo,quẽ tamen Philippum ſuæ lædere uereretur,aliquãdo reſpõdit,curaret cum Philippo,ut pacem quę tolerabili offerretur cõditione acciperet:qua cõſtituta ſe à Philippo dimiſſum Romanæ eccleſiæ ſtipẽdijs honoraret.Erant apud Piccininum tempeſtate illa Camertiorũ oratores qui quod Sfortia eorum ciuitatem eccleſiæ fidelẽ aliquando læſiſſet, læſuruſq; uideretur,ſubſidium quod pontifex non duceret præſtandũ,ab illo petebant. Hos Piccininus ad pontificem ter quaterq; mittens affirmare iubet, ſeſe qui Philippũ maximis affeciſſet beneficijs,ab eius ſeruitio liberatũ,noua poſſe ſtipẽdia ſequi,ſed eã ſibi ipſi le-

gem

A gem impoſuiſſe, ut nihil prius intentet, ꝙ clauſos Luccẽſes & obſidione liberet, & in pri-
ſtinũ teſtituat terũ ſtatũ. Motis interea caſtris Bononienſi appropinquat agro, & Sfor-
tia firmatis præſidio, quæ ſpectãt in Mutinẽſes, Apẽnini iugis aditus omnes, qui Bono-
nienſi uia in Herruriã paterẽt ſcidit, pediratuꝙ, & obice firmiſſimo cõmuniuit. Guber-
nabat pro eccleſia & põtifice Bononiã Daniel Cõcordienſis epiſcopus, qui cum multa
aliàs Piccinino cõceſſiſſet grata, maiore ſecũ uſus audacia, nũcios ad eum mittit renun-
ciaturos, ſi eccleſiæ Romanę & põtifici amicaret̃, illac trãſiturus documẽra daret publi
ca, q̃bus innixi agreſtes ruri adeſſe audeãt, nec ſuo in urbẽ oppidaꝙ receptu eò loci res
adducant, ut tanquã hoſtem illũ oporteat expectari. Ad ea Piccininus dulcia quæcunꝙ
in buccam uenerũt reddens uerba, patẽtes nũcio dedit epiſtolas, ſigillo munitas, quo in
ſolennibus cõſcriptis cõdirionibus uteretur. Summa epiſtolarum erat, ſe ducis Medio-
lani uices gerentẽ, illius & proprio nominibus, omnia quæcunꝙ dirionis Romanæ ec-
cleſiæ & Eugenij illius põtificis cẽſerent̃, ciuitates, municipia, arces, caſtella, oppida ab
B ſua & legionis cui præerat iniuria, ſalua intacta & illæſa redditurum. Et motis poſtridiè
caſtris cũ apud Bononiã ſtatiua habuit, & ſecundũ eius foſſas iter fecit mitiſſimi hoſpi-
tis ſpeciẽ præ ſe tulit. Caſtris exinde apud Idicẽ fluuium uia Aemilia firmatis, ad dexterã
Apenninum uerſus iter flectere uidebatur in Hetruriam traiècturus. Sed cum quatuor
ibi fuiſſet dies, Aſtorgium Manfredũ cum duabus expeditorum militum turmis pręmi-
ſit: Qui Aureoli Florẽrinorũ oppidi agrum, raptim populatus oppidũ obſedit. Secutus
poſtea cũ legiõe Piccininus Aureolo prima oppugnatione per uim capto direptoꝙ fit
certior, noua Sfortiæ cũ Philippo fœdera, quę diu quæſita fuiſſe oſtẽdimus, aut tũc fuiſ-
ſe primũ cõcluſa, aut quod multi exiſtimarunt, cum prius clàm eſſent firmata, tunc par-
tium conſenſu fuiſſe in publicũ deducta, quãdo apparere poſſet Florẽtinos neceſſitate
cõpulſos, id Sfortię uel inuitos permiſiſſe, quod ſuæ iuriſditionis oppida tam infeſtè hò
ſtes diripere occepiſſent. Noua fuit, & aliàs inaudita fœderũ quæ tũc emanauerit formu
la. Florẽtini nanꝙ cum Philippo acerrimas, prout ſæpe oſtendimus, inimicitias ſecũ ex-
C ercentes, nulla tũc inierũt fœdera, nec aliqua ex parte à ſocietare cum Venetis pridẽ ini
ta diſceſſerũt, quippe qui prohibiti ex fœdere, nullam iniuſſu Venetorum pacem inire,
pacis mentionẽ nullatenus fecerũt, ſed cum omnis eſſet de Lucẽſium obſidione cõten-
tio, fœdus, ſequeſtre Sfortia, cũ Lucẽſibus iecerũt, fore utriꝙ populo in decenniũ ea cõ-
ditione cõfœderationẽ, ut capta Lucẽſis agri oppida, & caſtella Florẽtini dñinio retine
rẽt, Lucẽſibus interea ſex paſſuũ milia ius eſſet incolis dicẽdi poteſtas, & agri priuati, qc
quid eſſet ubiꝙ dñis redderet̃, bello inuicẽ populi nõ ſe læderẽt, ſi q̃s uerò laceſſiſſet, lę-
ſo auxiliũ afferret alter. Fœderum huiuſmodi cõſeruator Sfortia dictus. In cuius fœdere
cũ Philippo ſeorſum icto, illud primũ interuenit, ut Blanchã filiã diu, prout oſtẽdimus,
ſpõſam illi ad fines agri Parmẽſis mitteret põpa ſolẽni in Firmanã arcẽ, locũ tãtis nup-
tijs idoneũ, traducendã. Quantum uerò ad ſopitas attinuit cõrentiones, excedetet Ro-
mãdiola Piccininus, nec ipſe aut quiſpiã alter Philippo militãs, Florentinos quibus ipſe
Sfortia quemadmodũ antea faceret ſtipendia, aliqua ex parte in poſterũ læderet, ſi fortè
D cõtra fieret ſibi etiã Philippi ſtipendia merẽri illis præſidio adeſſe liceret, Stipendiorum
partẽ quã Veneti pẽdere cõſueuiſſent, diſſolueret Philippus. Florẽtinis itaꝙ hac Sfortię
fœderũ formula bello liberatis, iuſſus à Philippo Piccininus, agro exceſſit Florẽrino, &
in Forliuiẽſem delatus, cũ Aureolũ palàm teſtituere nollet, ſine præſidio dimiſit, quod
uicini Mutilanenſes uacuum pro Florẽtino populo receperũt, ſtatiuiſꝙ apud Camura-
tam, qui locus Rauẽnates Ceſenates & Forliuienſes, cuius ager eſt ciuiratis cõterminat,
in caſtrorũ, quæ diu duratura eſſet, ſpeciẽ firmatis ſuam cõtinuat ſimulationẽ, ſe nanꝙ à
Philippo dudũ & nuper Luca obſidione ſoluta ab ea qua ſibi ſpõte ſua impoſuiſſet, ſub
ueniendi Lucenſibus neceſſitate, liberũ prædicans, intolerandã dies nocteſꝙ ubi exau-
diretur eiulabat iniuriã, qua ſe affeciſſet Philippus, qui cum Sfortia implacabili ſibi ho-
ſte ſe inuito rediſſet in gratiam, fore cõminatus, ut Philippus qui præſtãtiſſimos poten-
tiſſimoſꝙ Italiæ bellorũ duces duos habere exiſtimet, nec ſe qui conſulto non rediturus
abierit, nec Sfortia habeat, quẽ ipſe bello agitatũ, aut Italia pelleret, aut de retinẽda Be-
neuento ciuitate ſibi fideliſſima coactũ pugnare, bellis perpetuis diſtineret. Et ad põtifi

cem Romanũ mittens orauit, ut ſe pecunijs adiuuaret, quibus careret Philippi ſtipẽdio E
deſtitutus, cogitaretq́ꝫ aliquãdo quo pacto cõſuleret rebus ſuis. Credidit põtifex qđ in-
ſinuatiõibus ſuggeſtũ erat, & quinqꝫ aureorũ milibus mutuatis ſuaſit, ut aut Romanæ ec
cleſiæ mediocri cum ſtipendio militaret, ciuitatem aliquã ſibi & filijs in maioris ſtipẽdij
cõpenſationem habiturus, aut ſi maiori pecunia indigeret, Venetorũ ſtipendia ſequere
tur, quibus ut nouerat permiſſuris, optatã nihilominus operã præſtaret eccleſiæ, ab qua
munere aliquo, quod filijs foret perpetuũ donaretur. Ierũt ſępenumero redierũtq́ꝫ nun-
cij hinc inde miſſi. Et eo in tempore cum firmã de ſe ſpem faceret pontifici Piccininus,
machinatio cum Philippo ab ipſis primordijs inſtituta, ad effectum quadruplicẽ proce
debat. Nam Veneti Florẽtina ſocietate, & Sfortiæ adiumẽto, quod maximũ uel ſolus af
ferebat illius timor, deſtituti nullũ interea quærebãt alium, nec oblatũ acceptabãt equi-
tatũ, & põtifex de muniendis pręſidio prouinciæ ciuitatibus oppidiſq́ꝫ à pleriſqꝫ admo-
nitus, inſidias Philippi quibus eũ ſæpenumero pernicioſe lęſerat memorãtibus, neminẽ F
exaudiuit. Fuit tertio loco ſpacium Philippo iniuriæ omnibus oſtentandæ, qua põtifex
illũ afficere pergeret, qui ductorẽ belli uirũ, niſi põtificis autoritas corruptelæ interceſ-
ſiſſet, fideliſſimũ, in quo omnis rei ſuæ ſalus cõſiſteret, malo ab ſe animo alienaret. Quar
tus machinationis protractæ effectus à Spoletanæ ciuitatis calamitate pẽdebat. Franciſ
cus nanqꝫ Piccinini filius, quẽ ſuprà oſtendimus à patriarcha fugatũ, ſeſe intra Mõtiſre-
galis mœnia recepiſſe, cũ multos in mõtana regione illa menſes fuiſſet moratus, Pyrrho
abbati Caſinenſi opem laturus, in agrum Spoletanũ deſcenderat. Ei Pyrrho, quẽ ponti-
fex Spoletanæ ciuitatis gubernatorem quatuor tenuiſſet annis, tãta cũ Spoletanis ciui-
bus interceſſerãt odia, ut ex Superba cui præerat arce cũ ciuibus aperto cõtenderet bel-
lo: quod autẽ in arce alioquin inexpugnabili, cõmeatus penuria laboraret, ciues illũ fa-
me cõficere rati, omnes uiarũ, quæ in illã extrinſecus perducerẽt, exitus interciſos pręſi-
dio cõmuniuerat. Et cum interea pont. Romanus pacem conſtituere, & debita illi abi-
turo ſtipendia diſſoluere, multis longo tẽpore habitis tractatibus diſtuliſſet, ad eam cõ- G
meatus carentiã obſeſſi uenerant, ut caballinis carnibus multo tempore fuerint nutriti.
Quamobrem accitus ab Conrado Trincio Fulginate uicario abbatis affine, qui & ipſe
põtifici inimicaretur, Franciſcus Piccininus in agrum, ut diximus, Spoletanũ, ſe cõtule-
rat. Iunxeratq́ꝫ copias Italiano Foroiuliano, qui Sfortiam deſerẽs, à quo, ut oſtẽdimus, in
Picenum præſidio erat miſſus, prædicti Cõradi inſtinctu, agrum Spoletanum aliquãdo
fuerat deprędatus. His copijs & omĩ robori iuuẽtutis Fulginatũ Nurſinorũq́ꝫ qui acerri
mas cum Spoletanis exercerẽt inimicitias, coactis in planitie Spoletana, abbas Spoleti
notum multitudine obſidenda, ad decumanã portam arce intẽtius occupata, nõnullos
reperit in ciuitate perfidos, q porta inferiore ciuitatis prodita, eas noctu copias admiſe-
runt, quæ urbẽ ingreſſæ cùm obuios, qui domi manſerant partim fudiſſent, partim obni
xius reluctãtes trucidaſſent, in arcem eſt peruentum. Pertulerat interea immixtus pug-
nantium fragori mulierum uirorumq́ꝫ clamor, & accurrẽtes mulieres uiriq́ꝫ in ſtationes
attoniti nunciauerant, proditam urbem, hoſtes, muros portamq́ꝫ irrupiſſe: quo metu ef- H
fuſi ſine ordine in ciuitatem, qui ſtationes ſeruabãt, cũ hoſti obuiaſſent uictori, uel repel
lebantur pugnãtes, uel occumbebant pertinacius reſiſtẽtes. Abbate aũt ſuos iniuria to-
leratæ famis exaſperatos immittẽte, perculſi metu ciues pręcipiti ſaltu per montiũ deue
xa quaquauerſum abiere, paucis q̃s aut periculi inſolẽtia ꝑplexos, aut alia detinuit mo-
ra capti, & in uincula ſunt cõiecti. Direpta eſt e ueſtigio ciuitas, eo minori cũ detrimẽto,
quod pridem Spoletani mulieres puerosq́ꝫ & aliam bello ineptã multitudinẽ, cũ leui ſu
pellectile in uicina oppida cõportarant. Simulauerat uerò Nicolaus Piccininus filiũ eò
loci ſe inſcio perductũ, binaſq́ꝫ à põtifice reqſitus epiſtolas quas legiſſent, q perferebãt
nuncij, ad illũ dederat, imperioſius mãdãs, excederet Spoletano agro, nec quicq̃ ſibi cõ
mune ſineret cum ijs qui Romani pont. hoſtes eſſent. Ea tempeſtate unicus erat in Ro-
mãdiola Oſtaſius Polentenſis, Venetæ reipub. ſubiectus, qui Rauennã urbem uetuſtiſ-
ſimã, Tyberianũ nobile oppidum, quod dicunt Bagnacauallũ, ac Ruſſum, Fuſignanũq́ꝫ
caſtella ꝑ Romana eccleſia gubernabat. Ei quãdoqꝫ ſuaſerat Aſtorgius Mãfredus Pic-
cinino, prout oſtẽdimus militãs, cuius ſororẽ Zenibram haberet in matrimonio, ut Ve-
netorum

A netorũ fœdere omiſſo, adhæreret Philippo. Sed cũ is adoleſcẽs humilioris ingenij, Venetos optimè de ſe meritos linquere noluiſſet, eoſq́;, ut opem afferrẽt ſępenumero petiuiſſet, illi Ioannem Tollentinatem qui ad ſua ſtipendia tunc temporis cõductus Ceſenę erat, eò cum equitibus trecentis ire iuſſerũt, quem ſuadente Aſtorgio, ne Piccininũ eam ob rem cõtra ſe irritarẽt Zenibra eiecit. Paulopoſt Bagnauallenſes ab Aſtorgio ſollicitati ſeſe illi prætẽſo Piccinini nomine dediderũt. Similiter Cuſſenſes, leui expectata oppugnatiõe, & tertio loco fecere Fulſignanẽſes. Inſtitit iteratò apđ Venetos Oſtaſius, ut afferrẽt pręſidiũ perituro. Illi uerò etſi partim Piccinini uerbis in ſpẽ erecti, partim eiecti Tollẽtinatis iniuria erant redditi tardiores, Franciſcũ Laureanũ patritij ordinis miſerũt cũ tenuiſſimo peditatu. Interim Piccininus cognitis quę ab Aſtorgio gerebantur, cũ legione mouẽs Rauennã acceſſerat: quod autẽ ea ciuitas torrenti cincta gemino, ad eam partẽ, quæ ad cõtinentem pertinet, aggere altiſſimo & muro munit̃ uetuſtiſſimo, altera quę ad ſubiectã Paduſam ſpectat ſtatuit oppugnare. Sed cum hinc uetuſta, quę in Padũ
B nauigia perfert foſſa, inde amni quẽ iuncti ſub urbis mœnibus torrentes efficiũt, Bedeſum ueteres appellãt ſcriptores, prohiberetur, amnẽ quà paululum à mari recedens erat ſtrictior, põte parat iungere ſubitario. Intrauerat uerò portum qua die Piccininus applicuit, Ludouicus Demolinus patritij & ipſe ordinis à Senatu miſſus, cũ ſcalmis duodecim in maritima pręlia paratiſſimis. Quare cũ perpetuo tridui pręlio enixus pontẽ iacere intentauerit Piccininus, hinc ab repugnãtibus de aduerſa fluminis ripa Rauẽnatibus Laureani peditatus prohibebat̃, inde à Demolino ex ea quã inſederat fluuij ripa diſturbabat̃, futurumq́; apparuit, ut amnis trãſeundi quã cõceperat ſpe fruſtraret̃, niſi Demolinus cum ſulphureo pulueri bombardã emiſſurus ignẽ admoueret, flamma correptus, manuſq́; & faciem uſtulatus prælio exceſſiſſet. Eius nanq́; caſu factũ eſt, ut territi naualis pugnæ milites, & qui de ripa pugnabant Rauennates, prælio intermiſſo recedentes pontis in utraque ripa firmãdi fecerint poteſtatem. Traductos ponte milites, quam ingreſſi eſſent inſulã ab incolis edoctos, Piccininus qui oppugnationi urbis intentus erat
C cõtinere nequibat, quin expoſitam in patentibus campis armatorum prædam abacturi, palantes uagiq́; ordines perturbarent. Ea nanq́; inſula ad partẽ illam quæ urbi eſt contigua, Montone torrente, & ſub eo Bedeſo amni, inde Adriatico pelago, poſt Pado & Paduſa, ad uſque urbis mœnia circumdato, millium fermè quinquaginta ambitũ habet, quam, quia ſemper aliàs ab incurſu hoſtium tuta fuerat, eſtq́; in ea campi perpetuo anni tempore paſcui amplitudo maxima, armenta populi Rauennatis & uicinorũ Romandiolæ oppidorũ innumera frequentabant. Dum itaq́; prædatores à pugnaturis militibus ſecerneret Piccininus, tunc agreſtiũ qui in urbe erãt importunitate & penè illata ui adductus, Oſtaſius deditione facta in Philippi partes conceſſit. Auctus Rauennæ opportunitate Piccininus, patrati apud Spoletum facinoris certior eſt factus: quo nuncio magna celeritate allato ab equite uelociſſimo, qui patentẽ ingreſſos portam Franciſcũ Italianumq́; fuerat per noctem comitatus, epiſtolam pontifici ſcripſit, haudquaquã uerbis, quę tam diu pontifici dederat, & ſenis uiri moribus reſpõdentem: feciſſe pontificem
D iniquè, qui ſe uirum in primis integerrimum ad perfidiam perlicere ſit conatus, adduxeritq́; in capitis periculũ diſſeminatis paſſim rumoribus, & literis ad Chriſtiani nominis reges principeſq́; omnes de ſuo ad Venetos perfugio datis. Proinde omnes intenderet uirium conatus, ſe ut hoſtem perſequẽdo, quandoquidẽ ipſe pariter illius euertẽdis rebus per fas & nefas propoſuiſſet intendere. Epiſtola tamẽ quod conſtat ſcripta, ſed nuncio quem illi perferendæ deſtinauerat nõdum data, Imolam delatus cum perfidi, ut erat cõſtitutum, pręſide intercepto turmam introduxiſſent, unam Forliuium miſit cohortẽ, & Bononiã cum cæteris profectus epiſtolam dedit. Qua lecta põtifex qui illũ Caſamurata mouiſſe prius intellexiſſet, tunc primũ à baiulo didicit Imolam rebellaſſe. Eodemq́; momẽto uenerũt diuerſo itinere nũcij, hinc Benteuolienſes perfractis Donatianæ portæ ſeris Piccininum Bononiam accepiſſe, inde apud Forumliuij, ciues paganis pontifici rebellare cupiẽtibus repugnare. Stupendum autem & raró aliàs auditum fuit, tot urbes, tot municipia, caſtella, oppida altero quàm rebellari erat cœptum die hoſtibus cõ-

ſenſiſſe.Sed maiori poſteris miraculo futurũ nequaquã dubitauerim, ex uiginti quæ illi B
inſunt prouinciæ arcibus, quarum primæ inter plurimas Italiæ ſunt munitiſſimæ, nullã
octauo rebellionis oppidorũ die, fidem pontifici ſeruauiſſe, quũ tamẽ nec bombardas,
nec tormenta,neq; unius tragulæ ictum adhibuerit Piccininus, & lectis ex induſtria ui-
ris, quorum fides rem pontificis adminiſtrantibus cognita eſſe dicebatur, commiſſæ ac
cõmeatu & neceſſarijs perferendæ in multos mẽſes oppugnationi munitę eſſent. Inter-
ea dum à Bergomenſis capellæ,ut ſuprà eſt dictũ,obſidione reuocatus, tam multa cõfi-
cit Piccininus, Ioãnes Frãciſcus Gonzaga Mantuanus marchio cõceptum in Venetos
odium plurimis præ ſe ferens ſignis,in patriã redierat.Et Gata quẽ Veneti ſuppreſſo ge
neralis capitanei nomine,rei bellicæ gubernatorẽ appellabãt,captas,ut oſtẽdimus,hye
me quæ præceſſerat à Piccinino ualles, & Bergomẽſis agri caſtella receperat. Quumq;
matura eſſent in agris frumẽta,in Cremonẽſes ducẽs omnia ꝓſternebat.Quibus auditis
Piccininus, omnes quos in lõga ſimulatione illa cõparauerat, copias colligit. In primis
Italianum Foroiulianũ, quem Philippus caſtellis agri Terdonẽſis tribus donauerat, & F
Franciſcũ filium à Spoleto reuocatos,illum ſeſe in Lombardiã ſequi iuſſit. Hunc captis
Romãdiolæ urbibus præſidio deputauit,& Petrum Ianpaulum pont.in Bononia mili-
tare cõſuetum præmiſit.Ipſe nullo præter Guidantonium Manfredum,qui ſe Fauentiæ
cõtinebat,quemq; Imola donare, & in ſtipendia cõſcribere promiſerat, in Romandio-
la relicto, quartis caſtris profectus, Padũ ſub Cremona attigit, ubi quũ traieciſſet exer-
citum,Caſale maius obſidere perrexit.At Veneti quamprimũ de acceſſu illius in Lom-
bardiam habuerũt exploratũ,minora Cremonenſis agri caſtella,quibus capiendis reti-
nendiſq; magnas dudum impendiſſent pecunias, relinquẽtes oppidanis cuſtodiendas,
Suncinum & Caſale peditatu muniuerãt. Iuſſerantq; Gatam hoſti, ne Ollium fluuium
tranſmitteret cum omni copiarũ robore ſe opponere. Quamobrẽ Gata caſtris apud Bi
nam poſitis,caſtellũ duodecimo ab Caſali diſtans miliario,cuius arces in utraq; Ollij ri-
pa munitiſſimę,ſubiectum defenſant pontẽ,Caſale maius fouere,& hoſtes ne traijcerẽt
prohibere curabat. Gonzaga autẽ marchio ſeſe interea Mãtuæ continebat,& quia nõ- G
nullas emeriti ſtipẽdij pecunias ſibi Venetos debere dixerat, illorum uerò magiſtratus
partem eius pecuniæ in defectuum, quos militem recenſentes repererant ſupplemen-
tum detrahi contendebant. Fama dudum emanauerat,ipſum Philippo ictis clam fœde
ribus conſentire.Quod quũ ſuſpicati eſſent Veneti,oratoribus illum ex ſenatu amicio-
ribus delinire conati,cenſuræ militaris pœna donauerunt, & integra quam prius poſtu
laſſet data pecunia, ut ſua ſtipendia quemadmodũ antea ſequeretur, inſuper copiarum
præfectura cum poteſtate ſolito maiore ornari pateretur,inſtabant. Is uerò cui cõtraria
animo ſederet ſententia, quandoq; imperitiam rei militaris, quandoq; pacis,ocij,quie-
tis deſiderium, quo diu tentus fuiſſet, dum illis Brixia,Bergomo, & Cremonenſis agri
parte maxima augendis inſudabat,excuſationi prętẽdit:petentibus uerò oratoribus,ut
poſtquam ocio animũ applicaſſet,Carolum Gonzagam filium ſua ſequi ſtipẽdia pate-
retur,nec uerbo abnuebat,neq; id re ipſa confici permittebat.De ſe tamẽ & palàm præ-
dicauit,&ſenatui per literas ſpopondit,nunquã prius fore,ut illorum hoſti Philippo fa- H
ueret,quàm urbe Veneta undiq; oppreſſa, diui Marci palatium ab hoſtibus caperetur,
omniumq; quæcunque aut reſpondens oratoribus,aut alio in loco ſponte dixiſſet, de re
iſta uerborum cõcluſio erat,ſe pacis auidum militiam abhorrere. Habitas autẽ ſub Ve-
netis cohortes, quas renuerat, quũ indies augeret, id ea ratione dicebat facere, quod in
ea bello contendentiũ Philippi & Venetorum uicinitate foret conſultius arma tenere.
quibus quum ſe tutaretur,tum etiam Philippi copias per agrum Mantuanum in ſubie-
ctos Venetis Brixianos ac Veronenſes fortaſſis intentaturas,tranſitu abſterreret. Picci
ninus interea Caſale undeuigeſimo oppugnauit die,attulitq; ſpem Venetis, tãta confi-
ciendi mora fore, ut illius impetus ibi repreſſus poſthac refrigeret, & qui Padi uicini-
tate fretus machinarum tormentorumq;, quicquid Philippo erat, ei adhibuiſſet oppu-
gnationi munitiſſima in agro Cremonenſi Suncinum,&multa quæ habet Brixianus a-
ger oppida à Pado remota, in caſſum adiret. Oppidanis etenim Caſalenſibus, & ijs qui
præſidio inerant, impigrè reſiſtentibus aliquando extrema quæq; comminatus fuerat
Piccininus,

A Piccininus, quamobrem multi in caſtris Venetorum ſibi perſuadebāt futurum, ut clauſi
deſperatione ſalutis animos facienre, illū diutius morarentur. Sed quum turris denſiſſi-
mo extructa latericio, quę in oppidi angulo prominēs, duo hoſtis expoſita latera deſen
ſaret, bōbardis ſuccíſa, obſeſſos interneciōnē deprecari, & deditionem offerre cōpuliſ-
ſet, miſſos ad ſe Piccininus oppidanorum oratores, ideo primis ſpreuit diebus, quia & ſi
Gatæ cū Venetorū exercitu fraude intercipiendi, fœdera cum Mātuano inierat, tamen
inchoatam cum Brixianis agreſtibus machinationem, cōcludere ſatagebat: Gābaren-
ſes nanq; Gotolengēſes, cæteriq; eius planitiei agreſtes requiſiti, non ſolum oppida illi
permittere, ſed cedentem retro cum exercitu Gatam, quū in illum fieret impetus à frōte
lateribúſue inuadere promiſerunt: quod quū ſatis cōſtituiſſet Piccininus, miſſos ad fa-
ciendam deditionem ilico exaudiuit, tantummodo nanq; pactus ne milites Venetorū,
qui præſidio oppidum tenuerāt, intra triduum proficiſcerentur, quæcunq; erant petitā
cōceſſit: quibus cōſcriptis fœderibus, quoſq; primos ducēres in legione ordines admo-
B nuit, ut mouēda ſine claſſico ſigna ocyus ſequerentur. Quū primum autē deditio de pri
ma uigilia eſt facta intempeſtæ noctis ſilentio mouēs, Ollij ripā, quarto ſub Bina milia-
rio ad aurorā attigit: ſed quia uadis fluuij tentandis præmiſſi leuis armaturæ milites, re-
nunciarēt Gatæ turmas oppoſitā ripam ſeruare, ſubſiſtit, & caſtra ad binam ponere ſibi
in animo eſſe oſtentās, impedimenta quæ apud Caſale remanſerāt, iuſſit eò properè cō-
portari. Interim Gata ueritus, ne quod erat uero ſimillimū, Piccininus Ollium traijcere;
potius quàm durā nimis ſe præſente oppugnationem Binæ uellet intentare, frequentio
res ſolito ſtationes, in amnis ripa diſpoſuit. Quod autē Mātuanus marchio milliū duo-
decim paſſuum, quibus à Pado diſtat Bina oppidum, inferiorē partē, quæ agri eſſet Mā-
tuani cuſtodibus, ut ſpopōderat, muniturus: eò quicquid equitatus peditatuſq; ſibi adeſ
ſet, milia hominum tria contraxerat, facile fuit Gatæ ſuperiorem partem millia paſſuum
quinq; ſtationibus frequētare. Cū omnibus tamen copijs mouēs, ternis quaterniſq; per
noctem, & interdiu caſtris circūlatus, ubi cōſiſteret incertum hoſtibus faciebat Mātua-
C nus uerò cui cōſilia Piccinini erāt cognita, Gatā hortabatur iungere ſuis copias, & me-
dio quod Binā Padumq; interiacet ſpatio, caſtra eo cōſilio ſimul munirent, ut quacunq;
intentaſſent hoſtes Ollium tranſmittere, unitis ipſi copijs fortius repugnarēt. Quinetiā
curante Gata, ut Chriſtophorus Ioānesq; Tollentinates, ſe Veronā cum cohortibus cō-
ferrent, urbem illam præſidio ſeruaturi, ægrè id præ ſe tulit marchio, & tanquā ex fide di
ceret eas copias cum alijs potius retineri, q̄ eò mitti, tectis magna uerborū grauitate ex-
hortationibus cōtendebat. Venetorum magiſtratus prouiſores uocant, Gatæ aſſiſten-
tes nihil à marchione ſiniſtrū ſuſpicati facile aſſentiebātur. Gata uerò ſeu caſu, ſeu quod
alia reſciſſet talia, ex quibus nec illū magiſtratibus deferendum, nec tamē ſatis in eo ſpei
habendum cenſuerit, in ſententia perſiſtebat. At Piccininus poſtquā aliquot fruſtra cō-
ſumptis fallēdo Gatæ diebus, multos traijciēdi apparatus, oppoſita illi ripa oſtētauerat
pontē, qui diu paratus in Pado fuerat aliquot ſuſtentatum lintribus, per Ollij oſtium at-
trahi, & tertiam exercitus ſui partē noctu præmiſſam traijcere iuſſit: quibus copijs mar-
D chioni adiunctis, ipſe cum toto exercitu per Marchariæ & Cannedi marchionis Mātua
ni oppidorū pontes traijcere, & ex improuiſo impetitas Venetorū copias capere con-
fidebat. Sed Gatæ id ignorāti peropportunè accidit, Beretliā Gotholengenſem Piccini
no militantem, quem pellicēdis ad perfidiam Brixianis agreſtibus miſerat, redeuntem
eadem nocte à pabulatoribus interceptū ad ſe perduci. Eo etenim ſi quęcunq; geſſiſſet,
quæq; imminerent ab hoſte pericula, eueſtigio fideliter aperuiſſet, impunitate promiſſa
docēre didicit: marchionē eius diei, quod tūc appetebat diluculo, patefactis Marcharię
& Cannedi pōtibus, Piccininum in ſuas legiones ſubito immiſſurum. Quamobrē Gata
ſignis derepente motis ad proxima Brixiæ municipia ſe recepit. Aurora autē uixdum
apparente, cohortes à Piccinino præmiſſæ, ſeſe illi apud Marchariā traijcienti iunxerāt,
quando nunciatum eſt, Gatam rapidū abeuntē millia paſſuum duodecim receſſiſſe. Di-
uerſa interim & prorſus ſibijpſi cōtraria eccleſiæ & Eugenij pont. Romani rebus adfuit
fortuna. Quo etenim tēpore Bononiā, ut oſtēdimus, Romādiolāq; omnē hoſtis habuit
Piccininus, certa ſeſe obtulerat ſpes optatiſſimę & maximis ꝑ quingētos ferè annosquę

ſitæ laboribus unionis Græcorũ cũ Latina eccleſia faciendæ. Eam rem memoratu inter E
cæteras, quę multis ante ſeculis ſint geſtæ dignã, operępretium fuerit accuratius narra-
re: neq; abſurdũ fuerit eorũ, quæ ſuprà ſuis temporibus & locis diffuſe narrauimus, par-
ticulas ad hãc rem facientes repetere. Quandiu Flauius Conſtantinus, & qui ſucceſſerũt
illi Imperatores Romani, per annos uno de ſeptuaginta & quadringẽtos acceperũt ab
urbe Roma ſummorũ pontificũ erga religionẽ Chriſtianã dogmata, floruit uel magna
uel mediocri ex parte Romana res, & plurimi atq; innumeri populi, apud Indos, Æthio
pes, Arabas, Armenioſq;, & diuerſas quũ aliarũ orbis partium, tum in primis Aſiæ, qui
Romanos duces & uictrices Aquilas, aut ignoraſſent, aut penitus cõtempſiſſent, ideo
Romanorũ acceperunt imperiũ, ut quã maiores eorũ longe antea ab apoſtolis imbibe-
rant, per manuſq; tradiderãt Chriſti fidem, ſub Petri apoſtolorũ principis ſucceſſoribus
Romanis pontificibus retinerẽt. Poſtquam uerò imperatoribus ipſis Romam & ſedem
apoſtolicã deſerẽtibus, ac in pręda barbaris relinquẽtibus, eò neceſſitatis eſt peruẽtum, F
ut Carolus Magnus Francorum rex, ſicut ſuprà diximus, tutelam eccleſiæ ab Stephano
& Adriano Romanis põtificibus uocatus crearetur Romanorum Imp. qui apud Con-
ſtantinopolim ſucceſſerunt, labefactato prius per ignauiã Aſiæ & Africę imperio breui
fuerunt ſpoliati, ſimul Europæ prouincias Conſtãtinopoli proximas, & Gręciæ inſulas
amiſſuri tunc, niſi catholicæ fidei unio, quam centum ferme & quinquaginta annis poſt
ſciſſum imperiũ cum eccleſia Romana ſeruarunt, illis retinendis pręſidio adfuiſſet. Sara
cenis nanq; & Turcis, qui Aſiam prius Romano ſubiectam imperio maiori ex parte ce-
perant, & ſanctã Hieruſalem idolis inquinatam tenebant, arma aliquãdo iungere, ut in
Græciã contra Chriſtianos traijcerent cupientibus, diu obſtiterunt Armenij, gens tunc
catholicè Chriſtiana & prępotens, quæ utramq; illã ſitu dirimeret barbaram nationem.
Scythis item, qui nunc Tartari dicuntur, in Europã per Ripheos montes, Tanaim, & pa
ludem Mœotidem trãſmittere uolentibus reſtiterũt Hiberi, gens item Chriſtiana, quæ
quum Chriſti nomẽ comminui nollet, tum etiam barbarum ſibi uicinum iniquo animo G
uires augere patiebatur. Tãdem Græci nedum primis edocti malis intellexerũt quantũ
detrimẽti rebus ſuis attulerat, ſublatus ſua culpa Romanæ rei fauor, ſed in maius proru-
perũt erratum. Et cum Romano pont. ſubeſſe indignarentur, orientalibuſq; populis in
Romanæ eccleſiæ obedientia, Græcorum magis quàm Romanorũ, ut oſtendimus, cõ-
modo, perſiſtẽtibus præeſſe affectarẽt, ab eccleſia catholica defecerunt. Multis autẽ po
pulis quum Aſiæ, tum Europæ ad urbem Romam ſanctamq; ſedem apoſtolicã, prohi-
bente magis Græco hoſte, quàm barbaro, accedere nequeuntibus, ſenſim factum eſt, ut
Inde, Æthiopes, Armenij, Hiberi, alijq; populi, & ſi nomẽ retinuerũt Chriſtianum, par-
tim multos acciperent ex Græcorũ erroribus, in quos illi poſt ſciſſuram ſe præcipitarũt,
partim indignantes Græcis, quos oderant uſquequaq; ſubijci, nouas & ipſi hæreſes ſint
ſequuti. Nec parum fuit Gręcis, tot regna, tot prouincias, urbes, oppida, & populos, ſua
culpa ab Romano imperio & fide Chriſtiana eſſe alienatos, niſi recuperaturos omnia
occidẽtis principes populoſq;, partim quoad potuerint prohibuiſſent, partim captas & H
diu retẽtas urbes iterum amittere coegiſſent: quemadmodũ longa narratione factũ eſſe
oſtendimus in glorioſa expeditione Vrbani ſecũdi pont. Romani tẽporibus in Aſiam
ducta, & per annos octo atq; octuaginta quibus ea expeditio rerũ in Aſia eſt potita, quẽ
admodũ etiã alia in expeditione Bonifacij marchionis Montisferrati, Balduini comitis
Flandriæ, Henrici comitis S. Pauli, & Ludouici comitis Sabaudiæ ductu & auxilio Ve
netorũ facta diximus accidiſſe. Satis ergo ſupraq; mala recenſuimus, quæ ſecedẽtes per
ambitionẽ ſuperbiamq; ab Romanis põtificibus Romanaq; eccleſia Græci inuexerũt,
quũ orbi Chriſtiano, tum ſibijpſis, quorũ res eò loci ſunt adductæ, ut ſolam ac penè de-
ſolatam Cõſtantinopolim Poloponneſumq;, & ea quidem Turco tributaria poſſideãt.
Retinent tamẽ plurimi ac innumerabiles populi, & in Aſia & in Europa Chriſtianũ no
men, ea Gręcorũ, quã poſt ſeceſſionẽ machinati ſunt, labe inquinati, quibus ad catholi-
cæ fidei unionẽ ꝑductis, ſpes adeſt maxima, priſtinas quę illis fuerãt Ro. eccleſię Roma
niq; imperij cõſilio opibus fauoribuſq; adiutis uires reſumpturos, pulſuroſq; uniuerſam
infideliũ barbariẽ cùm ex Europa, tum ex illis etiã Aſiæ ꝓuincijs, quæ olim Ro. imp. pa
ruerunt.

A fuerunt. Ei itaq; unioni faciendæ, ut ad noſtram reuertamur hiſtoriam, iure optimo in-
tendit Ioannes Palęologus Conſtātinopolitanus præſens Imperator, magna & utinam
ne nimis ſera erroris maiorum pœnitentia ductus. Quæſiuerunt uerò ipſam unionem
continuo poſtquam facta eſt ſciſſura per annos ferè, ut principio diximus, quingentos,
plurimi pontifices Imperatoreſq; Romani, & ducti in ſententiam magno labore, maio-
riq; cum impenſa Græcorum Imperatores quatuordecim uicibus rebellarunt. Non ta-
men propterea deterritus eſt, excellentis & magna appetētis animi Eugenius pontifex,
quin, quam cardinalis optauerat, & in pontificatu quamprimū creatus fuit quęrere cœ-
perat, nunc tandem anno pontificatus ſui nono, perfici ſatageret unionem. Diximus a-
liquando Baſilienſe concilium, per Italici nominis inuidiam, infeſtiſſimis animis nihil
accuratius quæſiuiſſe, ac pro uiribus intentaſſe, quàm eo pontifice per nefas omne de-
poſito, pontificatum uel multas in partes lacerum trans Alpis traducere, ad eamq; rem
eo aſtu proceſſum eſſe, ut quum peſſima eſſet & pernicioſiſſima finis eorum intentio, ta
B lia tamen per ſimulationem aggreſſi fuerint, ex quibus in ſuas partes populos & prin-
cipes pellicerent Chriſtianos. Hinc profecta eſt, alioquin præclari operis Bohemorum
reductio, inde item initium apud eos ſumpſit hæc de qua agimus Græcorum unio cum
eccleſia occidentali. Miſerant conciliј primores Conſtantinopolim frequētes nuncios,
præſtantiſſimoſq; oratores, & Palæologo multa etiam ſupra uires ſuas polliciti fœdus
cum eo iecerant decretis firmatum ampliſſimis, fore ut quamprimum ipſi triremes mi-
liteſq; ex Creta baliſtarios, & inſuper auri ſummam tutanda à Turcis Conſtantinopoli
dediſſent, aliaſq; miſiſſent triremes, in quibus cum ſeptingentis ex omni Gręcia lectiſſi-
mis proceribus ſacerdotibuſq; in Italiam ſecurus tranſmittere poſſet, nauem conſcende
ret in eo, cui pōtifex commodè poſſet intereſſe, alterius conciliј, qui in Italia haberetur
loco tandiu futurus, quoad diſcuſſis quæ hincinde à partibus in contentionē adduce-
rentur, unio haberetur. Interfuit aſſiduus huic fœderi Chriſtophorus Garetonus pont.
Eugeniј ſecretarius, quem poſtea ob hanc rem bene geſtam, Coronio Pelopōnenſi op-
C pido epiſcopum dedit. Is qui ter quaterq; per aliquot annos antea Palęologum à ponti-
fice adiſſet, illi perſuaſit, ut quæ Baſilienſes eis impoſſibilia obtuliſſent, à pōtifice maio-
rā melioraq; ſpondente acceptauerit, ea tamen adhibita modeſtia, ut illius partium tri-
remes conſcēdere, illiuſq; deſtinatum conſilio locum accedere promiſerit, qui conuen-
ta & firmata decreto, quum uberius, tum etiam celerius adimpleſſet. Tum pontifex Ve-
netorum ei unioni apprimè ſtudentiū auxilio fretus, triremes utriq; muneri neceſſarias,
& baliſtarios pecuniaſq; ex cōdicto breui immiſit, pariq; celeritate, ſed longè diſpari re-
rum omnium apparatu armatas apud Maſſiliam Auenionemq; triremes miſerunt Baſi-
lienſes. Conſcendit itaq; Imperator pontificis claſſem, prelatis nobilibuſq; illū deductu
ris, & apparatu poſſibili ornatiſſimā. Et in eo ſeptingentorum hominū quos adducere
debuit numero, fratrem habuit Demetrium Palęologum Porphiriј genitū Deſpotū, &
præſtātiſſimos Græciæ prælatos, Ioſeph patriarcham Conſtantinopolitanū, ac loca te-
nentes Alexandrini Antiocheni & Hieroſolymitani patriarcharū, legatoſq; Trapezun
D tiј Imperatoris, Hiberorū & Valachorū cum metropolitis & clericis ac nobilibus plu-
rimis multitudine lectorum hominū copioſa, & claſſe poſt tertiū menſem, quàm à Cō-
ſtantinopoli ſoluerat, Venetias appulſa: eò item ſe contulit à Baſilea cardinalis S. Ange
li, Iulianus ex gēte Cęſarina Romanus ciuis, uir famæ celebris, qui perditos Baſiliēſis cō
ciliј abhorrēs mores, reductioni Græcorū quādiu anhelauerat, & ipſe pro uiribus quæ-
ſiuerat, cuperet intereſſe. Eoq; iuſſu pontificis deducēte, Imperator cū Græca multitudi
ne Ferrariā, quò pontifex, ut oſtendimus, ſe cōtulerat, eſt perductus. Aduenit item pau-
lopoſt cum equitibus centum terreſtri itinere, per Germanos Pannonaſq; &
Dalmatas Iſiodorus Ruthenorum archiepiſcopus, uir omnium
Græcanici ritus, qui ei interfuerint muneri poſt impe-
ratorem potentiſſimus: cui à Scythico lit-
tore in Danubiј oſtia gentes
innumeræ ſunt
ſubiectæ.

COpijs Philippi Mediolanenſium ducis in ulteriorẽ Ollij amnis ripã Man-
tuani marchionis opera, ut oſtẽdimus, expoſitis, oppidani ex planitie Bri-
xiana machinationis conſcij, quũ Gatæ retrocedenti ſeſe opponere nullo
illum perſequente non eſſent auſi, Piccinino longe abſenti oppida dedi-
dere: & accolas allatus ſubito de Gatæ receſſu, & Piccinini aduentu nun-
cius adeó terruit, ut quum nulla præſidij ſpes appareret, frumenta autem per calendas
Iulij menſis, quæ tunc erant, demeſſa, nec in oppida tuto perferre, nec ut perderent pati
poſſent, ſeſe aduenienti Philippenſium exercitui patẽtibus permiſerint portis: eo nan-
que primo acceſſus Piccinini quatriduo, plurima atq; opima quæ illa habet planities,
municipia nulla ui coacta ad hoſtes defecerunt. Monteclarenſes enim Vrcienſes & Pa-
latiolenſes ſoli tunc fidem ſeruauere. Gata uerò quamprimũ attigit Bagnolũ rus, quin- F
to à Brixia diſtans milliario, copias eo in loco ſeſe intra uallum foſſaſq; communire cu-
rauit, quæ proximum urbi agrum, magis quàm hoſtis remotiſſimũ uaſtauere. Quo die
apparuit, quanto in periculo Venetorum reſpublica uerſaretur, nam quum Gata par-
tem copiarum urbem ingredi ſtatuiſſet, obſtiterunt principes alterius factionis, arceſq;
portarum ſub ſpecie melioris cuſtodiæ ſibi ſeruandas dari efflagitauerunt, quibus cum
alij aut uerborum fallacijs decepti, aut id é republica fore rati cœpiſſent aſſentiri, præfe-
ctus præſidio cum imperio in ciuitatem Frãciſcus Barbarus, uir ante id tempus ſola in-
genij & doctrinæ gloria, uel ſolis, ut ita dixerim, pacis artibus clarus, obſtitit, oſtendens
ſi portæ melioribus quorum fides erga rem publicam nota erat, committerẽtur, eos qui
in diuiſa ciuitate alterius factionis eſſent, eo facto pro hoſtibus iudicatos, omnia clam
palamq; molituros, ut proderent hoſtibus ciuitatem: ſin uerò illis demandaretur custo-
dia, qui fidei ſuſpectæ eſſent, de republica actum eſſe. Eoq; in tempore, quum portas
retineri á magiſtratibus peruiciſſet, principes ciuitatis & factionum capita Martinen- G
gios Aduocatoſq; noua affinitate coniunxit. In quo negocio Paridem Ludronium a-
liquot in Brixianis montibus obtinentem caſtella, Petro Aduocato, quo cum maximas
exerceret inimicitias, per Leonardum Martinengium maximo reipublicæ commodo
conciliauit. At Piccininus per id temporis Gata intra Mincium amnem Benacumq; la-
cum claudendo omnem adhibuit diligentiam, fore confiſus, ut Venetorum exercitus,
qui illis apud Brixiã ſub Gata eſſet unicus, aut acceſſu in Veronenſes Vicẽtinoſq; pro-
hibitus, fame in Brixia & Bergomo, aut congreſſus prælio conficeretur, & Venetos ra-
tus eo deleto exercitu omnia breui amiſſuros, quę in continenti Italiæ ſolo poſſiderent.
Benacus nanq; longior ualde quàm latus millia paſſuum ad triginta protẽſus, ea in par-
te quæ ad Brixianos pertinet, Riuoltellam, Mineruium, Felicianum, Salodium, Ma-
dernum, & pleraq; minora habet caſtella, Venetis tunc ſubdita: quæ autem ad eandem
partem ſuperiora ſunt, & montibus Tridentinis, unde is lacus originis ſuæ fluuium Sar
cam accipit proxima, oppidum Rippa, Tiennium, & arcus caſtella epiſcopi Tridentini H
iurium ſunt: inferiora & in agrum Mantuanum ſpectantia, Sermio & ad eius emiſſoriũ
lacus Piſcheria, per quod oppidum Mincius exit amnis, marchio poſſidebat Mantua-
nus, cętera quæ dimidiatam ab Mincio in Sarcam obtinent littoris partem caſtella, La-
giſium, Bardolinum, Garda, Turris, Marceſinum, Veronenſis agri iure à Venetis obti-
nebantur. A Piſcheria uerò in Padum quicquid utraq; in Mincij amnis ripa eſt, oppido
rum caſtellorumq;, & ipſa medio in fluuij tractu Mantua, marchionis dominio ſuberat.
Veneti ſolũ tenebant Valegiũ, cuius pons turritis munitus ualidiſſimis arcibus, eũ am-
plectitur amnem. Itaq; Piccininus oppidis Brixianorũ, quę in Venetorum fide diximus
perſiſtere, poſt terga relictis, perpetuo quintæ diei, ꝙ Olliũ traiecerat itinere, Bidicio-
lum duxit, uicũ qui Cleſij amnis fluenta adiacẽs, pari pene à Benaco Mincioq; & Brixia
diſtat ſpatio. Tunc illi ſeſe oppoſiturus Gata Guardũ primo cũ mercenario equitatu pe
ditatuq; cõceſſit, auxilia expectaturus, quæ ex Brixia adderẽtur: quamprimũ nãq; per-
uaſit urbem mõtanaq; rumor, iturũ eſſe in hoſtem Gatam, illico Trompienſes, Sabbien-
ſes &

A ſes,& Franciæ Curtani Guardū iniuſſi aduolauere. Maximus uero in urbe factus eſt cur
rentiū ad arma uirorum tumultus,& niſi præfectus prǽſidio,cui urbis populiq; ſeruandi
curā ex officio incumbere oſtendi,Franciſcus barbarus clauſis obſtitiſſet portis,duode-
cim armatorū millia,quæ tunc Brixiæ inerant,prorupiſſent. Selectam tamē is emiſit ple
bis iuuētutem,ciuibus in aduerſam pugnæ fortunā urbis defenſioni cuſtodiæq; reiētis.
Auctus Brixiano huiuſcemodi tyrone Gata procedens,omnē Pedemontis orā, ab Eu-
ſimiano in Guardū millia paſſuum duodecim,eo compleuit exercitu,quē uigintiquinq;
milliū fuiſſe conſtat,uirorum animis armiſq; in pugnā paratiſſimorū. Diremit tunc eos
florentes infeſtiſſimoſq; animis exercitus amnis Cleſius,ea in parte præaltus,& quū ali-
quam expectantes pugnandi occaſionem,octauo conſtitiſſent die, cōtulit ſe ad Piccini
num marchio Mantuanus,quaterna in equitatu peditatuq; millia ſecum trahens. Quam
obrem Gata magiſtratuſq; Brixiæ ueriti,ne ex ductoribus ſuis Mantuano amicis aliqui
eſſent perfidi,& parua ſeditio rem in diſcrimen adduceret,ſolutis caſtris maximā copia-
B rum partē in urbe retinuerunt,cæteris per municipia quæ in fide perſtiterant diſtributis,
liberumq; eſt factū ex eo die Piccinino,caſtra quocunq; ſuit libitū circumferre: primæ ta
men claudendi exercitus Venetorū intentioni inſiſtens Salodiū circunſedit. Sed quum
impoſiti præſidio milites cōſtanter reſiſterent, caſtra in Felicianū Mineruiumq; tradu-
xit. Defecere interea ad eum Sorolani in Pedemontibus,& Monteclarenſes in planicie.
Salodium uero quū multi confluxiſſent ex circunſtanti agro Gibellinæ factionis Philip
po ſtudentis Pedemontani,Piccinino abſenti oppidū prodiderunt. Et marchio Mantua
nus,quàmprimū acceſſu ſuo ad Piccininū territos hoſtes receſſiſſe uidit,ex caſtris Bidio
ciolanis profectus,Mincium traiecerat,omniaq; agri Veronēſis caſtella Ateſim inter &
Mincium ſitá,primo impetu occuparat. Ad Valegiū uero quum ueniſſet, illud cuſtodū
arcis perfidia prius recepit,ꝙ eius rei rumor aut ſuſpicio emanauerit. Vnde factum eſt,
ut Ioannes Malauolta,quē cum trecentis equitibus,Brixiæ magiſtratus,Veronæ præſi-
dio addere uoluiſſent,cum illo traiectyrus ponte oppidū intraſſet à marchione interce-
C ptus & equitatu rebuſq; ſpoliatus Brixiā inermis ſoluſq; redierit. Poſtera die quæ fuit à
defectione duodeuigeſima,marchio in ulteriorē Benaci plagam,quę ſpectat in Veronē
ſes ducens,omnia eius oræ caſtella triduo cepit. Eo in tempore deſciuerūt à Venetis ual
lis Sabbiæ montani, & Sabbij eorum oppidi arcē Brixiani funditus diruerunt. Potitus
Salodio Piccininus,Bagnolum ſe contulit, inde Carmagnonā & Palatiolum caſtra cir-
cunferens,primo Pontoliū abſens,poſtea Palatiolū ſine ulla oppugnatione recepit. Ge
rebant etiam interea rem alio in loco Philippenſes. Nam ingreſſus Camonicā uallē An-
tonius Bechatia cum duobus equitatus collectitij millibus,eam incolis ſeſe dedentibus
eueſtigio ceperat. In quos ex Brixia miſſi à Barbaro Ioannes Contes,Bartholemęus Co
lionus,& Leonardus Martinengius,cum Alpinis hominib. Martinengiæ factionis,ho-
ſte primo impetu fracto,magnā ediderunt occiſionē,uallem uero incendijs rapiniſq; fœ
darunt. Quo in tempore Piccininus Clariū à prodente populo introductus,Guererium
Martianū,& Michaelem Gritum,cum equitibus ſexcentis,trecentiſq; peditibus præſi-
D dio à Gata impoſitos intercepit,& motis poſtridie caſtris,Roadum obſidere perrexit. Id
quum ægre ferrent Gata magiſtratuſq;,quod oppidi in primis fideliſſimi ſortem,monta
ni omnes uiderentur ſequuturi,opē ferre ſtatuerunt. Accitis itaq; ex Trompianis Serclia
niſq; melioribus quibuſq;,exercitum cui ſeſe immiſcuit populi iuuentus,eduxerunt,qui
bus copijs Paſſitanum Paternumq; & Bornadum ad ueſpertinū crepuſculum applicitis
Piccininus ſignis derepente motis,Colonium qui uicus tria à Roado abeſt paſſuū millia
retroceſſit: poſtridie Gata hoſtem ſummoturus qui ſupereminentē Colonio montē eo
conſilio cœperat conſcendere,ut Roado Venetoq; exercitui ſuperior eſſet, partē copia
rum immiſit,quæ hoſte pulſo in caſtra reuerſę,armis depoſitis corpora curabant,cū ſubi
to ſtructa acie adfuit Piccininus,in patentioribus Roadi campis pugnādi copiā faciens:
ſecreuerat uero in inſidijſq; locauerat Piccininus,meliores quoſq; partem tertiam legio
num,Gatam ſi in pugnam cum toto exercitu deſcendiſſet,à tergo de ipſis montibus cir-
cumuenturam. Sed quum integri quos Gata apud ſe in caſtris habuerat Piccinino primi
eſſent congreſſi,tamdiu illum repulſuri,quoad arma induerent cæteri, quos hoſtē dixi-
mus pepuliſſe,proruperunt immature ex inſidijs Philippenſes,& Gata montem retinere

te turmasq́; ordine in pugnam immittente, commiſſum eſt prælium, quod ipſis quæ tūc B
erant Auguſti menſis idibus ab ortu ſolis in occaſum pari utriuſq́; exercitus, uel paulo
maiori Philippenſium incommodo eſt productum. Seceſſerunt ilico auerſis itineribus
ambo exercitus, hic intra urbis mœnia, ille Coloniū, & licet uiciſſent'ne, an uicti eſſent,
dubij utrinq́; diſceſſiſſent, Barbaro tamen autore, qui titubantes ob aduerſi prælij famā
Brixianos in bonam ſpem erigere eſt conatus, emanauit in Brixia rumor, Gatam fudiſſe
copias Philippenſium: cuius rei cauſa factum eſt Venetijs, ut quum magni noctu, quod
adſolet, rebus lætis fierent ignes, turmę Dalmatarum Hiſtrorumq́; ad eam claſſem armā
dam accitæ, quam temporis ratio deſcribi oportere ſuadet, inaudito antea exemplo, tu-
multum Venetijs concitarint. Incaluerat mero, cuius eſt ea gens auida, & augendis igni
bus quamcūq́; materiem, quæ primum ad manus ueniret ex proximis diui Marci arce-
factorum cetariorumq́; tabernis, prout libido raperet, diſcerpebant: quod quum prohi-
bere cuſtodes nocturni accurriſſent, illi ſpreto magiſtratu ſeſe in globum tria millia ho-
minum coegere, & ipſas diripientes in tabernis clauſas merces, miſſos ad ſe comprimen F
dos ducis & dominij nuncios, etiam ex ſenatu primarios contemnebāt, apparebatq́; ma
gnum aliquod in urbe malum ſuſcitari, niſi audito Petri Lauretani occurrentis nomine,
ſub quo multas deleuiſſent hoſtium copias, ſeſe illi permiſiſſent, & impunitate donati in
cubilia ſeceſſiſſent. Fuit uero tanta Lauretani autoritas, multis maximisq́; parta uicto-
rijs, ut quod nautarum turmas feciſſe diximus, omnes Venetorum imperio ubiq́; ſubdi-
ti, & ipſi in primis ciues Veneti, ſeſe illi non tanquam tyranno aut factionis cuiuſpiam
principi, ſed tanquam clariſſimo & optimo ciui fuerint permiſſuri. Quin ipſa reſpublica
quoties graue, aut difficillimum quicquam annis antea uiginti accidit, illum delegit, cui
rerum ſumma extra urbem incumberet, qui quum multos prius bellis fortiter gerendis,
& celerrime cōficiendis anteiſſet, hoc in tempore & conſilij conſtantia & charitate in pa
triam omnes ſuperauit. Fremebant ſenatores diffiſi, ut par erat, poſſe cum ijs copijs quæ
ſub Gata aderant tantum tamq́; multiplex bellum gerere: & quum nullas conſtaret tan-
tas uſquam loci, uel maximo cum impēdio haberi poſſe, quin Philippus marchione Mā G
tuano auctus, & oppidorum caſtellorumq́; captorum opportunitate fretus, eas ab feren
da ope Brixianis repelleret, claſſem maximam in Pado ea ratione nonnulli conſulebant
armari, ut aut marchio Mantuanus, ſolus reſiſtens uiribus ſuis, patria pelleretur, aut Pic-
cinino cum copijs aduocato, Brixiani interea reſpirarent, & cum perſiſtentia tunc in fi-
de oppida ſeruarentur, tum alia quæ ceperat, hoſtis uictoriam & claſſis famā ſequuta, fa-
cilius caperentur. Variantibus itaq́; in ſenatu ſententijs, Lauretanus, qui honores admi-
niſtrationesq́; fugere conſueuiſſet, belli magnitudine admonitus, & claſſem armari per-
ſuaſit, & ſeſe illi imperatorē obtulit, ſenium, ut dixit, patriæ donaturus, quæ ætatem cæte
ram ſibi antea mancipaſſet. Accepit libens atq́; gaudens ciuitas, quod nihilominus nul-
lo deterrita pudore fuerat poſtulatura. Et declarato imperatori quicquid ille neruorū rei
publicæ in primis callentiſſimus petere induxiſſet animum, concedere eſt pollicita. De
ſtinata eſt itaq́; ex illius ſententia, & infra quadrageſimum quàm erat cœpta diem, perfe
cta claſſis & numero nauium, & armamentorum inſtrumentorumq́; bello uſui futurorū H
multitudine maior omnibus quas fluuiatili bello nauali adhibitas fuiſſe legetimus. Fue-
runt naues centum & quatuor ſupra ſexaginta, diuerſos tamen in prælij uſus, & diuerſa
inter ſe ratione formaq́; fabricatæ. Earū primæ à patritijs ductæ gubernatoribus, quinq́;
fuerunt triremes caſtellis duobus, ad proram uno, altero ad puppim eminentibus muni-
tę. Galeoni dehinc duodeſeptuaginta, quorum quinq́; triremibus adſimiles gubernato-
res habuere patritios, cæteri ex plebe uel alienigenas mercenarios, & eos etiā ſubſequu-
tæ ſunt pariter de ſeptuaginta ſubductiores humilioresq́; nauiculæ, burchellas uocant,
motu & agilitate celocibus comparandæ. Poſt illas ordine trahebantur Pado, ſed in prę
lio ubi acies inſtruenda eſſet præceſſuræ: duodecim his adſimiles, ſed ad celeritatem re-
migio meliores, quibus ductor datus eſt à ſenatu Laurentius Lauretanus imperatoris fi
lius. Hæ quas numerauimus omnes, & ſi bombardas aliaq́; habuere & tormentorum &
armorum genera, militum tamen uſibus, & gerendo cum hoſte cominus prælio deſtina
tæ erant, cæteræ in alios belli uſus adducebantur. Quinq́; etenim earum planis latisq́; al-
uis, ſed plancis tectæ denſiſſimis, quibus barbottis fuit nominatio, bombardas duas ſu-

pra ui-

A pra uiginti mediocres ſingulæ habuerunt, quas pari diſtantia in circuitum poſitas tecti
plancatæ nautæ medio ex Pado aut alteri appropinquantes ripæ, in hoſtem ædificiũ'ue;
aut in hoſtium naues poterant emittere. Fuit & unica duos fabricata in uſus pari modo
plancis tecta, ſed cui latior firmiorq; ſuperioribus eſſet aluus: ſi namq; palos hoſtes retar
dando nauium curſu altum dimiſiſſent, quorum capita uel apparerent, uel aquæ ſupere-
minentes abſconderent, demiſſæ ex hac naui catenæ illos circumductæ machinationib.
& girulis in ſummum ocyus attrahebant, & forcipem habuit eadem tam uaſtum, ut ſoli-
diſſimam morſu comprehenſam diſiiceret catenam. Ei tamen inerant bombardæ ſexde
cim, quibus quum tuta undiq; ab hoſtium impetu redderetur, tum alios in uſus eſſet pro
futura. Tres hanc uſquequaq; adſimiles ſequebantur, uoluos, girulos, & alias differentes
machinationes, quibus per medium Padi curſum, uel per medios hoſtes binæ & ternæ
ab ipſarum ſingula triremes, galeoni aut aliæ naues in aduerſum amnis profluuium tra-
herentur: quum namq; anchoras ipſi catenis adligatas demiſiſſent, iactam medio amni
B molem potius quàm nauim dixiſſes, & tamen ultra tecti ſoliditatem, duodecim ſingulæ
bombardis defendebãtur. Nauiũ ultima fuit oblongior, lintribus duodeuiginti armata,
bombardis & frequẽti remige ideo ducta, ut imperator eam uel laborantibus præſidio,
uel longe abſentibus conſilij nunciam poſſet immittere. Claudebat hanc nauium aciem
ratis eximia, quadringentis quinquaginta abiegnis piceisq; iuſtis in triremis malum an-
temnamq; trabibus ea ratione compacta, ut quum ſolida eſſet & quadraginta quinqua-
ginta'ue perferens bombardas, lapidem quadrincentenum euomentes, tum flecti abdu
ciq; poſſet, & tanquam nauis remigio gubernari. Multa huic ſeruandæ gubernandæq;
adhibita ſunt ferramenta: Nam & anchoras habuit decem triremibus adhiberi ſolitas,
quæ totidem dimittebantur catenis, & quatuor anſæ fuerunt ferreæ, librarũ ſingula qua
dringentarum, quibus aut adligata ripæ hærebat, aut machinationibus octo denſiſſimis
trahebatur. Ipſa autem in primis & tota claſſe ab incendio tutanda. Parauerunt Veneti
antemnas quinquaginta, quæ laminis ueſtitæ ferreis, totidem anchoris ſingula adligatis
C catena tenebantur: & quum ligni porroſitas leuitasq; laminarum grauedinem ſuperans
fluitaret, unci ſingulis ferrei erant ſuperadfixi, quibus omnem materiem deſuper incen-
dia ſecundo Pado perferentem diſtinentibus, nullam ſubiecta claſſis ab incẽdio pati po
terat læſionem. Si cætera prælijs oppugnationibus'ue adhibenda deſcribere uoluero ar
mamenta, quæ ipſa habuit claſſis, nec temporis, nec libri rationem habuiſſe uidebor. Nã
præter nauium uſibus neceſſaria, rudentes, funiculos, uela, remos, anchoras, præter bom
bardas, baliſtas, arcus, ſpicula, iaculos, lanceas, ſcalpra, malleos, ſcuta, præter picem, ſul-
phura, calcem terebinthinam, ſaponem, præter uaria tegendis corporibus armorum ge
nera, caſtellis, illi turribus, uallis, pontibusq; ſubito iaciendis, tigna, trabes, longurias, plã
chas, aſſeres, clauos, ſcalas, tantam comportarunt materiem, ut quanquam ſingulæ earũ
quas deſcripſimus nauium partem ſimul cum cõmeatu perferrent, ſexaginta ſcaphas &
longiuſculas adhiberi oportuerit burchellas, quib. opifices inerãt fabriq; lignarij quinq;
ſupra ſeptuaginta, & nauibus & domibus conſtruendis aſſueti, quum tamen ferrarios fa
D bros, folles, & officinam, nonnullæ aliæ lapicidas habuerint, ſaxis in bombardarum lapi
des dedolandis. At Piccininus poſtquam feſſus ſauciusq; miles, quatriduo apud Coloni
um, quo illum oſtendimus Roadenſi prælio exceſſiſſe, quieuerat, ad Roadi obſidionem
reuerſus, illud dedentibus oppidanis breui recepit: ſimiliterq; deditionem ea die fecerũt
Bomadenſes, Paterniani, & Paſſiranenſes, & poſtera quę inſequuta eſt die Monticulen
ſes, Guglagenſesq;, Omianij & Brienſes. Cuius uictorię ſequutus curſum Piccininus,
Trompienſes, prius quàm adiret deditionem feciſſe audiens, ad Iſeum ſe contulit, quod
oppidum repugnare auſum, uiribus expugnauit. Impendentem uero tunc Brixię rebus
calamitatem peruidentes Gata magiſtratusq;, & quod Piccininum conſilij habuiſſe dixi
mus futurum proſpicientes, ut obſeſſus in urbe exercitus famem potius ciuitati, & ſibijp
ſi afferret, quàm præſidio eſſe poſſet, conſtituerunt ea etiam ratione migrandum Gatę,
ut ſenatus eo ductore, quem haberet cęteros pręſtantem, tantas compararet copias, quę
& Veronam, Vicentiam, Paduamq; defenſarent, & Brixiam obſidione leuarent, quam
tamen ſatis diu, & quoad opus foret exiſtimauerint perlaturam. Mouens itaq; Gata de
tertia uigilia cum legione, quinq; millia ſelectorum uirorum in equitatu peditatuq; ha-

bente, accelerato itinere ad Mincium peruenit, cuius fluuij ripas quum attigiſſet, uada B
proſpectans quæ in Veroneſes ſpectant, nouis aggeribus communita, turmam, quæ ua
da inferius quæreret, dimittebat. Sed interea adiubitas in ſtationem à Mantuano tur-
mas, ad arma & eos aduenīſſe hoſtes exclamare audiens, tanta cum feſtinatione eueſti-
gio retroceſſit, ut qui aduenientes prope curſim acceleraſſent, ad horam quadrageſi-
mam quàm erant profecti Brixiam ſint reuerſi: nec tamen cibum aut quietem aliquam
priuſquàm urbem ingreſſi eſſent, capere potuerint. Ea compertum habens Piccininus,
ſuam execratus eſt ignauiam, qui recipiendis Iſeo & caſtellis alioquin in poteſtatem pre
cario uenturis, tempus triuiſſet: prædæ uero, ab qua totius belli ſumma penderet, cuſto-
diam neglexiſſet, & Brixiæ obſidionem inchoandam ducens, apud Ronchatellum ſe-
cundo ab urbe miliario conſedit. Sed quum obſidionis tempora iudicaret immatura, ur
be per id tempus præſidio commeatuq; munitiſſima, ad oppugnandum Vrcios oppi-
dum eſt profectus, fore ratus, ut ſi interim Gata Mincium iterato tentaſſet traijcere, ſuas
nihilominus manus nequiret euadere. Interea Venetis claſſe illa ingenti inſtruenda in- F
tentis, Nicolaus marchio Eſtenſis, quem ſæpe oſtendimus socijs eo in bello populis con
ſentire, ad Eugenium pontificem Romanum, qui Ferrariæ concilium haberet, ex ſpecio
ſiſſima Belregoardi uilla mittens, talia expoſuit, ex quibus ſuſpicari oſtendit, Venetos
claſſem illam in ſe potius nullo munitam præſidio ducturos, quàm in Mantuanum, quē
non ignorarent, & inexpugnabiles oppoſiturum in Pado munitiones, & copias quum
proprias, tum Philippi ad uim propellendam paratiſſimas habiturum. Coniecturas ue-
ro & cauſas, quibus in eam adduceretur ſuſpicionem, huiuſmodi afferebat, quod con-
ſtans de ſe infamia Venetijs uulgaretur, marchionem Mantuanum eius ſuaſione, conſi-
lio atq; impulſu, ab eorum fœderibus diſceſſiſſe: quinetiam non deeſſe Venetijs, qui pa-
làm obloquerentur, eum quo die primum oblata erit occaſio afferendi maximum ali-
quod reipublicæ detrimentum, ad Philippi partes eueſtigio tranſiturum. Et licet ponti-
fex eum uerbis ſolatum in bonam ſpem erigere ſit conatus, noluit abſtinere, quin ſuæ &
ſuorum ſaluti, ut dixit, conſuleret. Guidantonio Eomanfredo Fauentiæ uicario cum e- G
quitibus mille quingentis, peditibus trecentis in ſtipendia accepto, Borſium Eſtenſem
filium, qui Sphortię militaret, Ferrariam cum ſexcentis equitibus aduocauit. Munienda
autem contra claſſem, ſi in eum deſcendiſſet, urbe Ferraria, ſoli intercapedinem, quæ Pa-
dum & Paduſam paludem ſtadijs uix duobus intercedit, latiſſima ac præcipiti foſſa ſuc-
cidit. Ciuibus etiam in ſuam tuitionem excitatis, & tributa eos ex inuſitato cenſu confer
re, & arma comparare, & ſubitarium ex Mutina Rhegioq; Lepido militem rapidum, cō
uocare curauit. Sed pontifex miſſis Venetias oratoribus, marchionemq; ſæpenumero
adloquutus, quum damna memoraſſet & incommoda, quæ utramq; manerent partem,
ſi ad bellum iuſta etiam & urgenti ex cauſa proſilirent, effecit, ut Veneti omnia tunc cō
cedere proni, Rhodigio cum ſeptem eius inſulæ caſtellis, quæ tribus de quadraginta an-
nis pro pignore tenuiſſent, reddito, & marchione debita pecunia donato, iniuriam dolo
remq; diſſimulauerint. Quin multis illi precibus cum marchione contenderunt, ut quas
parauiſſet copias retineret, ſibi præſidio futuras, ſi Philippus marchioq; Mantuanus in- H
digne ferentes eam cum Veneto populo factam gratię redintegrationem, ipſum tā mul
tis in locis uicinum lædere intentarent. Quibus compoſitis rebus, claſſem Laureanus,
quo oſtendimus ordine, aduerſo Pado attrahi curauit, & eum marchio Ferrarienſeſq; iu
uerunt abundantiſſimo commeatu. At in Brixianis interea repugnabant cōſtanter Phi-
lippenſibus Vrciani, nec ulla Piccinino ſpes deditionis offerebatur, niſi impoſitus præſi
dio à Gata Petrus Lucenſis, ducentorum ductor equitum quartodecimo obſidionis die
oppidum prodidiſſet. Quo in tempore Franciſcus Barbarus magnitudinis animi, & ſui
in rempublicam amoris, ac gerendis in rebus ingenij dexteritatis, magnum dedit docu-
mentum. Nam quū poſt intentatam infauſte à Gata per Mantuanos fugam, cæteri quib.
erat reipublicæ ſecum in Brixia adminiſtrandę ius, illum iteratò profectionem intenta-
re omnino diſſuaderēt, ipſe ſolus tanto in periculo, ſine ulla ſpe ſolus deſeri, quàm patriā
& rempublicam deſerere maluit ac contendit, efficitq;, ut Gata modico Brixiæ relicto
præſidio emigraret: dū namq; is dubius partim ſegniter profectionē parat, partim à diſ-
ſuaſoribus retinetur, non prius ad portā alta in nocte legionem contraxit, quàm Barba-
rus Vrcio-

A rus Vrciorum deditionem reſcijt,in uulgus eueſtigio emanaturam,quæ niſi prudẽs præ
fectus eam eueſtigio ſupprimi curaſſet,conſilium tam neceſſarium euertiſſet. Gatæ uero
poſtremam aciem cum paucis claudenti non ſolum deditionẽ Barbarus aperuit, ſed ho
ſtem inſuper ad inſequendũ ſe parare,accitis in teſtes,qui renunciauerant patefacit,hor-
tatus ut pontibus in concauis uallibus,pro ſuo tranſitu factis poſt terga reſciſſis omnem
profectionis & ſalutis ſuæ ſpẽ,in ipſa reditus deſperatione,forti animo collocaret: tũcq;
apparere cœpit,quot qualiaq; commoda reſpublica Venetorum eſſet captura, ab ea cõ
ciliatione principum ciuitatis Brixię,quam oſtendimus à Barbàro factam eſſe.Nam etſi
difficultatem maximam,montes altiſſimos ſuperaturo equitatui datura uidebatur uiarũ
aſperitas,maiori tamen impedimento futurus erat Alexãder Maclouiæ Polonorũ dux
& epiſcopus Tridentinus,quem maximam illorum montium partem ditione tenentẽ,
& Philippo Mediolanenſium duci clàm cupientem , apertum in Venetos bellum tunc
moturum timebatur:mouitq; licet imparatus,& niſi partim improuiſa exercitus profe-
B ctio,partim Paris Ludronius obſtitiſſent,de eo exercitu actum erat. Gatę etenim per Sa
bienies iudiciariam uallem epiſcopo ipſi ſubiectam ingreſſo,montani, quibus eſſet epi-
ſcopi odium in Venetos exploratum,pro poſſe aduerſati fuerunt,partim tramitibus ali
cubi interciſis,partim multis ex militibus ordines à Gata datos ſeruare negligentibus,
aut confoſſis,aut in præcipitia deturbatis. Diſſimulans tamen iniuriam Gata quum tota
properaſſet die,milites de itinere feſſos in ſupremo uallis monte corpora curare de secũ
da uigilia iuſſit,& ſigna ad auroram mouens,Paride qui ſeſe obuium dedit, repulſis ho-
ſtibus,deducente aſperrimós omnium Italiæ montes conſcendit, quibus per eam diem
ſine hoſtili metu,alioquin maxima cum difficultate ſuperatis,etſi iumenta peditatumq;
in tuto amici hominis ſolo recreari oportere cenſuerunt comites, terram ipſe hoſtilẽ ea
ratione noctu penetrare uoluit,ut ignaro acceſſus ſui epiſcopo,parandi contra ſe maio-
rem uim adimeret facultatem:nec eum fefellit bona conſilij fortuna , ſiquidẽ immiſſi ad
ueſperam ab epiſcopo Poloni Maclouienſes,tanto incolas montium concitauerunt im
C petu,ut niſi acceleraſſent Gatenſes,qui iam medium confecerant iter, retrocedendi pro
grediendiue amiſſuri fuerint poteſtatem. Excelſis namq; in mõtibus illis tam ardui ſunt
calles,ut quum erectæ ſupra uerticem ſint rupes,quæ tamen in ſubiectum pedibus cliuũ
cernitur pars,adeo altum oſtendit riui fundum,ut caligantibus oculis quæcunq; in infi-
mo poſita magnitudinis ſuæ dimidio minima uideantur. Actiq; ſunt præcipites ab iner-
mi pagano,qui rarefacta in acie lentius procedebant. Mœſti uero erant legionis milites,
conſugio in nocte quæ iam appeteret deſperantes:quod quum intellexiſſet Gata,exer-
citum in concauo montis receſſu pauliſper continuit, primores in cõſilium admiſſurus:
& Poloni ad deſperantem,ut exiſtimabant,acceſſu militem,miſſili ſaxo ſuperne mactã-
dum ſpoliandumq; conuenerant,ſuis etiam qui ſaltus præoccupaturi præceſſerant reuo
catis. Tum Gata Caualcabouem & Rangonum Guidonem, impigros iuuenes cum tre
centorum turmis quas ducebant,arma exuere,& gladio breuiuſculaq; munitos haſta ſal
tum occupare,leuatos exinde armorum pondere cum inermi hoſte per cryptas ſaxoſaq;
D montis ſupercilia congredi iubet:quod quum illi ocyus feciſſent,hoſtibus partim con-
foſſis,partim in fugam conuerſis,ſecurus fuit exercitui patefactus, & trecenti illius libe-
ratores,armis equiſq; hoſti relictis,quod occeperant, per eam noctẽ itinera ſaltuſq; ex-
plorarunt. Tertia quę illuxit aurora, Tiennum appulſi oppidum,cuius tyranni epiſcopo
fœderati eſſent,etſi principio abire ſunt permiſſi,oppidanis poſtmodum extrema carpẽ
tibus,impedimentorum partem & trecentos equites amiſerunt. Et paulum progreſſi in
planicie Archi oppido ſubiecta,ea ratione uel inuiti conſedere, quod tumẽtem tunc ex
effuſis per eam noctem imbribus Sarcham fluuium tranſitu eos prohibiturum habue-
rint exploratum. Poſtera die quum Sarcham tranſmittere incepiſſent,ſeſe ex improuiſo
armati pedites obiecere,quos Ludouicus Vermes à Piccinino & marchione Mantua-
no per Benacum miſſus,uada fluminis curauerat inſidere. Et cum Gata illos ſemoturus,
difficile periculoſumq; iniſſet prælium,oſtendit ſeſe in edito aduerſæ ripæ ſupercilio Pi-
loſius centurio Venetorum cum quadringentis quos Veronenſis magiſtratus iuſſu ſub
ſidio adducebat. Quare Philippenſium peditatus hinc Vermis in Archi oppido torpen
tis ducatu deſtitutus, inde Piloſii animoſe in prælium deſcendentis aduentu deterritus

retroceſſit, Gata amiſſis ea in profectione equitibus octingentis, cæteros Veronam per E
duxit. Creditũ eſt tũc Venetos uel hoſtibus pares, uel ſi ſucceſſiſſent conatus, futuros ſu-
periores, tanta erat expectatio claſſis quã Petrus Lauretanus ad ſummũ rami eius, q pri-
mus ſe à Pado ſcindit, Ficarolũ uocant, magna cum rerũ gerendarũ oſtentatione perdu-
xerat. Sed dum ille, cui pro bellatorũ octo milibus à Senatu promiſſorum uix aderant
tria milia, reliquas expectat copias, marchio Mantuanus Padum apud Hoſtiliam ſeptũ,
diſpoſitis ea ratiõe palis, ut quaterno ordini ſingula impoſita eſſent, caſtella attentiſſime
muniebat, cathenas opponebat triplices, & utranq; fluminis ripam tot cõplebat bõbar-
dis, ut cum tuto ſtatuerentur loco, nulla poſſet appropinquare nauis, quam non fuerint
uicenis tricenis'ue ictibus confoſſuræ. Pariq; ratione Sermionẽ munierat oppidũ, quod
medio Ficarolũ inter & Hoſtiliam tractu, ad Padi dexteram obtinebat. Contulerat ſe in
terea Mompianũ Piccininus, & fiſtulis ꝑ quas fontes in Brixiã deriuãtur ſuccîſis, flumi-
nibusq; & riuis magnorũ obiectu operũ ſeptis, omnes aquas auerterat. Eo in loco cũ ali
quot conſediſſet dies, primum ad deſtinatam Brixiæ obſidionem erexit caſtellũ, quo pe F
ditatu munito, uias in illis mõtibus cõplanauit circumlaturo exercitũ uſui futuras, & ad
proximiora urbi deſcendens caſtella duo, unũ ad crucis, ad Floriani ſacellum aliud exci
tauit. Erumpebãt interim ſingulis propè diebus oppidani dura cum hoſte prælia cõmit-
tentes, nec ullũ fuit teli ſiue miſſilis genus, quod nõ periti eiuſmodi rerũ adhibuerint Bri
xiani, ut facile potuerit coniĳcere Piccininus, ingenti exercitu, perpetuaq; cũ diligentia,
tum etiã uirtute opus fore, domando populo, armis inſtrumentis & fide in primis reſiſte
re paratiſſimo. Inceſſit tñ fortis uiri excellẽtiſſimiq; bellorũ ducis animũ libido, urbis po
tentiſſimæ, cuius populus multa abundaret pecunia, aut uiribus expugnandæ, aut fame
ac opis deſperatione ad deditionẽ uel neceſſariam cõpellendæ. Et accitis omĩbus nedũ
ſtipendia facientibus, ſed quotquot in Philippi imperio idonei uiderentur, ad ſuperiorẽ
urbis partẽ quæ montes orientẽ uerſus ſolẽ attingit, caſtra eſt metatus. Maius tamen mi-
litiæ robur, ad diuorũ Apollonĳ, ſaluatoris, Maffei & Andreæ ædes cepit ſtationes. Ad- G
lataq; ſunt ex Mediolano bombardæ quindecim, quarum minima lapidẽ trecentarũ li-
brarũ emitteret. Prius uero ꝙ metandis ratione caſtris Piccininus intentior certum præ-
torio locum deſignaſſet, Tadeus Eſtenſis à præfecto præſidĳ Barbaro collegaq; ſuaſus,
omniũ copiarũ aciem in urbẽ ſtruxit, illius populo in centurias decuriaſq; diſtributo, &
arma corripere iuſſo, quouſq; delegerunt uſu atq; exercitio meliores. Quibus eruptione
facta in Apollonianam ędem in qua peditatũ locauerat Italianus, horriſono clamore de
latis, nõ ſuſtinuere impetũ Philippenſes, ſed primis qui aut in ueſtibulo aut in prima ſa-
celli parte erãt, partim occiſis, partim captis, receperunt ſeſe Italianus, & cæteri præſtan-
tiores intra paulo editiorẽ chori ſubſelliorumq; ſuggeſtũ. Veritus tñ Eſtenſis, ne ſi obſti
natius pugnando illos etiã conficere contenderet, maiorem in ſe, ꝙ quæ ſuſtineri à ſuis
poſſet, cõciret hoſtiũ multitudinẽ, ſeſe in urbẽ recepit. Cuius rei indignitate ꝑmotus Pic
cininus, Apollonianis militibus turmas eueſtigio addidit, & ea primum die bombardas
quatuor in Mombellanæ turris oppugnationẽ figere cœpit, duas orientalẽ ſpondã, me-
ridionalem alias quaſſaturas: quod autem mœnium urbis, quæ ab ipſo Mombellanæ ar- H
cis angulo, in arcem pertinent ſtadia duo inferiora ſolo æquare ſtatuerat, alias item duas
bombardas cõtra propugnaculũ, quod diui Andreæ ædes è regione ſpectat, totidẽ con
tra turris longæ arcẽ, binaſq; itẽ in turrim Apollonianis ædibus oppoſitã: cui poſtea bõ-
bardis demolirę, ciues repagula obducentes multa materie cõpacta, Rauarotti nomẽ in
didere: & alias pariter binas quatiendo altiori muro, q diuæ Iuliæ hortis adiacet, adhibe
ri curauit. Quibus die noctuq; ipſa quaſſantib. mœnia, adeo territi ſunt primis dieb. Bri-
xiani, ut de urbe dedenda, accipiendiſq; cõditionib. multi in circulis agitare, plurimi cœ
perint, cogitare. Cui difficultati in primis maxime magiſtratus cũ occurrere ſtatuiſſent,
hac ratione inter ſe onera ſunt partiti. Chriſtoforus nanq; Donatus prætor uir pręſtãtiſ-
ſimus, domi ſe continens, ciues qui adirent, & accitos quoſq; meliores hortando ac mul-
ta pollicendo, in bonã melioris fortunæ & pręmiorum ſpem erigere conabat̃. Barbarus,
obeundo ſingula, egregio eius ingenio fretus, ad exhortãdos milites ac multitudinẽ ita
apte & tanta cum induſtria ſimulatis literis & nũcĳs, ſpem affectis & ꝓpè deſperatis in
rebus eliciebat, ut oẽs uellent per uulnera & mortes bene de repub. promereri. Et quia
hoſtea

A hoſtes nõ ſolũ uiribus,ſed inſidijs omnia intentabant,diui Alexandri ſuburbiũ, & Ciui
tatulã ueterẽ incolentes , qui dicebant̃ eſſe rerũ nouandarum cupidiores,intra urbem à
munitionibus excluſam,cũ fidelioribus collocauit,fidosꝗ ad cuſtodiẽdas extremas ur-
bis partes cõſtituit,qui animis erecti urbis defenſioni acriter intenderunt:bõbardis nam
que ad extrinſeca turris Mõbellanæ fundamenta,& in turris lõgæ antemurali,ad Raua
rottũꝗ & ſub arcis magnæ radicibus poſitis,multos in caſtris mortales mactauere.Et ſu
turũ exiſtimãtes,ut mœnia diu quaſſata,niſi intrinſecus aliquo ſuſtentarent̃ obice,ſolo
æquarent̃,ea ubicunꝗ labare cernebant̃,adhibita populariter materia repararunt. Cui
muneri nedum ſola ruralibus aſſueta muneribus plebs,ſed omnis ordo ſexus ætasꝗ in-
cubuit. Nanꝗ Brayda Aduocatorũ gentis mulier uirilis animi & ptimariæ aliquot fœ-
minæ,Barbaro ſuadẽte cæteras mulieres in decurias cẽturiasꝗ diſtributas nocturnis o-
peribus ea ratione adhibuerũt,ut cũ nec momẽto unquam ab opere quod facibus præ-
latis fiebat ceſſaretur,ſed prius quàm cohortes labore cut ſomno feſſę recederent,accitę
B militari claſſico aliæ ſuccederent ,quicquid die diruiſſet hoſtis,aliqua ex parte noctu ſuf
ficeretur.Cæterũ cum hoſtis ex ignibus noctu operarios adeſſe perciperet, ac ſagittis &
tormentis deturbaret,Barbarus alio loco ignes fieri, & ſilentio ad opus inſtare curauit.
Laborauerat uero aliquãdiu ciuitas peſtilentia,& cũ urbẽ defenſoribus exhauriri cupi
ens Piccininus,nullũ prohibuiſſet petentẽ,pariter magiſtratus eã annonæ carẽtia breui
laboraturã,onere multitudinis leuare cupientes,omnes quicunꝗ induxiſſent animũ mi
grare permiſerant.Quã per occaſionẽ quiꝗ animis fractiores,aut onuſti familia grauio
re,tã multi exceſſerant uiri,ut uix duo milia mãſerint Brixiani:ex mercenario aũt Eſten
ſis milite,cũ multi morbo interiſſent,aut ad hoſtes tranſiſſent,tenue pręſidiũ cernebatur
Ea re comperta fiduciam addente Piccininus ipſam paucitatẽ adeo ſpreuit,ut omnia tã
quam aduerſus debellatos præſumpſerit intentare,primũ tamẽ aquis à Mõbellanæ tur-
ris foſſa in proxima naualia deriuatis,ſuperiorẽ qua mœnia à bombardis quatiebantur
foſſam,eodem delapſu reddidit exiccatam,quę fœno cœni humorẽ imbibente,& ſuper
C iectis cratibus ſtrata,in ueteris uiæ ſoliditatẽ milites perferebat.Exinde ductorũ aliqui,
ab diuorũ ſacellis,quę ut diximus ſtatiões tenerẽt, Piccininus ex Floriana,ex ſaluatoris
Seuerinas Ludouicus,& Italianus Foroiulianus ex Apolloniana ſingulos in eã foſſam
cuniculos perduxerunt:quibus ad ſtratũ cratib.foſſæ fundũ tactis,tectas plancis cœno,
ne ab igne corrũpi poſſent,ſuperiecto uias in pomeriũ cõſtruxerunt. Cadebant interea
in caſtris multi iaculis ſaxisꝗ oppidanorũ cõfecti,pręſertim inermis illa multitudo,quã
ex omni Lombardia in id opus coactã,milites uulneribus obijciebãt,& mœnia interim
frequentibus bombardarum ictibus tundebant̃,quibus tamẽ oppidani ſingulis in locis
quantum cõminuebantur,tantundem addebãt cõpactæ in aggerem materiei.Id cũ ani-
maduertiſſet Piccininus , caſtellum è regiõe turris Mombellanæ,quę cõfracta decubue
rat,ea ratione erigi curauit,ut baliſtarij ex eo ciuitati ſupereminẽtes,nec cõportari agge
ris materiẽ nec ciues ſinerent conſiſtere in ruinis.Sed Brixiani tumulo pomerij ſub ipſis
mœnium fundamẽtis perforato bombardã eduxerunt,cuius lapides nedum baliſtarios
D de caſtello diſturbabant,ſed illud per ſingulos dies adeo confringebant,ut nunquam ſa
tis potuerit inſtaurari.Exarſit tunc animo Italianus,& cauerna cæteris maiore quæ eſſet
equiti peruia,ab diui Andreæ ædibus in foſſam acta,uiam ad pomeriũ cratib.tectã per-
duxit.Conatum poſtea ut uiam in urbẽ ſibi faceret,pomerij tumulum interſcindere, op
pidani cominus cõgreſſi fortiter probibuerũt.Deſperans itaꝗ eo ſciſſuræ pomerij cona
tu,Italianus tramitem aggreſſus eſt fodere ſubterraneum , quo in cauernæ potius ꝙ cu-
niculi latitudinem intra urbẽ paſſibus decem longitudine perducto, propugnaculũ ſu-
pereminens per cuius fundamenta penetrauerat,eo conſilio ponte ligneo ſuſtẽtauit, ut
ſi per eam cuniculi uiã ingredi urbẽ nequiret,cõſumptis igne pontis trabibus,ruinę mu
ri propugnaculumꝗ in foueam ſubſiderent, faciliorꝗ deſuper exercitui præſtaretur aſ-
cenſus.Tunc qui in urbe manſerant fideles , reliqui ad tutanda cum alijs aperta mœnia
conceſſerunt,ſtationumꝗ munus inter ſe partiti, tentoria à Mombellana turri , ad diui
Petri oliuetum tanquam caſtra metaturi fixerunt,nec unquã abſuit quin freqenutiſſimi
prælio inſtaurãdisꝗ munitionibus intereſſent , & cum Italianus aliquãdo intentauerit,
milites per eam cuniculi cauernam latenter immittere , occurrentes è regione Brixiani

in cuniculo obtruncarunt. Ingeminari tunc cœpit utrinq; obſtinatio, Brixianis timore, E
illis ſpe audaciam confidentiamq; addente, ut ſupra uires uel facerent alternatim uel in-
iuriam propulſarent, nec momēto unquam per eos dies eſt ceſſatum à prælijs: quæ ideo
Philippenſes crebra conſerebant, ut occurrentes pugnantesq; de ruinis oppidanos, uel
iaculis conficerent uel bombardis, ex quarum ictibus bini quandoq; trini ſtupēdo mor
tis genere in multas confracti lacerīq; partes, ante procumbentium ſub aggeribus con-
ciuium conſanguineorumq; cateruas iaciebantur: ſuccedebant tamen illico in pugnam
integri Brixiani, male habito genitori filius, frater fratri, quodq; aliàs raro auditum cre-
diderim, concurſantes aut cibis deferendis, aut uulneribus alligandis mulieres, ſi curan-
tibus corpora ſuis datum illis à magiſtratu locum patere hoſti conſpexiſſent, ſcutis ipſæ
& telis armatæ, uirorum officia adimplebāt. Fuerūtq; plurimæ quibus charos ante ipſa
ora occiſos, non prius fuerit tollendi, aut ad ſepulturam efferendi cura, quàm hoſtibus
ternarum quaternarum'ue horarum pugnandi ardore defatigatis, pedem ciues ſine ur-
bis periculo referre uidiſſent. Adiuuit autem hāc mulierum fortitudinem Barbarus. Nā F
ne atrocitas cæſorum qui clypeis ad ſepulturam per urbem deferebantur terrorem ſpe-
ctantibus incuteret, debilibus qui prælio minus utiles eſſent demandata eſt cura, ut in
proximas ædes ſacras cadauera perferrent, à nemine conſpicienda, ac ne ſolam in cada-
ueribus populi miſericordiam ſibi eſſe Barbarus oſtēderet, decreuit, ut medici & medi
cinæ gratis publice exhiberentur, cæſiq; pro libertate pariter publice ſepelirentur: utq;
nihil relinqueret intentatum, quo uulgi leuarentur angores, quod in ea publicæ cuſto-
diæ perpetua ſolicitudine, pauperes unde uitam ſuſtentarent ęgre poterant reperire, nō
ſolum militares, ſed precioſos cibos pugnatoribus miniſtrauit. Sed ad oppugnationē.
Hoſtibus pariter cruentiſſima erat pugna, multis gladio, contis, deiectoq; ſaxo, in ipſo
Brixianorum rem cominus gerentium conſpectu cadentibus, plurimis dum ad foſſæ ſu
percilium turmatim properarent in prælium deſcenſuri, ab oppidanorū bombardis ra-
pide laceratis uigeſimum iam & ſecundum diem, eo in aſſiduo labore incommodoq; a-
gitati erant Brixiani. Quamobrem Piccininus fore opinatus, ut adhibita ui maiore, aut
urbs caperetur aut ciues deterriti facerent deditionem, conſtituit die craſtina accuratiſ- G
ſime oppugnare. Primum ne hoſtis apparatu, qui in caſtris fieret, uiſo intelligeret, quo
in loco ea intentanda eſſet uiolentia, bombardarios omnes iuſſit cœptam ubiq; ad mœ
nium operturas diligentiam frequentiſſimis quàm poſſent immiſſis lapidibus gemina-
re. Italianus uero ponti quem ut oſtendimus ſub propugnaculo fecerat ignem iubiecit.
Mane poſtmodum diui Andreæ ſolennibus celebri, egreſſi tentorijs ut erant à Piccini-
no iuſſi meliores quiq; ad Mōbellanę turris tumulum ruinasq; rapidiùm conuolarūt, pri
usq; ſtratam cratibus foſſam prætergreſſi, tumulum pomœrij licet aſcenſu difficilem cō
ſcenderunt, quàm occurrentes ex tempore ciues prohibere potuerint. Clamoribus ex-
inde exciti ciues immixtiq; Eſtenſis milites, qui omnibus in locis intenti prælium expe
ctabant, in hoſtem ruunt. Concrepant utrinq; bombardæ, & tantis tympanorum tuba
rumq; clangoribus, ac uirorum uociferationibus non in prælio magis quàm ab undiq;
ſpectatoribus adhortatoribusq; perſtrepebatur, ut nullus aurium ad excipienda impe- H
ria eſſet pugnanti uſus, oportueritq; manu duci aut ſignificatione alia dirigi, quos duces
retrahere aut impellere uoluerunt. Acceſſit etiam inermis multitudo mulierum ſenūq;,
cæſos uulneratosq; ſuos ne in prælio ſemiuiui aut exanimes calcarentur ſubleuantium,
quæ turba in caſtris quàm in urbe maior, omnia planctu eiulatibusq; repleuit. Eo nanq;
in prælio, quod ad meridiem eſt protractum, præter innumeram uulneratorum multi-
tudinem, quorum pars poſtea diem obijt, ducenti ſunt ex Philippenſibus deſiderati,
cum in oppido xx ciues & ferè totidem ex mercenario milite ceciderint. Id cum aduer-
tiſſet Piccininus paratas in prælium turmas, ſtantesq; in equis milites, quos oppidani
integros à feſſis pugnatoribus ſucceſſuros ſuſpicarentur, in nouam ad Apollinianum op
pugnationē miſit, quare Mombellana ocyus intermiſſa, in illam totus incubuit exerci-
tus. Ea pari conatu principio intentata in ueſperamq; perducta eò fuit acrior, quod non
ijſdem, qui cœpiſſent militibus, quemadmodum prima ad extremum eſt continuata,
ſed cum primo immiſſi maxime enixi laſſarentur, alij inuicem integri ſuccedebant. Nec
tamen efficax fuit pugnatorum uiciſsitudo, quin parem Mombellanæ Philippenſium,
ſed

A ſed oppidanorũ minorẽ hæc oppugnatio habuerit ſtragẽ, cum uulnera utrobiq; fuerint
plura,tũ fruſtrati ea binæ oppugnationis ſpe Philippenſes,tumulũ & mœniũ,qd' erat re
liquum,prius demoliri,q̃ aliã intentarent oppugnationẽ,cõſtituerunt. Caſtiganda ue-
ro Mõbellani tumuli ſummitate,tantã adhibuerant diligentiã, ut ea in fundũ maiori ex
parte tracta,facilis fuerit armato equiti ad mœnia cõſcenſus:& ne foſſores ac poſtea itu
ri in præliũ milites,iactis ſuperne lapidibus ſudibusq; uulnerarẽtur, quantũ à foſſæ fun-
do per ſingulos dies ipſa proceſſit tumuli cõplanatio, tantundẽ cratibus pluteisq; inte-
gebant. Ad turrim aũt longã,quæ urbis porta erat,uineas turresq; ea ratione egerunt,ut
aggerẽ,ſarmentorum faſcibus cõgeſta alternatim terra,antemurali ob ductũ,ex quo op
pidani bombardis in Philippenſes pro foſſa ſecundũ mœnia pugnantes iaciebant, aut
captum retinerent,aut eo demolito ſeſe illa moleſtia liberarent. Et Italianus poſtquã ꝓ-
pugnaculũ ſubiecto igne nõ ſatis,ut ſperauerat,ruere uidit,tumulũ pomerij proximũ,et
ipſe cõplanauit,adactisq; ad mœnia illa in parte integra uineis,ea primum aliquot in lo
B cis perforauit,deinde quod oppidanos cerneret alias intus munitiones opponere, ſuos
ipſe milites mœnia ſcandere,& caſtellis,quæ in urbẽ ꝓminerent erectis,foſſores ab ope
re iuſſit deturbare. Nã Brixiani defenſioni aggerẽ paſſus xx. diſtantẽ à Mõbello ad Ra-
uarottũ,ſed in ea parte,quæ Italiani conatibus erat oppoſita,denſiorẽ eo duxerunt cõſi-
lio,ut mœnibus in hoſtiũ poteſtatẽ factis,ſeſe eo munimento nihilominus tutarent̃. Dif
ficili uero ea in longitudine operi, cui tota inniteret̃ ciuitatis ſalus, ſeſe oppidani adeo
anxij adeoq; amẽtes populariter mancipauere,ut quantũuis multos,mulieres,puerosq;
æque ac uiros iaculis telisq; deſuper immiſſis Forojuliani milites, & ipſe inprimis du-
ctor uulnerarent,nullo intermiſſum ſit momento, quouſq; trabes immixtaq; uinaria ua
ſa ruderibus plena,in ualli ſpeciẽ à ciuibus poſita,mœniũ munimenta nullatenus deſide
rari ſunt paſſa. Id cũ perfectũ uidiſſent opus Philippenſes, mœnia longo ſucciſa labore,
quantũ denſo opponerent̃ aggeri,ligneis pontibus ſuſtentarunt. Et quia pomerij tumu
lus,atq; etiã ipſa in eo ſita muri fundamenta de ſoli natura uiam illis munitionibus à po-
C Brixiano oppoſitis cõtiguã,quæ ciuiũ agros & ipſa mœnia intercedit,ſupereminerent,
in ſpẽ uenerant,ut mœnibus ſuppoſito igne impulſu intra urbẽ cadentibus,& uia & foſ
ſa illis cõpletæ apertũ planumq; equitibus præberent ingreſſum ad ciuium ſtationes. Id
etiã quin accideret, nullo humani ingenij opere auerti poſſe exiſtimarunt ciues, quorũ
plurimi impendentis ut rebant̃ exitij pauore attoniti, poſt cõpreſſa aliquandiu dẽtibus
murmura,in audaciã prorupetũt adhortando ciues, ut extremã deprecati calamitatem
ſeſe hoſti permitterent. Sed omnibus in locis aderat concionabũdus Franciſcus Barba-
rus,quo inter tot cædes & uulnera intrepido ſuadẽte,ut nihil eſſet antiquius aut charius
libertate,cõpreſſæ ſunt ſeditiones,ciuibusq; in priſtinam animorũ magnitudinẽ ſua præ
ſentia ac ſingulari eloquentia adductis,atq; etiã eo & Eſtenſi Tadeo inſtruẽtibus, ad in-
genium cõuerſis,prouiſum eſt, ut ille quemadmodũ & cæteri hoſtiũ conatus, inefficax
redderet̃. Poſtq; eo in duodecim dierũ opere ſatis omnia diſpoſuerãt Philippenſes, op-
pugnationẽ denuo intentare ſtatuentes,bombardarios nocte perpetua aſſidua immit-
D tere eo iuſſerunt cõſilio,ut cũ maior fieret ex ictibus demolitio, tum etiam territi inten-
tiq; uigiliæ ciues laſſarent̃, & futuræ quã ignorarent oppugnationi debiles redderent̃.
Acceſſitq; illorũ cõſilio maius oppidanis incõmodum, quod multi dũ refractas inſtau-
rant munitiones,iſti uenientibus in incertum per noctis obſcuritatẽ lapidibus occubue
runt. Cõſtituerant uero Philippenſes eodẽ tempore quatuor in locis,quæ ſtadiorũ duo
rum,ut oſtendimus,longitudine comprenſa eſſent, oppugnare, ad Mombellanam, ad
turrim longam,ad Apollonianã,ad propugnaculum Rauarotti. Sed reſciuerant,& ua-
rio,qui fiebat in caſtris, apparatu proſpecto,intellexerant Brixiæ magiſtratus, quantis
conatibus hoſtes iterum inuadere cõſtituiſſent,quamobrem idibus Decembribus,qua
die uirgo colitur Lucia,magiſtratus poſt ſacrificium laudis, uotis rite nuncupatis con-
uenerunt,ut Chriſtophorus prætor urbem luſtraret,unde minus periculum immineret,
inermes ac imbelles hortando,ut in muris eſſent,ne urbs per inſidias caperet̃, Barbarus
uero ſummus rerum præfectus præſens periculis occurreret, Andreas Valerius patritij
ordinis in foro eſſet,ad tumultus, ſi qui exorirẽtur comprimendos, Tadeus Eſtenſis cũ
equitatu ad forũ boarium,Rauarotti periculis præſto adeſſet,& Rauarotti munitiones

Gerardus Dandalus,uir & ipſe fortis,patritij ordinis, defenſaret.Mombelli uero cuſto- B
dia forti equiti Iacobo Hiſpano,&turris lõgę defenſio Mucino Lugẽſi,ac Andreæ Leo
ni demãdatæ fuerunt:quo in defenſorẽ delecto,cũ Petro Grimanno ciuitatulæ nouę cõ
miſſa eſſet cuſtodia, eo munere ſe abdicauit. Igiť cũ Italianus nocte inrẽpeſta caſuri in-
tra ciuitatẽ,ut opinatus fuerat,atq; actis in aduerſam partẽ trabiũ brachijs curauerat,mu
ri ſuſtentacula cõbureret,oppidani paratas clàm in id neceſſitatis,ptout à Barbaro Eſtẽ
ſiq; edocti erãt,lõgurias adigentes,murũ ad hoſtiũ opera ruere impulerũt, cuius caſu cõ
planati ſub Apolloniano tumuli,actiq; cuniculi,tantus Italiani labor euanuit. Et mane
uix dũ exorto,Piccininus eductũ tabernaculis tẽtorijsq; exercitũ, accitaq; undiq; auxi-
lia, ſupra quindecim armatorũ milia acie ſtructa in ciuitatis cõſpectu à Mombellano ad
Apollonianũ tandiu cõſiſtere iuſſit,quoad dextera prolata, iuſſi in primã oppugnatio-
nẽ ordine deſcendiſſent,primiſq; pugnantibus cæteri tẽpus ſuccedendi expectãdo,de-
ſides quieſcebant.Ingreſſi foſſam,qui in Mombellanã deſcenderant oppugnationẽ,ui-
ces & ipſi inter ſe partiti in tumulũ euaſerunt:quibus cum ab oppidanis impigre reſiſte- F
reť,ſuccedebant integri feſſis,uulneribuſq; cõfectis.Id cũ aliquandiu eſſet factitatũ, in-
tellexerunt Philippenſes,ea in uiciſſitudine ſpaciũ reſpirandi hoſtibus,tanquã de indu-
ſtria datũ iri.Quamobrẽ mutato cõſilio,cõcurrerunt denſi oẽs in globumq; coacti,pari
ter Brixiani, ſummo conatu eruperunt in ruinas: cumq; Mars atrociſſimus inſęuiſſet,
quos loci cepit anguſtia rem in fronte conto,ueruto, uncis,malleis, gladijs ſecuribuſq;
geſſerunt, & feruentẽ aquã liquefactãq; igne picẽ mulieres propugnaculis demittebãt
cum tñ iaculi,ſudes &lapides magno utrinq; niſu eminus mitterenť. Vnicæ tunc ex om
ni bellico apparatu eo in loco bombardæ quieſcebant, utriſq; ueritis ne ſuos cõficerent
hoſti immixtos.Immiſerant oppidani in Philippenſes prius q̃ tumulũ conglobati con-
ſcenderent,ex turris lõgæ promurio, aliquot bõbardæ lapides:nec intentos per ocium
oculis cauentesq; potuerant lædere.Illis aũt poſtea in tumulo eò aceruatis, & mentẽ o-
culosq; in hoſtium ora,aut in tela undiq; uolitantia defixis, ſiue caſu,ſiue arte ſit factum,
unicus inter cõfertiſſimos deuolans ex ea bombarda lapis ſeptem corripuit lectiſſimos G
milites,quos,uiſu horribile,in plurima ſingulos fruſta adeo lacerauit attriuitq;, ut cuius
corporis fuerint crura,caput aut brachia,incertũ fuerit perquirentibus.Quin graues ex
Brixia caſtriſq; Philippenſiũ uiros referre audiui,uolaſſe per aera armis,ut erant uiuen-
tiũ tecta illorũ membra,&in epiſcopi hortis,qui cẽtũ ſupraq; à Mombellanis mœnibus
diſtant paſſus,binas illorũ caſſides,in quibus caro cum cerebro hæſiſſet,fuiſſe repertas.
Id conſpicati milites nullo retineri potuerunt,Piccinini iurgia adhortationibus miniſq;
immiſcentis imperio, quin ſeſe in caſtra referrẽt: qui cum pugnæ depoſito ardore mor-
tuos uulneribuſq; affectos grauioribus deferri uidiſſent, periculum cui obiectati eſſent
animo metiri,grauia in imperatorem iurgia dixere,quod tot pręſtantes uiros ob ineptã
libidinẽ ſuam,potiundi per uim eius oppidi,expoſuerit internitioni. Altera per id tem-
pus geſta ad turrim longam oppugnatio,pauciores habuit Philippenſiũ mortes,qđ ui-
neis caſtelliſq; recipiendo antemurali,licet fruſtra ſint niſi,ſed ideo anteq; adueſperaſce
ret intermiſſa eſt,quod ceſſatum eſſe à Mombellana,iuſſu Piccinini, milites crediderũt, H
quos tamẽ in tertiam,quæ ad Rauarottum cõmittebatur acerrima traxit Piccininus.Ea
eñ ad aurorã cœpta,in ſerumq; diei perducta,tantis utrinq; animis,tanto ardore eſt cõ-
miſſa,ut poſtq; haſtis cõtiſq; pugnauerant,gladijs frameiſq; longiuſculis,& demũ pugi
onibus manu ſe prenſantes,rẽ gererent.Cõflixerant eò ex ciuitate mœnium ab Italiano
ſucciſorũ, quibus urbem nudatam apparuerit fama attoniti omnis ordinis omniſq; æta
tis etiam inermes uiri & mulieres,quarũ nonnullæ armis tectæ hoſti repugnabant,cum
cæteræ ſaxis ſudibuſq; uel in incertum proijciendis poſſibilem operam exhiberent. Vſi
ſunt etiam oppidani calce tritiſſima, quã cũ fictilibus crudis impoſitam in hoſtium ora
ſuperne immiſiſſent,aut oculis per galearũ rimulas læſi, aut ipſo obtenebrati fumo Phi-
lippenſes,pugnæ inhabiles reddebanť.Nec tamẽ ſatis ea profuiſſent omnia, niſi Scara-
mucia Forliuienſis Centurio,quem Barbarus Bergomo accerſierat in tempore aduenif
ſet.Nam cum is in medio prælij ardore,ad portas Brixiæ inermis adueniſſet,ſuis corpo-
ra curatis, collecta militum oppidanorumq; manu, ne paucitas eum faceret contem-
nendum, ſignis præcinere iuſſis incubuit in prælium, & hoſte propugnaculis muri, in

quo

A quo erat fueratq; per horã ſuperior deturbato, adeo certamen reſtituit, ut non unus cen turio cum paucis, ſed magnum ſubſidium aduenisſe intus forisq; crederetur. Vbi uero manu telisq; tam pertinaciter à Foroliuienſi, & paucis quos adduxerat eſt pugnatum, qui prius ægre reſiſtebant Brixiani, non ſolum uim ui repulerunt, ſed non mediocrem quoque terrorẽ hoſti intulerunt. Pluribus igitur utrinq; datis acceptisq; uulneribus, ac multis paſſim cæſis, Piccininus receptui canere iuſſit, & equitatu in hybernacula dimiſſo edixit, ut armati mane ad eaſdem redirent oppugnationes, peditatum uero cõtinuit, ſtationibus ad tumuli complanationes bombardarumq; cuſtodiam obſeruandis. Exinde diluculo prodeuntibus, ut iuſſi erant equitibus, ſigna ad eum qui obuenerat locum, pro foſſæ ſupercilio ductores ſtatuerunt, & canentes buccina tubicines turmatim ſingulos conuocabant. Piccininus uero ira quàm ſpe plenior, nõ ductores magis quàm ipſos adhortabatur milites, opimam caperent, diriperent ciuitatem, Guelforum matronas, uirginesq; pro ſcortis, aut cum paterna & uiri hæreditate habituri uxores, tempore ute-
B rẽtur & occaſione, qua nullam in ſeculo maiorem habituri eſſent, quippe quibus non Brixiæ modo urbis dudum opulentiſſimæ, ſed ingentes detur diripere Venetorum pecunias, quas illi maximo exercitu illic alendo, pridem impendiſſent. Se nihil, & ipſum Mediolani ducem aliud uictoria ex illa expectare, quàm eo exercitu in ciuitatis inimiciſſimæ excidio diuitijs oppleto, ducere ad ſubigendas propero curſu reliquas hoſtium ciuitates. Tum prima ad turrim longam initur oppugnatio, uineæ turresq; quemadmodum pridie adiguntur. Vis maxima fit circunductio promurali aggere capiundo, nec minore ui reſiſtunt oppidani, cadunt ex Philippẽſibus multi, plurimi uulnerantur. Sed tantam hora tertia quàm pugnari cœptum erat, Brixianorum fortitudinem ſuo incommodo intellexerunt hoſtes, ut re infecta ante meridiem mœrẽtes pedem retulerint. Maioris autem nixus, maiorisq; animorum ardoris mattem, præſentia ducum, & in primis Italiani manu plus quàm uerbo agentis ad Rauarottũ faciebat. Nam quingenti ſupraq; ſelecti equites, q pro criſtis quas triplici quadrupliciue uerſicolori peniculo ornare con
C ſueuiſſent galeas, tumentibus bombice & penna ſacculis intexiſſent, ictus lapidum mollius excepturis, in foſſa & ſub pluteis Rauarottum inter & iacentem murum ab Italiano ſuccifum, in inſidijs latitabant: dumq; oppugnanti Rauarottum peditatui intentius oppidani reſiſterent, illi quantumuis armorum quibus toti tegebantur pondere grauati, procurrentes per ruinas & ipſa perfracta mœnia penetrarunt, nulloq; in ea, quæ murũ inter & nouum erat aggerem areola occurrente, ſcutati ſe ciuibus de aggere iacientibus opponebant, cæteri ſequebantur, non haſtis ſolum ueruti & malleolis ad uulnus, ſed impoſitis conto uncis ferreis, harpagonibusq; attrahendis ex aggere Brixianis armati, quibus item immixti erant, perforatæ in cannæ ſpeciem fuſilis æneæ manualis bombardæ, ſchopitum uocant, geſtatores, armatum hominem emiſſa impellente igni cum glande plumbea tranſfigentes: pugna e ueſtigio conſeritur atrociſſima, illis in locis ubi impoſitum aggeri uallum male coniunctum, uiam in urbem habere uidebatur faciliorẽ, mortes crebræ, uulnera utrinq; inferebantur crebriora, & quantum hoſti præualebat iaculis
D deijciendisq; ſaxis oppidanus, tantundem maiori obijciebatur incommodo, quod oppugnantes de tenui ac propè ruinis completa aggeris foſſa, illum ſtantem in aggere ſuffodebãt, qua in corporis parte, aut nulla aut ad femur eſt debilis armatura: trahebantur etiam nonnulli uncis per decliuem aggeris reſupini, cum tamen plurimos confoderent glandes plumbeæ ſchopitorum: nec loco ut cederent ciues adduci potuiſſent, niſi nouo uſi inſtrumento Philippenſes ſulphureis bombardarum pulueribus plena, ſed coſtis circulisq; male cõpactis rimuloſa & caſu ipſo quaquauerſum hiantia uaſcula, in aggerem proijcientes, ignẽ e ueſtigio admouiſſent, quo diſſipatum inter ipſa oppidanorũ crura puluerẽ, rapidiſſima corripiente flamma ſemiuſtulati ſunt multi, & cætera turba illico ſeſe præcipitem ex aggere proripuit, liber tunc & defenſore nudatus patuit Philippenſibus agger: nec tamen in tanta uiriliter oppugnantium multitudine quiſquam cõſcendit, fumo exinde ſulphuris, qui caliginis dẽſitate, aggerem abſconderat in aera ſublato: matronæ & inermis debilium puerorumq; turba, quæ ciuibus dum pugnauerant arma ſubminiſtraſſet, denudatum propugnatore locum cõſpicati, clamores attollunt, ac maximos ululatus, matres filios, genitores filiæ, fratres propinquos & maritos ſingulæ compellantes

lantes prenſare, flenteſq; orare, uitam'ne ſatis ſeruare ducerent, qui poſt parum ſe an- B
te ora in oculis ſuis ab hoſte uiolari, abduci, conſtuprari, ſupremo affici dedecore ſint
uiſuri: quibus exciti uocibus duri Brixiani in locū redeunt, prælīūq; ſolito acrius inſtau
rāt. accurrit undiq; & ad Rauarottū pugnare & ſtatiões alibi ſeruare ſolitus miles, ſacer
doteſq; & religioſi ſago militari ſumpto egregiā tūc operā præſtiterunt: & cū parū eſſet
decens, aduentantibus aggerē ſeruare, nouis & itē ipſi inſtrumētis uſi, congeſtas in faſ-
ces ſciſſulas flāmanti face immixtas ſuperne demittentes, fictilia etiā trita calce plena, in
ſubiectos pedibus deiecerūt. Quæ res quantū Philippenſibus obſtiterint incredibile di
ctu, multis ipſo uapore cōpreſſo anhelitu conſternatis, plurimis atq; etiam omnibus ita
fumo obcæcatis, ut tela ictuſq; oēs, uel in incertū uel in ſuos mittere cogerent. Id cū per
uidiſſent oppidani, in perplexos anxioſq; cuneo facto p decliue corruūt. Acer ibi Mars,
duriſſimū cōmittit prælīū, ſed multis utrinq; cadētibus, terga primi dedere Philippen-
ſes, quos oppidani ardētib. animis inſecuti, de ruinis deq; ipſo pomœrij tumultu præci-
pites expulerūt. Poſtera die Piccininus, Brixia per uim potiri deſperās, bōbardis ad pro F
xima municipia cōportari iuſſis, exercitū ſolitis in hybernaculis cōtinuit. Tūc magiſtra
tus defenſam tutatāq; ab hoſte potētiſſimo urbē, in optimum maximū deū Ieſum referē
tes, ſupplicationes publice in multos dies iuſſerūt, atq; ipſi poſtea præſentes haberi ſo-
lenniter curauerunt: cui muneri ineptior armis togarorū ordo, cū mulieribus intendit,
cæteri aut demoliendis corrūpendis'ue caſtellis, uineis, pluteis, cratibus ab hoſte in foſ-
ſa & pomœrio oppugnationi adhibitis, aut inſtauranda pro tēpore mœniū fractura, o-
perā impenderūt: nec tñ aberat quin audaces oppidani militibus Tadei Eſtenſis immi-
xti, cū portis & magiſtratu fruſtra phiberent, quibus murorū paterent fracturæ, laceſſi
tū inter hybernacula hoſtē redderent inquietū. Quamobrē nudiuſtertius q̄ fuerat op-
pugnatū, Piccininus tentorijs euulſis hybernaculiſq;, & cætera quæ in caſtris ad oppu-
gnationē erat materie igni cōſumpta, obſidionē ſoluit, & tāquā diu, ac longe abfuturus
in Pedemontē primo ducere ſimulans, cohortes duas ſub collis recurui ſinu ad Petram
Galli uocant, in inſidijs reliquit. Quo die maiotē populus Brixianus q̄ duta in omni ob G
ſidione illa calamitatē accepiſſet, niſi Barbaro reuocante, Tadeus Eſtēſis copiolas edu-
xiſſet præſidio plebi, quæ & uiſendi ſtudio & lignandi neceſſitate, quin paſſis emitteret
portis, cōtineri nō potuit: omnibus nanq; per caſtrorū loca effuſis, præmiſſi ab Eſtenſi
exploratores, hoſtē in inſidijs uiſum, tanta celeritate nequiuerūt uociferantes renuncia-
re, quin Philippenſibus furibundū irruentibus plurimi ciuiū cōplanatis foſſarum meati
bus, ſeſe in urbē recipere ſint coacti. Id cū parū feliciter quemadmodū & alios conatus
ſucceſſiſſe uidiſſet Piccininus, milites fecit certiores futurā plus minus decennio apud
Euſimianū morā, proinde oēs interea & uulnerati militis curam medelæ ſuſciperent at-
tentiorē, & cætera in nouā profectionē uſui futura cōpatarent, ipſe perficiendis munitiē-
diſq; caſtellis, quæ apud Monplanū & ad Crucis Euſimianumq; inſtituta docuimus, ſe-
ſe totū dedit. Eo tēpore cum ab otioſis Philippenſiū ductoribus Brixianiſq; pariter no-
ſcendi occiſorū numeri ſuſcepta eſſet cura, cōpertum fuit deſideratos fuiſſe ex ciuibus
octingentos, & ex mercenario eorū milite ducentos. In caſtris uero cū foſſores bubul- H
ciue occubuiſſent incerto eis numero, ſed ut exiſtimabant plus q̄ quingenti, occiſos cō
ſtitit ſupra duo milia mercenarios, in quibus fuerunt ducenti præſtantes rei militaris pe
ritia & originis nobilitate milites, quorū nomina erant clara. Caſtellis abunde munitis
Piccininus exercitū in Pedemontes hybernatū dimiſit. Marchio Mantuanus in circuf-
tu Benaci ſtatiua cepit. At Veneti, Gata quāprimum Veronā applicuit, in ſummū belli
ductorē, capitaneum appellant, declarato, copias pro temporis breuitate repararunt, &
opis ferendæ Brixianis nō immemores, illū ſi forte quà aduenerat, cum importando cō
meatu reuerti poſſet, intentare iuſſerunt, Qui Penetrā Turbulaſq;, ducēs caſtella, quæ
Mantuanū omnia in Veronenſibus & circū Benaci oram capientē, æſtate præterita ob
locorum exilitatem ſpreuiſſe oſtendimus, ea primū cōmuniuit. Exinde admonito Pari-
de Lutronio, ut obuius prodiret, frumenti uim maximā ibi coegerat, cū Piccininus Mā-
tuanuſq; copijs ripam quod Tridentinorū oppidū Benaco adiacere oſtendimus, naui-
gio tranſportatis, præſidia impoſuere Archo Tiennoq; caſtellis, quę epiſcopo Triden-
tino diximus conſentire. Eodem etiam duxit per montes altiſſimos Italianus equites
ſexcentos

A ſexcentos, pedites mille, & tñ auſus eſt Gatta noctu immittere cum cẽturionibus qua-
tuor cõmeatum. Sed cum hi ſuperato Tienni ſaltu, in tuta euaſiſſe crederent, Italianum
in cauo riui fundo habuerunt obuium. Quamobrẽ cum in montis uicini cacumen, cum
farcinis ſeſe recepiſſent: plurimis ſuperati prælijs, parte cæſa, cæteriſq; omnibus uulne-
ratis poſt triduũ in poteſtatẽ hoſtium cũ ſarcinis peruenere. Gatta aũt apud Turbulas
hyberna ducente, & copias enixiſſime cogente, marchio Piccininuſq; omnem præſidij
etiam illa uia Brixiæ afferendi ſpem Venetis præcidere cupientes, ad Brixiæ ſuburbia
ſunt delati, & Sabiã uallem per idus Ianuarias, cum ſex militum milibus conceſſere, nec
prius inde ſunt profecti, q̃ tribus caſtellis ad Nucẽ, ad Cagios, ad Toſeciũ erectis ea prę
ſidio firmauere: & ut omnis obſtructa eſſet uia cõmeatibus Brixiam importandis, Cæ-
ſatem Martinengum artibus belli præditum, & ob familiæ dignitatem Guelfæ princi-
pem factionis Monpiani eſſe iubent: cui uallem Trompiã ſubiecere. Italianus uero ex
Tridentinis montibus mouens, Lutronium petebat, quod cum eſſet nunciatum, ſexcen
B tos pedites ſubſidio Paridi Barbarus cõfeſtim dimittit, qui ad eũ per uallem Trõpieſiũ
ducibus Gerardo Dãdulo, & Diotesalui centurione properantes, cum ad ſupereminẽ-
tem caſtello quod ad Nucẽ Piccininus excitauerat, collem applicuiſſent, equitum Pic-
cinini cohortem ſorte cõſpicati ſine ulla hoſtilis impetus ſuſpicione liberius quieſcere,
eos aggreſſi multos cęcidere, plurimos abduxere captiuos. Tã multi autem ex factione
Guelfa Trõpienſes ſecuti erant Dãduli peditatũ, ut qui ex urbe profecti erant ſexcenti,
ad Paridis cõſpectũ mille conceſſerint. Coegerat pariter Italianus ex Mantuanis Theo
tonicisq; Tridentinis, & Gibellina Brixianorũ factione agreſtes duo milia. Et eo cũ tri-
um milliũ peditatu ac ſexcentis equitibus ſeſe Piccinino marchioniq; Mãtuano iungen
di ſtudio properans, primũ in Paridem ducere cœpit. Sed cum Sarchæ fluuij ponte, qui
eſt in Romani oppidi agro, traductis copijs montẽ conſcenderet proximum, Paris per
notos uallium receſſus ſeſe inſinuans præſidium quod ille ad pontem dimiſerat, inuaſit:
quo magna occidione cæſo, ut nec Italiani filius, neq; Petrus Capotia equeſtris ordinis
C Polonus, copiarum epiſcopi Tridẽtini ductor, uiui fuerint reſeruati, ruentem in ſe Italia
nũ fortiter ſuſtinuit. tũ pugna cõmiſſa eſt atrociſſima, ſtudioſis partium ſanguinem ma-
gis q̃ prædam hoſtium ſitientibus. Itaq; ſeſſus, & inferior pugnando Italianus cum tri-
bus loco certaſſet horis in montem quã aduenerat eſt reuerſus, extremã cuius aciẽ nun
quam pugnando deſtituit Paris: & niſi nox prope in fugam cõuerſum texiſſet exercitũ,
cladẽ eo die Philippus maximam accepiſſet. Mane uero cum orta dies pugnandi auda-
ciam Brixianis & Paridi feciſſet, in illos delati multo prius interfecere q̃ uoluerint ter-
gadare. Tandẽ qui uiribus alioqui paribus à locorum inſcitia ſe impares cernerẽt Phi-
lippenſes, fugam attoniti fœdiſſimã cõmiſere. Et captus eſt, ac de fuga retractus Galea-
tius architytannulorum unus, ueneruntq; in Venetorũ poteſtatẽ ex eo exercitu circiter
mille, cum totidem utriuſq; diei prælijs cecidiſſent. Italianus aũt per aſpera montium iu
ga, Ripam oppidũ reuertit inermis, quem diuerſis itineribus ſecuti ſunt trecenti ex equi
tatu, & mille pedites, qui manibus hoſtiũ prolabi potuere. Id cũ intellexiſſent Marchio
D & Piccininus, copijs quæ in Brixianis ubiq; hyberna ducebãt accitis, in ſuprema uallis
Sabienſium, Idrum appellant, duxere: & locorum aſperitatibus quæ ſunt maximæ ſupe
ratis, caſtra ad Ludronium metati, id oppidum dierum quindecim oppugnatione cepe
runt. Exinde obſederunt Romaniũ Paridis item caſtellum, quod natura loci munitiſſi-
mum, præſidioq; firmatum ualidiſſimo cum uiribus capi non poſſe intelligerent, & hy-
ems aſperrima per Februarij quæ inſtabant Calẽdas obſidionẽ continuari prohiberet,
ad Benaci orã cũ copijs ſunt reuerſi. Interea Lauretanus cum expectata diu ſupplemen
ta ſenatus nõ mitteret, Sermionẽ aliquãdo oppugnauit, quod oppidum cum Marchio-
nis lectiſſimi milites defenſarent cum ea copiarum paucitate nequiuit capere, nec carue
runt ſenatus principes infamia neglecti inuidia magis quã impotentia ſupplementi. Et
tamen Brixiæ laborũ anxij, quã niſi opem præſidiumq; afferrent, uel fame ipſa compul
ſam, breui defecturã exiſtimauerint, aliam in Benaco deſtinant claſſem, numero quidẽ
nauium uel militię robore haud quaquã multifaciendam, ſed quę poſteris æque ac fuit
nobis miraculo ſit futura, quãdoquidem prima eſt, quam montibus trahi portariq; altiſ
ſimis ſit auditum. Eſt in ſinu Benaci ſupremo, quà fluuius influit Sarcha, ad ſiniſtram per

tenuis uicus piſcatorũ paucorumꝗ colonorũ habitatio quas diximus Turbulas appel- B
lari, ſuperincubatꝗ paſſus circiter mille Penetta caſtellum edito in cacumine montis ſi-
tum. Ea loca oſtendit primus Gatta fore idonea, apud quæ terreſtres copiæ ſeruarentur,
cũ naues ſi quæ adeſſent, eum etiam in ſinum faciliter cogi poſſent. Triremibus itaꝗ iu-
ſtis duabus, tribus minoribus, & ſcaphis uigintiquinꝗ, aduerſo Atheſi ad Veronæ mœ
nia partim remis, partim funiculo ductis, eas naues ſexaginta paſſuum milia maiori mul
to labore ad terni muriꝗ pagos, binis quaterniſue iugatis bobus adhibitis attraxerũt. Si
quidẽ nullo hominũ robore, nedum duci, ſed neꝗ contra fluuij rapiditatẽ poterant ſu-
ſtentari. In planicie uero quæ pagos & proximum lacũ, diui Andreæ appellant, ſex paſ-
ſuũ milia intercedit, triremes, ſubiectis lapſibus & lintres ac ſcaphæ uehiculis facile ſunt
perductæ, cũ tñ lacũ uix mille oblongũ paſſus, cũctis ductę facilius nauigarint. Lacũ tu-
mulus ducentos paſſus molliter faſtigiatus, ꝑpior adiacebat, & ſaxea rupes in muri ſpe-
ciẽ ſuſpenſa, riuo haud quaquã lato ab tumulo diuiſa illũ quingẽtos paſſus ſupereminе
bat. Adhibitis itaꝗ ingentẽ in numerum lapicidis foſſoribusꝗ, tumuli dorſum in proxi F
mas lacus aquas ſarculis demoliti ſunt, quantũ triremis exigeret latitudo, exinde ſaxo
rupis ſupercilio in riuum decuſſo, detruncatos arborum ramos, & uirgultorũ faſces ma
gnopere cõportarunt. Qua ex materie poſtquã ab aquis ad ſummum ſaxi dorſum, facta
eſt paſſus mille leni faſtigio uia, eam ſuperiecta tellure ita æquarunt, ut lapſibus uehicu-
liſꝗ, quemadmodũ in planicie ſuppoſitis triremes primo, dehinc naues cæteræ machi-
nationibus in monte ſummo firmatis fuerint attractæ. Inde ad Nagũ rus planities bina
patens paſſuum milia, cum eſſet paruo tranſacta labore, in proximum Penetræ collem,
quingentos paſſus minime molliter ſurgẽtẽ, ſuperiore ratione ſummis laboribus eſt ſuc
ceſſum, nec minoris fuit aut curæ aut laboris, graues pondere & facile ſi ſaxo impactę eſ
ſent diſſoluendas per cliuũ paſſus mille in præceps uergentẽ dimittere ad Benacũ. Tur-
bulas tñ deductæ, cum à peritiori nauiculatore eſſent diligenter inſpectæ, triremium al-
tera quã reſarciri oportere iudicauerint in littore retenta, cæteræ fuerũt aquis expoſitæ. G
quod aũt marchio Mantuanus triremem in Benaco haberet, qua primo Brixiano bello
Veneti traducendis copijs uſi erant, & ganzeras galeonosꝗ apud Riuoltellã parari fa-
ceret, Gatta & prouiſores ſeruanda claſſe ea ratione Turbularum ſinũ clauſere, ut palis
quernis triplici ordine in hemicyclũ utrinꝗ ad ripam perductum deiectis caſtelloꝗ ad
portam quæ relicta erant impoſito tutus ab hoſtibus redderet̃. Viſum eſt Venetis eam
claſſem alendis ſpe Brixianis, cõſeruandaꝗ opportunitate nunciorum ad illos per mõ-
tes mittendorũ ſatisfacere, nec ignorabant, in ea quæ duci Philippo & Marchioni Man
tuano eſſet, cum copiarum magnitudine, tũ penetrandi in eorum intima facultate, nedũ
aliquam opis afferendæ clauſis Brixianis ſpem eſſe reliquam, ſed timendum ac prope
expectandum, ut de Verona Vicentia & Patauio, æſtate futura defenſandis laborandũ
foret. Copijs itaꝗ cõparandis intenti, cũ nullæ niſi collectitiæ, quarum quo maior eo o-
neroſior atꝗ infructuoſior futurus erat uſus, ſeſe offerrent: ad eam deuenerant animorũ
conſternationẽ, ut de imperio terreſtri retinendo aliquamdiu fuerit deſperatũ. Et licet
unicũ proſpicerent præſtari poſſe à Sphortia præſidium, cuius recõciliandi nõnulla o- H
ſtenderet̃ ſpes, ſi Florentinis ſupplicare uellent, detinuit eos aliquot menſes pudor, ueri
tos ne ſi non ſucceſſiſſet, ignominiã adderent detrimẽto. Vicit tñ ducis ſeniorumꝗ pru
dentia, & miſſus eſt Florentiã orator Iacobus ex Donata gente patritius: uir cũ diues &
qui nullis unquã uſus magiſtratibus, ab omni faſtus ſuſpicione ꝙ lõgè abeſſet: tũ quod
in rem fore peruidit ſenatus, Coſmo & Laurentio Mediceis eſſet amicitia coniunctiſſi-
mus. Cuius effecit humanitas, ut quem primo irridentes pene uiderant Florentini, pro-
pe diem exauditurі fuerint, niſi Sphortiã adduci poſſe in ſententiam dubitaſſet. Is enim
quãdiu oppugnabat̃ Brixia, per ſingulos pene dies, Blancham Philippi filiam, ſe ut ſu-
pra oſtendimus alliciẽdo ſponſam traducere ſperauit. Excitauit extruxitꝗ in Firmana
arce aulas, ac digna tantis nuptijs cubicula exornauit, pompam deſtinauit inſtituitꝗ, &
magno cum impẽdio à populis parari curauit, omnibus qui honeſto in Picentibus nati
eſſent loco uiris mulieribusꝗ iunioribus, nouũ iuſſis ſplẽdidiorẽꝗ amictũ, uel publicis
municipiorũ ſumptibus cõparare, quicquid ubiꝗ fuit tapetiorũ, auleorumꝗ Firmum
& per ſingula itineris ſponſæ loca diſpoſitũ, & cũ eſſet patum, quod habuere Picentes,
Venetos

A Venetos multi plurimi Florentinos cõmodũ petiuere. Inuitati ſunt publice priuatimq́
ſingulis in dominijs & populis Sphortię amici, turba ingẽs, nec minores Philippus oſtẽ
tauit apparatus. Et nñ quamquam contraria illi uerbis animo ſederet ſententia, quippe
cui cũ Piccinino eſſet conſtitutum, Brixia recepta, Sphortiam totis perſequi uiribus, eã
uxoris traductionẽ uarijs ducẽs artibus, quandoq́ aſpera nimis hyemis tempora quan-
doq́ minus integrã puellæ ualitudinẽ prætendebat. Id cum nimis diu fieret ſuſpicatum
antea Sphortiã, qualis impẽdere poſſet machinatio, penſitare fecerat, cum forte reſcijt,
Piccininũ forti cuipiam ex Bracianorum ſecta militi, pericula improbanti, quæ capien-
da uiribus Brixia ſubirent, quoniã omnia Sphortiæ quæſitum irẽt, quem Philippus datã
filia hæredem imperijq́ ſucceſſorem inſtituiſſe uideretur: reſpendiſſe quin hanc ad finẽ
aliquando perducite oppugnationem, quæ à Sphortianorum moleſtia nos tandem li-
berabit. namq́ potiti Brixia, Marchione Mantuano illius oppugnandis munitionibus
dimiſſo, omnes copias prius in Picenũ ducemus ꝙ calamiſtratus ille ſponſus quid apud
B nos fiat potuerit intelligere: & cõficiendis quales mereſ nuptijs, ſponſa ego, uos aſſeclę
& ephebi ſaltatores eritis. Eo aũt in negotio afflictis & peſſum penitus abituris Veneto
rũ rebus arriſit fortuna. Si ẽm Philippus oblata occaſione prudẽter uſus Sphortiã qui-
bus pridẽ pellexerat retinuiſſet artibus, data illi in coniugem filia, Italiam ſibi potuit ſu-
bigere. Sed cũ Sphortia tãtis faſtiditus deterritusq́ uerſutijs, Florẽtinos intellexiſſet ad
Venetos inclinare, Philippiq́ ingeniũ, ut antea ſuſpectũ ducere, qđ timide aliquando
ſibi ſuaſerant, ut perficerent adhortari cœpit. Interea Eugenius põtifex Romanus quod
peſtis quæ autumno Ferrariam depopulari cœperat, per hyemem continuaret: ſibi cu-
riæ & concilio, quod per annum illic habuerat conſulturus, per Ianuarium Florentiam
cõmigrauit. Quo etiã ſuadente, Florentini Iacobum Donatum exaudientes, ad Nonas
Februarias, prima cum Venetis & Sphortia in quinquenniũ redintegrarunt fœdera. In
quibus illud in primis interuenit, Sphortia utriuſq́ populi ſocius ac belli ſupremus ad-
miniſtrator foret, cui equitum quatuor, peditũ uero duorũ milium, ſtipendia penderen-
C tur: actũq́ eſt ut copias uterq́ populus quotquot haberet, quotq́ ipſe cẽſuiſſet mercede
conſcribendas, ſibi bellũ ex ſententia geſturo ſubijcerent. Aſcriptus eſt etiã eius ſocieta
ti belli quartus Nicolaus Marchio Eſtenſis Ferrariæ uicarius: cũ quo eſt actum, ut Gui-
dantonium Manfredum Fauentiæ uicarium cum ſuis mille quingentis equitibus, pedi-
tibus trecentis, & Borſum Eſtenſem filiũ cum equitibus mille, Venetorum Florentino
rumq́ ſtipendio & impenſa retineret, ſub Sphortia cum in hoſtem ducere ſtatueret mi-
litaturos. Quæ cum ad Piccininum eſſent perlata, non ultra differendum eſt ratus, quin
Veronam, Vincentiam, Paduamq́ prius capere intentaret, ꝙ poſſent ſocij neceſſarias
quibus indigerẽt multis copias cõparare. Et à Benaci ora profectus, Deredã Sanguinẽ-
dãq́ agri Veronenſis uicos duxit. Quo in tempore Veneti, claſſem ſecundo Pado, quã
aduenerat, reducentes, apud Clugiã ea ratione continuerunt, ut Mantuani de illius redi
tu ſuſpicaturi, copias apud Sermionem Hoſtiliamq́ diſtinerẽt. Cum autem Piccininus
Atheſim uel uado uel adhibitis pontibus trãſmittere aliquando intẽtaſſet, iuſſi à ſenatu
D Andreas Donatus equeſtris ordinis, ac Hieronymus Cõtarenus, copijs freti tumultua
rie coactis, eũ prohibuerunt. Tunc Marchio Mantuanus, galeonos duodetriginta è Pa-
do ubi apud Hoſtiliam claſſi Lauredaneæ fuerant oppoſiti, in ſtagna ꝓduxit paludesq́
quas Atheſis & Tartari amnis inundationes, Lignacũ inter & Padi aggeres, Hoſtiliæ &
Melariæ ſubiectos efficiunt. Nã cũ Tartarus amnis perexiguus haud longe infra Hoſti
liã Padũ influat, modicũ eius hoſtiũ ac ſtrictum deinceps alueum, quoad opus fuit, non
ſine ingenti opere dilatauit, & defoſſam quæ amnem ipſum dictasq́ intercedebat palu-
des uliginẽ, eo conſilio effecit nauigabilem, ut per eos paludum meatus claſſe in Athe-
ſim perducta, copias ipſe Piccininusq́ in Veronẽſem Paduanum'ue agros traducerẽt.
Atheſis nãq́ duobus in locis, uno ad uicum cui Caſtagnario eſt nomen, uiginti diſtante
ab Liniaco ſtadia, altero ad Malopere locum, ꝗ paulo eſt inferior caſtro Baldo, diſiectis
pridẽ aggeribus tertiam penè ſui partem in ſubiectas effundit paludes piſcoſiſſimas o-
mniũ Italiæ primarias, ad quas continent paruæ ſub Hoſtilia ſuperiores. Sed Veneti eã
Philippenſiũ repellenda claſſe, Caſtagnarij & Malopere Atheſis uada obicibus primũ,
& iactis molibus obſtruxerunt, deinde claſſem celocium lintriumq́ multarum immi-

ſerunt,quarum Marinus Demolinus,&Ludouicus Cōtarenus præfecti ductoresꝗ fue B
runt.Et ne hoſtes Atheſim aliquando ingreſſi liberum tutūꝗ in continentem haberent
aditū: Andream Donatum qui Venetias interea reuerſus Patauium prætor aduenerat,
cum accitis raptim Patauinorum copijs curare iuſſerunt:cui Tibertum Brandolinū Fo
roliuienſem impigrum adoleſcentem, trecentos ducentē expeditiſſimos equites addi-
derunt. Nec tamen adeo potuit prope Andreas accedere, quin Philippenſes oppoſita
ad Caſtagnarium repagula euulſuri, claſſem appuliſſent. Reſiſtebant uero Demolinus
Contarenusꝗ audaciſſime: quamobrem Piccininus Gonzagaꝗ uiſis Andreæ copijs,
quæ præſidio acceſſerunt, & ſi maiores quàm antea conatus de prima uigilia oſtenta-
runt,intempeſta ſoluentes ad uada Maloperæ nauigarunt,& illico diſiectis nullo probi
bēte munitionibus Atheſim cū octo galeonibus ingreſſi mille armatos,in quis ſagitta-
rij erant frequentiſſimi,expoſuere. Tum Andreas eam hoſtiū paucitatem, quæ expoſi-
ta erat,aliūꝗ peditatum qui educi claſſe poſſet,ea ratione contempſit: quod ſine equita
tu,qui nauibus illis adduci nequiret,nihil læſuri eſſent.& hoſtem ſi expectaſſet undique F
& à tergo & à fronte & à ſiniſtro latere inuaſurus,pontem ſub caſtro Baldo in eam quæ
paludes ab Atheſi diuidit, ſalictorum uliginisꝗ potiuſquam aggeris intercapedinē in-
ſtituit.Pugnarunt interea fortiter in hoſtium galeonis Demolinus Contarenusꝗ de lin
tribus.Et Tibertus ſtructa acie cum expoſitis eſt congreſſus,quibus in prælijs & Conta
renus tragula ictus interijt, & Tibertus dextrum crus lapideo bōbardæ de galeonibus
facientis fragmento fuit grauiter uulneratus.Ponte Donati propemodū perfecto, Phi-
lippenſium ductores loco diffiſi retroceſſere, & Ceredā Sanguinedamꝗ reuerſi aliam
intentarunt difficiliorem tranſmittendi Atheſis rationem.Galeonos etenim ex paludi-
bus in Tartarum qua aduenerant tractos in Buſſam ſtagnum duxere: & foſſorum mili-
bus ſex ex Mantuano Brixiano,Bergomenſi & Cremonēſi agris, eo coactis,foſſam in-
ſtitetunt:quam cum ad Atheſis ripam perduci eſſet cœptum, traducti lintribus per no-
ctem quandoꝗ interdiu Veneti milites,ſæpenumero repleuerunt. Tum mutato conſi-
lio Philippenſes foſſam ueterem quæ dudum deſiccandis paluſtri humore agris, conti G
nendaꝗ ſtagnantis Atheſis alluuie inſtituta obſoluerat,innouantes, torrentem Panigū
& proxima quæque ſtagna in illam deriuarunt. Ne uero noua hæc foſſa quemadmodū
prima ab hoſte impediretur,caſtra etiam ipſi pro Atheſis ripà,ad Anglatium rus quinꝗ
paſſuum milia ab Liniaco Veronam uerſus diſtans ſunt metati,foſſaꝗ & Panego in A-
theſim perductis,galeonos maximis cum laboribus deducebant.Nam cum illos Athe-
ſi appropinquātes,aquæ deſtituerēt,Piccininus nudos milites cū lintribus ſubſequi cu-
rauit,qui aquas limo immixtas funditus eruentes,& poſt ſingulos galeonos renitentes,
magis à puppi impellendo quàm reſtibus proram trahentes adiuuabāt. At Veneti quo
tempore Philippenſes in uada Maloperæ perruperant,claſſem deſtināteſ Darium Ma-
ripetrum,non per ſcrutinia,prout in ſimiliter difficilibus conſueuerant, ſed forte impe-
ratorem declarauerant, Gattamꝗ apud Penetram feliciori ſucceſſu aperiendis ſaltibus
& immittendis Brixiam commeatibus intentum accerſiuerant.Cum itaꝗ ad Idus Apri
lis applicuiſſet Liniacum Maripetrus, quinꝗ & triginta galeonos ex ea adducens claſ- H
ſe,quam reduxerat Clugiam Lauretanus, Philippenſes bombardas circiter quadragin-
ta locauerant in Atheſis ripa cui inſederant, paruo ab inuicem ſpatio ſeparatas. earum
autem minoribus deterrenda ab inſultibus Demolini lintrium claſſe uſi,maiores confo
diendis galeonibus cum attraherentur, continuo paratas & plenas lapidibus habuere.
Et impellebantur interea à Philippenſibus nixu maximo per Panegum galeoni,quorū
ingreſſum in Atheſim expaueſcens Gatta, quod illorū uſu hoſtes cerneret ſe inuito A-
theſim ponte iuncturos,& equitatum æque ac peditatum facillime traducturos,copias
ipſe omnes adduxit, equites octo, pedites ad ſex milia: quibus omnem aggeris margi-
nem aliquot milia paſſuum complentibus, claſſim præfectis Maripetro & Demolino,
ut in ſuperiora ducerent oſtium Panegi occupaturi, ſuadere conatus eſt. hortatus eſt e-
tiam pariter & ſenatus autoritate iuſſit Andreas Donatus: quamquam nulli fuerunt eo
in exercitu tam hebetes ingenio milites, quin peruiderint dixerintꝗ futurū, ut niſi ob-
ſtitiſſent Venetorum claſſis perductis in Atheſim galeonibus tranſmitterent,& omnia
euerterent Philippenſes. Paruit autem dicto Demollinus, & mouit loco licet hæſitans

Maripe-

A Maripetrus quod cum in ea uicinitate peruidiſſent Mantuani milites, bomb ardas con-
feſtim baſibus euulſas in continentem retraxerunt. quo in tempore & ſuperauit cum
lintribus hoſtium caſtra Panegiq; emiſſorium Demolinus: & eius audaciam galeoni
quinq; ex claſſe Maripetra ſunt ſecuti. Darius uero ignauia plenus nullis adduci pote-
rat ſuaſionibus, ut timentem principio hoſtem, ipſe non tremeret: quæ res hoſti intelle-
cta animos geminauit. & incumbentes operi etiam ex equitatu præſtantiores Philippē
ſium, quinq; bombardas iactis pridem impoſuere ſedilibus: ad quarum unius, dedita o-
pera eum in finem in inane iacientis, crepitum Darius qui prece uictus & Gattæ minis
prope acceſſerat, ſubſtitit, inſidias ſibi ab hoſte, prout optime diceret peruidiſſe, uel ea
ratione ſtructas affirmans, quòd cum partem claſſis permiſerit illæſam tranſire, bom-
bardas in ſua & commilitonum uiſcera reſeruaſſet. Tum datam tenentes occaſionem
Philippēſes perductos ad Panegi oſtium galeonos, in Atheſim præcipitauere: quorum
ductores non prius iaciendo ponti uacare uoluerunt, quàm quinq; Venetorum galeo-
B nos, quos ſuperaſſe oſtēdimus inſecuti ceperunt, à gubernatoribus & milite derelictos.
Quo tempore maior ab equitatu peditatuq; Venetorum commiſſa eſt, quàm à Dario
ignauia, quando quidem nullus è tanto exercitu tamdiu expectauit, ut hoſtem traieciſ-
ſet nec ne potuerit inſpicere. Gattam multi, plures Donatum admiſſæ ea in fuga turpitu
dinis accuſant: ſed cum illum ab ea nota redimere uideatur anteacta probitas, tum hu-
ius factum damnat iudicium de eo publice factum Venetijs ab tribunitiæ poteſtatis po
puli aduocatis, qui ſenatu tunc amoto, magiſtratuum gerendorum'ue publicorum mu-
nerum ius illi in annum ademere.

## BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB inclinatione Romani imperij, Decadis tertiæ, LIBER DECIMVS.

C TRADVCTI ponte Atheſim Philippenſes, ad portū Liniaci oppi-
di partem pene dimidiam, quæ Atheſi diuiſa ſpectat in Veronen-
ſes, caſtra mouerunt: & cū bōbardas adhibuiſſent frequentiſſimas,
eo oppido breui obſidione ſed uehemētiſſima oppugnatione po-
titi, arcem munitiſſimam adeo bōbardarū lapidibus quaſſauerūt,
ut ſibi diffiſus qui inerat præfectus, eam ſubiectumq; ligneum pō-
tem utramq; iungentem oppidi partem exeedens, corruperit incē
dio. Tum Philippenſes, reductis ad Anglarium qua aduenerant
copijs, Liniacum ideo maiori obſederunt apparatu, quod munitiſſimo illo oppido, plu
rimum momenti eorum qui potirentur rebus allaturo Venetos præſidia impoſuiſſe le-
ctiſſima audiuiſſent. Siquidem principio motuum immiſſi fuerant Clugienſes Veneta
gens, & quorum multi maritimis aſſueti expeditionibus, probe aliquando operam præ
ſtitiſſent. & quo tempore ab Maloperæ uadis repulſus eſt hoſtis, aceeſſerant delecti in
ſenatu magna cum expectatione patritij, Fredericus Contarenus & Andreas Moceni-
D gus, ambo maximæ autoritatis: ſed inclinata in ruinam Venetorum res nulla ſatis pru-
dentia aut fortitudine iuuabatur. Nam Liniacenſes nulla expectata oppugnatione de-
ficientes oppidum præſidiumq;, & eos à ſenatu miſſos cum alijs qui forte inerant patri-
tijs quinque hoſti prodidere. Paulopoſt apud caſtrum Baldum aliquamdiu eſt hæſita-
tum: quo pertinaci oppugnatione capto, cætera de Vincentinis Veronenſibusq; Phi-
lippenſes illico cepere, & ex his aliqua quę nedum adijt hoſtis, ſed quo eſſent in loco pe
nitus ignorauit. Primis uero quæ in poteſtatem ſunt facta, Leonico, Brendulis & Sua-
uio, Mantuanus, Piccininusq; pręſidia impoſuere, quod Gattę apud Montagnanam &
intra Brintæ clauſtra ſe continenti eſſent oppoſita. At apud Benacum eo in tēpore me-
lior fuit Venetorum fortuna. Coegerat Philippus apud Foroiulianum, qui poſt fuga-
tum Eſtenſem Salodij ſe continuerat, quicquid equitatus mercenarijq; peditatus extra
maiora caſtra reliquerat Piccininus: & Brixianis Gibellinis urbi rebellibus, multitudi-
ne maxima eò accitis, Madernum & inde Penetram Turbulasq; caſtella, quibus ſolis
Venetos quàm primum eſſet res ſua per Sphortiam reſtituta, præſidijs commeatuq; Bri
xiam immittendis, inniti poſſe conſtaret, recipi contendebat. Veneti uero, quod tunc

A ret deterrita laberentur. Et ne inſidiatus quiſpiam aut imparatos opprimere, aut eum diſ
ijcere pontem ualeret: duodecim erant in pado lintres, in prælium expeditæ. Ad forna-
ces uero Padi partem, quam apud Ficarolum primam oſtendimus ſciſſam eſſe, ſecundũ
maiorem inſtitutum pontem, quatuor ſupra quadraginta lintribus fundauerũt, ſimili ra
tione. ſed maius eo tutando præſidium ea de cauſa eſt adhibitum, quòd accolarum admi
niculo inſidiatus hoſtis uel ſecundo Pado, uel delabi paludibus potuiſſet. hinc cathenæ
utrancꝫ ripam amplexatæ, duodecim adhæſere Galeoni milite armato pleni, & centum
baliſtarij pontem aſſidui tenuere. Eo Sphortia cum traieciſſet põte, medio quod ad Foſ-
ſiones interiacet, herbido in ſolo legiones ſub diuo pernoctare curauit, uiditcꝫ tunc, ut
opinamur primo ea littoris tenuitas ſtagnis circumdata, armatas equitum legiones. Ter
tius ad Foſſiones Atheſis oſtia uiginti quatuor ſubſtitit ſcaphis, & decem armatis lintri
bus cuſtoditus. Quo cum de tertia uigilia traieciſſet Sphortia, emenſus ſecũdum Adria
tici undas iter quartum tranſmiſit maximum pontem apud Brondulum, cuius oſtij am-
B plitudo, quatuor ſupra nonaginta magnis Clugienſium nauiculis ſuperiori ratione adhi
bitis comprenſa fuit. Et eo ſuperato, ad arcem portus Clugiæ eſt peruentum: ubi trecen-
tas parauerant Veneti maiuſculas lintres, aluo ea ratione aſſerib. ſtrato & cellulis diſpar
tito, ut ſtabula equis militibuſcꝫ caſæ in diuturna paratæ tempora uiderentur. primuſcꝫ
omniũ Sphortia conſcendit duodecim ſtipatus patricijs quos ſenatus miſerat cum mu-
neribus illum quouſcꝫ ſtagnis excederet deducturos. Eo in foſſæ Clodiæ, & ſtagnorum
campo, qui ad Meduaci amnis hoſtia, octo paſſuum milia intercedit, trecenta afflatu eo
dem conuolantia uidere uela, iocundum erat militi inſueto. Venetos autem qui & pu-
blice miſſi, & populatiter obuiam effuſi nauigia, ut eſt creditum mille aduenerant, ma-
ior cœpit lætitia: quippe quibus opulentum amplumcꝫ terreſtre imperium, tunc primũ
ſpes eſſe cœperat retinendi. Expoſitis in Patauinos, ad Conchas locum uocant, copijs in-
quis ſex milia ducenti & quatuor ſupra quadraginta equites, pedites mille & ſexcenti
fuerunt: Sphortia nihil habuit duxit'ue antiquius, quàm copias cogere Venetis ſub Gat
C ta & alijs ductoribus militantes, ut in hoſtem uictoria elatum copijſcꝫ firmiſſimum para
tior ire poſſet. Cum Brixianis uero interea peius penè quam obſidionis temporibus a-
gebatur, peſtilentia ingenti urbem agrumcꝫ propinquum depaſcente, ut ea in ciuiũ pau
citate, ſeptuaginta per dies ſingulos morerentur, & fames inerat ualida. Cum tamen pro
hibendo commeatu præſidiocꝫ, quibus immittendis Veneti intenti erant, Italianus Fo-
roiulianus à Piccinino relictus, duorum milium copias diuerſis diſpoſuiſſet in locis, un-
de obſeſſi ternis quaternis'ue inſultibus quotidie terrebantur, ut nullam niſi quaſſando-
rum bombardis mœnium, & gerendæ cominus in pomeria rei, uacationem obſidionis
haberent. Maximo autem eius populi cõmodo accidit, per eos dies in quibus claſſis illa
altiſſimis tracta montibus Benaco impoſita fuerat, Petrum Aduocatum, quo curãte &
Brixia ut oſtendimus, Venetorum imperio eſt addita, & magna ex parte cum Barbaro
defenſata, ex Venetijs ubi fuerat orator in patriam reuerti, & Sabienſes Trõpienſeſcꝫ a-
pud quos magnæ eſſet auctoritatis (iam enim Cæſar profectu deſperans abierat) ad rei
D publicæ imperium reducere. Nam earum opportunitate uallium, & fame ciuitas eſt le-
uata, & ingenti illa epidimiæ colluuione. Quibus in difficultatibus, quę primę ſunt & a-
ſperrimæ mortalibus, quæ Barbari prudẽtia & ingenij dexteritas fuerit operæpreciũ eſt
audire, ut intelligant hoc exemplo populi, quanta ſit fœlicitas ſapientes uiros, & bonis
præditos artibus, publicis præfectos eſſe muneribus, formacꝫ hinc & effigies quędã pru
dentis ſimul & moderati imperij cæteris proponatur. Primum ꝙ clauſis perpetuo iuſti-
tio uectigalibus & ciuibus in ſolam belli curam pridem intẽtis, nullæ ineſſent ærario pe-
cuniæ, nec à Venetijs importari poſſent, ad alendum ueſtiẽdumcꝫ militem in urbe, & in
uallibus tam neceſſariã præſtantem operam, ad emenda quocꝫ frumenta, quæ ab hoſti-
bus occulte pro ingenti pecunia offerebantur, ad aggeres erigendos, ad plebem ſuſten-
tandam, ad cuſtodiam arcium non deſerendam, à ciuibus aliquandiu accepit mutuum,
quod Venetijs eſt poſtea diſſolutum: Brixianis ſua Venetijs quàm in patria ducentibus
tutiora. & cum deeſſet ea auri abradendi facultas, ſale in capita diſtributo, poteſtatẽ fecit
ciuibus illud quanti poſſent accolis uenundandi: eacꝫ pecunia etiã deficiẽte, ſepultos eſ-
ſe cũ mortuis theſauros ſubtiliſſima indagine cõpertũ habẽs, ciuibus extremã calamita-

tem continuo inſtare timentibus,ita egit cum hæredib.ac legatarijs,ut ex eo quod apud B
mortuos ob inſtantis periculi metum erat depoſitum naufragam & ſemimortuam rem
publicam,in portum ſalutemq́ reduxerit.q̃ autem equos fame ob pabuli carentiam pe-
rire miles ægre ferret,ei perſuaſit,optandam eſſe equorum mortem,quæ uitam ei faceret
glorioſam:& tamen paleis ciuium lectiſternijs paſſim ſubtractis,equos aliquandiu par-
uo cũ ciuium incõmodo ſuſtentauit.Immiſerant aliquãdo in urbem Philippenſes, & an
te & poſt oppugnationes,& dum in muris acrius certaretur, literas: quibus ꝓpoſita ijs,
qui aut arma deponerent,aut patriam dederent, cum ſalute propria, tum etiam publica
libertate,animi plebis ſollicitarentur.quæ res cum multos teneret in ciuitate, animis co
gitationibusq́ ſuſpenſos, Barbarus ſemper pari calliditate periculis prouidit, epiſtolis
ſagittæ alligatis,quæ tanquam è caſtris noctu iactæ,quandoq; propugnaculis hæſiſſent,
quandoq; inter opera cecidiſſent:quarum epiſtolarum ab inſcijs inopinantibusq́ reper
tarum,non ſolum deſperatis in rebus ſpem eliciebat,ſed quæcunq; iudicauit facienda fa
cilius ut fierent impetrauit,ciuibus dicto æquiore animo parentibus,quaſi ab amicis ex F
tra mœnia monerentur.ſed cum in earum unis diceretur urbem flammis, ciuitatem dire
ptione uaſtandam,nec ſexui aut ætati hoſtem parciturum,aut mœnibus arcibusq́ tem-
peraturum,quo minus demolitis omnibus Brixia in agrum ſeminarium araretur:ita la-
rè manauit is rumor,ut Foroiuliani ſecretarius,à quo pecunia corrupto illa Barbaro re-
nunciari falſò eſt creditum, Piccinino in ſuſpicionẽ maximam ſit adductus. Peſtilentiæ
autẽ omnino ſedandæ cum non eſſet hominis facultas, quod potuit Barbarus, poſt me-
dicos & ciues,qui ſponte in uallem Trompiam exiuerant, pueros & plebem armis inu-
tilem,eò migrare curauit.Et in eo mortis terrore:nã quotidie LXX,ut oſtendimus,mor
bo cadebant,nec erat qui uel infirmos curaret, uel mortuos ſepeliret: Barbarus oẽs per
urbem adhortabatur,neminem domo uel cœnas,uel ſomnum capiens excludebat. Ca-
ritatem quoq; annonæ cum frumentis ab extra conuectis ideo leuandi ſublata eſſet po-
teſtas,quòd extra mœnia,ubi omnia erant hoſtilia, ne importarentur hoſtis præmio in- G
genti accuſatoribus propoſito cauerat, frugalitate ſuppleuit, caſtaneis rapis undiq; ex
montibus conquiſitis.& cum re nequiret corpora plebis,animos ſpe alebat,inſtitoribus
calonibusq́ qui aduentabant iuſſis,ſarcinas ſtramentis ſuffarcinatas,in frumenti milijue
ſpeciem oſtentare.Ad leuandamq́ ſuo exemplo aliorum miſeriam, cum patẽtibus inter
cœnandum foribus ad ſe ueniret miles aut ciuis, ſemper ordeaceum, aut ſiligineum uel
furfureum panem,quo uteretur ſolo in menſa cõſpexit. Tandem cum eius diligentia,for
titudine,induſtria,cura,uigilantia,& animi magnitudine,tantum fructum rebus attule-
rit,pater patriæ à Brixianis,ac liberator urbis,& defenſor libertatis, pro ſuis ampliſſimis
meritis habebatur.Sed ad rem:Barbarus cum Petrum Aduocatum in patriam reuerſum
ſuo aduentu non modo Trõpienſes Sabienſesq́, ſed Brixianos in meliorem ſpem ere-
xiſſe cerneret,occaſione uſus curauit,ut coacti undiq; Brixiani,caſtella quę Piccininum
ad Crucis, & Mompianum erexiſſe oſtẽdimus,maximo expugnata conatu,funditus de
molirentur.Paulo autem poſt, quo tempore Veronam circumſedere cœperant Philip-
penſes,cum Italianus ad Caſtanedulum ſtatiua cepiſſet,militem per ardentiſſimum æta- H
tis ſidus longe à peſtilentia habiturus, inceſſit Brixianos animis erectos libido Salodij
terra obſidendi,quod Benaco pariter à claſſe obſeſſum, haud quaquam recipere dubita
rent.Acceſſeruntq́ Gauardum Tadeus Eſtenſis cum recentis equitibus, qui ex tota co-
horte reliqui eſſent, & Petrus Aduocatus cum trecentis Sabienſibus Trompienſibusq́,
ac Diotesalui cum mercenarijs peditibus ad ſexcentos.Id exploratum habens Italianus,
Fœlicianum conceſſit,in quem cum audaces Brixiani impetum feciſſent,ſigna ille ocy-
us contulit.Conſertoq́ ſub Fœlicianis mœnibus prælio, cum pugna paribus geſta ani-
mis,à ſolis ortu in meridiem eſſet tracta, Veneti receſſerũt: quos obſtinate inſecutus eſt
Foroiulianus,quouſq; Eſtenſis,qui ſe Brixiam recipere anhelaſſet, in fœdam periculo-
ſamq́ fugam in Pedemontibus eſt conuerſus.Amiſit tamen paucos, & Gauardum reuer
ſus,cum copijs obuiaſſet quas Barbarus Bergomo accerſitas illi in ſubſidium mittebat,
animis reaſſumptis caſtellum,quod ad Euſimianum erexerat Piccininus,oppugnatione
recepit,Brixiamq́ reuerſus,copias in ſtatiua dimiſit.At Sphortia traductis ut oſtẽdimus
foſſa Clodia Meduacoq́ amni copijs, quàmprimum in Paduano conſtitit agro Gat-

tam

A tam conuenit,ſtatiua apud Montagnanam ea ratione ducētem, ne ſi hoſtes id cepiſſent
oppidum,interruptus eſſet ad Ferrarienſes inſulanosq; Rodigienſes ex Patauinis acceſ
ſus. Nulla namq; fuiſſet reliqua Venetis uia accipiēdi itinere terreſtri copias nuntios'ue
aut in Italiæ intima dimittendi. Premebant interea Veronam obſidiōe Mantuanus mar
chio & Piccininus,ac mœnia bombardis machinisq; quaſſabāt. Qui de Sphortia aduen
tu compertū habentes,intelligētesq; periculoſum fore, eo proximis in locis habēte ob-
ſidionem continuare, quicquid copiarum Philippo ubiq; eſſet,quod ſaluis rebus educi
poſſet,eo cōtraxerant. Exinde certiores effecti,Sphortiam accepiſſe copias omnis Gat-
tæ ductu Venetis militantes,aliasq; expectare municipia præſidio tenere conſuetas,ob
ſidionem ſoluunt,machinas impedimentaq; mittunt in Mātuanos, & Suauim delati op
pidum,foſſam ab eo in ſubiectas paludes & Atheſim pertinentes, paſſus quinq; milia in
ſtituerunt,quam obicibus repagulisq; & frequentioribus propugnaculis muniuerunt.
Id cum eſſet Sphortiæ renunciatum,& omnes ferè quas arceſſiſſent Veneti apud eū con
B ueniſſent copiæ Leonicum obſidere perrexit,quod oppidum,ut oſtendimus, de Vero-
nenſibus principio cēperat Piccininus. Magnæ uero utriſq; inerant exercitibus copiæ,
ſummis partium conatibus, & tanquam in ultimum tot bellorum diſcrimen comparatę.
Nam illis quos adduxerat Sphortia ſex mille CCCCLXIIII equitibus,peditibus mille
ſexcentis,addiderant Veneti totidem equites,pedites mercenarios quatuor milia, ſagit
tarios mille. Inferior numero erat Piccininus, quippe qui equites nouem mille, pedites
quinq; milia conductitios habuit. Neq; multi fecerim quantacunq; ſint addita collecti-
tij tironis auxilia,quæ Philippus Venetiq; pari penè numero ductoribus ſummiſerunt.
Obſedit itaq; primo oppugnauitq; Leonicum Sphortia,præſente Piccinino, qui ſeruan
dis foſſæ munitionibus,ſtadijs uiginti ab Leonico diſtantis intentus, caſtra hoſtium pro
ſpectabat. Oppidani autem, quibus reliquiſſent Philippenſes præſidio pedites ad trecē-
tos,rebellionis conſcientia animoſe reſiſtentes,fruſtrati ſunt plurimis, & quidem perti-
C nacibus prælijs Sphortianos,quibus ſupra uires aliquando enſis,cum multi caderēt uul
nerarēturq; plurimi,Petrus Brunorius pedeſtris Sphortianorū militiæ ductor plumbea
miſſili glande humerū traiectus, & Troilus Sphortiæ in primis charus,tragula ſuffoſſus
occubuiſſe ſunt crediti: qua doloris acerbitate commotior Sphortia,totis incubuit legio
num uiribus,recipiendo uiribus oppido,quod direptum ſolo æquare ſtatuerat. Leoni-
cenſibus uero furenti exercitus apparatu de mœnibus inſpecto deditionem ultro offe-
rentibus,iram compeſcuit Sphortia,futurum ratus,ut illorum calamitatis ſi infligeretur
exemplo,deterriti Vicentinorum, Veronenſium, Brixianorum & Bergomēſium popu
li oppidorum,quæ pari facilitate conſtaret rebellaſſe, obſtinatius repugnarent. Quam-
obrem Leonicenſibus in fidem acceptis,progreſſus multa de Vincentinis,quæ in hoſtis
poteſtate erant,ſola impunitatis largitione expugnata recepit. Ad Suauim autem cum
admouiſſet exercitum,comperit Philippenſes ea ratiōe copias omnis eò contraxiſſe, ut
repulſo,ab eius oppidi expugnatione, quacunq; Veronam petere inſtituiſſet,ſeſe pari-
bus opponerent caſtris,paruo diſiuncti aut foſſæ,aut mōtium interuallo. foſſam etenim
ad Atheſim ductam,inde facile erat Philippenſibus defenſare, & montem qui Suauim
D Veronamq; paſſus quidecim milia perpetuus intercedit, caſtellis præſidio firmatis fre-
quentibus cōmuniuerant. Duxit itaq; poſt montem Sphortia, & apud diui Ioannis, ad
Rognam uocant,ſubſedit. prius uero quàm hoſtis intelligere poſſet,retrocederet ne mu
nitiones foſſæ complanaturus,an progrederetur caſtella mōti impoſita oppugnaturus,
iuſſi à ſe qui Veronæ præſidio inerant equites peditesq; Veronenſibus populariter edu
ctis eruperunt,& caſtellorum quibuſdam incenſis, duo ui expugnata, ſuo præſidio fir-
mauerunt. Quare cum diuerſi in montem ferri ambo cœpiſſent exercitus,hinc Philippē
ſis,ut ſua conſeruantes caſtella,hoſtem ab aſcenſu montis facilius repellerēt: inde Vene
tus,ut capta à ſuis caſtella tenentes facilius tutiusq; in hoſtē ſuperne deſcenderent, occu
pauit Sphortia,& retroceſſit ad Atheſim Piccininus. Sphortia autem Veronā ingreſſus,
cum eam ciuitatē peſtilentia infectā eſſe intelligeret,traducto pōtibus Atheſis exercitu,
ad tertiū lapidē uia Oſtiliēſi cōſedit. Tū Piccininus intra Atheſim claudi ueritus,caſtel-
lis foſſæ impoſitis incēdio corruptis,Atheſim & ipſe trāſmiſit: qd' cū Sphortię eſſet renū
ciatū, ad Suauim redijt,quo multorū dierū oppugnatione recepto,capiēdis alijs quę in

Philippen-

Philippenſiũ fide durabãt,in Vincentinos retroceſſit.Interea uero, dum ea in Veronẽſi- B
bus Vicentinisꝗ gerũtur,finẽ optatum babuit unio Græcorũ,cuius ſupra inchoarã nar
rationẽ expleri oportere admonet & temporis ratio,& remiſſior per id temporis bello-
rum fragor.Ioanne Palęologo imperatore,cum ea Græcorũ multitudine,quã ſecũ adue
ctam oſtendimus,apud pontificem Eugenium Ferrariæ conſtituto,habitæ ſunt ſingulis
prope diebus publicæ diſputationes,hinc Latinis Occidentalibusꝗ rerũ diuinarum,iu-
risꝗ pontificij peritioribus,qui apud pontificẽ accerſiti conuenerant,opiniones ritusꝗ
Græcorum ordine expoſitos improbantibus,illis è cõtra tueri,aut aliter ſanioremꝗ in par
tem ꝗ à nobis acciperentur interpretari adniſis.Et cum multos menſes ea duraſſet con-
tentio,nec certus appareret tãtæ rei finis,Ferrariã peſtis inuaſit: quæ cũ curiales maxime
popularetur,pontificem perpulit,ut cõcilio inde translato Florentiam demigraret. Vbi
ſexto poſtquã applicuerat mẽſe,poſt multas pertinaciſſimasꝗ partium diſceptationes,
ad eam deuentum eſt concluſionem,qua ſerio enarrata, facillimum intellectu erit, qua-
lia fuerint,quæ tot præſtantes utriusꝗ partis uiros, perpetua menſium quindecim diſpu F
tatione diſtinuerunt.Eam uero ex decreti quod ſummo partium conſenſu ſtatutum,La-
tinis pariter & Græcis ſcriptũ literis per uniuerſum orbem miſimus, uerbis referemus.
Conuenientes namꝗ Latini & Græci in ſacroſanctã Icumenicam ſynodum Florentiã,
magno ſtudio inuicem adniſi ſunt, ut inter alia articulus ille de diuina Spiritus Sancti ꝓ
ceſſione,ſumma cũ diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur. Prolatis uero teſtimo
nijs ex diuinis ſcripturis, plurimisꝗ auctoritatibus ſanctorum doctorũ orientalium, &
occidentalium,aliquibus quidem ex patre & filio,quibuſdam uero ex patre per filiũ pro
cedere dicentibus Spiritum Sanctum:& ad eandem intelligentiam aſpicientibus, omni
bus ſub diuerſis uocabulis,Græci quidem aſſeruerunt,ꝙ id quod dicunt Spiritũ Sanctũ
ex patre procedere,non bac mente proferunt,ut excludant filium: ſed quia eis uidebatᷣ,
uti aiunt,Latinos aſſerere Spiritum Sanctũ ex Patre & Filio,tanquam ex duobus princi
pijs,& duabus ſpirationibus procedere,ideo abſtinuerũt à dicendo,ꝙ Spiritus Sanctus
ex Patre procedebat & Filio:Latini uero affirmauerunt non ſe hac mente dicere,Spiritũ G
Sanctũ ex Patre Filioꝗ procedere,ut excludant patrem: quin ſit fons ac principiũ totius
deitatis, Filij ſcilicet ac Spiritus Sancti: aut ꝙ id quod Spiritus ſanctus ꝓcedit ex filio,fi-
lius à patre nõ babeat:ſiue ꝙ duo ponãt eſſe principia,ſeu duas ſpirationes, ſed ut unum
tantum aſſerant principium,unicamꝗ ſpirationem Spiritus ſancti,prout hactenus aſſe-
ruerunt.Et cum ex his omnibus unus & idem eliciatur ueritatis ſenſus,tandẽ infraſcrip-
tam ſanctam,& deo amabilem eodem ſenſu,eademꝗ mẽte unionem,unanimiter cõcor
darunt & conſenſerunt.In nomine igitur ſanctę Trinitatis,Patris & Filij & Spiritus San
cti,boc ſacro uniuerſali approbante cõcilio diffinimus:ut hæc fidei ueritas ab omnibus
Chriſtianis credatᷣ & ſuſcipiatᷣ,ſicꝗ oẽs profiteantᷣ, ꝙ Spiritus Sanctus ex Patre & Filio
æternaliter eſt,& eſſentiam ſuã ſuumꝗ eſſe ſubſiſtens habet ex patre,ſimul & filio, & ex
utroꝗ æternaliter,tanquam ab uno principio,& unica ſpiratione procedit.Declarantes
ꝙ id quod ſancti doctores & patres dicunt,ex patre per filium procedere Spiritum San-
ctum:ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc ſignificetur filium quoꝗ eſſe ſecundum H
Græcos quidem cauſam,ſecundum Latinos uero principium ſubſiſtentiæ Spiritus San
cti,ſicut & patrẽ.Et quoniã omnia quæ patris ſunt,pater ipſe unigenito filio ſuo gignen
do dedit,præter eſſe patrẽ,boc ipſum ꝙ Spiritus Sanctus procedit ex filio,ipſe filius à pa
tre æternaliter habet,à quo ęternaliter etiam genitus eſt.Diffinimus inſuper explicatio-
nem uerborum illorũ,Filioꝗ,ueritatis declarãdę gratia,& imminente tunc neceſſitate,
licite & rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitum.Item in azymo ſiue fermẽtato pane tri
ticeo, corpus Chriſti ueraciter confici. Sacerdotemꝗ in altero ipſum domini corpus
conficere debere, unumquemꝗ ſcilicet iuxta ſuę eccleſię ſiue occidentalis, ſiue orien-
talis conſuetudinem.Item ſi uere pœnitentes in dei charitate deceſſerint, antequam dig
nis pœnitentię fructibus de commiſſis ſatis fecerint & omiſſis, eorũ animas pœnis pur-
gatorij poſt mortem purgari,& ut à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium
uiuorum ſuffragia,miſſarum ſcilicet ſacrificia,orationes,& eleemoſynas, & alia pietatis
officia,quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundum eccleſię inſtitu-
ta.Illorumꝗ animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam
incurre-

A incurrerunt:illas etiā quæ poſt contractam peccati maculam,uel in ſuis corporibus, uel
eiſdem exutæ corporibus,pro ut ſuperius dictum eſt,ſunt purgatæ: in cœlū mox recipi,
& intueri clare ipſum deum trinum & unum,ſicuti eſt:pro meritorum tamen diuerſitate
alium alio perfectius.illorum autem animas,qui in actuali mortali peccato,uel ſolo ori-
ginali decedunt,mox in infernū deſcendere,pœnis tamen diſparibus puniēdas.Itē diffi-
nimus ſanctam apoſtolicā ſedem,& Romanum pontificem,in uniuerſum orbem tenere
primatum,& ipſum pontificē Romanū ſucceſſorem eſſe beati Petri principis apoſtolo-
rum,& uerum uicariū Ieſu Chriſti,totiusq; eccleſiæ caput: & omniū Chriſtianorū patrē
& doctorē exiſtere:& ipſi in beato Petro paſcendi,regendi,ac gubernandi uniuerſalem
eccleſiā à domino noſtro Ieſu Chriſto plenā poteſtatē traditā eſſe: quēadmodū & in ge-
ſtis Icumenicorū conciliorū,& in ſacris canonibus continetur.Renouantes inſuper or-
dinē traditum in canonibus,cæterorū uenerabiliū patriarcharū, Vt patriarcha Conſtan
tinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimū Romanū pontificem, Tertius uero Alexan
B drinus,Quartus aūt Antiochenus:& quintus Hieroſolymitanus,ſaluis uidelicet priuile
gijs omnibus & iuribus eorū.Ingenti hæc unio pontifici Eugenio apud omnes nomē ꝓ
feſſos Chriſtianū gloriæ fuit,quod nullus adeo ſtupenti obtuſo'ue ingenio facile inueni
retur,quē & ſi religionis auctæ nulla tangat iocunditate, facta in quibus cenſeatur parti
bus acceſſio non delectet.Eos uero qui rerū eius pontificis conſcij, & Græcorū inopiā,
pontificatusq; noſtrorū temporū,tātis agitati fluctuationibus opum tenuitatē nouerūt;
admiratio cepit maxima:potuiſſe eum impenſarū uoragini ſatisfacere:nam præter deli-
nitos munerib. charos imperatori proceres, prælatosq;,quos alioquin rei familiaris ino
pia domi continuiſſet:præter dictā ſupra triremiū Cōſtantinopolitano præſidio, & Græ
cis in Italiā deferendis adhibitarū,præter factā illis cū apud Venetias, tū Ferrariæ & Flo
rentiæ paſcēdis,illis Venetias & Cōſtantinopolim reducendis,impendij magnitudinē,
munera etiā,extortaq; precibus à recuſante æra,nequaquā paruū impendij cumulū eſſe
cerūt.Nec tñ interea pari penè impenſa caruit pontifex,inſtaurando alendoq; exercitu,
C cuius apud Vigilias Apuliæ oppidū,ut docuimus relicti, partē maximā reuocauit Car-
dinalis Florentinus,qui gratia abuſus,qua apud indulgentiſſimū patrē indigne cunctos
excelleret,ingentē auri ſummā ex urbibus oppidisq; eccleſiæ, uarijs expilatā artibus, &
extortas ab ipſo etiā pōtifice pecunias,in meliores uſus ſeruatas:partim in id effudit,par
tim inchoato ſibi rapinis crudelitatibusq; depoſito,accumulauit. Eas uero copias in iu-
ſtam legionē auctas recuperandis Romandiolæ ciuitatibus,quæ à Piccinino tenebant,
traduci à Cardinale iuſſit,optauitq; pōtifex, Cui ob eam rem ſocij bellorū populi Vene
tus & Florentinus,uiginti aureorū milia eo diſſoluerant conſilio, ut mille quingentis e-
quitibus,totidēq; peditibus,qui eis in prouincia erant legati,copijs adiunctis,uel maxi-
mas defenſioni copias Piccininus adducere cogeretur, eſſetq; facilior traducturo ꝓpe-
diem Sphortiæ Philippi,& Mantuani uiriū repulſio:uel ſi nullū aduenifſet præſidiū, re-
cepta,quod facilimū fuiſſet,Romandiola,hæc legio Philippū etiā in Parmenſibus agita
ret.Accepit eas pecunias Cardinalis,& priuſquā Sphortia Padū trajceret,ſeſe in Romā
D diolam ducturū per ſingulos oſtentans dies,ea à Florentinis in prouincia diſponi,para-
riq; curauit,quæ aut memorarent,aut ipſe uideretur ducere opportuna.Quamprimū au
tem Sphortiam tranſmiſiſſe Padum habuit compertum, ex Vrbeuetanis mouens in Ful
ginates duxit,Conradumq; Trincium,quem uehementiſſimum Eugenio pōtifici, & ec
cleſiæ hoſtē ſæpenumero fuiſſe docuimus, tollere ſtatuit. quæ quidem expeditio, ſi ſuū
habuiſſet tempus,non minus laudata quàm iuſta fuiſſet, omnibus qui ſani eſſent iudicij
affirmantibus,nullam excogitari poſſe pœnam, quæ non tyranni illius punitione eſſet
inferior.Sed fraudatos eo impendio populos pecunia, tot in bellis exhauſtos, dilatam
urbium oppidorumq; Romanæ eccleſiæ receptionem, quam in manibus fore apparuit,
omnes conuitijs maledictisq; aſperioribus damnauere.At ea in expeditione Cardinalis
prima ad Meuaniā fecit caſtra,eoq; oppido breui recepto, multa etiā e ueſtigio cepit de
Fulginatibus & Spoletanis à Cōrado pridē occupata.Inde ad mœnia Fulginei delatus,
cum eam urbē quadripartito cinxiſſet exercitu,Tennium amnem,qui partim mœnia ab
luit,partim illabitur ciuitatē, ab oppidanorum cōmoditatibus urbisq; communitioni-
bus deriuauit.Et cum ciues ad deditionē exhortatos,acrius quàm extimaſſet reſiſtere,ty
rannumq;

rannumq́ tueri uidiſſet, agrum uaſtari permiſit à Spoletanis, populo cùm feroci, tũ odio E
in Conradũ exaſperato, ob immiſſos Foroiulianũ & Piccininũ, quos urbem Spoletanã
diripuiſſe, & in abbatis Caſinenſis poteſtatem oſtendimus redegiſſe: defecerunt interea
ad Romanam eccleſiam Montana, quæ in Conradi poteſtate fuerant caſtella: & Reati-
nis Narnienſibusq́ Pedelucũ, quod oppidũ lacu Velino penè cinctũ tenebat Cõradus,
populariter obſidentibus, id etiã in cardinalis poteſtatem uenit: factaq́ eſt pariter Nuce
ria Alfatenia, in qua natorum Conradi unus fuit interceptus. Nulli tunc aderãt Cõrado
milites mercenarij, quippe cui ſatis ſupraq́ pridẽ eſſet uiſum, nata Leoni Sphortię in ma
trimonium deſponſata, Sphortianorũ umbra tutum degere. Sed licet ſocij bellorũ popu
li Sphortiæ promiſiſſent proficiſcenti, quæcũq́ ſui iuris poſt terga relinqueret, ſalua face
re, cum tamen maximis precibus cardinalem ab incœpto retrahere conati nequiuiſſent,
q́ is Fulginatem eccleſiæ ſubditum, nulli adhęrere, põtifice inrequiſito potuiſſe diceret,
deſtiterunt. Quare cum uineas eccleſiaſtici adegiſſent, caſtellisq́ pleriſq́ in circuitu exci
tatis mœnia bombardis machinisq́ quaſſarent: Fulginatũ primores ſpe omni præſidio- F
rum quæ Conradus & à Sphortia & à Florẽtinis dietim affutura dixiſſet, deſtituti: ad car
dinalẽ de prima uigilia miſerunt qui ciuitatis deditionem ea conditione pollicerenť, ut
tumultu intra mœnia exaudito, nõ prius quemquam è caſtris mouere permitteret, q́ ipſi
Conrado intercepto, portas urbis in ſuã redigerent poteſtatem. Conrado interim cũ ui-
giles per mœnia & portas diſtribuiſſet, ſeſe intra palatium ad quietẽ recipiente, coniura
ti amicos clientesq́ uocant, & uiarum exitu ubiq́ præſidijs munito portã, quæ ad maio-
ra cardinalis caſtra duceret, obſeſſam expugnant: qua accepto à cardinali peditatu muni
ta, Conradũ in palatio ſtupentẽ, nullatenusq́ reſiſtentem capiunt: eoq́ cum natis duob.
in caſtra perducto, Fulgineũ ſummo cõſenſu ciuiũ eſt receptũ. Cardinalis uero reb. Ful-
ginei compoſitis: tyrannoq́ cum filijs in Surianæ arcis cuſtodiã tradito, in Montonẽſes,
quorum oppidũ Franciſcus Piccininus præſidio teneret, duxit exercitũ. Suam in hoc lo
co narrationem expoſcere uidetur regni Apuliæ bellum, quod cũ duobus geratur regi-
bus, & quidem uirtute præſtantiſſimis, ſi diutius omiſero, exiſtimabor inuidia ſuppreſ- G
ſiſſe, qui cætera in Italia geſta, nimia fortaſſis diligentia ſim complexus. Sed ſola abſter-
ret indignitas: quippe quem pudeat laceratæ ac direptæ latrunculorũ excurſionib. ma-
gnæ illius partis Italiæ calamitatem referre, auſpicijs ductu operaq́ factam eſſe regũ, qui
cum minimas ex proprijs adduxerint uires, partium ipſi ſuarũ tyrannulos magis ſequun
tur, q́ eos poſſint ducere, aut imperio continere. Poſt aduentũ namq́ Renati regis exar-
ſerunt quidẽ maiori odio partes, ſed nihil eſt utrobiq́ geſtũ memoratu dignũ. Caudola
namq́ in Aprutijs, & quandoq́ in Pelignis Marſisq́ Albetenſibus, quandoq́ in Campa
nis quos terrã laboris dicunt, ſuperior, Alfonſi Arragonũ regis ſtudioſos eſt inſecutus.
rex Alfonſus dum perdita recuperat, & ſuos attriuit magis, & arma ſecutos inimica cla-
dibus afflixit. Similes item calamitates edidere, in Apulis Calabrisq́ princeps Tarenti-
nus, & circum Neapolim Salernumq́ Capuam & Caietã rex Renatus. Quem tñ niſi ma
ritima expeditione iuuiſſent Genuenſes, cõmeatumq́ Neapolim importaſſent, turpi fu
ga ꝓlabi, aut in hoſtis poteſtatem uenire fames coegiſſet. Eo autẽ fretus pręſidio, & Nea H
polim ſuſtentauit, & cum pleraq́ retinear oppida, tum etiã caſtello eſt potitus, quod No
uum uocant, arce Neapolitanis diu infeſtiſſima: unde tot per annos & irrupere ſæpenu-
mero Neapolim Cathelani, & urbem machinis bombardisq́ plurimũ uaſtauere. At in
Lombardia Philippi ſociorum populorũ ſecuta eſt hinc in ſpe maxima deſperatio: inde
afflictis in rebus cùm ſubleuatio, tum etiã maior ſpe atq́ omnium opinione uictoria. Ere
ctus etenim Veronæ rebus Sphortia, cum de afferẽda Brixianis ope in primis ureret cu
ra Pontonum, qui uicus Atheſi adiacet, duxit: & Piccininus, ut illi traducturo in monti-
bus reſiſteret, Minciũ traiecit. Erant uero in Benaco claſſes propemodũ pares, q́ Foroiu
lianus quo tempore Veneti ſuam per montes, ut oſtendimus, traxerant: lintres galeo-
nosq́ apud Deſentianum fabricauerat Philippicæ ſupplemẽto. Id cõtra ac eſſet prius re
nunciatũ Sphortia cum uidiſſet, Genium retroceſſit: quem uicum Atheſi propinquũ ua
litudinibus morbisq́ qui exercitũ per Auguſti menſis intemperiem inuaſerãt, curandis
exiſtimauerit opportunum. Piccininus etiã in cuius exercitu non ſolũ ægrotarẽt multi,
ſed peſtilentia interierint, trans Minciũ redijt, & apud Vigaſiũ caſtra duplici foſſa, ob-

iectisq́

A iectiſq; pro uallo obicibus cõmuniuit. Et apud Brixiã res tunc temporis peiore ꝗ unq;
antea in loco erant fame dictim adeo inualeſcente, ut cũ plebi rapæ leguminaq; in panis
uſum deeſſent, poſt abraſas euulſaſq; cũ radicibus herbas, immundis ſordidiſq; manum
apponere non horreret, & peſtis cõtinuabat maior ꝗ cui numerus populi diu poſſe ſuf
ficere uideret̃. Nam præter octingentos pugnatores uiros, qui ut oſtendimus, in prælijs
ceciderant: quinq; millia peſtem illam ex ea ciuium mercenariorũq; paucitate tunc ab-
ſumpſiſſe magiſtratus cenſu habito inuenerunt. Vtroq; itaq; exercitu dum curandæ ua-
litudini ſolummodo intenderet nulla cõmittente prælia claſſis etiam utraq; quieſcebat;
Soliq; Foroiulianus & Seuerinas Ludouicus, quos Piccininus exagitãdis Brixianis re-
liquerat aliquod in tãto bello præſtabant munus. Quæ res Sphortiæ ſuaſit, ut efflagitan
tibus Brixiæ magiſtratibus, Caualcaboũ Guerreriũ Martianenſem, & Ioannẽ Contem
Romanũ per Ticinij & Arci mõtes, unde Gattã aduenisse diximus, cũ mille equitibus,
peditibus trecẽtis immitteret. Qui per Sabienſes ad Pedemõtanã regionẽ delati, equos
B in montiũ tranſitu feſſos multiſq; affectos incommodis, priuſquã urbem ingrederentur
ſibi conſtituerant reſtaurare. Eo aũt in tempore Barbarus claſſem hoſtium ad Ripam ad
Salodium ad Piſcheriam penè exarmatam teneri ſciens: illam, quod facile apparebat,
ferro igniq; corrumpere ea ratione ſtatuit intentare, quòd omnem alendæ Brixiæ ſpẽ in
cõmeatu qui Benaco perferretur intelligeret conſtitutam. Madernum etiam, cuius op-
pidi opportunitas traductioni eſſet maxime cõductura, eius claſſis pręſidio cenſuit de-
fenſandũ. Quare Tadeo Eſtenſe & Andrea Valerio Andreaq; Leone patricijs illuc miſ
ſis, eos quantũ pateret̃ Zenus claſſis præfectus, ea obire munera imperauit. Occuparũt
uero Mãtuanus Marchio & Piccininus Barbari conſilium, qui futurum rati ut ſuperio-
res in lacu Veneti, omnibus quæ in circuitu ſunt caſtellis potiti cõmeatus Brixiam ad li
bitũ importarent, ex caſtris Vigaſianis clã omni exercitu cũ ducentis equitibus ſunt ꝓ-
fecti, & per Piſcheriã delati ad oppidum Felicianũ, ſeſe Luiſio Seuerinati & Italiano Fo
C roiuliano cõiunxerunt, ĳſq; cũ copijs ſubſequi iuſſis, Venetas cohortes in Pedemonti-
bus habentes improuiſo adorti, eas impedimentis ſpoliatas, aliquot equitibus amiſſis,
raptim intra urbẽ fugere cõpulerũt. poſtridie Philippenſes Felicianũ reuerſi, Venetam
claſſem hoc cõſilio aggredi cõſtituerunt. Nãq; tripartitis nocte intempeſta copijs Seue
rinas claſſem illico cõſcendit, Foroiulianus cum peditatu montes Maderno ſuperemi-
nentes occupauit. & Piccininus Gonzagaq; media quæ Benacũ & eos interiacet mon-
tes uia, equitatum duxerũt. Inuaſitq; quarta orti ſolis hora Venetam Philippica claſſis.
& Tadeo Eſtenſe turmas in claſſem ex cõtinenti ocyus cõuocante ſubitus hinc de mon
bus à Foroiuliani peditatu, inde ab equitatu ſecundum littus Benaci imperus eſt factus.
Quare Tadeus talibus circunuentus & tẽporis & diuerſorũ inter ſe præliorũ anguſtijs,
claſſem cui inerat tutari cõtendit: tãtus uero Venetos ſubita ui impetitos inuaſit pauor,
ut nullo alio ꝗ apud Tadeum loco fuerit repugnatũ, unaq; qua ſimul omnes incubuere
procella, & terreſtres copias & inimicam claſſem Philippenſes cepere. Nam cum Vene
tæ claſſi triremes duæ, brigantini quatuor, galeoni ſex, & ganſarię ineſſent ſeptem, duæ
D tantummodo harum occupata dum pugnaretur fuga Turbulas cõceſſere. capti ſunt cũ
Tadeo & Zeno claſſis præfecto Andreas Valerius & alter Andreas Leo patritij, quos
Barbarus claſſi ut oſtendimus dederat prouiſores: & arcẽ Maderni poſtera die quã eſt
pugnatũ: Piccininus recepit. Qua uictoria ſic elatus eſt Piccininus, ut non de claſſe aut
illo exercitu ſed uideret̃ de Brixia aut uniuerſa belli uictoria triumphare: & Sphortia eo
maiore animi ægritudine eſt affectus, quod cũ ſæpenumero ſenatũ imminentis periculi
admonuiſſet, ſero tandem impetrare potuerat ut claſſi decerneret ſupplementũ. Et tũc
primum multa per nuncios & oratores queſtus inſtare cœpit, ut accuratius facerẽt quæ
bello duceret opportuna. Ipſa uero quod fuit in ſe cohortes ex omi exercitu curauit par
tito æqualiter labore Turbulas Penetramq; diligẽtius præſidio ſeruare, ne ſi Piccininus
ea cepiſſet loca, & illam triremem quam nondum aquis expoſitam eſſe oſtendimus cor
rupiſſet: ſublata eſſet ſpes omnis Veneto: aut claſſem ultra inſtaurandi: aut per Tridenti
nos montes, quæ ſola relicta erat uia opem Brixiæ afferendi. Superauit uero in Veneto
rũ ſenatu pollicitationum quas Sphortiæ feciſſent, ingentium pudor acceptæ cladis do
lorem: & cum nouis conſtituiſſet decretis omnia ex illius ſententia faciundum eſſe, ſti-

pendiorum æra in primis etiam in aliquot futuri temporis menſes illi dedit, exinde ex- E
ercitu tironibus aucto commeatuq; repleto etiam Brixiam importando, alia aggreſſus
eſt magna duo, quibus perfectis creditum ſit Sphortiam nulla ciuitatum quę poſt terga
relinquerentur cura anxium poſſe Brixiam ſe conferre. Nam cum appareret ſi derepen
te Brixiam traduxiſſet, futurum ut Piccininus includendo illum commeatu, qui ingen-
tem in copiam pro exercitu Brixianiſq; à Venetijs per Paduanos Vincentinoſq; Vero
nam neceſſario foret perducendus, itinera interrumperet: foſſam inſani operis decreue-
runt, qua Atheſis tertio ſupra Liniacum miliario, in propinquam ad quartum lapidem
aliam uetuſtiorem, foſſam, & inde in Viculi paludes, deriuaretur, Paduanoſq; Vincen-
tinos & Veronenſes redderet ſaluos ab incurſionibus, quas hoſtes per Baldum Benia
cumq; ducerent faciendas, & commeatuum nauibus Veronam importandorum com-
moditas haberet: Claſſem quoq; in Benaco quanta maxima potuerunt cura impenſaq;
inſtaurari eſt decretum, triremes ſcilicet octo, totidem galeonos, ſubductioreſq; qua-
tuor naues, beringarios uocant, in onerariarum ſpeciem planis alueis quæ remigio du- F
cerentur. Eam uero fabricandarum claſſis nauium curam, aſcriptis perpetuæ eiuſmodi
rerum operæ Arſenati opificibus ea ratione demandarunt, ut unaquæq; earum parata,
ſed nondum clauis feruliſq; compacta, ab Mergaria Veronam, & inde Turbulas, ſexcē
tis carris ex Taruiſinorum Patauinorumq; agro adhibitis, portaretur. Inchoarunt ſexto
poſtquam id emanauit ſenatuſconſultum die, acciti foſſores ad quatuor millia foſſæ o-
pus, & carris accepta ex ſtagnorum marginibus nauium materia ferri cœpta. Creati itē
ſunt claſſis præfectus Stephanus Contarenus, & ſingularum nauium gubernatores ex
patricijs lectiſſimi quinq;. quod autem nauiū malos groſſioriſq; materiei multa ex Ve-
netijs Benacum uſq; perferri in primis uideretur incommodum, acceſſit ad exercitum
Contarenus ſyluas Tridentinorū montium inſpecturus: acciditq; opportune ut non ſo
lum arbores malis, ſed totis fabricandis nauibus, adhibiti peritiores fabri lignarij illis in
nemoribus reperirent. Quare primis ex Arſenatu eò tranſmiſſis, conuocatis etiam ex
propinquis ciuitatibus quibuſcunq; idoneis, ſexcentos conſtat fabros lignarios præter
miniſtram multitudinem ei operi incubuiſſe. Pari autem diligentia Piccininus Sphortię G
conſilijs obſiſtere contendebat. Qui cum prohibendę claſſis inſtaurationi in primis ani
mum intendiſſet, de prima uigilia ex Ripa oppido profectus, uia ſecundum Benaci lit-
tus apertiori, qua hoſtes illum minime aduenturum ſuſpicarentur, triremem apud Tur-
bulas reſarcitam in nauigationemq; expeditam, igni & ferro corrumpere intētauit. Sed
Troilus cui pridie ea obtigerat ſtatio, cum forte in equo expeditus, impetum ex proui-
ſo fieri aduertiſſet, Piccinini auſum pari repreſſit audacia, conſertoq; acri pro tempore
& militū paucitate prælio: Piccininus pugnans equo deijcitur, à ſuiſq; tractus eſt poti-
uſquam equo aut humeris in tuta perductus: & ſi Nauarinus cui in montibus Madernū
Ripamq; oppidum ſupereminentibus ſtatio fuerat demandata, quo tempore à Troilo
accitus fuit deſcendere potuiſſet, Piccininus cum trecentis quos eo amiſit prælio, hoſtis
manus euadere nequiſſet. Quod cum eſſet Sphortiæ renunciatum, Gattam eo accede
re placuit curaturum ne quod Piccininus parua manu infeliciter attentaret, conatu po- H
ſtea paratiore perficeret: perduxit itaq; Gatta à Benaco in ſupereminētes Ripæ oppido
montes macerię paſſus circiter ducentos longā, ſaxo tumultuarie à militibus cōportato
pari latitudinis altitudiniſq; pedum duodenorū mēſura, in muri ſpeciem coaceruatam:
& caſtello in montis uertice excitato, propugnacula ab eo in macerię inſtituit frequen
tiſſima, quibus ex munitionibus & paratæ triremes, & fabricandæ naues claſſis, ſaluæ
ab hoſtium impetu paruo cum præſidio redderentur. Dumq; ea fabricatur claſſis, & foſ
ſa ad Atheſim ducenda mutato conſilio ommittitur, Sphortia immittendis per eos mō-
tes qui Arcbum & Thiennium oppida ſupereminent, in Leudranā uallem, & inde Bri-
xiam commeatibus anhelabat. Difficili uero per ſeipſum itineri & loci natura impedi-
tiſſimo, maior interiecta erat difficultas dictorum Archi & Thiennij caſtellorum, ſecun
dum quæ tyrannis & Tridentino epiſcopo Venetis inimiciſſimo ſubiecta, eundum e-
rat. coegit tamen apud Turbulas Penetramq; frumenti uim maximam, confiſus tyran-
nos prece precio'ue delinire aut difficultatem itineris ſuperare. Id cū intellexiſſent Mar
chio & Piccininus, Ripam Tridentinorū oppidum, Turbulis propinquū ſe contulerūt,

&

A & copiꝭs raptim accitis ſaltus occupare, uiribus ꝗ hoſtem repellere contenderunt. Clau
dunt namq; uallem Leudranam perpetuo ambitu montes altiſſimi, lacusq; illam ab ſum
ma in imam penè longitudinem interſecans, ad ipſam quæ ad Brixianos ſpectat ſumm i
tatem ſolidum relinquit ſolum, infima uero eius pars unde exoneratur in riuulum deſi-
nit: qui duodecimo ſtadio in Benacum decidens, canam exeſis de rupibus procul oſten
dit ſpumam. quod itaq; contiguam incolentes Tridentinis montibus dimidiatam uallis
partẽ Philippo, cæteros Venetis ſtudioſos eſſe non ignoraret, Sphortia curauerat, Gue
rerium Martianum, Ioannem Contem Romanum, & Diotesalui & Graſſum Venerum
eò ducere, & agreſtibus Brixianis duce Georgio Lutronienſi, cuius genitor Paris per id
temporis diem obierat, ex propinquo accitis, Leudrenianos qui ad Brixianos pertinẽt
fouere: ſimulq; alterius partis accolas hoſtibus cupientes in fide ſuo præſidio contine-
re. Non tamen deſtitit Piccininus, quin eius uallis opportunitate occupata Sphortiæ co
natus etiam ſi Archi & Tienni ſaltus cepiſſet, irritos reddere intentarit. ſaltu namq; eo,
B qui Tiennium oppidum Leudrenianosq; interiacet difficillimus ſuperato, equites cen-
tum, pedites adducens quadringentos, Lodouicum Seuerinatem cum totidem pediti-
bus, equitibus uix ducentis, ſe ſubſequi iuſſit. Quibus ad ſui ſtudioſos, clam ductoribus
Venetorum per noctem intempeſtam delatis, quod erat noctis reliquum quieti eſt da-
tum. Quam primum uero exorta luce in hoſtem duci eſt cœptum, & tranſgreſſi ad lacus
caput cupientes Philippo Leudreniani uicinorum domos ut eſt eius gentis mos diripe
re occeperunt, illico Martiani Romaniq; in aciem deſcenderunt, conſertoq; prælio, cũ
dies defeciſſet pugnantes ad eam uentum eſt certaminis obſtinationem, ut quia nullum
defectura breui luna præberet tunc lumen, ad incendiorum quæ ſtudioſi partium in ali-
enas committebant domos ſplendorem, per multam noctem fuerit pugnatum. Inferior
tamen Piccininus cum prælio ſenſim excedere cœpiſſet hoſte furibundo irruente, fra-
ctus fugatusq; omnem penè equitatum, ex peditatu uero lectiſſimum quemque amiſit:
dumq; fugiens excelſum quod Benaco ſupereminet ſaxeum ſupercilium, cui Ponali eſt
C nomen, perueniſſet equum dimiſit, & à Theotonico familiare quem in ſimiles neceſſi-
tates lateri ſemper adhęrentem habere conſueuit ad Benacum uſq; fuit humeris cõpor
tatus. prima exinde cimba quam in lacu perſpexit accita, Ripam oppidũ adnauigauit:
Seuerinas autem cum equitibus XX altiſſimis ſuperatis montibus, Madernum petiꝭt,
& Martianus Barbari iuſſu Contesq;, ſelectos ex omni captiuorum turba milites octua
ginta, in Brixianorum carceres perduxerunt. Sollicitauit ea pugna ductorum animos,
& hinc Marchio Piccininusq; ueriti hoſtem uictoria elatum audentius ut tranſmitteret
tentaturum, maiores apud Archium ac Tiennium habere copias curauerũt. inde Sphor
tia uel per medios tranſiturus hoſtes ad contiguum Tiennio collem duxit. Quod enim
edito in colle ſitum eſt Tiennium, gemini ac undiq; dexrera leuaq; contigui incubant
erectiſſimi montes. Quare cum Carolus Gonzagæ filius equitatũ apud oppidum habe
ret, monti uero quà ad dexteram eſt caſtellum eſſet impoſitum, & alterum montem è re
gione ſitum ſub quo Sphortia conſederat, adeo ſterilem ut nec herbas gignat neq; arbu
D ſta, Piccininus ipſe diſpoſiti in uertice peditatus præſidio teneret, præcluſum fore appa
ruit Sphortiæ tranſitum in Leudranos. Itaq; cum Sphortia quid faceret dubius in uarias
penderet ſententias, cohortem unam Philippenſium conſpicit ab Ripa oppido Tienni
um recta petere. Quare copias omnes hoſtium maioribus ex caſtris quæ apud Vigaſi-
um relicta erant, eo accerſitas eſſe ſuſpicatus, non ſtatuit ultra differendum, quin hoſtes
loco deturbare, & uiam ferro facere aggrederetur: hinc ſuis arma capere iuſſis, Troilum
Fiaſcumq; cum turmis quas ductarent cohortem illam caſtris hoſtium iungendam ſub-
ſequi, prælioq; audacter conſerto omnem Philippenſem equitatum in ſe conuertere,
Nicolaum uero Piſanum cohortem ſubſidio ducere imperauit. quod cum illi impigre
exequi perrexiſſent, ipſe aſsiduis ſibi peditibus prætorianis, numero quadringentis ad
ſe uocatis, pauca in hanc ſententiam uerba fecit. Rem ſæpenumero auditam non igno-
ratis commilitones, ex equitatu multos, ex inermi eorum qui rem curant meam turba
plurimos, conſilium damnare meum, qui ueſtrum ſingulos eo cõduxerim imò emerim
precio, quod quinis ſeniſue equitibus dare conſueuerim. Exiſtimaui autem aduenturã,
quæ nunc adeſt horam, in qua meam de uobis opinionem, meum laudari conſilium, &

uos ſimul ea liberari inuidia curaretis. Celſo ut uidetis in loco ſed aperto atque omni ca E
rente inſidiarum ſuſpicione, Nicolaus Piccininus ſtationes cepit, ea ratione, ut cum tri-
um qui hoc in mille paſſuum ſpacio ſoli ſunt relicti, tramitum, unum per montis qui eſt,
è regione cacumen caſtello obtineat munitiſſimo, alterum per Tiennij portas equita-
tu & pedeſtribus tueatur copijs, hoc tertio etiam præcluſo de afferenda Brixianis Ber-
gomenſibusq́; ope ſpem abijciamus. Id ſi ex cõſilio illi ſuccedet, fruſtra Sphortianos mi
lites, tanto cum æris impendio implorauerint auxilio Veneti, fruſtra erit nobis poſthac
de gloria belli, de ſalute rerum contentio cum Piccinino, cui referentes hinc re infecta
pedem belli huius uictoriam condonamus. Date expectatum uirtutis ueſtræ ſpecimen,
& quod uniuerſus nequiret Italiæ equitatus, præclarum uos pedites patrate facinus. Rē
haud quaquam impoſſibilem poſtulo, Scandite collem, & Braccianos faciem tremiſ-
centes ueſtram deijcite præcipites. nullus uobis occurret, cum de reditu ad ſuos cogita-
uerit hoſtis. tela præter miſſile ſaxum, quod armis tecti facile contemnetis, immitten-
tur nulla: ſtantes uero hoſtes & ipſis corporibus callem arduum ſepientes eminus ſa- F
gittis, haſta cominus, ſuffodietis: Si hãc mihi probe nauabitis operam, uos meo dignos
contubernio honore afficiam, & opibus ditabo maximis: ſin ignauiæ purgationi poſt-
hac difficultatum obtendetis fabulas, alieno ſatisfacturus de uobis iudicio qui meum
uiderim futile & fallax fuiſſe, ad unum omnes cum ignominia miſſos faciam. Excepe-
runt exultantes imperium Sphortiani, & cùm lubrico erectoq́; in montis aſcenſu, pe-
dem ſatis figere nequirent, telo ſuſtẽtabantur aut gladio. Affuit uero laboris comes ad-
hortatorq́; Sphortia inermis, haſta breuiuſcula ſuſtentatus. Sed cum primas aſcendiſſet
erecti montis radices, unde in ſubiectam Tiennij uallicuIam erat proſpectus, Troilum
Fiaſcumq́; pari cum hoſte fortuna prælium conſeruiſſe ſuſpicatus, eos peditatui in mon
tem anhelanti oſtendit, hortaturq́; ut eius uictoriæ palmam equitatui præripiant: è col-
lis uertice ocyus capto, & ipſi in planiciem deſcendentes à tergo inuadant hoſtem, quē
ab equitatu in fronte pugnante preſſum, breui delere confidat. tuncq́; curſu agili & rapi
do per deuexa ad crepidinem delatus unde exaudiri internoſciq́; uoce & geſtu poſſet, G
Troilum Fiaſcumq́; & Nicolaum Piſanum iubet conferto ex utraq; cohorte globo ho-
ſtis aciem perrumpere: reliquis exinde copijs ſubſidio immiſſis in mõtem ad pedites re-
dire parabat, eum Prætorianos uerticem cepiſſe & ruenti in fugam hoſti præcipites in-
ſtare uidet: tum eos clamoribus ut perſequerentur hortatus in crepidinem eſt reuerſus,
ſimiles edens ad Fiaſcum Troilumq́; clamores. Paria apud ſuos munera in equo obibat
Piccininus, qui cum pedites illud in cacumen pridie perductos adiſſet, curaretq́; ſucciſis
undiq́; tramitibus locum reddere munitiorem, de aduentu accerſitæ cohortis certior fa
ctus, forte tunc deſcendit ad illam, quando manum Troilus conſerere incipiebat. Caro
lo itaque Marchionis Mantuani filio, Martinengioq́; Cęſare iuſſis copias omnis in aciē
explicare, cœptum à Sphortianis impetum, quem fieri acerrimũ peruidebat, ſaltem ad
Tiennij oppidi foſſam credidit fractum iri. Hincq́; omnia obiturus munera, ad pedita-
tum in montis uertice relictum pro tempore hortandum contendebat, cum eos de reti-
nendo uertice proſpiciens laborare, urgentes alia in parte Troilum Fiaſcumq́; intelle- H
xit ſuos apud Tiennium ſuperare: Conuerſus tamen in primumq́; pugnantis acerrime
Cæſaris cuneum delatus, tamdiu uictores repreſſit Sphortianos, quoad peditatu de
montis uertice pulſo Cæſarianum etiam cuneum Troilus diſſipauit: Tum fracti Philip
penſes, undique palantes diffugiunt, & Cæſare cum melioribus in fronte pugnantibus
capto, Carolus Gonzaga Tiennij porta excluſus, quo fugeret dubius, qui hoſtem om-
nia cerneret obtinere, in foſſæ ſupercilio perſiſtebat. Cumq́; in abiecti cuiuſquam ma-
nus uenire uereretur, Angeli Simoneti ſcribæ epiſtolarum Sphortiæ famulo, quem pri
mum ex Sphortianis militibus ab ſagi militaris inſigni recognouit, ſeſe dedidit abdu-
cendum. Creditum eſt Piccininum eo in prælio interceptum fuiſſe. Cum uero captiuis
quorum ex equitatu uix ducenti, & quingenti ex peditatu fuerunt diligenter inſpectis
non eſſet inuentus: præmium Sphortia propoſuit aureos quinq́; millia, ſiquis ex fuga re
tractum perduceret ad ſe uiuum. Is uero qui ſeſe in Tienniũ de fuga recepiſſet illico de-
lituit ueritus quod futurum erat, ne ſi Sphortia illum ineſſe intellexiſſet, tanta oppidum
cura circũſiſteret, ut nullã euadendi relinqueret facultatem: ſub ipſamq́; noctem intem-
peſtam

A peſtam, à Theotonico ſuo ſeſe pannis obſitum, pro lacero & confecto uulneribus mili-
te humeris efferri curauit: deinde umbra noctis omnia reddente tutiora, longo circuitu
Ripam contendit, quo in oppido Mantuanus partem maximam retinuerat copiarum.
Circumſepſit autem poſtridie Tiennium Sphortia, & commiſſa ſunt leuia crebraq́ per
continuos qui inſecuti ſunt dies alterutris occipientibus prælia: in quibus Sphortiani
ad centum milites amiſerunt: inter quos Malateſtas Ceſenas uicarius adoleſcens, dum
pugnantibus apud portam ſuis ſubſidio affuturus urgeret audarius, ab equo effreni in
hoſtium turmas tractus eſt, & nulla hoſtium opera interceptus. Acceperunt tamẽ com-
meatus partem interea Brixiani, ad Leudranæ uallis ſaltum à Sphortianis curatoribus
comportatam, & fabricandæ claſſis opus nullo intermiſſum momento ſeruebat: quarũ
maximam utilitatẽ rerum magnis quæ in ea montium hyemisq́ aſperitate ſubibat ex-
ercitus, cùm incommodis tum etiam detrimentis Sfortia compenſabat. Sed alia tũ Picci
ninus moliebatur maiora, & belli uictoriam ſibi datura glorioſiſſimã, ſi quo cœpta ſunt
B ſucceſſũ, illa ad exitum perduxiſſet. Ipſe etenim & Marchio Mantuanus arcem Vero-
næ maiorem, quam Ciuitatulam ueterem appellant, negligenter cuſtodiri & furto capi
poſſe, Germani unius ſtipendia in illa facere aſſueti indicio compertum habentes, Phi-
lippum quid facturi eſſent conſuluerunt. quo iubente, & omnem equitatum qui in Bri-
xianorum agri hybernis erat ſubſidio immittere permittẽte, copias omnes quibuſcum
Sphortiæ oppoſiti erant nocte intempeſta iubent proficiſci, & ex Ripa oppido ſoluen-
tes prius Piſchetiam nauigarunt, quàm eo copiæ applicuiſſent, alijs exinde copijs, quæ
apud Vigaſium erant ſubſequi iuſſis, & Mantuanis tam ciuibus quàm agreſtibus pro-
pe populariter accitis, conſtituta XIII Kalendarum Decẽbrium die, ſubiectos Veronę
patentes campos, in quos cuſtodes interdiu longe proſpicerẽt, cum nox appeteret, ſunt
ingreſſi. & mœnia nullis cuſtodita uigilibus ad noctis intempeſtæ ſilentium appulſi ſca
las admouerunt, quibus cùm leuis armaturæ miles conſcendiſſet, in ciuitatulamq́ dila-
pſus paucos cuſtodum obuios obtruncaſſet, porta, quam dicunt, Antonianam illico re
C fracta, duces cum exercitu ſunt ingreſſi. Senſerant cuſtodis ſubita obtruncati nece ge-
mitum, & primos portæ quam hoſtes refringere intentarẽt ictus, proximæ arcis cui Ve
teri eſt nomen cuſtodes: ad quorum clamores exterrita ciuitas arma corripuit, magiſtra
tuq́ iubente exciti undiq́ milites, qui diuerſis de cauſis in urbe manſerant ad ſubiectam
prætorio aream concurrebant. Philippenſibus itaq́ de tertia uigilia ſtructam in ciuitatẽ
immittentibus aciem pertinaci prælio eſt occurſum. Quod cum uidiſſent duces, paruis
quæ ad eam horam adueniſſent copijs diffiſi, tentandis deterrendisq́ ſuaſionę & minis
ciuium animis intenderunt, fore confiſi, ut cum omnes in ea noctium longitudine, & lo
corum propinquitate cõparuiſſent copiæ, uis mane abſq́ ullo repulſæ periculo intenta
retur. Graſſatum tamen eſt illico à Philippenſibus in proxima arci urbis loca, & diui Ze
nonis ſuburbium prædæ expoſitum. Quæ res impulit Veronenſium pleroſq́ Venetæ
R. P. cupientiſſimos prætorem præfectumq́ adire, & pauidis ſuadere, ut poſtq́ reliqua
erat ſpes omnis in Sphortia, illum in munitiſſimis quæ in fide perſtabant arcibus ſecuri
D expectarent, ſe uero permitterent tempori cedere, & meliori ſi qua eueniret fortunæ ſal
uos illæſosq́ ſeruare. Annuerunt illico magiſtratus & prætore & præfecto in diui Feli-
cis arcem ſeſe recipientibus, nullisq́ ultra ut hoſti reſiſterent occurrentibus prodierunt
ſtructa acie Philippenſes. Tum præmiſſus omnium cõſenſu Luiſius Vermes, cui ex no-
bilitate Veronẽſi oriundo multos creditum fuerit ineſſe ſtudioſos, ad proxima delatus
genitoris ſuaq́ olim palatia, quæ ſenatus Veneti dono teneret Gatta, optimã illius quã
profecturus reliquerat gazam diripuit: cæteri pariter quantum acies recta in urbis pub
lica & intima penetrabat, proximas diripiebant ciuium domos. Cum autem uentum eſ-
ſet ad Sebaſtiani martyris ſacellum, ſeſe obuium dedit magnæ uirtutis, magnæq́ in ciui
tate autoritatis Magius iureconſultus, & Mantuanum Marchionem, cuius in domina-
tum acclamaretur nomen, precatus, ne ciuitatem cuius neq́ ſe cum ignominia dedẽtis,
neq́ reſiſtentis dominus eſſet futurus, rapinis uiolentijsq́ fœdari permitteret, obtinuit
ut Philippenſes ab iniuria temperantes ad prætoria ſe cõferrent. Datumq́ eſt e ueſtigio
urbis dominiũ Marchioni, cui ex fœdere promiſſum à Philippo aſſeruit Piccininus. Po
titi urbe duces primo die & quæ inſecuta eſt nocte, portarum turribus, & tribus quę põ

teſ Acheſis dimidiatam ferme interſecantis urbem muniunt arcibus recipiendis intēde B
runt. Quibus in poteſtatem acceptis, ſciens Marchio Carolum natū in arce ueteri cuſto
diri, intentauit illius pōtem, qui opē allaturo Sphortiæ pateret, aut interſcindere aut ſoſ
ſa & aggere circunductis, ſpe præſidij deſtituere. Ioannem uero Gonzagā fratrē, exclu
dēdis item Feliciana & diui Petri arcibus, ſoſſas uallo munitas obijcere curauit. Piccini
nus aūt quod Sphortiam perpropere aductū nō dubitaret, copias omnis, & quas ad-
duxerat & quæ adueniebant frequentiſſimæ tenendis præſidio pontis captisq; pontiū
arcibus diſponebat: ac ciues interea uarijs in locis concionabundus, in bonā ſpem eri-
gere conabaī. Intonuit illico & ſtupenda celeritate omnē repleuit Italiā rumor, Philip-
pum breui Brixiam Bergomumq; capturū, & ſocios belli populos imperio ſubacturū.
Forte itē eodem in biduo plurima emerſerūt, tam uarios inter ſeſe effectus, q̄ maximos
habitura. Nā cū Albertus Auſter Cæſar declaratus, Arcēdis à Pānoniæ finibus Teucris
intentus, diem obijſſet, cōgregata apud Baſileam factio cōciliaris, illius liberata metu,
in facinus qđ tam perdite ramq; afflictim diu concupiuerat prorupit. Amedeo Sabau- F
diæ duce in Romanum pontificē declarato cuius electiōis modum paucis abſoluemus:
quibus facillimè intelligeī, certaſſe ſimul obcæcatā paucorum & quidē abiectiſſimorū
hominū eccleſiam ſcindere quærentiū rabiem cū inaudita aliàs principis uiri affectatæ
in rem eccleſiasticā tyrannidis leuitate. Is etenim, quē ante proximū decēniū multis nar
raſſe nouimus, prædictū ſibi à phitonibus, futurū ut pōtificatu Romano decoraret, du-
catus dominijq; quod poſſideret ingētis curā natis ſpecie reliquit, & anachoritæ uita ſo
lo habitu inſtituta, & ſi remoto ab urbibus uico cum paucis nobilibus ſimili opertis pal
lio deguit omnia ut erat ſolitus ducis atq; domini prouinciarū munera exercebat. Con-
cilio aūt Baſilienſi interea quādiu Romani pōtificis Eugenij cōſenſu celebratū fuit pau
cos præſtitit fauores. Sed poſteaq; pōtificē & orbis Christiani principes illud tanq; per
nicioſum deteſtari uidit, oēs eo agendo manuq; tenēdo adhibuit uires: adeo ut quibus
tēporibus ꝓximo ſuperiore exacto biēnio, ſuſpēſionis ab adminiſtratiōe primū deinde
priuationis machinationes in pontificē ſunt intentatæ, impulſi à duce Sabaudiæ clerici
aliorū qui apud Baſileā ei interſuerūt impietati, numerū æquauerint. Quibus in rebus G
adeo cōtraria ſenſit Philippus Mediolanenſiū dux, ut licet illi gener eſſet, & multæ ſibi
olim cum Eugenio pōtifice interceſſiſſent odiorū atq; inimicitiarū cauſæ magnā ſuorū
partē ab eo cōciliabulo reuocarit, paucos uero qui manſerūt mediū illis actionibus in-
tereſſe uoluerit, ſed cōtra ſimul cū alijs principū oratoribus ꝓteſtari curauerit. quare cū
ad idoli erectionē eſt uentū, ex quinq; orbis nationibus quæ cōcilia cōſtituere conſue-
uerunt, ſelecti ſunt, quibus ſuffragiū ferre cōceſſum eſt tres & xxx. quorū duodeuiginti
ex ducis Sabaudiæ dominio fuere, cum tñ cæteros homines ſordidos & maiori ex parte
ob admiſſa apđ ſuos flagitia, ſedibus ꝓprijs pulſos, illius largitiōe corruptos fuiſſe cōſti
terit. Hāc aūt iniecti trāquillis eccleſiæ rebus ſcrupuli mœſticiā, quæ bonos & reip. affe
ctos Christianæ peruaſit, eadem die apud nos ſolati ſunt Armenij, quibus ſeſe Romani
pōtificis & Romanæ eccleſiæ imperio arbitrioq; permittentibus fidei Christianæ legē
inſtitutaq; dedimus, ſolēni in ſeſſiōe apud Reparatæ uirginis baſilicā celebrata, ſub ipſa H
eadē teſtudine quæ Græcos etiā primū Latinæ eccleſiæ unitos uidit, cui ſpectaculo per
petuis laudū præconijs extollēdo, populi Florētini aduenarū, & curialiū uiginti ut credi
tū eſt millia interfuere. Legis uero ipſius formā ſub cōpendio, quod Armeno idiomate
lōgiuſculis ſubſcriptū decretis in latinitatēq; poſtea licet parū elegāter traductū utraq;
partiū approbauit, ſubijcere ſatis erit. Narſes Armenius oratorū comes, in idiomate Ar
meno publice quæ ſequunī legit, quæ poſtea Baſilius ordinis Minorū interpres, ab u-
triſq; adhiberi ſolitus, latino ſermone in hæc uerba publice legit. Beatiſſime pater & ſan
ctiſſima ſynodus totum hoc ſanctiſſimū decretum ad nūc latine corā uobis publice eſt
lectum: fuit nobis pridie de uerbo ad uerbum in noſtro idiomate clare expoſitū, ac inter
pretatum, quod quidem nobis optime placuit & placet. Ad maiorem autem noſtræ mē
tis expreſſionem, eius effectum ſummatim repetimus. In ipſo continetur primo quali-
ter populo noſtro Armeniorū traditis ſanctum ſymbolum Cōſtantinopolitanum: cū il
la additione, filioq;, ut in eccleſiis noſtris, ſaltem diebus dominicis maioribusq; feſtiui-
tatibus, intra miſſarum ſolennia decantari ſeu legi debeat. Secundo diffinitionē quarti
uniuerſalis

A uniuerſalis concilij Chalcedonenſis de duabus naturis in una Chriſti perſona. Tertio diffinitionem de duabus Chriſti uoluntatibus & operationibus in ſexto uniuerſali concilio promulgatã. Quarto declaratis ꝙ ipſa Chalcedonenſis ſynodus, & beatiſſimus Leo papa recte de duabus in una perſona Chriſti naturis, ueritatem diffinierunt: cõtra impia Neſtorij & Eutícis dogmata, iubetisq́; ut ipſum beatiſſimum Leonem, tanquam ſanctũ & fidei columnam ueneremur: atq; non ſolum has tres ſynodos, Nicenam, Conſtantinopolitanam, & Epheſinam primam: ſed ut omnes alias uniuerſales auctoritate Romani pontificis legitime celebratas, reuerenter ſuſcipiamus. Quinto breuem formulam ſeptẽ ſacramentorum eccleſiæ, uidelicet Baptiſmi, Confirmationis, Euchariſtæ, Pœnitentiæ, extremæ Vnctionis, Ordinis, & Matrimonij. declarando quæ ſit cuiuslibet ſacramenti materia, forma & miniſter, quodq́; in ſacrificio altaris dum calix offertur, uino paululum aquæ admiſceri debet. Sexto quandam compendioſam beatiſſimi Athanaſii fidei regulam, quæ incipit. Quicunq; uult ſaluus eſſe & cætera. Septimo decretũ unionis concluſæ B cum Græcis in hoc ſacro concilio pridem promulgatũ, continens qualiter Spiritus Sanctus ex Patre & Filio æternaliter ꝓcedit, & ꝙ illa additio, Filioq́; licite & rationabiliter ipſi ſymbolo Conſtantinopolitano fuit appoſita, quodq́; in pane triticeo azymo, uel fermentato, corpus domini conficitur. Quid etiam credẽdum ſit de pœnis purgatorij & inferni, ac uita beata, & de ſuffragijs, quæ pro defunctis fiunt: item de plenitudine poteſtatis ſedis Apoſtolicæ tradita à Chriſto, beato Petro & ſuis ſucceſſoribus: atq; de ordine patriarchalium ſedium. Octauo decernitis ut de cætero Armenij has feſtiuitates infrà ſcriptis diebus more uniuerſalis eccleſiæ celebrare debeant. Videlicet, Annunciationẽ beatæ Mariæ uirginis XXV. Martij. Natiuitatem beati Ioannis Baptiſtæ XXIIII. Iunij. Natiuitatem Saluatoris noſtri XXV. Decembris. Circumciſionem eiuſdẽ, prima Ianuarij. Ephiphaniæ ſexta eiuſdem Ianuarij. Prꝑſentationis domini in templo, ſeu Purificationis beatæ Mariæ, ſecunda Februarij. Nos igitur oratores nomine noſtro, noſtriq́; reuerendi patriarchæ, & omnium Armeniorum, ſicut & ueſtra ſanctitas in ipſo decreto atteſtatur, C hoc ſaluberrimum ſynodale decretum, cum omnibus ſuis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis & ſtatutis, omnemq; doctrinam in ipſo deſcriptã, necnõ quicquid tenet & docet ſancta ſedes Apoſtolica & Romana eccleſia cũ omĩ deuotiõe & obediẽtia acceptamus, ſuſcipimus & amplectimur. Illos & ſanctos quoq; doctores patres, q̃s eccleſia Romana approbat, reuerenter ſuſcipimus. Quaſcunq; uero perſonas, & quicquid ipſa Romana eccleſia reprobat ac damnat, nos pro reprobatis ac dãnatis habemus, profitentes tanquam ueri obediẽtiæ filij, nomine quo ſupra ipſius ſedis Apoſtolicæ ordinationibus & iuſſionibus fideliter obtemperare. At apud Veronam Marchio Mantuanus, cum ueteris arcis pontem rupturus, mercenarios milites & accitos ꝑpe populariter adhibuiſſet Mantuanos, cõmiſſis ante promurũ ab milite arcis cuſtodiæ prælijs, primo eſt repulſus: cura poſtmodum intentiore adhibita, & illos repreſſit, & arcis mœnia quaſſaturus, bõbardas ex Mantua auectas figere diſpoſuerat, cum alta uoce exclamans, ut facile poſſet exaudiri, arcis præfectus illum deterruit: futurum iureiuran-D do pollicitus, ut quacunq; muri pinnam læſura uideretur bombarda, eidem pro ſcuto & obſtaculo Carolum obtenderet natum ſuum. Et eadem diei hora Ioannes Gonzaga frater, dum Felicianæ arci foſſam obijceret, tragula ictus interijt. allatũ eſt etiã illico Sphortiam affuturum. Is namq; Philippẽſes qua hora ex oppido Ripa ſunt profecti, caſtra mouiſſe intelligens, exploratores quidẽ ſubſequi curauerat, ſed quã cœpiſſent lacum præteruecti uiam, quid ue pergerent intentare, prius ſcire nequiuit, q̃ eos Veronæ ciuitatulam ingreſſos eſſe, frequentes à Veronæ magiſtratibus nuncij attulerũt. Soluit itaq; illico perducendã breui ad exitũ Tiennij oppugnationem, & ſignis de repente motis paucos ex peditatu apud Turbulas Penetramq́; cũ Brixianis qui apud ſe erant agreſtibus, reliquit nauiũ opificibus præſidio futuros. pꝛmiſſam uero cũ impedimentis legionem, ac ſubſidiarias acies ſe ſubſequẽtes, nõ prius cibũ capere ꝑmiſit, q̃ Atheſim attigit ad clauſuras uicũ, ſucciſa in aſperis ſaxoſiſq; montibus Tridentina uia, cui arx immineret natura loci & Venetorũ pꝛſidio munitiſſima. Eo ex loco nuncios dimittens, primũ diſperſos eius hyemis principio in hyberna commilitones multos, quò ad ſe conueniant edocet: exinde arcium Veronꝫ pꝛfectis in ſpem ſubſidij ſui erectis, ſenatui Venetorum ſcribit,

Anxium ſe quidem & maximo confectum dolore copias omnes quæ ſibi ad Tiennium E
etant, Atheſim traduxiſſe, eo conſilo, ut ſi arcium Veronæ aliqua in fide perſtiterit, aut ir
ruptione facta hoſtem deleat, eijciat, aut cum fratribus & chariſſimis quibuſqꝫ cōmilito
nibus occidatur. proinde alteras ſi quæ perferentur ab ſe epiſtolas, uictoriam de hoſte di
cturas confidant: uel alienum de ſe occiſo, & ſuo exercitu deleto nuncium breui expe-
ctent. Opifices interim fabriqꝫ nauium præſidio ſibi relicto diffiſi, palantes profugere, &
diuerſis itineribus ſe Vicentiam contulere. Exercitu itaqꝫ nauibus in eum uſum antea pa
ratis tranſportato, milites ſeſe inuicem adhortati, obſtinatis in prælium animis feſtina-
runt, & quatto quàm Philippenſes urbem obtinuerāt die, ad Fœlicianę arcis, quæ in Tri
dentinos ſpectat exteriorem portam, primum eo in itinere conſtiterunt. Erant tunc in ar
mis expediti Philippenſes, Sphortiam ingreſſu arcere, ac pro uiribus illi reſiſtere inten-
dentes, qui & Fœlicianæ arcis, Sublicio ponte ſubiectis facibus igne correpto, obiectas
à Ioanne Gonzaga munitiones ſtationibus obtinebant. Sed quàmprimum introductos
ab arcis præfecto Sphortianos tignis tumultuariè comportatis, nouum pontem ſtrauiſ- F
ſe, & in ſe feroces ruere conſpexerunt, non munitiones modo, ſed montem fugiēdo præ
cipites reliquerunt. Sphortia interim ciues qui frequentes obuiauerant in bonā ſpem e-
rectos, ut portam epiſcopi, uocant Propinquam, qua itur Vicentiam ad intra oppugna-
rent hortatus, legiones iuſſit eò feſtinantius properare, & ſuus interim peditatus Fœli-
ciana arce admiſſus, hoſtem in ciuitate prælijs diſtinebat. Tum porta epiſcopi à ciuibus
refracta, Sphortia Troilum Ciarpelonumqꝫ & Catabrigam præmittens ſigna ſubſidiari-
amqꝫ aciem ad portam uoluit expectare. Sed milites qui famem biduo inter curas anxie
tatemqꝫ itineris neglectam, exhibentibus affatim cibaria ciuibus tūc primum ſentirent,
tardiuſcule procedebant. Quos dum Sphortia admonitus, cibum ad ſatietatem capere
indulgeret, hoſtes quòd captam eſſe epiſcopi portam intellexiſſent, Atheſis pontem qui
dicitur nouus, traijcere occeperunt: tumqꝫ Sphortia primos nondum ſatis corpora cura
tos, ocyus immittente, tanta illico facta eſt fugientium preſſura: ut qui plauſtra grauiſſi-
mis onuſta ponderibus ad eam diem integer tulerat pons Sublicius, arcem cum eleua- G
tus eſſet à lapideo ponte ſeparans, armatorum equorumqꝫ pondere trabes deprimente
corruerit, rapueritqꝫ ſecum in Atheſim electiſſimos ſex milites, equis, prout prælio exceſ
ſerant inſidentes, quorum unicus rapidiſſimo ex amne natantis equi, & uortices ſumma
cum aſtantium admiratione perſtringentis potentia ſaluus fuit. Eo tamen caſu & amiſe-
runt Philippenſes ad centum poſtremos, & liberam tutamqꝫ nacti ſunt abeūdi ad præto
rium facultatem, quam potiti ponte Sphortiani eueſtigio intercepiſſent. Tum ducentes
atqꝫ poſſibilem afferentes opem eius regionis ciues Sphortia ſecutus in naualium pon-
tem ducit, & tignis, trabibus ſcaliſqꝫ ac cætera materie, inſano propemodum tumultu cō
portata, ignis ingens ad turrim eſt admotus: cuius uapor fumuſqꝫ repugnantes de turri
Philippenſes, nec in propugnaculis conſiſtere, neqꝫ tela & ſaxa certo ictu in ſubiectos di
mittere permittebāt. Ciuibus autem reliquæ ciuitatis, ſpectatum eam turris oppugnatio
nem confluentibus, & nullam laboranti Philippenſium militi opem afferentibus, territi
cuſtodes turris præſidio exceſſerunt, & derelictam ij ciues Sphortiæ aperuerunt. Conſti H
terant eo in tempore Piccininus Mantuanuſqꝫ, cum omnibus copijs in publicis præto-
riorum areis. Sed cum primum Sphortiam pontem turrimqꝫ naualium cepiſſe eſt renū-
ciatum, ſeſe omnes in ciuitatulam receperunt, quos ſpurciſſimis ꝓſecuti uocibus Vero-
nenſes, palàm Sphortianis fauere cœperunt. Secunda tunc inchoauerat uigilia, & quia
opinio eſſet Philippenſes de retinenda ciuitatula certaturos eſſe, Sphortiani recipiendis
portarum turribus, & eruendo latebris, qui delituerat milite ac Mantuano agreſte, inui-
to ac fruſtra renitente Sphortia dilabi cœperant. tum à ciuibus quorum domos Philip-
penſes diripuerant, in Mantuanos militiæ ignaros, quidqꝫ eo in turbine agerent hæſitan
tes, eſt ſæuitum. Sed allato derepente nuncio Philippenſes nullo in arce relicto prǽſidio
cōfugere in Mantuanos, Sphortia ordines reſtituit. Inſecuti diluculo Sphortiani, carros
pleroſqꝫ armamentis ac commeatu onuſtos, quæ iuſſi à marchione ad exercitum Man-
tuani agreſtes perferrent, infra tertium lapidem inuenerunt. Maior uero eiuſmodi re-
rum intra urbem facta eſt à Mantuanis iactura, præter mille uiros ex ſuis, qui legionibus
rapidùm fugientibus, partim ut diximus trucidati ſunt, partim captiui manſerunt. Amiſe

runt

A runt etiam duces ex equitatu trecentos,& mercenarios pedites quingẽtos:nec uero mi-
norem rerum iacturam fecerunt milites Veneti, quòd impedimẽta inter quæ ſuppellex
fuit lautiſſima,quo tempore Turbulas ſe contulerunt, in urbe relicta Philippenſes inter
ſe partita diripuerunt,curaueruntq; primo captæ urbis die Mãtuam aſportari, ſimul Ve
ronenſes aliquot,qui cùm ditiores,tum Venetis eſſent ſtudioſiores, marchio Mantuam
relegauerat.Contulerunt ſe Philippenſes ex ea fuga Valegium,& Sphortia copiarũ par
te in Vincentinos dimiſſa,meliores quoſq; apud ſe in Verona retinuit.cumq; maiora im
pedimentorum damna,quàm principio extimaſſet,ductores omnes audiſſet lamentari,
rebellium qui cum Mantuano urbem ingreſſi fuerant,& ciuium qui potito urbe notan-
ter fauiſſent,domos diripi permiſit.Exinde quòd ueritus ſit Piccininum, pro ardenti il-
la,ut dicebat,& effreni audacia,ad corrumpendam claſſis materiem uel cum manifeſto
periculo ducere,milites addidit præſidio Turbularum, & opifices fabroſq; ex Vicentia
reuocatos,claſſi perficiendæ ſolito acrius iuſſit incumbere. Oportuit eo in tempore u-
B trumq; exercitum,niſi tanta ducum inuidia id geſtum eſſet bellum in hyberna dimitti,ut
ſaltem perditos,& quos uterq; miles confectos incommodis habebat equos, reſtaura-
ret.Sed alia mens,alius fuit animus Piccinino. Nam cum Brixianarum uallium incolas,
ciuitatem quã alioquin fame cõpulſam deditionem feciſſe neceſſitas coegiſſet, cõmea-
tu licet minimo iuuiſſe intellexiſſet, profectionem in eos inſtituit:ex qua cùm illos ꝓ de
merito plecteret,tum reficeret præda ſuos,tum etiam Sphortiæ quietem interrumpens,
eius inſtaurationem exercitus impediret:uallem itaq; Franciacurtam cum omni exerci-
tu per uim & arma ingreſſus,omnia incendio,rapinis cædibuſq; fœdauit.Quę cũ Sphor
tiæ eſſent renunciata, copiarum partem ducibus Troilo & Ciarpellono, per Tridenti-
nos Tiennij montes Brixiam mittens, reliquos ſe apud Archum Tienniumq; oppugna
tionem renouaturos expectare curauit.

C
## BLONDI FORLIVIENSIS HISTORIARVM AB INCLI-natione Romanorum imperij,Decadis quartæ,

## LIBER PRIMVS.

INTEREA dum principio anni cuius geſta nouo uolumini ſunt mã-
danda,Chriſtianæ ſalutis quadrageſimi ſupra quadringenteſimũ &
milleſimum,mediæ in hyemis frigidiſſima tempeſtate, Italica tanto
pere ardent bella,cœperat etiam iniectum rebus eccleſiæ à Baſilien
ſi factione incendium inualeſcere. Amedeus namq; Sabaudiæ dux,
ad diem Calendarum Ianuarij quintam decimam cõcupitũ,eaq; quã
oſtendimus fraude, quæſitũ ſuſceperat pontificatus adulterini mu-
nus,& Fœlicem quartum ſe uoluerat nominari. Et poſtera quæ inſe
cuta eſt die pontifex Eugenius periculis quę ulterius negligentem manerent adductus,
uires eccleſiæ cœpit exercere.Decem namq; & ſeptem creauit cardinales,tanta cum or-
D bis partium diſtributionis æqualitate,ut delectus uirorũ alioquin laudatiſſimi ſuperaue
rit laudem habita ratio prouinciarum. Duos numq; habuit Græcia, quorũ in Aſia Biſa-
rion Nicenus archiepiſcopus fuit unus, alter in Europæ finibus metropolita Rutheno-
rum Iſidorus.& Hiſpaniæ quã dicunt Portugaliam Antonius,urbis Portugalliæ epiſco
pus,alteriq; maiori Hiſpanię,datus eſt Ioannes ex oppido Turrecremata,inſignis theo-
logus.Quatuor habuit omnis Gallia,quorũ unus Francorum regis familiariſſimus Rai
mundus Remenſis archiepiſcopus:alter ducis Burgundię,Ioãnes epiſcopus Morinẽſis:
Renato regi Sicilię,ex Andegauenſi patria,ut oſtendimus,oriundo,datus eſt tertius no
mine Guilielmus,ad eccleſiã Andegauenſem tunc electus. Quartũ Galliæ prouincię ſi-
mul & Angliæ regi Normandiæ regionẽ obtinenti, dedit pontifex Ludouicum Rotho
magenſem archiepiſcopum:ornatumq; eſt etiam altero cardinali regnum Anglię,Ioan-
ne archiepiſcopo Eboracenſi.Duo in Germania:unus ex regione Polona Sbineus,q̃ e-
rat epiſcopus Gneznenſis:alter creatus eſt Petrus epiſcopus Auguſtẽſis. Vnicũ habuit
Pannonia,Dionyſiũ epiſcopũ Agrienſem. Reliqui fuere ex Italia, ęquali item regionũ
habita ratione.Regno eñ Apulię dati ſunt duo:Ioannes archiepiſcopus Tarentinus,&

Nicolaus

Nicolaus archiepiſcopus Capuanus. Et Mediolanum uno decoratum eſt Gaſpare epi- B
ſcopo Comenſi: cum Genua pariter unum ex Fiſchea gente Georgium ciuitatis archie-
piſcopum, & Florentia Albertum habuerit, ex gente Alberta, tunc deſignatũ ad Camer
tinorum eccleſiam epiſcopum, qui ſolus fuit diaconus, cum cæteri fuerint presbyteri ti-
tulo decorati. quòd etiam rebus eccleſiæ quietem ubiq; cuperet dare pontifex, ab Apu-
liæ regno incipiens, inducias cum Arragonenſium rege ea ratione à cardinali Florenti-
no in annum cõſtitui eſt paſſus, ut pax per eas celerior haberetur. Quare cùm forte eo in
tempore Iacobus Caudola apoplexi correptus interiſſet, & Acerras oppidũ cepiſſet rex
Alfonſus, deterior multo Renati regis rerum conditio eſſe cœpit. Cæteris tunc in Italiæ
rebus, uel quies, uel ea erat à motibus uacatio, quam aſpera per propinquas Ianuarij ka-
lendas hyems, ut plurimum habere conſueuit. Inferiores uero uires animis eſſe ram diu-
turna gerentibus Italicis bella, oſtenderunt intentata per Ianuarium Februariumq; faci-
nora. Nã in Apuliæ regno Alfonſus rex cũ laborans extrema famis acerbitate Auerſam
oppidum, hoſtica magis imbecillitate, quàm proprijs fretus uiribus, cum paruis obſediſ F
ſet copijs, breui cepit. Et Renatus cum ſe in Neapolitana urbe propemodũ obſideri ui-
diſſet, Iſabeli uxore ſuſtentandis ſpe Neapolitanis relicta noctu profectus ad Antoniũ
Caudolam, qui unicum eſſet rerum ſuarum præſidium, ſe contulit, qua in profectione id
adiectum eſt rebus ſuis. & cum pendentes animis poſt Iacobi Caudolæ obitum Raimũ
dum fratrem, & ipſum Antonium confirmaſſet, tum etiam ab Lucerinis cæteriſq; Apu-
liæ populis in fide perſiſtẽtibus, & ab Aquilanis Aprutiorumq; oppidis non parua adiu
tus fuit pecunia, unde copiolas inſtaurauit. Piccinino autẽ parum felix fuit in Brixianos
Franciacurtanos expeditio, q; inſecuti per montes immiſſi, ut oſtẽdimus, à Sphortia Ci-
arpelonus Troiluſq; cum montanis quos acciuere paganis, caſtra illius per altam noctẽ
improuiſo adorti, tantum iniecere terrorem, ut omnibus in fugam cõuerſis, maxima im
pedimentorum pars in tentorijs ſit relicta, intercepti tamen ſunt equites trecenti, quib.
extrema caſtrorum loca metantibus obueniſſent. Intendentem uero tunc uehementiori
cura perficiendæ apud Turbulas claſſi Sphortiam, ut paratã & quæ maxima Venetorũ G
impenſa ſedulo comportabatur annonam, traduceret Benacum, Piccininus nulla ratio-
ne celerius efficaciuſq; diuerti poſſe exiſtimauit, quàm ſi in Picenum, aut in Florẽtinos,
nullo munitos præſidio duceret improuiſus. Traductis itaq; per Nonas Februarias Pa-
do copijs tamdiu reſedit, quoad confectos macie in illa montium aſperitate equos mili-
tes opibus Placentinorũ Parmenſiumq; direptis paululũ recreaſſent, & data Mediolani
æra, ueſtem armaq; accepiſſent: Mautuanum uero, Foroiulianum, Seuerinatem & Ver-
mem Ludouicos, ſe abſente, partim Brixiam uexare, partim apud Ripã oppidũ Sphor-
tianis obſiſtere: partim in Veronenſibus Sphortiæ, qui copijs tunc primum in hyberna
dimiſſis Veronæ ſe continuit, oppoſitos fore curauit. His ita diſpoſitis, & ſi altiſſimę ni-
ues eo menſe Februario terram ubiq; preſſerunt, geluq; perpetuo multorum dierum ri-
gore eas aquaſq; conſtrinxit, tamen kalendis Martijs profectus lentioribus caſtris Bo-
noniam duxit. Vbi cum imperata uiginti milium aureorum tributa percepiſſet, Forum-
liuium acceſſit, ad Ceſenam ut dixit moturus, apud quã Malateſtas & Petrumiampaulũ H
cum Florentinorũ peditatu ſeſe nouerat continere. Sed Sapis fluuius intumuerat niuib.
quas ſol per Idus Martias feruidior ſoluere occepiſſet. Prima itaq; Piccininus ad Medu-
lam caſtra fecit. Eiulans interim Sigiſmundus Malateſta, Venetos Florentinoſq;, & Frã
ciſcum Sphortiam, ut perituro præſidium afferret orauerat. Quorum Florentini ad mil-
le pedites, totidẽ pene Veneti miſerant, iuſſeratq; Sphortia Michelettum paratam in Pi
ceno cohortem adiunctis Balduini Tollentinatis, & Petri Torelli quingentis equitibus
eo ducere. Malateſtam præterea fratrem, quem apud Tiennium, ut oſtendimus, à Philip
penſibus prælio interceptũ, cũ Carolo Gonzaga marchionis filio Sphortia permutaue-
rat, Ceſenam cum ſexcentis equitibus permiſerat ſe conferre. Medula ſexto quam oppu
gnari cœpta erat die capta, iuſſit Piccininus Guidantonium Fauentinum eius oppidi ar
cem bombardis expugnare, & partitis trifariam copijs, parua & immunita, quæ adiacẽt
primis in Appenini collibus, Tuduranũ, Molliuechiũ & Collianũ caſtella, è ueſtigio diri
puit. egerant per id temporis Malateſtæ Ariminenſes, ut Veneti, quorum ſtipendia me-
rerentur, equitatũ augerent, fœduſq; innouarent. Quod cum iuſſiſſet ſenatus, & miſſus
quæſtor

A quæſtor petita obtuliſſet fœdera,inopia illi ad hoſtes defecerunt. Eos tñ pollicitationi-
bus imbutos & maximis permiſit per fœdera Philippus à bello immunes,qđ cõtra Ro-
manum pontificem,& ſocios belli Venetos Florentinosq; ac Sphortiã ſemeſtri illo ge-
rendum eſſet,ſatis ſuperq; exiſtimans cõmoditatem,quę ſuis inde acceſſiſſet Florentino
populo omnibus nudato copijs impetendo. Vrſinus etenim qui unicus eſſet Florenti-
nus equitum ductor,& ſi inimicè non eſt habitus, proficiſci tamen efflagitans eſt prohi-
bitus.Creditum eſt,prout Piccinini profectionis ex Lombardia principio diximus,eum
nihil magis tunc quærere,ꝗ ut Sphortia Piceni Florentinorũq; uaſtitati agrorũ timens,
cœptam & quã maiorem indies pararet in Brixianos expeditionem intermittens,cis Pa
dum reuerteretur.Neq; tamẽ ſatis ſimile uero erat,Philippũ,qui ſciret Sphortiã probum
belli ducem,maximas indies cõparantẽ copias,infenſiſſimo in ſe animo acceſſurũ, pro-
pria deſtituiſſe præſidio,& breui ad exitũ perducendã Brixiæ expugnationẽ intermiſiſ-
ſe,ut uel maximã in hoſtili agro faceret uaſtitatẽ, niſi aliqua ſubeſſet aut defecturæ ad ſe
B urbis,aut alia ingentis cõmodi cognita hoſtibus expectatio. Quæ cogitatio cũ pontifi-
cem rebus eccleſiæ,Florentinos quoq; ſibi ab extorribus patria timẽtes,dudũ animo te-
nuiſſet perplexos,prodijt in lucẽ quod leuibus pridẽ adducti cõiecturis fuerant ſuſpica
ti:Eam ducis Mediolani & Piccinini ſpem,eam audaciã,cardinalem alere,incẽdere Flo
rentinũ.Is eſt Ioannes patria prout longe ſupra oſtendimus Cornetanus de gente Vite-
lenſi eius oppidi primaria,quẽ pontifex ex notario apoſtolico,factũ Recanatenſem epi
ſcopũ,bellis præfecit,quæ contra Iacobũ Vicenſem urbis præfectũ,& Antoniũ Colum
nam principẽ Salernitanũ geſſit. Is eſt qui in Picenũ miſſus gubernator, eam prouinciã
ſuperbe & auare adminiſtratam,Sphortiæ potius tradidiſſe dici poteſt, ꝗ illius uiolẽtia
amiſiſſe.Is eſt qui patriarcha Alexandrinus ad regni Apuliæ inſtaurationẽ profectus,&
prouinciã afflixit,& ad extremũ poſtq; capto principe Tarentino cardinalis erat decla-
ratus,relicto apud Vigilias Apuliæ oppidũ exercitu,cum paucis fugiens, Venetias na-
uigauit.Ipſum pontifex tam perdite adamauit,ut licet quibus ornabatur diligentiæ,& re
C rum præſto,ac prudenter cũ animũ induxiſſet, benegerendarum uirtutibus ingẽtia præ
ualerent uitia,neminẽ unq; qui ea aperiret,exaudire uoluerit:quippe qui quod deferen-
tibus reſpõdebat,inuidia potius & maliuolorũ artibus illa impingi, ꝗ certo dici iudicio
opinaretur.Oderat eũ curia prope omnis,cùm amplitudinis æmulatione, tum quia am-
bire pontificatũ,& per fas nefasq; illũ exiſtimauerint quæſiturũ.Exaltatus itaq; cardina-
lis Florentinus,ſupra cõmunem Romanæ eccleſiæ noſtri temporis potentatum, qui ua
lidiores patrimonij eccleſiæ arces,Suriani,Caſtrinoui,Ciuitatis uetuſtæ, & Hoſtiæ tene
ret,& florentiſſimas equitum quatuor milium, peditum duorum miliũ copias haberet,
magnam uerbis,ſed re ipſa tenuiſſimam pontifici obediẽtiam exhibebat,& tanta debac
chabatur elatione,ut ſibi perſuaſerit,pont. Eugenio ſuperſtite moderari poſſe, ac ad nu-
tum diſponere Italiã,cuius ſe dominum poſtea in pontificẽ ſuffectum,exiſtimauerit futu
rum.Iſtius tantæ phreneſis hanc fuiſſe hominis inductionem cõſtat.Primum & ſi Vene
tos ardentiſſime oderat,quos nouiſſet contendiſſe aliquando cum pontifice ne illum a-
D pud ſe haberet,nedum extolleret,ſua indigniſſimum amicitia: Florentinisq; qui creſcẽ-
tem eum apud pontificem fouerant,ideo inimicaretur,ꝙ iniuriam uiginti milium aureo
rum,& pulſi patria Fulginatis minus patienter tuliſſent:eas tamen respub. uehementio
ri proſequebatur odio,ꝙ Sphortiam auxiſſent,cum quo ob Piceni iniuriam capitales ini
micitias exerceret.hincq; licet pontificem ſciret poſt Bononię & Romandiolæ acceptã
à Piccinino iniuriam illum ducere inimiciſſimũ,ſibi conſentire,& contra respub. Sphor
tiamq; coniuraſſe eſt inſimulatus:quod autem certum eſt nobis clandeſtina cum Picci-
nino,pontifice ignaro,per internuntios habuit colloquia.id quidem oſtenderunt inter-
ceptæ à magiſtratu Florentino, apud Policianum oppidum miſſæ alternatim epiſtolæ,
quibuſdam ſcribendi latebris tanta arte obtectæ,ut earum inuolucra ſenſuum nullus po
tuerit enodare.Cum itaq; cardinalis Florentinus apud urbem Romam legionem in hy-
bernis continuiſſet,Superbum quod ſibi in Corneto à fundamentis ædificauerat pala-
tium inuiſurus, per kalendas Aprilis Adriani molis Romanæ arcis præfectum ad-
monet, ſe cui ſit in animo ad Etruriæ partes ea ratione exercitum ducere, ut rebus ec-
cleſiæ ſubueniat, quas Piccininum audiuerit impetijſſe, per eam pontis Adriani uiam
mane

mane profecturũ: proinde obuius exiret, ſibi quæ in rem ſuã forẽt neceſſaria aperturus. B
Præfectus uero cui Patauino ciui Antonio Rido eſt nomen, quod cũ amiciſſimo Aqui-
legienſi patriarcha pridẽ cõſtituiſſet, aduenienti ſolus inermisq; in pontis radicib. obuia
uit & poſt accuratiſſime datã acceptamq; ſalutem multa in illũ in equo ſtantẽ, de futuris
munimento arcis, deq; cõmeatuum apparatu allocutus, pari lente gradientis caballi paſ
ſu comitabatur, & ceu caueret ne dicentẽ exaudirent qui præcedebãt ſequebanturq; co
mites, propius accedens equi babenas molliter attrectabant. Sermone ad extremã pon
tis pilam ꝑducto, cũ in leuã flectere cardinalis pararet, porta exiturus ænea, quæ in Va-
ticani ſuburbia ducit, illico demiſſa decidit, & portã clauſit, quã ea de cauſa in ſuperiori-
bus latenter præfectus ſuſpenderat cataracta: quo in momento cathena medium com-
plexa pontem, quã Sulcino in id ſolum cauato ne à prætereuntibus cerneretur, puluere
cooperuerant, ſeſe cubitis quatuor eleuauit, pendentibus ſub fornice ponderibus, quæ
arcis cuſtodes ruere attracto funiculo permiſerunt, quo in infima ferebantur impetu, eo
dem illã ſublimẽ extenſamq; agentibus. Tuncq; captiuus es, inquiens pręfectus, habenã F
tenacius traxit. Infremuit illico cardinalis, & ſtricto quem ad latus geſtaret acinace, ca-
balloq; ſtimulis concitato, ſeſe illius manibus proripere cõtendebat, cum ſubito emicãt
qui armati delituerant in inſidijs, & ferro unco contis impoſito, primus ceruicẽ, alter ele
uatum in ictum cum acinace brachium, reliqui latera totumq; carpẽtes diuerſum, prout
diuerſi incompoſitiq; irruerant, agitabant. trahentem tamen præfectũ equus eſt ſecutus,
& cardinalis ceruicem ſecundum aurẽ dextrumq; genu ſaucius, intra promuraliũ ſepta,
ubi imperatoris Adriani titulos literis cubitalibus marmore exciſos habentes cernunt
parietes, eſt perductus. Tumultum uero qui à præcedenti cohorte, quid ageretur intelli
gente concitari cœperat, præfectus rem pontificis iuſſu factam oſtenſis decretis ex arce
atteſtans ſedauit, & paulo poſt alligatum uulnera ſtrato iacentem ornatiſſimo cardina-
lem, ut ſolaretur bono animo eſſe iubebat, futurum dicens, ut liberatus, non certe arma
tam, ſed quietiorẽ poſt hac apud põtificem ducat uitã. Cui ille uerbis ut cernentib. appa-
ruit, imo pectore eductis, rauca preſſaq; uoce reſpondit, cõſueuiſſe quorum magnitudo G
à uiolentia nõ abhorreat, cum capti fuerint nõ dimitti. Permanauit ocyus totã Italiã eius
facti rumor, & tanquã omnibus cõſtaret Piccininum illius ſpe fauoris inijſſe expeditio-
nem, ferebat palàm eum quà aduenerat in Lombardiam contra Sphortiam rediturum.
Is tamen progreſſus caſtella aliquot immunita, quæ Florentini trans Appeninũ tenerẽt,
Caſſianũ, Porticum, Montẽueterẽ, Terdocium, Aureolũ, Mutilianam, à Guidantonio
Fauentino capi adiuuit. Et ad Appeninum ducens, qui niuibus ubiq; altiſſimis tegeret,
illis qua pergere intenderet decuſſis, ab itinere non ceſſabat. Florentini interea conſcri-
bendis mercede militibus intentiſſimi erant, & cũ aduenas undiq; cõfluentes parũ eſſet
accipere, multos ex ſubditis militiæ inſuetis data pecunia conſcribebant, quos mercena
rio militi ueterano immixtos, hoſti obijciebant: Sphortiã tamen ut paratus eſſet ſubueni
re, & cohortes interea præſidio mitteret, multis precibus orauerunt. Sed apud pontificẽ
Romanũ, ut ſibi ſub cardinali Florentino ſolitas militare copias accerſiret, ſtudio enixiſ
ſimo cõtenderunt. Nam & ſi eos ut nunquã antea imparatos terrebat appropinquãs pa H
ratiſſimus hoſtis, magis tamen multo extortes, quos ille ſecum duceret, expaueſcebant.
Tunc pontifex ſibi timens & curialibus, in quos æque ac in Florentinos Piccininum cõ
ſtaret ſæuiturum, quod prius tot tantisq; laceſſitus à Philippo & Piccinino iniurijs, ut fa
ceret nunquam adduci potuerat, cum ſocijs belli populis fœdus iunxit. Cõmunes fore
belli quod ubiq; extra Lombardiam gereretur pacisq; rationes, & tertiã uterq; populus
partem ſtipendiorum, quatuor pontificis equitum, duobusq; peditũ milibus diſſoluere
promiſit: quib. copijs in agrũ Florentinum perducendis Ludouicus patriacha Aquilei-
enſis legatus, in capti cardinalis Florentini locum ſuffectus, Romã eſt miſſus, & eo curã
te poſtquam diem obierat cardinalis, mouerunt ex hybernis quæ in Latio & circũ urbẽ
egerant cohortes. Piccinino autem ut Appeninum traijceret, omnibus intentante in lo-
cis, quæ Balineã uallem & Anomonis fluuij, uallisq; ſummitatem intercedunt, Florenti-
ni Nicolaum Piſanum Sphortię cõmilitonem, qui tunc forte Florentiam inermis uene-
rat, mercenario peditatui præfecerunt. Et Bartholomæum Orlandinum equeſtris ordi-
nis ciuem ſuũ Etruſcis tironibus dederunt ducem. traiecit illico Appeninum Piſanus, &

in Picci-

A in Piccininum delatus, Primalcorium caſtellum obſidentem, nõ paruo detrimẽto affe-
ctum ſubmouit: repulitq; poſtridie colles cõſcendere adnixum, qui ad Benedicteũ per-
tinent ſaltũ Apennini in Etruriam cæteris patentiorẽ. Tunc Piccininus lõge ab illo, cu-
ius uirtutem apud Benacũ fuerat expertus traijcere intentaturus, in Anomonis uallem
conceſſit. Tenebat Orlandinus præſidio Marratę uicũ, qui nullo circundatus muro aut
uallo, natura loci munitiſſimus, incolas habet in patria audaciſſimos, & Anomo prę ter-
fluẽs, põte iungitur, quo ſucciſo tuta ſemper hactenus ab omni hoſte fuerũt, queçũq; ad
illius exeſas rupes ſupereminẽti Caſtellioni oppido ſubijciuntur. Sed primo aduenĩẽtis
hoſtis rumore deterritus imbellis Orlandinus, & uicũ deſtituit, quẽ hoſtes eueſtigio di-
ripuere, & nedum ad põtem uel integrum, uel ſucciſum repugnauit, ſed intra Apenninũ
ſe cum copijs recipiens, nõ prius de fuga ſubſtitit, quàm attigit Laurentinũ, quæ ſaltuo-
ſa & in primis omniũ Italiæ præcipitijs interciſa frequẽtibus tramitis Apennini loca cũ
renunciatum eſſet Piccinino eſſe hoſtium præſidio deſtituta, credere nequiuit: nec ut
B tranſmitteret adduci potuiſſet, niſi Fauentinis exploraro ſaltu ſtationibuſq; firmato re-
deuntibus, eorum princeps Guidantonius præceſſiſſet. Exercitu in Etruriam traducto,
Piccininus Policianum obſedit, caſtellum ſex aut ad ſummum octo caſis ſacello inhabi
tatum, ſed natura ſoli muroq; munitum. Eius rei magnus Florentiam peruaſit terror, &
cum cuſtodiæ pro portis haberentur, omnis ciuitas arma corripuit: magiſtratuſq; qui-
bus datum eſt publicorum urbis cuſtodiæ locorum munus, partitos in turmas manipu-
loſq; ciues, qui quóue in loco adeſſe deberent interdiu per noctemq; intentiſſimi cura-
uerunt. Tunc expectata optatiſſimaq; Sphortianorum cohors, Boſio Troiloq; ducto-
ribus uia Mutinenſi adueniens, Florentinos in aliquam ſpem erexit. Et ſi Borſius Eſten
ſis Nicolai marchionis filius, quẽ populis fœderatis ſtipendia facere oſtendimus: prout
ille genitorq; ſpem dabant adueniſſet, nullam præſentis ſtatus dubitationem fore reli-
quam apparebat. Sed tanta erat confugientium in urbem agricolarum, qui ſexageſimo
antè anno lares non mutaſſent, tanta inopum & nulla in urbe habitacula habentiũ tur-
C ba erat, tam multa undiq; ducebantur armenta, quorum dominis nec ſtabuli, nec ſtra-
mentorum adeſſet facultas, cum paſcendi commoditatem omnino abſtuliſſet hyemis
frigiditas, in multum ueris producta, ut mutata iocũdæ nitidæq; urbis facies fuerit, eaq;
res noua inſuetæ talibus plebis externorumq; qui inerant curiæ uirorum pauori, quem
appropinquãs hoſtis incuſſerat, mœſtitiam cumularit. At Franciſcum Sphortiam, ma-
chinas tunc commeatum, impedimentaq; cum paratiſſimo exercitu trahenda compo-
nentem irridebãt Philippo per Italiam cupientes, Piccininum miris laudibus extollen-
tes, qui altiſſimis niuibus frigidiſſima in hyeme ſuperatis, mœnia ut dicebant Florentię
circunſedebat. Quin etiam Veneta & Florentina plebes, cauſas rationeſq;, quibus diſti-
neretur Sphortia, ignorantes, illius tarditatem ignauiamq; damnabant. Nam patantem
interea in hoſtem ducere hinc Venetorum ſenatus illum hortabatur impellebatq;: inde
Florentini in Etruriam reuocabant, futurum proteſtati, ut niſi ſubueniret, cogerentur
oblatæ à Piccinino paci, quam tamen inſidioſiſſimam ducerent conſentire. Piccininus
D nanq; eam trahens obſidendo Policiano, quam omnes ſui damnarent moram, Floren-
tinos & pontificem hortabatur, hunc ut ſe medium communemq; partibus exhiberet,
Philippum habiturus filium, & eccleſiæ obſequentiſſimum: illos ut pacem quam cum
Philippo, ſequeſtre Sphortia, proximo feciſſent anno, redintegrãtes, Sphortiã reuoca-
rent, fore pollicitus, ut Philippus Blãcha filia Sphortię in matrimoniũ data, & copijs in-
tra Lõbardiã reuocatis, Bononiaq; & Romandiolæ ciuitatibus redditis põtifici, Sphor
tiæ, & ipſis ſimul ſatisfaceret Florentinis. Quibus Piccinini blandimẽtis cũ Florentinos
magiſtratus magnateſq;, ab extorribus & populo tributis grauato timẽtes, flecti Sphor
tia uereretur, in ſententiã uenerat, aut copijs per Mutinenſes in Etruriã ductis, ſeſe Phi-
lippenſibus opponendi, aut Romãdiola ad rebellionem cõpulſa, Piccininũ quocunq;
pergeret perſequẽdi, & Venetias accedens, anniſus eſt id ſenatui perſuadere. Sed Vene
ti cõtraria ſentientes, illi & Florentinorũ oratori oſtendebant, & fore ut Sphortia Padũ
tranſmittente ſeſe nihilominus cum legione ſaluum redderet Piccininus, multorũ fre-
tus auxilio tyrannorũ, quos rebus publicis & Romanæ eccleſiæ infenſiſſimo Philippo
ſtudere conſtabat: & interea Brixianos ad extremã frumenti inopiam adeò perductos,

ut partim fame areſcerent aliqui, partim immundis manus inieciſſent, multi eum cu- E
ius unica ſpe ſuſtentarentur, profectum audientes, ſeſe hoſti permitterent, copijſq; Phi-
lippi, quas in Lombardia Piccinininus reliquiſſet, marchionis Mantuani ductu, per Li-
niacum & Baldium in Vincentinos Paduanoſq; traductis, apud Paduam prius labora-
ri inciperetur, quàm ipſe Piccinini caſtra uel fumo indicante proſpiceret. Cũ è contra fa
cile appareret futurum: ut traductis Mincium copijs perdita de Brixianis & Bergomẽ-
ſibus illico recuperarentur, & Brixia agri ſui frumentis, quæ multum à maturitate non
aberant, repleta tantus afferretur Philippo propriæ ſalutis terror, ut Piccininum reuo-
care compelleretur. Cui etiam Philippi ſalutem ut dicebat negligenti, ne Florentinos
opprimere poſſet, pontificis Romani copiæ duobus equitum millibus, quæ ſub Mi-
cheletto, Troilo & Boſio Sphortianis ac Vrſino illis militarent coniunctæ obſtarent.
Quibus item copijs non parua eſſet acceſſio Borſij Oſtenſis, quem genitor Nicolaus
marchio cum mille quingẽtis equitibus prope diem mittere promiſiſſet. Rebus autem
per eas altercationes ductis, Piccininus Policiano duodetrigeſimo quàm circũſederat, F
die potitus duxit in Caſentinum, ab Franciſco Puppij comite, cui ut rebãtur amico Flo-
rentini regionis curã demandauerant, dolo accitus: dumq; uariant inter ſpem metumq;
rerum Caſentini, Borſium Eſtenſem Florentini cum omni equitatu, ad Philippum trã-
ſiuiſſe, ex literis frequentibuſq; nuncijs audiuerunt. Is enim cum Angelus Acciaiolus o-
rator Florentinus ad quindecim auri millia ſibi numeraſſet, inſtaretq;, ut afflictis patriæ
ſuæ rebus ſuccurreret, ex Mutina, ubi hyberna habuerat cum copijs mouit. Sed paululũ
uiæ progreſſus, nõ in Etruriam quod ille expectaret, ſed ſibi ad dexteram iter fore dixit,
ut Philippo ſeruiret, à quo certiora ſibi ſtipẽdia eſſent, atq; meliora quàm hactenus per-
cepiſſet, liberis populis pecunias lentè, ut nihil militibus prodeſſe ualeant diſſoluenti-
bus. Quo perlato in publicum nuncio, & comite Puppij aperta defectione hoſti rerum
omnium penuria laboranti neceſſaria abundè ſubminiſtrante, rem Florentinam peſ-
ſimo loco adductã eſſe conſtabat, niſi & præſenti cupientes ſtatui fouiſſet, animiſq; ere- G
xiſſet, è contráue nouis ſtudentes rebus à motu deterruiſſet copiarũ pontificis qui cele-
rior ueritate nunciabatur aduẽtus. Egit tamẽ omnia frigidè, & opinione ac terrore mi-
nora Piccininus, quod Bibiena & minoribus aliquot caſtellis, dierũ nouẽ obſidiõe po-
titus: diui Nicolai caſtellum duos ſupra triginta dies circũſepſit, illudq; maximis oppu-
gnatum conatibus, ut nihil etiam ſupra uires facere omiſerit, frumẽti inopia, qua ange-
bãtur oppidani, potius quàm ſui exercitus uirtute cepit. Acceſſit inde ad clauſuras agri
Arretini caſtellum, per cuius ſaltum in Arretinos, & inde ad Senenſes ducere minabatũ,
fore affirmãs, ut Senẽſibus bello implicitis, & Peruſinis imperata facientibus, Lucẽſibus
quoq; bellũ renouãtibus, Florentinos pontificemq; Romanũ, ad quaſcunq; uellet, de-
ditionis perduceret cõditiones. Sed eas ob ſuſpicioes quas põtifex nõ extimauerit ne-
gligendas, admonitus literis patriarcha Aquileienſis, cõceſſit Arretiũ, tribus equitũ &
binis peditũ milibus, florenti paratoq; exercitu ſecum ductis. Cui ſeſe illico coniunxe-
rũt Sphortiani Michelettus ex Piceno miſſus, & Boſius Troiluſq;, quos per Mutinẽſes H
oſtendimus aduenisse. Fuerat etiã paulo antè cum prędictis in ualle Arni ſuperiore Vr-
ſinus, qui apud forũ Popilij à Malateſtis Piccininoq;, ut ſuprà docuimus, aliquandiu re-
tentus, quo tempore obſidebant Policianum Philippenſes, per uallem Balineã ſe cõtu-
lerat in Etruriam. Tantas itaq; copias apud patriarchã coactas eſſe audiens Piccininus,
ſeſe ad Apẽnini radices recepit. Quæ cum eſſent ad Sphortiã celeriter perlata, poſtquã
Florentinam rem in tuto eſſe intellexit, per nonas Iunias Minciũ põte iunxit, & copijs
nullo hoſtium ſeſe illi opponẽte traductis, omnia in Mantuanis Brixianiſq; cœpit euer-
tere. Primi Putilonghij Pontaniq; Minciũ accolẽtes in poteſtatẽ uenerunt. Ad Riuol-
tellam uerò, quod oppidũ Benacũ oſtẽdimus adiacere, cùm admouiſſet copias, prodijt
ex claſſe eduxitq; turmas Stephanus Cõtarenus: & cũ oppugnatio maximis militũ cla-
moribus poſceretũ, ſeſe oppidani ocyus dediderunt. Idẽ die illa Deſentiani & Padingo-
lenſes fecere. Progreſſus inde Sphortia cum attigiſſet Cleſiũ amnem, cohortes duas du-
cibus Petro Brunorio & Scariotto Fauẽtino in Salodiẽſes miſit. Qui & ſi maximè pre-
mebantur à claſſe, terreſtrium aduẽtu copiarũ nullatenus commoti repugnauere. Inte-
rea Franciſcus Barbarus quẽ Brixię prefectũ preſidio perpetua in temporũ difficultatẽ

illa

A illa oſtendimus fuiſſe, primoribus ex Brixiæ populo comitatus, liberatorē ſuum Sphor
tiam conuenit. Quibus de ratione adminiſtrandi belli in concilio agentibus, multi aſ-
tulerunt nuncij Philippenſium copias ad millia equitum quatuor, pedites uix quingen
tos, Foroiuliano & Vermenſe ductoribus eo concilio ſe contuliſſe Baſſianum, ut eo in
uico Veneti exercitus impetum morarentur, fieretq; Brixiani agri paganis poſt terga
relictis poteſtas frumenta iam matura in oppida conferendi. Barbari conſilium fuit nul
lum in expugnandis oppidis terendum tempus eſſe, ſed manum cum hoſte conferen-
dam, qui ſi repugnaret, facile prælio uinceretur: ſi cederet, bello uictus eſſet. Quæ quum
ab auidis pugnandi Sphortianis eſſent intellecta, inſtarentq; omnes hoſtem priuſquam
ſeſe intra munitiones abderet, inuadendum, Sphortia Barbarum cuius admiratione u-
ti tenebatur, Brixiam deducturus, profectionis ſignum tuba dari iuſſerat, quum citus
à Brunorio nuncius aduenit, expugnatos ui Salodienſes in prædam claſſis & terreſtriū
copiarum militi datos eſſe, & inſtitutam continuans in hoſtes profectionem intelligit
B eos ad Vrcios receſſiſſe. Quorum fuga & ſimul Salodienſium caſu deterriti regionis
pagani, oppidanorumq; multi, ſeſe ultro Brixiæ magiſtratibus permiſerunt. Inter quos
cum Pontiſuici, quo ponte Ollius iungitur fluuius, oppidani, Sphortia eius opportu-
nitate loci fretus, incurſione in Cremonenſes facta, maximam abegit prædam. Et Bina
oppido Petro Romano centurione ui capto, nihil in Cremonenſibus tutum erat. Exin-
de Longena caſtello dedentibus oppidanis recepto, Rochafrancham circunſedit, ca-
ſtellum quatuor ab hoſtium caſtris millia paſſuum diſtans, Philippenſes enim Sphor-
tiam, ne ultra progredi auderet diſtinere, & meliora regionis oppida ſeruare confiſi, lo-
co ac ratione munitos ſeſe ſtatuerant continere. Vrcij Soncinumq; munitiſſima atque
opulentiſſima regionis oppida, hoc Cremonenſis, illud Brixiani agrorum, bina diſtant
paſſuum millia, & cum Ollius intercedat ea in parte bifurcatus, pertinet ad Soncinum,
ac prope mœnia alluit iuſtus fluuij alueus, abeſtq; quingentos fermè paſſus, qui paulò
ſupra oppidum ſcinditur ab eo ramus. Quod autem oppida intercedit directa ad lineā
C uia, pontes utrobiq; in ea fluuium iungunt. Et uiam Veneti ſuperioribus bellis foſſa mu
niuerant undiq; ducta, quæ pro uuidi natura ſoli aquas etiam æſtate contineat, aditumq;
qui niſi de oppidis aut ſub eorum mœnibus pateat, prohibeat commeantes. Philippen-
ſibus itaque inter utrunq; pontem ſedentibus, Sphortia in Vrcianoſ duxit. Cui oppido
Foroiulianus cohortem unam præſidio eo attribuerat conſilio, ut Sphortianis uiæ mu-
nitiones ſuperaturis obſiſterent, aut ui prætergreſſis à tergo lateribuſq; inſtarent. Quo-
rum conſilia quum cognouiſſet Sphortia, ſuis primos legionibus ordines ducentibus
quid facere intenderet præmonitis, cohortes duas impedimentis præſidio datas, iuſſit
oppidanos ab eruptionibus prohibere. Poſtmodum uię foſſas, extra tormentorum op-
pidi iactum replere aggreſſus, ſagittarios baliſtarioſq; cum bombardulas habentibus
manuales, per ripam diſpoſuit: quod nanq; futurum præuiderat multi ex Foroiuliani ca
ſtris leuis armaturæ milites, nullo in ea aggeris ſecuritate ductorum imperio coerciti ꝑ
currerunt, quos immiſſæ glandes plumbeæ ſpiculaq; quo minus complanationē impe
D dirent, ilico auerterunt. Auſi tamen ſunt Philippenſes cum Sphortianis, qui in uiā eua-
ſerant pugnare, anguſtijs uiæ fiſi, in qua denos aut ad ſummū uicenos totidē ex hoſtib.
reſiſtentes maioris etiam exercitus poſſe impetū ſuſtinere & crediderunt, & cū peritio-
ribus qui retraherent ſæpenumero contenderunt. Nec eos fefelliſſet opinio, ſi cōtis aut
gladijs rem geri ab equite cōtigiſſet. Quamprimū uero deduxit ad fortē bombardulas
baliſtaſq; Sphortia & Philippenſes arma, nec à glande nec à iaculis tutabant, pedē fu-
gientibus ſimiles retulerunt. Tum ſuos cedenti hoſti inſtare cōpulſos, Sphortia ſubſecu
tus non prius premere deſtitit, quàm eſt ab Ollio flumine retardatus. Nā cum caſtellum
Lateritiæ, Pōtiſpilæ, quæ tigna utrinq; à ripis ducta cōtinebat impoſitū promineret, ex
eo Philippenſes lapidibus ſudibuſq; & telis iacientes hoſtē principio ſunt morati, ut Fo
roiuliano Vermenſiq; facillimum fuerit, paucis ſuorū ea in fuga amiſſis, pontem obici-
bus firmatū interciſumq;, quoad legio in tuta ſecederet cōſeruare. Sed adeo territi in fu
gam potius ꝙ in prælium animos conuerterant, ut natantibus ad pilam Sphortianis in
caſtellumq; obrepentibus nullus ſuperne telum lapidem'ue dimiſerit. Sphortiani itaq;
caſtello potiti, repagula ponti raptim impoſita rapidius in fluuiū deuoluerūt, tū Sphor

tia equitum cuneo, quantum uiæ pateretur anguſtia dẽſiſſimo in hoſtem miſſo, totum B
ſubſequi agmẽ iuſſit. Sed fracti ſunt eueſtigio fugatiq́ Philippenſes, & ductoribus qui
ſeſe Suncinenſibus permittere nõ ſunt auſi, ſecũdum oppidi foſſam equorum uelocita-
te prolapſis, capti ſunt equites ſupra mille, tũ Suncinẽſes populariter effuſi, & eadẽ ho-
ra Ruminenghenſes uicini in poteſtatem uenere. Erat tunc apud Ienepaltã uicum, bina
diſtantẽ paſſuum millia, Borſius Eſtenſis equites mille & quingentos, cum quibus apud
Philippũ tranſiuerat caſtris ueſperi adiuncturus. In quẽ de commiſſi prælij fortuna du-
biũ queritabundũq́ Sphortiani, prout quemq́ duxit caſus, impetum fecerunt. Et eo ar
mis tentorijs impedimentisq́ exuto, ad ſexcentos equites abduxerunt. Eius uero ſecun
di prælij fama per regionẽ perlata, maximus eſt undiq́ factus, ſeſe Venetorum imperio
permittentium concurſus. Nã poſtridie eius diei Vrcinenſes, præſidio ex fœdere abire
permiſſo, Capreolẽſes, Clarienſes, Trãſcurrenſes, Martinengẽſes, Romantẽſes, & remo
tiores uallis Camonicæ, ac Sebuini lacus Iſei oẽs populi, ad Venetos redierunt. Italia-
nus autẽ & Vrmenſis Lodouicus ac Borſius, ſeſe de fuga Cremã cõtulerunt, quos eue- F
ſtigio inſecutus Sphortia ad ſtadia duodecim cõſedit, & cũ oppidi natura ſoli mœnib.
& tanto præſidio munitiſſimi oppugnationẽ intelligeret futurã diuturniorẽ, tentauit
per nuncios Monzanighã Abduẽſis Glareę oppidum, cuius potiundi cum oblata eſſet
ſpes, eò ducens oratoribus obuiauit, qui oppidũ populi iuſſu eueſtigio dediderunt. Ad
Carauagiũ uero cũ ueniſſet, cõmeatus penuria angebatur, quod circumſtarẽt hoſtium
loca, & à pacatis unde importari poſſet lõgè abeſſet exercitus, nec ulla tunc deditionis
ſpes apparebat, Philippo per Abduã uicinum ac propè contiguum flumen, præſidia &
nuncios noctu & cũ noluiſſet interdiu ſubmittente. Motis itaq́ caſtris, Brignanũ nõ ui-
le oppidũ, quo terruit primo impetu cepit. Et Triuiliũ inde Riuoltamq́ opulenta ac po
pulis frequentiſſima regionis oppida circumſedẽs, inter oppugnationis minas appara-
tumq́ recepit. Tunc Philippus frequentiſſimæ populis omnium Italiæ, Padũ inter Ab-
duã & Ticinum regioni, ducatus uocatur, quam tutiſſimam dudum pacatiſſimamq́ te G
nuerat, timens, omnes copias quæ ſibi in Lombardia reliquæ erant ad eam Abduæ ripã
Sphortiæ oppoſitã miſit, & Marchio Mantuanus, Cremonã Cremamq́ equitatus ſui
præſidio cõfirmauit. Tantus uero tũc terror eius regionis populos inuaſit, ut quod pau
cis antè diebus, apud Florentiã diximus cõtigiſſe paganis in tuta cõfugientibus, eò ma-
ior per uias agri Mediolanenſis & urbis plateas cerneretũ, armenta præ ſe agẽtiũ & pue
ros cũ rerum ſarcinis deferentium tumultus: quo magis triplo & ut periti affirmant qua
druplo eſt ea regio q̃ Florentiã adiacens populoſa: quanquam uero Sphortia nonnul-
los oſtenderit tranſmittendi Abduam apparatus, ea ratione duxit abſtinendum, quòd
multa nimis erãt poſt tergũ relicta, ex quibus in aduerſum pugnæ, aut accepti incõmo-
di caſum cõmeatu redituq́ poterat intercludi. Omnibus itaq́ tranſmiſſuro neceſſarijs
apud Riuoltã, quod oppidum ſexdecim abeſt à Mediolano paſſuum millia, iuſſis com-
parari, iterato Carauagiũ obſedit, & cum oppidani ad reſiſtendum paratiſſimi uideren
tur, bombardas adigi curauit, dumq́ muri creberrimis ictibus quaterentũ, & frequẽtiſſi- H
mas oppidani mitterẽt bõbardas, ictus dextrum crus Leo Sphortia frater pro mortuo
eſt elatus. Eã rẽ ægre, ut debuit, ferens Frãciſcus Sphortia, poſtridie urgeri expugnariq́
ſumma ui oppidanos, & agrũ interea uaſtari iratus iuſſerat. Cũ ea peruidẽtes & de caſu
Leonis à ſuis qui in caſtris capti erant, prouincialibusq́ certiores facti eſſent. Carauagien
ſes deditione oblata ueniã impetrarunt. At apud Benacum, nequaquã ſegnior erat in-
terea Stephanus Contarenus, qui claſſe circundata, cum ſeſe ultrò reipublicæ cõmitten
tes pacificus recepiſſet, Ripam adnauigauit, quod oppidũ Brunorius cũ Sphortię pedita
tu diebus triginta obſeſſum quoad terreſtri expeditione potuerat acriter agitarat. Nec
adduci poterant Ripenſes odio in Venetos exaſperati, ut Mantuani præſidium exu-
leſq́ qui inerant Veronenſes, & perfugas à Sphortia quoſdã cũ oppido dederint, quin
nouas quotidie ſtruentes fallacias rẽ ducebant. Qua motus indignitate Cõtarenus tur-
malibus edixit, ut ſiquid opis eſſet in ea quam malos ſcandere aſſueti naualibus præſta-
rent muneribus, agilitate, muros ſcanderent diutina bombardarum quaſſatione ſemiru
tos, prædam agerent ex oppido opimam, ut uxoribus liberiſq́ deferrẽt ipſorum deſide
rio

A rio languentibus, dum eo in lacus receſſu tandiu hæſerunt, procul à patria relegati. Nec
mora, e poti ruerunt in uulnera Hiſtri, genus hominũ in cõtemnenda morte duriſſimũ,
& pars ſcalis, pars alter alterius humero innixi, quo plures ab anxio defenſore pręcipita
bantur uulnerabãturq;, eo frequentiores ruinas muroſq; ſcandebant, uicitq; pertinacia,
& utriuſq; exercitus milite irrumpente præter ætatis noſtræ morem, cędes primo edita,
quam illico intermiſerunt, ad prædam captiuoſq; in redemptionem tenendos, à Stepha
no & Brunorio reuocati. Defenſa eſt etiam altero menſe arx ſitu mœnibuſq; munita,
cẽturione perfuga, qui ſe in eam receperat obſtinatius reſiſtente. Sed oppugnat arcem
Brunorius, Gardenſes impoſitum à marchione Mantuano prę ſidium emittere illæſum
contendentes, Stephanus ui captos conceſſit turmalibus diripiendos, & Iacobus An-
tonius Marcellus, agreſti Brixianorum manu ducta, adijt noctu Archum. Quod oppi-
dum furto cum paucis ingreſſus, cum ſeſe Archẽſes Venetorum fidei permittere obſti-
natius recuſarent repugnarentq;, peditatu reliquo ſubſequi & urgere iuſſo, non ſine cę-
B de diripuit. Ad Lagiſium uerò cum appulſa eſſet claſſis, partem turmarum in terrã Ste-
phanus expoſuit, & addito ex Verona tyrocinio, peditatu undiq; lacu & terra oppidũ
obſedit: quod cum intentius oppugnaret, paratiſſimos reſiſtere hoſtes ſenſit, nanq; le-
ctiſſimum inerat præſidium à Mantuano impoſitum, & oppidani rebellionis ad quam
nulla ratione coacti fuerant conſcientia, ſimilem inflictæ Salodienſibus Ripenſibuſq;
& Gardenſibus ultionem expectantes, pro ſe quiſq; utriuſq; ſexus & omnis ætatis cõ-
ditioniſq; pugnabant. Eo autem in æſtatis principio, dum Hetruriæ montibus, ut eſt
dictum, Piccininus oberrat, & hinc Sfortia Mantuæ, Brixiæ, Bergomi, Cremonæ &
Laudæ, agrorum oppida caſtellaq; Venetorum imperio partim recipit, partim addit,
hinc Contarenus Benaci oram recuperat, & reddit reipub. ampliorem Eadem quæ pri-
dem inerat, regnum Apuliæ lacerabat abſorbebatq; potentatus exilitas. Alfonſo nan-
que apud Auerſanam hærente, Renatus poſtquam Antonio Caudolæ coniunctus
fuit, pecunijs, ut oſtendimus, à ſuis undiq; accipiendis exercituq; inſtaurando ſolum in-
C tendit. Eam uerò quæ tempeſtate illa in tot regionibus edebatur uaſtitatem, ſi maximi
potentiſſimiq; feciſſent exercitus, in alienam uim acceptam ducerem referendam. Sed
quæ olim duos totius Africæ & Europæ exercitus, hinc Carthaginenſem duce Hanni-
bale, inde Romanum per annos quindecim integrè tolerarunt, duorũ nunc regum du-
ctu quorum unus nullas, alter paucas adduxerit extrinſecus copias, ſuo ſe inuicem in-
fortunio propè ad excidium lacerarunt. Poſtquam enim Alfonſus rex Arragonenſium
Sinueſſæ, Fundorũ & Nolani principũ fauori innixus, Capuam, Gaietam Acerraſq;, &
cõplura uetuſtæ Campaniæ, nũc Terrę laboris oppida cepit, Neapolim adeò afflixit, ut
ciuibus penè deſtituta laboret fame, nec defenſari poſſit ſine mecenario peditatu. Auer
ſanã uerò cuius arcẽ Renatus rex Antonio Caudolæ in ſtipendiorũ mercedẽ conceſſit,
poſt uaſtatũ igni & ferro agrũ, duriſſima premit obſidione, ut ſolos in ea regione Pute-
lanos, natura ſoli tutos Renatus poſſideat. Nec deſunt interea q amœniſſima totius Ita
liæ in Cãpaniæ quondã & Lucaniæ finibus, Almafitanæ terræ loca, ſibi parẽtia Arrago
D nenſiũ ſtudio deuaſtẽt. Quanquã totius inferi ſuperiq; & Ionij pelagorũ ambitu, à Gaie
ta ad Aterni, qui fluuius nũc eſt Piſcharia, oſtiũ terna aut ad ſummũ quaterna, urbes, ui-
cos & oppida pacatis cohærentia finibus difficile fuerit inuenire. In Hetruria uerò, per
id tẽporis, cum primũ Piccininus Romani pont. legionem, Florentinorũ & Sfortiæ co-
pijs, apud Claſſiam uicum tria diſtantẽ ab Arretio paſſuum millia, cõiunctam eſſe audi-
uit in Tiſernates Caſtellanos duxit, & oppidanis prece miniſq;, ac uaſtatione agri, incẽ-
dio magis oſtenſa, quàm latè facta, ut deditionem facerẽt fruſtra tentatis, quinq; paſſuũ
millia ad Peruſiã caſtra mouit. Eum Peruſini, publicè & priuatim magno adeuntes cõ-
curſu, & commeatu abundè iuuerunt, & ampliſſimis muneribus donauerunt, tantumq;
abfuit, ut populi conſilium eſſe diceretur illum admittere ad tyrannidem, quod archie-
piſcopũ Neapolitanum urbem pro põtifice & Romana eccleſia gubernantem adeun-
tes ciuitatis magiſtratus, Priores uocãt, & primarij ciues, audaciã mittendi publicè doni
& faciendæ ſalutationis, à temporum difficultatibus deprecati fuerũt. Quæ cum eſſent
Piccinino renũciata, populũ clara uoce ut exaudiret, laudauit, qui fidẽ Romanæ eccle-
ſiæ & illius põtifici ſeruaret, & cum portas ne improuiſus irrumperet cuſtodiri audiſſet,

inſtare cœpit,ut paruo deductus comitatu,permitteretur genitricē decrepitamample- E
xari. Id cùm eſſet permittēie archiepiſcopo cōceſſum,euntes ex primoribus perfidi qua
tuor,illum quingentis ſtipatum armatis militibus introduxerūt,quo in tempore caſtro-
rum acies ad urbem propius conceſſerunt.Exinde Piccininus in publicas perductus æ-
des,cùm primores uenerabundus ſalutaſſet,archiepiſcopum conuenit,& multa de pō-
tifice Romano queſtus, qui Philippi hoſtes Florenrinos protegeret, illum ſub oratoris
ſpecie cum mandatis, quorum hæc fuit ſumma, fore ſi pontifex Romam profectus le-
gionem ſuam ab hoſtico exercitu reuocaſſet, ut omnia ad eius libitum fierent, Peruſią
emiſit,& rem Peruſinam ex libidine adminiſtrans, poſt exhauſtum pontificis ærarium,
acceptis ab ſponte contribuenti ciuitate decem auri milibus, maxima paganis æquè ac
ciuibus imperauit tributa. Quibus uel cum uiolentia excutiendis,quæſtorē ex ſuis præ-
fecit,& decem ex primoribus ciuitatis,quos arbitrij Decemuiros appellauit,ſummę re-
rum præpoſitis, ad continuandam Tiferni obſidionem acceſſit. Eam uerò urbem cuius F
agri caſtella fermè omnia obtineret,à Franciſco filio pridem, ut ſuprà dictum eſt,capta,
fruſtra obſediſſet, niſi ab frumenti penuria quam ſuperioris anni bellum effeciſſet in ea
laboratum eſſet.Quæ res faciebat,ut Braccianæ factionis qui inerāt nonnullis in ditio-
nem procliuius proſpicere incipientibus inſtarent literis nuncijſq́ frequentibus apud
legatum eccleſiaſtici Tifernates, futurum proteſtati, ut niſi addito præſidio ſubueniret,
deditionem facere cogerentur. Munitur autem Tifernum hinc amne Tyberi, inde de-
preſſis altiſſimè ripis, & quæ plana apertaq́ relinquitur ad orientem ſpectans agri par-
ticula,eam hoſtium ſtatiua adeò compleuerant, ut nullum niſi fracto fugatoq́ exercitu
aditum patere aduenienti præſidio ſit exiſtimatum. Ea cum apud legatum eccleſiaſti-
ciq́ exercitus ductores agitarentur,angerenturq́ animis omnes hinc municipij fideliſ-
ſimi bello opportuni periculo,inde iactura quam facere addubitarent, ſi quod mittere-
tur præſidiū interciperet, Troilus & Paulus Molarianus ex patritia gente Romanus id
ſibi munus nedum rogati,ſed cæteris penè diſſuadētibus aſſumpſerūt,confiſi ut dixerūt G
in ea quā Piccininus nimiam ſui ipſius fiduciam oſtentaret.Nec fefellit fortes uiros opi-
nio. Trecentis nanq́ ſelectis equitibus ex ſuis cohortibus acceptis,per medias hoſtium
ſtationes,nonnullis qui raptim ad arma currebant in municipium tractis,inter tumultū
pauoremq́,quē apparatus maioris metus faceret,illęſi aduolauere.Continuauit tamen
obſidionē Piccininus,& frumēta tunc magis matura,à proximis municipio locis abigi,
remotioraq́ in ſua comportari caſtella curabat.Erat tunc Romani pont.legatus Angla
rij,& Gino Capone Bernardoq́ Mediceo Florētinis ciuibus, publicè ut legato aſſiſte-
rent miſſis,à Petro Ianpaulo Vrſino Florentini populi copiarū Capitaneo, Micheletto
quoq́ Attendulo ſuadentibus,ſtatiua ſecundum oppidi mœnia foſſaq́ ea ratione erant
metati, ut cum Florentinæ ditionis poſt tergum relicta tutarentur, tum alerent ſpe Ti-
fernates,& in proximos Anfroxinæ Petramalenſis inimicæ mulieris, Burgiq́ ad ſepul-
chrum agros,calones mitterent frumētatum.Fama interim ad Piccinini exercitum cer-
tis autoribus & domeſticorum nuncijs, maiora uero omnia facientibus perlata erat,par- H
tem Lombardiæ peſſimo adductam loco euertiſſe omnia Sfortiam, & Abdua pōtibus
tranſmiſſa,paganos & prædam ab ipſis Mediolani portis abigere.Fremebāt itaq́ Lom
bardi maxima pars exercitus, haudquaquam eſſe parem dicentes compēſationem,pro
grumoſis Caſentini arcibus, pro Policiano cliſtello potius quàm caſtello, datū expoſi-
tumq́ Sfortianis & Veneto in prædam opimum, feraciſſimum, affluentiſſimum bonis
omnibus cùm cæteræ Lombardiæ, tum Mediolani ducatus agrū, & dolore pudorē ſu-
perante proteruiores in ductorem uoces,& cōuitia ſunt iactata. Eum etiam à Philippo,
ut opem allaturus rediret,multis literis nuncijſq́ reuocatum fuiſſe,ſatis compertum ha-
beo. Sed cum Lombardis commilitonibus redeundum ſibi conſtituiſſe palàm diceret,
Guidantonio & Aſtorgio Fauentinis fratribus eum conſtat hortabundum ſpopon-
diſſe,breui fore, ut tentata fortuna, aut uictor incompoſitam trium inter ſe diuerſa ſen-
tientium dominorum turbam opprimeret, & de ſuperatis pontifice ac Florentinis ul-
tionem cum triumpho ſumeret, Italiam poſtea ad libidinem moderaturus, aut cladem,
quod impoſſibile iudicaret,acciperet. Ad diem itaque Kalendas Augusti q artam,ca-
ſtris clàm noctu cum paucis egreſſus, quo in loco cōſediſſet hoſtis ſpeculatum acceſſit.

Poſtera

A Poſtera die apoſtolorum Petri & Pauli celebritate feſta, milites corpora curatos ad me-
ridiem uaſa colligere, & tanquam traijciendum in Romandiolam foret, Burgum pete-
re iubet, quumq; paucis quid animo cogitaret conſcijs, oppidi ſuburbia attigiſſet, ſarci-
nas & impedimenta deponi, & primam cui dies obuenerant aciem, ad ſiniſtram in ho-
ſtes ducere iuſſit, ipſe quum ſecundæ tertiæq; & dehinc cæterarum ductores acierũ quid
fieri uellet edocuiſſet, oppidanis blande appellatis, & uti ſe ad inſpiciendam de hoſte ui-
ctoriam ſequerentur inuitatis in primam aciem properauit. Præuiderat enim animo Pic
cininus, quæ apud Eccleſiaſticos tunc fiebant. Nam cum in ea hoſtis propinquitate nul
lum militem ante meridiem frumentatum mittere, quin ſtructam pene in ſubitam dimi-
cationẽ pro caſtris aciem continere conſueuiſſent, tunc ea religione ſacra die in ueſperã
declinante, negligentius apud eos omnia curabantur, & emiſſis temere frumentatori-
bus, qui in armis ad meridiem ſteterant ſtrati in tentorijs cauma delinibant, ut niſi uete-
ranus uigilantiſſimusq; ductor Michelettus Attendulus, ſummo de cliuo, quem eque-
B ſter armatusq; inambulabat, tenui primo poſt denſiore proſpecto puluere, ad arma cla-
maſſet, facile potuerit, quod crediderat Piccininus, incautos inermesq; cõficere. Angla
rium nanq; oppidũ ſub imis Apennini radicibus in leniter faſtigiato colle ſitum, ad eam
partem in orientem uerſam, quæ ſpectat ad Burgum, cliuum habet ſtadia duo ita faſtigia
tum, ut cum aſcẽſu haudquaquam ſit difficilis, tum cæteram planitiẽ quæ ad Burgi mœ-
nia quatuor intercedit paſſuum milia, paululum ſupereminεat. Qua uero in parte deſinit
cliuus, planities inchoat ad Burgi portas uſq; perpetua, ſed quam paſſus quinquaginta
diſtans à cliuo interſecat torrentulus, dextra læuaq; ſenſim ſuſpendens ad Anglariũ ru-
pes, & uiam quæ Burgum uerſus ad lineam eſt directa, eo interciſam torrente, lapideus
iungit ponticulus, rarum aut nullum niſi pediti præbens uſum, quòd uicenos undiq; pe-
des, demolitæ in torrentis alueum rupes patentem armentis equitibusq; exhibent acceſ
ſum. In eum itaq; ponticulum prouolans Michelettus, & forte illo die primam aciem du
cturus erat, ſuos accurrentes undiq; ad uada iubet conſiſtere. Secũdus illum ſecutus eſt
C Simonetus, ductorum in pontificis legione primarius, qui frumentatoribus, quo in loco
cuius'ue tuti eſſent præſidio inſpectis, in caſtra armatus reuertens omnia tumultu plena
compererat, & illuc item properanter ſe contulit Vrſinus, tubicinibus qui apud eius prę
torium prælij claſſicum cecinerant, iuſſis armatos in ordines conuocare. Tunc ductores
apud ponticulum, de ſumma gerendæ rei pro tempore conſultantes, præmiſſis ab ho-
ſte uelitibus ad teli iactum propinquantibus, conuenerunt, ut quod aliquando in rem
eo caſu adueniente conſtituiſſent fore, tripartito aciem ſtruerent, frontemq; quam tunc
habebat obtineret Michelettus, dextræ Vrſinus alæ, ſiniſtræ Simonetus, & Petrus Me-
uanienſis cum tribus eccleſiaſticorum cohortibus præeſſent, ut Sphortianis omnibus
medijs, dextrum cornu Florentinus miles mercenarius, ſiniſtrum eccleſiaſticæ cohor-
tes haberent, in ſubſidijs uero apud legatum ſignaq; ſederet quicquid erat reliquum ec-
cleſiaſtici equitatus. De peditatu autem actum, ut cum baliſtarij in ſummis ponerentur
torrentis marginibus hoſtem, qui ad põtem uadaq; pugnaret, ſagittis ad latera petituri,
D tum ſcutati haſtatiq; in torrente pugnantem, in fronte circumſiſterent equitatum, & ge-
rendæ rei locus erat opportunus, quòd quem ſtadia duo in deuexum diximus pende-
re, cliuus pari in latitudinem ſpatio extendebatur, cuius foſſas omnes poſſeſſorum agel-
los diſterminantes, Michelettus quatriduo antè curauerat complanari. Quo econtra in
commodo Piccininus maxime angebatur, quòd rectam, ut diximus, uiam, ſexdecim la-
tam pedes foſſæ undique muniunt, arcendo ab ſatis pecore, & a qua pluuia excipienda
depreſſæ, quibus tranſuerſæ ſimiles coniunguntur plurimæ campos nullo ordine, ſed
uti poſſeſſionum exigunt termini diuidentes. Nec illi ocium cura'que fuerat compla-
nandi, quippe qui incautos hoſtes ſperaſſet opprimere: quanquam dixerunt poſt uicto-
riam ſui fuiſſe illi conſilium, & Piccinino filio Aſtorgioq; Manfredo primam ducenti-
bus aciem iuſſiſſe, ut hoſte ad pontem laceſſito & pugna cedendo in uiam relata, com-
munis hoſti ea fieret incommoditas. Sed primos Philippenſium qui immiſſi erant cum
repuliſſet Michelettus, tum Aſtorgius Franciſcusq; Piccininus irruentes, illum ponte
deturbatum in cliuum uſq; pugnando ſunt ſecuti, rarior nanq; tunc erat in omni eccle-

ſiaſticorum acie armatus,cum acciti populatores frumentatoresꝗ nondum arma indue E
re potuiſſent,& multi inermes in prælium tumultuarie concurriſſent.Micheletto autem
laboranti cum opem attuliſſet Simonetus, relata eſt in pontem pugna, & utriuſꝗ ex-
ercitus peditatu ad torrentis uada acriter pugnante, poſtquam Michelettum uidit lo-
cum tenere Simonetus, ordines conſeruaturus in ſiniſtrum cornu eſt reuerſus. Id cum
ſecundo & tertio eſſet factum, addidit Aſtorgio & filio Piccininus cohortes duas,qui-
bus magno conatu prementibus, tamdiu Sphortianis ſtipatus qui omnes interea adue-
nerant repugnauit Michelettus, ut Nicolao Piſano ad ſiniſtra pontis uada ab hoſte ca-
pto,ipſe etiam in periculum ſit adductus. Tum conferti conglobatiꝗ Vrſinus Simo-
netusꝗ ac Meuanienſis, undiꝗ in prælium deſcenderunt,& Piſano ex hoſtis manu re-
cepto, omnes pedem pariter retulerunt, quos inſecuti Philippenſes,tanto pontem ua-
daꝗ præſidio firmauerunt,ut nullam exiſtimauerint futuram hoſtium procellam, cuius
impetu inde aut uiribus pellerentur. Et exinde in ea, quam pontem & cliuum quin-
quaginta paſſus intercedere diximus, planitie,prælia ſunt commiſſa. Tenuerunt autem F
ſeuere ordines eccleſiaſtici, & cum iam pares loco eſſent exercitus, prælium eſt ordi-
ne commiſſum, ut ſolum id referri poſſit ætate noſtra priſcis ſimile geſtum eſſe. Nam
cum hinc cliuum eccleſiaſtici,inde torrentis ripas uadaꝗ Philippenſes pro munitioni-
bus haberent, libero qui intercedebat in campo,nullus erat niſi quem uirtus feciſſet ſu-
periorem, tantaꝗ pugnabatur utriuſꝗ militis pertinacia,ut contis qui omnes fracti e-
rant deficientibus gladijsꝗ aut diſiectis aut manu delapſis ſe ferreis percuterent chiro-
thecis, & quod cernentibus extra rei naturam fieri non iniuria miraculo fuit,nulla uox
aſperior,nullus clamor pugnantium eſt auditus: ueriti tamen eccleſiaſtici, ne Piccini-
nus cohorte ſecundum torrentis ripas circumducta,ab tergo inuaderet, deductam ip-
ſi ex ſubſidijs cohortem in aduerſo cliui poſt Simonetum in inſidijs locauerunt. Sed
peſſima tunc,quibus priſci caruerunt arma bombardæ minores, & maiuſculæ rem à mi-
litibus ſecure geri prohibuerunt.Philippenſibus nanꝗ quadraginta inerant Germani,
portatilibus uſi bombardis, quos à Sphortia quando ſub Piccinini in Hetruriam ad- G
uentum Florentiæ eſt trepidatum miſſos,illi in Tifernatum caſtello obſeſſos ſacramen-
toꝗ ob ſalutem datam conſtrictos,in exercitu continebant, & eccleſiaſtici bombardis
maiuſculis Anglario eductis, hoſtes de ponte uadis & uia cum iacerent, deturbabant.
Siquando enim recedere pertinacius neglexerunt, binos trinosꝗ armis tectos, cum
equis lapides lacerabant.Hoc uero primum maiusꝗ incommodum obſtitit Philippen-
ſibus, cum item Michelettus Simonetusꝗ & Meuanienſis facto cuneo hoſtes etiam
numero plures impeterent Apuli Calabriꝗ ſonipedes,quibus eccleſiaſtici utebantur
minores,Philippenſium equos ex Germania maiori ex parte habitos,uel in niuibus an-
teacta hyeme debilitatos proſternebant.Quibus in congreſſibus, multi ex Philippenſi
bus intercepti,ad hoſtium ſigna uel intra oppidum mittebantur.Quod cum uidiſſet Pic
cininus,ex ſecunda acie quæ pontem & uada tenebat, exꝗ ſubſidiaria paululum in uia
remotiore, quoſꝗ euocans meliores, in primam aciem eo miſit conſilio, ut titubantes
& ſibi etiam non ſatis fidentes hoſtes, furenti impetitos procella diſſiparet. Id cum fie- H
ret aduerterunt ex cliui ſuperioribus eccleſiaſtici duces, & omnibus etiam ex ſubſidia-
ria acie qui equis & uirtute præualerent conuocatis, cuneum & ipſi pergrandem den-
ſiſſimumꝗ fecerunt.Erat eo in tempore legati Caponis & Medicei cura quæcunque du
ctores prælio uſui poſtularent ſolerter immittere,quanquam Mediceus Bernardus cum
dirigendis iuuandisꝗ conſilio omnibus, apud acies frequens eſſet, tum maxime Simo-
neto die illa adſtitit,cuius hominis amiciſſimi uirtutem in Nicolai Tollentinatis utriuſꝗ
educatoris legione antea cognouiſſet.Interea primam Michelettus quam principio ce-
perat frontis aciem cum teneret,primusꝗ dimicationem cum ultrò inchoaret,aut ab ho
ſte cœptam ſuſtineret,& pugnando uir ſeptuagenarius militis,& hortando ducis officia
adimplebat:Irent in prælium uel ſe duce uictores,Nicolaum eſſe hoſtē fato ſibi ad uicto
riam,aliàs apud urbem Aquilam oblatum,ſecundam hanc eſſe diē quæ Sphortianos de
Braccianis ſemper antea ſuperatis iuſtum faciat triumphum ſumere:Iniuſtam Piccinino
cauſam,deum optimum maximum Ieſum,eiusꝗ apoſtolos Petrum & Paulum illi iratos

eſſe,

A eſſe, qui ad tantam eum perduxerint, traxerint'que amentiam, ut quorum rebus inſi-
dietur in apoſtolorum celebritate prælium iniquiſſimo loco cum potentiore hoſte cō-
mittat. Suam uero apud Philippenſes ductorum quiſque concionem habebat. Alij pręmia memorare ingentia, quæ ſuperato hoſte Hetruria potiti & pontifice curialibusq́
in Florentia ſpoliatis, ex uictoria reportarent: alij hoſtem contemnere, qui trinis du-
ctus imperijs, nullum habeat certum ducem, & ſi conferto, ut adſolet, in ſummo re-
rum diſcrimine pugnandum erit, non ſe magis milites inter ſe, quàm hoſtem agnoſcāt.
Piccininus uero quemque appellans, quouſque, inquit, ueſtra torpeſcet uirtus? Vi-
ctum'ne toties fugatum exarmatumq́ à uobis Vrſinum & Simonetum Tollentinatis,
cuius maximi exercitus ſinguli propè binos apud Imolam cepiſtis: reliquias ducentem,
nouum hominem nouo & incognito auctum tyrone, Michelettumq́ à Fortebraccio
Caſtellenſi toties fugatum uincere paſſuri eſtis? Partam tot prælijs proſpere geſtis, tot
regionibus captis gloriam ineptis hominibus relicturi eſtis? Et trepidare eos, in ſum-
B mumq́ cliuum ſeſe cernitis conglobare, de fuga cogitantes, quos ſi urbem ad tergum
capacem habuiſſent, ſibi à principio receptu conſulturos fuiſſe non ambigo. Hincq́
deſperatam in ea oppidi paruitate ſalutem hactenus armis quod etiam mulierculæ in
extrema faciunt deſperatione tutati ſunt. Sed ſi quam olim contremiſcunt, ueſtram a-
nimorum ferociam inſurgere conſpexerint, quod reliquum habent ſpei, in fugam diſ-
ſipabuntur. Ite ducis Mediolani ſolida ſpes, ite Piccinini fratres cōmilitonesq́, uicto-
riam quæ in manibus eſt tenete, proculdubio effecturam, ut nullus poſthac Piccini-
ni legionem in campis audeat expectare. Hæc quum dixiſſet, eo adnuente, tubicini-
bus ad triginta crepitante claſſico in prælium accedentibus, Philippenſes magnam ec-
cleſiaſticis intulerunt procellam, nec ictum illi, uulneraq́ micantium, & tanto illata-
rum impetu cuſpidum ſegnes trepidiq́ exceperunt, ſed ima decliui radice in mutuos
delati ictus, multos equis retrorſum cadentibus proſtrauerunt: tum gladijs ea in preſ-
ſuta ſtrictis, cœpto inſtantes impetu, reliquos in torrentis uada ponticulumq́ repule-
C runt: & nonnullis eo in loco cadentibus plurimis uulneratis, in queis Aſtorgius Man-
fredus conto inguina eſt transfixus, capti ſunt Philippenſium meliores. Seruabat ta-
men locum Piccininus, & peditatu in anguſtijs adiuuante, ordines pro tempore reſti-
tuebat. Sed integras Vrſinus, quæ poſt montem & ad ſigna fuerant cohortes, quum
adduxiſſet, deturbatus ponte Piccininus in ſubſidiariam aciem retroceſſit. Ea autem
uirorum robore, ut oſtendimus, detracto, nihil habebat neruorum. Nec tamen deſti-
tit Piccininus, quin ſatis priſtinæ uirtuti facturus prælium redintegrarit, & quod Bur-
genſes uiæ & campi foſſas, dextra læuaq́ complanarant, reſtituta acie hoſtis impetum
morabatur. Fuit eo tēporis momento lunæ defectus, & nubibus cœlo obductis irideq́
apparente, uertit in Philippenſium ora uiolentior, qui ad id temporis à tergo flauerat
uentus. Quumq́ medium horæ tempus ſupra uires pugnaſſent, turbatos ſuorum or-
dines, hoſtium econtra ſolidiores conſtantioresq́ conſpicati, Piccininus, Guidanto-
nius, Fauentinus, & Franciſcus filius prælio excedentes, fatiſcentem fracturam Phi-
D lippenſium conſummarunt, & ſignis hoſti relictis tanta derepente facta eſt fugienti-
um ſeinuicem prementium ruina, ut quod pugnantes nequiuiſſent, cadentes inſe-
quutum hoſtem, ne ductores de fuga retraheret, prohibuerint. Pugnatum eſt horis
fermè quatuor continenter. Nec ullus utroque in exercitu, paria propè ſena equitum
millia, peditatus tria habente, notus miles non ſuæ uirtutis aut ignauiæ documentum
dedit. Deſideratiq́ ſunt ex Philippenſibns ad ſexaginta, uulnerati ſupra quadringētos,
capti milites mille & octingenti, in queis duodetriginta fuerunt turmis in legione præ-
fecti, & Burgenſes, qui uel acciti, uel ad ſpolia detrahenda propè populariter accurre-
rant, mille & trecentos à redemptoribus eſt compertum. De eccleſiaſtico autem ex-
ercitu, quum uulnerati fuerint ducenti, ad decem aut in prælio, aut ex uulneribus in-
terierunt, ſed ex utriſque, equi ad ſexcentos pari penè numero ſuffoſſi in campo man-
ſere. Delatus ex fuga Burgum Piccininus poſtquàm comperit neminem ad unum ex
turmarum præfectis hoſtium manibus euaſiſſe, mœſtus Guidantonio Fauentino, &
Frāciſco filio dixiſſe fertur debellatū eſſe, & Philippi partes peſſum abituras, ſi uictoria

bene uſus hoſtis quadringentos, qui in manibus eſſent ueteranos & deditiſſimos ſibi B
equites retineret, quorum adſimiles uniuerſa Italiæ militia non haberet, & mœnibus
oppidi portisq; præſidio firmatis, circumueniri addubitant, accederet'ue uictor exer-
citus proſpici & ter quater'que ſingulas per noctis horas ſcire curauit: Mane ſummo
quum Aſtorgius Manfredus, Sagramorus Parmenſis, Romanus Cremonenſis, & tres
alij ex captiuis fama notiores, apud legatum hoſpitaliter haberentur, cæteri omnes eo
inſcio ad unum liberati fuerunt, quibus longo agmine in ea uiæ rectitudine Burgum pe
tentibus, à ſpeculatoribus'que de mœnibus conſpectis, pendens paratusq; in fugam
Piccininus, eos exercitus ſe circumuallaturi præcurſores eſſe ratus ad ſolis ortum pro-
peranter migrauit. Ipſo autem uixdum porta egreſſo, miſerunt reliqui in oppido Bur-
genſes ad legatum oratores, qui factum ab imprudentia & neceſſitate deprecati, ſu-
os'que commendantes captiuos oppidum dediderunt. Interea Troilus Molarianusq;
conflixiſſe exercitus, profligatumq; hoſtem ad primam noctis uigiliam certiores facti,
nocte concubia ex Tiferno, quod oppidum præſidio, ut docuimus, tenuerant, profe- F
cti ſunt: qui Burgum ad horam tertiam quum attigiſſent, nonnullos Piccininum abe-
untem tarde ſequutos interceperunt, & legati nuncijs ad oppidi receptionem miſſis
coniuncti, quàmprimum introducti ſunt, Philippenſium, qui libertati uixdum adue-
nerant, nonnullos inimicitiores cognitos, interfecerunt, impedimentisq; apud oppi-
danos à fugienti exercitu relictis accurate conquiſitis direptisq;, ſua & ipſi ex ſuperato
hoſte ſpolia reportarunt. Potitus Burgo legatus, poſtquàm captiuos ad unum libera-
tos intellexit: ſex, qui, ut diximus, apud ſe erant, Florentiam miſit: & hinc Nerius Ca-
pò, Bernardusq; Mediceus, Anfroſinæ caſtellis, inde legati copiæ Tifernatum oppidis
arcibusq; quæ in Piccinini poteſtate dudum fuerant, recipiendis intenderunt, quorum
breui captorum illa Florentinis, hæc Tifernatibus ſunt conceſſa. At profectus Burgo
Piccininus octauo miliario ſub Apennini iugis primum de fuga conſedit, inde ſuis cō-
militonibus, præter ſpem ſibi cōiunctis, ad Eugubij portas quū ſtatiua cepiſſet, & à Gui
dantonio Vrbinate, ciuitatē uicariatus Romanæ eccleſiæ titulo obtinente adiutus, in- G
ſtaurationi exercitus pro tempore procq; municipij facultatibus, operā dare cœpit. Eoq;
ex loco tentatis per nuncios Peruſinis ad eos redire quærebat. Sed illi cautius in rē pru
dentiusq; proſpicientes, octo milibus auri donato, ut acceſſu abſtineret, ad tutandamq;
ab hoſte Romandiolam duceret, conſuluerunt. Quod ſequutus conſiliū mala quæcun-
que timuerat, quæq; illum & ſuos preſſura apparebāt, declinauit. Nam & Peruſinis pri-
mum reijciendi culpam in paucorum audaciam, redeundiq;, ut fecerunt, cum pontifice
in gratiam occaſionem præbuit, & dum legatus ob fauſtum prælij ſucceſſum, ſimul cū
Petro Barbo nobili Veneto, tunc notario nepote ex ſorore pontifici cardinalis crea-
tus, Florentiæ moram trahit, Florentiniq; oppugnatis Caſentini oppidis caſtellisq; ſe-
ptem Franciſcum Puppij comitem, poſt quadringenteſimum ut ferebatur annum, quo
progenitores eum obtinuerant comitatum, patria eijciunt, Piccininus in Romandio-
lam ducens, omnia in uictoris ſi maturò traieciſſet, poteſtatē eueſtigio uentura, perop-
portune confirmauit. Interea dum hæc in Hetruria gerebantur, Sphortia Carauagio po H
titus, Petro Aduocato & Brixianorum manu ad arcis oppugnationē relictis multa de
Cremonenſibus, in quos duxit, cepit oppida & caſtella, ut ad eas agri partes, quę in Mā
tuanos Brixianosq; ſpectant, ſolum in Padi ripa Philippo reliquū fuerit Caſale maius,
oppidanos cuius quum populariter migrare iuſſiſſet Foroiulianus, bona eorum impo-
ſitis præſidio militibus diripienda conceſſit. Aſulam uerò, Canendum, & Marchariam
Marchionis Mantuani oppida Ollio flumini adiacētia, quòd maiore cura defendeban
tur, Sphortia maioribus parabat uiribus expugnare. Et quū oppidani direptionis metu
adducti illa ſpe celerius dedidiſſent, operoſum Sphortiæ, Philippenſibus impoſſibile
eſt uiſum, arces præſertim Marchariæ, ea celeritate qua cætera erant ad eam diem cōfe-
cta, recipere. Sed accedentes, arce Carauagij recepta, Brixiani maiori bōbarda, quā Bri
xiæ haberent, ſeptingentarū librarū lapides iaciēte adhibita, Canedi, & Aſulæ arces bre
ui obtinuerunt, Marchariæ aūt turres, lateritio muro duodenúm pedū craſſitudine den
ſiſſimas, die decimo demoliti ſunt: nec tamē eo terrore adductus deditionē prius fecit
præſidij

A præſidij præfectus, quàm ſcandentes ruinas Sphortianos, prælio bis cominus commiſ-
ſo repulſos, ſuperiora murorum ad oppoſitam tertio quod conſeri erat cœptum prælio
partem ſcalis capere conſpexiſſet. Inde Piſcheriam ducens Sphortia, Stephanum Con-
tarenum, qui Lagiſium uiribus expugnatum, cæde proditorum præſidijq́ facta diripi-
endum militi conceſſerat, claſſem iuſſit adducere. Eſt nanque Piſcheria oppidum natu-
ra ſoli ac operum magnificentia magnæ inter regionis oppida excellentiæ, ut Scalige-
ros Veronenſes, à quibus exædificatæ fuerunt arces, ſolitos dicere acceperimus, illud
tribus præſtare rebus, quarum unamquamque raró detur talem in cæteris inueniri, a-
mœnitate ſcilicet, munitionibus, atque utilitate, quam piſcium commercia reddunt ma-
ximam. Amœnitas uerò hinc ducitur maior, quòd & ſi lacus ſpecioſiſſimi emiſſorio im-
poſitum, Mincijq́ amnis caput incubans, ſolum undique, ut pleraque alibi, habet uine-
tis & oliueti ſyluis ueſtitum, conſitis tamen præſtat, citriculis limonibuſq́, & ea rari in
Italia mali ſpecie multimoda abundantibus. At munitio ea eſt, quæ & amœnitatem au-
B geat, & tutelam habeat ſingularem: quod oppidum ad eam Mincij ripam, quæ ſpectat
in Mantuanos ſitum, qua parte in meridiem uerſa continenti iungitur, & altera occi-
dentali Benaco prominenti, tertiaq́ Mincio impoſita, quę uergit in Septentriones, ele-
uato denſoq́ cingitur muro, & quò Mincius Benacúſque alluere deſinunt, foſſa illud à
continenti ſeparat latiſſima; quæ perpetuas altáſque aquas accipiens à Benaco, poſt-
quam arces cinxit ambas, redit in Mincium. Sed quartum oppidi latus in orientem uer-
ſum muro caret, quod arcibus exponitur, quarum ut campeſtri ſolo munitiſſimarum,
quæ prima eſt & ambitu maior, aulis, porticibus, cameriſque egregie pictis decoratur,
regiæ ac imperiali pompæ ſatis facillimè facturis, & lateritius pons fornicum quatuor-
decim Mincium amplexus, turrim habet in capite munitiſſimam. Secunda autem mi-
nor arx tanquam ſubſidiaria, & ſi pari murorum, turrium propugnaculorumq́ forma
munitur, eò præſtat, quod minore ſeruatur cuſtodia: & ponte item lateritio foſſam
complexa, iungitur Mantuanis. At unica oppidi quæ populo & commeantibus patet
C porta, emiſſorij lacus angulo eſt impoſita, ab qua trans Mincium ad ſitum è regione
tumulum, Suburbium appellant, Subliceo itur ponte: & tumulus quem caupo ſolus
hoſpitatoria inhabitat taberna, palude prius quàm foſſa latiore cinctus, portam ad exi-
tum habet, Subliceo item ponte in campos Veronenſium dimittentem. Ei oppido ar-
cibúſque commeatu in annum refectis, marchio quingentos ex equitatu peditatúque
omni electos milites, præſidio impoſuerat, non minus retinendi illius cura ſollicitus,
quàm Venetos intelligeret cupientiſſimos recipiendi, quandoquidem eos Cremonæ
Caſaliſque æſtate illa tentandorum curam creditum eſt eius gratia omiſiſſe. Sphortia
itaq́ equitatu extra hoſtiles bombardarum iactus in circuitu diſpoſito, ſuas ipſe bom-
bardas quadripartito adigi curauit. Claſſis uerò ſcaphas Contarenus ad tumulum, &
oppidi portam de Benaco & Mincio pugnare curauit. Re Philippi marchioniſque
Mantuani interea tantis ubiq́ acceptis incommodis debilitata, Nicolaus marchio Fer-
rarienſis, qui ſub aliorum excidio exiſtimaret pendere, ſeſe pacis ſequeſtrem ingerere
D cœperat, cuius ut dicebat quærendæ cauſa, cùm Mantuam acceſſiſſet, Sphortiam allo-
quuturus, ſide publica Piſcheriam ſe contulit, & Paſcali Maripetro, qui prouiſor in ex-
ercitu à ſenatu miſſus in caſtris erat præſente, multa de pace cum illo locutus, futurum
dixit, ut Philippus Mediolanenſium dux, quam obſtinatè nimis ad eam retinuiſſet diē,
Blancham uxorē, illi ſe interceſſore uel in caſtra tranſmittat. Ad quæ reſpōdens Sphor-
tia, ſe pacis dixit, cuius etiam hoſti tolerabilis ſenatum ſciat eſſe cupientiſſimum, modò
Philippus pariter eam uelit, ſuaſorem fore, eaq́ ſolenniter conſtituta amicos, quorum
ille eſſet primus, de Blancha quid expediat cōſulturum. Inde profectus marchio Mātu-
amq́ reuerſus, itinere nullatenus intermiſſo, Philippum Mediolani cōuenit. Quæ qui-
dē profectio ſuſpectę fidei hominis adeò fuit Venetis formidoloſa, ut publici æris alie-
ni ualorem, quinta parte deteriorem effecerint. Nam quum marchio ſingulari amicitia
Sphortiæ genitori coniunctus fuerit, timuerunt Veneti, ne apud Sphortiam filium pa-
ternæ imitatorē amicitiæ potentiores honeſto preces habuiſſet. At Piſcheriæ oppugna
tio eo in tempore magnis conatibus agebatur. Sphortia nanq́ xx. meridionalis plagę
muri paſſibus bōbarda apertis foſſam uirgultis cū repleret, Cōtarenus è regione turma

libus

libus gente efferata, partim Benacum natare, partim umbilico tenus altum paludis li- E
mum peruadere compulſis,tumulum ceperat, & taberna propugnaculis armata Subli-
cioꝗ ponte qui emiſſorium clauderet igni corruptis, ſcaphas Mincio delapſas, portæ
oppidi mœnibuſꝗ ſubduxerat: inde ſcalis ad mœnia erectis, rabidi & tanquam amen-
tes,tanto ardore conſcendebant turmales,ut quanquam caderent uulnerarenturꝗ mul
ti,ſaucijs ſuccedētes integri portam muroſꝗ deiectis defenſoribus obtinuerint. Quod
quum pugnantes è regione uidiſſent Sphortiani, ſpretis qui ad deditionem faciendam
fuerant oppidanis, per foſſas & ipſi ruinaſꝗ irruperunt. Tunc Mantuanis militibus qui
tam multi præſidio inerant,in arcem confugientibus,parua pro tumultu cęde commiſ-
ſa, oppidum eſt direptum. Paulopoſt arcis oppugnatione inchoata, maior bombarda
quam ad Marchariæ arcis oppugnationem adhibitam fuiſſe oſtendimus,in primariam,
&,ut dicunt,magiſtram arcis turrim eſt firmata,quæ in oppidum prominens altitudine
atꝗ latitudine & muri denſitate maximum arci adderet munimentum.Fuit autem ea &
ad hoc tempus inaudita bombardæ illius uiolentia,is euomentis crepitus,ut niſi in mul F
torum qui interfuerunt manus ſcripta hæc peruentura ſciremus, quorum aſſertio nos à
mendacij inuidia uindicabit, dignam relatu rem fuerimus ſuppreſſuri. Claſſis Veneta
ancoris in Benaco firmata extra bombardæ hoſtilis iactum à paucis cuſtodibus tene-
batur,turmis à Contareno ad oppidi arciſꝗ oppugnationem,ut oſtendimus,expoſitis.
Erantꝗ binæ naues tectæ caſtellis munitæ,amphorarum trecētarum ſingulæ, quos uo-
cari diximus Bellenerios, in fronte ad ſpecimen conſtitutæ. Quum igitur iaceret in ar-
cem bombarda, tantus fiebat in circuitu terręmotus, ut aquis Benaci emotis fluctuan-
tes in utraꝗ latera Bellenerij ſeſe inuicē,& uicinas colliderent naues,& in oppido qua-
tuor bene materiatæ ciuium domus,eo excuſſæ terræmotu,in multorum capita corrue-
runt.Itaꝗ decies immiſſa,etſi parietem diſtantibus inter ſe offenſionibus tenuiter macu
lauerat,& minimè penitus læſiſſe uidebatur, tantus ictu decimo exortus eſt in arce, qui
in nubem aſcendit puluis,ut cernentibus apparuerit, magnam muri uim ad intima cor-
ruiſſe: dumꝗ à uento diſſipatus puluis euanuiſſet, & bombarda interim repleretur, in- G
ſpectantes uiderunt multi,turrim haudquaꝗ uaſto hiatu, à ſummis in infima ſciſſam eſ-
ſe,& tunc duorum qui ſumma tenebant propugnacula cuſtodū,alter funiculo in arcem
eſt delapſus,alter hæſitans,& quid faceret dubius ſubſidentem ſequutus eſt turrim, quę
undecimo inexpectato ictu, quaquauerſum lacera, partim foſſam cōpleuit, partim ar-
cis proxima pondere attriuit ſuo.Quod quū ceſſante pulueris nube uidiſſent Sphortia-
ni,arcem defenſore ad eam partē nudatā obrepentes Mantuanos alijs de turribus, deꝗ
arce altera reſiſtentes,ad deditionem aliquot dierū oppugnationibus compulerūt.Tūc
Sphortia Mincio tranſmiſſo, Villafrancha, Vigaſio, Veronēſium caſtellis,intra decimū
diem quàm acceſſerat eſt potitus.Copijs inde Valegiū ductis,ignobilia quæ circunſtāt
Mantuā caſtella primum,deinde Valegienſes in poteſtatem accepti,& impoſitæ ponti
arces,bombarda item atterente breui ſunt receptę.At Nicolaus marchio paucis diebus
apud Philippū moratus, Blācham decenti cum familiarium genitoris comitatu, ſecum
auectam Pado Mantuā perducens,ſuſpicionem Venetorum in maioris periculi cogita H
tionem metumꝗ cōuertit.Philippū nanꝗ magni atꝗ elati animi principem, unicam fi-
liam ſine ingenti abalienationis Sphortiæ à rebus publicis præmio,ad repudiatas tādiu
nuptias miſiſſe,haudquaquā uериſimile exiſtimabant.Rogatus autem Sphortia in amœ
niſſimam Mantuani marchionis uillam,cui ædificandæ magnū fecerat impendiū,Mar-
mirolum uocāt,ut de pace,deꝗ cōiugio ageretur,ſæpenumero reſpōdit,nec ſibi iniuſſu
ſenatus,ad hoſtis loca eundum:nec ſenatū ſi ſapiet,ut adeat permiſſurum.Quę reſpōſio
nis prudentia,maximo fuit Venetis de illius fidei cōſtantia documēto,& puella ſecūdo
Pado Ferrariā præmiſſa,ad tertium diem marchio eſt ſequutus.Piccininus autem,poſt-
quam titubantē Romandiolā ſua perſona cōfirmauit Guidantonio Manfredo, & Fran
ciſco filio,ut eam prouinciam pręſidio tenerēt relictis,Mediolanū ad Philippum acceſ-
ſit,Palatiniſꝗ quantā potuerūt pecuniam cōferre cōpulſis,uectigalia auxit, tributa im-
poſuit noua,& nihil pecunia excutiēda intentatum omiſit.Romani interim pōtificis &
eccleſiæ legatus,Ludouicus cardinalis Aquileiēſis trigeſimo die,poſtquā Piccinini co-
pias profligauerat, in Romandiolā traiecturus, Sigiſmundū & Malateſtā fratres ad ec-
cleſiæ

A cleſiæ ſtipendia, cum mille quingentis equitibus, peditibus quadringentis conſcripſit.
Sed quum agrum attigiſſet Foroliuienſem, iam Malateſta ad hoſtes tranſiuerat, neq; tamen
deſtitit Sigiſmundus, quin legato obſequentiſſimus fuerit, caſtris apud Martinenſe
rus, bina diſtans paſſuum milia in Foroliuium firmatis, uenientes noctu & interdiu Fauē
tinus ac Piccininus, pendentes in rebellionem Foroliuienſes cõtinuerũt. Inde ad Bagna
cauallum ducto, quum propinquiora cepiſſent ſtatiua, & grandis ille exercitus ſeptem
milium equitatus, peditatus mercenarij quatuor, oppidum cinxiſſet, deſperantibus Fauentini
& Piccinini auxilio oppidanis ad octauum diem deditio eſt facta: pariter poſtea
Maſſæ Lombardorum & ignobilium agri Imolenſis caſtellorũ Bagnariæ, Bibani, Mor
dani, Guelfiq; facta fuit. Extorribus autem Foroliuienſibus, perpaucis qui caſtra ſequebantur
memorantibus, quum duxiſſet iterato Forumliuiũ legatus, urbe præſidio immunita
breui potitus fuiſſet, niſi laſſata nimis à ductoribus obſidione redeuntes Piccininus
filius, & Malateſta ciues à rebellione ut antea deterruiſſent. At apud Apuliæ regnum per
B id temporis Renatus rex, poſtquàm omneis copias datis in aliquot menſes ſtipendijs, in
Aprutio reparauerat, Caudolas Antonium Bari ducem ac Raimundum & Traianũ Carociolium
Auelini comitem, factionisq; ſuæ ſequaces cum quatuor equitum milibus ad
ducens, ea ratione Neapolim reuerti conſtituit, ut Auerſanã cuius arcem Antonius Cau
dola præſidio teneret, reciperet, & laborãtibus ueteris Campaniæ populis opem ferret,
ſimul Neapolitanos tamdiu clauſos & importatis mari tenuiter ſuſtẽtatos, in meliorem
quoad tunc poſſet fortunam adduceret. Reſciuerat eius aduẽtum Alfonſus rex, ſed quo
itinere Aprutinis montibus deſcenderet dubius, cum parte copiarũ, cæteris certo in loco
ad diem conuenire iuſſis, ad montes ſuccedebat, & fortè eodem quo adueniret Rena
tus itinere capto, copijs ad ueſperam de itinere feſſis mille paſſus ab hoſtiũ ſtatiuis, quæ
& ipſi eadem cepiſſent hora conſedit, tulitq; ſors, ut prior Renatus hoſtem incautum ad
eſſe habuerit exploratũ, uolueritq; Gallica & ad primos motus audaci promptitudine
inermes inopinatosq; inuadere: quod autem fama auditum erat, & nuncij retulerant ad
C id miſſi, parare Alfonſum copias, & ſaltibus qui omnes in poteſtate eſſent agreſti manu
firmatis, cum equitatu peditatuq; mercenario milibus hominum quatuor paratum obſi
ſtere locis omnibus adfuturum, non exiſtimauit Antonius Caudola, cum ſeſe, ut credebat,
offerentibus, & pugnandi copiam facturis, dubio loco temere confligendũ. Qua in
conſilij uarietate, dum tempus abſumitur, ſenſit periculum Alfonſus, & in tuta confugi
ens apertũ hoſti reliquit acceſſum. Et poſt parum Neapoli quum agitarentur, & certum
perfugæ feciſſent, fuiſſe in manibus paratam, ſi uti ſciuiſſent uictoriam, iratus rex Renatus,
inſimulatum perfidiæ Antoniũ in arce Neapolitana detinuit, & errorẽ ab imprudẽ
tia, & infortunio deprecatũ, ea qua cœperat facilitate ſubito liberauit. Is uero quàm primum
oblatam uidit occaſionem, cum copijs profectus quinto apud Neapolim miliario
loco tuto caſtra cõmuniuit. Et ad Alfonſum regem mittens, inducias in quinquageſimũ
diem, & ſecuri in Aprutios per inimica prius loca tranſitus literas, deducto ex arce Auer
ſana præſidio impetrauit. Quo deſtitutus equitũ fermè quatuor milium & peditum mil
D le præſidio Renatus, perpaucos habuit reliquos pedites mercenarios, quorum parenti in
urbe Neapolitana ciue, immixtorum præſidio, ægre mœnia defenſauit, ab Arragonenſi
dies noctesq; acriter oppugnante, & inerat fames, qualem Brixiæ hoc etiã anno ſcripſimus
adfuiſſe: quod autẽ Caudola, & ſuæ ſectæ ductores, neq; Renato ultra cõſentire, ne
que Arragonenſem ſequi, neq; ignaui ſine ſtipendio eſſe uellent, Romanus põtifex, eos
ad eccleſiæ ſtipendia eo accepit conſilio, ut ipſorũ potentatu & armis fretus, optatam &
tandiu quæſitam pacem calamitoſis regni illius populis daret. Id munus quum celebris
famæ cardinali Tarentino apoſtolicæ ſedis legato iniunxiſſet, ne ciuitas Neapolitana in
terim deficeret, & in præclara ciuitate multi quibus nulla emigrandi adeſſet facultas, fa
me interea cruciati perirẽt, magnã frumenti uim ex Hetruſco eccleſiæ patrimonio, apud
Cornetum tribus impoſitam Genuenſiũ nauibus immiſit, cuius partẽ egenis donari, par
tẽ ditiorib. modico uenundari precio curauit. Verũ præſentis anni, cuius geſtis in Italia
rebus, & quidẽ ſolito clarioribus, hic plenus eſt liber, autũnus adeo ingẽtes ac penè per
petuas habuit pluuias, ut exercitus oẽs cõtra ac multis inſueuerãt annis, ad prima brumę
tempora

tempora in hyberna cōceſſerint. Primus tamen omnium eccleſiaſticus ex Romandiola, re omnino infecta in Hetruriam & inde ad urbis Romæ partes eſt reductus. Secundus rex Alfonſus, ſuum per circunſtantia Neapolim oppida dimiſit. Piccinini uerò & Mantuani copiæ partim apud Parmenſes, partim Mantuæ, prout fuerant, permanſere. Et Sphortia poſtquam Valegio multis ante diebus recepto, ignobiliora quæ tertio aut quarto diſtant à Mantua miliario ceperat, copias omneis in capta de Cremonenſibus, Laudenſibus, Mantuaniſq́, & recepta de Brixianis oppida diſtribuit, ſola cohorte prætoriana Veronæ apud ſe in Veronenſibus retenta.

FINIS HISTORIARVM BLONDI, quas morte præuentus non compleuit, quum tamen interim Romam inſtauratam tribus libris, Italiam illuſtratam libris octo, & Romam triumphantem libris decem abſoluerit.

## CAMPANVS

Blonde Pio uiuo moreris, nil morte dolendum eſt,
 Tu famæ, domui conſulit ille tuæ,
Aſtra tibi, natis patrios conceſſit honores,
 Qua tu alia optaſſes conditione mori?

## PIO SVMMO PONT.

Romam inſtauratam cœpit conſcribere Blondus,
 Multa illum inſtaurans contulit Eugenius,
Italiam mox illuſtrans maioribus auſis
 Luſtrauit totam mox uagus Italiam,
Ecce triumphantem cecinit, Pie maxime, Romam
 Ergo tua fas eſt ille triumphet ope.

## EPITAPHIVM.

Hic ſitus eſt Blondus, Priami cui forma, Catonis
 Vita, Titi Liuij fama decuſq́ fuit:
Coniuncta eſt ſancto coniunx pia Paula marito
 Fœminei ſexus gloria, ut ille uirûm.

# RERVM AC VOCVM IN DECADIBVS HISTORIARVM BLONDI MEMORABILIVM INDEX, IVXTA

Alphabeti ordinem, nunc primum ſtudio Leodegarij Grimaldi conſcriptus, in quo tamen hiſtoriæ ſæpius in eodem nomine aut uoce quàm alphabeti ordinis ratio habetur.

## A

ABderamius Saracenorũ rex ab Eudone Aquitaniæ duce uocatus Burdegaliã captam diripit folio 141. litera b. decadis primæ
abdua amnis 102.e.dec.1.396.f.dec.3.471.d.568.f.dec.4
abſimarus imperator Cõſt. in Africa ab exercitu acclamatur 135.c.d.dec.1
acerras oppidũ rex Alfonſus capit 562.e.dec.4.569.c
acheruſiam Narſes miſsis copijs recipit 92.e.dec.1
accius Caſtrutij filius cum Florentinis cõfligit 353.a.dec.2
acconem Venetus & Genuenſibus auxiliantibus Balduinus capit 230.g.dec.2
adeodatus Romanus põtifex 129.b.dec.1. moritur 131.a dec.1
adhæſer Perſarũ rex 125.a.de.1
adoaldus Longob.rex 121.b.dec.1
adria fluuius 396.f.dec.3
adriæ ciuitatis incolæ, Venetorum fines infeſtant 190.h.dec.2
adrianopolis à Latinis obſidetur 272.g.dec.2
adrianus Romanus põt.154.h dec.2.eius nominis primus ſecundus 177.c
adrianus tertius pont. 176.g dec.2
adrianus quartus pont. 244.f.dec.2.moritur 246.e
adrianus quintus pont. 323.c.dec.2.moritur 323.ibid.
adriani pont.ad Deſideriũ oratores 155.d.de.2.156.e.eius geſta 157.158.mors 161.a
adriani ſepulchri deſcriptio 50.h.dec.1
adriatici maris nominis ratio 190.h.dec.2
adriatici ſinus dextri litoris ora à Sclauis primum occupata 155.d.dec.2
adrienſes ab Vrceolo Veneto ſuperantur 190.h.dec.2
adulphus Haſsiæ comes ab electoribus in imperij ſpem aſſumitur 333.a.dec.2
adulphus imp.in bello cũ Alberto duce Auſtriæ geſto interficitur 335.a.b.dec.2
adurnũ primariũ Genuenſem Ruffectus à tergo haſta medium trãsfigit 465.b.dec.3
adurnus & Antonius Fliſchus Genuenſes primarij patria exules 464.e dec.3
ægei pelagi inſulis, quas Cyclades uocant, Veneti potiuntur 273.d.dec.2
ægidius cardinalis Legatus in Italiam mittitur 367.c.dec.2
ægypti regum cum pop.Rom. fœdera 3.d.dec.1
ægypto Saraceni potiuntur 125.a.dec.1
ægyptus in imp.Ro. iura concedit 3.d.dec.1
æmilia 395.d.dec.3
africa quando ſubacta 3.c.dec.1.imperatori Ro.& Vandalis diuiſa 21.d.dec.1.à Vãdalis ſuperatur 41.g.dec.1. à Saracenis inuaditur 133.a dec.1.135.c.dec.1
africa à Beliſario duce Vandalorum manibus erepta ſub Ro.im.an.171.fuit,ſub Saracenis an.740.ad noſtra tẽpora perdurat. 137.a.dec.1
agapitus pont.Ro. 182.f.dec.2 moritur 183.c.d
agatho pontifex primus ex Sicilia oriundus 131.b.dec.1
agelmundus Longobar. rex 100.f.dec.1
agibrandus dux cluſinus 147 a.dec.1
agilulfus Longob.rex 110.c.dec.1
agilulfus Thaurinẽſium dux, apud Laumelum rex Longobardorũ declarat̃ 110.c.dec.1.à ſuis ducibus fatigatur ibi.f.g
agilulfus ab uxore admonitus ab omni hæreſeos ſpurcitia ſe abdicat 111.d.dec.1.donationes eccleſiis facit 112.e
agilulphi in tranſpadanas regiones expeditio 113.b.de.1
agilulphus traductis Pado copijs Hetruriam ingreditur 114.h.dec.1. Romam obſidet ibid.
agilulfus, Romæ obſidione ſoluta, in Etruſcos recedit, inde Mediolanum 116.h.de.1 Mediolano profectus Cremonam obſidet intra trigeſimum diem expugnatam ſolo æquat 117.c.de.1 Mantuã capit, eius mœnia euertit ibi.d. cum Theudeberto Fr. rege pacem & affinitatẽ quærit 118.e.dec.1
agilulfo mortuo, Adoaldus eius filius ſuccedit cum Theudelinda genitrice 121.b.de.1.
aion Longob.dux 100.f.dec.1
aiſtulfus Longob.rex 148.g.dec.1
aiſtulphi Longob. regis in Romanos perfidia 148.h.149.a.b.dec.1.151.a.b.dec.2
aiſtulphus ad clauſtra Alpium à Pipini leuis armaturæ turmis ab Alpibus deturbatur 150.h.dec.1. rupto pacis fœdere Romam obſidet 151.b.dec.2
aiſtulfi interitus 152.h.dec.2
alachis in Longobardos reges ſuos expeditio, 132.h.uincitur 133.a.dec.1
alani pacem ab Honorio petunt 14.h.dec.1
alanorum, Sueuorum ac Vandalorum gentes ante biennium Romanæ irruptionis, Gallias inuadunt 11.c.dec.1 origo ibi. d. res geſtæ 12.e.f
alaph rex Turcus Ediſſam inaudita crudelitate captam diripit 241.d.dec.2

alara fluuius 167.c.dec.2
alardi Neapolitani, contra Cō
radum, rei militaris peritia
317.c.dec.2
alba 396.e.f.dec.3
albæ & Nigræ factiōis an. 1300
origo 337.a.dec.2
albarum partium Florentini
extorres occultis transiti/
bus Florentiam irrūpunt
339.b.c.dec.2
albarā Comes S. Aegidij op/
pugnat 222.b.dec.2. Chri/
ſtiani duces cum omni exer
citu expugnant 223.a. in cā
primus omniū cum ſua le/
gione Bohemundus ingreſ
ſus eſt ibi.c
albanorū urbs funditus à Ro-
manis deſtructa 251.d.de.2
albanenſis cardinalis pont.le-
gati in Africā expeditio 319
b.dec.2
albenſes 395.c.dec.3
albericus Cunij comes rei bel
licæ peritiſsimus 377.b.de.
2.389.a.dc.2.eius geſta b.ib.
albericus rei militaris peritia
inſignis 389.a.de.3. eius res
geſtæ b.ibi.
albertus antipapa 228.h.de.2
albertum filium Berengarius
Lombardiæ pręficit regēq;
Italiæ appellat 182.h.dec.2
albertus Berengarij filius Ve/
netos multis afficit incom/
modis 183.b.dec.2
albertus imp. à nepote ex fra/
tre inſidijs appetitus truci/
datur 340.g.dec.2
albertus Maſtini frater à Ger/
manis proditus Paduæ, Ve
netias perducit 361.d.dec.2
albertus Eſtēſis Ferrariæ prin-
ceps fœdera cum Florenti/
nis percutit 387.c.dec.2
albertus Auſter Cæſar declara
tus moritur 558.e.f.dec.3
albiganam Marchiones Carre
tenſis Riperiæ occupāt 376.
g.dec.2
albis fluuius 165.c.dec.2
alboinus Longobar. rex deci-
mus 54.h.dec.1. Clotharij
R. Franc. filiam uxorem ha
buit 55.a.ibi. Cōmundū ſu-
perat ac occidit 55.c.de.1. e/
ius filiam ſibi matrimonio
copulat ibidem
alboini inhumanum factum
55.c.dec.1
alboini Longobardorū regis
in Italiam ducturi pruden/
tia 100.g.dec.1.102.a
alboinus omni pene Hetruria,
Arimino, ac in Ciſalpinæ
Galliæ partibus à Bononia
Papiam uſq; omnibus, ex/
cepto Brixillo, urbibus po
titus, Veronā ſe cōtulit 102.
h.dec.1. Ludos Veronæ ce/
lebrat 102.h.de.1. Gennam
ſe confert 102.f.dec.1. Vicen
tiam, Veronam, cæteraſq;
Venetæ regionis urbes ca/
pit 102.e.de.1. capite ab Hel
mechilde truncatur 103.a
b.dec.1
alborum circulorum & Nigro
rum factionis origo 337.b.
dec.2
albuinus Longobardorū rex
88.g.dec.1
albricus Ecelini frater ad S. Le
nonis caſtrum fugit, captus
cum ſuis interficitur 308.e.f
dec.2. à Ioanne Galeatio Me
dio. duce in primariū ſui ex
ercitus ductorem aſſumitur
389.b.dec.2. Bononienſes
uincit 391.d.dec.3. Neapo/
lim urbē pro Ladislao reci
pit 392.f.dec.2. Bononia po
titur 392.e.ibid. ad Floren-
tinorū partes concedit 405.
b.dec.5
albricum Cunij comitem Phi-
lippus Senenſib. contra Flo
rent. cū duabus cohortibus
dat 460.h.dec.3. in Collen
ſi agro Micheletus ſuperat
461.d.dec.3
alcinas pop. Gu. 299.d.dec.2
alcinates Senenſibus infenſiſ/
ſimi 303.b.dec.2
aldefonſus Gallatię & Aſturię
rex cū Saracenis Luſitaniā
tenentibus prælio congreſ/
ſus eos ſuperat 161.e.dec.2
aldroandini ficta ad Foroliui-
enſes contra Thebaldū ora
tio 402.g.h.403.a.dec.3
alexander Magnus quæ ſube/
gerit 4.g.dec.1
alexander pont. Venetias an.
177. nauigat 255.b.c.dec.2
auream roſam Sebaſt. duci
dat 256.f
alexander Romam reuocatur
an. ſal. 1165. 247.d.dec.2
alexander pont. Pariſios inuiſ/
ſit 247.c.dec.2. morit. 257.c
alexandri pont. Ro. geſta 195.
c.dec.2. 198. c. 246. e. dec.
2. 257. c. 298. e. 310. e.
392.h
alexander eccleſiæ ſtudioſis o-
pem ferre conſtituit 304.b
alexandria an. 1168. condita
ab Almerico capta 246.h.
dec.2
alexandria 395.c.dec.3
alexandrinus Patriarcha Ro/
mam ad ſedandum tumul/
tum contendit 507.b.dec.3
in Prinenates ducit ibid.d.
Antonium Piſanū cū copijs
fugat 508.f. Piccininum A-
matrice armis expellit 511.
d.dec.3. Mareriorum caſtel
lum ui expugnatum incen/
dit ibi. eius geſta 512.e.f. car
dinalis creatur 513.b. Tra/
num fruſtra oppugnat 514
alexius Conſtantinopolim di
ripit 202.f.dec.2. imperator
acclamatur ibi.g
alexius & Michael imp. ab Ita-
lis ducibus ſuperantur 202
g.dec.2
alexius imp. bello nauali à Gui
ſcardo ſuperatur 205.d.de.
2. auxilium à Venetis cōtra
Guiſcardū petit 205.c.de.2
alexij imp. in Bohemūdū Cru
ceſig. inſidiæ 210.h.dec.2
alexio imp. Chriſtianorum in
expeditione Hieroſ. prima
clades grata 210.f.dec.2
alexij imp. Conſt. in Chriſtia/
nos duces cruceſignatos per
fidia 210.g.dec.2
alexius bello in Boemundum
intentato, cum eo pacem fa
cit 231.c.dec.2
alexius Hemanuel filius Cōſt.
imp. 257.b.dec.2
alexius quibus cōditionibus
in imp. Conſt. reſtitutus ſit
269.d.dec.2
alexij in fratrem Iſaac imp. im
pietas 269.b.dec.2
alexius Iſaac. fil. Conſt. imper.
269.d.dec.2
alexius puer cū patre Iſaac im
perio à Venetis & ſocijs re/
ſtituitur 270.h.dec.2
alfatentam cardinalis Florenti
nus recipit 552.e.dec.3
alfonſus rex. Caſtellæ, fratres
ſuos

ſuos regno expulſos extra Hiſpanias exulare cogit 313 d.dec.2
alfonſum Arragonum regem Ioanna in filiũ adoptat 409 c.dec.3.410.h. adoptiõe priuat 411.b
alfonſi Arragonũ regis fortitudinis tyrocinia 409.d.dec.3
alfonſus Bonitium Corſicæ Genuenſium caſtellum obſidet 409.dec.3
alfonſus Arragonum rex pacẽ cũ Phil. firmat 432.h. dec.3 damnatus anathemate iudicatur 435.a.de.3. Neapolim ad regnũ inuadendũ accitus Hiſcheam adnauigat 492.e f.dec.3
alfonſi regis contra Gaietã nauiũ apparatus 497.c.d.de.3
alfonſus ad Gaietã Genuenſib. prælium indicit 498.g.de.3 Auerſam oppidũ capit 562. e.dec.4
alfonſus & Renatus reges ſuo ſe inuicẽ infortunio propè ad excidium lacerant 569.c. dec.4
alfonſus rex Renato regi in Aprutinis montibus occurrit 577.b.c.dec.4. Neapolim dies nocteſq́ oppugnat, d. ibi. ſuum exercitum per circumſtantia Neapolim oppida dimittit 578.dec.3
alfonſus Caſtellæ rex Gregoriũ pont. accedit 322.h.de.2
almaricus Goth. rex 52.e.de.1
almericus Charras nunc Charrum obſedit 246.h.dec.2 Balduino tertio mortuo, ſuffectus eſt rex Hieroſ. 246.g dec.2. Aſcalonem cõmunit, Alexiam capit ibi.h
almerici regis Hieroſol. mors 254.e.dec.2
almericus, Tyri & Ptolemaidæ principatum cum regni Hieroſ. titulis accipit 267.h.de.2
alpes maritimæ Cocciæque & Rhetiæ, Noricum Pannoniæ & Meſiæ quando Ro pop. acceſſerint 3.d.dec.1
alſuindam Alboini filiam una cum diuitijs ac regia ſupellectile Lõginus Tyberio trãſmittit 103.d.dec.1
altium 396.g.dec.3
alundã Lothario defuncto Berengarius apud Papiam carcere mancipat 182.dec.2
amalaſuntha Rom. reginæ prudẽtia 38.g.h.39.a.b.c.d. mors 39.e.f.dec.1
amalpham Riuellumq́; Piſani diripiunt 241.a.b.dec.2
amaſenus amnis 508.e.dec.3
amatus patritius ciuis Romanus prouinciæ Narbonenſis Antienſis Romanæ & Alpium, à Narſete præfectus declaratur 98.e.dec.1. à Longobardis prælio commiſſo interficitur 105.b.dec.1
ambulach Saracenorũ Hiſpaniarum rex, cõſtitutam alias cum Carolo M. pacem renouat 168.f.dec.2
amedei Sabaudiæ ducis cũ Venetis contra Philippum belli ſocietas 432.f.de.3. Vercellas conſẽdit 443.a.dec.3. in Ro. pont. declarat 558.f.de.3
ameriam Ro. recipit 110.h.de.1
amideus Sabaudiæ comes 344.g.dec.2
amingus & Lotharius Theodebaldi regis duces contra Brixillum mouẽtes ſe apud Placentiam continent 92.f.de.1
amingus à Dagiſteo capitur ac interficitur 97.c.dec.1
ammirrhas Haldalæ fratri congreſſus prælio ſuperatur 169.b.dec.2
amnia, Strachia, Aſtracha, inſulæ à Carolo Mart. captæ 141.dec.1
anaſtaſius Cõſt. imp. 35.d.de.1
anaſtaſii imp. fulmine afflati interitus 37.b
anaſtaſius pont. Ro. 36.e.dec.1 244.f.dec.2
andoinus Longobardorũ rex Pannoniã Turiſmundo Gepidarum rege repreſſo obtinet 54.h
andoin Longob. rex 100.g
andreas Vngariæ rex in Aſiam nauigat 276.h
andreas Teupolus ducis filius, claſſe Genuenſes contra Piſanos iuuat 289.a.b
andreas Serranus copiarũ põtificis contra Bononienſes dux 448.e
andreæ Contareni in Venetorum ducem facinus infelix 451.e
andreas Mocenigus cum claſſe Veneta Chium Genuenſiũ inſulam uaſtat 467.b
andreas Matinus Genuenſis libertatis capitaneus 506.e
andreas Auria Genuenſ. libertatis capitaneus 506.e
andronicus Conſt. imp. 257. c.d
andronicus Alexium imp. ab Hemanuele ſibi commiſſum in mare præcipitatum necat 257.c.2. unà in acerbis cruciatibus finit 258.f
anconem Vacinius Vitig. dux omnibus copijs aggreditur 61.b.1. cui Conõ Beliſ. dux difficulter reſiſtit ibi.c
ancon terra mariq́; à Gothis obſeſſa 87.e
anconis portum Iuſti imperatoris duces, uictis Gothis ingrediuntur 88.e
anconem ui captam ſpoliatãq́; Saraceni incendunt 175.d
anconitani Venetis infeſti 248 h.dec.2. Venetias legatos de pace mittunt 324.h
angeli Pergulani & Carmagnolæ cum Suitijs Alpium incolis pugna cruẽta 400.e.f.g
angelus Pergulanus agros Mãtuanos uaſtat 435.c.d
angelus Pergulenſis Philippi dux moritur 445.d
comitem S. Angeli Eugenius pont. Ioannæ ad ſe mittit cũ cohorte imperat 459.b
anglarij oppidi ſitus 571.h
angli ad cultum fidei Chriſtianæ conuertuntur 110.h
anglorum rex Cumitus filiam ſuam Hẽrico Conradi imp. filio in matrimonium collocat 192.f
anglia Hiberniaq́; in eccleſiæ Romanæ clientelam dicantur 275.b
anglici in Italiam à Piſanis mercede conducti, contra Florẽtinos ueniunt 370.g.h. Italia pulſi 389.b
anguilariæ comitum ab eccleſia defectio 477.h
anienis fl. 48.h
anienis in uia Salaria põs Narſetis opibus conſtructus 98.e
anomon fluuius 538.f. 564.h

annus primus inclinationis Rom. imp. 10. c. tertius. 13. d. 14.a
annus inclinationis imp. occidens 275. orientalis 70. 133.b
anni Iubilei an. 1300. instituti fructus 336.g
annus iubileus ex centeſimo ad quinquagenum reducitur 366.e
annus iubileus 390.h.
anſedini milites ad Corregiolæ oſtium à legati militibus repelluntur 305.a.b
Antharis Lõgobardorum rex Brixiliũ ſtrenue oppugnat deditione facta mœnia ſolo æquat 107.b.c
antharim inter & Smaragdum induciæ in Italia uniuerſales 107
antharis Longobardorum regis mors 109.d
antharis Comum ac Larij inſulam capit 109.a. ingenti ditatur theſauro ibi.
anthemius Romanus imper. 27.b
antipapanus Romæ conflictus 196.e
Antiochia imp. Ro. ſubiecta à Perſis capitur 125.b
antiochiæ ſitus 213.d
antiochia unde dicta 214.f eius ſitus & ſtructura ibi.g
antiochiæ arx munitiſsima 214.g
antiochia quot epiſcopos, patriarchas, & eccleſias habuerit 214.h
antiochiæ principatus fines 214.h
antiochia à Chriſtianis ducibus obſeſſa 214. e.f.g.h. 215.a.b
antiochia Bohemundi induſtria oppugnatur 219.d expugnatur 220.c.f
antiochiæ arcem nono obſidionis menſe Admirrhatus præfectus Bohemundo dedidit 222.f
antiochenum principatum ditionis quinq; & uiginti ciuitatum Saladinus Hieroſolyma deditiõe capta. intra tres menſes capit 261.b
antiochiam ſæpius oppugnatam multis à patriarcha dictus pecunijs recepit, ibidem
antoncili Mediolan. Philippi ducis mors 445.d
Antonius Portugallẽ. ſanctorũ Chriſti cõfeſſorum collegio aggregatur 283.a
antonius Grimaldus Genuenſium claſsis dux, cum 41. triremibus à Venetis demergitur 368.e
antonio Bẽtiuolio ui eiecto Alfonſus cardinalis Bologneſium recipit 402.f
antonius Bentiuolius caſtrorũ pontificis contra Bononienſes coniuratos præfectus 448.f
antonius Petrutius belli negotium cõtra Florentinos pro Lucenſibus ſuſcipit 451.d Senenſium exercitui contra Florentinos præficitur 457.d
antonius Piſanus in Cãpania graſſatur 489.a
antonius Columnenſis Salernitanus princeps 497.c
antonius Becharia Camonicã uallem capit 528.c
antonius Caudola Renati regis rerum præſidium 562.f
in Antonium Bentiuolium & Thomam Zambecharium Bononienſes, Baldaſar Offidanus cauſa indicta ſubito ſupplicio animaduertit 502.e
antonius Piſanus cruci appenditur 508.g
antonius Martinaſcus à Piccinino capitur 472.e
antonius Caudola à Renato in arcẽ Neapolitana perfidiæ inſimulatus detinetur 577.c ab eodem liberatur ibidem à Romano pontifice ad eccleſiæ ſtipendia accipitur d. ibidem
apennini ſumma iuga 92.h
S. Apollinaris Baſilica in Claſſenſi oppido Narſetis impẽſa extructa 99.c
appianus Piſarum & agri dominatum accipit 388.g
aprutium quid cõtineat 395.c
aprutini montes 577.b
apuliam, Totilæ milites in poteſtatem redigunt 71.b
aquileia ab Atila Hunnorũ rege deſtructa à Narſete inſtaurat 89.d. ab Bauaris inuaditur 182.g
aquileia 396.g
aquiſgranum altera Franciæ regia 162.f. Fredericus ſecundus recipit 275.c
aquitania à Pipino & Carolo M. regno Franciæ ſubacta 153.e. à Normannis uaſtatur 175.d
aquitaniam Normanni pro ſe de Gallia populata propriam tenere conſtituunt 176.e
arabes Siciliam ingrediuntur 115.c. Machometi præſtigijs ſeducti 125.a
arabes, Saracenos in Aegyptũ mouentes, commeatu & copijs auxiliaribus adiuuant 125.a
in arabas Romanorũ bellũ 3.d
araricus rex à Gothis creatur 69.a. ab eis occiditur ibi.b
arcam Longobardus occupat 136.g
arcelanos Carmagnola patibulo ſuſpenſos necat 398.f
arcis portus Veneris ſitus 510.g
Aretinis bellũ à Florentinis illatum 299.c
aretinorum cum Florẽtinis fœdera 300.g
aretini à ſuis extorrib. Gibellinis & Senenſibus bello agitantur 310.h
aretinæ diœceſeos oppidum in epiſcopalem ſedem erigitur 354.e
aretinorum cum Florentinis fœdera 367.b
aretinos Carolus capit 384.f
aretini, præſidium à Carolo datum obſident 384.f
argentam & omnem Rauenates agri Riperiam padi Argentæ contiguam, Ferrariæ tyranni cur occupent 354.f
archadius et Honorius Theodoſii filij & imp. ſucceſſores 7.d
arietis Gothorũ formæ deſcriptio 50.e
arietis & machinarum bellicarum deſcriptio 223.b
Ariminum Gothi obſidẽt 60.f
ariminum ut Gothorum obſidione liberet Beliſarius aſtute copias quomodo ducat 62.e.f

ariminum

ariminum à Gothis capitur 86.f. Narſes eundo Romam, prætergreditur 90.f
ariminum Narſes Ioannem Fagam redire ac obſidere iubet 92.b.c
ariminum à Thia capitur 93.a
ariminum à Longobardis occupatur 102.g.107.d
ariminum 395.d
arioaldus Longobardorum rex pacis cum Romanis dulcedine utitur 123.d
ariulfus Hetruriæ dux, agrum Romanum aduſque urbis mœnia populatur 112.h
ariulfus contra pacis fœdera, regis Agiluifi imperio uictus Balneum regium & Vrbem ueterem occupat 114.g
arithpertus Longobardorum rex 127.d.137.d
arithpertus Pariſiorum rex 104.h
arithperti mors 138.f
armenia minor quando armis obtenta 3.d
armenia minor quæ olim Cilicia fuit à Chriſt. ducibus capta 213.c
armenij à Turcis infeſtantur 151.c
armenij fidei Chriſtianæ legem inſtitutaq; recipiunt 558.g.h.559.a.b.c
arnefridis in Grimoaldum Lõgobardorum regem rebellio 130.e.f.g. mors ibi.
arnoldus Bauarorum dux in Italiam uenit, à Veronenſibus acceptus rex appellatur 181.c
arnulphus à Francis Romanus imperator eligitur 176.g
arnulfi imperatoris mors 178.g.h
arnulphus patriarcha Hieroſolymitanus creatur 226.h
arnus Fliſchus primarius Genuenſium à Philippi familiaribus plurimo confoſſus uulnere interficitur 465.b
arnus fluuius 389.c.511.a
aron Ammirhas, Saracenorum exercitum in prouincias Cõſtantinopolitano imperio ſubiectas ducit 164.h
arpinum Longobardus occupat 136.g
aragonum rex Ferdinandus Saracenis Maiorica inſula & Valentia urbe pulſis, ciues ad Chriſtianos ritus perducit 281.b
aragonum regum cum Gallicis pacis conditiones 330.g regnũ Ferdinãdus natu maior accipit 329.a. regis cum Venetis ſocietas 367.d
aragonenſis rex Alexandr nũ cardinalem Salerni obſeſſum capit 513.c
arrigis dux Beneuentanus 112.h
arſacidæ 264.c
arſias fluuius 98.e
arthauſtus ad imperium adſpirans à Conſtantino cæcatur & libero damnatur exilio 148.e
artium ſanctè & bene uiuendi cum libertate interitus 4.f
artuades in Sicilia obſidione Græcos liberat 88.e.f
aſcalonẽſes ſe Gothfredo, Clemente Solymano fugato, dedunt 228.e
aſcalonitarum rex in Hieruſalem ducit 240.e. à Chriſtianis fugatur ibi.
aſculum & Firmum in Picentitibus Totilas circumſidet 74.f. pactione capit ibidem
aſia à Romanis primum obtenta 3.d
aſia à Gothis uaſtatur 5.d
aſiæ tumultus initium 118.f.g
aſia maior & minor à Turcis inuaditur 151.c
aſiæ minoris populos Turci direptionibus infeſtant 151.c
aſiam urbem Fredericus capit 253.a
aſinario & Vſigilao Gothorũ ducib. Salonas mari terraq; obſidentibus, maxima damna intulit Conſtantianus 51.d
aſprandus Longobardorũ rex 138.f
aſiſium & Spoletũ Totila obſidet ac capit 74.f.g
aſigium oppidum 395.d
aſiſinatenſium ab eccleſia defectio 474.f
aſſuades Gepidarum dux in Italiam proficiſcitur 88.g
aſſyria imperio Rom. adiecta 3.d
aſſyriæ regnum à Chaldæis captum 4.g
aſtorgius Mediolano fugiens Medoetiam ſe recipit 396.h
aſtorgius bombarda ictus moritur 397.a
aſtorgius Manfredus ab eccleſiaſticis conto inguina tranſfixus 573.c
aſtures à quo ſubacti 3.d
aſturga fluuius 12.h
aſulam Sphortia capit 574.h
aternus amnis nunc Piſcaria 116.180.f.g.411.c.569.d
ateſis amnis 88.h
athalaris Romanus rex 38.g
athalaricus Rom. rex Theodorico ſuccedit 38.g. eius geſta 39.a.b. mors ibidem c
athali Romani geſta & mors 13.c
athalus alter imperium Romæ inuadit 14.h. manu mutilatus Conſtantinopolim relegatur 15.a
athanaricus Goth. rex 7.c
athanaricus icto cum Theodoſio fœdere Conſtantinopolim ingreditur, ibidem correptus ægritudine moritur 7.c
athaulphus Gothor. rex 11.a
athaulphus rex Halarico ſuccedit 11.a. obtruncatur 14.f
atheſis fluuius 97.b.103.c.380 g.542.e
athila totius barbariei rex 21.d. eius genus ibidẽ. Martiani imperat. magiſtrum militum ſuperat ac interficit, 22.c. Bledam fratrem perimit ibidem. eius artes ibidẽ f.g. uaſtata Germania Galliam depopulatur ibidem h. eius cũ Romanis ducibus & Gallis prælium cæde inaudita cruentiſsimum 23 a.b. c. ſuperatur ibidem d. reparato exercitu Italiam inuadit 24.e. Aquileiam obſidet qua potitus ad ſolum eam ſubuertit ibidẽ g.h. Paduã, Vicennam, Veronam, Mediolanum, Papiam capit, ſe dei flagellum dicit ibidem h. moritur 25.b. inclinationis imperij Romani an. 44. ſalutis 456 42.c

athinus Saracenorum rex ad Auenionem à Carolo prælio ſuperatur 142.f.g.h
auares qui fuerint 55.a.b
auares & Hunni Venetiæ & Fori iulij prouincias inuadunt 118.h
auenionem Saraceni capiunt 142.e.f
auenionem Clemens pont. à Ioanna regina Neapolitana emit 367.a
auful Galatiæ rex Toletam urbem capit & Chriſtianorum religioni, quam adhuc retinet, reſtituit 206.e
auguſta Bauariæ primaria ciuitas 160.g
auguſta 396.e
auguſtaprætoria 396.e
B. Auguſtini literæ ad Bonifacium de Caſtuni in Africã aduentu 16.f.g
B. Auguſtinus Bonifacio reſcribit 16.h.17.a.ibid.b
auguſtini ad Bonifacium longiuſculæ epiſtolæ capita 17.c.d.18.e
auguſtini mors 20.f. eius corpus Liuthprandus redemit, & ex Sardinia Papiam deferri curauit 142.h
auguſtorum & Cæſarum ex Romana gente finis quãdo fuerit 30.f
auguſtulus Rom. imp. fœdera cum Vandalorum rege conſtituit 29.c. eius imperium, bella, mors 29.c.d.30.e.f
auitus Romanus imperator 26.h
aurelianus Canabum Goth. regem interficit 6.e
aurelianenſium rex 104.h
aurelianos Normanni populantur 175.d
aurelianenſis epiſcopi mors 223.c
auſeris amnis 95.f.301.a.363.d.452.h
auſtraſiorum reguli, Martinus & Pipinus 134.f
auſtria unde appellata 55.b
auſtriæ dux in Aſiam nauigat 276.h
auſtriæ ducis & patriarchæ Aquileienſis cum Genuenſib. belli fœdera 376.f
auximum Vingis nouis copijs munit 61.b. urbem Beliſarius obſidet ſitu naturaq; munitiſsimam 63.d
axona fluuius 187.a
azo Eſtenſis marchio eccleſiæ copias Mantuam perducit 307.b

B

Babylonia à Cyro capta & ſubuerſa 4.g
babyloniæ regnum ad Medos translatum ibidem
babylon quando condita 4.f. quot annis imperarit ibid.f. Nino ſubiugata ibi.g. à Semiramide inſtaurata ibi.g. regni Aſſyriæ caput facta ibid.
babucum Iacobus Caudola recipit 460.h
bachilio fluuius 305.a
bacman Caſsianis regis filius à Gothfredo occiditur 218.h
bagelardus Gothfredi filius Apuliæ comes 194.h
bagnaualiẽſes Piccinnino ſe dedunt 523.a
baldalan, Gizite Saracenorum Ammiratho ſuffectus, fœdus cum Conſt. imp. per decẽ annos conſtituit 133.c
baldaſar Oſtidanus, Romano põtifici rebelles per bello dolo ludificat 489.d.490.e.f.g. Lugum pontifici recipit 509.b. Sfortiam interficere conatur ib. c.d.510.e. à quo captus quæſtionibus ſubijcitur ibi.f
baldequinus Damaſci regulus Hieroſolymæ agrum populatur, à Balduino reprimitur 240.f
baldi Florentini nobiles 362.h. Florentia eiecti ibi.
balduinus Gothfredi frater rex Hieroſolymæ creatur anno ſal. 1101 228.f
balduinus Ediſſa & Manuſtra urbibus potitur 213.c
balduino ab expeditionis ducibus Chriſtianis in Aſiam primo dominium eſt cõceſſum 213.c
balduinus Hieroſol. rex Berynthũ ſecundo obſidionis menſe capit 231.d
balduinus Sobal caſtellũ in Arabia, ad Ptolemaidam Scandalum, ædificauit an. ſal. 1119 235.d. à Turcis Saracenis & Arabibus cum Tancredo magna clade afficitur ibidem
balduini regis Hieroſol. mors 236.e
balduinus à Turcis captus Carras in carcerẽ ducitur 238.h
balduinus Gazi Turcorũ ducem in prælio captum conijcit in carcerem 238.g
balduinus quartus filius lepra percuſſus rex Hieroſolymæ ſextus 254.e
balduinus quartus Saladinũ uincit 255.d
balduinus Guidonẽ ad regni Hieroſ. adminiſtrationẽ admittit 257.d
balduinus nepotem puerũ regem declaratũ inũgit 258.e moritur ibid.g
balduinus Balduini nepos moritur 258.h
balduinus Flandrenſis comes imperator Cõſtantinopolitanus ſumma concordia eligitur 271.d. pro cõfirmatiõe cõfirmanda ad pont. ſe cõfert ibi.
balduini imp. mors 272.g
balduinus Conſt. imperator 286.g
balduinus imp. Conſtantinopolit. refracta à coniuratis porta nocte cõcubia & à Michaele Palæologo capta, cũ Iuſtin. patriarcha nauigio ad Euripũ ſe recipit 309.d
balneum regium & Vrbem ueterem Longobardi occupãt 114.h
bandereſii Romę officium 373 b unde dicti ibi.c. quando primum creati 312.h
bandereſiis autoritatem abrogare Romani, pontifici ſpondent 390.h
baptiſtæ Cannituli Bonon. in pontificem coniuratio 446 h.447.a.b.c
baptiſta Capitius à Piccinnino capitur 472.e
baptiſta Canitulus artibus ſibi innatis pontificem deludere adnititur 486.e.f
baptiſta Fregoſius Genua cur fuerit eiectus 511.b.c
F. Barbaroſsi in pont. artes 251.a. peſte ab Italia fugatus ibidem.b
barbari Brixienſis prudentia & ingenij dexteritas 547.d 548.e.f.g.h
bardonis fuga 92.h

bardonis mons 237.d
bardus amnis 210.h
bargarottus Blancus Bonon. in concilium nocatus trucidatur 449.d
barones Romani capitanei appellati Conradini copijs cōtra Carolum ſe coniungunt 317.a.b
bartholomæi apoſtoli reliquiæ 188.e
bartholomęus Valorius legationis Florennnorū ad Philippum princeps nō admittitur 405.c.d.eius ad Florentinos cōtra Philippum oratio ibi.d.406.e.f
bartholomæus Furnarius Genuen. claſsi contra Florenti. præficitur 459.c
bartholomęus Orlādinus Florent.exercitus dux 564.h
barum Saraceni obſidēt 190.h
barutum Soldanus Babyloniæ,capit 330.h
baſilienſis ſynodi literas Sfortia cur circumferat 476.e
baſilienſis concilij ſpes oblata, animos Romanorum res nouas in urbe molientium inflammat 480.f
baſilienſis factio 558.f.561.c
baſilius & Conſtantinus imp. exercitum in Italiam ducūt Othonem uincunt 187.b.c
battiſole oppidum Iantedeſcus capit, unde Aretium agitat 387.b
batolinus Neapoli præſidio præfectus 298.e
bauaria unde dicta 55.b
bauaria nunc Iſtria 101.b
bauariam Franc. rex Childebertus uxoris adductus mōnitis,Bauaris reſtituit 112.e. moritur ibi.
bauari Sclauinos prædantur 112.c. à quibus ad internecionem cæduntur ibi.
bauarorum in patriam reditus 119.c
bauari ad littora Adriatici ſinus deſcendūt 129.c.ad.Flauium Hiſtriæ oppidum cum Longobardis confligunt, Forоiulianos fines rapinis ac incendijs fœdant ibi.d
bauarorum dux Traſillo Pipino ſe ſubdit 153.d
bauari Italiæ partem ditiſsimā, quæ Aquileiam Papiāq; intercedit excurſiōe populantur 182.g
bedeſus amnis 523.b
belæ Vngarię regis mortui, Andreas fil. natu minor Emericum deijcere regno anhelat 265.e
beliſarius Patricius à Iuſtiniano imp. belli Italici aduerſus Gothos dux declaratur 43.d. in Siciliā nauigat ibi. eius res in Africa, Dalmatia, Brutijs geſtę 44. 45. urbis Neapolitanæ memorabilis inuaſio 46.47. ad ſuos milites oratio ibi.b.c.Romam iter facit 48.f.à Ro.admittitur ibi. præter ſpem Gothis ſtrenue reſiſtit 49. b. ab eis Romæ obſidetur ibi.c. ut bē muniat ac ſolertiſsime defendit 50.e.f.51.a.b.eius quinq; millia militum,centū & 50000. Gothis repugnāt ibi.c. cum Vitigite Goth. rege prælium cōmittit 53.d.54.e.f.g
beliſario Martinus & Valerianus à Iuſtiniano imp. miſsi auxilio Romam ueniunt ſitu menti ac cæterarum rerū inopia laboranti 53.a.b.c
beliſarius Romano pop.fortunam ſuam conquerenti clementer reſpondet 56.f
beliſarius commeatum deferri in caſtra Gothorum quomodo prohibeat 56.f.g.h
beliſario copiæ à Iuſtiniano imp. mittūtur à Gothis obſeſſo 56.h.eius in Gothos ſtratagema 56.h.57.a
beliſarij duces Fanum, Piſaurum,Ariminū capiūt 59.c.d
beliſarius aduerſus Gothos qui Tuderti & Cluſii in præſidio relicti fuerant exercitū ducit 61.b.cui oppida dedunt ibi.
beliſarij aduerſus Gothos Auximi obſeſſos prudentia 65. c.eius militum egregia uirtus d.ibi. pactione urbem recipit 66.f
beliſarij cœptis,fortunæ fauentis primum indicium 66.g
beliſarij legatio ad Vitigitē 66.h
beliſarius cum Vitigite, Gothorū principib. cumq; theſauris regis Conſtantinopolim nauigat quinto anno poſtquam Italiā bellū gerere cœperat 68.e. eius militaris ſcientiæ & humanitatis deſcriptio ibi.f
belli & ſeptimi anni, poſtquā geri à Beliſario cœptum erat finis 70.h
beliſarius à bello Parthico reuocatus in Italiā denuo mittitur 73.a. Rauennam peruenit,deteriora omnia opinione in Italia reperit ibi.b
beliſarij & Narſetis & Ioannis de auxilio Romanis ferendo conſultatio 76.e.f. eorum conatibus Totilas quomodo reſiſtat ibi.g
beliſarius ut Romanis opem ferat aduerſus impedimēta in flumine à Totila appoſita, quæ excogitarit 77.a.b.eius militum cum Totilæ militib. duriſsima pugna ibi.c (79.a
beliſarij de Goth. uictoria 78.h
beliſarius Romam deſolatam munit. 80.g. anno belli Ro. 12. urbis claues, quaſi iterū ab ſe partæ ad Iuſti.imp. mittit 81.c. quinquennio ferè poſtquā uenerat in Græciā ex Italia Conſtantinopolim reuocatur 83.c
bellica olim inſtrumenta qualia 394.f.g
bellintionā & Domuſſulā Philippus furtiuè recipit 400.e
beluarum Normanni populantur 175.d
bembi cum Paſino naualis pugna 440.e.f
benaci lacus longitudo 528.g
benaci oram Cōtarenus Venetis recuperat 569.a.b
benedicti pontific. Roma. geſta 104. e. 132. h. 133. a. 185. h. 187. a. 190. g. 192. f. 290. g. 339.b.359.d
benedictus antipapa Aueniōne creatur 389.a
benedictus pōt. pro cōtumace & hæretico damnatur 399.a
beneuentanus dux, neutri imperatorum ſubditus 164.f
beneuentum pontifex obſidet 229.b
beneuentum Fredericus ui captam mœnibus immunitā relinquit 290.e
bētiuolius ab Albrico fugatur 391.d

bentiuoliorum factionis, incre menti origo 446.h
berengarius Foroiulien. dux à Romanis & Italis imperator creatur 178.e
berengarius & Guido princi- pes noui creati cõmiſsis præ lijs congrediuntur 178.f
berengarius cum Hungaris pa cem fœderaq́ firmat 180.h
berengarius ſecundus ad Vn- garos confugit 181.c. apud Sueuos uita fungitur ibi.d
berengarij tertij in Italiã aduen tus 181.d
berengarius ex Italia ab Hugo ne in Sueuiam repellit̃ 182.f
berengarij tertij in Italia motus 182
berengarius & Albertus filius regno Italiæ ab Othone de- turbantur 183.a.184.g
bergomum Bucelinus præda- tur 94.e
bergomum 396.e
bernabos Luchini filius 368.g
bernabos & Galeatius pacem inter Venetos & Genuenſes componunt 368.g
bernabos uicecomes filiam Pe trino Cyprio regi in uxorẽ mittit 376.g
bernabos uicecomes opem Ve netis terra affert 377.d
bernabos uicecomes à Ioanne Galeatio ex fratre nepote in carcere ad mortem cuſtodi tur 386.e
bernardõ & Carrarij fratres ab Albrico uicti in carcerem cõ ijciuntur 391.d
bernardon Aquitanus exerci- tus Florentinorum dux 389.c
bernardinus cum copijs Florẽ tinorũ à Torello ſuperatus capitur 418.e.f
bernardinus Vbaldinus con- tra Lucam à Florent. mitti- tur 451.b
bernardum ex Pipino nepotẽ ad regendam Italiam Caro- lus M. mittit, cui Vualium al terius Bernardi patruelis ſui filium adiungit ſociũ 168.f
bernardus rex res in Italia & Ro mæ cõmotas cõponit 169.c. bellum Saracenis indicit ibi. d
bernardus rex Italiæ, nobilium quorũdam Italiæ ſuaſu à Pa- truo Ludouico deficit, 170. f.g. ſupplicium de eo cũ no- bilibus ſumitur g.ibi.
bernardus Tolctanus epiſco- pus pallio dignitateq́ archi epiſcopali ornatus totius Hi ſpaniæ Metropolitanus de- claratur 209.a
berſabeem & Albulã Chriſtia- ni ædificant 241.c
berta Carlomanni uxor cum fi lijs ad Deſiderium in Italiam profugit 155.b
bertrandus regis Hieroſ. tutor regniq́ adminiſtrator à Bal- duino conſtituitur 258.e
berynthi ſitus 231
beſſas Spoleto præficitur 71.c
bethica nunc Granata à Sarace nis Africanis capitur 267
bidens fluuius 404.h
binæ caſtelli ſitus 524.f
binam Sphortia expugnat 443.b
bithynia à Gothis inuaditur 5.d
blanca Caroli regis Neapolita ni natarum ſecunda, Iacobo Aragoni Siciliæ regis nu- pta 335.b
bleram Longobardi occupãt 155.d
blondus cum epiſcopo Reca- natẽſi Venetias ab Eugenio quarto pontifice mittit 479. d. eius profectio & in ea res geſtæ 480.e.f.g.h
boemundus in Rogerium fra- trem bellum mouet 206.h
boemundus Antiochiæ princi patu Tãcredo nepoti cõmen dato in Italiã nauigat 230.h
boemundus Conſtantiam Phi lip. reg. Franc. filiam in matri monium acceptam in Apu- liam traducit 231.c
boemundus Antiochiæ prin- ceps Boemundum filium ex Conſtantia Philip. reg. Frãc. filia ſuſceptum, ſub Tãcredi nepotis cura principatus ſuc ceſſorẽ moriẽs inſtituit 232.e
boemundus Boemundi filius moritur 235.c
bohemorum origo 115.d. redu ctio 527.b
bohemi quotannis Romano principi tributa ſoluere tenẽ tur 192.g
boemundus Bagelardi ducis Apuliæ filius 195.a
bohemundo præfectura naui- gaturæ à patre Roberto de- mandatur 201.c
bohemundus rebus Dalmatię præficitur 204.e
bohemundus Alexij imp. do- los deludit 210.a
bohemundus ingenij comita- te & dexteritate magna præ- ditus Alexio imp. ut cũ du- cibus crucesig. pacem ſeruet eosq́ commeatu iuuet per- ſuadet 210.a.b
bohemundi cruc. in Aſiam na- uigatio 210.h
bohemundi cõtra Alexij imp. inſidias prudentia 210.h
bohemundi, Hugonis magni, Podienſis epiſcopi, Comitis Normanni, Goifrediq́ cum Solymanno quadringento- rum milium militum exerci tu ſtipato atrox pręliũ 212.f. g. cruenta uictoria ibi.h. Tur corum caſtris potiũtur ibi.
bohemundus ſtructa acie An- tiochenos milites primus aggreditur 214.f
bohemundi in caſtris Chriſt. prudentia & animi magnitu do 216.h
bohemundus & Flandrienſis comes inſidijs ad Areth op pidũ collocatis, Turcos Chri ſtianis pabulatum euntibus inſidiantes magna cæde ſu- perãt 216.f. g. caſtris Chriſt. fame laborantibus, Dama- ſcenos aggreſsi, magnã om- nifariarum rerum referunt prædam 216.h
bohemundus Antiochiæ prin ceps Hiereſolymam ut opẽ Balduino ferat contendit, captus & in carcere per trien nium detentus à Tancredo nepote redimitur 230.f.g
bomadẽſes Piccinino ſe dedũt 531.d
bombardæ inſtrumento Vene torum, cõtra Genuenſes, Ioã nes Barbadicus claſsis præ- fectus primum utitur 378.g. eiusformæ deſcriptio 394.e
bombardis qui in bello primi uſi ſint 394.e
bombardæ portatiles 572.f
bombardulæ manuales 567.c

bombardæ inaudita uiolentia 576.e.f.g.4

bonauentura 313.a.2

bonifacius Comes Thrax Africæ pro Honorio procurator 15.c.1. eius geſta ibi.

bonifacius hoſtis publicus ab Ioãne imp. declaratur 16.f

bonifacius literis B. Auguſtini reſpondet 16.g.b.1.17.a.ibi.

bonifacij ad B. Auguſtinum de Caſtini uictoria epiſtola 17.b. dec.1

bonifacius Ioannem tyrãnum ſuperat 19.a.1. Valentiniani copias profligat ac eius duces interficit b.ibi. Siſulfi impetum fugiens in Mauritaniam ſe recipit 19.c. Genſerici Vandalorum regis auxiliũ implorat ibi. moritur 20.f.1

bonifacius pont. Sabiano ſuffectus 118.f.1. à Foca impetrat ut oẽs orbis eccleſiæ, Romano pontif. obediant eius mors ibi.

bonifacius ex Marſis & urbe Valeria oriundus pont. eius geſta 118.f. mors 120.e

bonifacij pontific. Roma. geſta 121.a. 178.g.2. 187.a.188.f. 334.f. 338.h.d

bonifacius Marchio Montisferrad & Balduinus comes Sabaudiæ, copias in Aſiam parant 269.b.2

bonifacius Monteferratenſis, & Henricus imp. germanus frater omni Thracia uicta potiũtur 272.e.2

bonifacius Theſſaliæ rex declaratus 272.f.2

bonifacius pont. Præneſte Columnenſium dirui iubet 334.g.h.2

bonifacij ad Philippum regem Franciæ legatio 337.c. cum eo diſsidium ibi.d

bononiã Dagiſteus Narſ. dux uenit 96.g.1

bononiæ ſitus 107.d

bononienſes agros Fredericus uaſtat 292.e

bononiẽſium cum Venetis an. 1271. bellum 321.c

bononienſes Lãbertanos, Aſinelloſq; imperatorios urbe eijciunt 222.g

bononienſes Florentinis obſidiõe preſsis opẽ ferũt 354.f

bononia & Luca. Galeatius potitur 390.f

bononia ab Albrico capta 392.e.3

bononiam Baldaſar cardin. recipit 392.f

bononia 395.d

bononiæ factiones Schaceſia & Maltrauerſia 446.g

bononiæ iuſtitium ferale mauditum 449.d

bononienſium cum Galeatijs copijs pugna 391.e

bononienſe cũ Fauentinis bellum 391.a

bononienſium motus 446.g. factionum origo ibi.

bononienſiũ rebellionis in põtificem & coniurationis autores 446.h.3. arma capiunt 447.b. ibi.

bononienſibus pontifex ſacris interdicit 448.f

bononienſes pontifici ſe dedũt 448.g

bononienſis legatus Imolã fugit 449.d

bononienſes à Romano pontifice deficiunt 480.h. Florentiam oratores mittũt qui Bononiam eiuſq; pop. pontifici ſpondeant 501.a

bononiam Bentiuolienſes Piccininum admittunt 523.d

bonitij oppidi excidium, & alterius ædificatio 319.b

bonitium à Carolo captũ 316.f ab Henrico reſtitutũ 346.g

bonus uel Benedictus pont. 187.a

bordelanũ Piccininus recipit 467.d

borſius Eſtenſis apud Benepaltam nicum à Sphortianis, armis, tentorijs impedimentiſq; exuitur 568.e

boſius Sphortianus dux 566.g

boſna flumen 177.b

braccij cum Sfortia prælium 411.b.c

braccius Montonenſis Paulo Guiniſiõ Lucenſi bellum infert 450.g

braccianorum fuga 500.e.f

braccianorum reliquiæ in Hetruſco eccleſiæ patrimonio deletæ 501.a

brais flumen 224.g

brandolinus Foroliui. Io. Galeat. copiarum dux 389

brandolini copiarum põtificis contra Bononienſes dux 448.e

comes Brãdolinus mercede cõductus Venetis militat 479.a

braydæ mulieris Brixianæ militaris fortitudo 535.a

brẽdulis captis Piccininus præſidia imponit 545.d

brentorum rex pactione poſtulata, ſocietatem belli Narſeti primum Romam obſidenti, contra Gothos offert 91.b

brentorum nominis ratio 92.f commoratio ibi.

bretenorũ ſitus 107.d

brienſes Piccinino ſe dedunt 531.d

brignanum primo impetu Sphortia capit 568.f

brintia fluuius 305.a

britannia tributaria quãdo ſit facta 3.d

britannia rebellis à Ludouico uaſtatur 171.d

britanni Scotos Albienſes ſuperant 20.b

britanni duce Ambroſio Ro. Saxones Anglicos prælio aggrediuntur à quibus crudeliſsime uicti inſula populariter emigrant 29.d. ſedem Oceano tenus capiunt 30.e

britannorum in Ceſenates crudelitas 374.b

britones qui rebellionem intentarant à Ludouico ſuperantur, eorũ rex adulterinus capitali ſupplicio afficit 170.e

brixia uaſtatur 94.e

brixiam Ecelinus deditione facta recipit 306.b

brixia eccleſiæ partes ſequitur 306.e

brixia ſe in libertatem eccleſiæ uendicat 308.e

brixiam Henricus immunitã reddit 344.e.f

brixia 396.e

brixiam Luchinus uicecomes circumſidet 361.d

brixia Bergomum Carrarium, Padua uicecomitibus iure cedunt 362.e

brixiæ dominatũ Pãdulfo Malateſtæ Philippus tributo quotãnis imperato pmittit 398.b

brixia in tres partes diuiſa 443.b.c

brixiæ magiſtratus decreta


oppugna-

oppugnatione, præmiũ aſcẽſuris ꝓponit 436.g.dec.3
brixiam Piccininus quatuor locis bombardis oppugnat 534.g.h.dec.3
brixiani Guelfos eiectos in maximam conijciũt calamitatem 304.g.dec.2
brixiani Magij Theobaldũ Burſatum Gibellinorũ principẽ eijciunt 344.e.dec.2
brixianorum cũ Carmagnola induciarũ cõditio 436.h.3
brixiani in oppugnatione Põtolij interitus 445.b.c.dec.3 Sabij Venetorũ oppidi arcẽ, funditus diruũt 529.c.dec.3
brixiani duces Camonicã uallẽ incendijs rapiniſq; fœdant 529.c.dec.3
brixiani totis uiribus, ſumma Barbari & Christofori Donati diligentia Piccinino fortiter repugnant 534.h.535.a.dec.3
brixianæ mulieres militum officia fortiter adimplentes 536.e.f.dec.3
brixiani uiri mulieresq; inaudita fortitudine Piccinino urbem 23.dierum ſpatio continenter oppugnanti ſtrenue repugnant 537.a.b.c.d.538.e.f.g.h. 539.a.b.c.d. 540.e.f.dec.3
brixianorum calamitas 547.c.d.548.e.f.g.h. 553.a
brũduſium Beliſarius Gothis multa cæde in fugã uerſis primo impetu capit 76.g.dec.1
brunichildis Franc. regina pijſſima 110.f.dec.1
brunichildis pro Theodeberto & Theoderico uiri nepotibus regnum accipit Franc. gubernandum 112.e.dec.1
brutiorum & Lucanorum prouinciam Ioannes capit 76.h.dec.1
brutij 395.c.dec.3
bryxilli oppidi ſitus 89.b.dec.1
ad Bryxillum Totilæ cum Longobardis pugna 90.g.dec.1
bryxilli capti, Lõgobardi mœnia ſolo æquant 107.c.dec.1
bryxilli milites Cremonę & Mãtuę excidij exẽplo territi Rauennam nauibus delabunt 117.d.dec.1
bucelinus, Amingus ac Lotharius Burgundionũ ac Francorum duces, in Liguſtinis Alpibusq; & prouincia Narbonenſi à Theodebaldo rege relicti, à Teia aduerſus Narſetẽ uocantur 90.h.dec.1 fœdera cum Teia rege conſtituta uiolant 93.dec.1
bucelinus, Lotharius, Amingus & Oſtrogothi Dagiſteũ aciebus ſtructis ad Bononiã aggrediũtur, in quo prælio Bucelinus interficitur 96.h.dec.1. Lotharius & Amingus Placẽtiã petiũt ibi.& 97.a
Bulgari populi 108.f.dec.1
bulgarorum rex Chrunnus arma in Cõſtantinopolim uertit 168.h.169.a.dec.2.occiditur à Leone imp. ibi.
bulgari Thraciam inuadunt, eorum genus 131.d.dec.1. Conſtantinum imp. magna clade afficiunt, eius autoritate prouincias Danubio continẽtes habitãt quã an. 763. hactenus fauſtè poſsidẽt ibi.
bulgaros tumultuantes Ludouicus reprimit 172.e.dec.2
bulgari catholicæ fidei dogmata accipiunt 177.b.dec.2
burbonium Carolus M. capit. 153.e.dec.2
burdegala à Normannis populata 175.d.dec.2. à Carolo capta 141.d.dec.1.à Saracenis diripitur 141.b.dec.1
burdinus antipapa ignominioſe tractatur 239.d.dec.2
burgetum Iacobus Caudola recipit. 460.h.dec.3
burgo pont. legatus potitur 574.f.dec.4
burgundiæ ſitus 33.c.dec.1. In prouinciam imperialem redacta 192.f.dec.2. ducis ad pontificem oratores 477.c.dec.3
burgundiones, cur ſic appellati 11.d.reges quoties in Italiã ingreſsi 65.a.duces Teias belli ſocios aduerſus Narſetem aſciſcit 90.h. belli ſocietatem cũ Gothis ineunt 91.b.dec.1
burgũdi & Oſtrogothi à Dagiſteo in fugam conuertuntur 96.h.dec.1
burgundiones à Carolo domiti 141.d.dec.1
byrra fluuius 142.g.dec.1


C


Cacannus alter Hun.rex 112.f.dec.1. Turingiam populatur, in Pannoniam reuertitur ibi.
cacannus Sclauin. rex. 112.e.dec.1. Bauar. rex Forumiulium incendit 119.a.b.dec.1
cadolus antipapa 195.d.dec.2
cœleſtinus pont. 264.f.dec.2. moritur 268.f
Cæſareæ ciuitatis ſitus 101.c.dec.1.à Chriſt.capitur 213.d.dec.2
cæſarea à Chriſt.ducibus capta 213.d.dec.2 ſitus 101
cæſar Martinengius à Piccinino capitur 472.e.dec.3
cæſar contra Piccininum pugnans moritur 488.h.dec.3
cæſena à Ioanne Belt.duce oppugnat 63.a.eius ſitus 107.d.dec.1
caieta Ladislao ſola fida 391.c.dec.3
calabri 395.e.dec.3
calabria Totilæ in poteſtatem redigitur 71.b.dec.1
calabria quid complectatur 395.c.dec.3
calaonum eccleſiæ partes ſequitur 306.f.dec.2
caliſtus pont.237.c.dec.2.moritur 239.d
camertinorum crudelitas 490.g.dec.3
camonicam uallem Franciſcus Gonzaga recipit 472.e.dec.3.eius uicos Sanctes recipit 471.b.dec.3
camonicæ uallis, Sebuini lacus Iſei omnes populos Venetorum imp. Sphortia recipit 568.f.dec.4
campanæ primum in Græcia habitæ 177.d.dec.2
Campaniæ oppida à Gothis & Longob.euerſa 81.d.136.g. fines 395.d
campaniæ oppida hoſtiliter à Longobardis inuaduntur 136.g
campania ab A. Piſano uaſtatur 489.a
campania ab Alfonſo & Renato regibus depopulatur 569.c
campi Martij uaſtitas 205.a.dec.2
camporum Palentinorum deſcri-

deſcriptio 317.b.dec.2
canabus Gotho. rex b.e.dec.1
cancellarij gentia in urbe Piſtoria ditiſsimæ diuiſio 337.a. dec.2
candiani Venetorum ducis & Petri filij geſta 183.b.c.dec.2
canedũ Sphortia capit 574. b.dec.4.
caneam Cretæ oppidũ, claſsis Genuenſium captum diripit 320.h. dec.2
camæ 76.h.dec.1
canneruli cũ Zambecharijs in gratiã redeunt 449. c.dec.3 utriq; ſcelus horrendum aggredi Bononiæ in aula conſilij cõſtituunt ibi.c.d
caniſgrandis Scaliſer Veronæ dominio potit̃ 338.f.dec.2
caniſgrandis Maſtini Scaligeri filius dominatui ſuccedit 366.h.dec.2
cannitulorum factionis origo 446.h.dec.3
canniculi publicam Bononiæ aream armatis complent eccleſiæ ſtudioſos trucidant 480.h.dec.3
cannuſiũ Beliſarius capit 76. g.dec.1; à Rogerio capitur 228.g.dec.2
Canturium & Conũ Carmagnola recipit 397.a.dec.3
cappianum oppidũ à Florentinis captum 353.a.dec.2
capitius Neapolim Piſana uectus claſſe recipere tentat 316.g.dec.2
capitolij incendium 205.a. dec. 2
capraria inſula 93.dec.1
capreolenſes Sphordiæ ducis fortitudine ad Venetos redeunt 568.e.dec.4
capreſiæ quæ nũc magna Vacca dicitur oſtiũ 89.d.dec.1
caprinus Fũdulus Cremonæ tyrannus 399.a.b. dec.3
caprulas Petrus Aurius capit 377.c.dec.2
capua à Saracenis capta 290. h.dec.2
capua 395.c.dec.3. ab Alfonſo capta 569.c.dec.4
capuana eccleſia, Metropolitana primum conſtituitur 186.h.dec.2
carauagiũ Sphortia deditione capit 568.h.dec.4.574.h
cardonius Hiſpanus Florentinorum dux belli, mercede ab eis cõductus 353.b.dec.2
in Carduanos Rom. bellum 3.d.dec.1
carcgia à Piccinino occupata 450.e.dec.3
cardinalium, Viterbij in pont. electione contentio 319.a.d. dec. 2
cardinalium in cõclaui diſcordia 375.d.dec.2
carentani à Lõgobardis fugati 130.f.dec.1
carmagnola 396.f.dec. 3
carmagnola Aſtorgio ſuperato ac uulnerato à Philippo attollitur 397.a. dec. 3. eius pro Philippo geſta ibi.b.c.d
carmagnola Vicecomitum cognomine honeſtatur 397. d.dec.3
carmagnolæ patria & origo 397.a.dec.3
carmagnola Bergomum, præfecti arcis perfidia, recipit 398.g.dec.3
carmagnola Placentiã recipit 398.e dec.3. Pixilones & Sõcinenſes in poteſtatem redigit 399.b.dec.3. Ludouicũ Caroli Malateſtæ ducẽ fuſis copijs capit 399.d.dec.3. ciuitatulam Brixiæ oppugnat 436.f.g.dec.3. noctu à Petro & Achille Aduocatis Brixiã introducitur 433.a.dec.3. ui Brixiæ arcem Venetorũ imperio recipit 437.a.b. dec.3
carmagnola ad Montemclarũ caſtra metatur 441.c.dec.3. ad Gottolengum magnam accipit cladem d.ibi. Binam expugnat 442.f. Caſale deditiõe recipit 443.b.c.dec.3
carmagnolæ de Philippi exercitu uictoria 443.e.f.g.h. dec.3. Monteclaro potitur, Pontollium cap. 445.a.b. dec.3. ſe ſuis artibus peti experitur 460.e.dec.3
carmagnola Venetæ claſsi præfecto auxiliũ denegat 462. h.dec.3
carmagnolæ exitium Veneti cur parturiãt 467.d.468.e
carmagnola inter columnas Venetijs ſecuri percuſſus dĩẽ obijt 468.f.g.dec.3
carmagnolę exitij cauſę 468.g
carolus Ioan.imp.Conſt.in patriam redit 368.g.dec.2
caroli Fortebraccij ad Florentinos oratores 500.h.dec.3
car.Martellus Caroli fil. Vngariæ rex 335.b.dec.2
carolus Mart. à genitrice bello agitatur 139.a.dec.1
caroli Mart. geſta 140.g.dec.1. 141.c.d.142.e.f.143.a
car. Mart. Auenionem obſidet 142.f.dec.1. Chilpericũ Frãcorũ regẽ & Raginfredũ prælio uincit ac fugat 140.e dec.1. eius in ſuam nouercã geſta ibi.
car.Mart. Fr.dux poſt exactos Saracenos & Viſigo.omnẽ Galliam Theoderici regis ditioni ſubiectam reddidit 147.a.dec.1.moritur ibi.
car. Gonzaga à Sphortianis uictus capitur 556.h.dec.3
car. Gonzaga Marchionis Mãtuani filius 559.d. dec.3
carolus Prouinciæ & Andegauorũ comes, Ludo. reg. Fr. cõſobrinus in Italiã auxilio uenit 313.a.b.c.dec.2. Siciliæ rex coronat̃ ibi. eius contra Manfredum prælium & Victoria 314.f.dec.2
car.Caluus imp. nomẽ accipit & coronat̃ à Ioanne octauo põt. 176.c. morit̃ uenenata potione à Sedechia in medico Hebræo data ibi.f
car. rex Neap.an.ſal. 1308.moritur 342.e.dec.2.
carolo ſecundo Siciliæ regnũ, card. legati opera, conſeruatur 328.g.dec.2
car. in Apulia febre interijt 328.dec.2
carolus Caroli fil. ſuperatus ab Arragonis admirrhato capitur & in Arragoniam perducitur 328.e.dec.2
car. Malateſta opẽ fratri Pãdulfo ferre conat̃ 399.c.d.dec.3
car. & Pãdulfus Malateſtæ Ariminenſes uicarij 403.b.c
car. Malateſtę geſta 414.f.dec. 3.414.g.dec.3 415.a.b.c.d. ibi.cõmendatio 416.f.dec.3 omnib. Philippi copijs præficitur 443.c.dec.3. prælio cum Carmagnola congreſſus fugatis copijs capitur 444.e.f.g.h.dec.3

carolus Malateſta eccleſiæ fidelisſimus 447.d.dec.3. moritur 448.g.dec.3
carolus & Eudo iūctis copijs cum Saracenis dimicant 141.c.dec.1
carolus ad Byrram fluuium Amorreo Saracenorum regi pugnandi copiam facit 142.g.dec.1
carolus Burbonium & Clarmontem capit 154.e.dec.2
carolus Papia Mediolanoq; potitus, Frācis illis urbibus præfectis cum fratris uxore ac filijs in Franciam redit 158.f.dec.2
carolus Saxoniam domat & cultum religionis Chriſtianæ accipere compellit 159.a.dec.2
carolus decēnio à Britonibus Gallias incolēnbus bello laceſſitus, ſuperatos ſibi reddidit fœderatos 159.b.c.dec.2
carolorum nomen familiæ apud Francos quando primum enitere cœperit 134.f.dec.1
carlomannus & Pipinus Caroli filij 147.b.dec.1
carlomannus habitum monaſticum relicto fratre Pipino regē induit 147.b.dec.1
carlomannus ab Aiſtulpho in Gallias ad Pipinū ut bellū in Longob. diſſuaderet miſſus, in Viennenſe monaſterium relegatur 150.g.dec.2. ubi mœrens interijt ibi.
caroli magni prima in Aquitaniam expeditio 154.e.dec.2
carlomanni Francorum regis mors 155.a.dec.1
carlomāni uxorem cum filijs Veronam Deſiderius mittit 156.h.dec.1
caroli M. in Italiam expeditio 156.g.dec.2
carolus M. donationi pontificibus à Pipino genitore & Carlomanno factæ quæ addiderit 157.d.158.e.dec.2
carolus M. Ereſburgum ad amnem Luppiam ædificauit 159.a.dec.2
carolo M. Romam uenieti pōt. obuios qui eū deducerent mittit 158.c.d.dec.2
carolus M. magno coacto exercitu Pampilonam obſedit 159.b.dec.2. captam ſolo æquauit & omnia quæ aut de Vaſconia, aut de citeriori Hiſpania Saraceni tenebāt, ſuis regnis & nomini addidit Chriſtiano 159.b.dec.2
carolus M. Hunnos Pannonias ſuperiorem inferioremq; incolentes ſuperat 160.h.dec.2. 161.b
carolus M. Franconiam genitale ſolum inuiſit 160.b.161.a dec.2
carolus M. Gothofredum bello perſequitur 167.c.dec.2
caroli M. geſta 167.c.d.dec.2
carolum M. inter & imperatorem Conſt. pacis conditiones 168.e.dec.2
carolus M. conuentu apud Aquiſgranum habito, Ludouicum filium Aquitaniæ regem imp. Ro. conſortem aſſumpſit & Bernardū nepotem Italiæ regem appellauit 168.g.dec.2
carolus M. anno ætatis 71. uita functus eſt 169.a.dec.2
caroli in Bauoros & Sclauos expeditio 160.f.dec.2. uictoria ibi.g.h
carolus conuentum apud Aquiſgranum edicit 162.f.g.dec.2. in Italiā uenit ibi. Romam. anno ſalutis 800.163 a. diademate uetuſto imperatorum capitis geſtamine coronatur ibi.b
caroli, Caroli M. filij in Sclauos, Bohemos, Polonosq; expeditio 165.b.c.d.dec.2
caroli Lud. Pij. fil. regni fines 175.b.dec.2
carolus cōuentum prouincialium apud Theodonia palatiū celebrat 165.b.dec.2. teſtamento condito filios portionis regnorum prouinciarumq; certiores fecit ibi.e
carolus tertius Carlomanni frater Germaniæ rex, imperij diademate ornatur 176.f.g.dec.2
caroli Calui cum Britonibus bellum 175.d.176.c.dec.2
carolus à regni Frācię primoribus pro inutili imperio deijcitur 176.g.dec.2
carolus puer cogno. Simplex Franciæ regno præficitur 176.g.dec.2
carolus Beneuentum ingreſſus regionis populos in deditionē accipit 314 g.dec.2
carolus regem Clemens ſuum in Hetruria uicarium inſtituit 314.g.dec.2
carolus Bonitio deditione facta potitus, in Piſanos ducit 316.f.dec.2. an. ſal. 1268. Cōradinum Auſtrinum ducē, Henricum Ro. ſenatorē prælio uincit 317.c.d.318.e.f.dec.2. reiecto hinc Capitio inde Frederico omnia Siciliæ, præter Nicertiam, oppida recipit ibi.g.dec.2
carolus cōpoſita re Hetruſca in Africā nauigat 319.a.b.c.dec.2
carolus Florētia profectus ad regni præſidia, audita Ludouici coronatione, cum copijs pergit 355.c.dec.2. præſidio Florentiæ Philippum Carnotenſem, cum mille equitibus Gallicis relinquit ibi.d
caroli regis potentatum imminuere cupit Adrianus pōt. quintus 323.c.dec.2. Ioānes 21. pont. minuit 324.e.f.g
carolus contra Arragonem regem & Siculos copias parat 327.a.b.c.d.dec.2
carolus Romę coronatur 369.c.dec.2
carolus rex Boemus à Venetis & belli ſocijs in Italiam uocatus uenit 368.g.dec.2
caroli Bohemiæ regis, mors 389.a.dec.3
carolus imp. cū uxore & filija Romam uenit 373.a.dec.2
carolus Zenus ditiſſimam Genuenſium nauem ante portum Cretenſem capit 379.b dec.2
carolus copiarum regis Vngariæ ductor facta in portu Veneris excēſione omnia igni ferroq; uaſtat 377 d.dec.2
carolus ex Vngaria in Italiam redit 384.f.dec.2. regnum Neapolitanum an. 1381. ingreditur ibi. Florentini ab eo pacē emunt 385.f.dec.2
caroli regis cum Vrbano pōt. diſcordia

discordia 355.c.d. interitus 386.e
carolus Valeſii comes Philippi Francorum regis frater Catharinam Balduini Cōſtan. imp. ultimi filiā accipit uxorem 336.h. fauores recuperādo imperio à Bonifacio pōt. impetrat 336.h. patrimonij S. Petri in Thuſcia defenſor conſtituitur 337.a. cum copijs Florentiam accedit 337.b.c. in Calabriam ducit 338.e. pacis cum Frederico conſtitutæ conditio ibi. in Italiā cum copijs uenit 351.d. Vercellis potitur ibi.d
carolus Zenus mare inferū ubiq; Genuenſibus reddit infeſtum 376.h.377.a
caroli Zeni uirtus & rei bellicæ peritia 380.g.h
caroli Zeni Veneti cum Petro Auria Genuenſi ad Brunduſi portum prælium 381.a.b
carpharat Aegyptius princeps eiusq; ditionis termini 215.b
carrarienſes Paduani 340.h
carretenſes Marchiones in gratiam cum Genuēſibus redeunt 377.a
carthago Africæ, Hiſpaniarum & adiacētium inſularum domina 4.g. à Romanis circa 700. eius conditæ annum in cinerem conuerſa ibi.
carthago anno 535. poſtquam Romanis cœperat eſſe ſubiecta à Vandalis capitur 20.f
carthaginis olim, nunc Tuneris portus 319.b
caſale 396.f
caſale maius Piccininus obſidet 524.f. deditione recipit 525.a.b. Philippenſes deditione capiunt 471.c
caſinenſis monaſterij. clades à Gregorio prædicta 112.h
caſpar Cannitulus cum ſuis equitibus à Gata intercipitur 450.h
caſtinus comes Scytha magiſter militum declaratur 15.c
caſtini in Bonifacium perfidia 16.f.g
caſtinus contra Bonifacium in Africam omnes copias, ducit 16.g. B. Auguſtino peierasse ac mentiri deprehenditur 17.a
caſtellæ, Aragoniæ, Portugaliæ, Nauarræ reges Saracenorū imperatorem prælio ſuperāt 273.a
caſtellione Florentini potiuntur 447.d
caſtracanus Lucēſis tyrannus partium Gibellinarū 352.e
caſtrametandi noua ratio 441.d.442.e
caſtrofranco Carrarius potitur 383.c
caſtrum publicanorum 213.d
caſtrumfrancum Marchiones carretenſis Ripariæ occupāt 376.g
caſtrum portus Delphini à Frāciſco Spinula expugnatum 450.e
caſtrutius & Guido Florētinis bellum inferunt 352.e.f.g.h
caſtrutius ad Florētiam caſtra ponit 353.d
caſtrutius Carmignanum exercitum deducit 354.g
caſtrutius Florentinos prælio uincit 353.a b
caſtrutius Ludouico obuiam uenit 355.a
caſtrutius Piſtoriā recipit 356.f
caſtrutij mors 356.h
catarum regis Vngariæ urbem captam Piſanus Venetus diripit 376.h
cathelani omiſſa Venetorū ſocietate, pacem cum Genuenſibus conſtituunt 377.a
cathelani à Lucenſibus conducti Piſanum portū et adiacētia littora infeſtant 452.f
cathelanorum contra Gaietanos claſsis 498.e
catinenſis clades 349.c.d
caudola Columnenſium rem profligat 460.h
caypha quæ & Porphyria urbs maritima à Gothfredo capta 228.f
cecanenſes 395.c
ceccolinus Michelottus copiarum Io. Galeat. dux 389.c
celeſtini pōtif. geſta 241.c.242.e.291.c.333.c.334.f
centumcellas Tonias obſidet 85.d. eius ad Diogenem legatio 86.e
centumcellas à Diogene Torilas ad diem conſtitutam poſcit 86.h
centumcellas Narſes in poteſtatem reduxit 92.e
centumcellenſis portus deſcriptio 465.c
ceperanum oppidum à Carolo captum 314.e
ceretæ dominorum ab eccleſia defectio 477.b
ceruia Veneris ſe, relictis Bononienſibus, permittit 322.h
ceſenatum in Britones crudelitas 374.h
ceſena 395.d
cethæus Albinus, & Baſilius uiri cōſulares, urbe Roma prodita Conſtantinopolim confugerunt 86.f. Iuſtiniano imperatori Italiæ & Romæ afflictionem memorant ibi.
childebertus, Clodomiris & Clotarius Francorum reges 51.d
childebertus Franc. rex in Hiſpaniam exercitū ducit, Almaricum Goth. regem occidit 52.e. ſororē Anthari Longobardo promiſſam denegat 109.b. in Bauaros ducit, Garibaldo rege patria pulſo, regno potitur 109.c
childebertus Theoderici frater regnum Franc. accipit 136.e
childebertus Francorum rex cuius filius Pipini Grimoaldus regnum gubernabat, à Rathagalio dolo perimitur 128.h
childerico Theoderici filio Carolus regnum Franciæ demandari curat 147.c
chilperici mors 140.f
chilpericus Sueſsionum rex 104.h
chorium 396.f
chriſtianorum in expeditione Hieroſolymitana prima clades 210.e.f
Chriſtiani duces Eracleam, deditione oblata, capiunt 213.c Tarſum, Turcis fūgiētibus, dedentibus ciuibus occupāt 213.c
chriſt. ducum exercitus robur, Armeniam minorem cū urbibus, oppidis, & caſtellis capit 213.c
chriſt. duces Cappadociam ingreſsi, Cæſaream ceperunt 213.d
chriſtiani duces Ruſa urbe cū illius caſtellis potiunt 213.d

chriſtianorum militum ad pō/ tem ferreum leue cum armatis Antiocheni cohortibus prælium 214.e. capta commeatuum præda ibi.
chriſt. duces Antiochiam obſi/ dent 214.e
chriſtianum nomen diſcipulis Chriſti primum Antiochiæ inditum 214.h
chriſtiani duces ad Antiochiæ oppugnationem caſtra muniunt 12. Cal. Nouemb. 215. a. iuſta acie cum Corbanam prælium committunt 221.b. c. d. Raimundus cum ſeptima Legione alam ſibi oppoſitã fugat, reliqui fœdiſsimã committunt fugam 222.e
chriſtiani duces Antiochiã captã Alexio imp. offerunt poſſidendam 222.g. Hieroſolymam euntes, Cæſaream, Caphaliam, Tripolim, Gibellũ, Bethelon, Zeparim, Baruthum Caiphas, Cæſareã maritimã, Ramolas prætergreſſi, ſex progreſsi paſcuum millia, urbis Hieroſolymæ mœnia proſpexere 223.d. 224.e. f. g. h. Solymano occurrentes ſtructa acie, cum prælio commiſſo uincunt 227.a. b. c. d. 228.e. in Damaſcum expeditio 243.d. 244.e. Hieroſolymitanorum magna clades & calamitas 259.a.b.c.d. 260.e
chriſtianos Hieroſolyma cum copijs contendentes Saladinus continenter uulnerat ac laceſsit 264. 255.d
chriſtianorum principũ in Aſiam expeditio 276.h
chriſtiani Babylonẽ obſidẽtes, propter Nili nimiã inundationem pacem à Soldano petere coguntur 279.d. 280.e
chriſtianorum ad Babylonem caſtra 279.c
chriſtiani principes an. 1221. in Europam redeunt 280.e
chriſtiani ad arma ex omnibus Europæ locis, in Aſiã à pont. uocantur 283.d
chriſtianos in Aſiam nauigantes Fredericus per filium inuadit 291.c
chriſtiani proceres, tributo Tunetis regi impoſito, barbaris pace data, in Siciliam nauigant 319.e
chriſtophorus Lauellenſis, Florent. exercitus dux. 403.e
chriſtophorum Lauellanũ Philippus cõtra Ferratenſem copias ducere iubet 459.d
chriſtophorus Garetonus Eugenij pont. ſecretarius 527.b
ciarpelonus Sfortiæ dux 561.b
ciarpelonus & Troilus Piccinini caſtris potiti, eum cum copijs fugant 562.f
cilicia in poteſtatem pop. Rom. quando uenerit 3.d
cilicia urbs 214.g
ciliciam Hemanuel ſubigit 256.e
cincij familia uiri & mulieres naribus truncantur 199.b
cincij in Gelaſium pont. inaudita crudelitas 236.e.f
cingulũ à Gothis capitur 93.b
cinito capto Turci Chriſtianos ad unum trucidant 210.e
cinitum oppidum Petrus eremita capit 210.e
ciſpadani uicecomitibus loca quondam ſubiecta reddunt 398.f
ciuitas caſtelli 395.d
ciuitadũ ſe in libertatem eccleſiæ uendicat 308.e
clara uirgo in ſanctarum collegium relata 309.d
clarij præſidium à Gata impoſitum proditione Piccininus intercipit 528.c.d
clarienſes Venetis ſe dedunt 568.e
clarmontem Carolus M. capit 153.e
claſſenſe oppidum à Lõgobardis capitur 104.c. à Smaragdo recipit 107.b. Liuthprandus captum diruit 147.c
caſsianus rex antiochiæ 214.e
caſsianus rex in expugnatione Antiochiæ occiditur 220.e
claſsis montibus altiſsimis tracta atq; portata 541.d. 542.e
claſdidij oppidi ſitus 90.h
claudius imp. Gothorum audaciam reprimit 5.d. eius ſumma fœlicitas ibi. à ſenatu ſtatua aurea & clypeo aureo donatur 6.e. eius ad Iunium Brocum epiſtola 5.d
clementia, Caroli regis Neapolitani natarum prima, Carolo Philippi regis Frãciæ primogenito nupta 335.b
clementinæ quando promulgatæ 344.b
clemens pont. generali edicto, chriſtianos ut arma in barbaros ſumãt admonet 261.b.c
clementis pontific. Roma. geſta 192.h. 193.a. 261.b. 264.f. 313 b. 318.h. 339.d. 348.e. 364.h. 367.c. 376.e
clemens antipapa Auenione moritur 389.a
clelius amnis 528.h. 566.h
clephis à Longobardis Papiæ rex Creatur 103.d eius crudelitas ibi.
clephis Claſſenſe oppidum capit & præſidio munit 104.e
clephis anno regni ſecundo interficitur 104.e.f
clodoueus francorum rex Crothildem Chilperici Burgundionum regis filiam accipit uxorem 32.h. bellum contra burgundiones gerit 33.c. Alemanos in fugam cõuertit, in deditionem accipit, tributa eis imponit 33.d. 25. regni ſui anno à S. Remigio baptizatur ibi. Viſigothis bellum infert ab Anaſtaſio imp. tunica blactea donatur 36.h
clodoueus Franc. rex Pariſiorum urbem regni ſedem cõſtituit 36.h. copias in Italiam mittit 127.d. quæ Tranſpadanam regionem prædantur 128.e. a Grimoaldo Italia expelluntur ibi.
clodoueus Theoderici fil. regno Frãc. ſuccedit 136.e. moritur ibi.
clotharij & Childeberti Franc. regum in fratris filios crudelitas 52.f
clotharius & Sigibertus Francorũ reges, in Saxoniam Sueuos tranſferunt 101.a
clotharij Fr. regis mors 104.h
cluſium Ro. oppidũ Liuthprãdus rex captũ ſpoliat 144.e
clugiẽſe bellũ 377.c.d. 378.e.f.g
cœleſyria regio 214.g
colchos Turci cædibus infeſtãt 151.e
colegerius præfect. præſidij Ruſſiani uerberatus ac mutilatus à Totila interfici iubet. 83.c
collẽ ferreum Iacobus Caudola

la recipit 46.g.h
collianum Piccininus diripit 562.h
coloniam Henricus fil. capit. 231.a
coloſſum Saraceni demoliũtur 127.b
columnẽſis familia partes Gibellinas fouet 334.g. cardinales Iacobum & Petrum põtifex ſeuerè perſequitur ibi.h
columnenſes cardinales ad dignitates patrimoniiq; poſſeſſionem reſtituti 339.a.340.e
columnenſium contra Eugenium pont. bellum 459.a.b
columnenſium cum Eugenio pont. pax 461.b
comacinæ inſulæ oppidum à Longobardis dirutũ 135.a
cõcadalbari Caput ſiluæ, & Bubulentam põtificis Legatus ui capit 305.b
comi urbis ſitus 107.d
comi Lacus olim Larius 396.f
comitis Armeniaci in Italiam cum copijs aduentus 387.c. mors 388.e
Conon legatus Romæ præfectus à militibus interficitur 82.h
conon eius nominis primus pont. 133.c. moritur ibi.d
concilium Romæ celebratum 154.g
concilia tria, unum Florentiæ, ſecundum Guardaſcalli, tertium in Frãcia apud Trecas celebratos 229.c
concilium Laterani celebratũ 253.d. apud Guardaſcallum 234.f. Laterani 199.a.238.f
concilium apud Clarummontẽ celebratum 240.h
concilium apud Placentiam celebratum 240.h
cõcilium Piſis celebratũ 241.a
concilium generale apud Sutrium 194.h
cõcilium generale Laterani celebratum 257.b
concilium Lugduni celebratũ 293.a.322.e.h
concilium apud Viennam Galliæ celebratum 344.h
concilium generale apud Conſtantiam habitum 398.h
concilium Ferrariæ habitũ 535.f. Florentiã translatũ 550.e. actorũ in eo cõcluſio 551.a.b
conciliũ Baſilienſe 558.f.527.a
concordia 396.g
conradinus Conradi ex fratre nepos regnorum hæres conſtituitur 297.b
conradinus Conradi Sueui filius copias in Italiam traducendas parat 314.h
conradinus ut in Italiam properet ab Henrico admonetur 316.e. per Lombardiam in Hetruriam contendit 316.g. cum Gallico milite apud Aretium congreditur, Mareſcallus cum copijs ſuperatis occumbit 316.h. magnifice Romam admiſſus in Capitolium deducitur 317.a. cum Auſtrino duce, Henrico Ro. ſenatore & maximo exercitu, Carolum in campis Palẽtinis prælio aggredit, à quo ſuperatus & tandem captus interficitur 317.c.d.318.e.f.g
conradus Sueuus, imperator deligitur 191.c
conrado imp. Mediolani corona denegatur 191.d. eius cõtra Mediolanenſes res geſtæ 191.d
cõradus imp. Romæ aurea Corona à Ioanne decimonono donatur 191.d.192.e
conradi imp. mors 192.f
conradus Hẽrici tertij filius rebellis in Italia moritur 209.a
conradus Rom. rex in Aſiã ducendæ expeditionis munus aſſumit 242.f. Conſtantinopolim delatus Hemanuelis imp. doloſis artibus decipitur 242.g
conradus Marchio Tyrum prælio Chriſtianis infauſto commiſſo applicuit 260.f
conradus Saladinum, Tyrum oppugnantẽ ſtrenuè repellit 261.a. Tyri à ſicarijs confoditur 265.c
conradus exercitum in Apuliã tranſportat 296.g
conradus Legitimo matrimonio ex Iole Ioannis Hieroſolymitani regis filia natus, Frederici filius 296.f
conradus Sueuus Neapolim captam, muro euerſo immunitã reddit 297.b. Capuam muro diruto diripit 297.b Aquinũ nobile oppidũ incẽdit ibi. omni Trinacria & Siciliæ regno potitur ibi. ueneno obijt ibi.
conſentia à Saracenis capta & ſpoliata 186.f
conſor urbs 213.d
conſtantianus Gothorum ducibus maxima damna infert 51.d
cõſtantianus & Alexãder, imp. Iuſtiniani duces cum copijs Veronã proficiſcuntur 69.b. Marinus quidam nobilis urbẽ prodit ac Artuadẽ Armeniũ in urbẽ recipit ibi. c. Gotho. milites opprimunt ac ciuitatem liberant ibi.
conſtantinopolim à Viſigotis obſeſſam Dominica Valẽtis uxor ſeruat 7.c
cõſtãtinopolitana urbs quãdo maximo conflagrarit incendio 35.d
conſtantinopolis à Saracenis obſidetur 343.b.c
conſtantinopolim peſtis populatur 151.d
conſtantinopolis à Venetis & peregrinis expugnatur, eius imperij ac Ro. inter ſeſe diuiſo 271.b.c
conſtantinopolim Græci obſident 286.h
conſt. Chriſtianorum res an. 1560. in peſſimum funt adductæ locum 309.c
conſt. an. ſal. 1561. à Catholicis amittitur 310.e
conſtantinopolit. imperij in Italia fines 116.g
conſtantinopolit. imperatoris cũ Venetis ſocietas 367.d
conſtantinus Imperij occidentalis conſors 15.a
conſtãtinus Beliſariũ pugione occidere intentat, quo iubente interficitur 59.a
conſtantinus Rauennæ præfectus 71.c
conſtantinum filium Cæſarem regni conſortem Eraclius declarat 121.c
conſtãtinus Eraclij filius patri ſuffectus 126.e. à Martina nouerca & Eracleone fratre Pyrrhi patriarchæ conſtantinopolitani inſtinctu ueneno extinctus 156.e
conſtantini Conſtantij fil. in fratres crudelitas 130.h

conſtantinus Conſtantij fil.
Conſt.imp. 130.h
conſtantini Conſtantij fil. anno 17. mortb. 133.a
cõſtantinus Syrus pont. 137.b. moritur 138.h
conſtantinus Leonis fil. Conſtãtinopolitanus imp. 145.c. 179.b
conſtantinus Conſtãt.imp. Romanos à Francorũ auxilijs deterrere nititur 151.d
conſtantini interitus uita dignisſimus 159.d
conſtantinus ſextus Conſtan. imp. 160.e
conſtantini ſexti imp. crudelitas 160.e
conſtantinus ſextus Cõſt. imp. Italiam bello agitat 160.g
conſtantinus imp. à matre Hirene oculos effoſſus, in carcerẽ conijcitur, ubi animã exhalauit 161.b
conſtantinus Ciochyſis Conſt. imp. 193.d. moritur 196.g
conſtantij cæſaris, Conſtantini filij res geſtæ 13.a. interitus ibi.b
conſtãtij Cæſaris, primũ aduerſus Alanos bellum 14.g. uictoria ibi.h
conſtantius purpura indutus occident. imperij fit conſors 15.a. moritur ibi.b
conſtãtius Conſtantini fil. imp. 126.f. Martinum põt plerũq; Ro. atq; oẽs Italiæ epiſcopos ſua Monothelitarum hæreſi inquinare adnititur 127.a
conſtantius exercitum in Italiã ducit 128.e. contra Longo. res geſtæ ibi.f.g.h. Baſilicas et publica Romæ ornamẽta diripit 129.a
conſtantius imp. in balneo interficitur 130.g
ſub Conſulibus & dictatorib. quantum Rom. proceſſerit imperium 3.c
conſules, Roma uel ſenatum legitimé coactum, quando habere deſierit 102.e
conſules Romæ duo qui ſummę rerum præſunt 183.d
cõſulum Romanorum proteruia 245.a
conſularis factio, Lucium põt. Roma deturbat 257.d
contarenus tragula ictus moritur 544.f
conuentus Papiæ habitus 254. f. apud Parhiſios 348.e. Ferrariæ 437.c
corani 395.c
corbanam, cũ maximo exercitu ad tutandam Antiochiã uenit 220.f. magna ſuorum clade Antiochiam recipere intendtat ibi.g
corcyram & proximas Inſulas Gothi diripiunt 87.b
corcyram, Corphum, Corinthum, Thebas, Euboiam Rogerius capit 243.c
conſtantinopolis ſuburbia pręſente Hemanuele incendit ibi.d
coronium oppidum 527.b
cornetum 395.b
cornetanorum ab eccleſia defectio 477.b
corſicã Saraceni inuadunt 168. g. prędantur ibi. Saracenorũ claſsis bipartito Sardiniam aggreditur 168.f
corſorum familiæ ædes, ab Henrico euerſæ 294.h
corſi familia Ro. pont. rebellis 229.a.b
coſdroę in Chriſtianos ſeueritas 120.f. geſta ibi.g
coſdroas cum ſuis ducibus ab Eraclio imp. uincitur, fugatũ, á filio proditus in uincula cõijcitur 122.e.f.g.h
coſmæ Medicæi ciuis Florent. præſtãtiſsimi ad Venetos oratio 518.e.f.g.h. 519.a.b.c
crema oppidum 246.e
crema Vbertus Pelauicinus potitur 306.g
cremam Germani reddunt immunitam 344.e
cremenſium ſeditio 344.e
cremona à Longobardis expugnata ſolo æquatur 117.c
cremonæ ſitus 107.d
cremona à Romano exarcho copijs munitur 110.h
cremonam Germani euertunt 344.e
cremona Guelfi Brixiã cũ uxorib. & pueris emigrãt 344.e
cremonã Carmagnolæ milites furto capere intẽtãt 466.g.h
cremonenſes ſpreto, Ecclino amicinam cum Mediolanenſibus redintegrant 307.a.b
cremonenſes ac Cremenſes impoſitũ ab Hẽrico uicariũ & Gibellinos ei̇jciunt 344.e
cremonẽſes Brixiani, Bergomẽſes, Mediolanenſes, Veronẽſium ſocietati contra Fredericum accedunt 247.d
creſcẽtius Romanus conſul creatur 189.a. interficitur ibi.e
cretam inſulam Saraceni aggrediunt 177.a. Bonifacio Montiſerrati Alexius Imp. donat 270.e.f
crothildis Franc. reginæ prudẽtia 52.f. obitus ibi.g
crotoniadas longa Gothorum obſidione laborãtes, claſsis Græcorum liberat 88.f
crucesignati duces Niceam urbem muniuſsimã primùm oppugnant 211.c. 212.e
crucesignatorum in Italiam, Siciliam, & Aſiam an. 1261. expeditio 310.f
crucesignati, inuito Pelauicino eiuſq; exercitu ſuperato, Cãpaniã perueniunt 312.h
crucis domini, diſcalciatis pedibus adorandæ conſuetudinis initium 123.c
cruſtoli fluuij origo 401.a
cumana arx à Gręcis obſidetur 95.d
cumades Perſarum dux Græcis auxiliatur 88.g. maximã Picẽtũ partem ad Iuſt. partes redire compulit 93.b
cunæ 396.f
cunipertus rex 132.h
cuniperthi Longob. regis mors 133.d
cumitus Anglorũ rex, Romã et ſancta in ea loca immiſit 192.f
curialiũ, in Romanorũ ciuium impetus, fortitudo 484.f
curſium ciuem ampliſsimũ urbe eiectum, fugientem Florẽtini confodiunt 341.d
curticella pons 448.g
cuſſenſes Piccinino ſe dedunt 523.a
cyprum Petrus Fregoſus inuadit 373.d
cypri regis & Bernabouis uicecomitis Mediol. cum Venetis belli fœdera 376.f
cypryanus Peruſiæ præfectus 71.c


D


Dagiſteus apud Bononiam á Burgundis & Oſtrogothis prælio

prælio laceſsitus eos uincit ac fuga 96.h. Bryxillũ ſe confert 97.a. Vuidinem uinctũ, Conſtantinopolim ad Iuſtinianũ imperatorẽ mittit 97.c. Amingum captum permittit interfici ibi.
dagobertus Francorũ rex, defuncto genitori Clotario ſuccedit 124.e
dagobertus Frãcorum nouus rex 138.h
dalmatæ à Rom. quando domiti 3.d
dalmatiæ diuiſio & fines 177.b
dalmatiæ rex & illius ſubditi ad Chriſti fidem primum conuerſi 177.b
damaſci ſitus 243.d.244.e
damaſcũ Saraceni capiũt 125.a
damaſus Bauarus põt. 193.a
damiata à Chriſtianis an. ſal. 1218. obſeſſa 277.b.c.d. capta 278.e.f.g
daniel concordiẽſis epiſcopus Bononiam ſummo ciuium conſenſu recipit 501.b
danubij amnis ora in prouincias redacta 3.d
cum Dardanis quando bellatũ ſit 3.d
decius in Gothos à Philippo imp. miſſus, aliquot prælijs inferior, re infecta Romã reuertit 5.c. Philippi filiũ fraude occidit ibi. cum tota claſſe Neapolim nauigãte à Totila fugatur & capitur 72.e
dertona à Beliſ. ducibus occupatã 63.c. eius ſitus ibi.
deſiderij Longob. ducis Hetruriæ cũ pont. Ro. fœderum formula 153.a.b. in Rom. rẽ machinationes 154.e.f. 155.a.b.c. in Chriſtophorum Romanum crudelitas 154.h
deſiderij Longob. regis & ſuæ gẽtis exterminij initiũ 155.a
deuſdedit põt. eligitã 120.g. moritur 121.a
dianæ Epheſiæ tẽplũ, à Gothis ſpoliatũ & incenſum 5.d
diogenes Romæ præſidio à Beliſario relinquitã 83.d. eius & militũ incredibilis diligentia 84.e. Roma prodita, centum cellas contẽdit, in Totilæ inſidias incidit, ac anxiè euadit 84.f
dominicus Siluius Venetorũ dux à Guiſcardo uincitã, ducatu deijcitur 205.d
dominicus Venetiarũ dux an. ſal. 1122. in Aſiam Balduino capto nauigat 238.h
dominicus Michael Vener. dux Rodhum, Chium, Samũ, Mitylenas, Andrum, & alias Hemanuelis imp. inſulas ſpoliat 239.c. Mothonũ prædatur ac cõmunit, Spalatũ & Traguriã urbes Vngarorũ regis ut capit ibi.
dominicus Bononię defunctus 280.f. in ſanctorũ numerũ relatus 283.a
dominicus Caprineuſis Forilliuij & Imolæ præfectus 447.d
dominicus Fregoſus Genuenſiũ dux, cũ fratre in carcerem conijcitur 376.g
domus Romanus pont. 131.b
dorica fluuius 396.e
dorſum oppidũ à Tadeo Eſtenſi furto capitur 471.b.c
dotrulæ Sueui, à Longobardis ad Romanos defectio 106.h
dotruſa Bryxillo amiſſo Rauennã adnauigat 107.c
drinus flumen 177.b
drogo Normannorum comes moritur 193.e
dromones nauiculæ 33.b
draua fluuius 172.f
dulcini & Margaritæ uxoris hęreſis initium 340.f

E

Ebroinus, Frãcorũ regis Theoderici gubernator 134.f. in Martinũ & Pipinũ, exercitũ ducit 134.f.g. Ermefrindi inſidijs occiditur 134.g
ecelinus Veronã in partes Frederici reducit 284.h. uniuerſam Tranſpadanã Italiæ regionẽ obtinet 296.g. Mantuã obſidet 304.h. Paduam fruſtra oppugnare conatã 305.d 306.e
ecelini, Veronę erga Patauinos maxima crudelitas 305.c. cũ Legato põt. cõflictus ibi. c.d
ecelinus Vrcios obſidet 307.c. ſagitta ictus capitã Sanciũq; perductus moritur 308.e
eccleſiaſticorũ cũ Fortebraccio apud Genezanũ prælium 474.e
eccleſiaſticorũ cũ Piccinino pręliũ 487.c.d. 488.e.f.g
eccleſiaſtici ſtrenuè Piccinino reſiſtunt 571.d. 572.e.f.g. ex Romandiola Romam redeũt 578.e.
edimundus in ſanctorum numerum refertur 297.c
ediſſa urbs 213.c
ediſſa 44. an. à Chriſtianis habita, crudeliter à Turco diripitur 241.d. 241.e
eganus Lambertus Bonon. in conciliũ uocatus, trucidatur 449.d
egidij cardinalis ærariũ 370.e
egidius cardinalis Hiſpanus in Italiam legatus mittitur 372.f. per Obitiũ Lucenſem eccleſiæ ducẽ, Auchuch cũ ſuis equitibus Anglicis ſuperatũ capit ibi. g. h. oẽs eccleſiæ rebelles ultro in ſubiectionem uenire fecit ibi.
elizabet in cætũ S. uirginum adſcribitur 283.d
electorum imperij origo 186.c
electorũ imperij diſcordia 268 h. 306.e
eleutherius Conſtãtinopolitanus ab Eraclio imp. Italię pręficitur 120.f. Neapolim capit ibi. h. pacẽ cũ Longobardis in decenniũ conſtituit ibi. regnũ affectãs occiditã 121.a
engoliſma à Normannis populata 175.d
entius Frederici ſecũdi filius à Bononienſibus cũ copijs ſuperatus capitur 296.e. Bononiæ ſenio confectus in carcere obijt 322.g
epirum, Acarnania & Aetolia incendijs rapiniſq; à Gothis fœdantur 87.b
eporedia in citeriori Gallia urbs primaria, à Brentorum rege capta 93.c
eporediam Longobardi capiũt 105.b
equicoli 395.c
eraclea 213.b. à Chriſtianis ducibus capitur 213.c
eraclianus Eraclij pater Africã tuetur 118.h
eraclius uia & armis imp. conſtituitur 118.h. anno imp. occidentalis ducenteſima in Auguſtum quinquageſimũ aſſumitur, & orientale accipit imperium 120
eraclij imp. in Coſdroã expeditio 122.d. cõtra Sarbarũ Saym

& Razatenẽ eius duces prælıũ & uictoria ibi.f.g. Coſdroam capit ac in uincula conijcit ibi.h

eraclius crucem domini anno quartodecimo poſtquam in barbari manibus fuerat acceptt, Aegyptum & perditas de Aſia prouincias Rom. recuperauit imperio 122.b. Arabia pacata, crucem domini Hieroſolymam importat 123.b.c. acto triumpho in reprobũ datus eſt ſenſũ 124.e

eraclij impietas 125.d

eraclius crucem domini Hieroſolymam minens, Conſtantinopolim importari curat 125.b. tricesimo imperij anno omnem amiſit Aſiã 125.d. moritur 126.e

errorum in Gothorum hiſtoria commiſ. refutatio 64.h. 65.a.b. Erulorum 3000. in Italiam aduentus 88.g. commoratio 91.b

eſini agri caſtella pont. cur rebellent 476.e

eſtenſes ferrariæ dominio potiuntur 350.e

eſtenſes & Bonacoſa à Beltrando ſuperantur 354.f. excommunicantur ibi.

eſtenſis contra Piccininum pugnans, capitur 488.b

ethcus in gente Oſtr. nobiliſſimus Vuidim Verouam uenientem repellit 97.b

etius in Conſtantij locum belli gerẽdi ſubrogatur 15.b. Burgundiones compeſcit, Francos in Gal. irrupturos magna cœde repellit ibi.b. Alanos agitat ibi.c. Hunnos primus ad Italiæ inuaſionẽ excitat 16.e

etij in Gallijs & Brit. geſta 18.g.h. 19.a. ibi.

eudo Viſig. Aquitaniæ & Vaſc. dux, mercede ut Chilperico auxilietur cõductus, Carolo Mart. occurrit 140.e. moritur 141.d

eugenij pont. geſta 127.d. 128.e. 171.d. 172.f. 244.f. 458.f Columnẽſes bello perſequi iubet 459.b. Iacobũ Vicenſem bello laceſſit 462.f. eius ad uniuerſos Chriſtiani nominis principes, de ſua liberatione, epiſtolæ 485.d

eugenius qua ratione totius orbis eccleſiæ uires cœperit exercere 561.c.d. 562.c. cũ belli ſocijs fœdus iungit 564.h ad baſilicæ diui Chryſogoni palatiũ ſe cõferẽs, cur portas undiq; armatis militibus cõmunierit 478.h. eius ad Venetos & Flor. oratores 479.a. anxij terribileſq; caſus 481.b.c.d. 482.e.f.g.h. 483.a.b.c

eugubij ciuitatis ſitus 91.a

eugubiũ Lõgob. inuadũt 155.d

eugubiam ciuitatẽ Bonifacius pont. recipit 335.a

eugubium oppidum 395.d

eumingus Danorũ rex 167.d

eurimũdus Gepidarũ rex 55.a

exarcatus nomen in Italiã qui primus adduxerit 101.d

exarchatus & imperii Cõſt. nomen in Italia exoſum 136.f

F

Fabritii Capuani cũ Pandulfo pugna 404.h. 405.a. Philippi ducis mors 445.d

facini Canis obitus 396.g. Beatrix uxor hæres, Philippo principatus aſſertrix dat ibi.h

factionũ Bononiæ origo 446.h

fagas obſidione Arimini, Teia aduentante, ſoluta in mõtes fugit 93.a. Rauennam ſe confert 93.b

falconũ à Florẽtinis capit 353.a

falcũ Sfortia fruſtra oppugnat 477.a

fames ualida 373.d

fantinus Bononiæ gubernator, ſeditionem à Zambecharijs intentatã cõprimit 473.a

farfar flumen 214.c

farinatæ Vberti prudẽtia 302.e

farinata Vbertus audita in Gibell. diruendæ Florentiæ ſententia, cõcilio ſe proripuit 310.g

fauentia urbs 291.a. 395.d. ſitus 107.d

fauentiam Ioannes Haucut ſpoliat 374.g

fauentinus Florent. exercitus dux, à Piccinino ſuperatur 457.b.c

felicianum caſtellum 528.g

felix quartus pont. 561.c

feltheus Rugorum gentis rex, eius geſta, mors 31.c

feltrum ſe in libertatem eccleſiæ uendicat 308.e

ferentani 395.c

ferentinum ab Antonio Piſano captum 487.a

feroaldus Lõgob. dux, Claſſenſe oppidum capit 106.h

feroaldi cum Dotrula pugna 107.a

feroaldus in Claſſenſi oppido capitur & occiditur 107.b

feſulæ urbs obſidetur 63.e

ferrariam Mauldis capit 231.a

ferraria à pont. milite recipitur 287.d. 288.e

ferrariæ mediæ incendiũ 341.a populi tumultus 342.f

ferraria obſeſſa 358.h

ferraria 396.e

ferrarienſis pop. ui libertatem aſſerere conatur 350.e

ferrarienſis Marchionis ad Florentinos legatio 403.c.d

filiſtinæ Clodianæq; foſſæ 89.d

firmianus copiarum pontificis in Bononienſes dux 448.e

flaminia 395.d

flauius Conſtantinus, princeps Chriſtianiſſimus 4.b

florentia à Gothis obſidetur 70.f

florentiæ reip. in libertatem uindicatæ, formæ initium 299.b

florentia Manfredi dominatũ ſubiectionemq; capit 304.f an. ſal. 1261. in Manfredi poteſtatem quomodo redacta 310.e

florentiæ ad quietem perductæ noua regiminis forma 328.h

florentia Gibellinis ex terminatis, noua Labe inficitur 337.b

florentiam Henricus imp. fruſtra oppugnat 346. Eugenius pont. perducitur 485.d

florentinorum aduerſus Frederici artes, conſtantia 288.f

florentini in libertatẽ mortuo Frederico, ſeſe uindicarunt 299.a

florentinorum in Piſtorienſes prima expeditio 299.b

florentinus populus Guelfas partes apertẽ ferre incipit 299.c

florentini an. ſal. 1252. Gibellinos in Hetruria finitumos do mare nituntur 299.b

florentinorum in Piſtorienſes ſecunda expeditio 299.d

florentini Piſanos ingenti clade ſuperant, captos in uinculis Florentiam perducũt 299.d

florentini Alcinatibus, à Senenſibus oppreſsis, opem adferũt 300.e. Volaterranos ſuo quomõ ſubdiderint imperio 300.f. in Piſtorieñſes tertia expeditio 300.e. Piſanos magna cæde ad Auſerim fluuiũ uincunt 301.a. urbem ſuam Gibellinis purgare conſtituunt 301.b. Senenſibus bellum indicunt 301.c
florentinorum ad Senen. oratores 301.c
florentini Senen. obſidẽt 302.e
florentini, aſtu & uafr amento Prouinciani, à Senenſibus prælio cõmiſſo an. ſal. 1260. ad paucos cæſi, quorũ pars Lucam, pars Bononiam urbe paucis habitata migrauere 303.a.b.c.d.304.e.f. exules Signiam furto occupant 310.h. apud Lucã à ciuibus proditi Bononiam cũ uxoribus ac filiolis perueniũt 311.a
florentinos inter & Senenſes pax æquis fœderibus conſtituitur 318.h. Gregorius decimus anathemate damnat 322.f
florentini ab excommunicatione abſoluuntur 323.b
florentinorum in Piſanos expeditio 336.e.f
florentinæ reip. ciuilis diſsidij initium 336.f
florentini cædibus & incendijs inter ſe debachantur 339.a
florentinorum ad Carolum regem Neapolitanum, oratores 339.c.d
florentini Accianicum oppidũ diruunt 341.c
florentinorum in Lucenſes ſocios ſcelus 341.d
florentini excommunicati 341 b.c. à Roberto rege auxiliũ petunt 346.h
florentinorum cum Gibellinis pacis conditiones 348.g
florentini à Caſtrutio ſuperantur 352.e
florentinorum exercitus 353.a
florentini à Caſtrutio prælio ſuperantur 353.a.b. à Roberto rege Caſtrutij obſidione preſsi, Carolum filiũ in dominum petunt 354.g
florentinorum ad Senenſes legatio 457.d. contra Scaligerum bellum 360.h. diſsidia 362.h. exercitus à Piſanis profligatur 363.b. diſcordia 363.d. cum Piſanis bellum 370.g.h. facinus contra pontificem nefarium 374.f
florentini artem Philippi arte deludunt 403.c
florentinorũ natu & autoritate maiores 403.c
florentini arguto ſermone gẽs 404.e
florentinorum contra Philippum ſummo omnium conſenſu bellũ 406.f. apud Zagonariam clades 415.d
florẽtini Venetos ut ſibi opem afferant obſecrant 418.h
florentinorum oratoris ad Venetos oratio 423.d.425
florentini magnates Nicolaum Braccij nepotem, ut bellum Paulo Guiniſio Lucenſi inferat, ſubornãt 450.g. Lucã obſidione urgent 452.f
florentinorum contra Guiniſium cum Sfortia machinatio 454.e. epiſtolæ fictæ ibi.g. ſũmus magiſtratus 455.c. cum Piccinino ad Auſerim prælium 456.g.h. fuga 457.b. de Philippenſiũ exercitu & ductoribus ad Montemtopulũ uictoria 468.h
florẽtini populi ingeniũ 485.d
florentinus cardinalis Romam ſe confert 514.f. quam aſtute Eugeni pont. iuſſu ſit captus 564.e. diem obit ibi.h
porta Flumentanea quondã Flaminia, nunc populi dicta 205.a
focas à Mauritij exercitu, ultra Danubium hyemante, exarchus eligitur 117.a. apud Cõſtãtinopolim imperator declaratur 117.b. à Romanis confirmatur ibi. anno imperij ſui primo, Aſiæ Europæ & Africæ prouincias cõfirmat 117.d. eius interitus 118.g
fontanellam Mantuanus Marchio & Gregorius Cornarius Venetorum imperio addunt 470.h. in Suncinenſes ducunt ibi.
formoſus pont. 178.g
forum Cornelij ciuitas ſeſe Ioãni dedit 63.a. ab Oſtrogothis munitum à Narſetis ducibus oppugnatur 96.f.g Antiochus Narſetis dux, per oppugnationem potitus eã urbem ſolo æquat 96.g.h
forijulij prouincia Longobardi potiuntur 101.b
forumiulium à Bauaris expugnatũ incendũt 119.a.b. quãdo factum & eius ſitus ibi.
forolulienſes uenationem duodecim porcorũ ſingulis annis poſtero carniſpriuij die cur Venetis exhibeãt 248.h
forijulij oppidum 369.g
forliuij ſitus 107.d
forumliuium à pontificis exercitu obſidetur 326. h. guido Montefortis in Gallicorum necis ultionem mœnibus ſpoliat 328.f
forumliuij 395.d
foroliuieñſium aduerſus Lucretiam Thebaldi matrem coniuratio 402.f.g
forliuieñſes homines natura bellicoſi 493.d
forumliuij Imolamq́; gubernatori Bononiæ pro Martino pont. Philippus conſignat 435.a
foripopilij ſitus 107.d
forumpopilium à Longobardorũ rege ſolo æquat 130.e
fortebraccius Lucæ bellum infert 451.a. à Sfortia uincitur 453.d. à Florentinis cur abſcedat 462.e. Vetrallam capit 469.c. montem Faliſcorum & maiorem Campaniæ partẽ cur ſibi ſubijciat 477.b. ab eccleſiæ ducibus ad Numentum fugatur 479.b. Romã diſcurſionibus infeſtat 479.c. expugnaturis Adriani molis arcem auxilium allaturus Romam properat 486.g. Leone Sfortia capto caſtris potitur 496.f. Aſsiſiũ cum turmis omnibus ſe confert 489.b. ab Alexandro uictus occiditur 499.d.500.e
fraiepanum in pontificem Ro. impetus 237.a
francilio Comum cõfugiens ſe communit 105.b
francilio dux Ro. Como quã uiginti defenſauerat annis pellit 109.a. Rauẽ. adnauigat ib.
franciæ regni primores, ductore Vgone magno Pariſienſis

comite, Ludouico regi rebellant 183.a.b
franciarcurtã uallem incendio rapinis, cædibusq́; Piccininus Verona fugatus fœdat 561.b
francio ciuis Romanus Ciſalpinæ Galliæ parti citra Apenninum Alpesq́;, & ſupra Papienſem Mediolanenſemq́; agrum à Narſete præficitur 98.c
B. Franciſcus moritur 218.c. in ſanctorum Chriſti numerũ refertur ibi.
franciſcus Barbarus ingenij & doctrinæ gloria clarus 528.f
franciſcus Baroncellus tribunatum Romæ inuadit 368.h
franciſcus Bembus Venet. maritimis prælijs præfectus 439.c
franciſci Carmagnolæ literatum ignari ad Venetos non infacunda oratio 428.g
franciſcus Carmagnola à Philippo cur defecerit 419.a.b ad Venetos ſe confert 420.e
franciſcus Carrarius iunior à Florentinis contra Galeatiũ ingenti mercede cõducitur 387.a. eius diligentiâ 381.a. in Italiam, inde Paduam mutata ueſte ingreſſus 387.b
franciſcus condulmarius Venetiarum cardinalis, à Romanis ciuibus ui è ſinu põt. abſtrahitur 481.b.c
frãciſco Gatelluſio Genuẽſi Carolus Lesbum inſulam donat cuius auxilio in imperium reſtitutus fuerat 368.g
franciſcus Gonzaga Mantuanus princeps 399.b. Venetorum exercitus imperator ſuffragijs declaratur 472.e
franciſcus Ordelaſus Forliuienſis nobilis 358.h
franciſcus Petrarcha poét. laurea in capitolio inſignitur 362.f
franciſcus Petrarcha Parm. eccleſiæ archidiaconus 364.e. eius ſcripta uide Patrarcha
franciſcum Piccininum Philippus eccleſiæ ſubſtrahit 474.f
franciſcus Piccininus copiarũ pontificis contra Bononienſes dux 448.e
frãciſcus Piccininus Piccinini filius in agrum Spoletanum contendit 522.f
franciſcus Spinula Ottoboni fil. Segeſtri inſulam & Moneliæ caſtrũ furto recipit 450.e. Genuẽſis claſsis præfectus P. Laureanum nauali prælio aggreditur 464.f. uictus Venetias mittitur 464.g.h. 465.a. eius ad Genuenſes ſibi fidos oratio 503.b.c.d
franciſcus Spinula Genuenſ. libertatis capitaneus 506.e
franciſcus Sfortia Sfortiæ fil. 417.d. Fauentinum agrum uexat 423.b. à Philippo Brixiam mittitur 433.d
franciſcum Sfortiã Philippus Carmagnolæ bello reſiſtere iubet 459.d
franciſcus Sfortia in Lucenſes ducit 514.d.515.a
franciſcus Vicus, Viterbiũ Bonifacio pont. proditione aufert 388.g
franci à Conſtantio in Franconia primum domiti 12.e. ſolum mutãt, apud Treuiros conſident, à Vandalis, Burgund. & Alanis ſe in Franconiam recipere compelluntur ibi. denuo in Gallias irrumpũt, in Senonum prouincia ſedem apud Aurelianenſes Pariſiosq́; capiunt, quibus Etius pacẽ dolẽs mœſtusq́; concedit 19.b
francorum regum cum Burgũdionum regibus bellum 51.d.52.c. reges inter ſe ſæuiunt 52.c.f
francorum, Burgundionũ, Liguſtinorum trãſito Apennino ad Padum deſcenſus 64.e. cum Gothis pugna ibid.f. armorum genera ibi. de Gothis uictoria ibi.g. cum Beliſarij ducibus pugna & uictoria ibi. legati ad Vitigitẽ Rauennam ueniũt 66.h. duces aduerſus Narſetem belli ſocios Teias aſciſcit 90.b. ad Claſtidium Apennino tranſgreſſo conſident ibi.
franci duces & Oſtrogothi ex Placentia mouentes Tannetũ obſidẽt 96.g. Vuidim Oſtrogothorũ quendam nobilem in ducem aſſumunt, Veronam accedunt 97.a
francorũ regni in quatuor partes diuiſio 104.h. reges quatuor, Amato Francilionique Ro. ducibus cõtra Lõgobardos auxilia minunt 104.h
francorum, Bauarorum, Longobardorum contra Mauritium fœdera 112.g. regum motus, & inter ſeſe crudelitas 121.b. bellum ciuile 139.a
franci Romaniq́; ſacramento ſeruandæ perpetuo amicitiæ ſe obſtringunt 157.d
francorũ gẽs imperij Romani culmine decorari quando deſierit 176.g
franci Italiæ imperio regnoq́; quando ciecti 184.g
francorũ regis à Synodo Baſilienſi ad pontificem oratores 477.c
fraſcatum Caudola recipit 460.b
fredericus primus de gente ſueua Germanus im. in Italiam contendit 244.h
fredericum Romani nihil ſuſpicantem inuadunt à quo uincuntur 245.a
fredericus omni eccleſ. Ro. terra, dolis potitur 246.h. Mediolanũ ſolo æquat ibi. Cremam obſidet 246.e. ab Alexandro tertio ex cõmunicatur 246.f. in Veronenſes ducit à quibus fugatur 247.a
frederici ad Philippum regem oratores 247.b
fredericus Barbaroſſum in Italiam ducit 249.b.c. Romam oppugnat 250.h. à ſolis famulis pontificis repellitur ibi.
frederici ad pont. legatio 251.e
frederici quinti cũ exercitu in Italiam aduentus 252.h
fredericus Alexandriam obſidet 253.a. eius in Alexandrinos pacis prætextu inſidiæ ibi.b.c. ſocijs ciuitatibus bellum infert, magna ſuorum cæde, aquila amiſſa fugatur 254.h. 255.a. ad pontificem oratores de pace mittit ibidem b. in Aſiam delatus Philomenia, urbe capta, fato conceſsit 263.d
fredericus cum Venetis, rege Siculo & ſocijs ciuitatibus pacem facit ... 256.g.

pontificis pedes ad fores baſilicæ d.Marci intrinſecas ſedentis exoſculatur ibi.h
frederici mater Conſtantia, Siciliæ regnum adminiſtrat 269.a
fredericus ſecundus Siciliæ rex imperator Germaniæ eligitur 274.f
fredericus ſecundus Germ.im. & Ludouicus Galliæ rex, fœdera ineũt, per quæ belli paciſue ſocietatẽ ſpõdẽt 274.h
fredericus in Romanorum regem electus Romam uenit 279.a. imperiali diademate inſignitur ibi. cum Soldano fœdera rei Chriſtianæ pernicioſa 280.h. Lantheranij equos, arma, aurũ, argentũ, ſupellectilẽ diripit 281.a. in Chriſtianos perfidia 281.c. pro hoſte publico habetur 281.d. eius milites omnẽ eccleſiæ terram, ſuo deſtituunt præſidio 282.f. Chriſtianis copijs deſtitutis in Italiã redit 282.f. pacem à pontifice quibus cõditionibus impetret 282.ib. Filium in Apuliã cur releget 284.h. in Italiam expeditio 284.g. cur excommunicetur 286.f. omnẽ Hetruriam diſcordijs & factionibus replet 288.e.f.g. factionibus nomina imponit 288.g in Guelfos crudelitas 289.a. ſceleſtiſsimus in deum & eccleſiam à põtifice proclamatur 289.d. eius in crucesignatos inaudita crudelitas 290.e. in eccleſiaſticos crudelitas 290.f. Saracenos Chriſtianis præponit 290.g. illis Apuliæ ciuitatem his populariter electis dat habitandam ibid. itineribus per Italiã ubiq; à ſe obſeſsis, Entium regem filiũ ut Chriſtianos Aſiam nauigantes inuadat mittit 291.b. Bononiam ſtudio priuat 292.e. ad Concilium Lugdunẽſe oratorem mittit 293.a
in Fredericum excommunicationis, depoſitiõis, priuationiſq; ſententia, ab Innocẽtia Lugduni profertur 293.b
fredericus Chriſtianos in Lõbardia omnimoda crudelitate perſequitur 295.a. magna parte Siciliæ, Conradini nomine potitur 316.f
frederici profugi contra fratrẽ Alfonſum geſta 315.c
fredericus Henrici germanus in Siciliam nauigat 316.f. Calabriæ bellũ infert 335.d
fregoſus & Lauredanus agros Clauarenſium prædantur 470.g
freſcobaldi Florentini nobiles 362.h
friderici Imp. Ro. Philippi Fr. regis, Ricardi Angliæ, Oddonis ducis Burgundiæ, Venetorum, Piſanorum, Friſonũ, Flandrenſium in Aſiam expeditio 261.c.d
friſones Carolus Martellus domat 141.d
fulco ſecundi Balduini gener, tertius Hieroſolymæ rex creatur 241.c. eius mors 241.d
fulco Turcos Perſicos Antiochenum agrum populando infeſtantes uictos in triũphum Hieroſolymam traxit 241.d
fulgineum oppidum 395.d
fulgineum cardinalis Flor. obſidet 551.d.552.c
fulſignanenſes Picciuinos ſe dedunt 523.a
fulginates Conradum cardinali Florentino produnt 552.f
fulgineum conſenſu ciuiũ cardinalis Florentinus recipit 552.f
forconenſes 395.c

G

Gareta ab Alfonſo rege capta 569.c
galaſſus Vitrionẽſis centurio 448.e
galeatius uicecomes cũ filijs, Mediolani à Ludouico Bauaro in carcerem conijcitur 354.h
galeatij uicecomitis mors 357.a
galeatius Luchini filius 368.g
galeatius Bernabouis frat. moritur 377.a
galeatius Florẽtinis bellum indicit 387.a
galeoni nauis deſcriptio 439.d
galeotus Malateſta Ariminenſis nobilis 358.h
galeotus Malateſta Florentinorum exercitus dux 371.e
galerum rubrum cur cardinales geſtent, & à quo inſtitutũ 297.c
galla prudentia, primo captæ urbis die Athaulpho regi deſponſata 11.a. eius prudentia ibi.b
gallia quando tributaria facta 3.d
gallia Belgica cur nunc Burgũdia nominetur 12.f
galliarum partes quæ ſolæ Nepote & Auguſtulo imper. in Ro poteſtate manſerint 29.c
in Gallia tranſpadana, Roma à Narſete capta, motus 92.f
galliopolim Veneti inuadunt 273.c
gallorum procerum in Aſiam expeditio 285.a.b
gallicorum ducum cum Pelauicino ad Ollium amnem prælium 312.g
gallici duces in Italiam, eccleſiæ auxilio ueniunt 312.f.g
gallorum procerũ in Africam expeditio 319.b
galli omnes in Sicilia etiã ij qui utero clauſi materno, ſemine concepti Gallico credebãtur interficiuntur 327.a
galliam ciſalpina quæ olim dicta 395.a
gallica ad primos motus audacia 577.b.c
gallinicus exarchus quartus Italiæ præficitur à Mauritio Imp. 111.d. inducias cum Agilulfio. conſtituit ibi.
gallinicus Italiæ exarchus contra Agilulphum ducit 113.a. Parma capta moritur ibi.d
gallinicum patriarcham Conſtant. obcæcatũ Iuſtinianus, Romam relegat 137.a
gallio Rauennas, & Mabertius duces cũ copijs contra Bonifaciũ ab imp. mittuntur, 19.a eorum geſta b.c.d.ibi.
gallus & Voluſianus imp. 5.c. eorundem obitus ibi.
gambacurtæ familia Piſis primaria 367.b
gandauum Philippus rex Fr. capit 275.a
gandulfus Bergomenſis dux à Longobardis deficit 109.d interficitur 102.h
gardęlacus olim Benacus 396.f

gardenſes

gardenſes Stephanus Contare
nus ui captos militi diripien
dos concedit 569.a
garibald. Bauarorũ rex à Chil
deberto regno pellitur 109.c
gãta mercede conductus Vene
tis militat 479.a. Venetorũ
imperio Bergomenſis agri
caſtella recipit 524.c.Piccini
ni conſilia cognoſcit 525.d.
copiarum pontificis contra
Bononienſes dux 448.e
gatæ cum Piccinino prælium
529.d.530.e
gata Venetarum copiarũ dux
530.f
gatæ cum Ludouico Verme ad
Sarcham pugna 533.d
gata cũ Paride Lutronio aſper
rimos omnium Italiæ mon-
tes ſuperat 533.b.c. Philippi
ducis Mediolani exercitui
præfectus 534.f
gauium oppidum proditione
Carmagnola capit 398.e
gelaſius pont. 235.c. moritur
237.c
genſericus Vandalorũ rex Bo
nifacio auxiliatur, eius res
geſtæ 19.c.d.20.e.f. Africam,
Aegyptum, Aethiopiam ſuo
ſubijcit imperio ibi.h. Siciliã
incẽdijs rapiniſq; fœdat 21.
a. ab Eudoxia in Italiam ac-
cerſitur anno ab imp. incli-
natione 44.26.e.f. eius res
geſtæ 27.b.c. ab Anthemio
repellitur ibi.d
genua à Saracenis inhumane
diripitur, igni ferroq; uaſta-
tur, impuberes nauibus im
poſitis abducuntur 182.e
genuenſis metropolis facta
240.h
genuenſes contra Venetos Pa-
læologum imp. ſummis co-
natibus protegunt 311.d
genuenſibus Tyrum incolen-
tes fauorem contra Venetos
præſtant 312.e
genuenſium in Venetos crude
litas 312.e
genuæ urbis calamitas 351.c
genuæ ſitus 395.b
genuã Carmagnola oppugnat
401.a.b
genuæ motus 511
genuẽſium nauis cetea caſu a-
pud Tyrum obuia an. 1263
à Veneto expugnatur 320.g
duodetriginta triremes ad
Drepani portum prælio cru
deliſsimo à Veneta claſſe par
tim cremantur partim capi-
untur 320.h
genuenſis claſsis Ptolemaidam
inter & Tyrũ à Veneta Vin-
citur 321.a
genuenſium cum Venetis in-
duciæ in biennium proroga
tæ 322.h
genuenſes clade apud Corſicã
accepta ſe ſuaq; Ioanni archi
epiſc. Mediolan. ſubmittunt
368.e.an.1375. rupto fœde-
re taridam Venetorum mer
cimonijs onuſtã apud Meſ-
ſanam capiunt 323.a.b
genuenſiũ cum Ludouico Vn-
gariæ rege belli fœdera 376.
f. cum Venetis nauale præ-
lium 377.a.b
genuenſes deſperata Venetæ ur
bis oppugnatione Clugiam
ſe conferunt 377.c. Clugia
parua potiuntur ibi.
genuenſis Clugiam multo par
tis utriuſq; cruore capit
378.e
genuenſium magna calamitas
381.c.d
genuenſis agri nobiles omnes
Fliſcorum gente excepta in
Philippi partes à Carmagno
la traducti 400.g
genuenſes nullis fœderib. nul-
lis præſcriptis conditionib.
an. ſal. 1380. ſeſe Venetis de-
dunt 382.h
genuenſium cum Alfonſo Ara
go. rege nauale prælium
410.e.f
genuam Thomas dedere com
pellitur 401.c.d
genuenſes uiam, nouo & inau
dito telorum genere per re-
pugnantes hoſtes medios
tranſeundi inueniunt 410.g
genuenſium ad Venetos lega-
tio 455.b
genuenſes uiri natura clari 455
c. ex qua familia ducem ſolũ
creent 464.f
genuenſium ad ſinus Rapalli
promontorium cum Vene-
tis naualis pugna 464.f
genuenſes Gaietanis obſeſsis
opem ferunt 497.d
genuenſium cum Alfonſo ad
Gaietam nauale præliũ 498.
g.h. inſignis uictoria 499.a
rebellionis in Philippum o-
rigo 502.f.h.503.a.b
genuenſes libertatem dudũ a-
miſſam armis repetere duce
Franc. Spinula conãtur 505
d.506.e.f. Caſtelletum trige
ſimo die poſtquã rebellarãt
recipiunt 506.f
georgij Ordelaffi Foroliuien-
ſis uicarij mors 401.c
georgio Cornario ac Marco
Dandulo Carmagnolæ ex-
ercitus cura demãdatur 468
Bordelanũ illi funditus ex-
cindunt 470.h
georg. Cornarius à Piccinino
in Tellina ualle capit 472.e
gepidarum ad Narſetẽ aduer-
ſus Gothos aduentus 88.g
gerardus Parmenſis pont. lega
tus & comes Atrebatenſis re
gis Franciæ filius, inſulã Sici
liæ ut recipiãt intentãt 329.d
à Rogerio Siciliæ admirtha
to repelluntur 330.e
germania à Bonifacio Chriſti fi
dem accipit 148.g.h
germanus in Illyricò, diu à Ro.
expectatus, diem obijt 86.h
germanus Iuſt. im. patruelis Ita
liæ belloq; Gothico dux ab
ipſo imp. pronũciatur 56.g
germani filios duos paternum
Italiæ cœptum Iuſt. imp. pro
ſequi cũ Ioanne mãdat 56.h
germanorum & Rom. de imp.
creando contentio 181.f
germanus Patritij ordinis Cõ
ſtant. Romæ præficitur 108.e
germanorum principum inui
dia 197.a.b.c. ingeniũ 268.h
germani equites à Manfredo
Senenſibus auxilio miſsi à
Florentinis ad unũ omnes,
uexillo Mãfredi per ignomi
niã ſordidato, ſũt cæſi 302.f
germanum oppidum à Caro-
lo captum 314.e
germani equites Ioannis Bohe
miæ regis, Italiæ diſcedunt
360.f. Paduæ cuſtodiæ reli-
cti, pecunia corrupti ad Ve-
netos Scaligero deſerto deſi
ciunt 361.e
uila Gibellina unde dicta 301.c
gibellini, imperatoriq; factionis
ſtudioſi appellantur 288.h.
Florentia armis pulſi, Senas
perueniunt 301.c
gibellino-

gibellinorum cõuentus, locus apud Emporium oppidum indicitur 310.g

gibellini Mutinenſes eijciũt 312 c. à Guelfis prælio ſuperantur 315.a. Gregorij pont. ſuaſu Florentiam à Carolo admittuntur 322.c. Bononia eiecti à Foroliuienſibus excipiuntur 322.g. Albæ partus Florẽtini ac cæteri Hetruriæ exules, ad Henricum Arenũ confluunt 346.f

gibellinæ factionis principes Ludouicum Bauarum precibus uictum in Italiam deſcendere cogunt 354.g

gibellinorum cum Guelfis cruentum bellum 351.c.d

gildonis imp. partis Africanæ gubernatoris, perfidia 7.d

giruli 531.a

giſulfus à Hunnis, Venetiæ & Foriiulij prouincias inuadẽtibus occurrens, occiditur 118.h. Gothfredo interfecto, Apuliæ factus eſt princeps 193.c

godooc rex Longobardos in Romanorum prouinciã Odoacre regnante primus duxit 100.f

gothalani nominis ratio 100.e

gothicæ gentis origo 4 h

gothi anno octauo Philippi imperij Romanorum prouincias irruperunt 5. b. ſub Gallo & Voluſiano fœdus cum rep. innouant 5.c

gothorũ trecenta millia à Claudio imp. deleta 5.d. nauium duo millia ſubmerſa ibidem

goth. mulieres, uirili habitu pugnantes, captæ & in triumphum ductæ 6.e

gothos Sarmatiam occupãtes magna clade Flauius Cõſtantinus Magnus profligat 6.e

gothi intra Scythicũ natale ſolum per annos circiter 700. ſe continent 6.f. Romam obſident 49.c. quatuor locis acriter oppugnant 50.g.h 51 a.b. omnem importandi facultatem Romano pop. obſeſſo præcidunt 56.c. Romã induciarum tempore furtim capere tentant, 59.a. proditionis cõpoſitæ modus ibi.b obſidionem urbis Rom. diſſoluũt 59.d. auxiliares copias Mediol. à Beliſario miſſas, ad Papiam inuadũt 60.g. intra urbem repelluntur ibi.h Alpium incolæ Beliſario ſe dedũt 67.b. Rauennæ obſeſſi, à ſuis deſerti ac omni ſpe deſtituti 67.c

gothorum omnium Papiæ cõuẽtus 68.g. uirium trans Padum, & citra per Galliam & Venetiam incrementũ 68.h armatorũ ducenta millia Beliſarius cum ſeptem millibus Græcorum omni prope dominatu expulit 78.h. res ubique per Italiã proſperæ, Græcorum aduerſæ 83.d. exercitus per Siciliã uniuerſam diſcurrẽs omnia prædatur 86. h. in Italia ruinæ initiũ 88.e

gothi in Italia, Rauenna, Ancone, Hydrunto, & Centũcellis exceptis, cætera poſsidẽt 86.h

gothorũ claſsis, à Totila miſſa in Græciam nauigat 87.b

gothi Totila occiſo, apud Papiam ſe colligunt 90.h. Romanos patricij generis cũ eorum filijs & agnatis in Campania, trecẽtos inſuper Ro. adoleſcentes, Roma in poteſtatẽ Narſetis redacta, interficiunt 91.d. Teia eorum rege interfecto, à Narſete pacẽ impetrant 95.c

gothorum principiũ bona publicata eccleſiis Rauennæ donata 99.b

gothfredi Danorum gentis cũ Carolo M. pax conſtituta 164.g

gothfredus Danorum rex à ſatellite ſuo interfectus 167.c

gothfredi & Matildis uxoris in Italia fines 194.g

gothfredi Normanni mors 194.h

gothfredi mors 202.b

gothfredus Balduinusq; Bolionij fratres in ſuburbio Conſtantinopolitanę urbis pernoctant 210.g. hoſtiliter ab Alexio imp. nocte inuaſi ſtrenuè reſiſtunt ibidem

gothfredus Saracenos in caſtra irrumpere conantes magna clade afficit 218.g

gothfredus Bolionius rex Hieroſolymitanus acclamatur 226.g. Ioppen, Ramolam, Caypham, Tyberiadem, uno an. capit 228.e. febre correptus uita fungitur 228.f

gradus inſula 101.b

græcorum uiginti millia à quatuor millibus Gothorum ſuperata 78.h

græcorum & Gothorũ ad Anconem nauale prœlium 87.c

græcorum de Gothis uictoria 88.e

græci Crotoniatas obſidione liberant 88.f. Latinos ut Græcia eijciant conantur 286.g

græci Conſtantinopolitani Latinos inde eijcere cõſtituunt 309.c. ab eccleſia catholica cur defecerint 526.f. & quæ mala inuexerint ibid.g.h.

græcorum imperatores quoties pontifici Ro. rebellarint 527.a. cum eccleſia occidentali unio 527.b

gratianus Viſigothis Ro. imperio imminentibus reſiſtit 7.c

gratianus imp. apud Lugdunũ interficitur 7.d

gratianus apud inſulam Britãniæ, eiuſdem municeps tyrãnidem inuadit 12.f

gregorius Leuita, ex legatione Conſtantinopolitana, Romam optatus redit 108.e. eius ad populum Romanum oratio 108.g. ad Mauritium imp. epiſtolæ ſumma 108.h. ad Sebaſt. Firmien. epiſc. epiſtola 111.a. ad. Teudelindam dialogi 111.d

gregorius pont. pacem cũ Arilulfo conſtituit 114.e. eius geſta 145.c. in Gallias proficiſcitur, eum Franconũ fines ingreſſũ, Carolus Magnus Pipini filius, à 100. Lapide ad palatium ponticonẽ deduxit 149.d. geſta 113.a. uſq; ad 392.g

gregorij epiſtola ad Boatricem & Matildim ſcripta 198.f.g. ad Henricum regem oratores 198.h

gregoriũ põt. Cincius nocte natal. domini, hoſtiã frangentẽ altario deturbauit 199.a

gregorius Henrico gubernationem regni Theutonicorum & Italiæ interdicit 199.d

gregorij

gregorij ad Matildem epiſtola 203.b
gregorius in Caſtello Creſcentij cũ domeſticis obſidetur 204.g. ad menſam, quod rarum eſt, Fredericum admittit 282.g
gregorij in Fredericum expeditio 287.a.b.c
gregorij ad reges Galliæ & Angliæ oratores 290.f
greg. Lugdunum concedit 321.d.322.e
gregorij pont. in Italiam aduētus, exercitus in Florētinos geſta 375.b.c
grimoaldus à Cacanno Bauarorum rege ut copias in patriam reducat impetrat 129.d. Forumpopilium, ex inſidijs noctu ſtructis irrumpit, omnes ad internecionē crudeliſsime occidit 130.e
grimoaldi mors 130.g
grimoaldus Pipini fil. domus regiæ Franc. maior 136.e
grimoaldo ex Longobardorũ reliquijs Beneuentano duci, quibus conditionibus pax data ſit 168.f
groſſoni gens, Chriſtianos in Aſia diuerſis in locis agitant 294.f
gualterius regis Franc. camerarius, in Aſiã nauigat 276.h
gualterus dux Florētinis à Carolo auxilio miſſus, urbis dominio potitur 363.d.364.e. eijcitur ibidem
guelfi, ſtudioſi eccleſiæ à Frederico nuncupantur 288.g
guelfi & Gibell. factionis inſignia 288.h.289.a
guelfi Florentia eiecti, immaniſſime à Frederico tractantur 296.e. nobiles Florentiã reuocantur 299.b
guelforum & Gibellinorum in Hetruria geſta & inter ſeſe fœdera 300.e.f.g.h
guelfarum partium notati oēs Hetruſci patria pulſi, Bononiam confluunt 311.a
guelfis Mareſcallus nouos magiſtratus creat 315.a.b
guelforum nouum cõtra Gibellinos bellum 331.b.c.d
guelfi, magna clade ad Forum liuiũ à Gibellinis merito, afflicti 322.g
guelforum inter ſe fœdera an. 1281. renouantur 326.g. diuiſionis origo 337.b
guelfis Genuenſibus, à Gibellinis oppreſsis, Robertus auxilium mittit 351.b
guerrerius contra Piccininum pugnans capitur 488.h
guererrius Martian. Piccininũ prælio ſuperat fugatq́ 555.a
guilbertus Italiæ cancellarius 194.h
guilbertus antipapa moritur 228.h
guilbertus Hugoq́ excõmunicati dignitatibus priuantur 199.c
guilbertus Rauennas antipapa 215.d
guglagenſes Piccinino ſe dedũt 531.d
guidantonius Manfredus Fauentiæ uicarius 405.c. ad Florentinos à Philippo cur defecerit 417.a.b.c
guidantonius urbinas, Florentinorum exercitui pręfectus 455.c.d
guidantonius Mõtisferetri comes, caſtellum Montonis & caſtella ſeptem agri Tifernatis, pontifici reſtituit 501.a
guidantonius Fauentinus Caſſianum, Porticum, Montem ueterem, Terdociũ, Aureolum, Mutilianã capit 564.g
guido rex Hieroſ. 258.h
guido Antiſiodorenſis epiſcopus in Italiam eccleſiæ auxilio uenit 312.f
guido Corrigienſis potentiſsimus Parmæ nobilis 363.a
guido cardinalis in Italiã, à Clemente pont. Legatus, mittitur 366.e
guido Cypri rex moritur, Almericus frater regno ſuccedit 267.b
guido Cremenſis antipapa 247.d
guido Fabrienſis à Venetis ſtipendio conductus 434.h. à Philippenſibus intercipitur 435.a
guido Feretanus Caſtella à Florentino occupata recipit 336.e
guido Luſignanus regno Cypri potitur 264.d
guido Nouellus Florẽtiæ à Ioꝛdano præficitur 310.h. Furſinonem uſq́ Campaniã populatur 312.f
guido Petramala præſul Arretinus Gibellinarum partiũ tyrannus 352.e
guido Spoletanus dux, rex Italiæ declaratur 178.f
guido Turrianus Mediolanus Guelfæ factionis princeps 343.a
guidonis antipapę mors 251.d
guidonis Petræmalæ mors 355.b
guilelmus Normannus Ferrabach, partis Hetruriæ poſſeſſor 190.e. eius origo ibidem
guilelmus Apuliæ dux nullis relictis filijs moritur 238.f
guilelmo Siciliæ regi pont. ſolita regni iura in feudationē concedit 245.d.246.e
guilelmus Siciliæ rex Rogerio ſuccedit 244.g
guilelmo Normanno rege Siculo defuncto, Guilelmus filius ſuccedit 249.d
guilelmus Rom. pontifici auxilium aduerſus Fredericum Barb. mittit 250.a
guilelmus Siciliæ rex, Macedoniæ Theſſalonicam urbē capit 258.f
guilelmus Longaſpada Balduini genere & alterius Balduini genitor Hieroſolymæ moritur 257.d
guilelmi Siciliæ regis claſsis præfectus Chriſtianis uictis, apud Tyrum apparuit 260.g
guilelmus Siciliæ rex, ubiq́ Chriſtianis Aſiam nauigantibus, mare pacatum reddidit 261.c. diem obijt Panormi 263.e
guilelmus Hollandiæ comes, Alemannorũ Romanorũq́ rex deſignatur 294.g
guilelmus Rom rex, à Friſonũ gente interficitur 306.e
guilelmum Francigenam Aſiam obtinentē Michael Palæologus prælio ſuperatum, Adrianopolim perducit 309.c
guilelmi Gallici in Palæologũ eiusq́ prouincias bellum 311.d
guiniſius à Sfortia proditur 454.g.h

454.g.h
guiniſios genitorem & filios Petrutius ad carceres Papiam perducit 455.a
guiſcardus Bagelardo nepote pulſo Apuliæ comitatum accepit 195.a
guiſcardi mors 206.e
gundobaldus Burgundionũ rex Italiam ingreditur, ac depopulatur 32.g.h
gunianus Aurelianenſium rex 104.h
guntanus regum Franciæ tertius moritur 112.e

H

Habdimelech Saracenorũ Amirathus Africam inuadit 135.c
hæreſcos Eutychianæ damnatio 37.b
hæreſis Arriana in Engoliſma & Burdegalla ciuitate 36.h
hæreſis Monothelitarum 124.f
hæreſis Feliciana damnatur 161.a
halaricus rex anno ab urbe cõdita 1164. Romam ingreditur, in ea res geſtæ, in tãta urbis direptione, duo memoratu digna 10.g.h. apud Cõſentiam moritur, eius ſepulchrum ibi.
halaricus Viſigoth. rex apud pictauos anno ſui regni 12.a Clodoueco prœlio cõmiſſo ſuperatur ac interficitur 36.g
hannibal, Romanus nobilis, hæreticus 282.h
hannibalenſis factio Romæ tumultum concitat 325.b
hannibal Petri Hannibaldi filius & Pandulfus Romæ ſenatores 326.e
halonos direptionibus Turci infeſtant 151.c
hebræi in Gallijs Hiſpaniſq; omnes, Eraclio imperante, baptizati 124.e
hedoardus Henrici regis Angliæ filius, in Aſiam cum ingenti claſſe nauigat 319.d. ab Arſacida trino confoditur uulnere ibi. ualetudinem recuperat 320.e
helmechildis interitus 103.d
hemanuel imp. expeditionem Hieroſolymitanam, gypſo farinæ mixto Chriſtianis dato, impedit 242.g.h
hemanuelis in Venetos fraus, aliàs raro audita 249.a
hemanuel imp. pont. Alexandrum uarijs artibus tentat. 249.d. eius ad põt. oratores 250.e
hemanuelis ad pont. oratores 251.d
hemanuelis ſecũdi imp. in Turciam expeditio 255.d.256.e
hemanuelis imp. contra ius gẽtium in Venetorum oratorem crudelitas 253.d
hẽrici Germaniæ regis atq; im. mors 182.e
henricus Bauariæ dux Aquileiam inuadit 182.g. à Germanis electoribus primus imperator declaratur anno ſalutis 1003. 190.h.
henrici im. geſta 191.a.b. mors an. ſal. 1024. ibi.c
henricus Romam uenit à Stephano octauo diademate ornatur 191.a. Saracenos Capuam obſidentes Italiam linquere compulit ibi.
henricus Conradi fil. imperator declaratur 192.f
henricus imp. cõtra Bohemos 192.f
henricus ſecundus Auguſti, imperatoriſq; titulis Romæ eſt ornatus 192.h. in Normannos, ut eos Apulia deturbet, bellum mouet 193.c.d
henricus Ottonis filius rex & Cæſar 193.d
henricus Saxones prælio ſuperat 199.c
henricus Gregorio pont. inſidias ſtruit 200.g
henrici cum pont. Gregorio reconciliatio 200.g. cum Rodulpho rege bellum 200.h.
henricus Leonina potitur 203 c. Italiã ingreſſus Romã ducit 203.c. à Romanis militibus repellitur ibi. audito de Roberti aduentu nuncio Senas Roma relicta fugit 205.a
henricus tertius Saxones bello aggreditur à quibus uincitur 206.e
henricum tertium, filius Henricus bello perſequitur 230.h
henrici tertij mors 231.a
hẽricus quartus, rex patri ſuccedit 231.a
henrici quarti in pont. Paſcalẽ doli 232.e.f.g.h. 233.a.b
henricus coronatur 233.c
henricus quartus in Italiam ut pont. occidat contendit 235 a. contra pont. Romam uenit 236.f
henrici regis Angliæ ad Alex. pont. oratores 252.f. et à põt. præſcripta ibi.g
henrici Angliæ regis cum Viramo filio bellum 252.h
henricus Frederici filius imperio præficitur 258.g
henricus ſextus Frederici filius rex Germanorũ & Ro. imp. 264.f
henricus Germaniæ imperator Hieroſolymæ curam per legatos ſuſcipit 267.d
henricus Rom. imp. Germanicus in Italiam uenit 267.c. Neapolim deinde Siciliam capit.d. ibi.
henrici copiæ Ptolæmaidã perueniunt, Maguntino epiſ. & duce Saxoniæ præſidentibus 268.e
henricus Ger. imp. morti proximus, filium Romam mittit Fredericum & pontifici commendat 268.h
henricus Balduini frater, imperator Cõſt. declaratur 272.g
henrici imp. Cõſt. mors 275.c
henricus ſecundus comitatum regni Siciliæ permitti feudari donationis iure à Ro. eccl. peculiariter poſsidendum 275.d
henricus Niuernenſis Comes, in Aſiam nauigat 276.b
henricum Fredericus in carcere interfecit 297.b
henrici profugi contra fratrem Alfonſum geſta 315.c
henricus à fratre Alfonſo profugus, in Italiam uenit 315.d
henricum Ricardi regis Cornubiæ filium, Guido Montefortis, Viterbij in S. Laurentij eccleſia, incautum interficit 320.e
henricus Lucenburgenſis ab electoribus imperator eligitur 342.f
henrici in Italiam aduentus 343.a
henrico imperatori omnes Lõbardi, præter Alexãdrinos, fidelitatis ſeruandæ ſacramẽto, ſe

to,ſeſe imperio obligãt 343.a.b.c
henricus Genuam contendit 344.g. Viterbium, inde Romam uenit 345 b. eius imprudentia ibi.c.d
henricus Aretij Robertum regem priuatum regno pronũtiat 347.a. ueneno, à prędicatorum ordinis fratre, in eucharistia dato, morit̃ 347.a
hera fluuius 36.e
heraclia ciuitas terreſtris unica Venetorum 165.b
herachani conſulis geſta, in Romanos perfidia, mors 13.d
heraclius patriarcha Hieroſol. ad Lucium pont. & Philippũ Franc. regem, opẽ rebus afflictis Hieroſ. poſtulatũ mittit 258.e.f
heria à Normannis cremata 175.d
herina à Venetis capta 273.c
henrici 395.e
herodianus, Phaſſas & Demetrius à Totila capiuntur 72.f
heruli & Turingi qui fuerint, eorum in Italiam profectio 29.c.d. geſta 30.e.f
hetruria à Longobardis capitur 102.f. factionibus, Frederici artibus, horrendis repletur 288.f.g. omnis Mãfredo ſubdita 311.a
in Hetruriã Narſes, duces qui deditionem poſtularent fieri mittit 191.a
hetruriæ fines 395.b
hetruria omnis ad pacem perducta Ioannis pont. prudentia, eccleſiæ magiſtratus recepit 324.g
hetruſci omnes Guelfi patria pulſi an. ſal. 1265 311.a
hetruſcorum cum Ioanne Mediol. arch. pacis conditiones 367.b.c. qui olim dicti 395.a
hieronymi ad Oceanum epiſtola 6.g
D. hieronymi ad Paulam Euſtochiumq; de Gothorum in Italiã exercitu epiſtola 8.g.h
D. Hieronymi de calamitate R. ad Principiam uirginem epiſtola 10.f
hieronymus apud Bethleẽ quãdo floruerit 10.e
hieroſolyma an. ſalutis 1004. à Turcis capta 190.h
hieroſolyma à Saracenis capta 125.b
ad Hieroſolymam liberãdam Chriſtianorum ducum an. ſal. 1904. expeditio & catalogus 209.b
hieroſolymæ urbis ſitus 224.h
hieroſolyma à Chriſtianis ducibus luſtratur 224.h. acriter oppugnatur 225.a.b.c. Balduino ſcalis appoſitis in urbem deſcenſo, porta uirefracta capitur ibi.d. templũ Salomonis expugnat̃ 226.e
in Hieroſolymam noua Chriſtianorum expeditio 242.e
hieroſolymam Chriſtiani Saladino dedunt 260.h
hirprandus Liuthprandi nepos, regno eijcitur 147.d
hiſpani à quo & quando ſubacti 3.d
hiſpania à Childeberto & Clotario fratribus Fran. regibus inuaditur 52.f. Cæſarauguſta obſidetur ibi. à tribus Saracenorum regibus occupata, Carolus M. potitur 159.b
hiſpania omnis, Cantabris Auſtribusq; exceptis, à Saracenis capta 136.h
hiſpania à Saracenorum imperatore incendijs ac populationibus fœdatur 273.a
hiſpaniæ regna, Gothica gens mille annos ſupraq; conſeruauit 100.e
hiſtria cũ omni regione, à Hunnis uaſtatur 102.g
hiſtria & Dalmatia nunc Sclauonia dicta 115.d
hiſtria quæ olim dicta 395.a
hiſtri quando domiti 3.d. multis auri milibus pacem à Lõgobardo rege redimere coguntur 109.a. genus hominum in contemnenda morte duriſsimum 569.a
honorij contra Viſigothos geſta 14.e.f.g
honorius im. diẽ Ro. obit 15.d cui tunc legitime nemo ſucceſsit ibi.
honorius eius nominis primus, pont. eligitur 123.d. ædificia & tẽpla ab eo cõſtructa ibi. mors 124.f
honorius ſecundus pont. 239. d. moritur 240.f
honorius tertius pont. 276.f. moritur 280.g
honorius quartus pont. 328.h. moritur 330.f
hormiſda pont. Ro. 37.b. moritur ibi.
hortam, Sutrium, Polimarciũ, Tudertum, Ameriam, peruſiam, Lucεolum Romanus recipit 110.h
hugo Italiæ regno potitur 181.c
hugonis mors 182.g
hugo magnus cruceſignatus, ex Baruli Apuliæ portu copias Dyrrachiũ traducit 210.f
hugonis magni in Aſiam expeditio 210.g
huguitionis fagiolani rei militaris peritia 349.c.d
humagum Petrus Aurius capit 377.c
hunfredus Normannorum comes, Apuliæ princeps moritur 193 c
hungariæ nominis ratio 100.h
hungaria à Tartaris uaſtatur 280.e
hungari, rege in carcerem coniecto, bellum Henrico Cæſari indicunt 198.e
hungarorum rex Italiam irrũpit 182.h. tres reguli in corũ dedecus Othone adnitente Laqueo ſuſpenſi 184.e
hunni Gothis efferatiores, eorum regio 6.f
hunni, Auares cur ſe nuncupẽt 55.b
hunnorum, Gepidarũ, Oſtrogothorum reges, Illyricũ populantur & Thraciam inuadunt 21.c
hunni Macedoniam Thraciãq; ingreſsi, cuncta populantur 87.b. Gothos odio perſequũtur 88.g. ad Narſetem aduerſus Gothos in Italiam ueniunt 88.g. Pannoniam habitatum unde uenerint & qui antea fuerint 100.h
hunni gens egreſſa finibus, Vngaros patrijs expellit ſedibus 177.d.178.e
hunni finibus egreſsi, Germaniam deinde Galliam prædantur 178.f
hydruntum Calabriæ oppidũ, Gothorum obſidione, Beliſarius liberat 73.a
hydruntum Beliſarius recipit 76.f

I

Iacobus de Algerijs Ferrarienſis nobilis 358.g
Iacobi Appiani mors 389.f
Iacobus Antonius Marcel. Arcbum ui captũ diripit 569.a
Iacobus Armeniaci comes Florentinis magna mercede cõductus auxilio contra Galeatium uenit 387.b
Iacobus Caudola copiarũ pontificis in Bononienſes dux 448.e
Iacobum Caudolam potentiſsimum belli ducem Eugenius põt. mercede cõducit 459.b
Iacobus Caudola caſtra contra Ginezanum ponit 460.b. relicto Eugenio põt. ad partes principis tranſit 460. ibi.
Iacobus Caudola principẽ Tarentinum obſidet 497.b
Iacobus Caudola apoplexi correptus moritur 562.e
Iacob. Marchiæ comes ex Francorũ ſtirpe regia Ioannæ agnatus à Neapolitanis rex excipitur 406.h. 407.a. in Gallias fugit 409.a
Iacobi Vermis in Florentinos conatus Ioannes Haucut in irritum repellit 388.f.g
Iacobus Vermes Galeatij dux 387.a
Iacobus Vorago Genuenſis præſul 334.h
Iacobus Teupolus primus Cãdiæ dux 274.h
Iadera à Venetis defecit 269.c. recipitur ibi. b
Iaderenſes pacem à Venetis impetrant 270.e
Iaderẽſium cum Venetis, pacis conditiones 270.e
Iantedeſcus Petramala Galeatij dux 387.a. moritur ibi.
Ibellinũ præſidium à Fulcone Hieroſolymitano rege ædificatum 241.c
Idex fluuius 521.h
Ildouadus Veronæ dominator Papiã uocatus à Gothis, purpuram indutus, rex appellatur 68.f omnes trans Padũ, Venetiæq; regionis urbes recipit 68.h
Ildouadi nomen apud Iuſtinianũ imp. celebre 69.a. Varaiã ad mortem uſq; perſequitur à Buillo, uno ex ſui cuſtodis corpore, in conuiuio cur occidatur 69.a
Illarianum oppidum 395.b
Illius amnis 396.f
Ilmamolini Saracenorum Africanorũ im. in Europã cõtra oẽs qui Chriſtiano nomine cenſerentur expeditio 273.a
Illyrici quando domiti 3.d. nulla affectu iniuria uitalem im. ducem deſerunt 73.c.d. nullius diſciplinę capaces 440.h
Imp. tres potiſsimæ partes 7.d
Imperij oriẽtalis inclinatio prima 127.b
Imperij Cõſtantinopolitani & Romani motus 135.a.b.c
Imperij Romani & Conſtantinopolitani diuiſionis fines incerti 164.f
Imperio inclinanti funditus euertendo, quæ cauſa efficacior fuerit 166.e
Imperij electores 189.c.
Imperator in Germania declaratus antequã Romæ confirmaretur, unam coronam ex palea Modoctiæ, aliera ex ferro Mediolani, cur accipiebat 161.d
de Imperatoris electione ſanctio, à Gregorio Saxone facta an. ſal. 1002. 189.c
Imolæ ædificatiõis cauſa 104.e
Imolã Longob. occupat 107.d
Imola 395.d, pontifici rebellis 523.d
Innocentius pont. Rogerio bellum infert 240.f. à Gulielmo filio uincitur ac capitur ibi.
Innocentius pont. & Lotharius imp. iunctis copijs Rogeriũ Italia expellunt 241.b
Innocentius ex Gallia in Italiã redit 297.c
Innocentij pont. libri 297.c
Innocẽtius pont. 292.g. in Galliam contendit ibi.h
Innocentij pontif. Rom. geſta 240.f. 241.c. 268.g. 275. d. 298.e. 372.c. 392.g
Inſubres 395.a
Ioannam reginam Carolus in Caſtronouo obſidet 384.g
Ioannes Medicius nobilis Florentinus 403.c
Ioanna Iacobum Marchiæ comitem cõiugem ſibi deligit 406.g
Ioanna Ladiſlai fratris regis, Apuliæ hæres 406.g
Ioannæ reginæ in maritũ aſtutia 407.b.c. fraudes ibi.d. coniuratio 409.a
Ioanna à Martino pont. regina Neapol. coronatur 409.b
Ioannæ ſecundæ reginæ Siciliæ mors 491.c
Ioannes quiſpiã Honorio imp. mortuo, tyrãnidem accepit 15.d
Ioannes Accis Vbaldinus Galeatij dux 387.a
Ioannis archiepiſcopi Mediol. contra pontificem machinatio 366.g. per barbutos Hetruriam uaſtat ibi.
Ioannes arch. Med. bellum aduerſus Venetos ſuſcipit 368.f
Ioannis archi. Mediol. mortui Bernabos & Galeatius ex fratre Luchino nepotes Italiæ dominatui ſuccedunt 368.g
Ioannes Barbadicus Venetæ claſsi præfectus 378.g
Ioanni, Beſſæ & Vitali poſt Beliſarij profectionẽ, Italiæ gubernatio ab imperatore demandatur 68.e
Ioannes Bohemiæ rex à Gibellinis in Italiam accerſitus Lucam Bergamumq; capit 357 d. in Germaniam ſe confert 358.f
Ioannes de Bregna Hieroſolymę rex declaratus an. ſal. 1210 Acconem Ptolæmaidã peruenit 274.e
Ioannes Bremus imp. Conſt. 284.c. moritur 286.g. Frederici in Italiam expeditio 284 g.h. 285.c.d. ibi.
Ioannis & Valeriani Græcorũ ducum cum Vlida & Gothildo Gothorum ducibus uaualeprælium 87.d
Ioannis Campſini Conſtantinopolitani, Neapolis præfecti geſta 120.e. eius mors ib.
Ioannes Columna cardinalis, expeditionis in Aſiam legatus 276.g
Ioannes Columna cardinalis quando creatus 354.e
Ioannes Cincius agrum Viterbienſem uaſtat 325.d
Ioannis Conſtantinopolitani epiſc. geſta 111.b.c
Ioannis Cornetani ingenij deſcriptio 563.a.b.c

Ioannes exarchus Rauēnæ pręficitur à Foca imp. 119.d
Ioannis Franciſci Gonzagæ cū Venetis contra Philippū belli ſocietas 432.f
Ioannes Franciſcus Gonzaga marchio Mantuanus munitionib. Brixiæ à Carmagnola præficitur 433.d.434.e
Ioannes Franciſcus Gonzaga Marchio Mantuanus in patriam ſecedit 517.b. Venetorum ſtipendia ſequi oratus recuſat 524.g.h
Ioannes Græcus pont. 189.a. oculis orbatur ibi.e
Ioānes ciuis Ro. cogno. Sictus pont. 189.d. moritur 190.e
Ioannis pont. Rom. geſta 37.c. 99.a. 125.b. 133.a.c. 136.f. 137 a. 177.c. 178.g. 179.d. 181.b. 182 e. 185.c. 186.h. 188.e.f.h. 190.e. 192.f. 323.c. 325.a. 348 h. 359.d. 392.h. 399.a
Ioannes Galeatius Galeatio in dominijs ſuccedit 377.a
Ioānis Galeatij in Lombardia proſperi ſucceſſus & formidabilis in Italia opinio 386.e.f
Ioānes Galeatius, primus eius familiæ ducis titulo Mediolanenſis, ingenti pecunia Ladislao Ro. imperatori data inſignitur 389.a
Ioannes Galeatius Medio. dux bellum Florentinis infert 389.b.c
Ioannis Galeatij uicecomitis interitus 392.e
Ioannes Gallura Piſis expellitur 322.f
Ioannes Gonzaga Caroli frater tragula ictus cadit 559.d
Ioannes Grimaldus Genuen. claſsi Phil. præfectus 461.d
Ioannes Haucut Anglicus uetuſtus Florentinorū dux, Carolo uicecomite Bernaboue & Antonio Scaligero ſociatus, Bononiam contra Galeatium mittitur 387.a. Patauinam arcem recipit 387.c. dolos Galeatij, magna ſui exercitus parte mutilatus quomodo euadat 388.e.f
Ioannes imperatoris dux Iuſtino Florentiæ obſeſſo, auxiliatur 70.g
Ioannis, Ludouici regis filij, Niuernenſis comitis, in Afri
cam expeditio 319.b. mors ibidem e
Ioannes Maria, Ioannis Galeatij uicecomitis filius, à ciuibus trucidatur 396.g
Ioannes Malauolta, à Marchione Mantuano equitatu ſpoliatus, Brixiam ſolus redit 529.b.c
Ioannes Nanonus Genuenſiū libertatis captiancus 506.e
Ioannes Platina, exarchus Italiæ præficitur 133.d
Ioānis Prochitij aduerſus Carolum regem & Gallicos machinatio 324.h. 325.a. 326.h
Ioannes Ricius eques Florentinus ad Alexandriam capitur 388.e
Ioannes Sirmienſis antipapa 251.d
Ioannes tyrannus, uicto Caſtino, aduerſus Bonifaciū omnes copias in Africam ducit 17.b.c. ab eo ſuperatur 19.a
Ioannes Vattari Græcus imp. Venetis bellū gerit 286.g.h
Ioannes Villanus Hiſtoriæ Florentinæ ſcriptor 233.d
Ioannes à Narſete ex Hetruria reuocatur 94.e
Ioannes Romæ præficitur 71.c
Ioannes ſenatores ac patritios urbis Romæ, ſub cuſtodia militum in oppidis Campaniæ relictos, ſtrenuè liberat 81.c.d
Ioannes ac Germani filij, exercitum in Italiā ducentes, Salonas perueniunt 86.h
Ioannes Iulio Præneſtino uicarius, Ro. ſuffectus eſt 247.d
Ioannes Hieroſolymæ rex, Romam proficiſcitur 280.e
Ioles, Petro Antiſiodorenſi imperatore marit. captiuo, per duos annos imperiū adminiſtrauit 177.h
Ioppe urbs maritima portuoſa à Gothfredo capta 228.e
Ioppe à Babylonica claſſe obſidione premitur 239.a. Germanis in patriam reuerſis capitur, ſolio æquatur & Chriſtiani in ea ad unum occidū tur 268.h
Iordanus Hetruriæ præfectus capitur 314.g
Inſula Iouis 188.e
Iporedia 396.e
Iſaacis uiri ſtrenui imprudētia 77.d. Beliſarij conatus cōmeatum Romam importantis remoratur 78.e. in uinculis Totilæ iuſſu occiditur ib.
Iſacius exarchus ingentem theſaurū in Lateranenſi epiſcopio reconditum, quibus artibus ſurripiat 124.f.g.h
Iſacij exarchi mors 125.d
Iſach imperatoris mors 270.h
Iſauri milites, Romam Totilæ produnt 78.f. 84.e
Iſei lacus olim Sebuinus 396.f
Iſeum oppidum Piccininus uiribus expugnat 531.d
Iſnardus dux Genuenſis recuperata libertate creatur 507 a. palatio eijcitur ibi.
In Italia motus 29.b
Italia rerum omnium inopiā, acerrimaq; fame premitur 54.g. ab Oſtrogothis antè Teiæ mortē ſeptuaginta duos annos occupata 95.d
In Italia bellū ab Oſtrogothis per octuaginta annos geſtū 98.e
Italiæ & Romæ duces quando primū præfecti fuerint 102.e
Italiæ ſingulis oppidis & urbibus, ſinguli à Longino duces præfecti 102.e
Italiam uniuerſam fames fatigat 102.f
Italia fame affligitur 110.e. 182. f. 190.e
Italiæ agitationes in Aſiam trāslatæ 118.f. calamitas 131.a
Italiæ & urbis Romæ ſtatus, opera & uirtute pont. Ro. ad quietem perductus 153.b
Italia & Roma imperatoribus uel regibus, uel tyrannis oriundis, finis an. 55. fuit poſtquam Franci italiæ imperio regnoq; ſunt delecti 184.g
Italia à fame ualida inuaditur 206.e
Italiam omnē fames ualida afflixit 241.c. Fredericus Guelforum & Gibellinorum factionum nominibus inficit 288.g
In Italia conditionis rerum mutatio 358.e. 359.a.b. nouus maximus turbo 384.a
Italia tranſpadana 395.a
Italiæ deſcriptionis capita 395. a.b.c.d. 396.e.f.g

itali

Itali ac Gothi ruinā imperij affectant 68.h
Itali quietem à Longobardorū pace nacti 118.h
Italianus Foroiulianus à Piccinino capitur 472.e
Italianus & Alexander Camertinorum Caſtella recuperāt 500.f
Iuris pōtificij ſextus codex an. 1302. editus 335.a
Iudæa omnis quando ſit uicta 3.d
Iudæi omnes, Eraclij imperio ſubiecti, baptizati 124.c
Iudæi an. ſal. 1307. à Philippo Franc. rege, ex omni regno cum ſingulis ueſtimentis expelluntur 340.g
Iuſtinæ, Iuſtini imperatoris uxoris in Narſetem de Conſtant. & Romano imp. bene meritum conuicia 98.h
Iuſtiniani imp. ad Theodatū oratores 42.h. eorum legationis ſumma, ibi. ad Clodomirem, Childebertū & Clotharium Frācorum reges literæ, earumq́ ſumma 42.h
Iuſtinianus imp. Maximinum prætorio præfectum ad reparandas res in Italiā mittit. 71 c. fœderibus uiolatis pace cū omnibus rupta, imprudenter in Saracenos & Bulgaros exercitum ducit 134.e.f
Iuſtinianus ſecūdus imp. exul imperium reſumere tentat 136.h
Iuſtinianus imp. nares à Leontio mutilatus Cherſonam exilio deportatur 135.c
Iuſtiniani in imperium reſtituti crudelitas 137.a.b.c. in Philippicum expeditio 138.g. eius & Tiberij filij mors ibi.
Iuſtiniani imp. ducū de cōmuni cōtra Gothos in Italia bello conſultatio 61.d
Iuſtiniani im. legati, reſpōſum Gothis ferunt, de concordia ab eis poſtulata 67.c. Claſsium in Italiam miſſarum finis 72.f. ducum ac militum in Italia flagitia 73.a
Iuſtinianus imp. auxilia Romanis obſeſsis mittere negligit 83.d. an. quadrageſimo quā ceperat imperare obijt 98.h
Iuſtinopolim in Capraria inſula Bucelinus diripuit 93.d. Genuēſium claſſem ui captā incendit 383.a.b
Iuſtini imp. mors 38.h
Iuſtinus imp. dux Florentiæ à Gothis circundatur & obſidetur 70.f.g
Iuſtinus Feſulis præfectus 71.c
Iuſtinus iunior in imperio Iuſtiniano ſuccedit 98.h
Iuſtinus imperator de Longobardorum in Italiam aduentu certior factus, Italiam frumento iuuat 102.g. moritur 103.c
Iuſtus Volaterris oriūdus, Volaterranis rebellionē in Florentinos perſuadet 449.a. à conciuibus cōfoditur ib.b

K

Kaloioannes Græcorum imp. debitam Venetus præſtat operam 379.a

L

Lacus diui Andreæ 542.e. eius Longitudo ibi.
lacuū Lombardiæ nomina uetera & noua 396.f
ladislai exercitus duces 406.g
ladislaus puer & Ioanna ſoror Caroli patris hæredes 386.f
ladislaus, Carolo rege Neapol. genitus, ad regnum reſtituitur paternum 391.b.c
ladislaus Caroli filius in Rom. imperatorem electus 389.a
ladislaus Guiuiſius, copiarum pontificis, contra Bononienſes dux 448.e
ladislaus Guiniſius Pauli fil. 453.d
lagarolum & Columnam oppida Columnenſium odio, Bonifacius pont. 4. ſolo ęquare iubet 334.h
lagiſium uiribus expugnatū, Stephanus Contarenus militi diripiendum concedit 575.a
lambrus amnis 396.f
lamiſsio Longobardorū rex, Bulgaros maxima affecit clade 100.f
lancea qua dominus Ieſus uulneratus, & ſpongia qua potatus fuit, & ligni crucis pars, Venetis in pignora cur dentur 287.a
lancelottum Carmagnola per ſuſpendium necat 398.e
lantgrauius Alemannorū, Romanorumq́ rex deſignatur 294.g
laodiceam Alexij ciuitatē Tancredus capit 230.g
lauda à Longobardis capitur 134.h
lauda, Mediolanenſibus Innocentio opera conciliatur 297.d
lauda 396.e
laureanus Porticellum diu oppugnatum deditione capit 465.d
laurentes 395.c
laurentius Lauretanorum claſſis Venetæ præfectus 530.h
lauretanus Sermionem oppugnat 541.d
lauretum oppidum triduo oppugnatum, Veneta claſsis capit 380.h
larius lacus 516.e
laterinum Sabinumq́ caſtella Bauarus euertit 354.e
latinorum imperatorū ex Conſtantinopolitano pellendorum cauſa 283.d. 284.e. Conſtantin. imperio per annos 58. continuati finis 309.d
legatus pont. Rauennas archiepiſcopus, ex carceribus Pelauiſini euadit Mantuamq́ ſe confert 311.b. Anſedinū fugat 305.b. Brixiano epiſcopo & exercitu ab Ecelino captis uinctus Brixiam mittitur 306.h
legati pontificis tres 373.b
lemouicas Normanni populātur 175.d
leo pont. Ro. 24.h. Legationē ad Athilā ſuſcipit 25.a. à Romanis crudeliter tractatur. 161.a. eius geſta 169.d. 181. b. 182.e. ibi. 193.b
leonis imp. Conſtant. res geſtæ 27.a.b.c. 28. e.g. 143.a.b.c.d. 144.e.f.g
leo imp. Rom. Rauennaq́ amiſſis, in Conſtantinopolim debacchatur 145.a.b. moritur 147.d
leo ac Cincius Fraiepanes, ciues potentiſsimi Rom. ac ſeditioſiſsimi 236.g
leonis Sphortia imprudentia 496.e.f
leonico capto Mantuanus præſidia imponit 545.d

leonicum Sphortia obſidet 549.a

leonora Caroli regis Neapolitani natarum tertia, Frederico Arragoni Iacobi fratri nupta 335.b

leontius ab Aſimaro nares mutilatus in carcerem cõijcitur 135.d

leontium Conſtantinus im. occidi iubet 137.a

leotharius Vuidirie capto, ac fratre Amingo interfecto, in Tridentinos flectens, febre correptus interijt 97.c

lepidum 395.d

leudrana uallis 554.h.555.a

libya ad corpus reip. iuncta 42.f

libya à Saracenis inuaditur 133.a.136.h

liburni quando domiti 3.d

liburnium Piſanorum portus arcem, Thomas Fregoſius Florentinis uendit 401.c

ligeris fl. 21.b

liguria à Longobardis quam per duodenonaginta annos capere non poterant, occupatur 126.h

liguriæ fines & ſitus 395.a.b

liguſtici à Piccinino, inaudita noſtrorum temporũ bellis calamitate affecti 467.a

lindentum inferioris Pannoniæ tyrannum, toto triennio Dalmatiam & Pannoniã uarijs motibus agitantem, ad deditionem Ludouicus cõpulit 170.h

liris fluuius qui nunc Carlianus 179.d

liris fluuius 312.h

liuthprandus Romæ pont. Stephano ſalutato Papiã ſe contulit 145.b. Spoletano & Beneuentano ducatibus ponitur 146.g. cum Romano ducatu, pacem in decẽ annos firmat 146.h. moritur 147.d

liuthperthus Long. rex 133.d

liuonia regio ad fidem Chriſti conuerſa 273.b

loceolim Narſes oppugnat 91.a. eius ſitus ibi. expugnat ib.

lodouicus uxorem Ermengardam, ex qua tres filios reges tunc ſuperſtites ſuſceperat, morbo confectũ amiſit 170.h. in Britanniam rebelles animos præ ſe ferentẽ exercitum ducit 171.d. qua igni ferroq́ uaſtata Rothomagũ ſe contulit ibi.

lodouicus Gonzaga à Petro Brunorio capitur 515.b

lodouicus & Ioannes Monſtarda Eugenio pont. militant 459.b

lombardia 395.a. quid nunc appelletur 396.e

lombardiæ in Henricum imp. rebellio 344.e

lombardiæ principum cum Ioanne Bohemiæ rege fœdera 358.e

lombardiæ bellum 361.a.b.c.d

lombardiæ pax à Venetis data 362.f

lombardiæ ciuitatibus uicariatus à põtifice inſtitutus 362.f.g. tyranni à pont. in principes legitimos an. ſal. 1339. cõfirmantur 362.f. quies parta 364.e

lombardi ſuis finibus Germanos expellere conãtur 251.b

longinus patricius, Narſeti Romæ ſuccedit 98.b.99.a. contra Gothos Cæſaream cõmunit 101.b. Venetæ regiõis urbibus, præſidia imponit ibi.

longobardorum incremẽti initium, in Romæ atq; Italiæ detrimenta 54.h

longobardi ab Aquileia profecti inuitis Gothorum præſidijs, apud Brixillum ſtatiua cur poſuerint 89.b.c

longobardorum 1200. in Italiam aduerſus Gothos aduentus 88.g. hiſtoriæ ſcriptor Paulus 89.a

longobardi cum eorũ rege in Italiam uocantur 99.a

longobardorum ducum ac regum catalogus 100.f.g. nominis ratio 100.f. origo, primi duces, primus rex ibi.

longobardi quando in Pannoniam primum traducti 100.g. eam quandiu habitarint ibi. per Noricum. Liburniã perueniunt 101.b. Forointliõ cum prouincia potiũtur ibi. Apenninum tranſgreſsi Arimino potiuntur 102.f.g

longobardorum in Hetruriam expeditio 102.f. Clephæ interfecto, triginta duces fuerunt 104.f. quæ anno unico in Italia geſſerint & ſibi ſubiecerint ibi. g. cum Romanis inducias conſtituunt ibi. h. in citeriorem Galliam expeditio 105.b

longobardi iterum in Gallias reuertũtur, omnia cædibus incendioq; fœdant, magna ab Ennio clade affecti in Italiam redeunt 105.c. in Francilionem ducunt exercitum Taurino Eporedia & oppidis quæ ad Alpes pertinent potiti, per Niceam urbẽ Romanã prouinciam ingrediũtur 105.b. Smaragdi aduentu territi, decimo anno poſt quã Clephis interfectus fuerat, regem eius filium Antharim creant 107.b

longobardorum rex inducijs expletis Hiſtriam cædibus & incendijs affligit 109.a

longobardi Legatũ de pace ad Childebartum Francorũ regem mittunt 110.e. inducias uiolant 112.h. cum Foca im. pacem conſtituunt triennio obſeruandam 118.e. de excidio Foriiulij certiores facti, ad Papiæ regiam conueniũt, duces Giſulfo mortuo ſubrogant 119.c

longobardi, Pertherite & Gundiberto regibus & fratribus pacem ubiq; cum pop. Ro. ſeruant 127.d

longobardorum inter ſe motus 127.d

longobardi ſeſe mutuis cędib. affligunt 132.h

longobardorum inter ſe motus & bella ciuilia 134.g.h

longobardorum Foroiulianorum cum Sclauis bella 136.h

longobardorum ducum motus 139.d

longobardi Romanis aduerſus Leonem imperatorem ſuam operam pollicentur 144.f

longobardorum ducum, cum rege Liuthprando bella 145.d.146.e.f.g

longobardorum exterminij initium 155.a.b.c

longobardi

longobardi contra pacis fœdera Rauennã prædãtur 155.c. ſeſe & urbes agroſq; b. Petro dedunt 157.a.b. ducentis & 32. annis Italia ſunt potiti 163.c. in longobardis opprobrium maximum 134.h

lotharius à patre Ludouico Pio, Bauaris præficitur 169.c

lotharium filium in demortui Bernardi Locum, regem Italiæ declarat 170.h. quẽ in Baſilica b. Petri unctum coronatumq; pontifex Auguſtũ appellauit 171.a

lotharius imp. magiſtratus in urbe Roma, qui ius populo dicerent conſtituit 172.e

lotharij imperij fines 175.b

lothoringiæ nominis ratio 175 b. termini ibi.

lotharius imp. imperio abdicato, monaſticum induit habitum 176.e

lotharius Lamberti filius rex Italiæ declaratur 178.h

lotharius ſolo nomine rex, fato fungitur 182.h

lotharium Franc. regem Lothoringiam occupantem, Otho ſecundus in Pariſios redire cogit 187.a

lotharius rex Romanorum à Germanis eligitur 240.h

lotharius imp. Romam cum exercitu uenit 241.a

luca à Narſete obſidetur 96.f. ſeptimo obſidionis menſe à Narſetis ducibus recipitur 96.g. diripitur 347.d

luca Piſano dedita 363.d

lucania à Totilæ militibus capitur 71.b

lucas Antiochia oriũdus 214.g

lucani 395.c

lucanos, Brutios, Calabros Totilas recuperat 80.f.g. Rauennam contendit ibi.

lucenſis populus Gu. 299.d

lucenſibus bellum à Piſanis illatum 299.d

lucenſis ager à Nouello occupatur 310.h

lucenſium in Florentinos improbitas 311.a

lucenſes cur an. ſal. 1285. libertate ſint donati 328.h

lucenſem agrum Braccius Mõtonenſis Florentinorum inſtinctu prædatur 450.g

lucenſes Albi à Nigris expulſi 337.b

lucenſes in Fortebraccij & Froſinatis caſtra, fortiter irrumpentes duces in fugam conuertũt 452.g. quomodo Florentinos caſtris motis recedere cogant 453.a

lucenſium ad Florentinos legatio 455.a.b

luceolũ Romanus recipit 110.h

luceria à Græcis capta, uaſtatur & ſolo æquatur 128.f

luceria Saraceni potiuntur 290.h

luceriam, Saracenorum refugium, Carolus oppugnat 314.g

luchinus uicecomes Brixia & Pergomo potitur 362.e

lucianus Aurius Genuenſium claſsis præfectus 377.a

lucij pont. Roma. geſta 242.e. 243.a.257.c.258.g

lucretia Thebaldi mater in cuſtodiam traditur 402.g. feneſtris cubiculi dilapſa Forumpopilium cõcedit 403.a

ludouicus Bauarorum, Auſtraſiorum, & Germanorũ rex, patris Caroli teſtamento declaratur 165.c

ludouicus Pius imp. conuentu apud Aquiſgranum habito pacem cum quibus pater cõſtituerat, cum iiſdem renouat in Græcia & Italia 169.b in Danos reges Eroaldum et Ranfredum ducere intendit 169.c. apud Aurelianos ungitur & imperiali diademate inſignitur 169. Vaſcones & Britones rebellionem intentantes reprimit 170.e Aquiſgrani in conuentu Saracenis pacem concedit, Lotharium primogenitum imperij conſortem declarat, Pipinum ſecundum filium Aquitaniæ, Ludouicum tertiũ Bauariæ reges declarat 170.e.f

ludouicus & Pipinus Saracenis apud Aquitaniam præualentibus reſiſtunt 172.f.g

ludouici imp. mors 174.h

ludouici Lud. fil. regni fines 175.b

ludouicus in ſuo Germaniæ regno moritur 176.e

ludouicus Caroli Calui fil. Balbus Franciæ rex inungitur 176.f

ludouicus Arnulfi filius eius nominis tertius, in regẽ Frãcorum Germanorumq; genitori in titulo imperij ſubrogatur 178.h

ludouici Boſonis Burgũdiæ regis filij, in Italiam per Taurinos ingreſſus 180.f

ludouici Boſonis, ſecundus in Italiam deſcenſus 180.h

ludouicus Franc. rex Conſtantinopolim delatus, ne Hieroſolymitanis Chriſtianis opẽ ferat Hemanuel imperator impedit 243.b

ludouicus Franc. rex à Saracena claſse interceptus à Rogerio liberatur 243.c

ludouici regis Franciæ, contra Barbaros infideles expeditio 318.h

ludouicus rex Tunetis portum obſidet 319.b. morit ibi.c

ludouicus Amidei filius 344.h

beatus Ludouicus in ſanctorũ numerum relatus 335.a

ludouicus Bauariæ, & Fredericus Auſtriæ duces, imperatores ab elect. eliguntur 348.e Fredericus à Ludouico ſuperatus in carcerem conijcitur ibi.f

ludouicum Bauariæ ducem Ioannes 22. pont. imperatorẽ confirmare recuſat 348.h 351.a

ludouicus Bauarus in Italiam à Gibellinis accerſitus uenit, Mediolanenſes ingenti pecunia accepta libertate donat 354.h

ludouico Bauaro Brixiæ Guido Petramala coronam ferream imponit 354.h

ludouicus per Hetruriam, Romam, acceptum coronam, uenit 355.b

ludouicus Romæ corona adulterini imperij ornatus, Petrum Corbarienſem antipapam eligit 355.d

ludouici Bauari ruinæ initium 357.a.b

ludouicus Bauarus ignominia onuſtus in Germaniam redit 357.c

ludouici Hungariæ regis cum Ioanna pacis conditiones 366.e
ludouicus Tarenti princeps, regni Neapolitãi corona à Clemente pont. inſignitur 367.a. pacem cum Ludouico Vngariæ rege renouat 367.ibi.
ludouicus Friſceus Genuenſis nobilis 375.f
ludouici Andegauenſis in Italiam aduentus & geſta 385.a.b. mors ibi.c
ludouici Hungariæ regis mors 385.d. 386.e
ludouicum Melioratum cum copijs Carolus Malateſta auxilio mittit 399.d
ludouicus Obicius copiarum Florent. dux mercede conductus 403.c
ludouicum Andegauenſem ex regia ſtirpe in Italiam accerſitum Martinus pont. regẽ Siciliç declarat 409.c. Ioãna in filium adoptat 411.b
ludouicus Aleduſius Lucretiæ genitor, noctu proditione capit 412.g.h. in famoſum Modoctiæ carcerem conijcitur 413.a.b
ludouicus Manfredus à Florentinis in carcerem coniectus 448.e
ludouicus canis cum Florentinis pro lucenſibus bellũ gerit 451.d
Ludouicũm Columnã Philippus Cremonæ præficit 459.d
ludouicus columnenſis trecentos Carmagnolæ equites ad Cremonam intercipit 460.f
ludouicus Rhotomagenſis archiepiſcopus 561.d
ludouicus Aquileienſis legatus copiarũ pont. dux 564.h
ludronium urbem Marchio & Piccininus quindecim diebus oppugnatã capiũt 541.d
lugani lacus olim Eupilus 396.f
lugdunum, Arelatem & Maſsiliam Carolus in ſuã redigit poteſtatem 142.e
lunæ urbis ſitus 395.b
lupi Longobardi, in ſuũ regem rebellio 129.b.c. mors d. ibi.
luppia amnis 159.a
lybus à Iuſtiniano cũ claſſe in Siciliam miſſus Syracuſas ingreditur 86.h
lyburnum captum Genuenſes ſolo æquant 336.e
lyris fluuius 290.g
lyſimarus iuſſu Iuſtiniani imp. occiditur 137.a
macedones à Rom. quãdo ſubacti 3.d
macedonia ubiq; à Gothis uaſtata 5.d
macedoniæ regnum quandiu durarit 4.g
macedoniam Hunni populantur 87.b
macometi genus, ingeniũ, cõciones 123.a.b
machurius Hydrũti præfectus Tagnarim Tarenti præfectũ inſidum pugna cõmiſſa uincit ac fugat 92.e
macra amnis 92.h. 395.b
macræ fluuij origo 401.a
macrianus dux Gothos in Achaia ſuperat 5.d
madernum caſtellum 528.g
materni arcem Piccininus recipit 553.d
magiſtratus in urbe Roma primum conſtituti 172.e
maginulfus antipapa 228.h
maior lacus olim Verbanus 396.f
malateſta Panduli fil. ſenator Romanus 390.h
malateſta Ceſenas uicarius ab equo effreni in hoſtium turmas inuectus capitur 557.a
malateſta ad hoſtes trãſit 577.a
malconſilium inſula 270.e
maiochus Melphiam recipere conatur 190.g
pons Mammeus 233.b
manfredus ex concubina nobili muliere ſuſceptus, Frederici filius 296.f
manfredus princeps Tarẽtinus 296.f. teſtamentum à Conrado factum ſupprimit 297.b mortuo Innocentio & Conrado ubique in Italia tumultus concitat 298.f. Hetruriã Lombardiam & Tranſpadanam prouincias in ſuis partibus retinere cõtendit 299.a. in concione publica à põt. legato excõmunicať 299.a miſsis Piſas & in Lombardiam nuncijs, paternæ factionis Gibellinos fouere curát 301.a. ſubſidium Senenſibus mittit 301.d. Marciã ſuis partibus Hetruria potitus cõſentire cogit 312.f. in prælio cõtra Carolũ occũbit 314.f
manuſtra urbs 213.e
mantua uaſtatur 94.e
mantuæ ſitus 107.d
mantua à Romano exarcho cõpijs munitur 110.h. à Longobardis capitur, mœnibus euerſis immunita reddiť 117.d. Ecelino mortuo pacem eccleſiæ ſeruat 311.b
mantua 396.e
marada urbs 214.h
marcharia Gazaq; oppida à Fred. ııı capta incẽduntur 284.h
marchariam Sphortia capit 574.h
marchia Taruiſina 395.a
marchiæ Anconitanæ fines 395.c.d
marchionis Eſtenſis cum Venetis contra Philippum belli ſocietas 432.f. prouidẽtia & amicitiæ cum Venetis redintegratio 532.f.g
marchiones Eſtenſes 340.h
marchio Mantuanus rebus Venetorũ felici ſucceſſu creſcentibus in patriã ſecedit 471.b
marchio Mantuanus in Mediolanenſem agrum exercitum ducit 516.e
marchio Mantuanus omnia agri Veronenſis caſtella Ateſim inter & Mincium ſita occupat 529.b
in Marchionis Mãtuani in muniẽdo Pado induſtria 534.e
marchio Mantuanus Veterem Veronæ arcem oppugnat 559.c
marci euangeliſtæ corpus uenetias translatũ 172.h. & quomodo factũ ſit narratur ibi. & 173.a.b.c
marcus Caſsina Genuenſ. libertatis capitaneus 506.e
marchuſus, quem Iſac infima plebe in patricium protoueſtiariumq; extulerat, Alexium filium imp. manu propria necat 271.a
mareſcallus iuſſu Caroli aduerſus Senas Piſasq; ducit 314.g
maria, regis Vngariæ filia, Caroli regis Neapolitani uxor 335.b
marſilij mors 362.e

martam

martam Piccininus capit 460.f
martinengius Cæſar à Sforuanis capitur 556.g.h
martinēgenſes Venetorū imp. Sphortia recipit 568.e
martinus Ebroini fraude perit 134.g
martini pontific. Roma. geſta 126.f.127.c.176.g.182.f.325.c.328.g
martini pont. nepotes Columnenſiū familia oriūdi 458.g
marutini 395.c
maſſa Trabaria 395.d
maſsiliā Alfonſus rex occupatam prædatur 412.f
maſsius Caluus in concilium Bonon. uocatus trucidatur 449.d
maſtinus Scaliger Veronenſis nobilis 359.a
maſtini Scaligeri in locandis caſtris imprudentia 361.c. infelicitatis initiū ibi.d. in Italia geſta 360.e
maſtinus copias Luchini, Philippini & Marſilij ad Veronam fudit 361.b.c
mattheus Vicecomes Gibellinę factionis Mediol. princeps 342.a
matthæus Lomelinus Genueſ. libertatis capitaneus 506.e
mauldis mors 234.e. & eccleſiæ Ro. dona ibi.
mauldis & Gothfredi paterna origo 194.g
mauri Corſicā premētes à Pipini duce inſula ſunt eiecti 165.d
mauri in Siciliā delati late incendia committunt 172.h
mauritij imp. Lex 111.b
mauritius imp. cis & ultra Danubium Hunnos Pannonia pellere aggreditur 112.f
mauritij imp. in rebus Rom. negligentia 113.d
mauritius Conſt. imp. 104.g Childeberto ingentem uim pecunię ut Lōgobardos Gallia Ciſalpina pellat pollicetur 109.d. Gregorium pont. perſequi cur ceſſet 116.h. apud Chalcedonem uno & uigeſimo imperij anno ſecuri percutitur 117.b
mauritij chartularij in Iſacium exarchum coniuratio 129.b.c. mors ibi.d
mauritius patricius & Heliasſpatharius iuſſu Iuſtiniani imp. Cherſonam capiunt, ciues partim interficiunt partim igni aſſatos trucidāt 137.b
mauricius nomine Gregorius antipapa 236.h
maximini imp. ducis in Italiā miſsi belli imperitia 71.c.d. ignauia 72.e
mediolanum urbs populoſiſsima 63.a. magnis difficultatibus inuoluitur ibi. Martinū & Vliarium cum magnis copijs Beliſ. mittit ibi.a.b. à Gothis deditione facta capitur ibi.c. à Lōgobardis captum 102.f
mediolanum, Papia, Brixia, Verona, & omnia eiuſdem regionis oppida quando ſine magiſtratu recta fuerint 101.d
mediolani uicariatum Ioānes archiepiſc. Luchini frater accipit 365.d. ſolo æquatū 246.h
mediolanum 396.e
mediolanenſis eccleſia, quæ ſe per 200. an. ab eccleſia ſubſtraxerat, ſubiectionem recognouit 194.e.195.b
mediolanenſis epiſcopi aperta in Gregorium pont. coniuratio 199.c
mediolanenſium cum Frederico cruentum bellum 285.d
mediolanenſes Papienſem agrum populantur 254.g
mediolanenſes familiæ potentes, Turriani & Vicecomites 343.a
mediolanenſium arma ciuilia 343.c.d. ad Philippum oratio 437.d.438.e
mediolanenſes ad Beliſariū deficiunt 58.g
Medoacus amnis 88.g.547.b
medulam Piccininus ſexto die expugnatam capit 562.h
meligadij & Vlithi Peruſię militum pręfecti diſsidium 91.a
melo Veneti potiuntur 273.c
melphia à Guilelmo Normanno capta 190.g
mennæ & Geminiani E. ſacellū Venetijs Narſetis impenſa factum 89.d
mergat caſtrum 214.h
meroneus primus Francorum rex Chriſtianus 143.a
cum Meſis quando bellatum ſit 3.d
meſopotamia ſub quibus imper. in iura pop. Ro. conceſſerit 3.d
in Meſopotamiam Rom. exercitus aduentus 3.d
metenſium rex Theodebertus prouinciam Ro. cuius caput eſt Maſsilia inuadit 39.b
metenſium duces Theodebaldi regis, quæ circa Padū ſunt prædantur 93.d. cum Siſualdo rege pactionem incūt occultam ibi.
Metenſium regis ducum cum Oſtrogothis aduerſus Narſetem conſilium, conuentio, & expeditio 96.e.f
methamaucenſis ciuitas incendio primū conſumpta, poſt inundatione ſubmerſa eſt 231.b.c
meuaniam cardinalis Florentinus recipit 551.d
michael Conſt. imp. inchoatā à Nicephoro pacem cū Caroli oratoribus confirmat 168.e. Bulgaros prælio aggreſſus ab eis fugatus copias amiſit 168.h. imperio ſe abdicat ibi
michaelis imp. Conſt. ad Ludouicum Legatio 171.d.172.e
Michael Conſt. imp. moritur 174.h
michael an. ſalut. 1800. Conſtātini filius cū tribus filijs imp. Conſtantinopol. eijcitur à Nicephoro 201.b
michael Dioclizis imp. conſors ab Alexio accipitur 202.g. occiditur ibi.
michael Palæologus Græcorū imperator Theodori filijs tutor relictus in Latinos multa aggreditur 309.c. Cōſtantinopolim proditione capit, filijs Theodori imp. ſibi commiſsis interfectis imperium aſſumit 309.d. inducias quinquennales cum Venetis conſtituit 320.h. ad cōciliū Lugdunenſe ſe confert 322.e
michael Palęologus excommunicatur 326.e
michelottum Attendulum eccleſiæ militātē Eugenius pōt. Florent. auxilio mittit 458.h
michelottū Florent. copiarum reip. præfectura honeſtant 461.a

micheletus

micheletus receptis Caſtellen/ſibus & de Volaterranis ple/riſq; oppidis Trebũ ad Flo/rẽtinos redire cõpellit 465.a
micheletus & Tollentinas mul tis de Senenſibus captis, om nia propè quæ erant de Piſa nis perdita Florentinis reci/piunt 465.h
micheletus Attendulus copia/rum pontificis contra Bono nienſes dux 448.e
micheletti Attenduli uigilantia 571.a.b
micheletti ad eccleſiaſticos mili tes oratio 572.b
micheletus Sphortianus dux 566.g
mileti Soldani in Eugeniũ põt. fidelitas 482.f. prudens con ſilium g
mincij amnis oſtium 89.b
mincius amnis 89.b.97.b.305 b.366.f. 387.d
mineruium caſtellum 528.g
miniatenſis populus Gu.299.d
mimulfi ducis à Longobardo-rũ regè, ad Galliam defectio 109.d. mors 110.f
mirandulam Sfortia concedit 454.h
miſſeſſus occiſo Cõſtãtio imp. imperium obtinere adniti/tur 130.g. eius mors ibi.h
modoetiæ Palatium ab Agilul-pho ædificatum 113.a
modoetiã Ecelinus oppugnat 307.d
molariã Caudola recipit 460.h
molis Adriani, caſtelli Creſcen tij ſiue S. Angeli an. ſal. 1400 reſtitutio 390.h
molliuechium Piccininus diri-pit 562.b
monſcalerius 396.f
monſilicis ſitus 107.d
monſilicis ciuitas à Longobar dis deſtruitur 113.c
monſilicis eccleſiæ ſe dedit 306.f
mons regalis 396.f
montaltum pont. recipit 229.c
montananigra 214.g
montelongus Parmæ legatus à Frederico biennium obſeſ ſus erupitione in Saracenos facta, uictoria Vrbe eius ex/ercitu partim cæſo partim fu gato potitur 295.a.b.c
montelongus patriarcha Aqui leienſes Paduam in eccleſiæ partibus continet 306.b
montefalcanenſes ad pontificis ditionem redeunt 500.f
montemparum Fredericus ex pugnatum incendit 285.c
montemcompatrum Caudola recipit 460.h
montemrotundum Fortebrac cius capit 474.g
monticulenſes Piccinino ſe de-dunt 531.d
montimalo capto Caſtrutius præſidium imponit 354.g
montisferrati regio 396.e
montisferrati Marchionis cum Venetis fœdera 438.h
montisferrati Marchionem Ve neti cur pecunia iuuẽt 459.d
montobium Piccininus occu/pat 450.e
monzanigam Abduenſis Gla-reæ oppidũ deditiõe Sphor-tia capit 568.f
moras Gothorum dux Acheru ſiæ præfectus ad Iuſti. Imp. de ficit 88.f
morchulſus, quem Iſach ex infi ma plebe in patricium pro/toueſtiariumq; extulerat, A-lexiũ fil. imp. manu propria necat 271.a
moſa amnis 274.h
mothonum & Coronum rebel les à Venetis ſubiguntur 273.d
mundilas auxiliares copias à Beliſario conceſſas Mediola num deducit 60.g. à Medio/lanenſibus recipitur ibi.h
muraſis urbs à Chriſt. ducibus capta 213.d
murmanium apud Britones ad regnum aſpirantem Ludo/uicus Pius interfici iubet 170.e
mutina quãdo deſtructa 107.d
mutinenſes agros Fredericus uaſtat 292.e
mutina 395.d
mutinenſes eccleſiæ partibus fa uentes 311.c
mõſpeſſulanus quondam ſub/ſtantio 142.e
muttonum arx prævalida 301.b
muttonium captum Carolus Lucenſibus poſſidendũ con cedit 316.f

N

Narbonam, Nemauſum. Aga/then, Ricechicum, Altimuri/um Subſtantionem & Buer/ras Viſigothi quando inco/luerint 142.e
narniam Narſes obſidet ac reci pit 91.a
narniam Spoletinus Longob. dux capit 144.e
narſes audito Anconitanorum periculo cum 5000. in Italiã traijcit 61.e
narſes eunuchus Italico bello dux à Iuſt. imp. præficit 87.a Philippopolim peruenit ibi.b
narſetis magnificentia 85.f
narſetis in aula imp. munera, 87.a. uirtus & pietas, clemen tia, liberalitas ibi.
narſes ex Illyrico mouens quà Rauennam & quibus diffi/cultatibus peruenerit 88.g. h 89.a.b.c.d. 90.e
narſeti Loccolim oppidum op pugnanti Toulæ mors nun-ciatur 91.a
narſeti ad primum Romæ obſi dionis tempus, belli ſocietas à Burgũdionibus & frãcis cũ Gothis inita nunciatur 91.b
narſes Romã obſidet 91.c. plu-ribus ſimul locis mœnia ag/greditur, eius milites loca re-motiora petentes ſcalis mœ-nia conſcendunt, urbs capi-tur ibi.d
narſes omnes Campaniæ ciui/tates præter Cumas, multas in Lucanis, nõnullas in Bru tijs per duces ſuos recipit 95 c. Cumas qui obſiderent mit tit 95.c
narſetem Teias omnibus co/pijs aggreditur 95.b. utrinq; acerrimè pugnatur, magna ſuorum clade confoſſus telo cadit ibi.c
narſes Gothis ad Niceriam ui-ctis Oſtrogothorum omni/no delendis animum adijcit 95.d. Romam uenit 96.e. in Etruriam proficiſcitur ibi.
narſes ad Lucam urbem uenit, caſtris ad Auſerim amnẽ me tatis illuc omnes copias con trahit 96.f
narſes Gothis, Oſtrogothis, Burgundis. Francis & eorũ ducibus ſuperatis Romã ue-nit

nit 97.d. pacata armis Italia,
à Romanis ciuibus perditiſ/
ſimis, apud Iuſtinum impe/
ratorem defertur 98.h. Nea-
polim ſecedit 99.a. Romano
imperio Gothis uictis, quæ
armis conquiſierit 98.e
ad Alboinum regem Longo
bardorum mittit qui ſuade/
ant ut relicta Pãnonia gentẽ
Longobardorum in Italiam
traducat 99.a. à Ioanne pa-
pa conſul Romanus declara
tur, Romam reducitur 99.b
nauale oppiduiu Carrarius ca
pit 383.d
nauarræ regis in Africanos infi
deles expeditio 319.b
nauarræ regis interitus 319.d
naues Barbottæ 22. bombarda
rum capaces 531.a. earũ ſtru
cturæ deſcriptio ibi.b
nauſerius Aquitaniæ dux 153.d
nauis quinquaginta bombar/
das perferentis deſcriptio
531.b
naulum Marchiones Carreten
ſis Riperiæ occupant 376.g
naxo Veneti potiuntur 273.c
neapolis à Totila graui obſidio
ne premitur 71.c
neapolitani Totilam & exerci-
tum in urbem apertis portis
recipiunt 72.g
neapolis ab Eleuterio capitur
120.h
neapolitani ciues ſe & urbem
Gothfredo dedunt 226.h
neapolis 395.c
neapolis à Henrico ſexto obſi/
detur 264.g
neapolitani regni motus 364.f
neapolitanorum ciuium inter
ſe, Ioãna regina mortua, mo
tus 491.c.d
nicea urbs 211.b.c
nicea duobus & quinquagin/
ta diebus oppugnata à cru/
ceſig. ducibus Turcorũ ma/
nibus eſt erepta 212.e
niceæ ſynodus ſecunda 160.e
nicephori cõtra Pipinum in Ita
liam claſsis 166.e.f
nicephori imp. mors 168.e
nicephorus Turcos & Sarace-
nos ex Aſia Aegyptoq; mer-
cede cõducit 201.d. imperio
priuatur 202.f
Nicolaus Abbergus S. crucis
cardinalis coniuratorũ ma-
nus Bononiæ quomodo ef-
fugerit 447.c
Nicolaus Eſtenſis Ferrariæ ty/
rannus 354.f
nicolaus Eſtenſis Ferrariæ nobi
lis 358.g
nicolaus Guerrerius Piccinini
dux 457.a
nicolaus Iuſtinianus Genuenſ.
libertatis capitaneus 506.e
nicolai magni corpus Smirnæ
reperti Venetias defert 216.e
nicolaus Maluicius in conciliũ
uocatus trucidatur 449.d
nicolaus Marchio Eſtenſis Par
mam Philippo reddit 399.d
nicolaus Marchio Ferrarienſis
Florentini exercitus genera
lis præfectus 433.a.b
nicolaus Nigronus Genuenſis
claſsis præfectus Sigeſtrum
à Venetis obſeſſum comme
atu iuuat 470.f.g
nicolaus patritius Triuiſanus
Venetæ claſsis præfectus
461.c
nicolaus Piccininus patria Pe/
ruſinus 416.h
nicolaus Piccininus Philippi
corculum 479.c
nicolaus Piccininus Bolognen
ſium pontifici reddit 501.d.
502.e
nicolaus Piſanus claſsis Vene-
torum præfectus 368.c. à Pa
gano Genuenſiũ claſsis præ
fecto ſuperatus Genuam in
carcerem perducitur ibi.f.g
nicolaus Piſanus Florent. mer/
cenario peditatui præficitur
564.h
Nicolai pontif. geſta 194.h. 195.
c. 324.e. 330.f. 333.a. conſtitu
tio. Neminem regio ſangui/
ne ortum, ſenatorem urbis
de cætero fieri 325.a
nicolaus ſcriba Romæ publi/
cus capitolium pulſis ſena/
toribus capit 364.h. eius ge-
ſta 365.a. in carcere Aueniо-
ne detentus ibi.d
nicolaus in tribunatum carce/
re eductus reſtituitur 368.h.
interficitur 369.a
nicolaus Tollentinas oppugnã
dorũ urbiũ peritia excellẽs
ad Carmagnolam à Venetis
mittitur 435.b.c
nicolaus Tollẽtinas copiarum
pontificis contra Bononien-
ſes dux 448.c
nicolaum Tollentinatem Phi/
lippus Carmagnolæ copijs
opponit 459.d
nicolaum Tollentinatem ponti
fici militare cur Veneti & Flo
rentini permittant 461.a
nicolaus Tollentinas Philippũ
cur deſerat 461.a. Caudolã
inſequitur ibi. maritimã agri
Senẽſis partẽ prædat 468.h
Florẽtinorũ dux belli 479.d
nicolai Tollentinatis equo ex
præruptis rupibus præcipi/
tati Florentini funus hone/
ſtant 492.g.h
nicolaus Vgianus nobilis Flo/
rentinus 403.c
nilus amnis 279.c.d
noradinus Turcorum rex mo
ritur 255.c
noricus prouincia unde Baua/
ria dicta 55.b. eius limites ibi.
Normãniæ, Flãdriæ, Carnotiq;
comites cruceſignati Dyrrachiũ
copias perducunt 210.f.g
normãni Galliã populant 175
normãni quõdã Emergi 175.d
normannorũ rex Rothiſredus
fit Chriſtianus 176.f.g
Normanni præda in Gallijs fa/
cta claſſem 360. nauium Cõ
ſtantinopolim ducunt & ſub
urbanis illius ſpoliatis in Bri
tannicũ mare redeunt 177.a
Apuliam tenẽtes Græcis præ
lio acerrimo concurrunt
192.e. Beneuentum capiunt
põtificem in prælio captum
Romam deduci curãt 193.
c. excommunicantur 199.a
normanni S. Aegidij, Flandrẽ/
ſisq; comites, uoto liberandæ
ab infideliũ ſpurcitia Hieroſo
lymæ compotes facti, in patri
am redeunt 228.e
Normanni Præneſtinos, Tuſcu
lanos, Neumãtanos rebelles
põt. iuſſu uaſtant 295.b
nouarienſis epiſcopi ducis Me
diolani oratoris in pontificẽ
inſidiæ 492.h. 493.e
nouiomagum Normãni popu
lantur 175.d
nuceriã Carolus recipit Sarace
nis duplicatum tributũ pen
ſuris & perfugis Chriſtiani
nominis redditis 320.f
nucerinum eccleſiæ oppidum à
Sfortia capitur 477.a
nucertam

nuceriam cardinalis Florentinus recipit 552.e

O

Obiciorum familia 337.b
octauianus Roma. factioſus 246.e.f
odoacris regis Herutorum & Turingorū Anno ab inclin. rei Rom. in Italiam profectio 29.c.d. de Oreſte Ro. duce uictoria 30.e. rex à pop. Ro. appellatur 31.b.c. à Theodorico uincitur 33.b
Oldradus quibus dolis Caſtellionem oppidum munitiſsimum ceperit 420.f.g
ollius amnis 306.h.312.g. 387.d
olympius exarchus Sicilia Saracenos expellit 127.b. moritur ibi.c
omianij Piccinino ſe dedunt 531.d
opitergium Longobardus diruit 130.f
opitergium 396.g
oppicinus à Genuenſibus confoditur 506.e
opprobrium in Longobardis maximum 134.h
oppugnationis modus inauditus à Florentinis contra Lucenſes intentatus 452.h
oratorum principum & populorum undiq; ad nouā pōt. aduentus 458.h
oriculum Longobardi occupant 155.d
orlandini ignauia 565.a.b
oſtaſius Polotenſis Rauennas nobilis 358.b
oſtaſius Polotenſis Rauanę, Tyberiani & Bagnacaualli pro Ro. eccleſia præfectus 522.h. præſidium à Venetis petit 523.a
oſtrogothi, Thriphali, Aſtringi, Nomiuli, Carpi 300000. uirorum in Ro. prouincias perduxerunt 5.b.c
oſtrogothi Hunnorum imperiò ſubijciuntur 6.f
oſtrogothis ſumma in Italia pax 33.c
oſtrogothorum & Viſigothorū genus ſuis regibus an fidele fuerit 69
oſtrogothi in Italia ante Teię obitum quandiu commorati 95.c
oſtrogothorum nomen in Italia quando euaneſcere cœperit 95.d
oſtrogothi Lucam & Forūcornelij audita ſuorum clade inſtaurant commeatu ac præſidio muniunt 96.e
oſtrogothi belli octauodecimo quàm fuerat inchoatum anno finis 97.d
otho Roberti quondam Saxoniæ ducis filius in Francorū regem aſſumptus 176.g
oſtrogothorum regnū, ſeptuaginta duos annos in Italia protractum, funditus ſublatum 99.c
othonis imp. natura, ingeniū, animi dotes 182.e
otho Vgonem iterato rebellantem ſecunda in Franciā expeditione compeſcuit 183.d.184.e. iterato Romam cū filio & paratiſsimo exercitu uenit 185.d.186.e. primus in Vienna Auſtraſiorum moritur 186.h
otho Henrici filius Matilde ſuſceptus Theodorici Saxoniæ regis filia, in regno imperijq; titulo eſt ſuffectus 182.e
otho Ludouico regi Franc. conſanguineo, etiā aduerſus ſororij Vgonis conatus ſuccurrit 183.b
otho liberato Ludouico, Bozlaum Bohemorum regem domat 183.d
otho ſecundus naſcitur 183.a
otho Vngaros in Germaniam irruentes magna clade afficit 184.e
otho à Ioanne duodecimo coronatur 184.h
othonem filium Otho Germaniæ regem apud Aquiſgranum coronat 184.f
otho edomitis Romanis in Germaniam redit 185.a.b
otho ſecūdus ex Italia ab imp. Conſtantinopolitanis fugatur 187.c.d
otho 2. Pariſiorum ſuburbia incendit 187.a
othonis ſecundi mors 188.e
otho ab Agapito pont. & proceribus in Italiam acceſſitur Berengarium & eius fil. Albertum regno deturbat, Alundam carcere eductam in uxorem accipit 183.a
otho filius Græcis prælio congreſſus eos fudit ac penè omni Calabria Apuliaq; eiecit 186.g.h. à patre conſors imperij, à pop. Rom. imperator declaratur ibi.
othonis tertij in Italiam aduentus 188.g. eius regni anno undecimo ibi.h
otho tertius imperator coronatur 188.b
otho tertius Romam ad ſedandos tumultus exercitum adducit 189.c. à Romanis ueneno interficitur 190.g
otho Burgundiæ dux moritur 267.b
otho quartus Rom. rex ac imp. 268.h.273.b
otho dux Saxoniæ imperator coronatur 269.a
otho quintus Germ. imp. electus 273.c
otho quintus Radicofanū mōtem Faliſcum, & Romandiolæ eccleſiam inuadit 274.e. imperio priuatur ibi.f
otho cum Philippo rege Fr. cōgreſſus ſuperatur 275.c. aquilas imperiales amittit ibi. moritur ibi.
othonius Parmēſis copiarum Ioan. Galeat. dux 389.c
ottonius Ruffi Parmenſis fil. Piccinini dux 457.a

P

Padua euerſa 41.c.d
Paduam, Taruiſium, Aquileiā Bucelinus peruagatus ſub amicitiæ nomine prædat 93.d
paduæ urbis ſitus & quandiu ſine mœnibus fuerit 113.b
padua Ecelini artibus in ſeruitutem redacta 285.b
paduam, ſtudium quando primum ex Bononia translatū 292.e. legatus pont. capit 305.b
padua ſe in libertatem eccleſiæ uendicat 308.e
padua 396.e
paduanum agrum Fredericus uaſtat 284.h
paduſa palus 66.g
paduſa fluuius 523.b.c
padus fl. 88.h
padi ripa ad Venetos pertinet aduſq; Mincij annis oſtium 89.b

paganus Bulgarorũ rex 153.c
palauicini cum Venetis fœdera 438.h
palianum Iacobus Caudola recipit 460.h
palinuro Armenio cũ noſtris militare ſolito Chriſt. duces Armeniam captam regendã attribuunt 213.c
pallas Strocius nobilis Florentinus 403.c
pandulfus Brixia excedens in Romãdiolã ſe confert 399.d
pandulfum rupti fœderis pœnas Philippus ſibi dare conatur 399.b
pandulfus Malateſta Ariminẽſis Florentinorum dux exercitus 370.h. Brixię Bergomoq́ dominatur 398.e
pandulfum Malateſtam Florentini opem Lucretiæ latuium mittunt 404.f
pandulfus Sabellus ſenator Roma. 328.h
pannoniam Hunni inhabitant 190.h
panormũ Lybus nauigat 86.h
papia olim Ticinum dicta 60.g
papiam Totilas de Narſetis aduentu certior factus uenit 88.h
papia à Pipini exercitu obſidetur 150.h
papiã Carolus M. obſidet 156.h. Vngari obſident 181.c
papienſis eccleſia crucis & palij dignitate priuatur 254.g
papienſes ſe in libertatem uindicant eccleſiæ fauoribus protegendam 306.f
papia 395.d
patiſiorum rex 104.h
pariſii à Normannis populati 175.d
paris Italianum prælio uincit 541.b.c
paris Italiani præſidium ad Sarcbæ pontem locatum occidione cædit 541.b
parmæ ſitus 107.d
parmam Agilulfus Ro. reddit 114.f
parmam, Mantuam Matildis in ſuam iuriſdictionem cogit 231.a
parmam Fredericus à factione fuatum partium introducitur 292.g
parma Rubei Gibellini eijciuntur 344.e
parmam Rubei nobiles Scaligero dedunt 360.g
parmam Opizo, Luchino uicecomiti tradit 364.e. Philippus recipit 399.d
parma 395.d
parmenſes extorres uictis Frederici copijs urbem ingrediuntur 293.c
parmenſes Gibellini Guelfos eijciunt 344.e
paro Veneti potiuntur 273.c
cum Parthis fœdus à Rom. initum 3.d
paſchalis pont. 170.f. 171.d. 228 g. 235.c
paſchalis pont. oppida & caſtella patrimonij Petri recipere conatur 229.a.b.c
paſſerini Mantuani 340.h
paſſerinus Bonacoſa Mantuæ tyrannus 354.f
paſsiranenſes Piccinino ſe dedunt 531.d
patauina proditio patefacta 492.g
patauini padua euerſa quo confugerint 41.c.d. Henrici uicatiũ admittunt 344.f.g
patauij ſitus 107.d
patauium à Romano exarcho copijs munitur 110.h. à Longob. obſidetur 113.b. crematur ibi.c
paterniani Piccinino ſe dedunt 531.d
patrimonium beati Petri ubi ſitum 395.b
pauli ex Cilicia equitum turmę præfecti, in nocte turbulentiſſima Romæ proditæ, cũ Gothis pugna, ſtrenua uirtus 84.g. eius ad ſuos equites memorabilis exhortatio ibi.h
pauli Affiartæ in Romanos perfidia 154.g.h
Pauli ex gente Corraria patritij Veneti ad Philippum oratio 421.c.d. 422.e.f.g.h
S. Pauli eccleſiæ ſitus 56.g
pauli Guiniſij ad Florentinos epiſtolæ 450.b. ad pontificẽ & Venetos oratores ibi.
paulus patriarcha Cõſtant. 126 f. moritur 127.d
paulus Italiæ exarchus interficitur 144.h
paulus Longobardorum hiſtoriæ ſcriptor 65.a
paulus Vrſinus Ioannis Galeatij copiarum dux 389.c
paulum Trumum patriciũ Venetum Legatum Bononiam miſſum Cãnituli in cuſtodiã conijciunt 480.h. aperto bello rẽ in pontificẽ gerunt ibi.
pedelucum cardinalis Florentinus recipit 552.e
pedemontium regio quæ dicatur 396.e
pelagura Venetos Ferraria eijcit 341.d. 342.e
pelagij pont. Rom. geſta 98.f. 104.e. 108.f. ad Gregorium epiſtola 106.f
pelauinus Brixiam, Cremonã, Placentiam, Parmam, Papiã, & Mediolanum Gibellinorũ inficit partibus 311.c
peligni 395.c
pergulani Brixiæ à Carmagnola obſeſsi conſilium 436.h
perſarum aduerſus Gothos ad Narſetem aduentus 88.g
perſarũ rex Coſdroas Romani imp. prouincias inuadit 118.g
perſæ, anno imperij Eraclij ſexto, Aſia quæ in meridiem uergit potiti in Aegyptium arma uertunt 121.c. eorum in Africa geſta ibi. à Saracenis ſubacti 125.a.b. ſe pro Perſis Saracenos, patrio nomine depoſito, dicunt 125.b. à Turcis infeſtati 151.c
perſes à Paulo Aemylio in triũphum ductus 4.g
perſiceti arcis expugnatiõi Blõdus quõ interfuerit 480.h
peruſiam Totilas obſidet 74.g quã Cypriano pręfecto per Vilarium pecunia à ſe corruptum interfecto capit ibi.
peruſia à Gothis obſeſſa 81.c. ui et armis capta 83.d
peruſiam Meligadius Narſeti tradit 91.a. Romanus recipit 110.h
peruſia in pontificis & eccleſiæ poteſtatem redacta 392.f
peruſiã quàm aſtutè Piccininus ingrediatur 569.d. 570.e
peruſini factioſi 282.g
peruſini Fulginates obſident, urbem ui capiunt 326.g
peruſinorum cum Florentinis fœdera 367.b
peruſini Piccininũ ab eccleſiaſticis uictum & fugientẽ octo

millibus auri donant 574.f
pertharis Longobardorum re gis piè facta 132.h
peſtis per uniuerſum orbē ua- lida 365.c
peſtis per Italiam tribus debac chata annis 366.f
petramala Vocamano potiur 352.c
petrarchæ ſcripta 334.h.351.c
petrarchæ ad Ioannem Colum nam cardinalem ſcripta 364 e.ad Barbatum ibi.h.ad Ca- rolum Lucemburgēſem de- claratum Cæſarem 365.a.ad Nicolaum Romæ Tribunū 365.b.ad ducem Genuenſiū ibi.d.de Peſte 366.g.ad Phi- lippum Caualicenſem epi- ſcopum 367.a. ad Carolum in imp.electum 367.b.ad du cem & concilium Genuēſis populi 367.d.ad Guidonem Scuiem archid.Genuēſ. 368. e.ad Andreā Dandulum Ve netorum ducem ibi.f. ad Ste phanum Columnam ſenio- rem.369.a. ad Nerium Mo- randum imperialem ſecre- tarium 369.c
petrelinus Vermes Piccinini dux 457.a
petrinus rex Cypri 373.c
b.petri pallium 165.a
petri & Pauli capita an.ſal.1368 perquiſita & inuenta 373.a
b.petro Arithperthi Lōgob.re- gis donatio 137.b
b. petro Arithperti facta dona tio à Luithprādo confirmata 139.d
b.petro Narniā,Anconam, Hu manā ciuitates, Sutrini quo que agri uallem magnā, do- no Liuthprādus dedit 146.h
petrus imp. à Theodoro duce captus in carcerem conijci- tur 276.g.h
petrus & Achilles Guelfi Brixia ni Carmagnolam noctu Bri- xiam introducunt 433.a
petrum ducem Romani ſibi ere aut 144.h
petrus antipapa 240.g. mori- tur 241.b
petrus Auria Genuenſium claſ ſis præfectus 377.b
petrus Auria Venetorum urbis littora oppugnat 377.b.c
petrus Auria Bombardæ ictu interficitur 381.b
petrus Arrogonum rex in Afri cam ducit 326.f
petrus Arrago excommunica- tur cuius regni ſucceſſorem Carolum regis Franciæ pri- mogenitū pont.inſtituit 328. e.ex uulnere moritur 329.a
petrus Bondinarius Genuenſ. libertatis capitaneus 506.e
petrus Brunorius Piccininum nihil ſuſpicantem aggreſſus cum exercitu ad Bergomam fugat 515.b.Lodouicū Gon- zagam captum ad Sphortiā perducit ibi.c
petrus Brunorius Sphortianus dux 566.h. Salodienſes ex- pugnatos in prædam militi dat 567.a
petrus de Collemadio Rotho- magenſis archiepiſcopus 291.b
petrus Columna pontifici re- bellis 229.h
petrus Comes Antiſiodoren- ſis imp.Conſt. 275.c
petrus Cōſtāt.patriarcha 127.d
petri Fraicpanis in pont.rebel- lio 285.b
petrus Eremita traductis in A- ſiam copijs apud Cinitū agri Niceni oppidū ab incolis de relictum conſedit 210.e
petrus Gambacurta Piſanorū dominus à Iacobo quē extu lerat cum filijs interficitur 388.g
petrus Iampaulus Vrſinus Flo rentini populi coptarum ca- pitaneus 570.g
petrus Laureanus Brixtæ ſum- ma poteſtate clariſsimus 441.a
petrus Laureanus bello Genuę inferendo à Venetis præficit 464.e.prælio nauali Fr. Spi nulā uictum Venetias mittit
petri Lauretani Venetijs auto- ritas 530.f.g. claſsis Venetæ imperator declaratur ibi.
petrus Iucēnſis Vrcios Piccini- no prodit 532.h
petrus Morroneus in numerū beatorum relatus 348.e
petrus Rubeus ex uulnere mo ritur 362.e
petrus Spinula Cypriani fil. à Philippo contra Venetos cū claſſe mittitur. 467.c
petrus Venetus dux 257.b
petrus Veronenſis in S.Chriſti martyrum collegium rela- tus 297.d
petrus Vngarorum rex ab Hen rico imp. Alboino. fugato re ſtituitur 192.g
petrus Zianus Venet. dux 272.c
philippenſes Aretinum agrum populantur 423.b
philippenſium cum Venetis na ualis pugna 439.d.440.e.f
philippenſium ducum cū om- nibus copijs ad Maclodium fuga 444.e.f.g.h. fortuna in Hetruſcis cur flacceſcat 461. d.cum Florentinis ad Mon- temtopulum prælīū 468.h
philippenſes Liniacum obſidēt 545.c.proditione capiūt ibi. à Venetis uicti 546.f. Sphor tianis cedunt 560.f. à Sphor tianis ad Ollium amnem ui cti 567.c,d
philippenſium duce Piccinino ad Anglarium clades 573.c. d.574.e.f
philippicus Mauritij imperat. gener 116.h
philippinus Eſtenſem iu agro Rhegienſi ſuperat 364.e
philippus,primus Rom.princi pum Chriſtianus 5.b
philippus Auria Nigropontū Veneti inſulam cladibus affli git 367.a
philippi Mariæ, Ioannis Galea tij filij,inopia 396.g. in Me diolanum expeditio ibi.h
philippus princeps Tarēntinus equitatum Florentiam ducit 348.h
philippus Brunalicis maximo uir ingenio 452.h
philippus Gonzaga Mantua nus nobilis 359.a
philippus Montefortis Ptole- maidæ præfectus 308.g
philippus imp. Ger. à Lanche- rauio Palatino comite in inſi dijs interfectus 273.c
philippus Fr. rex Ptolemaidæ portu attacto copias exponit 264.e
philippus rex Frācia Norman niam inuadit 267.a.b
philippus rex Fr.Ipra Brugiaq; potitur 275.a
philippi regis Fr.cum Reginal- do

do Boloniæ comite & Ioanne
rege Angliæ bellum 275.a.b
philippus Franciæ rex moritur
280.f
philippi regis Frãciæ in Aſiam
expeditio 294.g.h
philippi exercitus ad Nili oſtia
cum Saracenis acris pugna
294.h
philippus rex Franciæ cum Sa-
racenis confligit 298.g
anno acceſſus ſui in Aſiã ſex-
to in Franciam redit ibi.h
philippus Ludouico patri Fr.
regi ſuccedit 319.c
philippus Francorum rex opẽ
Hieroſolymæ rebus afferre
adnititur 320.g. bellum Arra
goni infert Gerundam dedi-
tione facta capit 329.a
philippi regis Franciæ mors
329.c
philippus prouinciale collegiũ
apud Pariſios celebrat 338.g
philippo Fr. regi libertates reſti
tuuntur 339.a
philippi regis Fr. magni quæ-
ſtus & prædæ faciendæ prium
340.g. in Aſiam expeditio
357.c
philippus Huguitionem noctu
Lucam redeuntẽ inſequutus
magna ſuorum clade fuga-
tur 349.a.b.c.d
philippus Maria Ioannis Gale-
atij filius Mediolana potitur
396.h
philippus in Genuam arma cõ
uertit 400.g
philippi cum Florentinis fœde
ra 400.h. 401.a
philippus Italiæ regnum cur &
quomodo affectarit 401.d
402.e.ibi.
philippi ad Florentinos orator
403 d. ut Foroliuio domina
ret aſtutia 402.e.f.g.h. 403.a
philippus Neapolitanis bellũ
inferre ſimulat 404.e. per o-
ratorem à Florent. ſimulat ſe
ex animo pacẽ petere 404.f.
Venetorum legationi reſpõ-
det 423.a
philippi oratoris ad Venetos
oratio 425.d. 426. 427. faci-
nus cõtra Carmagnolam ſe
indignum 428.e. à Venetis
reſponſum ei datum 428.f
philip. Turricellas capit 438.h
philippi ad Mediolanẽſiũ ora-
tores reſponſum 438.e.f
philippus natura ſuſpicioſus
438.g. Cremonam concedit
442.f. eius cum Carmagno-
la omnibus copijs apud ſu-
mum rus prælium ibi.g.h
Mediolanũ reuertit̃ 443.a
accepta apud Maclodiũ cla-
de Sigiſmundum Boemum
Rom. imp. ſubſidio implorat
445.c. cum Venetorum ini-
micis pacem componit ibi.
philippi cum Venetis, Florentĩ
nis ſocijs populis pacis con-
ditionum formula 445.d
446.e.f
philip. Amedei Sabaudiæ du-
cis filiam uirginem in matri-
monium accipit 446.f
philippi ingenium belli ſocijs
populis ſuſpectiſsimum 453
b. ingenij uerſutia 454.f
philippus quàm callide Floren
tinos Genuenſi bello impli-
cet 455.b
philippus Eugeniũ pont. quar-
tum cur bello perſequi ſta-
tuat 458.h. Franciſco Sfortię
iuniori Blancam filiam uni-
cã cur in matrimoniũ deſpõ
deat 458.e. Carmagnolæ in
ſe machinationes quomodo
in illum retorquere medite-
tur 459.d. 460.e. Romanæ
eccleſiæ maximam calamita-
tem infligit 474.h. 475.a.b.
c.d. Blancam filiam unicam
Sphortiæ coniugem offert
576.g.h
philippi ducis Mediolani pon-
tificem doli 478.f.g. fraudu-
lentæ artes h. 479.b
philippus Imolẽſes priſtina ar-
te decipit 479.b
philippi duces multis precibus
inducias à Sphortia in pau-
cos dies impetrant 485.c
philippus quindecim bombar
das Piccinino ad expugnan
dam Brixiam mittit 534.f
phœnicẽ Saraceni capiũt 125.a
piceni fines 395.c
piceno Sfortia potitur 476.f
picenum Narſes obſideri iubet
91.c
picentum flumen 395.c
pictauos Normanni populan-
tur 175.d
picti barbari Honoriaci dicti
Palentinorum agrum popu
lantur 12.g. Hiſpanias inua-
dunt, horrendas ſtrages cõ-
mittunt ibi.h
picti & Scoti Britannos incur-
ſionibus agitant 18.g
piccininus captus in carcerem
conijcitur 417.a. ad Philip-
pum tranſit 418.g. in Sphor
tianos ſigna infert 437.a
Caſale maius oppugnatum
recipit 439.b. montana Fliſ-
chiorũ caſtella occupat 450.
e. comites Peregrinos aſtu cõ
tra fœdera captos necat 450
e.f. Genuenſium copias con
tra Florentinos ducit 455.d.
456.e.f. Lucenſium caſtella
recipit 457.c. Piſani agri Cal
centium uallis populos ſubi
git 460.f. Phillippi imperiũ
ab Liguſticis in Lucenſes, Pi
ſanos & Volaterranos pro-
pagat 460.g
piccinini in Piſanos miſerabile
edictum 460.g
piccininus Ferrantem agrũ diri
pit ac ſpoliat 467.a. tragula
põtem Ollio impoſitũ oppu
gnans, grauiter uulneratur
468.g. euerſo Marchionis
Mõtisferrati principatu Cre
monenſibus bellum infert
467.d. Tellinam uallem in-
greſſus cõmiſſo prælio à G.
Cornario repellitur 472.c
in agrũ Viterbienſem nouũ
incendium excitaturus ſe cõ
fert 480.f. Imolam ſe confert
486.g. eccleſiaſticos uincit
487.d. 488.e.f.g. uti uictoria
neſcit 489.b. Longobardiã
repetit ibi. Sphortiæ conſiliũ
cur laudet 495.a. audita Ni
colai Fortebraccij cæde pon
tificis iuſtitiã implorat 500.f.
cõtra Genuenſes rebelles ex
ercitũ ducit 506.f.g. Sarzanã
capit 510.g. Lucam comẽdit
ibi.d. 511.a. montana Lucen
ſis loca ingreditur 515.a
Bergam obſedit ibi.b. agrũ
Bergomenſem ingredit̃ 516.
f. omnes Philippi copias Par
mam contrahit 517.a. in He
truriam mouet ibi. à Pennini
tranſitu prohibitus Bononi
enſium appropinquat agro
520.d. 521.a
piccinini patria 520.d. ad Dani
elem epiſc. Bononiæ præfectũ

epiſtola 521.a.b
piccininus Aureolum per uim captum diripit 521.b. agro Florentino excedere iubetur 521.d. Philippo inſcio pecunias à Pontifice accipit 522.e Rauennam deditione capit 523.b.c. prouinciæ Forliuienſis uiginti arces octauo rebellionis pontifici perfidas capit 524.e. in Lombardiã contendit ibi.f. Salodio potitus Pontolium & Palatiolum recipit 529.c. Clarũ proditiõe ingreditur 529.c. aquis Brixianos priuat 534.e. ad oriẽtalem urbis partẽ caſtra metatur ibi.f. Briciã expugnãdi ſpe amiſſa ſtrenuè repulſus magna ſuorum clade obſidionem ſoluere cogitur 540 e.f. in agrũ Veronenſem copias ducit 543.c. cũ Troilo cõgreſſus equo deijcitẽ 554.f Veronã noctu Germani cuiuſdam indicio capit 557.b.c.d. conferto cũ Venetorum ducibus prælio magna ſuorum clade fugatur 555.a.b
piccininum Primalcorium obſidentem Nicolaus Piſanus ſubmouet 564.h.565.a
piccininus exercitu in Etruriã traducto policianũ obſedit 565.b. duodetrigeſimo quã circũdederat die potitẽ 566.f. diui Nicolai caſtellum capit 566.g. in Tifernates Caſtellanos contẽdit 569.d. inde ad peruſiam caſtra mouet ibi. Tifernũ obſidet 570. de põt. & Florentinis ultionem cum triumpho conſtituit ſumere 570.h.571.e
piccinini cum eccleſiaſticis ad Anglarium acre præliũ 571.c.d.572.e.f.g. ad milites oratio 573.a.b
piccininus à Guidantonio Vrbinate adiutus exercitum inſtaurat 574.f.g. in Romandiolam contendit ibi. Mediolanum ſe confert 576.h
piccinini & Mãtuani copiæ partim apud Parmenſes partim Mantuæ permanent 578.e
pillum & Pillanum põt. recipit 235.b
pinatoleum 396.e
pipinus & Martinus Auſtraſiorum reguli 134.f
pipinus redintegrata cum Frãcis gratia Ermefrindũ in Ebroini locum à Francis conſtitui impetrat 134.g
pipinus Auſtriæ dominator, apud Francos gubernaculis regni manus infert 135.d Francos prælio ſuperat, Bertarium fugat, ſeſe domus regiæ maiorem efficit 136.e
pipini mors 139.a
pipinũ Pipini fil. Frãci totius gẽtis publico conſilio ſuadente Zacharia pont. Ro. regẽ declarant 148.f
pipinus ad tertium lapidẽ Gregorio Gallias ingreſſo occurrens eius pedes oſculatus ad cubiculum deduxit 149.d
pipini in Longobardos expeditio publico edicto Francię indicta 150.h. in Italiam ſecunda expeditio 152.e.f
pipinus in Italia quæ pontifici dono dederit 152.f.g.h. Aquitanis ſubigendis octo æſtatibus laborauit 153.d
pipinus in Turonijs apud S. Dioniſium defunctus 154.c
pipini cũ patre Carolo M. in Bauaros expeditio 160.g
pipinum patre Carolo imp. coronato & inuncto Leo pont. regem Italiæ declaratum inungit 163.b
pipinus à Carolo M. patre Italiæ regẽdæ relinquitur 163.d
pipinus Theate captum prædæ & incendio ſubijcit 164.e
pipinus Italiæ rex patris teſtamento declaratur 165.c. bellum in Venetos mouet 166.g.167.a.b. apud Mediolanũ diẽ obit 167.c.d. à patre Ludouico Pio Aquitanis præficitur 169.c. Aquitaniæ rex apud Pictauos diẽ obijt 174.f
piritula uicus 353.c
piſana claſsis in portu Rodienſ. à Veneta uincitur 215.d
piſana claſsis Polam Hiſtriæ urbem Venetis tributa pendentem capit 266.g. à Genuenſi apud Lamellũ inſulã, pugna perpetuo die continuata, ſuperatur 329.c
piſanæ eccleſiæ in metropolim erectæ 240.h
piſaneus Venetorũ claſsis pręfectus 377.a
piſanei mors 383.b
piſanorum ruinæ cauſa & initium 291.c
piſani Lucenſes apud Montorium prælio ſuperant 299.d pacẽ iniquis cõditionibus à Florentinis obtinent 300.g ſpreto fœdere cum Flor. icto bellum Lucenſibus inferũt 301.a. pacem à Florẽtinis petitis pernicioſiſsimis conditionibus accipiunt 301.b
piſanorum in Baleares inſulas expeditio 233.d. cũ Lucenſibus & Florentinis tumultus 322.f.g. cum Genuenſibus bellum ad Corſicam inchoatum 328.g. in Huguitionem fagiolanũ cõiuratio 350.f.g
piſani petitam à Roberto rege pacem impetrant 351.a
piſanus Euſtachius Philip. maritimis prẹlijs pręfectus 439.d
piſas Gerardus Appiani fil. Ioan. Galeatio uendit 390.f
piſaurenſes ab eccleſia deficiũt 474.e.f
piſauri urbis ſitus 73.h. tumultuario opere, paucis diebus ingenioſe Beliſarius inſcio Totila reficit 74.e
piſcheriam Vitellianã, & Cremonẽſis agri, Brixianiq; plurima Philippus recipit 399.b
piſcherię munitionis, ſitus & amœnitatis ſingularis deſcriptio 575.a.b.c
piſtoria à Florentinis & Lucenſibus in rus redacta 341.b
piſtoriã præſidio Caſtrucij munitam, Florentiæ præfectus à Carolo relictus expugnat 356.e
piſtorienſes uicti pacem belliq; ex Florẽtini præſcripto habere per fœdera ſpoponderũt 300.e. in Manfredi poteſtatẽ redacti 311.a. Albæ factionis Nigros crudeliter expellunt 337.b
piſtorienſes Florentinorũ amicitia ſpreta Caſtrucio fœderãtur 352.e
piſtorienſium cum Florentinis pacis conditiones 357.b
piſtorienſes Florentinorum dominio ſponte ſubijciuntur 358.f
placentia Guelfi cum eorũ duce eijciuntur

eſiciuntur 344.f
placentia 395.d
placentini eccleſiæ partes ſequũ
tur 306.f
plauis fluuius 379.d.101.b
plauti comici patria 395.d
podienſis epiſcopi mors 222.g
polam urbem Genuenſium c/
laſsis ui capiam ſpoliatamq́
incendit 383.b
polimarcium Romanus recipit
110.h
polonia à Tartaris uaſtat 280.e
polonorum origo 115.d
poncelerus ciuis Romanus ca-
pitolium inuadit 481.a
poncelerus ciuis Ro. ſeditioſus
507.b
ponti regnum quãdo captũ 3.d
ponticlum pont. recipit 229.c
pontifex Bononienſibus bellũ
infert 448.e
pontificis Romani decretorum
autoritas 144.g
pontificis cubicularius aduer/
ſus Fredericum copias colli/
ligit 282.e
pontificis exercitus agrum Bo/
nonienſem uaſtat 448.f
pontificem Romanum eligẽdi
mos 108.h
pontificum Ro. nominis mutã-
di origo 174.h
in Pontificatu Romæ diſsidia
inaudita 292.g
in Pontificatu diuiſio 376.e
pontus in Scultenna inſtituti ra
tio 434.h
pontremulum Piccininus reci/
pit 457.c
pontus omnis & Armenia ma/
ior, quando in imperij Ro.
iura conceſſerint 3.d
porticelli ſitus deſcriptio 465.c
portus Brondulenſis 380.g
præliorum noſtri ſeculi deſcri-
ptio 394.g.h
praſini primum, & Venetici, ſi/
nus Arabici Aegyptum inter
& Aſiam accolæ cõmiſsis prę
lijs ſeſe lacerant 118.f
pratenſium cum Legato Bono
niæ contra Florentinos con-
iuratio 374.e.f
pratum fruſtra Caſtrutius obſi
det 353.d
preneſte Alexandrinus oppu/
gnat 508.f. eius ſitus ibi. g. re-
cipit. 59.b. diruit ibi. c
princeps Salernitanus Narniæ
Orti, Surani, Gualdi, Nuce/
rini, Aſsiſii, Aſculi, Imolæ,
Forliuij & Foripopilij arces
ſpõte pontifici reddit 461.b
principis Tarentini cũ Alexan/
dro bellũ 512.c.d.513.a
principij centurionis in Romæ
obſidione uirtus 54.f
principum Italiæ in pont. rebel
lio 359.a.b.c.d.360.e.f.g.h
principum Arragoniæ, Cathe-
loniæ, Nauarræ Siciliæ in Ga
ietam expeditio 497.c.d
priſci patricij, Foca mortuo, cũ
Eracliano ſocero coniuratio
de imperio inuadẽdo 118.g
priuernates 395.c
procopius rerũ Iuſtiniani imp.
temporibus ubiq; geſtarum
ſcriptor 43.b.c
ptolemaida deditione à Chriſti
annis recipitur 264.h
puppij oppidi ſitus 501.d
puſa torrens 93.a
pyrrhus patriarcha Conſtanti-
nopolitanus in Africam rele
gatur 124.f
pyrrhus patriarcha Cõſt. occi/
ditur 126.f
pyrrhus Spoletanæ ciuitatis gu
bernator 522.f

Q

Quintiano & Caluiſiano Brixi
anorum oppidis proditione
captis, Pelauicinus præſidia
imponit 306.g

R

Raba fluuius 160.h
Rachiſii Forolulian Longobar
dorum ducis uirtus conſpi/
cua 246.f
rachiſius Longobardorum rex
deligitur, pacem cum Rom.
Rauẽnatibusq́ in annos 20.
conſtituit 147.d. monach. fit
148.g
radagaſus cum ducẽtis Gotho-
rum millibus Apenninum
tranſgreſſus in Italiam ingre
ditur 8.g.h. clam ſuos deſerit
9.a. in hoſtes incidit, captus
interficitur ibi. eius militum
greges ſingulis aureis uẽdun
tur ibi.
raginfredus Theodebaldo re/
gni Franc. gubernator ſucce
dit 139.a. iubente Carolo in-
terficitur 140.g
ragufium urbem Veneti recipi
unt. 272.f
raimundi comitis mors 231.b
rainaldus Alemannus apud
Exeregorgon oppidũ conſe
dit qui abnegata Chriſti fide
Turcis ſe dedidit 210.e
rainaldus Obitio Ferrariæ tyrã
nus 354.f
rainaldus Marchio eruptione
facta eccleſiæ ducibus captis
Ferrarianı obſidione liberat
359.a
rainaldi Marchiõis mors 360.g
rainerius Froſinus Florentinis
bellum pro Lucenſibus in/
fert 451.d. ad Florẽtinos de/
ficit 452.e
raino Lotharij imp. comes A-
puliæ præficitur 241.b
ramutij Farnetani ab eccleſia
defectio 477.b
Ramola Gothfredus potit 228.f
ramyngus dux Thuſciæ 147.a
rangulfus Veronenſium dux
interficitur 112.h
rauenna ante Romam conditã
Sabinenſiũ fuit oppidũ 34.
g.h. eius incremẽtũ ibi. 35 a
rauennæ palatium ualuas uul/
las olim ſed pro ualuis uela
tantum habuiſſe unde cõſtet
44.g. horrea cũ omni frumẽ
to cremata 67.a
rauennam Valerianus reuerti-
tur parta de Gothis uictoria
88.e
rauennæ tumultu excitato Ioã/
nes exarchus occiditur 119.d
Archiepiſcopi culpa clades
magna 137.c.d.138.e
rauẽnã Aiſtulphus capit 148.h
rauennæ magiſtratus exarcho-
rum fines 153.b
rauennam contra pacis fœdera
Deſiderius prædatur 155.c
rauẽnæ finiũ deſcriptio 152.f.g
rauenna Fredericus potit 291.a
rauenna 395.d
rauennas eccleſia, Romanæ ſub
ijcitur 231.b c
rauennatis agri ſitus 89.b
rauennates præfecto ſibi à Con
ſtantinopolitano imp. defici
unt 144.g
rauennatum exarchatum & Ro
mandiolam Rodulphus ec/
cleſiæ reddit 324 f
razatenis cum Eraclio imp. cõ/
flictus 122.?
reatini 395.c
reatinorum tumultus 507.b

recanatenſis epiſcopus iubente pont. bellum Iacobo Vicenſi urbis præfecto infert 462.f.g Senogallia potitus, aliquot de Piſaurenſibus recipit caſtella 466.f. oppidis omnibus de Senogallien. & Piſaurien. receptis Forumſempronij omni machinarum genere aggredit recuperare 472.g
recanentenſis epiſcopi ad ſuos oratio 475.e
recanatenſium in eccleſiam perfidia 476.f
recanatẽſis epiſcopus Bononiã ſe admitti armis parat 486.h
reges Rom. ſeptem 3.e
ſub Regibus quantum Ro. proceſſerit imperium 3.e
reginaris inter Gothos clari Tarenti præfecti ad Iuſti. imp. defectio 88.f
religio neglecta Rom. imp. ruinæ cauſa 4.h
remigius Remenſis epiſc. Clodoueum Franc. regem baptizat. 33.d
renaldus Inanfiliatus eques, Florentinus à Galeatio captus 388.e
renatus rex Gallicus carcere ducis Burgundiæ liberat 514.f
renatus Neapolit. rex bello ab Alfonſo rege premitur 562.f
res mirabilis & prius inaudita 66.g
rhegium Totilas obſidet 86.e
rhegium 395.d
rhegij Lepidi ſitus 107.d
rhegini eccleſiæ partibus adhærentes 311.e
rheginos agros Fredericus uaſtat 292.e
rhodoaldus Longobard. rex 127.d
rhodus inſula à Saracenis capitur 127.b
rhodus inſula à Saracenis capta ab Hoſpitalarijs recipitur 340.g
riccius Montëclarenſis centurio 448.e
riccius uitam ſuſpendio cur finiat 493.a.b
ricaredus Viſigothæ gentis rex ex Hiſpania mittens, Childebertum Frãcorum regem ut ſibi in matrimoniũ ſororem det orat 109.b
ricaredus Viſigoth. Arriana hæreſi abdicata, catholicã Chriſti fidem in Viſigotha gente haberi curat 109.c
richardus & Philippus reges Ptolemaidam fortiter oppugnant 264.g
richardus Ioppen Chriſtianis replet 265.a
inter Richardum & Philippũ æmulatio 265.b
richardum & Oddonem Hieroſolymam cum copijs contendentes Saladinus prælio aggreditur ab eis ſtrenuè fugatur 265.d.266.e
richardus commeatum Saladini & prædam omnem intercipit 266.e. pacis fœdere ad Saladini præſcriptum accepto, in Europã remigrat 266 h. in carcerem cõijcitur 267. a. poſt annum ingenti pecunia redimitur ibi.
richardus regis Angliæ frater exercitum in Aſiam trãſportat 291.a. inducias cum Turcis conſtitutas firmari curat ibidem
richardus comes Vindocienſis in Italiam eccleſiæ auxilio uenit 312.g
richardus Manfredus Fauentinus nobilis 358.h
richimer in Anthemium imp. ſocerum urbemq; Romam copias ducit eius perfidia, crudelitas 28.f.g.h. mors ibi.
rinaldus Albinus, Rodulfus Petrutius & Nicolaus Barbadorus Mediceorum factioni aduerſi 489.e
ripolle 398.e
rippas Caudola recipit 460.h
riperia Genuæ occidentalis 395.b
riuoltam Sphortia capit 368.f. eius ſitus ibi.g
riuoltella caſtellum 528.g
riuumaltum qui primum habitarint 31.b
roadũ Piccininus obſidet 529.d
roadũ Piccininus recipit 531.d
robertus comitis Flandrenſis filius in Italiam eccleſiæ auxilio uenit 312.f
robertus Flandrenſis comes ab Henrico rege Angliæ an. ſal. 1150. capitur & in carcerem luminibus orbatus conijcitur 431.d.b
robertus Guiſcardus excõmunicatione abſolutus à põt. Nicolao Apuliæ & Calabriæ dux declaratur 195.a. Tarentinus ſibi ſubigit 195.c. Græcis Italia pellendis implicitus 196.g.h. Seuerina & Conſentia urbibus potitur 201.a. Spinacroba, Hydrũto, & Tarento Græcos expulit 201.b
robertus Pictauienſis à Soldano capitur 297.a
robertus Dyrrachium deditione facta capit 202.h
roberti ducis fortitudo 205. a.b.c
robertus Petri filius imperator deligitur 277.h
robertus Caroli regis Neapolitani fil. ſecundus, Calabriæ dux 335.b
robertus Calabriæ dux Florentinis auxiliatur 339.d
roberti Calabriæ ducis & Philippi Tarentini fratrum nauale cum Siculis prælium 335.b.c.d
robertus rex Neapolitanus patri Carolo ſuccedit 342.e
robertus rex Petrum Grauinæ comitem cũ equitatu in Heturiam mittit 348.e
robertus rex Siculus Genua potitur 351.d
robertus Bauariæ dux à Florẽt. in Italiã ut Vicecomitis terrã populetur accerſitus 391.a
rodulfus Burgundionum rex Berengario ſecundo pulſo in illius parte Italiæ regnat 181.b
rodulphus Burgundionũ rex ſe ſuumq; regnum fidei Conradi imp. permiſit 192.e
rodulphus Saxõiæ dux ab Alemannis principibus rex Alemanniæ creatur 200.g
rodulphus in regẽ Alemanniæ confirmatur 202.h
rodulphi regis Saxoniæ cum Henrico conflictus 203 mors ibi.
rodulphus Aſiæ comes ab electoribus Ro. rex & imp. declaratur 522.e
rodulphi ſolo nomine imp. mors 333.a
rogerius reb. Italiæ à patre Roberto præficitur 201.c

rogerius

rogerius Guiſcardi filius Aſculum Apuliæ urbem inceſſam deſertauit 203.d
rogerius dux Apuliæ Roberto Guiſcardo ſuccedit cui omnes populi Italiæ paruerunt 206.f
rogerius Capuam capit 206.f
rogerius paternæ ſucceſsiōis & ducatus confirmationem à pont. Vrbano obtinet 206.h
rogerius Syracuſas capit ibi.
rogerius Siciliæ comes Canuſium capit 228.g
rogerij mors 228 g
roger. Rogerij ex fratre nepos Siciliæ comes 228.g. eius ad pont. oratores ibi. Calabriā omnem Apuliamq; ſubigit 238.f. à pont. Apulia expellitur 241.b
rogerius Normānus terram amiſſam recipit 242.f
rogerius Hemanuelem in Chriſtianos doloſum, bello domare conſtituit 243.c
rolandum Palauicinum Veneti pecunia iuuant 459.d
roma libertatem quando amiſerit 4.g. à Gallis capta ſit, & incendijs fœdata ibi. bellis ciuilibus lacerata ibi.h. quandiu ſub Gothis regib. in pace floruerit 43.a. incenſa ac uaſtata in Portuenſem urbē Romani refugiunt 81.d. aquarum alluuione & Tyberis inſolito tumore quæ incommoda cum tota Italia acceperit 108.e.f. ad rerum exiguitatem, quę nunc cernitur quando perducta 205.b. à Frederico uaſtatur 290.c. ciuium diſsidijs agitata 330.g
romæ inter primates diſſenſio 18.e. mœnia à Totila euertūtur, Capitolium, Quirinalis mons Auentinus & reliqua incenduntur, populus & turba per Campaniam diſperguntur 80.e.f. ab Iſauris militib. Totilæ proditæ direptio Romanorum cædes 84.f. à Narſete obſeſſæ conditio 91.c.d. & Italiæ nouæ gubernationis formæ initium 101. 102.e
romæ Ioanne pont. 12. ſtatus & gubernatio qualis fuerit 193 c. partiū ſtudia recrudeſcunt 325.d. tumultus 369.a. 372.e
romæ plebis diſcordia 371.d
rom. rex qui primus Barbarus & Italiam poſſederit 31.b
romam Totilas ſoluta Peruſię obſidiōe, nulla agricolis moleſtia exhibita circūſidet 74.g. Ro. obſeſsis caritate annonæ ac fame laborantib. quæ inſuper illis calamitates ac incommoda acciderint 74.h. 75.a.b.c. eorum ad Totilam legatio ibi.d. deſolatam occupat ac munit incredibili celeritate Beliſarius 80.g frumētum ac cætera neceſſaria importari curat ibi.h. Narſes profectus, Peruſia capta primum obſidet 91.a
romana res quando & quādiu floruerit 526.e
romanæ curiæ an. 1309. Lugdunum tranſlatio 339.d
romanæ rei culmen quādo fuerit 3.b. ruinæ initium ibi.e
rom. urbis imp. deſtinatæ inclinationis initium 10.f
romanæ urbis primatij factiō 249.d
romandiola unde appellata 163.d
romandiola 395.d
in Romandiola ciuitates eccleſiæ cur in fide pont. perſiſtāt 461.a
romanienſes Venetorum imp. Sphortia recipit 568.c
romanium Paridis caſtellū fruſtra Piccininus obſidet 541.d
romani im. inclinatio an in Cęſaris dictatura cœperit 4.e. inclinationis cauſæ tres 4.f.
rom. imperij inclinationis principium 4.h. inclinantis iuriſdictionis fines 100.e.f
romani ciues, Narſetis uirtute à Gothorum iugo liberati eum ut animarum ſaluti quoque prouideat orant 98.f
romani cum Longobardis per annos triginta pace ſunt uſi 126.g
romani pro ſeruis in Franciam ducti à Longobardis & uenundati 113.a. priuilegium à Conſtantino Conſtantij filio pontificem deligendi & e ueſtigio nulla principis Cōſtantinopolitani aut exarchi Italiæ licentia expectata confirmandi accipiunt 132.h
romani, Pipini opem implorāt 149.g. fame accerrima preſſi 204.e. tabe affliciū 282.h
romani populi aperta in pont. rebellio 283 b
romani contra Carolum in Cōradini caſtra confluunt 317. a.b. pontifici rebelles perbello dolo iudificati 489.d 490.e.f
romani equorum, mulorum, aſinorum, canum, murium carnes in delitijs quādo luerint 78.f
rom. ciuium apud Ticinum cædes cruenta 30.f
romanorum ad Mauriciū im. legatio 106.f
romanorum Italorumq; in Cōſtantinopolitanam imperij maieſtatē rebellionis initiū 144.f.g
romanorum & Italorum audaciam Lotharius reprimit 171.a.b.c
romanorum ædium incendiū & uaſtitas 205.a.b
romanorum tumultus 234.f
romanorum ciuium inſolentia 241.c
romanorum ciuium diſsidia 243.a. in pont. machinationes ibi.b
romanorum ciuium diſsidia 244.g.h
romanorum in Thuſculanos & Albanos apertum odium 250.e.f
romanorum ſocordia 250.f. in Henrici milites Romæ impetus 345.d. erga eccleſiam cōſtantia 477.c. in pontificem rebellio 482.e.f. hoſtilis impetus 484.e.f
romanorum ciuium in pontificē temeritas 483.c. inſidię d. ibi. furia 484.e
romanorum & orbis Chriſtiani dominio pontifices quando primum potiri cœperint 390.h. 391.b
romanus populus pace quam Caroli reuerentia dabat abutitur 161.d
romanus populus Thuſculanis bellum infert à quibus clade, Cannēſi maiore afficitur 250.f.g h

romanus pontifex Neapolitanos famelicos magna ui frumenti iuuat 577.d
romanus Italiæ exarchus præficitur 110.f. Patauium, Montemſilicem, Mantuã, copijs munit ibi.g
romanus exarchus una æſtate quæ & quot oppida receperit 110.h
romani exarchi uitia 111.a.b. mors ibi.d
romanus dolo & armis imper. occupato à Saracenorũ rege auxilium contra Calabros Apulos Salentinos & Lucanos petit 179.e
roſimunda paterni cranij ludibrium uiri interitu uindicare ſtatuit 103.a. eius interitus ibidem d
rotharis Longobardorum rex Ariana labe inquinatus 126.g
rubei Parmẽſes nobiles 360.g
rubeorum contra Scaligerum bellum 361.a.b
ruffini imp. orient, gubernatoris perfidia 7.d.8.e
rufus Anguillariæ comes Hetruriæ à Carolo præficiť 319.c
rugilinda Rugorum prouincia uaſtatur 31.c
rugilinda Romanorum prouincia Danubio contigua à Godooth Longobardorum rege capta 100.f. eam 38. annos habitant ibi.e
ruminengũ Mantuanus Marchio & Gregorius Cornarius Venetorum imperio addunt 470.h
ruminengenſes Sphortiæ in poteſtatem ueniunt 568.e
ruinum Petrus Aurius capit 377.c
ruſsianum oppidum à Totila obſeſſum 82.h
ruſsiani à Totila obſeſſi ſpe auxilij fruſtrati ſe dedunt, eorũ bona in prædam militibus conceduntur 83.a.b.c

S

Sabbiæ uallis montani à Venetis deſciſcunt 529.c
ſabelli omnes pontifici cur rebellent 477.b
ſabianus pont. Gregor. ſuffectus pacem cum Longobardis facit 118.c. mors ibidem
ſabinus Bulgarorum rex 153.e
de Sacerdotij beneficio, primi anni æſtimationis pecunia ſoluta, adipiſcendo lex primum lata 391.b
ſaladinus Turcorum rex 255.d. Chriſtianorum 7000. exercitum uincit & fugat 258.d. Hieroſolyma deditione recipit 260.h
ſaladini cum Chriſtianis prælium 262.e.f.g.h. ſtratagema 263.a.b
ſaladinus ut Ptolæmaidæ opẽ ferat inauditũ excogitat præſidium 264.b. Ptolæmaide a miſſa Prophyriæ, Cæſareæ, Aſcaloris Gazæ & Elan muris apertis Chriſtianis reſiſtere deſperat 265.a
ſaladini mors 267.c
ſalanius Abderitorũ regulus fidem quam Carolo dederat deſerit 169.b
ſalentini 395.c
ſalcrutanus princeps opes maximas à Martino pont. relictas Eugenio põt. dat 461.b
ſalodienſes & populi qui undique Benacum attingunt lacũ Carmagnolæ ſe dedunt 437.b
ſalodium caſtellum 528.g
ſalonas uictis Gothis Ioannes redit 88.e
ſalue regina quando inuentũ 290.f
ſalunæ 396.f
ſolymannus 400000. militib. ſtipatus à Chriſtianis ducib. ſuperatus fugatur 212.g.h
ſolymanni conſilium crucesignat. ducibus crudele & incõmodum 213.b
ſandrus & Phanateus cum Erulorum 2000. in Italiam Anconitanorum audito periculo traijciunt 61.c
ſamnites 395.c
ſancius Carillo Hiſpanus copiarum pontificis contra Bononienſes dux 448.e
ſancius Carillo ab eccleſia ad Malateſtas Piſaurenſes deficit 473.b
ſanctona à Normannis populata 175.d
ſaona Robertus rex potiť 351.d. in Gallias ſe confert ibid.
ſapis fluuius 44.h. 494.e.f 500.h. 562.h
ſaracena gens maximis inter ſe diſsidijs ſciſſa 169.a
ſaraceni Siciliam ingrediuntur 115.c
ſaraceni, Eraclij ſtipendia ſequuntur 123.b. ab Eraclio deficiunt 125.a. in Syriam ſe cedunt, prima ad Damaſcũ faciunt caſtra 125.a
ſaraceni Perſæ Antiochiam imper. Ro. ſubiectam capiunt 125.b
ſaraceni Rhodum inſulam capiunt 127.b. Coloſſũ demoliuntur, Siciliam uaſtant ibi. Syracuſas inuadunt, 131 a. à Conſtantino Conſtantij filio afflicti tributum imperio pendere promittunt 131.d. Africam & Libyam inuadũt & omnia mari expoſita 133.a. ſingulo quoque die nummos mille aureos ſoluere, ſeruum unum ex gente ſua, & unum item equum Romano imp. mittere tenentur 133.c
ſaraceni Aſiani ſacroſancta Palæſtinæ loca fœdãtes, à nemine Chriſtiano adiri permitſerunt 172.g
ſaraceni ab Aido perfido uocati Aquitaniam uaſtant 172.f
ſaraceni Mauri facta in Centũcellenſi portu excenſiõe Romam ducunt 174.f.g
ſaraceni Calabros & Apulos inuadunt 179.c
ſaraceni Beneuentum urbẽ ſpoliatam incendunt 181.a
ſaraceni Africani anno ſalutis 935. Hetruriæ oram populãtur, Genuam capiunt omnibus trucidatis 181.d. 182.e
ſaraceni Bohemundum & S. Aegidij comitem ex inſidijs adoriuntur 218.f
ſaraceni ſtructa acie cum Gothfredo, Bohemundo & S. Aegidij comite acriter conflig unt 219.a. Admirrhati à Chriſtianis duodecim eo die ſunt capti ibi.e
ſaraceni Africani & Mauritani, Caſtellæ regem ſuperatum capiunt 267.d. mercede à Manfredo conducti eccleſiæ terram populabundi impetunt 312.f

ſaraceа

ſaraceni in Italiam à Manfredo mercede acceſſiti à cruce ſignatis fugantur 312.h
ſaracenorum in Dalmatiam expeditio 135.c.d. in Vaſconiam deſcenſus 141.b. ad Carolum M. oratores 159.a
ſaracenorũ primores quatuor tyrannos creant unũ Aegypto & Africæ, duos Hiſpanijs quartum Palæſtinæ ac Syriæ locis præficiunt 169.b
ſaracenis Nuceriam tenẽtibus tributo grauiore imperato per Carolum licet ſuis legibus uiuere 315.e
in Saracenos Ro. bellum 3.d. Chriſtianorum imp. & regũ expeditio 173.d.174.e
ſaracenos Otho Italia expellit 186.f.g
ſaracenos Luceriæ Chriſti fidẽ reijcientes Carolus ſecũdus rex Neapolitanus omnes interficit 336.h
ſarbari ducis rei militaris ſcientiſsimi contra Romanos intempore conſilium 122.e
ſarbari Coſdroæ ducis contra Eraclium imper. pugnat 122.e
ſarca fluuius 528.g.933.d
in Sardinia motus aduerſus Gothos facti 88.f
ſardinia à Saracenis Piſanorum dominio ſubſtracta 340.e
ſardiniam Saraceni prædantur 166.g
ſarra columnenſis Bonifacij pont. odium fugiens ad remigium à piratis abigitur 334.h
ſarram Columnenſem Philippus horrẽdo remigandi ſeruitio liberat 337.g
ſaſinienſes Trilinam uallẽ Venetis permittunt 471.d
ſatellia à Soldano Iconij Saraceno ui capta ſpoliatur omnibus trucidatis 272.h
ſauignonum Piccininus occupat 450.e
ſauilianum 396.f
ſauo fluuius 247.b
ſauonam Carmagnola Spineta Fregoſio defenſante fruſtra oppugnat 400.g
ſaxina 395.d
ſaxones cognomine Anglici à Britannis datis iu ſtipendium pecunijs acceſſuntur 20 b. Scotos male tractantes Britannos, reprimunt 21.a
ſaxones Anglici Britanniam quando cœperint, quam adhuc retinent, & inde Britannos expulerint 29.d.30.e
ſaxones in Italiam ab Alboino Longobardorum rege ducuntur 101.a. uxores, filios cum ſupellectile carris impoſitos trahunt equarum inſuper boumq; armenta & innumeram animaliũ multitudinem ibi. à Francorũ regib. perſuaſi relicta Italia Alpes tranſeunt 105.a. in Remenſibus magna à Mumolo accepta clade in Italiam remeant 105.d. eorum cum Sigiberto rege fœdera 106.e. Sueuos Saxonia deturbare armis conantur ibid. prælio commiſſo ab eis ſuperati, mãſit regio Sueuis quæ Sueuia appellatur 106.f. Pipini amicitia precario potiti, trecentos equites in quancũq; expeditionem dare promittunt 153.d. à fide Chriſtiana recedentes magna ſuorum clade à Carolo M. ſuperantur 161.a. cum mulieribus & infantibus Carolus M. in Franciam ex ipſis qui Tranſalpina incolebant transfert 164.g. eorum pagos Abderitis incolendos tradit ibid.
ſaxonũ in Carolum rebellio 159.b
ſaxonia à Sueuis habitatur 101.a
ſaxonia cultũ religionis Chriſtianæ accipit 159.a
ſays Coſdroæ ducis Cum Eraclio imperatore prælium 122.f.g
ſcaldus fluuius 175.b
ſcaligeri Veronenſes 340.h
ſcaligeri in Italia felicitas 360. e.f.g. cum Venetis, Florentinis, Rubeis bellum 361. a.b.c.d
ſcandinauia inſula 100.f
ſcariottus Fauentinis Sphortianus dux 566.h
ſcarparia oppidum unde dicatur 341.c
ſchiſmatis & diſsidij in eccleſia initium 375.d.398.h
ſclaui in Dalmatiæ & Hiſtriæ finibus conſidentes regiones propinquas imperio parentes inuadunt 119.c.d
ſclaui & Hunni in Hiſtriam irrumpunt 112.g
ſclaui à Vectare Vincentiæ comite ſuperantur 130.f
ſclaui Danubij accolæ à Carolo M. ſuperantur 160.h
ſclaui in Italiam delati Saracenorum copias conficiunt 186.e
ſclauinorum gens tranſmiſſo Danubio Romani imper. prouincias inuadit 86.g
ſclauinorum contra Bauaros bellum 112.e
ſclauonia olim Hiſtria & Dalmatia 115.d
ſclauorum in Hiſtriã irruptio 125 d
ſclauorum origo 177.b
ſcultenna annis 126.h.434.f. 475.a.500.h
ſcuni oppidum Calabriæ à Saracenis occupatum 193.a
ſcythæ in Europa ſub ſeptentrione primi 4.h. 5.a
ſebaſtianus Zianus Venetus dux 249.b
ſebaſtiani ducis Venet. mors 257.b
ſecuſam Fredericus captam diripit 252.h 253.a
ſenator Romæ alienigena 371. d.372.e
ſenator Romæ ſingulo ſemeſtri à pontifice datus ius dicebat 373.b
ſenatoris Romani in Viterbienſem agrum irruptio 282.h
ſenatoris ex Romana gente, ſolita creandi conſuetudo quando omiſſa 312.f.h
ſenatores Romani urbe incenſa Minturnis ſub militum cuſtodia ſeruantur 81.c
ſenenſis legatus Bononiæ fœdera cum Florẽtinis init 413.c

ſenenſis ager à Gallis & Guelfis populationibus incendijsq; fœdatur 315.b
ſenenſis agri fines 395.b
ſenenſem agrum Henricus im. uaſtat 347.a
ſenenſes Mareſcallum pro magiſtratu admittunt 318.h. contra Florentinos à Philippo auxilium quomodo clã impetrarint 453.a.b
ſenenſium cum Florentinis fœdera 300.h. ad Manfredum oratores 301.c.d. in Florentin. caſtra eruptio 302.f. cum Florentinis fœdera 367.b. cum Florentinis contra Philippum fœdera 432.f. ad Venetos legati 451.b.c. contra Florentinos pro Lucenſibus bellum 451.d. cum Genuenſibus contra Florentinos fœdera 457.d
ſenẽſib. bellum à Florentinis illatum ictis fœderibus ſedatur 300.c
ſenenſibus Piccininus bellum contra Florentinos perſuadet 460.g
ſenogalliam Longobardi inuadunt 155.d
ſenogallenſis agri caſtella pontifici cur rebellent 476.c
ſeptem ſolia expugnare Henricus conatur 204.h
ſergij pont. Rom. geſta 133.d. 136.c. 174.h. 190.c
ſeuerinas coniurationis Bononienſium conſcius 447.b
ſeuerinas Nicolaum Aquinatem uincit ac fugat 447.d
in Seuerinatis familiam crudelis animaduerſio 392.g
ſeuerini pont. Rom. geſta 124.f. 125.b
Sfortiæ geſta quære Sphortia
ſfortia Attendulus Cutignola Romandiolæ oppido oriundus copiarum Florent. dux 391.b
ſfortia Fortebraccio uicto, Carfagnana ualle potitur 453.d. Florentinorum præſidia Lucenſium portis oppoſita recepta incendit ibidem
ſfortia Hetruſcum eccleſiæ patrimouium aggredi ſtatuit 477.a
ſfortia ad pontificis & eccleſiæ ſtipendia conſcribitur 479.b. Forumliuium pontifici recipit 508.d. 509.a. in Hetruriam contendit 517.a.b. emeritas ſibi pecunias à Venetis dari poſtulat ib.c.d. Apennini iugis aditus omnes quæ in Munnenſes ſpectant præſidio firmat 521.a
ſfortiæ calamitas 407.h. audacia 408.c. ad magni conneſtabilis dignitatem reſtituitur ibi.g.h. Ioannæ reginæ cum rege in eius exilium cõſenſus ibid. quod Ioannis Arcola in conſilio euadit 409.a
ſfortiæ contra Florentinos bellum quam callide ſimulet 453.b.c
ſfortiæ in Guiniſium proditio 454.g.h
ſfortiæ conquiſitoribus cum Blondo miſsis cur Veneti pecunias non diſſoluerint 480.f.g
ſfortiæ ad ſuos milites oratio 484.h. 485.a. cum Philippo pacis fœdera 521.b.c
ſfortiani Montem rotundum oppugnãt 479.b. tumultuãtibus Romanis portam Appiam occupant 481.a.b. Latium prædantur 484.g. ad Sfortiam cõtendunt 484.g
ſibinicum regis Vngariæ ciuitas à Piſaneo Veneto incendio uaſtatur 376.h
ſicci Montagnanei mors 445.d
ſicilia à Gothis peruaditur 86.g
ſiciliæ regnum an. ſal. 1261. in Manfredi hoſtis eccleſiæ poteſtatem uenit 310.e
ſiciliæ regni fines 395.c
ſiciliam Saraceni & Arabes ingrediuntur 115.c
in Siciliã Demetrius à Iuſtiniano mittitur 71.d. eius geſta ibidem
ſiciliam Saraceni uaſtant 127.b
ſiciliam Tarentumq; Saraceni inuadunt 174.h
ex Sicilia Totilas magnam copiarum partem ſuis nauali pugna ad Anconem uictis reuocat 88.e
in Sicilia Artuades obſidione Græcos liberat, Gothosq; pluribus locis obſidet 88.e.f
ſicilia quatuor Chriſtiani duces quomõ ſint potiti Saracenis partim cæſis partim pulſis 190.g
ſiculi omnes Gallos etiam eos qui utero clauſi materno, ſemine concepti Gallico credebantur interficiunt 327.a
ſiculorum regnum Iacobus ex teſtamento Petri Arrag. patris accipit 329.a
ſidonem Soldanus Babyloniæ capit 330.b
ſidonem Balduinus capit 232.e
ſigericus tertius Viſigoth. rex Athaulpho ſubrogatur 14.f. dolo ſuorum occiditur ibi.
ſigibertus Metenſium rex 104.h
ſigniã Caſtrutius diruit 354.g
ſigniam Genuenſes capiunt & incendio abſumunt 383.b
ſigiſmũdus & Gothimarus Burgundionum reges à Childeberto, Clodomire & Clotario Franc. regibus ſuperantur 51.d. 52.e
ſigiſmundus Vngariæ rex Romanus imperator deſignatus 399.c
ſigiſmundus Cæſar Vngariæ & Bohemię rex per Belenuonẽ Lombardiã ingreditur 469.a. ferrea corona Mediolani donatur ibid. Placentiã Parmam, Lucam aduenit. à Florentinis prælio laceſsitus fugatus Senas ſe confert ibi.b. Romę imperator coronatus Auguſtus appellatur d. ibid.
ſigiſmundus Malateſta Sanccium fugatum omnibus copijs ſpoliat 473.b.c
ſigiſmundi imp. regis Franc. ac ducis ad pontificem à Synodo Baſiliẽſi oratores 477.c. ad eundem oratio 478.e.f
ſigiſmũdus Malateſta ad eccleſiæ ſtipendia conductus Forliuienſem prædatur agrum 493.b.c
ſigiſmundus Bagnacauallum capit 577.a
ſignenſes 395.b
ſilus amnis 382.f

ſimon de Monteforti Innocentium impulſu Tyrũ claſſe deſertur 268.g
ſimon de Monteforti in Europam, Aſiam tutam uidens ſe recipit 269.a
ſimon Toſa Nobilis Florentinus 356.f
ſimonetus ductorum in pontificis legiõe primarius 571.b
ſimoniaca labe Italia cum Burgundia inquinata 194.c
ſiſinus ex Syria oriundus põt. 137.b. moritur ibi.
ſiſualdus ex ſtirpe Erulorũ ſocietatem belli cõtra Gothos Narſeti offert 91.b
ſiſualdus rex in Gothos bellũ cur mouerit 92.f
ſiſualdus in Eporedienſes & Taurinos impetũ facit 92.g. eos deprædatur ibi. Eporediam capit 93.c. Taurinum fruſtra oppugnat 93.c. fœdera cum Narſete conſtituta uiolat. 93 d. à Dagiſteo captus de alta trabe ſuſpenditur 97.c
ſiſulſus Forijulij prouinciæ præfectus 101.b
ſitini 395.c
ſmaragdus exarchus à Mauritio in Italiam mittitur 106. g.h. Claſſenſe oppidum recipit, Longobardos ad unum occidit 107.b. cum Agilulio pacem conſtituit 114.f
ſmaragdus iterũ exarchus Italiæ creatur 113.d
ſmaragdum inter & Lõgobardos pax conſtituitur 118.e
ſmirna à Venetis capta 215.d
ſobal caſtellum in Arabia Balduinus ædificat in loco edito munitiſsimum 235.c
ſociæ ciuitates Alexãdrinis obſeſsis opem ferunt 253.a
ſocietas S. Georgij 389.b
ſociorum belli cõtra uicecomites renouatio 373.c
ſociorum populorum & pont. exercitus in Romãdiola clades 488.e.f.g.h
ſoldanus in Saladinum perfidus cum Hemanuele à ſe uicto pacem facit 256.e.f
ſoldanus Damiata capta Babilonem ſe recipit 277.g. à ſuis interficitur 298.h
ſoldani caſtra à Chriſtianis diripiuntur 277.c
ſoldani filius Ptolæmaidam obſidet 332.f.g. ui captam mortalibus in ea repertis ad unũ cæſis ſolo æquat ibi. h
ſolymanus cum exercitu Hieroſolymam hoſtili animo petit 226.h
ſophia totius Meſiæ urbs inſignis à Turco, per Ioannẽ Huniat regis Poloniæ ducẽ fugato incenditur 132.f
ſora à Frederico incendio ferroq; uaſtata 290.g
ſoram Longobardus occupat 136.g
ſorani 395.b
ſphortia Genua potitur 439.a. b. Braccianos fugat 485.b. pontifici ſolidioribus aſtringitur fœderibus 491.a. Marchio Piceni declaratus, in Firmana ciuitate perpetuus cũ ſtirpis maſculinæ, & fratrum ſucceſsionis iure uicarius cõſtituitur ibi. b. Piccinini exercitum quàm artificioſe perturbet 495.d. in Romandiolam à pont. accerſitur 507.c trans Arnum perdita de Piſanis recuperat 511.c. Lucenſem populatur agrum ibi. Piccininum Veronæ ciuitatula expellit 560.g.h. omnia in Mantuanis Brixianiſq; euertit 566.h. oppida & caſtella ad eas agri partes quæ in Mantuanos Brixianoſq; ſpectant capit 574.h. Piſcheriam contendit 575.a. oppugnat d. ibi. expugnat 576.e. f.g. copias omnes in capta de Cremonenſibus, Laudẽſibus, Mantuaniſq;, & recepta de Brixianis oppida diſtribuit, ſola cohorte prætoriana Veronæ apud ſe & in Verouenſibus retenta 578.c
ſphortiæ in multiplici periculo Venetis, Florentinis & eccleſiæ imminẽti repellendo induſtria 494.e.f.g.h. exercitus 549.b
ſphortiæ ad ſuos prætorianos oratio 555.d.556.e.f
ſphortiæ ad ſenatum Venetorum epiſtola 559.d.560.e
ſphortiæ reſpõſionis prudentia 576.h
ſphortiani, Piccinini electos milites multis captis, fugant 494 h
ſphortiani Piccinino cum copijs fugato eius duces captos abducunt 556.g.h
ſpina urbs 66.g
ſpineticus fluuius 66.g
ſpinularum familiæ pro libertate Genuẽſi facinus audax 505.d
ſpoletium à Gothis deficit 80.f.g
ſpoletum Narſes Cumadem Perſam mittit, ut Picenum eorum ductu & auxilio fretus ingrediatur 91.c
ſpoletum oppidum 395.d
ſpoleti ducatus fines 395.d
ſpoletanorum mœnia à Gothis euerſa 91.a. Narſes reficicurat ibi.
ſpoletanis Narſes milites præſidio relinquit 91.a
ſpoletinorum perfidia 522.g
ſtephani pontificis Romani geſta 138.h.145.c.154.f.g.169. d.176.g.181.b.c.193.a.194. e.f
ſtephanus Bauariæ à Florentinis contra Galeatium acceſitur ingenti mercede conductus 387.a
ſtephanus contarenus claſsis Venetæ præfectus 554.f
ſtephanus Contarenus Benacum capit 568.h. Ripam ui captam diripiendam militi tradit 569.a
ſtephani Columnæ, cum pontificis ducibus ad diui Marci prælium 459.a.b
S. Staſilaus in S. Chriſti confeſſorum numerum aſcriptus 297.d
ſtilliconis imperij partis occidentalis gubernatoris perfidia 7.d.8.e. impietas ibid. contra imperium Romanũ machinatio 8.f. ad Italiam cum omnibus copijs properat 9.b. Viſigothos reprimit ibidem c. pacem cum Halarico & Viſigothis ab Honorario imperatore iuſſus firmat, eiſdem inſidiatur, per Saulem ducem eos aggreditur, cum filio cui parabatur imperium iuſtiſſime occiditur 10.e

ſuauio

ſuaulo capto Mantuanus præſi
dia imponit 545.d
ſuauim multorum dierum op-
pugnatione Sphortia reci-
pit 549.d
ſuccinenſes Sportiæ in poteſta
tem ueniunt 568.e
ſueſsionum rex 104.h
ſueui in Saxoniam quando tra
ducti 101.a
ſuitij Bellintionã inuadũt 400.
e. Alpium incolæ ibi.
ſuitiorum Alpes incolentium
clades 400.f
ſuitiorum nulli loco niſi caden
tes cedunt 400.f. deditionis
ſignum ibi. cum Philippenſi
bus cruentum prælium & in
audita militaris fortitudo ib.
ſulmonetis 395.b
ſuncinenſes Venetorum obſi-
dionẽ duos menſes paſsi de
ditionem faciunt 471.a
ſurianorum gẽtis origo 215.b
ſutrium Rom. recipit 100.h
ſutrium pont. caliſtus obſidet
239.d
ſutrinorum ab eccleſia defectio
477.b
ſuxia 396.e
ſyloe amnis 224.h
ſyluerius pont. Ro. in inſulam
Pontianam relegatus 58.e
ſynodus apud Cõſtant. 177.c.
apud Cõſtãnnopolim quin
ta 177.c. ſexta apud Conſtã-
tinopolim quando 132.f.g
Romæ 192.h. 202.h. Latera-
ni 199.c. prima Melphi cele-
brata 206.g. Placẽtiæ 206.h.
apud Troiam 206.h. Remis
habita 240.h. maxima Late
rani 241.b
S. Symeonis portus 214.g
ſymmachus pont. Rom. 36.e.
moritur 37.b
ſyracuſas in Sicilia Totilas obſi
det 86.h
ſyracuſas Saraceni prædantur
131.a
ſyria in poteſtatem pop. Rom.
quando uenerit 3.d

T

Tadeus claſsi Venetæ præfe-
ctus cum Andrea Valerio &
Leone patritijs à Philippenſi
bus capitur 553.c.d
tagnaris Tarento præfecti à Iu-
ſtin. imp. ad Gothos defectio
91.d. eius fraus ibi. & 92.e.
Acheruſiam ſe recipit ibi.
tagus fl. 13.a
tanais fl. 11.d
tanarus am. 253.a. 387.d. 396.f
tanarũ amnẽ torrentes trigin-
ta faciunt 92.f
tancredus Bohemundo à Tur
co capto Antiochiæ principa
tus curam adminiſtrat 230.f
tancredus Siciliæ rex cui Roge
rio inditum erat nomen mo
ritur 267.c
tancredũ Siculi Rogerio ex cõ
cubina genitum, regem in-
ſtituunt 263.c
tannetum nunc Regijlepidi ci-
uitatis uicus, cum Brixillo
ſemper fidem, in omnib. im
perij Ro. inclin. motibus ſer
uauit 89.b. Oſtrogothi obſi
dent 96.g
tannetum oppidũ Clephis ſo-
lo æquat 103.d
tarentum à Totila expugnatur
ac capitur 86.f. Gothi à Græ
cis uicti fugiunt 88.f. à To-
tila in Italia defectionis ini-
tium 88.f
tarentini ſinus oram Saraceni
ferro ignique uaſtant 177.c
tarij uallẽ Piccininus occupat
450.e
tarlati Cibellinæ factionis pri-
marij 348.f
tarlatos ciues benẽ meritos Ta
renuni eijciunt 341.d
tarlatus Petramala Guidonis
frater Piſis à Ludouico præ
ficitur 356.h
tarſum oppidum 213.c
tartaræ gentis Scythicæ nõnul
li proceres Lugduni ſacro
baptiſmatis charactere ſu-
perſuſi 322.c
taruiſia à Longobardis capta
101.b
taruiſini Henrici imp. uicariũ
admittunt 344.f.g
taruiſinus Vlfari dux à Longo
bar. deficit 109.d. captũ 110.g
taruiſium paternæ hæreditatis
ciuitatem & quæque ad Vero-
nam pertinent Totilas præſi
dijs obtinet 88.h
taruiſium ſemi libertatem eccle
ſiæ uendicat 308.e
taruiſium 396.e
tarunti centurionis in Romæ
obſidione uirtus 54.f
tartari gens Scythica Georgia-
nam Armeniamque maiorem
direptas, ſuo ſubijciunt im-
perio 280.e. in Aſiam Euro-
pamque quando deſcẽderint
294.f
tartarus am. 88.h. 89.b. 543.d
taſsilo Bauariæ rex inſtituitur
à Franc. rege 112.e
tauriani gens Mediolani potẽ-
tiſsima à Luchino Mapheo
& Ioanne fratribus expulſi.
326.f
taurinum Longobardi capiũt
105.b
taurinum 396.e
teias dux Gothorum præſtan-
tiſsimus Veronam ut Narſe
tem tranſitu prohibeat uenit
89.a. Ariminum nemine cõ
ſcio proficiſcitur 92.h. Ari-
minum ingreditur 93.a. Cæ
ſenam recipere fruſtra adni
titur 93.a.b. Cæſenæ obſidio
nem ſponte diſſoluit 93.b.
Cingulum capit ibi. Ricina-
des campeſtre oppidum fru
ſtra obſidet 93.b. eius ſitus
ibi. Nuceriam obſidet 94.f.
recipit ibi. f. iuſta acie cũ Nar
ſete ad Nuceriam confligere
ſtatuit 94.f.g.h. hic pugnam
nõ detrectat 95.a. pugnatur
utrinque non modo ferociter
ſed penitus inhumanè ibid.
b. ille cõfoſſus telo cadit ib.c
teiæ cum Gothorũ & Theode-
baldi regis copiarum duci-
bus, quomodo Narſeti reſi-
ſtendum ſit, cõſilium 92.g.h
teiam Gothi uicti, fugati, apud
Papiam regem creant, Totil
la ad Bryxillum occiſo 90.h
tellinæ uallis uicos & ſaltus om
nes Georgius Cornarius Ve
neti exercitus prouiſor reci-
pit 471.d
templarij Tyri iuriſdictionem
& portoriorum exemptio-
nem Venetis redintegrant
324.e. prædijs & bonis cur
priuentur 340.g
templariorum in Chriſtianos
perfidia 340.f.g. nomẽ quã
do extinctum 344.h
tennius amnis 551.d
tergeſtinos, Genuenſes Vene-
tis rebellare cogunt 383.a
terra Idronti 395.c
terra laboris 395.e
terremotus in Italia horribilis
164.e

164.e
tertullius uir patricius imperium aſſumit, occiditur 14.h
teudelindæ Bauarorū regis filiæ, Antharis uxoris uirtus 110.e. religio 111.d
teudelindæ Longobar. reginæ pietas 132.h
thebaldus Georgij Ordelaffi filius 401.c
theleſius Bulgarorum rex 153.c
theobaldus de Coſtabilis Ferrarienſis nobilis 358.g
theodatus ex gente Amala, Amalaſiunthæ conſobrinus Rom. regni conſors declaratur 39.c.d. eius in ligures, Aemilienſes, & Venetos liberalitas 40.e. in Amalaſiunthā indignum facinus & crudelitas ibid. eius ad Iuſtinianum imp. epiſtolæ f.g. ad Venetos 41.a. eius mors 47.d
theodebaldi Metenſium regis mors 104.h
theodebaldi Campaniæ comitis in Africā expeditio 319.b. mors 319.d
theodebaldus rex Metenſium copias auxiliares Vitigiti mittit 63.a
theodebaldus Childeperto occiſo Dagoberti regis uoni domum regnumq; gubernat 138.h. occiditur 139.a
theodeberti Clotharij nepotis cum Childeberto patruo in Clotharium patruum coniuratio 52.f
theodebertus Ro. prouinciam occupat 52.g.h. Rhetias alpes & Coccias capit, in Italiā deſcendit, ibid. Liguria potitus in Metenſes redijt ibi.
theodorici Oſtrogothorum regis geſta 31.d. de Strapilia Zeptdarū rege, de Burgaris uictoria 32.e. in Italiam ingreſſus ibi. f. contra Odoacrem conflictus ibi. g. 33.a. de eo uictoria ibi. b. Italia & Roma potitur 33.b.c.d. 34.e.f
theoderici Franc. regis obitus 147.a
theodoricus omnes barbaros imperij Romani oppreſſores in pace continuit 35.a.b. cum Clodoueo ſocero bellū committit 37.a
theodoricus ad extremum uitæ flagitijs ſe inquinauit 38.e moritur, anno dominij Italiæ 38.f. ibi
theodericus Franc. rex obit 136.e
theodericus Caroli ex fratre nepos à Francis in regem aſſumitur 140.f
theodericus antipapa 228.h
theodora uirgo Zoi imp. ſoror imperium adminiſtrat 193.d. moritur ibi.
theodori martyris ædicula Venetijs Narſetis iuſſu ſumptibusq; exædificata 89.d
theodori martyris corpus inuentum & Venetias delatū 239.e
theodorus pōt. Græcus ex Hieroſolyma oriundus 125.b
theodorus ſexto pontificatus anno obijt 126.f
theodorus patricius Calliopa ad regendum Italiæ exarchatum ab Eraclio mittitur 125.d
theodorus Italiæ exarchus à Martino pont. ſuaſus Longobardo regi bellum indicit 126.g
theodorus Calliopa ad Italiæ exarchatum gerendum remittitur qui Martinū pont. uinctum ad Conſtant. imper. mittat 127.e
theodorus Vattari Græcorum imp. moritur 309.c
theodoſius ex Hiſpanijs accerſitur 7.c. imperij conſors declaratur ibi. Viſigothis cōgreſſus, eos magnis prælijs uicit, Conſtantinopolim uictor intrat, pacem fœdusq; cum Athanarico Viſigothorum rege percutit ibi.
theodoſius apud Mediolanum moritur 7.d
theodoſius imperatoris filius & Germanus eius ſocer, tumultuario exercitu ultra Danubium cōmoto fugam arripiunt 117.a
theodoſius anno imperij primo à Leone delectus in monaſteriū eſt ingreſſus 141.e
theophilia Antiochia unde dicta 214.g.h
theophilus Antiochiæ antiſtes 214.g
thergeſti & Muglenſes à Venetis domiti & tributarij facti 269.c.d
thermundus & Amereus Beliſarij duces Regium à Gothis obſeſſum & oppugnatū ſtrenue defendunt 86.e.f
theſſalonicam Gothi obſideut 5.d
thiennij ſitus 555.c
tholoſanus comes hæreſi notatus 273.b
thomas in ſanctorum numerū ab Alex. pont. relatus 252.h
thomas Aquinas 313.a
thomas Aquinas in ſanctorum numerum an. ſal. 1327. relatus 354.e
thomas Erpbordēſis in ſanctorum numerū relatus 354.e
thomas Fregoſius Genuenſiū dux 398.e. in Florēt. partes concedit 405.a. rei bellicæ dux, Genuenſ. libertati recuperandæ præficitur 506.f. dux Genuēſis creatur 507.a
thomas Maurocenus patriarcha Conſtantinopolitanus à Venetis declaratur 271.d
thomæ Goani Genuenſis interitus 381.c
thracia & Mœſia à Goth. uaſtatæ 5.c
thracia à Gallis capitur 272.e
thraciam Bulgarorum rex populatus in patriam reuerſus à ſuis interficitur 153.c
thracias Gothi occupant 5.d
cum Thracibus quando bellatum ſit 3.d
thracū aduerſus Gothos exercitus 88.g
thuſcula à pop. Romano funditus exciſa 264.f.g
thuſculani Romanos prælio ſuperant 250.f
thuſculi iura eccleſiæ Ro. donata 252.f
tiberti cum Demolino & Contarino pugna 544.f
ticinum diripitur igni ferroq; cum agro uaſtatur 30.f
ticinū nunc Papia dicitur 60.g
ticinus amnis 134.h. 254.h
tifernates ad eccleſiæ ditionem redeunt 500.f
tiferni ſitus 570.e
timauus fluuius 305.a
timauus qui nunc ſit fluuius ignoratur 396.f

tizocopos patricius exarchus in Italiam miſſus Rauennæ occiditur 138.e
tocinus amnis 396.f
toleta urbs 206.e
tollentinas à Piccinini militе capitur 488.h
topaſſum à Florentinis capitur 353.a
totilas cum imp. Iuſti. ducibus fœdus pangit 69.b. duces imp. ſuperat ſecus ripam Padi ac fugat 69.d.70.e. omnia im. militaria ſigna capta & ad Totilam relata ibi. exercitum in Hetruriā mittit cui Bleidam, Rodericum & Vliarīū duces præficit 70.f. coacto exercitu in Flaminiā uenit. Beneuentum urbem captam mœnibus ſpoliat 71.a Neapolim obſidet ib.b. Cumas recipit ibi. nec quid Romam per Tyberim importetur quæ impedimenta præparauerit 76.g
totilæ humanitas in ſuperbiā & crudelitatem conuertitur 78.e. Pelagius ei obuiam uenit, licentiæ gladiorū finis fit ib.h. eius ad im. legatio 79.a
totilas Romam proditione capit 78.g. à ſe deſolatam, per Beliſarium reſtauratam recipere conatur 80.h. acriter & ſtrenuè repellitur 81.a. Tybur concedit ibi.b
totilas ad urbis Romæ obſidionem audito Beliſarij receſſu proficiſcitur 83.d
totilas Romam proditione capit, eius in ea res geſtæ 85. a ad urbem reparandam animum conuertit ibi. ad S. Benedictū proficiſcitur ibi. ad Siciliæ bellum, Roma capta conuertitur 86.e. oppida minora capit ibi.f. Syracuſas obſidet ibid. acie optime inſtructa prælium cum Lōgobardis committit 90.f.g. occiditur ibi.
totilæ ad Neapolitanos à ſe obſeſſos oratio 72.f.g
totilæ in Neapolitanos ſibi deditos, & in ducem ac imp. milites humanitas 72.h. militaris diſciplina ibi.
totilæ de Ioanne & eius exercitu in Calabria uictoria 82.e de Beliſarij equitibus ibid.
totilæ machinatio in capienda Roma, proditione tradita 84.e.f
totilæ ducum ad Iuſt. imp. defectio 88.f
totilæ pecunias partim Papiæ partim Cumis ſepoſitas intelligit Narſes à quadam nobili fœmina Totilæ amica, ab eo capta 93.c
tranſcurtenſes Sphortia Venetis imp. recipit 568.c
tranſemundi Spoletani in Liuthprādum regem ſuum rebellio 145.d
tranſemundus deditione facta in clericū detonderetur 146.g
traſpadana regio omnis, capta Verona, in Caroli poteſtatē redacta, illi ſe permiſit 157.c
tranſpadani & Lombardi an. ſal. 1261. eccleſiæ ſpretis Mā fredi partibus ſe dediderūt 310.e
trebum Piccininus capit 460.f
tridentini à Gallis uaſtantur 109.d
tridentini obſidione ab Ecelino preſſi ad deditionē compelluntur 304.g
tridentinus epiſcopus Venetis inimicissimus 554.h
tridentum ſe in libertatem eccleſiæ uendicat 308.e
tripolis iñ Soldani Babyloniæ poteſtatem redacta 330.g
tripolitanus comes Chriſtianis perfidus 260.f
tricij oppida Ecelinus incendit 307.d
triuilianum ui captum Antonius Piſanus diripit 489.a
triuilium Sphortia capit 568.f
troia in Apuliæ finibus 191.a
troilus Sphortiæ dux 561.b
troilus Sphortian. dux 566.g
trompienſes Piccinino ſe dedunt 531.d
tudertinorum ab eccleſia defectio 477.a
tudertum Rom. recipit 110.h
tuduranum Piccininus diripit 562.h
turcia maior 255.d
turci cuius armis ad Meſiā uſq; ſint repulſi 122.e.f. Perſis ſe equo animo ſubijciunt 151.c. Aſiam inuadunt 151.c
turci & Saraceni 4000. Bohemundum & Fland. comitem à prædatione redeūtes aggrediuntur prælio commiſſo fugatis, Chriſtiani præda potiuntur 216.h.217.a. Areth oppido incenſo abeunt 218.c
turci & Saraceni cum magno exercitu Acconi ſuppetias laturi à Balduino uicti 230.h
turcorum genus 151.c
turcorum in Saracenos inſultus 151.c
turcis Chriſtianorum caſtra irrumpere ad Antiochiam conantibus ſtrenuè reſiſtitur 217.a. præliū atrox utrinq; committitur ibi. d. ad pontem ferreum turcis tranſeuntibus in eis cædes magna fit 218.
turiliam Piccininus occupat 450.e
turiſmundus Gepidarum rex, 54.h
turonium Normanni populātur 175.d
turricellam oppidum Piccininus recipit 467.d
tuſcanella 395.b
tuſcanella & Suriano Sfortia cuſtodis perfidia potitur 477.a
tyberias Gothfredo in poteſtatem uenit 228.f
tyberis in alluuionem excreſcens Romæ multa diruit 282.h
tyberis fluuij inundatio 158.h
tyberius imp. Iuſtino ſuccedit, 103.c
tybris fluuius 395.b
tybur à Totila inuaditur 73.c
tybur obſeſſum 228.b
tyburtini in pont. perfidi 245.a
tybur ciuium perfidia Fortē braccius introducitur 474.g
tyrrheni maris inſulas Saraceni capiunt & incendio uaſtant 142.h
tyrum Soldanus Babyloniæ capit 330.h
tyrum Venetorum multo ſanguine Chriſtiani capiūt 239.a


V


ualachorum genus 272.g
ualaris Gothi & Artuadis Armeni

Armenij ſingulare certamen 70.c
ualegienſes Sphortiæ in poteſtatem ueniunt 576.g
ualennia urbs 214.h
ualentia 396.e
ualentini Vitellij nancleri ſcribæ, in pontificem diligentia 482.h. magnanimitas 483.d
ualẽtinianus à Theodoſio imp. Cęſar declaratur, legiões in Italiam adduci, Rauennam obſidet, in deditionem accipit, Caſtinum uincit & in exilium mittit Etiam Galliarũ urbibus ac regionibus præficit 18.e.f.g. à Senatu pop. quæ Ro. accerſitus imp. Auguſtus appellatur ibi.g
ualentinianus imp. Romæ occiditur 25.d
ualentinus pont. 172.g. moritur ibi.
ualentinus Romanos hoſtiliter pontificem impetentes fortiter diſpellit 483.e
ualẽtis cum Viſigothis Lacrymabile bellum 71.b. eius interitus ibi.
ualerianus cum equitatu in agrum Piſcenum proficiſcitur 83.b
ualerianus & Iuſtinus Rauennę præſidio pręfecti cum ſuis copijs Narſeti ſe cõiungunt 90
ualerianus ex Bononia ut Tanetum & Brixillum tueatur mouet 92.f
ualerianum Rauennã præfectũ Narſes cũ copijs mittit ut circa Tannetum & Brixillũ conſiſtens Gothos ne in Italiam penetrent diſtineat 91.b
uallia quartus Viſig. rex Sigerico ſuccedit 14.f. operam ſuã reip. pollicetur ibi.g
uallis Ioſaphat 224.h
uandali, unde dicti 11.d
uandali, Burgundiones, Sueui Alani aduerſus Ro. imp. coniurati 11.b. in Gallis atq; Hiſpanijs debacchantur ibi.
uandali cum uxoribus ac liberis omniq; ſupellectile in Africam nauigant 19.c.d. omnia per utraſq; Mauritanias populantur 20.c
uandalorum rex in Africa ſuperatur, Conſtantin. perductus in triumphum ducitur 42.g
uaraias auxiliares copias Rauẽnã iturus parat 67.b. in Galliam reuerti cõpellitur ibi.c
Varaias regnum à Gothis oblatum Vingite patre uiuo recuſat 68.f
uarmundo patriarchæ religiõe & armis cõſpicuo Hieroſolymæ & regni adminiſtratio à Chriſt. demandatur 238.h
uarnerius Hauſpergenſis comes, Lõbardiæ præſes 344.g
uarus flumen 395.a
uaſcones ab imperio deficientes Ludouicus Pius domat 169.d
naſconia unde dicta 15.b
uaſconiã Saracenis fugatis Carolus M. occupat 159.b
uatreni amnis oſtium 107.a
uatrenus flumen 487.a
uberti gens, Gibellina Florẽtiæ ditiſsima, urbe expelluntur 301.c
ubertinus Carraria Patauinus nobilis 359.a
urbeueianus populus Gu. 299.d
uelinus lacus 252.e
uenerius Barbianẽſis centurio 448.e
ueneta urbs quando condi cœpta 31.a. ueneta claſsis Saracenos ſuperat 190.h. Cõſtantinopolim obſidione liberat 287.a. à Guiſcardo Dyrrachiũ nauiganti ſuperatſ 205.c ingens crucſieg. Michaele Vitali ductore in Aſiã nauigat 215. Smirnam Aſiæ urbẽ capit 215.d.216.e. Polam parte una Piſanæ claſsis incenſa altera ſubmerſa recipit 266.g. Frederici claſſem fugat 288.e Thermolam, Rhodũ, Veſtinam oppida capit ibi. Polã uĩ receptam igni ferroq; uaſtat 289.b. Meſembriam Saraceni urbem expugnatam diripit 309.a. apud Potros inſulã Genuẽſi ſuperat 312.c. apud Lilybeum Genuenſiũ triremes an. 1265. cepit 320.h
ueneta urbs à Genuenſibus oppugnatur 378.e.f.g.h
uenetæ urbis origo, eius prouinciæ termini 31.a.b
Venetæ urbes Patauium, Monſilicis, Cremona, Mãtua, uulturnium 102.d. à Longobardis captæ 102.c
uenetæ urbis ſitus 166.h. 167.a incendium 231.b
uenetæ & Piſanæ claſſes ex Aſia ſoluentes bellum mutuũ in patriam referunt 166.g
uenetæ & ſociorum claſsis in Boſphoro cum Genuẽſium claſſe concurſus 367.d. armamentorumq; bellicorum deſcriptio 530.h. 531.a.b.c
uenetia ſola in Italiæ urbibus à factione Guelf. & Gibell. intacta 288.h
uenetia quid olim diceretur 395.a
in Venetiæ prouincia, Aquileia Verona & paludes exiſtunt 89.c
uenetæ & Forijulij prouinciæ à Hunnis inuaduntur 118.h
uenetiarum deſcriptio 41.a.b.c natalis ibi.d. iacta primũ fundamenta anno ſalutis 456. 42.c
uenetijs S. Marci eccleſia anno incli. imp. 427. ædificari cœpta eſt 173.c
uenetus dux protoſpatharius imperialis declaratur 177.d
uenetijs tumultus plebis cõtra nobiles 321.a
uenetijs tumultus à Dalmatis Hiſtriſq; inaudito exemplo concitatus 530.e.f
ueneti populi aperta in Conſt. imperatorem rebellio 144.g
ueneti Cenatus conſtans & mira taciturnitas 468.e
ueneti principis erga Carmagnolam prudentia 468.f
ueneti ducis reſponſum Coſmę datum 519.d. 520.e
ueneti imp. ſubditi, Gothis aduerſi 66.h. eorum habitatio & qualis fuerit ibi.
ueneti in neutrius imperatoris poteſtate 164.f.g
ueneti Veronenſ. Patauinis & Vicentinis ſaluberrimi conſilij autores 247.a
ueneti in continenti nihil poſsident 247.a
ueneti cum Frederico imp. pacem faciunt 254.e. cum Guilelmo rege ibi.
ueneti cum ſocijs Conſtantinopolim expugnant 270.e.f.g

ueneti & peregrini urbe Conſtantinopoli capta imperiũ inter ſe partiunt 271.b.c.d
ueneti, Genuenſes & Piſani per annos 64. Ptolemaida poſſeſſa de S. Sabæ monaſterio inter eos contentio oritur 308.b
ueneti & Piſani ſocietatem contra Genuenſes ineunt 308.h
ueneti Palæologum imp. Cõſtant. armis agitant 311.d
ueneti à pont. excommunicati 341.a. Genuẽſium triremes inuadunt 367.a. Patauinos, Veronen. Mantuanos, Ferrarienſes, Florentinos contra Ioan. archi. Med. in ſocietatem belli ſe offerentes conſtitutis fœderibus accipiunt 368.f.
ueneti & Catalani bello ſocij Genuenſium 41. triremes, uiris armatis plenas apud Corſicam demerſerunt 368.e
ueneti Corcyram ſupplementa Laureano mittunt 467.c
ueneti, togatorum concilium quando & cur cogãt 468.e
ueneti in Marſilium Carrarienſem, duos Philippi familiares & uiginti Patauinos publicé animaduertunt 492.g
ueneti & Florentini Mediolanenſem agrum uaſtare deliberant 515.c.d
ueneti Iacobum Donatum ad Florentinos oratorem mittunt 542.h
ueneticum Genuenſe & Piſanũ bellum an. ſal. 1261. inchoatum 310.e
uenetorum cum Saracenis nauale prælium 175.b.c
uenetorum naues Saraceni intercipiunt, & mortales in illis repertos ad unum occidunt 175.d
uenetorũ claſsis Saracenos ſuperat 177.c
uenetorum geſta 283.b
uenetorum cum Genuenſibus nauale prælium 273.d
uenetorum cũ Hemanuele im. et Vngariæ rege bellorũ cauſa 248.e.f.g
uenetorũ claſsis in Hemanuelem imp. maxima 249.a.b
uenetorum cum Genuenſibus an. ſal. 1260. Ptolemaidam inter & Tyrũ acre præliũ Victrix claſsis ueneta Ptolemaidam reducitur, Victa Genuenſis in Tyri portum fugit 309.b
uenetorum triremes Conſtantinopolim prædantur 312.e nauis oneraria apud Euripũ ab Auria admirhato expugnata 320.h. cum Piſanis fœdera in quinquennium renouata 321.c. cum Piſanis fœdus an. 1275. in 5. an. renouatũ 323.b. cum Anconitanis bellum 323.d. 324.e belli cum Carolo rege Neapolitano ſocietas 340.f. cum Italiæ principibus aduerſus Scaligerum ſocietas 360.h. contra Scaligerũ bellum 360.h. 361.a.b.c. cum Maſtino Scaligero pacis cõditiones 362.e. cum Genuenſibus bellum 365.d cum Genuenſibus ad Antij portum bellum nauale 376. i. in Clugiam expeditio 379 d. 380.e. cum genuenſibus ad Clugiam pugna 380.e.f. cum Genuenſibus bellum 381.a.b.c.d. 382.e.f.g.h. cum Genuenſibus pacis conditiones 383.d. 384.e. cum Philippo Mediol. duce in decennium fœdera 399.c. ad Philippum legationis ſumma 419.a. ducis, oratoribus Philippi & Florentinorum auditis, ad ſenatũ dicta 430 f.g.h. 431.a.b.e.d. cum Florentinis contra Philippum fœdera 432.e. contra Philippum bellum apertum 432. g. ad Philippum legatio 455.d. ad Cremoniam cum Philippenſibus atrox nauale prælium 462.h. 463.a.b. c.d. cum Genuenſibus apud Rechum nauale prælium 464.f.g.h. duces ſex prælio uictos Picciuinus capit 472.e. Florentinorum, Eugenij pont. cum Philippi pacis conditiones 496.g.h
uenetorum cum Philippo pacis conditiones 472.f.g
uenetorum claſsis nauiũ 164. Petro Lauretano contra Philippum attribuitur 530.g.h
uenetorum cum Florentinis ad quinquennium redintegrata fœdera 543.b. cum Sphorna & Nicolao Marchione Eſtenſi Ferrariæ uicario belli ſocietas ibi.b
uenetorum res in ruinam inclinata 545.c
uenetis Beneficiorum in terra ſancta à Balduino primo & ſecundo conceſſorum forma 239.a.b
uenetis cum Genuenſib. pontifex pacem in annos nouẽ confirmat 286.f
uenetis Ptolemaidã Latini nominis incolentes contra Genuenſes fauent 312.e
à Venetis fame afflictis uectigalia Adriatico mari nauigantibus primum impoſita 321.b
uenetis in concilio Lugdu. orę Adriatici maris cura põt. autoritate permittitur 322.h
uenetis Genuenſes pacem petentibus recuſant 378.a
uenetos captos Palæologus excæcat 312.e
uenetos inter & Genuenſes diſſenſionis ortæ occaſio 373.c
uercellæ 396.e
uercellas Galeatius uicecomes ſibi dominio ſubigit 352.e
uercellis, Sabaudiæ magiſtratus quando primum impoſiti 446.f.g
uerona uaſtatur 94.e
uerona à Longobardis capitur 102.c
uerona ſe in libertatem eccleſiæ uendicat 308.e
uerona Ecelino mortuo pacem eccleſiæ conſeruauit 311.b.c
uerona 396.e
ex Verona Teias à Totila aduerſus Lõgobardos ad Bryxillum acceſsitur 90.f
ueronæ, Vicennæ, Parmæ, Lucę Dominium Scaligero relinquitur 362.e
ueronam Carol. M. cũ fratris uxore & filijs capit 157.c
ueronam Mantuanus obſidione premit 549.a
ueronenſes, Patauini & Vicẽtini ſocietate belli cũ Venetis inita Germa. expellũt 247.a

ueronenſes

ueronenſes Henrici uicariũ admittunt 344.f
uerus Erulorum rex cum omnibus copijs non procul Rauennã à Gothis interficitur. 86.f
uetralla à Fortebraccio capta 469.c
uetrallam Iacobus Vicenſis recipit 469.b.c
uetralenſes in Iacobum Vicenſem capitali ſentẽtia animaduertunt 500.h.501.a
uetruculam agri Piſani arcem munitiſsimã Piccininus Machinis expugnat 460.f
uetula Ciſternenſis centurio 448.e
uetulani 395.b
uglitheus Vitigitis patruus cũ copijs ſuperatur à Beliſarij duce 59.c
ugo Magnus Parienſis Comes Ludouico regi Franciæ rebellat 183.b.d
ugo magnus febre correptus Conſtantinopoli obijt 222.g
ugolinus comes Piſis eijcitur 322.f
ugolinus Comes Piſas cum cæteris exulibus reſtituitur 323.b
ugolottus Blancardus copiarum uicecomitus dux princeps 387.b c
uicarij imperiales 362.h
uicecomites Mediolanẽn. tyranni excõmunicantur 351.a.b
uicecomitus nomen Italis quando formidoloſum fuerit 392.e
uicentia uaſtatur 94.e
uicentiam deditione facta Fredericus capit 284.h
uicentia ſe in libertatem eccleſiæ uendicat 308.e
uicentia Ecelino mortuo pacẽ eccleſiæ conſeruat 311.b.c
uincentia 396.e
uictoris põtif. Roma. geſta 193.d.194.e.205.d.206.e
uictor Piſaneus carcere eductus maritimo bello à Venetis prẹ ſicitur 378.f
uictoria à Frederico in excidiũ Parmæ ædificata 293.d.294.e
uicentini Henrici uicarium accipiunt 344.f.g
uigaſio Sphortia potitur 576.g
uigilius pont. relegatus literis Narſeris ad Iuſtinianum imperatorem miſsis Romã cũ ſacerdotibus clerisq́ Romanis remittitur 98.f
uigilij pont. relegati mors 98.f
uignolæ oppidi ſitus 434.f.g
uilafrancha Sphortia potitur 576.g
uincentia à Longobardis capitur 102.e
uinum acinaticum 40.h
uiomarchus tyrãnus apud Britones ad regnum aſpirans à Ludouico Pio interficitur 170.g
uirtus non diu ſimulatᷓ 78.c
uiſigothi & Oſtrogothi cur ſic appellati 6.f.g. ab antiquis ſedibus ab Hunnis expulſi 6.g
uiſigothi à ducibus Ro. male tractati eorum direptas regiones ſibi ſubijciunt 7.a.b
uiſigothi carentes rege, Theodoſio, & reip. militant 7.d. decem armatorum millia in Gallis cõtra Arbogaſtum & Eugenium ipſe ducit ibi. ad internecionem occidunt ibi.
uiſigothi rege quandiu caruerint 8.g. eorum primus rex ibi. ſtipendio comeatuq́ ſolitis deſtituti in Italiam irruunt anno imperij Archij & Honorij 8. ſalutijs 407.8.f.g
uiſigothi Alarico rege & duce Romam irrumpunt 10.f
uiſigothorum irruptionis in urbem annus primus 13.a
uiſigothi, Sueui & Alani, Luſitaniam Taraconenſemq́ Hiſpaniam, & Aquitaniam capiunt 21.b
uiſigothorum nomen à Carolo in Gallijs & Hiſpania extinctum 143.a.b
uiſara amnis 167.c
uitalis dux Venetorũ dux claſſem ad Alexium auxilio ducit 205.d
uitalis dux Venetorum Iadera Vngaros deturbat 248.h
uitalis dux occiditur 249.b
uitalem imp. ducem magna ſtrage Ildoadus Goth. rex ſuperat 68.h
uitalianus pont. 128.c moritur 129.b
uitellenſis eccleſiaſtici exercitus gubernator magna ſuorum clade à Piccinino uincitur 487.c.d. 488.e.f.g
uiterbienſium in conclaue cardinalium irruptio 325.b
uiterbienſium ab eccleſia defectio 477.b
uiterbium Bonifacius amittit 388.h
uiterbium 395.b
uitigis Ro. rex declaratᷓ 47.d. ad Syluerrium pont. Ro. S. populumq́ oratio ibi. 48.e
uitigis Goth. rex Romam proditione capere conatᷓ 59.a.b
uitigis quandiu Romam & Beliſarium obſederit 59.d
uingitem inter & Beliſarium maducia 67.a
uizena amnis 36.g
umbriæ fines 395.d
ungari Græcorum ciuitates & Bulgarorum agros populantur 178.h. Italiam incendijs & rapinis uaſtant 179.a
uenetiarum ciuitatem nouam capiũt, per littorales inſulas debacchantur ibi.
ungari Hetruriam omnem inaudita impietate incẽdijs, rapinis & cædibus reddũt deſertam 180.e
ungari Alemãniam denuo populantur 180.h. 181.a
ungaros Alemanniam, Alſatiã Saxoniamq́ uaſtantes Henricus Germaniæ rex magna affixit cæde 181.b
ungari Papiam ui acceptam ferro & igni abſumere adnituntur 181.c
ungari impetum in Germaniã facientes penè ab Othone ad internecionem cæſi Pannonia ſe continuerunt 184.e
ungariam & Poloniam Tartari populantur 294.f
ungarorum diſsidia 192.g
uolaterrani, Iuſti ſuaſu Florentinos magiſtratus ſibi præfectos eijciunt 449.a ſeſe Florentinis permittunt ibi.e
uolaterrani Caſtellenſes ſe Piccinino permittunt 460.h
uolaterranorũ agro Piccininus potitur 460.g
uolaterræ urbis ſitus 300.f

uolſci

uolſci 395.c
uoluuli 531.a
uortigerius Saxonum rex Britanniæ cum ſuis dominari incipit 21.a
urbanus pont. Ro. relicta Melphim acceſsit 206.g
urbanus tranſmiſsis Alpibus ad Francos ſe conferens cōcilium apud Clarummontē Aluerniæ conuocauit 207.a eius ad totius orbis principes Chriſtianos, de liberanda à Turcis Saracenisq; Hieroſolyma, oratio duce ſtrenuo digna ibi. b.c.208.e.f.g
urbanus pont. orbem Chriſtianum generali edicto demittendis in Aſiam copijs monet 261.a
urbanus pont. Italiam & Romā inuiſit 372.h
urbani pont. geſta 206.g.228.f.258 g.310.e.314.b.372.h.373.b.375.d.386.h
urbanus Ioannam domare conatur 379.c
in Vrbeuentanos Beliſarius exercitū ducit in cuius poteſtatem ueniunt 62.h
urbini ſitus 91.a
urbinum Beliſarius Iuſtinus & Narſes obſident, obſeſsi Gothi & Vrbinates urbem dedunt ac Iuſtiniani imp. ſubeſſe promittunt 62.b
urbinum Longobardi inuadunt 155.c.d
urbs prima poſt diluuium cōdita 4.f
urciorum agrum Ecelinus uaſtat 307.c
urſina factio Rom. eiecta 325.b
urſinus contra Piccininum pugnans capitur 488.h
urſinus & Dulcinus in Campaniam cum turmis contendunt 501.a
uſdrialas Arimino præfectus uir inter Gothos bello inſignis Narſetis agmina tranſitu prohibet pugna cōmiſſa interficitur 90.e
utinum 396.g
uulturniæ urbis ſitus 107d
uuidis Oſtrogothorū dux Papiæ fit 97.b. Veronam cum exercitu ingredi conatur, repulſus Papiam redit ibi. captus à Dagiſteo Conſtantinopolim mittitur ibi.

Z

Zacharias patriarcha Hieroſolymitanus 123.c
zacharias Græcus pont. 146.g. eius geſta 147.148. mors ibi.h
zambechariorū factionis, potentiæ origo 446.b.
zambecharios & Antoniū Bentiuolium extorres cōtra Bononiam Philippus mittit 473.b
zanini Riccij Philippi conſultoris mors 445.d
zanonus Iuſtinopolitanus occiditur 417.e
zeliorbes Hunnorum rex 55.a
zepidæ regem, ducesq; ſui generis deſinunt habere 55.c in Longob. nomen, Auaribus ſubiecti confunduntur ibidem
zoto dux Beneuentanus Caſinenſe monaſterium inuadit 112.h. moritur ibi.
zulemon Saracenorū dux Cōſtantinopolim obſidet 143.b.c. moritur ibi.

F I N I S.

BASILEAE PER HIERON. FROBENIVM ET NICOL. EPISCOPIVM, ANNO M. D. LIX.


FRO BEN.